[illegible]
[illegible]

DECRETALES
D. GREGORII PAPAE IX.
SVAE INTEGRITATI
VNA CVM GLOSSIS RESTITVTAE.

Cum priuilegio GREGORII XIII. *Pont. Max.*
& aliorum Principum.



DE LICENTIA SVPERIORVM.

ROMAE

In ædibus Populi Romani M. D. LXXXII.

GREGORIVS Papa IX. natione Hernicus, patria Anagninus è familia Comitum, mortuo Romæ Honorio Papa III. Romanus præsul anno M. CC.XXVII. creatus est. Hic varias constitutiones & decretales epistolas prædecessorum suorum, quæ à plerisque maiori ex parte priuata auctoritate collectæ fuerant, per F. Raymundum in vnum volumen redigendas curauit. Multas quoque constitutiones suas & decretales epistolas adiecit.

Is fuit F. RAYMVNDVS de Peñaforti natione Cathalanus, patria Barcinonensis, eiusdem Papæ capellanus & pænitentiarius, ex ordine Fratrum Prædicatorum, ac ipsius ordinis tertius Magister Generalis, religione & eruditione clarus. In hanc collectionem BERNARDVS de Botono Parmensis, & canonicus Bononiensis glossas eruditissimas edidit.

VERSVS EXPOSITI CONTINENTES RVBRICAS IVRIS CANONICI.

Primi libri Decretalium Rubrica

a De summa trinit. & fide catho. hæc in 6. & clemen. De constitutio. hæc in 6.
De rescriptis. hæc in 6. & clemen. De consue tudioe. hæc in 6.
b De postula. præla. hæc in 6.
De electione & electi potestate. hæc in 6. & clemen.
De translat. epist. vel electi. De auctoritate & vsu pallij.
c De renuntiatione. hæc in 6. & clemene.
De supplenda negligentia prælato. hæc in 6. & clement. De temporibus ordi. hæc in 6.
De scrutinio.
d De ordinatis a. episcopo qui resignauit episcopatui. De ætate & qualitate & ordine præficiendorum. hæc in 6. & clemen. De sacra vnctione. De sacramentis non iterandis.
e De filiis presbyterorum ordinandis, vel non. hæc in 6. De seruis non ordinandis, & eorum manumissione. De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non. De corpore vitiatis ordin. vel non.
f De bigamis non ordinandis. hæc in 6.
De clericis peregrinis.
De officio archidiaconi.
g De officio archipresbyteri. De officio primicerij. De officio sacristæ. De officio custodis. De officio vicarii. hæc in 6. & clemen.
h De officio, & potestate iudicis delegat. hæc in 6. & cle. De officio legati. hæc in 6.
De officio iudicis ordinarii. hæc in 6. & cle.
i De officio iudicis. De maiori. & obe. hæc in 6. De treug. & pace. De pactis. hæc in 6.
k De trāsactionibus. De postulādo. De procuratoribus. hæc in 6. & cle. De syndico.
l De iis quæ vi, metusve cau. fiūt. De in integrum resti. hæc in 6. & cle. De alien. iudicij mut. causa facta. De arbitris. hæc in 6.

Secundi libri Rubrica.

m De iudiciis. hæc in 6. & cle. De foro cōpetenti. hæc in 6. & cle. De libelli oblatione. De mutuis petitionibus.
n De litis contestatione. hæc in 6. Vt lite cōtestata non proce. ad testi. recep.
o De iuramento calumniæ. hæc in 6. De dilationibus. De feriis.
De ordine cognitionum.
p De plus petit. De causa posse. & proprie. hæc in cle. De resti. spolia. hæc in 6.
q De dolo & cōtumacia. hæc in vi. & cle. De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruādæ. hæc in 6. Vt lite pendente nihil innouetur. hæc in 6. & clemen. De sequestratione possessionis & fructuum. hæc in cle.
r De cōfessis. hæc in 6. De probationibus. hæc in cle. De testibus & attestationibus. hæc in 6. & cle. De testibus cogendis vel nō.
s De fide instrumentorum. De præsumptionibus. De iureiurando. hæc in 6. & cle. De exceptionibus. hæc in 6. & clemen.
t De præscript. De senten. & re iudic. hæc in 6 & cle. De appellat. recusat. & rela. hæc in 6. & clē. De cler. peregr.
v De confirmatione vtili vel inutili.

Tertii libri Rubrica.

x De vita & honestate clericorum. hæc in 6. & cle. De cohabitatione clericorū & mulierum. De clericis coniugatis. hæc in 6.
y De clericis non resid. in eccl. vel præben. hæc in 6 De præben. & dignita. hæc in 6 & cle. De clerico ægrotante vel debilitato.

Carmina Rubricarum iuris Pontificij.

Tota siquidem congeries Decretalibus famulatur.
Et earum aliqua nunc in Sexto, nunc in Clemen.
(vt in expositione patet) repetuntur.

Primi libri Rubricæ sunt in Decretalib. xliij. In Sexto xxij. In Clementinis xj.

a *PRimo summa fides statuis. rescripta. suescit.*
b *Postulat. electos. translatos. auctor & vsu.*
c *Inde renuntio. de supplenda. tempora. scrutor.*
d *Ordo resignantis. ætas. ac vngo. sacramen.*
e *Filius & seruus. obnoxius. & vitiatus.*
f *Hinc bigamus. clerus peregrinus. & archidiacon.*
g *Archipres. primic. sacrist. custos. vice fungens.*
h *Delegat. legat. & dictus ab ordine index.*
i *Iudicis officium. maior. pax. pacta sequuntur.*
k *Transigo. postulo. post proturo. syndicus exto.*
l *Vis, metus. integrat, ac alienat. & arbiter hinc est.*

Secūdi libri Rubricæ sunt in Decretalib. xxx. In Sexto xv. In Clementinis xij.

m *IVdicium. forus. atque libellus. mutua poscens*
n *Litem contestans sine quo non suscipe testes.*
o *Iurat. dilatis. & feriat, ordinem noscit.*
p *Plus peto. de causa. spoliatos restituendo.*
q *Est dolus. & missus, lis pendens. atque sequestrat.*
r *Confessis, probo. sunt testes. testes quoque cogo.*
s *Instruo. præsumo. iniurans. excipiendo.*
t *Præscribis. sententiat. appellat. peregrinans.*
v *Vtilis omnibus, his est confirmatio iuncta.*

Tertij libri Rubricæ sunt in Decretalib. 50. In Sexto xxiiij. In Clementinus xvij.

x *VIta decens. clerus habitans. clerusque iugatus.*
y *Non residens. præbens. æger vel debilitatus.*
z *Instituo. concedendo. ne sede vacante;*
a *Et sine consensu. maior pars. non minuantur.*
b *Non alieno. trado precario. commodo. pono.*
c *Vendo loco. muto, de feudis, pignoribusque.*
d. *Atque fideiussor. & soluit. dona peculi.*
e *De testamenti, etiam succedo sepultus.*
f *Parochus. decimis. hinc regula religionis.*
g *Conuersus coniux. infidus. vota redempta.*
h *Deque statu monachi. domibus. subiungo capellas.*
i *Iure patronatus de censibus. ara sacrata.*
k *Missa. baptismus. quo non est presbyter vsus.*
l *Eucharistia. reliquiæ. ieiunia seruas.*
m *Purificans. ac ædificans. immunis adhærent.*
n *Clerica vel monacha, dimitte negotia secli.*

Quarti libri Rubricæ sunt in Decreralib. xxj. In Sexto iij. In Clementinis. 1.

o *SPonsus & impubes. & clandestina. duorum.*
p *Conditione. vouens. quā polluit. atque leprosus.*
q *Seruus. de natis. sequitur cognatio duplex.*
r *Post consanguineam, consanguinitas. gelidique.*
s *Ac interdictum. qui nati legitimi; erat.*
t *Accusare queunt. diuortia. dote. secundis.*

z De institutionibus hæc in 6. De concessione præbendæ. hæc in 6. & cle. Ne sede vacante aliquid innouetur. hæc in 6.
a De iis quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli. De iis quæ fiunt à maiori parte capituli. Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.
b De rebus ecclesiæ alienandis vel nō. hæc in 6. & cle. De precariis. De commodato. De deposito.
c De emptione & venditione. De locato & conducto. De rerum permutatione. hæc in 6. & in clemen. De feudis. De pignoribus & aliis cautionibus.
d De fideiussoribus. de solutionibus. De donationibus. De peculio clericorum.
e De testamentis & vltimis voluntatibus, hæc in 6 & cle. De succes. ab inte. De sepul. hæc in 6 & cle.
f De parochiis, & alienis parochianis. De decimis primitiis, & oblationib. hæc in 6. & cle. De regularibus & transeuntibus ad religionem. hæc in 6. & clemen.
g De conuersione coniugatorum. De conuersione infidelium. De voto & voti redemptione. hæc. in 6.
h De statu monachorum & canonicorum regularium. hæc in 6 & cle. De religiosis domib. vt epo sint subiectæ. hæc in 6. & cle.
De capellis monachorum. & aliorum religiosorum. hæc in 6.
i De iure patronatus. hæc in 6. & clemen.
De censibus exactionibus, & procurationib. hæc in 6. & clemen De consecratione ecclesiæ vel altaris. hæc in 6.
k De celebratione missarum. & sacramento Eucharistiæ, & diuinis officiis. hæc in cle.
De baptismo & eius effectu. hæc in clemen.
De presbytero non baptizato.
l De custodia Eucharistiæ, chrismatis, & aliorum sacramentorum. De reliquiis & veneratione sanctorum. hæc in 6. & cle. De obseruatione ieiuniorum.
m De purificatione post partum. De ecclesiis ædificandis vel reparandis. De immunitate ecclesiarum, cœmeteriorum, & rerum ad eas pertinentium. hæc in 6. & cle.
n Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant. hæc in 6.

Quarti libri Rubrica.

o De spōsalibus & matrimoniis. hæc in vi.
De desponsatione impuberū. hæc in vi. De clandestina despōsatione. De sponsa duorū.
p De conditionibus appositis in despōsatione vel aliis contractibus. Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt. De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. De coniugio leprosorum.
q De coniugio seruorum. De natis ex libero vētre. De cognatione spirituali. hæc in vi.
De cognatione legali.
r De eo qui cognouit cōsanguineam vxoris suæ vel sponsæ. De consanguinitate & affinitate. hæc in cle. De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.
s De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. Qui filii sint legitimi.
t Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. De diuortiis. De donationibus inter virum & vxorem, & de dote post diuortium restituenda. De secundis nuptiis.

Quinti libri Rubricæ.

a De accuſationibus, inquiſitionibus, & de nunciationibus. hæc in 6. De calũniatoribus. De ſimonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.

b Ne prælati vices ſuas vel eccleſias ſub annuo cenſu concedant. De magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. hæc 10 cle. De Iudæis, Sarrac. & eorum ſeruis. hæc in cle. De hæreticis. hæc in 6. & cle.

c De ſchiſmaticis & ordinatis ab eis. hæc in 6. De apoſtatis & reiterantibus baptiſma. De iis qui filios occiderunt.

d De infantib. & languid. expoſit. De homicidio. hæc in 6. & cle. De torneamentis.

e De clericis pugnantibus in duello. De ſagittariis. De adulteriis. De raptoribus. incendiariis, & violatoribus eccleſiarum.

Quinti libri Rubricæ ſunt in Decretalib. xl. In Sexto xiij. In Clementinis xj.

a *ACcuſatio. ſiue calumnia. ſit tibi Simon.*
b *Prælati, Rabbi. Iudæis. hæreticos, dant.*
c *Schiſmaticis. vel apoſtaticis. natos perimentes.*
d *Infans expoſitus. homicidia. luditur haſtis.*
e *Cleri pugna. ſagittat. adulter. poſtea raptor.*
f *Furtis. vſuris. de falſi crimine. ſortes,*
g *Colludo. pecco. venor. ferio. maledico,*
h *Poſt interdictum celebrans. ac ordinis expers.*
i *Saltus. furtiuus. exceſſus. opuſque nouellum.*
K *Lex priuata ſubit. purgat cum canone. vulgus.*
l *Damnum, cum pœnis. poſt pœnitet. eſt anathema.*
m *Verborum ſenſus. ſequitur quoque regula iuris.*

f De furtis. De vſuris. hæc in 6. & cle. De crimine falſi. De ſortilegiis.

g De colluſione detegenda. De delictis pueroruм. De clerico venatore. De clerico percuſſore. De maleficiis.

h De clerico excommu. depoſit. vel interdi. miniſt. De cleric. non ordinato miniſtrante.

i De clerico per ſaltum promoto. De eo qui ordin. furt. ſuſcepit. De exceſſ. prælat. & ſubdit. hæc in 6 & cle. De noui operis nũtiatio.

k De priuileg. & exceſſ. priuil. hæc in 6. & cle. De purgatione cano. De purgatio. vulgari.

l De iniuriis & damno dato. hæc in 6. De pœnis hæc in 6. & clemẽ. De pœnitẽtijs & remiſſionibus. hæc in 6. & clemen. De ſententia excõmunicationis. hæc in 6. & clemẽ.

m De verborum ſignificatione hæc in 6. & cle. De regulis iuris. hæc in Sexto reperitur.

Titulorum iuris Pontificij numerum, qui ſunt in Decretalibus clxxxv. In Sexto lxxvij. In Clement. lij. facili ſtylo indicant hæc quattuor carmina.

Centum Rubricat, octoginta que volumen
Gregorij noni ponit, quinas ſuperaddens.
Ac ſeptuaginta ſeptem numerat tibi Sextus.
Ex Clemente duas quinquaginta que notabis.

RVBRICAE DECRETALIVM.

Titulorum quinque librorum Decretalium ſecundum ordinem litterarum Alphabeti à quibus inchoantur, collecta adnotatio.

Inſtitu-

FINIS.

Bis centum titulos, sed quindenos remouebis.
Sunt Decretales ter mille, sed absque nouem bis.

† 3 TABVLA

TABULA CAPITULORUM DECRETALIUM.

Contu-

Inhi-

Capitula Decretalium.

Perni-

Sacris.

Capitula Decretalium.

Venera-

Capitula Decretalium.

FINIS

MATERIAE

MATERIAE SINGVLARES, QVAE IN VARIIS DECRETALIVM GLOSSIS ADNOTANTVR.

Primus numerus columnam, secundus numeros in medio paginæ positos denotant. Verum quando solus primus apparet, in principio ipsius columnæ require.

A

Appella-

Materiæ Glossarum.

Citatus

Contractus

Dispen-

E

Materiæ Glossarum.

F

G

H

I

†† 2 Inuesti-

Legatus

M

Sumptus

Materiæ Glossarum.

FINIS.

Hæc pauca & alia forte legentibus occurrent errata notatu digna: quæ omnia huius impressoriæ artis difficultati condonare æquum est, in qua etiam si summa adhibeatur diligentia, peccare necesse est.

Columna 151. in tex. cap. 28. Quod sicut. linea 4. ibi, quæ facta est de tribus, deleatur illud verbum, est.
Col. 798. in tex. cap. 4. Ego N. vers. ¶ Consilium. ibi, damnum illi pandam. corrige, damnum nulli pandam.
Col. 1365. in tex. cap. 2. Quidam. ibi, vt sibi missa cantetur. corrige, vt sibi missæ cantentur.
Col. 1754. in tex. cap. 2. In talibus. corrige, In tabulis.

REGESTVM DECRETALIVM.

† †† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq
* a b c

Omnes Quaterniones. †† & c Terniones. Qqq & * Duerniones.


S·AVGVSTIN·
S·HIERONYM
S·IOANNES
MOYSES
S·MATTHÆVS
IOB
S·LVCAS
DAVID
S·MARCVS
ESAIAS
S·PAVLVS
S·GREGORIVS
S·AMBROSIVS
IEREMIAS

GREGORIVS.] In huius libri principio quinque vel sex præcipue sunt prænotanda, videlicet, quæ sit intentio, quæ materia, quæ vtilitas, cui parti philosophiæ supponatur, quis modus agendi, & quis libri titulus. a Intentio Do. Gregorij in hac præsenti compilatione fuit, diuersas constitutiones & Decretales epistolas prædecessorū suorū in diuersa dispersas volumina seu cōpilationes, quę difficultatē studentibus ingerebant, in vnam compilationem (resecans superflua) ad vtilitatem legentium ac studentium reducere, prout in eiusdem Dom. Gregorij constitutione euidenter declaratur. Materia in hoc opere sunt ipsæ constitutiones & Decretales epistolæ sub singulis tit. collocatæ. Vtilitas est, vt his lectis, & intellectis, sciamus discernere inter æquum & iniquum, & vnicuique reddere quod suum est, & in hoc iustitia consistit: vt Instit. de iust. & iur. in princ. & 12. q. 2. cum deuotissimam. Supponitur Ethicæ i. morali sciētiæ, sicut & alij libri iuris. vnde etiam dicit Imperator, legibus nostris hominum mores intēdimus corrigere. C. de secund. nup. l. 1. §. nanq;. ibi, Ne in his. Modus agendi talis est. Diuidit enim opus suū in quinque partes. In prima parte tractat de summa Trinitate & fide catholica, & de constitutionibus, de rescriptis, de iudicibus, & eorum officijs. In secunda parte tractat de iudicijs, & cooperantibus ad iudicia. In tertia parte tractat de vita & honestate clericorum, & de rebus eorum & ecclesiarū. In quarta de sponsalibus & matrimonijs, & impedimentis eorum. In quinta de accusationibus & criminibus, & pœnis eorū. & sic terminat tractatum suum, ipsum diuidens in quinque partes, ad similitudinem quinque sensuum corporis, quos quilibet qui iudicat habere debet, aliter nō est idoneus iudex. Sic enim omnis copula coniugalis restricta est vsq; ad quartum gradum, ad similitudinem quatuor humorum corporis humani: vt j. de consan. & affini. non debet. §. prohibitio.

Dicens; Gregorius episcopus, Seruus seruorum Dei, &c. titulum huius libri ponit.

Vnde versus; *Pars prior officia parat Ecclesiæque ministros.*
Altera dat testes, & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus, & vita Presbyterorum.
Quarta docet quales sint nexus coniugiorum.
Vltima de vitijs, & pœnis, tractat eorum. Vel sic, & breuius:
Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.

¶ *Gregorius.*] Diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur salutatio. In secunda exordium. ibi, *Rex pacificus*. Prima subdiuiditur, quia primo ponitur quis scribit. secundo quibus scribit. ibi, *Dilectis*. tertio salutat & benedicit. ibi, *Salutem*.

¶ *Glossa seq. recitetur per modum quæstionis quare se vocat Seruum, &c.*

a ¶ *Seruus.*] Sic etiam Imperator seipsum appellat seruum. C. de offic. præfe. prę. Afri. l. 1. circa prin. Vel dic φ dicit ex humilitate: quia qui maior est vestrū, fiat sicut minister vester. 9. q. 3. nullus primas. Mat. 20. Luc. 22. & Mar. 10. Vel seruus dicitur: quia sicut per seruū acquiritur domino. Institu. per quas perso. nob. acqui. circa princ. ita etiam per D. Papam cuilibet ecclesiæ potest acquiri. j. de censi. cum instantia. in particula quæ decisa est de principio. j. vt lite pen. eccle sia. 2. sic per Imperatorem acquiritur hominibus. in auth. constitu. quæ de digni. libe. à patr. potesta. §. illud quoq;. coll. 6. & noctes dicit insomnes, vt subiecti sub omni quiete cōsistant. in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. in prin. colla. 2. & dicit Imperator: Voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemus. in authen. vt diui. iussio. subscrip. habe. gloriosi. quæsto. in prin. colla. 8. & infra de restitu. spolia. c. frequens. †

b ¶ *Filiis.*] bene dicit, filiis: quia solūmodo patriarchas, archiepos, & episcopos fratres appellat, omnes alios filios. j. de cri. fal. q̄ graui.

¶ *Glossa sequens recitat per obiectionem, quod compilatio non sit generalis, nec omnes ligat, ex quo solum, &c.*

c ¶ *Bononiæ commorantibus.*] Et ita nō in castris: quoniam si in castris studeant, beneficia ex priuilegio sibi concessa occasione studij habere non debent. j. de cleri. non resi. tuæ fraternitatis. 3. Præterea ex quo dicit, Bononiæ, non videtur φ alijs mittantur alibi studētibus, & sic non tenentur recipere hāc compilationem: quia literæ Papæ non extenduntur ad alios quàm ad eos quibus mittunt: vel qui continentur in eis. arg. j. de offi. delega. P. & G. & c. gratum. & c. cum olim. Sed non est ita. omnes enim tenentur ad obseruationem huius compilationis, sed propter studium quod est Bononiæ communius & generalius præcipue in vtroque iure, & ibi quasi de omnibus partibus mundi sunt studentes: ideo potius Bononiæ diriguntur: & ita omnes tenentur hanc compilationem obseruare, quæ nec possem, nec debēt singulorum auribus intimari. 16. dist. quod dicitis. & j. de postu. præla. ad hæc. Et cōstitutio principis post duos menses à tempore publicationis oēs adstringit. in auth. vt fact. nouæ con. circa prin. coll. 5. & j. de senten. excom. nouerit.

d ¶ *Salutem.*] per talem salutationem non tollitur excommunicatio, si aliqui scholares, vel magistri essent excōmunicati tempore publicationis. j. de sen. excom. si aliquando. vbi de hoc. Bernar.

R *Ex pacificus.*] Primo ponit exordium, in quo cōcludit finale intentum iuris generalis. Secundo narrationem, in qua ostendit finale intentum huius compilationis, seu iuris particularis. ibi, *Sane*. Tertio cōclusionem. ibi, *Volētes*. Prima subdiuiditur: quia primo ponit finem viatoris, i. hominis ad quē à Deo dispositus est. Secundo causam deuiationis ab hoc fine. ibi, *Sed effrenata*. Tertio vt ad debitum finem viator deducatur, cōcludit legem necessariam, & ostendit tres virtutes ac proprietates legis. ibi, *Ideoque lex*.

CASVS. Præmissa salutatione, sic pone casum in ista constitutione. Rex pacificus, id est, dominus noster Iesus Christus pia sua miseratione ab initio mundi disposuit, seu præuidit, subditos suos fore pudicos, pacificos, & modestos. sed ex aduerso furrexit effrenata cupiditas sui prodiga, pacis æmula, mater litium, magistra iurgiorum, quæ quotidie tot litigia generat, quòd nisi iustitia reprimeret conatus ipsius sua virtute, & explicaret multiplices quæstiones, abusus litigatorum extingueret fœdus humani generis & concordia exularet, dato sibi libello repudij, extra mundi terminos. Et ideo contra istam cupiditatem lex prodita est, vt noxius appetitus ipsius restringeretur sub regula iurium, per quam humanum genus informatum vt honeste viuat, alterum non lædat, ius suum vnicuique tribuat. Secundo in versu illo, *Sane*. ponit Dominus Gregorius causam huius compilationis, dicens φ per magistrum Raymundum capellanum suum ad communem vtilitatem studentium fecit redigi in vnum volumen diuersas constitutiones & decretales epistolas suorum prædecessorum, quæ dispersæ erant per plura volumina & diffusæ: quarum aliqua propter nimiam similitudinem, quædam propter ꝯrietatem, quædam pp sui prolixitatem, confusionē inducere videbantur. Quædam etiam vagabātur extra volumina supradicta: de quibus (tanq̄ de incertis) frequenter in iudicijs dubitabať. Adijciens insuper quasdam constitutiones & decretales epistolas suas, p quas quædam quæ in prioribus erant dubia, declarantur. In fine præcipit dñs Gregorius Papa, vt hac tantum compilatione vniuersi vtātur in iudicijs & in scholis, districte prohibens, ne aliquis præsumat aliam facere compilationem sine licentia sedis Apostolicæ speciali. Nota formam salutationis hic, quam generaliter omnibus facit dominus Papa. Nota φ subditi & ecclesiarum prælati pudice, honeste, sobrie & modeste viuere debent. Not. quòd cupiditas est mater litium, & magistra iurgiorum. Not. quòd per iustitiam reprimitur conatus cupiditatis. Not. quòd per iustitiam quæstiones implicitæ terminantur. Not. quòd effectus iustitiæ est remouere lites, & sic per consequens tollit cupiditatem. Not. quòd tria sunt præcepta iustitiæ. Nota quòd tribus de causis iura corriguntur, scilicet propter nimiam similitudinem, contrarietatem, & prolixitatem: & sic vnū ius corrigit aliud, & reddenda est ratio quare corrigitur. Not. quòd princeps non tantum per se potest iura statuere, sed per alium. Not. quòd communis vtilitas attendi debet, tamen studentium diligentius attendenda. Not. quòd licet par in parem non habeat imperium: tamen successor statutum antecessoris corrigere potest & declarare: & sic nota quòd per posteriora priora declarantur. Not. quòd ista compilatio est canonica, & in isto proœmio approbata, & ideo in iudicijs fidem facit. Not. quòd nemo post istam compilationem decretalium aliam facere præsumat sine licentia sedis Apostolicæ speciali.

e ¶ *Rex.*] Alibi appellatur imperator. 11. q. 3. Iulianus.

f ¶ *Pacificus.*] Qui vt pacem doceret, venit in mundum. 23. q. 1. nisi bella. regnum tamen eius non est de hoc mundo. ea. causa. q. 3. §. 1. & in Euang. Ioan. c. 18. Tanc.

¶ *Glossa sequens determinat qualiter Deus rex pacificus aliquid disponere dicatur.*

g ¶ *Disposuit.*] scilicet per prouidentiam & prædestinationem, non

DECRETALIVM D. GREGORII PAPÆ NONI COMPILATIO.

GREGORIVS Episcopus seruus a seruorum Dei, Dilectis filiis b Doctoribus & scholaribus vniuersis Bononiæ † commorantibus c, Salutem d & Apostolicam benedictionem.

REx e pacificus f pia miseratione disposuit g sibi subditos fore pu-

Marginalia: † Titulus huius libri in manuscriptis vetustissimis ita habet: Incipit compilatio decretalium Domini Gregorij Papæ noni. — a Quod alij dicunt, causam finalem, & ponunt hic glossam finalem pro proximâ. Causa vero finalis remota est, salutem & beatitudinem aquirere. — Hi versus sequentes non sunt Bernardi, sed alicuius addita. — † Lib. 6. — † Concor. ... de elect. ... — † In uno manuscripto Vaticano legitur, Parisius in altero, Bononiæ & Parisius, sed vt plurimum omnes habent Bononiæ.

dicos a, pacificos b, & modestos c. Sed effrænata cupiditas d sui prodiga e, pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia f generat, vt nisi iustitia g conatus eius sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret, ius humani fœderis litigatorum abusus extingueret: & dato libello h repudij, concordia extra mundi terminos exularet. ¶ Ideoque lex proditur i, vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur k, per quam genus humanum vt honeste l viuat, alterum m non lædat, ius suum n vnicuique tribuat, informatur. ¶ Sane o diuersas constitutiones p & decretales epistolas prædecessorum nostrorũ, in diuersa dispersas † volumina, quarum aliquæ propter nimiam similitudinem q, & quædam propter contrarietatem r, nonnullæ etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur: aliquæ vero vagabantur s extra volumina supradicta, † quæ tamquam incertæ frequenter in iudiciis vacillabant. ¶ Ad communem & maxime studentium vtilitatem, per dilectum t filium fratrem Raymundum capellanum & pænitentiarium nostrum, illas in vnum volumen (resecatis u superfluis) prouidimus redigendas: adijcientes constitutiones nostras, & decretales epistolas, per quas nonnulla † quæ in prioribus erant dubia, declarantur x. ¶ Volentes igitur vt hac tantum compilatione

necessitate: quia vasis iræ, & c. 23. quæst. 4. Nabuchodonosor. & c. vasis iræ. de pæn. distin. 4. c. in domo patris. §. sic itaque. & in præced. & seq. §§.

a ¶ Pudicos.] idest castos. sic & Imperator subditos suos castitatem seruare hortatur. vnde dicitur, castitas sola est quæ cũ fiducia potest Deo animas præsentare. in authen. de lenonibus. §. sancimus. coll. 3. quæ suaderi potest, imperari vero non potest. 32. quæst. 5. integritas. Vnde debemus esse pudici: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. 32. quæst. 5. nec solo.

ADDITIO. Et 23. distin. his igit. ibi. Nõ vagi oculis. Hugo de Folieto: Pudicus oculus ianitor est cordis, & excludit quicquid indecens nouerit. Impudicus quærens quod placet per omnia discurrit, volentes intrare patitur, nolentes hortatur. Inde oculi prima tela sunt adulteræ. Ioan. And. in nouel.

b ¶ Pacificos.] idest pacem custodientes. vnde etiam dicitur: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. 23. q. 1. noli. & Matth. cap. 5. Tancred.

c ¶ Modestos.] idest, temperatos, quia quilibet debet habere in se temperantiam, vt sciat seruare misericordiam & rigorẽ, vel simul vtrumque. 45. distin. disciplina. Ber.

d ¶ Cupiditas.] quæ est radix omnium malorum. 47. distin. bonorũ. in auth. vt iudi. sine quoquo suffr. §. cogitatio. colla. 2. & hoc idem innuitur de pæni. distin. 2. §. quia radix omnium. post illum §. ex præmissis. Ber.

¶ *Glo. seq. in fine opponit de contrarietate litteræ.*

e ¶ Sui prodiga.] Quia non solum rerum, sed etiam famæ quis prodigus est: vt habetur C. de ijs qui poten. no. l. 1. in fi. & infra de accu. c. prælatorum. aliàs, c. vlti. & talis crudelis est, qui famam suam negligit. 12. q. 1. nolo. Et verè, quia omnis ætas ab adolescentia prona est in malum. 12. q. 1. omnis ætas. aliàs, c. 1. Et omnis creatura sub vitio est. de pæni. distin. 2. cap. principium. §. charitas. ver. sicut ergo. & humana natura quodammodo labitur ad delicta. in auth. de mona. §. si quis igitur. colla. 1. & procliuus est hominum cursus ad voluptatem, & natura est imitatrix vitiorum. 20. q. 3. procliuus. vnde Claudianus: Procliuior vsus in peiora datur. Sed in eo quod dicit prodiga, videtur sibi contraria littera ista: quia primo dixit cupiditas: quia qui est cupidus, non est prodigus. Sic intellige, cupiditas refertur ad retentionem temporalium, prodigalitas ad euacuationem virtutum: quia vnum expellit aliud. 32. q. 1. cum renunciatur. Ber.

f ¶ Noua litigia.] hoc ideo dicit: quia humana natura prona est ad dissentiendum. infra de concess. præben. quia diuersitatem. & ff. ad Treb. quia poterat. & de conse. distin. 4. sicut in sacramentis. §. item si posset. & ff. de arbit. item si vnus. §. vlt. & semp nouas deproperat edere formas. C. de veter. iur. enu. l. 2. §. sed quia diuinæ. & in proœmio sexti libri. Et natura introductum est vt plura sint negotia quàm vocabula. ff. de præscrip. ver. natura. vnde dicit Imperator, quod natura nouitates quotidie nititur inuenire: vt in authen. qui. mo. na. effi. leg. §. si quis vero. colla. 6. Et ideo nouis morbis noua conuenit antidota præparari. j. de iur. calum. cæterum. Et varia experimenta morborum, varia nos cogunt remedia inuenire. 50. distin. vt constitueretur. Et quod medicamenta morbis exhibent, hoc iura negotiis. in auth. hæc constitu. quæ innouat constitutionem. in prin. coll. 8. Et quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent. ff. de interrog. act. de ætate. §. ex causa. & ff. vt in poss. leg. l. plane. & ff. de ventre inspic. l. 1. in prin. & j. de offi. deleg. insinuãte. & j. de excep. pastoralis. j. de testib. præsentium. & c. penul.

g ¶ Iustitia.] quæ ab alijs virtutibus augeri, & ad maius apparere desiderat. in authen. de referendarijs. §. propterea. coll. 2.

h ¶ Libello repudij.] quem olim maritus dabat vxori. j. de diuor. gaudemus. in fi. & ff. de diuor. l. 2. §. in repudiis.

i ¶ Lex proditur.] Vt humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia. 4. distin. factæ sunt autem. nam per leges nemo bene facere cogitur, sed male agere prohibetur. 23. q. 5. ad fidẽ. Et expone, proditur. i. de nouo promulgatur: vel idest, aperit, & manifestatur. Et dicitur lex, quia ligat. vel legitime agit obseruatores remunerando, transgressores puniendo. 3. dist. omnis lex. ff. de iu. & iu. l. 1. Ioan. And.

k ¶ Limitetur.] Limes est agrorum discretio. ¶ Vnde versus: *Limes erat positus, litem vt discerneret agris.* infra de verb. signifi. forus.

¶ *Glo. seq. declarat quomodo intelligatur verbum, honeste viuere.*

l ¶ Honeste viuat, &c.] Hæc sunt tria præcepta legis, de quibus habes ff. de iust. & iu. l. iustitia. §. 1. & Insti. eo. tit. §. iuris præcepta. & sic sunt intelligenda honeste viuere quantum ad se: in his, scilicet quæ nobiscum agimus. quæ honestas circa matrimonium consideratur. ff. de rit. nu. l. semper. 32. distinct. Nicæna. & circa mores. ff. de tu. & cur. da. ab his. l. scire. §. pen. & §. vlti. Ber.

m ¶ Alterum non lædat.] In his, scilicet quæ circa alios agimus. vnde illud: Quod tibi non vis fieri, alijs non facias. in princ. decretorum, distin. 1. humanum genus. & infra de maioritate & obedientia. cap. dilecti.

n ¶ Ius suum vnicuique tribuat.] siue sit pœna afficiendus, siue præmio remunerandus. distin. 3. c. fin. & Infra titu. proxi. c. firmiter. §. 1. in fin. Et per hoc dicitur seruire Deo, sibi, & proximo. & summũ bonum in vita est iustitiam colere, & ius suum vnicuique tribuere. 12. q. 2. cum deuotissimam. Et per hoc quod dicitur, vnicuique, datur intelligi qualiter debeat se habere erga superiorem, parem, & subditum.

o ¶ Sane.] Ista secunda pars in qua ponitur narratio, subdiuiditur: quia primo ponit euentum circa constitutiones ecclesiasticas correctioni submittendas: & ponit materiam & causam impulsiuam huius compilationis. Secundo concludit causam finalem: ibi, *Ad communem*. Tertio causam coadiuuatiuam: ibi, *per dilectum*. Quarto formalem: ibi, *resecatis*. Et hæc diuisio sufficit pro summario. Abb. Siculus.

p ¶ Constitutiones.] Constitutio est quam princeps facit proprio motu. Decretalis epistola est quando respondet ad consultationem. j. de sen. excom. c. si concubinæ.

q ¶ Similitudinem.] Idem dicit Imperator, & eandem causam assumit. C. de nouo co. faciend. §. quibus specialiter. & de emen. co. do. Iust. §. supradictis.

r ¶ Contrarietatem.] & ideo compilatio antiqua non fuit legitime ordinata: quia nulla contrarietas debet esse in iure. C. de vete. iur. enucl. l. tanta. §. contrarium. ideo in præsenti compilatione nullum debet contrarium reperiri.

s ¶ Vagabantur.] Quas videbitis per titulos collocatas. istæ non erãt in antiqua compilatione, & sunt istæ. j. de seruis non ordi. miramur. j. de biga. à nobis. & ita de alijs.

t ¶ Per dilectum.] Et recte & ordinate. debent enim taliter compilari decretales, vt ordo temporum ipsarum ex illarum compositione & dispositione clarescat: primis in primo loco, posterioribus in secundo ponendis: vt C. de no. co. fa. in 1. consti. in §. quibus specialiter. quod quidem seruatur in præsenti compilatione: sed in antiqua non. Et qui eas componunt, non solum debent esse gloriosi doctrina legum, sed experientia rerum: vt C. eod. tit. consti. 2. quæ est de Iust. co. con. vnde per ordinationem istius compilationis illas scietis, quis illorum, quorum tempore constitutiones, consilia, decretales, edita sunt, præcessit.

u ¶ Resecatis.] Potest ergo dominus Papa derogare constitutionibus prædecessorum suorum, non obstante q̃ par in parem non habet imperium. ff. de arb. l. nam magistratus. & est ratio: quia eadem persona censetur cum eo cui succedit, & nemo potest sibi hanc legem imponere, ne liceat sibi à prima voluntate discedere. ff. de leg. 3. l. si quis. in prin.

x ¶ Declarantur.] infra de regular. statuimus. quæ exponit illam, consului.

¶ *Gloss. seq. obijcit, soluit, opponit, & oppositioni respondet: demum principali obiectioni dat secundam solutionem: vltimo format, & soluit duas quæstiones.*

a ¶ In

B. Aug. lib. 4. cap. 1. contra Iulianum Pelagianum.

Facit tex. in l. qui posterior. cum not. C. de fac. san. Eccl. in l. mulier. §. quæ propter. ff. ad Turp.

Facit tex. in l. 2. C. de nou. cod. comp. & l. 2. § si quid autẽ in iure. C. de vet. iur. enu.

¶ multa.

Propter hoc ibi iudicibus præcipit q̃ nullas tenerent ...

Et e. col. de conse. & vner. tra. in princ. Seneca lib. 6. natu. quæst. ...

¶ Concor. glo. cũ tex. in §. sed si ab initio ...

¶ Concor. glo. cu tex. insti. de iustit. & iu. ...

vniuersi vtantur in iudiciis a & in scholis, districtius prohibemus, ne quis præsumat aliam facere absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali.

TITVLVS PRIMVS.

De summa Trinitate & fide catholica.

¶ Innocentius tertius in concilio generali. †

¶ *Tractat de trinitate, & ipsius operibus: de fide & articulis fidei.*

a ¶ *In iudiciis.*] Sic ergo videtur quod omnibus decretalibus istis vti possumus in iudiciis: quia indefinita æquipollet vniuersali. 1 19. dist. si Romanorum. & j. de priuil. quia circa. & ff. de serui. si cui. ff. de ser. vrb. præd. l. si seruitus. & ita non est hic aliqua indulgentia siue dispensatio. quod falsum est, immo multæ sunt, 2 & indulgentia non debet trahi ad consequentiam. 7. q. 1. penult. & Insti. de iure na. §. planæ. Dicas quòd propter vnam decretalem, vel duas aut plures nec plus nec minus est. & est simile de conse. distin. 2. reuera. in prin. vbi dicit quòd omnes illi qui manducauerūt de manna illo, quod pluit filiis Israel in deserto, mortui sunt, & tamen Caleph & Iosue non fuerunt mortui in deserto, immo intrauerunt terram promissionis. 76. distin. ieiunium. & ita modicum quid nō nocet. nam modica res non inducit simoniam. infra de simo. & si quæstiones. Arg. contra: quia pro modica re datur actio furti. 14. q. vlt. 3 c. vlti. & pro sex solidis tantum committitur simonia. infra de simo. ex tuæ fraternitatis. & pro vna gallina committitur furtum. Insti. de rerum diui. §. gallinarum. Solu. dic, in talibus affectus & intentio committentis consideratur. Vel dicas, quod dicit in scholis, refertur ad decretales illas quæ continent indulgentiam siue dispensationem: quia illæ debent legi in scholis, vt per doctrinā sciatur vbi & quando sit dispensandum. Quæ vero ius commune continent, referuntur ad vtrumque: quia illis vtimur in iudiciis & in scholis. Si vero decretalis aliqua de cætero inueniatur extra compilationem istam, quid fiet? Tene quod dicitur infra de fid. instr. c. pastoralis. Hic præcipit Papa vt tantum hac compilatione vniuersi vtantur. Quid erit si aliqui vellent vti & legere priorē? Dico quod illi essent excommunicandi: quia faciunt contra mandatum principis. j. de maio. & obe. si quis. & 25. q. 1. generali.

1 De hoc & vt not. infra de ele. & vt circa. Ioan. And. in no uel.

2 Infra de aqua dedignatus. & c. sicut. in l. & de ma. præb. constituimus. Ioan. And. in nouel.

3 Concor. in l. si abducta. ff. ... & ... & Pet. de Bel. per. C. de furt. ... ff. de abd. fur.

¶ *Glo. seq. primo dicit quare hæc rubrica fuerit præmissa. Secundo tractat de fide per modum summæ, quærens de quatuor, quæ ordinate prosequitur.*

DE SVMMA † TRINITATE, &c.

† Quare dicatur, summa, & quare Trinitas, vide per Host. in sum. eodem titulo.

Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est. 28. quæst. 1. §. 1. ad Rom. 14. & infra de præscrip. quoniam omne. & ordo nostræ reparationis à fide sumpsit exordium: ideo de fide catholica primum est agendum. Et quia in fide primo instrui debemus, vt sic ad baptismum creduli veniamus. de consecra. distin. 4. ante baptismum. videndum est ergo quid sit fides, prout hic accipitur, & quot modis accipiatur fides, & quot sint species fidei, & quot articuli, quod præmium credentium, & quæ sit pœna non credentium. Fides enim multis modis dicitur. Dicitur fides quandoque idem quod sacramentum baptismi. 45. distin. de Iudeis. & infra de bapt. & eius effectu. debitum. Item dicitur fides castitas tori. 27. quæst. 2. coniuges. 28. quæst. 1. cauc. & infra de iureiuran. quemadmodum. & est vnum de tribus bonis matrimonij. ead. causa, & quæst. 27. quæst. 2. omne itaque. infra de condi. appo. c. vlt. Item dicitur fides securitas, siue pactum, quæ etiam hosti seruanda est. 23. quæst. 1. noli. Item dicitur fides quandoque conscientia. infra de restitu. spolia. litteras. §. nos autem. circa princ. & infra de præscr. quoniam omne quod non est ex fide. i. conscientia. de pœni. distin. 3. quærat. §. item illud Ambr. aliàs est ver. Item dicitur fides credulitas, secundum quam credimus id quod non videmus. Fides enim est de re non visa. de pœn. distin. 4. in domo. ver. & si abiero. vnde etiam dicitur: Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentū. Item dicitur fides promissio. Insti. de rerum di. §. venditæ. & infra de spon. duo. c. 1. Item alio modo dicitur fides collectio articulorum: vt hic. & 24. q. 1. hæc est fides. præterea & in symbolo Athanasij dicitur: Hęc est fides catholica, quam nisi, &c. Item dicitur fides æquitas in actionibus cōsiderata. Instit. de act. §. actionum autem quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris. Fides vero sic describitur ab Apostolo in epistola ad Hebr. prout hic sumitur. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Et dicitur substantia sperandarum rerum: quia sperare debemus quod dictum est à prophetis, esse futurum. Argumentum non apparentium dicitur: quia per prophetias iam completas debemus habere argumentum, idest, probationem non apparentem de futuris complendis, scilicet de die iudicij, & de fine mundi. Sed videtur quòd definitio ista non sit bona: quia vera definitio conuertibilis debet esse cum suo definito; sed hęc non est conuertibilis: quia spes similiter est substantia sperandarum rerum. vnde videtur inferendum, quòd fides est spes, quod est falsum. Item hæc definitio videtur loqui tantum de futuris, cum fides sit tam de præsentibus quàm de præteritis & futuris, eo quod habet se ad omnia. ad præterita, quia credēdum est Christum fuisse natū & passum. ad præsentia, quia credendum est quod ipse sit qui in altari quotidie conficitur. ad futura, quia credere debemus ipsum venturum & iudicaturum viuos & mortuos, & ita videtur esse insufficiens ista definitio. & licet diuersa tempora comprehendat, vna tantum fides esse videtur. 4 Vnde satis potest dici, quòd non est vera definitio, sed quædam notificatio fidei ab Apostolo dicta. Potest autem magistraliter definiri: Fides est voluntaria certitudo absentium infra scientiam, & supra opinionem constituta. Scientia enim habet cognitionem, fides vero non. Vnde dicit August. Fides est credere quod non vides. de pœni. distin. 4. in domo. Species autem fidei sunt duæ. Vna est formata, quam habent boni: & est alia informis, quam habent mali, & existentes in mortali peccato: & fides eorum caret forma. Prima est virtus à qua dicuntur fideles quicunque baptizantur. de consecr. distin. 4. si qui apud. & talis fides dicitur informata charitate. Vnde sic potest definiri: Fides est qualitas, qua quis credit quod diligit. charitas dignior est, penes quam consistit omne meritum; & est fons viuus, cui nō communicat alienus scilicet à fide. infra de regu. licet. in fin. & de pœni. distin. 1. omnis qui non diligit. Vnde dicitur, fides nostra est virtus quam charitas comitatur. Vnde dicit August. Fides quæ per dilectionem operatur, est fundamentum omnium virtutum. 1. q. 1. cum Paulus. & aliàs ita definit. Hæc est fides quæ per dilectionem operatur. de pœni. distin. 2. charitas. §. item dominus, Anten. ver. hæc est fides. & non ea quæ dæmonum est, qua credunt, & contremiscunt. De fide informata charitate dicit Abacuch propheta: Iustus autem in sua fide viuit. Fides nostra est eadem in substantia cum fide antiquorum, vt dictum est: quod probat Euangelium. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Osanna 5 filio Dauid. Distant tamen in qualitate; quia quod ipsi credebant de futuro, nos credimus de præteritis, scilicet Christum natum & passum. 6 Principales autem articuli fidei nostræ sunt septem, secundum quod septē sunt dona Spiritus sancti: quos quilibet Christianus scire tenetur; clerici explicite, laici implicite, & credere sicut tenet Ecclesia; & sunt hi: Incarnatio siue natiuitas, baptismus, passio Christi siue mors eius, descensus ad inferos, resurrectio, ascensus in cælum, aduentus eius in iudicium. De quibus habes in prima constitutione, firmiter. pro quibus Ioan. in Apoc. legitur fleuisse, vbi dicitur: Vidi librum signatum septem sigillis formam imprimētibus in cælo & in terra, & apud inferos: & nemo fuit dignus aperire librū nisi Leo de tribu Iuda. Et isti septē articuli patent in his versibus.

Nascitur, abluitur, patitur, descendit ad ima,
Surrexit, scandit, veniet discernere cuncta.

Secundum quosdam theologos, sunt duodecim articuli fidei propter duodecim Apostolos, qui eadem hora instinctu Spiritus sancti symbolum composuerunt. Vnde dicitur symbolum à syn, quod est simul, & bolus, quod est morsellus: quia vnusquisque Apostolorum suum morsellum, idest, partem suam apposuit. Et est aliud symbolum maius, quod cantatur in missa, in Nicæna synodo factum propter Græcos, qui non credebant quod Spiritus sanctus procederet ab vtroque. de consec. dist. 5. c. vlti. & pen. Est & tertium symbolum Athanasij: Quicunque vult, quod cantatur in prima. Istud potest appellari quartum symbolum: & ita sunt modo quatuor sicut quatuor Euangelistæ. Præmium vero credentium est vita æterna. Pœna vero non credentium est gehenna perpetua, iuxta illud: Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse nō poterit: & qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. infra de bapt. & eius effectu. maiores. 7 Ber.

Ad Hebr. cap. 11.

† Lateranen. cap. 1. & cap. 1. extra. in 4. compilatione.

4 De hac distinctione fidei, vide meliorem glo. de iure in c. monet. in ver. neque 22. q. 1. & per Leg. in rub. C. de sum. tri. & fi. catho.

5 Secundū August. est vox obsecrantis, magis affectū significans, quàm rem aliquam exprimens.

6 De articulis ad humanitatem Christi spectantibus loquitur. Vide S. Tho. 2. 2. q. 1. art. 8. q. 2. art. 7.

7 Concor. in l. inter claras. circa med. C. eod. tit.

De hac materia habes de consec. dist. 3. c. vlt. de consec. dist. 5. c. pen. & vlt. 22. dist. per totum. 23. dist. qui episcopus.

F*irmiter.*] Nō solet summari, sed ꝑ summario diuiditur in duas partes principales. Secunda ibi, *Vna vero*. Prima tractat de summa trinitate, & eius operib. de fide catholica, & articulis fidei. Secunda pars principalis tractat de sacramentis.

¶ Hanc decretalem & seq eruditissime explicat B. Thom. opusc. 13 & 14. tom. 17.

CAP. I.

F Irmiter [a] † credimus [b] & simpliciter [c] confitemur; quod vnus [d] solus est verus [e] Deus æternus [f], immensus [g], & incommutabilis [h], incomprehensibilis [i], omnipotens [k], & ineffabilis [l] Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed vna essentia, † substātia, seu natura simplex omnino [m]: pater à nullo, filius à patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab vtroque: absque initio, semper, ac sine fine: pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens, consubstantiales, & coæquales, & coomnipotētes [n], & coæterni [o]: vnum vniuersorū principium: creator omnium visibilium & inuisibilium, spiritualium & corporaliū: qui sua omnipotenti virtute simul [p] ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam [q] quasi cōmunem [r] ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus [s] enim

CASVS. Not. ꝙ post symbolum apostolorū quod dicitur, Credo in Deū. quatuor concilia cōdita fuerunt à sanctis patribus de summa trinitate & fide catholica cōtra quosdā hæreticos: de quib' quatuor concilijs legitur 15. dist. c. 1. in quibus condemnati sunt quidā hæretici qui de fide catholica & summa trinitate perperam sentiebant. de hac fide catholica legit 23. dist. c. 2. circa prin. ibi, *& ante omnia*. Est & aliud symbolum maius quod cantatur in missa in Nicæna synodo factum pp Græcos, qui non credebant ꝙ spūs sanctus procederet ab vtroque, postmodū aliud † symbolū Athanasij secutum est, illud. s. Quicunque vult. Illud aūt concilium posset appellari quartū symbolū, in quo illud quod de fide catholica, & de summa trinitate in prædictis concilijs & symbolū continet, confirmat, & repetit. Vt ergo melius intelligas casum, diuide c. istud in quinque partes, secundū quòd sunt signatæ. In prima parte dicitur, ꝙ firmiter credere debemus & simpliciter confiteri, quòd vnus solus verus est Deus æternus, & immensus, & incōmutabilis, omnipotens, ineffabilis. s. Pater, & Filius, & Spiritus sāctus: tres personæ, sed vna essentia, simplex oīno: pater à nullo, filius à patre, spūs sanctus ab vtroq; procedens, absq; initio, semper, & sine fine; creator oium visibiliū, & inuisibiliū, spūalium & corporalium. qui ab initio tēporis vtraq; de nihilo condidit creaturā, spiritualē & corporalē, angelicā & mūdanā, & postmodum humanā quasi cōem, ex corpore & spiritu cōstitutā. Diabolus autem & alij dæmones à Deo creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali: homo vero peccauit diaboli suggestione. In secunda parte. s. hæc sancta trinitas, de qua præmissum est, iuxta ordinatissimā dispositionē tēporū per Moysen & prophetas, & alios famulos suos humano generi doctrinā tribuit salutarē. & tādē vnigenitus filius Dei à tota trinitate cōiter incarnatus ex Maria virgine, spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rōnali & humana carne compositus, vna persona in duabus naturis, viā vitæ demonstrauit, secundū diuinitatē immortalis, secundum humanitatem passibilis & mortalis: subijciendo sex articulos fidei in persona ipsius Dñi: redditurus in fine seculi tam reprobis, q̄ electis secundum merita sua. In tertia parte dicitur, ꝙ est vna vniuersalis ecclesia, extra quā nullus omnino saluatur: in qua idē ipse qui sacerdos est sacrificiū Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris veraciter continentur sub speciebus panis & vini, trāsmutatis pane in corpus, & vino in sanguinē ptāte diuina: vt nos accipiamus de suo, quod accepit de nostro. & hoc sacramentum nemo pōt cōficere nisi qui sacerdos fit: qui secundū claues ecclesiæ rite fuerit ordinatus, quas Dñs cōcessit apostolis & eorum successoribus. In parte quarta, videlicet, Sacramētum, &c. dicitur, ꝙ baptismus qui est secundus articulus fidei, in noīe Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cōsecratē in aqua: & si in forma cōcedat ecclesiæ, à quocumq; conferatē, tā paruulis, q̄ adultis proficit ad salutē. & si post baptismum quis in peccatum prolapsus fuerit, per verā poterit pænitentiā reparari. Vltimo dicit, ꝙ virgines continentes, & etiā coniugati per fidē rectā, & etiā ꝑ operationē bonā ad æternā beatitudinē merentur peruenire. Not. istā decretalem in examinatione hæretici. Itē not. ex hac littera ꝙ simpliciter homo debeat fidem confiteri. Item not. quòd pater & filius, & spiritus sanctus idem sunt secundū substantiam. Item not. ꝙ diaboli creati sunt boni, sed per liberum arbitrium facti sunt mali. Item not. ꝙ Christus descendit in anima, resurrexit in carne, ascendit in vtroque. Item not. ꝙ vna tantum ecclesia est, extra quam nullus potest saluari. Not. quòd sacerdos rite ordinatus verum conficit corpus Christi. Not. ꝙ sacramentum baptismi a quocūque collatum proficit ad salutem. Not. quòd si aliquis lapsus fuerit in peccatum, potest per verā pænitentiam reparari. Itē not. contra hæreticos, quòd coniugati possunt saluari.

† Similis ... est in effectu, in l. nullus hæreticus. C. eo. tit.

† Hoc repositum potius dicitur quàm symbolum.

a ¶ *Firmiter*] Hoc ideo dicit, quia ordo fidej nostræ pbari nō pōt: & qa ubi rō deficit, fides supplet. de cōse. di. 4. c. nihil est aliud. & dist. vlt. c. vlt. arg. vt qd sermo sonat, affect' sentiat. i. fides. de cōse. dist. 2. c. reuera. i fi. qa fides est de re nō uisā. de pæ. dist. 4. in domo. in fi.

Fides supplet, vbi ratio deficit.

b ¶ *Credimus.*] Hoc ideo dicit: quia dubius in fide, infidelis est. j. de hær. c. 1. & arg. 22. q. 1. oē quod, in fi. Et est simile de accusato contra quem nihil est probatū, & sic remanet dubius qsi se non purgat. Et quia fides est exordium nostræ reparationis: ideo prius de ea ꝑmittit, quia prius homo debet instrui in fide. de conse. distin. 4. ante baptismum. & c. ante 20.

¶ *Glo. seq. dat tria similia, & subnectit gemma.*

e ¶ *Simpliciter.*] Fides enim simplicib' verbis est proponēda. 23. dist. qui eps. & 24. distin. qm. Sic & testimonium debet esse purū. 3. q. 9. pora. & simplex debet esse constitutio, similiter & lex. 4. dist. erit autem. Sic & quælibet scriptura si obscure loquatur, pro nō scriptura habetur. ff. de his quę pro nō scri. ha. l. 1. sic & testimoniū obscurū nō valet. j. de prob. in præsentia. & j. de test. cum clamor. & ff. de inter. ac. de ætate. §. nihil interest. Et generaliter nunquā per extranea verba res est proponenda, sed per vsitata. arg. 37. dist. relatū. Io. And.

Obscuritas est lapida.

d ¶ *Vnus.*] hoc dictum fuit ad differētiam plurium planetarū, quos quidam colebant tanquam Deos.

e ¶ *Verus.*] dictus est ad differentiam fictorum.

f ¶ *Aeternus.*] hoc ideo dicit, q a misericordiæ Dei nec mēsuras possum' ponere, nec tpa definire. de pę. dist. 1. multiplex. & 26. q. 6. in q.

g ¶ *Immensus.*] id est, sine mensura: vnde dicitur: Intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, supra omnia non elatus.

h ¶ *Incommutabilis.*] 22. q. 4. incommutabilis. & tñ dat cuncta moueri. vnde Boeth. 3. de cōsola. Stabilisq; manēs dat cūcta moueri, &c. sæpe tñ mutat sententiam suam, vt ibi dicitur, &c. vnuſquisq; in fi.

Boethius.

i ¶ *Incomprehensibilis.*] vnde in veteri lege dicitur. Bestia quæ montē tetigerit, lapidabitur. & illud: Accedet homo ad cor altū, & exaltabit De' ab eo. & illud. O altitudo diuitiarū sapiētiæ & scientiæ Dei, q̄ incomprehensibilia sunt opera † eius, & inuestigabiles viæ eius.

† iudicia.

k ¶ *Omnipotens.*] quia oīa pōt quæ decent eius potentiam, & quæ posse est aliqd posse. vnde peccare ō pōt: quia peccare nō est aliqd posse: vt ait Aug. imo est aliqd nō posse. vt de pæ. dist. 2. c. vlt. §. charitas.

Peccare nō est aliquid posse.

l ¶ *Ineffabilis.*] vñ illud: Sapiētiā eius qs enarrabit? quasi dicat, null'.

¶. *Glo. seq. tractat de triplici compositione, & dat simile in anima.*

m ¶ *Simplex omnino.*] not. ꝙ multiplex est cōpositio. Est enim ꝓprie cōpositio partis ad partes, ut i reb' corpalib'. Itē est ɔpositio ꝓprietatis ad subiectū, vt rationabilitas i aīa. Itē formæ ad substātiā, & substātiæ ad formā, & nulla istarū cōpositionū cadit in Deū; & ideo dr simplex oīno. i. in quolibet sensu cōpositionis. [a] Et pone quasi simile i aīa, cuius substātia simplex est; & tñ tria reperiunē in aīa. Intellectus q ꝑconcipit; rō q̄ discernit; & memoria q̄ cōseruat. Intellectus ꝑconcipiens, patri primo operāti cōparatur: Rō discernēs cōparatē filio, qui est sapiētia patris, disponēs oīa in cælo & in terra. Memoria conseruās cōparatē spūi sancto, [b] qui oīa bona corroborat & confirmat. Sicut ista tria idē sunt in substātia cum aīa: sic & tres personæ pater & filius & spiritus sanctus idem sunt in substātia.

a Nam si esset quid cōpositū. esset dare aliqd prius Deo parte eius, qd non est intelligibile.

b Alij dicūt ꝙ memoria patri, intelligētia filio, voluntas spiritui sancto. alij ꝙ intellectus patri, voluntas filio, memoria spiritui sancto. & de hoc p Host. in sum. eo. tit. §. 1. Io. And.

n ¶ *Coomnipotentes.*] vt in symbolo Athanasij, sed tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

o ¶ *Coæterni.*] sed cōtra vr in dicto symbolo, vbi dicit: & tñ nō tres æterni, sed vnus æternus. Sol. hic ponuntur adiectiue istæ dictiones, ibi autem substantiue. hæc est differentia, hic designat personas, ibi essentiam, sed totæ tres personæ coæternę sibi sunt & coæquales.

p ¶ *Simul.*] vnde Salomon: Qui † manet in æternum, creauit omnia simul. vnde in Gen. In principio creauit Deus cælum & terram; quod simul factum fuit, sed simul dici non potuit.

† Viuit.

q ¶ *Humanam.*] Quia prima die angelos creauit, & sexta die creauit homines.

r ¶ *Quasi communem.*] idest mediā inter angelicam & mundanā, vel cōmunē. i. vtriq; conformē: quia in pluribus conformat se cū angelis. s. in ratione & discretione: & in multis cum inferioribus creaturis; quia sentimus cum illis, & in pluribus alijs.

s ¶ *Diabolus.*] Dicitur criminator, & est græcum vocabulum. deriuatur autem à dia, quod est duo; & bolus, quod est morsellus, quia duos bolos tantum de corpore & anima quærit facere.

Diabolus dr calūniator: nam διαβολή calumniā significat.

a ¶ Deus

& alij dæmones [a] à Deo quidẽ natura creati [b] sunt boni, sed ipsi per se [c] facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestione [d] peccauit. ¶ Hæc sancta Trinitas secundum communẽ essentiam indiuidua, & secundũ personales proprietates discreta: primo per Moysen & sanctos prophetas, aliosque famulos suos iuxta ordinatissimam [e] dispositionẽ temporum doctrinã humano generi tribuit salutarem. ¶ Et tandem vnigenitus Dei filius Iesus Christus à tota [f] Trinitate cõmuniter incarnatus, [g] ex Maria semper virgine spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne compositus, † vna [h] in duabus naturis persona, uiam vitæ manifestius demonstrauit. Qui cum secundum diuinitatẽ sit immortalis & impassibilis [i], idẽ ipse secundum humanitatem factus est passibilis & mortalis. Qui etiã pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus [k], descẽdit [l] ad inferos, resurrexit [m] à mortuis, & ascẽdit [n] in cælũ: sed descendit in anima, & resurrexit in carne: ascẽditq; pariter in utroq; † uenturus [o] in fine seculi, iudicaturus uiuos & mortuos, & redditurus singulis secundũ opera sua, tam reprobis, quàm electis: qui omnes cũ suis proprijs resurgent corporibus, quæ nunc gestant [p], ut recipiant secundum opera sua siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cũ Christo gloriã sempiternam.

¶ *Tractatur hic de sacramentis Ecclesiasticis. Abb. Sicul.*

¶ Vna † [q] uero est fidelium uniuersalis ecclesia, extra [r] quam nullus omnino saluatur. In qua idẽ ipse sacerdos est sacrificiũ [s] Iesus Christus, † cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini [t] veraciter continentur, transsubstãtiatis pane in corpus & vino in sanguinem potestate diuina: vt ad perficiendum mysteriũ vnitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro.

¶ Et hoc vtique sacramentum nemo potest cõficere nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundum claues [u] Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorũq; successoribus Iesus Christus.

¶ Sacramentum [x] † vero baptismi (quod ad Dei inuocationẽ, & indiuiduæ Trinitatis, videlicet patris & filij & spiritus sancti, cõsecratur in aqua) tam paruulis quàm adultis in forma ecclesiæ à quocunque [y] rite collatum proficit ad salutem. ¶ Et † si post susceptionem baptismi quisquã prolapsus fuerit in peccatum: per verã potest semper pænitentiam reparari. Non solum autem virgines & continentes, verumetiam coniugati [z], per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

a ¶ *Dæmones.*] Dæmon interpretaẽ sciẽs. Et est arg. ex hac littera, q de bono procedat malũ; quod est falsum, vt hic exponitur: quia angelus non habuit remedium sicut homo: quia homo peccauit per suggestionem, angelus per se sine alterius suggestione, vt dicit littera sequens.

¶ *Glo. seq. quærit, argumento negatiue, soluit contrarium, & argumento respondet.*

b ¶ *Creati sunt boni.*] Nunquid est idẽ de homine? Vr q non. p hoc qđ dicit Apls. Eramus enim nã filij iræ sicut & cæteri: à qua nullus liberaẽ nisi per fidẽ. de cõsc. dist. 4. c. 2. qđ incipit, firmissime. Dicas q homo ab initio bonus creat° fuit sicut & angeli, & in charitate: vt de pæn. dis. 2. c. tolle charitaté. ver. Adam vero. & c. seq. & c. princeps. vẽ q homo creatus fuit immortalis. de cõse. dis. 4. placuit igiẽ. versus si dist. Et auctoritas pdicta sic debet intelligi. Eramus enim natura filij iræ. i. eram° digni pęna ęterna, siue debitores iræ. i. pœnæ æternæ. natura. i. inseparabili vitio. s. originali peccato. Originale enĩ peccatũ ita inhęret humano generi sicut si esset ei naturale: q2 sicut natura nos non deserit dũ sumus, ita nec originale peccatũ: sed tamẽ post baptismum nõ nocet. de cõse. dist. 4. c. 2.

c ¶ *Per se.*] idest ex pprio defectu.

d ¶ *Diaboli suggestione.*] & ideo magis puniendus est diabolus q̃ ipse faciens. 86. dist. tanta. cir. fi. ibi, *Eos vero.* Nec illud excusat diabolũ, si homo illud aliàs facturus esset. ff. de ser. cor. l. 1. §. qui igiẽ. licet videreẽ q pro sola tñ exhortatione non debeas teneri. nã enim qui exhortatur, mãdatoris opera fungiẽ. ff. de ijs qui no. inf. l. ob hæc verba. in fi. Nec id excusat hominem, qđ consilio alterius fecit: quia debuit & potuit explorare apud semetipsum an expediret ei tale consilium. ff. manda. l. 2. in fin. & si dubitabat, potuit consulere peritiores. Quare imputatur alicui. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. sed iuris. & ff. de bono. possel. in bonorum. in fi. & 37. dist. §. vlti. Io.

¶ *Glo. seq. declarat triplicem legem sub triplici tempore.*

e ¶ *Ordinatissimã.*] Hæc fuit dispositio: quia tria fuerunt tpa; tẽpus ante legem, & tẽpus sub lege, & tempus gratiæ. In tpe ante legem habebant homines ius naturale, quo regebantur, quod consistebat in his duobus præceptis contentis his versibus:

Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli
Sic potes in terris viuere iure poli.

dist. 1. in prin. In tempore sub lege regebantur decalogo Moysi dato à Deo: & tunc contingebant omnia in figura, quæ cõpleta fuerunt tpe gratiæ, qñ Dei filius nos docuit pcepta Euangelica, quibus hodie regimur: in quo scripturæ fuerunt completæ. & hic est ordo de quo hic dicit.

f ¶ *A tota trinitate.*] Hoc ideo dicit, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. de conse. dist. 3. c. vlt. in fin. & 28. q. 1. sic enim neq;. circa prin. Nec potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrẽ facientem. de conse. dist. 5. cap. vlt. in fi.

g ¶ *Incarnatus.*] Hic explicatur primus articulus fidei.

h ¶ *Vna.*] Hoc fuit figuratum in arca Noe, Gen. 7. vbi fuit redemptio sanctorum per duas naturas, quo ad opinionem & veritatem.

ADDITIO. Per duas naturas. s. ligni & aquæ. Habuit etiã inclusio in arca, per quam tunc fuit saluatum genus humanum, figurare [1] inclusionem diuinitatis in humanitate, per quam erat saluandum. Ioan. And.

i ¶ *Impassibilis.*] 22. q. 4. incõmutabilis. & hẽ figura his versibus:

Vel Isaac patitur, aries fit victima Christo:
Nec deitas patitur, cum moriatur homo.

22. q. 2. c. si quælibet. §. Abraham. & c. seq.

k ¶ *Mortuus.*] Hic explicatur tertius articulus fidei.

l ¶ *Descẽdit ad inferos.*] Quartus articulus.

m ¶ *Resurrexit a mortuis.*] Quintus articul°.

n ¶ *Ascendit in cælum.*] Hic est sextus articul°.

o ¶ *Venturus.*] Septim° articulus.

p ¶ *Gestant.*] vnde Apostolus: Hoc mortale induet immortalitatem.

q ¶ *Vna.*] Hæc est secũda pars principalis, in qua tractaẽ de sacramẽtis. Et primo de sacramentis eucharistiæ, interserens de sacramẽto ordinis. Secundo de sacramento baptismi: ibi, *Sacramentum.* Tertio de sacramento pænitẽtiæ: ibi, *& si post.* Quarto de sacramẽto cõiugij: ibi, *non solum.* Abb. Siculus.

r ¶ *Extra quam.*] 24. q. 1. quoniam vetus.

s ¶ *Est sacrificiũ.*] de consec. dist. 2. c. nec Moyses. vnde dicitur:

Rex sedet in cœna turba cinctus duodena,
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Dicit August. De carne B. Mariæ carnẽ accepit, & eandẽ carnẽ ad manducandũ dedit ad salutẽ. de cõse. dist. 2. accesserũt Iudæi. & hoc fuit significatũ i psona Dauid, de quo dr: Ferebaẽ Dauid manib° suis: vt ibi df. Ber.

t ¶ *Panis et vini.*] Hoc ex causa statutũ fuit, vt in alia forma sumeretur propter horrorem. vnde dicitur: Nisi quis manducauerit corpus meum, & biberit sanguinem meum, &c. audito hoc verbo scandalizati sunt discipuli, & dixerunt: Durus est hic sermo. de consecra. distin. 2. prima. de hoc sacramento traditur. ĩ. de celebra. miss. cum Marthæ.

u ¶ *Claues ecclesiæ.*] Nota hic, q non potest conficere corpus Christi nisi fuerit ordinatus in forma ecclesiæ.

x ¶ *Sacramentum vero baptismi.*] Hic est secundus articulus qui vltimo ponitur: & hic exprimitur forma baptismi, quam seruat ecclesia. de consecra. distin. 4. firmissime. & infra de bap. & eius effectu. c. maiores.

y ¶ *A quocunque.*] A quocunque ergo baptismus conferatur in forma ecclesiæ, ratum est: vt 1. q. 1. quod quidam. & de conse. dist. 4. à quodam. & c. Romanus. 24. q. 1. c. subdiaconus. §. sed illud.

ADDITIO. Sed cum sufficiat cõtritio, nonne melius est abstinere [2] quàm ab heretico recipere? Sol. vt not. 32. dist. cap. præter hoc. in glo. pen. Io. And.

¶ *Glo. sequens prosequitur triplicem hominum statum.*

z ¶ *Coniugati.*] Not. q tres sunt ordines in ecclesia Dei. s. virgines, cõtinentes, & coniugati. Christus enim plus amat virgines q̃ alios: quia sponte tribuunt qđ sibi non fuerat imperatum. continentes etiam plus Deo placent quàm coniugati: quia non expedit [3] homini ad regna cælestia tendenti, accipere vxorem: vt 33. q. 5. tũc saluabitur. & ea sunt in nostris officiis gratiosa, quæ cum liceret non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. 28. q. 1. iam nunc.

Marginal notes:

¶ Similem & ferme in terminis. tex. habes C. eo. titu. l. inter claras. §. cũ vero. versi. & cũ vnigenitus fi. lum &c.

¶ extremũ iudicium.

Versus.

Trinitatis opera sunt inseparabilia.

[1] Melius dicere, vnionem cũ humanitate.

Versus.

¶ Ecclesia vnitas.

¶ Eucharistia.

¶ Baptismus

Versus.

¶ Pænitentia.

Christus seipsum cõmanducauit.

[2] Hoc in genere nõ in c. clerus. 21. dist. plenius notatũ est. adde Ioan. And. in prætat. lib. 6.

[3] Propter onera matrimonij, expedit tñ ob fornicationem vitandam. vnde non obstat. 28. q. 1. sic enim. & 32. q. 5. sic Paulus.

Damnamus.] Hæc decretalis diuidit in duas partes principales. In prima reprobat doctrinã abbatis Ioachim. In scđa ibi, *Reprobamus*. damnat illã Almarici. Prima pars facit quinq; : quia primo reprobat doctrinã abbatis Ioachim ꝯ Magistrum sentẽtiarum, quã prosequitur exprimendo motiua & rationes ipsius. Scđo ibi, *Nos autem*. approbat sententiã Magistri, quã damnat Ioachim. Tertio ibi, *Cum ergo*. rñdet auctoritati qua principaliter mouebatur Ioachim. Quarto ibi, *Si quis*, damnat tenẽtes opinionem Ioachim. Quinto ibi, *In nullo*. protestatur pro monasterio, cui præfuit Ioachim.

Cap. 1.

¶ Idem in eodem.†

¶ *Pater & filius & spiritus sanctus vera vnione, non collectiua seu similitudinaria sunt vna essentia, substantia, seu natura: quæ substantia non est generans, nec genita, nec procedens: quia illi actus nõ attribuũtur substantiæ, sed personis: nec per hoc in trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes, vt hæretici sunt censendi, nisi ab errore resipiscant, & correctioni Apostolicæ sedis se supponant. Abb. Siculus.*

CAP. II.

Damnamus† ergo & reprobamus libellum seu tractatum quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardũ de vnitate seu essentia trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum, pro eo ꝙ in suis dixit sententiis†, quoniam quædam summa res est pater & filius & spiritus sanctus, & illa non est generans[a], neque genita, neque procedens: vnde asserit[b] quòd ille[c] non tam trinitatem quàm quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam, manifeste protestans, ꝙ nulla res est quæ sit pater & filius & spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura: quamuis cõcedat ꝙ pater & filius & spiritus sanctus sunt vna essentia, vna substantia, vnaque natura: verum vnitatem huiusmodi non veram & propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariã esse fatetur. quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna ecclesia: iuxta illud, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. &, Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Item, Qui plantat[d], & qui rigat[e], vnum sunt; & omnes vnum corpus[f] sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus & populus tuus vnum sunt. Ad hanc autem suam sententiam adstruendam illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater vt sint vnum[g] in nobis, sicut & nos vnũ[h] sumus: vt sint consummati in vnum. Nõ enim[i] (vt ait[k]) fideles Christi sunt vnum, id est, quædam vna res, quæ communis sit omnibus: sed hoc modo sunt vnũ, id est, vna ecclesia, propter catholicæ fidei vnitatem, & tandẽ vnum regnum propter vnionẽ indissolubilis charitatis, quemadmodum in canonica Ioannis apostoli epistola legitur: Quia tres sunt qui testimoniũ dant in cælo: pater & filius & spiritus sanctus[l]: & hi tres vnũ[m] sunt. Statimq; subiũgitur. Et tres sunt qui testimoniũ dant in terra[n], spiritus[o], aqua, & sanguis[p]: &

Act. 4. — 1. Cor. 6. — 1. Cor. 3. — 3. Reg. 22. — Ioan. 17. — 1. Ioan. 5.

Cap. 1. eo. tit. in 4. cõpilat. — Lib. 1. sen tẽ. dist. 5.

Casus. Magister Petrus Lõbardus dixit in sentẽtiis suis, ꝙ quædã summa res est pater & filius & spũs sanctus: & illa summa res non est generãs, nec genita, nec procedens, sed est pater qui generat, filius qui gignit, spiritus sanctus qui procedit ab vtroque. ꝯ istum magistrum Petrum Abbas Ioachim cõposuit quendam libellum, in quo appellauit magistrum Petrum hæreticum, & insanũ propter hanc suam sentẽtiam, dicens quòd magister Petrus nõ tam trinitatem quàm quaternitatem astruebat in Deo, videlicet istas tres personas, & illam cõmunem essentiam quasi quartam. asserens ille Ioachim, ꝙ nulla res est quæ sit pater & filius & spiritus sanctus, nec essentia, nec substãtia, nec natura. tamen dicebat ꝙ pater & filius & spiritus sanctus sunt vna essentia, vna substantia, & vna natura: verumtñ istam vnitatem non veram & propriam esse dicebat, sed quasi collectiuã & similitudinariã, sicut multi hoĩes sunt vnus populus, & multi fideles vna ecclesia: Ad hoc ꝓbandum inducebat plures auctoritates. Primo illã de actibus apostolorũ: Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna. Secundo inducebat illam auctoritatem Apostoli: Et qui plantat, & qui rigat, vnũ sunt: & oẽs vnũ corpus sumus in Christo. Tertio illam de libro Regum. Populus meus, & populus tuus vnum sunt. Vltimo inducebat auctoritatem euangelij Ioannis: Volo pater, vt sint vnum in nobis, sicut nos vnũ sumus. Sententiam illius Ioachim dãnat & reprobat cõcilium istud generale, & hoc vsq; ad verbum, *Non enim*, &c. Hic incipit respõdere auctoritatibus illius Abbatis quas inducebat pro sua sentẽtia, dicens ꝙ fideles Christi nõ sunt vnum, idest quædam vna res communis omnibus, vt dicebat Ioachim, sed modo sunt vnum, id est, vna ecclesia propter vnitatem fidei catholicæ, & tandem vnum regnum propter vnionem indissolubilis charitatis. & ad hoc probandum inducit concilium auctoritatem Ioannis apostoli in epistola sua: Tres sunt qui dant testimonium in cælo, pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. statim subiungens: tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt. Confitetur ergo concilium cum magistro Petro, ꝙ vna quædam res est quæ veraciter est pater & filius & spiritus sanctus, & quælibet persona est illa res, & ideo trinitas tantum, & non quaternitas est in Deo: quia quælibet trium personarum est vna res, scilicet substantia, essentia seu natura diuina, & illa non est generans, nec genita, nec procedẽs: sed est pater qui generat, filius qui gignitur, spiritus sanctus qui procedit ab vtroque. vt per hoc denotetur distinctio in personis, scilicet vnitas in natura. & licet hic dicatur, alius est pater, alius filius, alius spiritus sanctus, non tamen aliud. sed id quod est pater est filius & spiritus sanctus, idem omnino: sicut ipsa littera probat ab illo loco, *Licet*, &c. vsque ad verbum illud, *Cum ergo*, &c. Et ibi respondet auctoritati. Volo pater vt sint vnum, &c. dicens ꝙ hoc nomẽ, vnum, aliter accipitur pro personis diuinis, & aliter pro fidelibus: secũdum ꝙ hoc nomen diuersimode accipit in auctoritate illa: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater vester perfectus est perfectione naturæ: dicẽs ꝙ si quis sñiam vel doctrinam præfati Ioachim seruare voluerit, vel defendere, tanq̃ hæreticus censeatur, & ab omnibus euitetur. p hoc tñ nullum præiudicium Florensi monasterio generetur, cuius ipse Ioachim extitit institutor: qa ibi & regularis est institutio & obseruãtia salutaris: maxime cũ idem Ioachim oĩa scripta sua mãdauit Apostolicæ sedi, eius iudicio corrigẽda, dictãs epistolã, in qua firmiter se illam fidẽ confitetur tenere, quã Romana ecclesia. In fine reprobat sententiã & doctrinam peruersissimã cuiusdam impij hæretici noie Almarici: cuius mentem pater mendacij, id est, diabolus ita excæcauit, ꝙ eius doctrina non tam hæretica quàm insana sit censenda. Nota ꝙ sine vlla diminutione filius nascendo substantiam patris assumpsit. Nota ꝙ vbi similitudo est, potest esse dissimilitudo. Nota vnũ generale, ꝙ delictũ personæ in damnum ecclesiæ non redũdat. Nota ꝙ licet persona reprobetur, non tamẽ eius acta: & sic nota ꝙ reprobatio originali, nõ reprobatur qđ sequitur ex eo. Nota ꝙ licet aliquis erret in fide, si tamen est paratus corrigi, non est censendus hæreticus.

a ¶ *Non est generans.*] Adiectiue tenetur, i. nõ generat, licet sit persona generans.

b ¶ *Asserit.*] scilicet Ioachim.

c ¶ *Ille.*] s. Petrus.

d ¶ *Qui plantat.*] s. prædicando.

e ¶ *Et qui rigat.*] Baptizando in epistola ad Corinthios.

f ¶ *Vnum corpus, &c.*] Vnione charitatis & spiritus. de consecr. dist. 4. quæris à me.

g ¶ *Vt sint vnum.*] i. eiusdem voluntatis.

h ¶ *Nos vnum.*] s. vnione naturæ.

i ¶ *Non enim.*] Hic respondet concilium auctoritatibus Ioachim.

Additio. Non est verum. Vnde dixit Pet. & Abba. quòd respõdet ibi, *Nos autem*. sed veritas est quòd respondet in versiculo, *Cum ergo*. & ista fuit noua[1] glossa, & forte fuit error scriptorũ. Io. And.

[1] Ego in antiquis hanc etiam noui.

k ¶ *Ait.*] i. Ioachim.

¶ *Gl. seq. ponit triplex testimonium personarum trinitatis.*

l ¶ *Pater & filius & spiritus sanctus.*] Pater dedit testimonium deitatis quãdo dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Filius dedit testimonium deitatis quando in monte transfiguratus potentiam deitatis, & speciem æternæ beatitudinis ostendit. Spiritus sanctus dedit testimonium quando super baptizatum in specie columbæ requieuit, vel quãdo ad inuocationem nominis Christi corda credentium impleuit.

1. Ioan. 5. — Christi deitas triplici testimonio cõprobatur.

m ¶ *Et hi tres vnum.*] i. indifferentes quo ad dandam gratiam. Vel vnum, i. vnius substantiæ vel essentiæ.

n ¶ *In terra.*] s. ꝙ Christus fuit homo. j. de celeb. mis. in quadam.

o ¶ *Spiritus.*] i. humana anima, quam emisit in passione.

p ¶ *Aqua & sanguis.*] quæ fluxerũt de latere Christi, vt in dec. præd. in qua

in qua idem. & fuit vera aqua, & non aquaticus humor, vt quidam hæretici mentiuntur.

a ¶ *Et hi tres vnum sunt.*] Non natura eiusdẽ substantiæ, sed cooperatione eiusdẽ mysterij: quia spiritus ꝑ adoptionẽ nos filios Dei fecit, aqua fecit nos filios Dei per ablutionem baptismi, sanguis per redemptionem gratiæ.

est persona patris, & alia persona filij, non tamen aliud, immo idẽ sunt in substantia: vt iam patet.

f ¶ *Orthodoxam.*].i. rectam. ab orthos, quod est rectũ, & doxa, quod est gloria, quasi recte gloriosa. Hostien.

g ¶ *Ei dedit.*] Vnde Aug. Nihil habet filius quod non nascendo à patre acceperit.

hi tres vnum [a] sunt: sicut in quibusdam codicibus inuenitur. ¶ Nos † autem sacro approbante concilio credimus & confitemur cũ Petro, quòd vna quædã summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est pater, & filius & spiritus sanctus: tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earũdem. & † ideo in Deo solummodo trinitas est, non quaternitas: quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura diuina, quæ sola est vniuersorũ principium, præter quod aliud inueniri non potest: & illa res nõ est generans [b], neque genita [c], nec procedens: sed est pater qui generat: & filius qui gignitur: & spiritus sanctus qui procedit: vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura [d]. Licet igitur alius sit pater [e], alius filius, alius spiritus sanctus: nõ tamẽ aliud, sed id quod est pater, est filius & spiritus sanctus idem omnino: vt secundum orthodoxam [f] & catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno filium generãdo, suã substantiã ei [g] dedit: iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. Ac dici nõ potest quòd partẽ substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indiuisibilis sit, vt pote simplex [h] omnino. Sed nec dici potest quòd pater in filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eã filio quòd non retinuerit ipsam sibi: alioquin desijsset esse substantia. Patet ergo quòd sine vlla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit: & ita pater & filius habent eandem substantiam: & sic eadem res est pater & filius, necnõ & spiritus sanctus ab vtroque procedens [i]. ¶ Cum ergo veritas [k] pro fidelibus suis orat [l] ad patrem: Volo (inquiẽs) vt ipsi sint vnum [m] † in nobis, sicut & nos vnũ [n] sumus: hoc nomen vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia [o]: pro personis vero diuinis vt attendatur idẽtitatis vnitas in natura, quemadmodum alibi veritas ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiæ: sicut pater vester cælestis perfectus est perfectione naturæ: vtraque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. ¶ Si quis igitur sententiam vel doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere, vel approbare præsumpserit, tamquam hæreticus ab omnibus † euitetur. ¶ In nullo tamen propter hoc Florensi monasterio [p] (cuius ipse Ioachim extitit institutor) volumus derogari: quoniam ibi & regularis est institutio, & obseruantia salutaris: maxime cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mãdauerit Apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda [q], dictans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere quam Romana tenet ecclesia, quæ (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est & magistra. ¶ Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij † Almarici, cuius mentẽ sic patet mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica censenda sit, quàm insana.

TITVLVS II.

De constitutionibus.

¶ Ex concilio Meldensi. †

¶ *Iuris canonici statuta omnes ligant: & eorũ ritu tam in pronunciando quàm in decidendo iudicia sunt regulanda.*

b ¶ *Non est generans.*] idest nõ generat, sed est persona generans.

¶ *Gl. seq. distinguit triplicẽ speciem nominũ in diuinis.*

c ¶ *Neque genita.*] not. [a] ad intelligentiã personarũ in trinitate ꝙ nominum quædam sunt essentialia, quædã psonalia, quædã notionalia. Essentialia sunt quæ in singulari numero dicũ cõgrue de trib. psonis sigillatim, vt Deus bonus, Deus iustus, æternus, omnipotens, & similia. in plurali vero numero incongrue dicũtur: iuxta illud Athanasij: & nõ tres dij, sed vnus est Deus. Personalia sunt quæ supponunt personã, & in singulari numero tãtum. vt pater & filius & spiritus sanctus. Notionalia [a] sunt quæ notant distinctionem in personis: vt generãs, generata, & procedẽs. Ista notionalia cũ veniũt adiectiue, dicuntur tantum de personis, & non de essentia. sed qñ tenẽtur substantiue: tunc dicuntur tam de essentia quã de personis. vnde hæc ꝑpositio simpliciter est vera, Pater est generãs, siue hæc dictio, generãs, teneatur adiectiue siue substantiue. Si aũt dicatur, substantia diuina est generans, si hæc dictio, generãs, teneatur adiectiue, falsa est: quia vellet notare distinctionem in diuina essentia. si teneaẽ substantiue, vera est: quia tunc est sensus, substantia diuina est generãs, i. persona quę generat. Vnde nomina ista, generans, genita, & procedens, adiuncta nominibus personarũ, distinctionem notant personarum: iũcta vero cum nominib. istis substantia, natura, seu essentia diuina tenentur substãtiue. & notant essentiã tantum.

d ¶ *Natura.*] hæc est illa summa res, quam dixit magister Petrus.

¶ *Gl. seq. ponit quomodo in diuinis disiunctiua nomina tripliciter iunguntur.*

e ¶ *Alius sit pater, alius filius.*] Disiunctiua siue partitiua nomina vt vnus, aliqs, alius, duo, vel similia, aliqñ significant essentiam, aliqñ non. Noia partitiua iũcta cum noibus psonalibus, & nõ essentialibus in masculino & fœminino genere, notant distinctionem in personis: pater est vnus, filius est alius, pater & filius sunt duo. Iuncta vero nominibus essentialibus, ita ꝙ eis innitantur, essentiam notant: vt pater est vnus Deus, pater & filius sunt vna essentia. In neutro vero genere tantum essentiam notant, pater & filius sunt vnum, i. vna res. & ideo optime dicit, alius pater, alius filius, i. alia

h ¶ *Simplex omnino.*] De hoc dicas, vt s. c. proxi.

i ¶ *Procedens.*] .s. per inspirationem. de consec. dist. vlt. c. pen. in fi.

k ¶ *Cum ergo veritas.*] dicit respondendo auctoritati prædictę, Volo, &c. & eam exponit quã inducebat ꝑ se Ioachim, & exponit qualiter intelligatur hoc verbum, vnum, & per hoc etiam aliis auctoritatibus respondetur.

l ¶ *Orat.*] In euangelio Ioannis.

m ¶ *Vnũ in nobis.*].i. vnati nobis vnione spũs.

n ¶ *Vnum sumus.*] Hic in alia significatione accipitur hoc nomen vnũ, i. vnione substantiæ seu naturæ, vt infra sequitur.

o ¶ *In gratia.*] .i. per gratiam.

p ¶ *Florensi monasterio.*] not. quòd si auctor [a] reprobatur, eius scripta sunt reprobanda. infra de hæret. fraternitatis. imo & si bona essent, reprobarentur ratione auctoris: quia non licet ei hoc facere. 96. dist. bene quidem. hic vero licet auctor non reprobetur, quia confitetur se seruare fidem catholicam: tamen scripta sua (quia malã habebant sententiam) reprobantur.

q ¶ *Corrigẽda.*] & ideo quia paratus fuit corrigi, & se correxit, vt sequitur, non debet dici hæreticus, licet quandoque errasset in fide. 24. q. 1. hęc est fides. & q. 3. dixit apostolus.

DE CONSTITVTIONIBVS.

¶ Hæc rubrica potest ad præcedentia & sequentia sic continuari. Tractaturus auctor de iure, præmisit de summa trinitate, & fide catholica, pro sui operis fundamento: quia vbi fundamentum deficit, nihil superædificari potest. 1. q. 1. cum Paulus. Et quia omne ius constat ex scripto & non scripto. Institu. de iure na. gen. & ci. §. constat. & 1. distin. c. consuetudo. §. cum itaque. ius autem scriptũ est certius & nobilius: ideo auctor præmisit de iure scripto, scilicet de cõstitutionibus: & postea de iure non scripto, scilicet de consuetudine. Abb. Siculus.

¶ De prima parte huius rub. tractatur in 1. distinct. vsque ad 7. inclusiue: & in 9. dist. vsque ad 10. inclusiue. & in 13. & 19. & 20. & 29. & 30. & 38. distin. per totum. & 1. q. 7. c. requiritis. §. nisi rigor. vsq; ad c. & si illa §. breuiter. & 76. dist. ieiuniũ. 2. in fi. De secunda parte, videlicet de conciliis tractatur 15. distin. vsque ad 19. dist. exclusiue. De vtraque parte habetur 16. dist.

Vide Melchiorẽ Canũ lib. 12. c. 7. de locis Theolo. §. secũda pręceptio.

[a] Ad intelligentiã huius gloss. vide Theologos lib. 1. sent. distin. 34. & beatũ Thomã 1. part. q. 13. adde gloss. & Bar. in l. si vnus. §. vl. ff. de pactis. vbi agunt de nominib. sed alio cõsilio.

In vno manuscripto ita. & ideo in Deo solummodo trinitas, nõ quaternitas reperitur.

[a] Quæ sic appellãtur, quia personas notificant aliqñ distinctiõe qua illas distinguunt: qñq; relatiua, quia psonas ad inuicem referunt. qñq; ꝓprietates, quia ꝓprie personis insunt. Ioan. And.

Ioan. 10.

Ioan. 17.

Alij vero ñ sunt fideles Christi, alij vero plenã dominã.

Marth. 5.

¶ refutatur

[a] De materia huius glo. Alfonsus Castr. lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 15. 16. & 17. Petrus Codoffred. in l. damnato. C. de hæret. & late lib. 2. cõment. in Direct. inquisito. Schol. 1.

¶ Almarici hæreses refert Directoriũ par. 2. q. 7.

¶ cap. 12. Burchard. lib. 1. c. 61. Ivo par. 5. c. 171. & c. 2. end. tit. in 1. cõpilat.

CAP. I.

Canonum statuta custodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur.

Gregorius in registro.

Constitutio respicit futura & non præterita.

CAP. II.

Cognoscentes: & infra. Res quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. Quoties vero nouum quid statuitur, ita solet futuris formam imponere, vt dispendiis præterita non commendet: Ne detrimentum ante prohibitionem possint ignorantes incurrere: quod eos postmodum dignum est vetitos sustinere.

Augustinus super illud epistolæ ad Hebræos.

Potestas legem condendi & mutandi est penes vicarium Christi. Et quod de vno connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur. Ab. Sicu.

CAP. III.

Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Quia enim simul & ab eodem & sub eadem sponsione vtraque data sunt: quod de vno dicitur, necesse est vt

---

Canonum statuta.] Cōstitutiones canonum ab omnibus sunt seruandæ. Ioan. And. Primo statuit. Secūdo confirmando declarat: ibi. *Et nemo*. Abb. Sicu.

Casus. Præcipit concilium Meldēs. q̄ statuta canonum custodiātur ab omnibus & in actionib[us] vel iudiciis ecclesiasticis nemo ducat suo sensu, sed iudicet sec̄dm canones & leges. Not. q̄ canones ab oībus debēt obseruari. Not. q̄ ī iudiciis nemo suo sensu debeat duci.

a *Canonum.*] generalium scilicet, quia quidam canones sunt psonales, quidam locales. 63. dist. cum longe. j. de electio. nihil. quidā causales, quidam temporales, vt 29. distin. sciendum.

b *Statuta.*] nō abrogata vel per cōtrarium canoné, vel per consuetudinem. illa enim seruāda nō sunt. 26. dist. c. 1. & 36. q. 2. c. vlti. Et dic statuta continentia præcepta, vel prohibitiones. aliàs si de concilio loquerentur, non obligarent. 14. q. 1. c. vlt. §. quod præcipitur. 4. dist. c. deniq. §. hæc & si legibus.

c *Custodiantur.*] 5. q. 7. si quis omnē. 19. distin. si Romanorum. & j. eod. cap. vlt.

d *Ab omnibus.*] Sic & leges ab oībus sunt seruādæ: vt C. de legi. & consti. l. leges. 1. & C. de iur. & fac. igno. cōstitutiones. Et dic ab omnibus. s. subditis. Nam Papa & Imperator legib. non constringuntur. ff. de leg. princeps. & 9. q. 3. cuncta. tamen legibus se velle viuere profitētur. C. de leg. digna vox. & C. de testa. ex imperfecto. & ff. de leg. 3. ex imperfecto. & Insti. quib. mo. test. infir. §. vlt. & 2. q. 7. nos si incompetenter.

e *In actionibus.*] s. ciuilibus.

f *Vel iudiciis.*] s. criminalibus, quia iudiciū aliud criminale, aliud ciuile. j. qui fi. sint legi. per venerabilem. circa fin. §. tria. Nec est necesse proponere actionem. j. de iudic. dilecti. si tamen quis proponit ineptam, succumbit, sed aptam potest postea proponere: vt j. de iudi. c. examinata. vbi de hoc.

g *Suo sensu.*] s. malo. & est simile. 3. q. 9. pura. & j. eo. ne Innitaris. quāq; enim suo sensu vti debet iudex in iudicando proprie accepto vocabulo. ff. de arbi. qualem. & in authen. de Iusiur. quod præs. ab his qui administ. reci. circa prin. coll. 2. & j. de renun. in præsentia. dum tñ secundum leges & iura pronunciet. in auth. de iudi. §. quia vero. ver. oīs iudex. aliàs est. §. coll. 6. & in auth. de defen. ciui. §. iurandum. coll. 3. & 3. q. 7. iudicet. & 20. dist. de libellis. & 37. dist. relatum. & Inst. de offic. iud. in princ. & C. de sen. & interloc. om. iud. l. nemo.

Cognoscentes.] Diuiditur in tres partes. In prima ponitur regula ex qua sumitur ratio. In secunda statutum: ibi, *Quoties*. In tertia declarando applicat ad facti rationem, quæ sumitur ex regula: ibi, *Ne detrimentum*. Ab. Siculus.

Casus. Primo ponitur regula generalis, videlicet q̄ nullus puniri debet sine culpa. Secundo dī q̄ si cōstitutio aliqua de nouo promulgatur, extendiur ad futura tantum punienda, quæ p̄ ipsam constitutionem cōmittuntur, ita quòd præterita dispendiis non puniat, ne detrimentū ante prohibitionē sustineant ignorantes: quod eos (si postea deliquerint) dignum est sustinere. Not. regulam: Res quæ culpa caret, in damnum vocari non debet. Not. quod leges dant formam futuris negotiis. Not. q̄ decretum non ligat ignorantes.

Glo. seq. adiuuat textum, arguit, allegat duos canones in contrarium alleg. 4. dupliciter soluit, & remittit.

h *Culpa caret.*] quia quod legitime factum est, pœnam nō meretur: C. de adulte. Gracchus. & peccata suos debent tenere auctores. C. de pœ. l. sancimus. & j. de ijs quæ fi. à maio. par. cap. quæsiuit. & j. de sent. excom. Romana. in fi. lib. 6. Et ita est hic arg. expressum, q̄ nemo priuatur iure suo sine culpa. 56. dist. satis peruersum. 16. q. vlti. inuentum. de restit. spo. conquerente. Arg. contra 22. dist. renouātes. & 34. dist. si cuius vxorem. & c. seq. & 27. q. 2. multorū. j. de cle. coniu. sane. Sol. prima rubrica regulariter vera est, cōtraria exstitia sunt. Vel dicas quòd licet quandoq; quis priuetur iure suo sine culpa, non tamen fit illud sine causa. j. vt lit. non contest. qm̄ frequēter. §. si vero. & causam facile est videre in cōtrariis signatis. In sex casibus priuatur aliquis iure suo sine culpa sua. Vnde versus:

Paupertas, odium, vitium, fauor, & socius, ordo:
Personas spoliant & loca iure suo.

Ista notantur in d. c. renouantes. & j. de priuileg. antiqua. vbi de hoc.

i *Futuris.*] Sic ergo constitutio respicit tantum futura, & non præterita: vt j. eod. cap. vlt. dicemus de hoc.

k *Dispendiis.*] i. dānis, siue retractationibus: vel, id est, detrimētis vel grauaminib. j. de rescrip. dispendiosa. lib. 6. Io. And.

l *Non cōmendet.*] i. nō puniat. vel. i. subiiciat:

Glo. seq. arguit allegans duos canones, & vnum al. leg. in contrariū, & soluit.

m *Ante prohibitionē.*] Argu. neminem ligari constitutione antequā ad ipsum perueniat: vt 32. q. 4. dixit Sara. & 82. dist. proposuisti. Argu. cōtra 16. dist. quod dicitis. Sed non est contra: quia ex quo publice promulgata est, & publicata, oēs tenentur ad ipsi[us] obseruātiā, & oēs ligat post duos mēses à publicationis tpe elapsos. i auth. vt factæ nouæ cōsti. circa prin. coll. 5. j. de sen. excom. nouerit. j. ne cleri. vel mon. non magnopere. & c. super specula. Nec est necesse vt singulorum auribus inculcetur: vt in d. c. quod dicitis. & infra de postula. præla. ad hæc. Nisi probaret se extra prouinciam tunc fuisse, vel aliàs impeditum. argum. est expressum. j. qui mat. accus. pos. cum in tua.

Translato.] Quod de vno connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur. h. d. Io. An. Primo ponit verba Apostoli. Secūdo Augustini illa exponentis: ibi, *Quia enim*. Casus secūdum Pan. sic poni debet, vt conueniat titulo. Fuit quæsitū à Gregorio auctore huius compilationis, an cōstitutio seu lex deberet intelligi in propriis terminis tātum, an debeat extendi ad alios casus. & Papa respondet q̄ debet extendi ad connexa, & similia. ad quod probandū inducit auctoritatem Apostoli, qui ex translatione sacerdotij intulit per consequentiam translationem legis. Ab. Siculus.

Vel sic. Quidam Hebræi licet facti Christiani, seruare volebant legem ad litteram, quæ dicebat, præceptū de sabbato seruādū esse, & circuncisionem esse seruādam, quæ hodie ad litterā seruari non debent. Hos reprehendit Apostolus, dicēs q̄ postq̄ sacerdotiū translatum est ad Christianos, necesse est, vt legis translatio fiat. Augustinus super illo loco probat, q̄ hoc facere non debent: quia lex & sacerdotium simul data fuerunt, & ab eodē, & sub eadem sponsione, & ideo simul seruanda sunt: quia quod de vno connexorū dicitur, de alio debet intelligi. Not. q̄ trāslato aliquo transfertur lex, & sententia, seu conditio. Not. q̄ connexorum idem est iudicium.

Glo. seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.

n *Sacerdotio.*] Supple leuitico. vt cesset obiectio, quæ potest fieri de Melchisedech, qui præcessit legem per quingentos annos, quod innuitur ex littera sequenti: quia sacerdotium simul fuit datum cū lege, verum est, supple, leuiticum.

o *Quia enim.*] Sunt verba Augustini exponentis prædicta verba Apostoli.

p *Simul.*] Quia in monte Sinai eodem tempore contulit dñs Moysi legem & sacerdotium. postquam ergo iam translatum est sacerdotium ad Christianos: ergo & lex transferri debet.

q *Sub eadem sponsione.*] Quia postq̄ dñs dedit legem filiis Israel, dixit eis: Audi Israel mandata mea, & ea conserua in corde tuo: & si feceris, dabo tibi terram fluentē lac & mel. & tunc ipsi promiserūt seruare legem & sacerdotium: & ideo dicit, sub eadem sponsione. Hic attende: quia dñs in veteri testamēto temporalia promittebat, in nouo vero promittit æterna, vt; Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis, &c. j. de celebra. missa. cum Marthæ.

Gl. seq. arguit, & allegat concordantias.

r *Quod de vno.*] Arg. q̄ vbi est eadē ratio, ibi debet esse idē ius, & q̄ de similibus idem iudiciū est habendum. 5. dist. ad eius vero. ver. si enim ea. & 4. dist. denique. ver. vnū quoque. & 16. q. vlt. & hoc diximus. & 1. q. 3. si quis obiecerit. & j. de transl. inter corporalia. vers. sicut ergo. & j. tit. prox. inter ceteras. in fi. Et quoties ex vna radice vitium nascitur, consequens est vt vna lege tollatur. C. de nupt. si libertā. & 1. q. 1. sicut Christus. & 22. q. 2. si quis per verus. Et quod dicit, quod de vno dicitur, idest, quod de vno constitutum est: & sic facit ad titulum: alias non videtur facere.

Facit l. cū de indebito. vbi glos. ff. de proba. & in l. lege. §. cū quidā. vbi statuta ad l. Corn. de sicar.

Addi potest cap. 7 eiusd. verba huius cap. ibi in glossa, quę di ordinaria. & c. 4. eod. tit. in 1. compilat.

Melchisedech præcessit legem.

Æterna promittunt in lege Euangelica.

Prouehat Hostiensis versum: Qui caruit culpa, careat sine iudice pœna. Io. And.

Nam

NAm concupiscentiã.] Constitutiõis certũ quid prohibens, oĩa prohibet quæ sequũtur ex illo. Io. And. Primo ponit dictum Apostoli. Secũdo declaratio: ibi, *Hoc enim.* Abb. Sic. Casus sic ponitur. Legitur in epistola Pauli ad Romanos: Peccatũ non cognoui nisi per legẽ. Nã concupiscentiã nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Aug. exponit hæc verba Apostoli, s. Nam concupiscentiam nesciebam, dicens, hoc enim elegit Apost. gñralius, s. cõcupiscentię vitium, vnde oĩa mala oriũtur. cõcludit Aug. ergo lex illa bona est, quę dũ hoc prohibet, omnia mala prohibet. Not. ꝙ licet aliqoid nõ noceat, si tamen nocere possit, prohiberi debet. Item, not. oriũtur, id est, oriri possunt. sic potes dicere in dictia testium. Item not. ꝙ aliquo prohibito vel concesso, oĩa concedi vel prohiberi debent quæ ex eo sequuntur.

Ad Rom. 7

¶ Addi post cap. 7. legunt hæc verba. in ea quę dã glossa ordinaria. & ca. 7. eod. tit. in 3. cõpilat.

¶ Cap. 3. eadem verba sunt in glossa ordinaria. & ca. 6. eod. tit. in 4. cõpilat.

de altero intelligatur.

¶ Idem super epist. ad Romanos. †

¶ *Omne prohibitũ à lege, peccatum est, & omne illud qđ sequitur ex eo. hoc d.*

CAP. IIII.

NAm concupiscentiam [a] nesciebã, [b] &c. ¶ Hoc enim [c] elegit Apostolus generale [d], vnde omnia mala [e] oriuntur [f]. Bona est ergo lex, [g] quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

¶ Hieronymus in parabolis. †

¶ *Cõstitutiones decretorũ singularibus sunt opinionibus præferendæ.*

CAP. V.

NE innitaris [h] prudentiæ tuę. [i] ¶ Prudẽtię suę [k] innititur, qui ea quę sibi agenda vel dicenda videntur, patrum decretis [l] præponit [m].

¶ Innocentius iij. Senoñ. archiepiscopo, & episcopo Treceñ.

¶ *Non valet constitutio collegij in damnum aliquorũ, & commodum aliorum, cessante rationabili causa. Vel sic: Absque rationabili causa non potest maior pars capituli tollere consuetudinẽ, vtilitatem priuatam nutriendo.*

CAP. VI.

CVm † omnes: & infra, ¶ Ad audientiã nostram † peruenit, quòd Treceñ. canonici nouum fecerunt in Treceñ. ecclesia constitutũ [n], vt eis tã in præsentia q̃ in absentia redditus suos ex integro percepturis, qui in eadẽ ecclesia post illã constitutionem fuerũt, vel de cætero fuerint instituti, redditus in absentia non percipiant, sed tunc solum cũ fuerint residentes: cũ secundũ Treceñ. ecclesiæ cõsuetudinẽ omnes in hoc consueuerũt esse pares. ¶ Statuerũt † etiã vt (cum singulis præbendis annexæ sint vineæ) ipsis suas dum vixerint possidẽtibus, vineæ decedentiũ ad successores nõ trã-

¶ *Glo. seq. inchoat casum.*

a ¶ *Nam cõcupiscentiã.*] Legit in epistola Pauli ad Romanos: Peccatũ nõ cognoui nisi per legem. Nã concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, non concupisces. Aug. exponit hic verba illa Apostoli [nam concupiscentiam nesciebam] dicens, quia hoc elegit Apost.

b ¶ *Nesciebam.*] Esse peccatũ concupiscere, vel tam graue, secundũ aliam expositionem: Apostolus antequam vidisset legem, non credebat esse peccatum concupiscere rem alterius, sed postquam inuenit in lege, non concupisces, credidit esse peccatum.

c ¶ *Hoc enim.*] Verba sunt Aug. vsq; in fi. Et dic, hoc, scilicet nescire concupiscentiam tantum, vel remouendam à se: Vel, hoc, idest peccatum. ita exponit Augustinus. Si intelligas de concupiscentia carnis tantum, falsum esset, cum Apostolus haberet concupiscentiam, & stimulũ carnis. vnde dixit: Video aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuantẽ me in lege peccati. 32. q. 5. si Paulus.

Ad Rom. 7

d ¶ *Generale.*] Scilicet vitium concupiscentiæ, quod est generale ad omnia vitia.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. quinque iura.*

e ¶ *Vnde omnia mala.*] Arg. ꝙ vno prohibito, oĩa prohibent quę sequunt ex illo. 13. q. 5. pœnale. & 4. dist. deniq;. & ĩ. de fid. inst. inter dilectos. ad fi. C. de rebus alienis non alien. l. vlt. & C. de legibus. non dubium.

¶ *Glo. seq. dupliciter exponit litteram.*

f ¶ *Oriuntur.*] Id est, oriri possunt. & comprehendit genera singulorũ, & non singula generũ, id est, nõ est aliquod genus mali, quod quãdoq; non possit oriri ex concupiscẽtia. [a] Et sic intelligitur 47. dist. bonorũ. vbi dicitur ꝙ cupiditas est radix omniũ malorum. vbi similiter cõprehendit genera singulorum, & non singula generũ. & de pœ. dist. 2. quia radix. Et eodẽ modo intelligitur illud quod dicit Imperator, quòd auaritia est mater omniũ malorum. Auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. cogitatio. ver. fin. coll. 2. Et ex hoc generali vitio cõcupiscentiæ omnia mala, idest septẽ principalia vitia possunt oriri, scilicet Superbia, Ira, Inuidia, Accidia, Auaritia, Gula, Luxuria: & ideo dicit Aug. cum Apostolo, ꝙ bona sit lex, quæ dum hoc, &c. non tamen propter hoc singula vitia cuiuslibet generis, vt puta, interficere hominem, periurium, & similia oriuntur ex cõcupiscentia. Vel expone ꝙ dicit, oriuntur, idest orta sunt, præsens pro præterito. ita exponitur ff. de verb. sig. verbum erit. propter concupiscentiam enim primi parentis omnia mala orta sunt. si enim non concupiuisset, non peccauissemus. 5. dis. ad eius vero concubitũ. in fi. Vnde Gregor. Caro nos læta traxit ad culpã, afflicta reduxit ad veniã. & sic non esset necesse cõprehendere genera singulorum, &c.

[a] Hoc aliis ebrietati tribuit. 15. distin. ante oĩa. aliis ignorantię. 38. distin. ignorantię. alias amori pecunię. 21. dist. his igitur. sed nõ obstat, vt p Hostien. & Ioan. Andrea.

g ¶ *Lex.*] Id est, constitutio: vt in prin. decret. lex est constitutio. dist. 1. & dist. 2. c. 1. & sic facit ad titulum.

NE innitaris.] Diuiditur, quia primo ponũtur verba Salomonis, Secundo verba Hieronymi, & Augustini exponentium illa: ibi, *Prudẽtia.* Abb. Sicu. Casus sic ponitur. In parabolis Salomonis ponunt ista verba: Fili mi habe fiduciam in dño ex toto corde tuo: & ne innitaris prudentiæ tuæ: & ne sis sapiens apud temetipsum. Hieronymus exponit verba ista, ne innitaris prudẽtiæ tuæ, dicens illũ inniti prudentiæ suæ, qui ea quæ sibi videnť agenda vel dicenda, pręponit statutis sanctorũ patrũ, vel etiã legibus. Not. ꝙ propriũ intellectum non debet aliqua præferre decretis sanctorum patrũ.

Prou. 3.

¶ *Glo. seq. inchoat casum.*

h ¶ *Ne innitaris.*] In parabolis Salomonis ponuntur verba ista: Fili mi habe fiduciã in domino ex toto corde tuo, ne innitaris prudẽtiæ tuæ, ne sis sapiens apud temetipsum. Hieronymus exponit hic particulã illã, ne innitaris prudẽtię tuę, &c.

¶ Cap. 1. eo. titu. 3. cõpilat.

i ¶ *Prudentiæ tuæ.*] Verba sunt Hieronymi vsque in finem.

¶ In multis antiq. ita, ad audientiã apostolat⁹ nostri.

a ¶ *Prudentiæ suæ.*] In malo. & est simile 8. q. 1. sciendum. & 3. q. 9. pura. & ĩ. eod. tit. canonum.

l ¶ *Decretis.*] Id est, cõstitutionibus, & ita pertinet ad titulum.

m ¶ *Præponit.*] Nõ ergo sunt postponenda decreta, quæ Hierony. ita commendat: quod etiã fieri nõ debet. 37. dist. relatum.

† Hoc est secundũ canonicorum statutum.

CVm omnes.] Cõmuniter sic summat. Constitutio canonica, quę non est omnibus cõmunis, & per quam tollitur ecclesiæ consuetudo antiqua, non valet. Et duo facit. Nam in prima parte ponit duo statuta successiue facta. In secũda parte duplici ratione pręallegata, ambo statuta cassari mandat. Secunda ibi: *Cum igitur.* Abb. Sicu. Hæc decre. fuit prima in tertia cõpilatione, & sequebatur, simus vnum corpus in Christo.

CASVS. Canonici Treceñ. tale fecerunt in ecclesia Trecensi cõstitutum, ꝙ tã in absentia quàm in pręsentia redditus suos pciperẽt integraliter: qui vero post illã constitutionẽ instituerent, nihil perciperent in absentia, sed tunc tantũ cum fuerint residentes: cũ tum consuetudo ecclesiæ Treceñ. erat ꝙ omnes in hoc essent pares. Insuper cum singulæ prębendæ vineas haberent annexas, statuerunt ꝙ ipsi dum viuerent, suas vineas possiderent, & vineæ succedentiũ nõ transirent ad successores, sed prouentus earum inter singulos diuidantur. Peruenit ad notitiam dñi Papæ. Papa scribit archiepiscopo Senonensi dicens, quod quisque iuris in alterũ statuerit, ipse debet vti eodem. & sapientis dicat auctoritas, Patere legem quam ipse tuleris. Papa mandat ipsi archiepiscopo ꝙ omnes canonicos antiquos & iuniores in perceptione præbendarũ & vinearũ faciat esse pares secundum priorẽ consuetudinem seruatã vsq; ad tempus constitutionis præfatæ, vel secundum rationabilẽ constitutionẽ in posterũ obseruandã. Not. ꝙ constitutio facta in præiudicium absentiũ & futurorũ, non valet. Not. ꝙ quisq; iuris, &c. Not. ꝙ in præbendis percipiendis æqualiter vel inęqualiter, consuetudo attenditur. Not. ꝙ si consuetudo fuit ꝙ omnes canonici ęquales haberent prębendas, & est immutata, debet ad statutum pristinum, reformari.

¶ *Glo. seq. obycit, & soluit, contra solu. vnam l. allegat. secundo quærit, alleg. pro, & soluit distinguendo inter communionem collegiatorum & singularium, & inter necessaria & voluntaria.*

n ¶ *Constitutum.*] Sed nũne canonici isti Treceñ. poterant hęc & alia statuere aliis irrequisitis etiam in præiudicium successorum, cum istud videreť esse ius cõmune, ꝙ absentes nihil percipiãt. ĩ. de cle. nõ resi. inter quatuor. & c. vlt. ĩ. de appel. peruenit? Immo vr ꝙ sic. arg. 10. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius porrectum. & ff. de pact. rescriptũ. & 7. q. 1. factus est. Sed hoc ideo non valuit, quia in pręiudiciũ aliorũ, & malo zelo, & contra cõnsuetudinẽ ecclesiæ hoc fecerũt. ĩ. eo. tit. ex parte. Et transgressor cõsuetudinis, vt transgressor legis puniendus est. 11. dist. in his. Et statutum siue constitutio debet esse iusta & honesta, & cõmunis omnibus. 4. dist. erit autẽ. & quia cõstitutio ista nõ erat generalis, nec cõis omnibus, ideo non valuit, &c. Et cũ ipsi canonici intelligantur quasi vnum corpus & idem collegiũ, nõ debent duplici iure censeri. 11. q. 2. cognouimus. & ĩ. de deci. c. cum in tua. Et inconueniẽs aliud sequeretur, ꝙ successores minus haberent quàm prædecessores: & sic non esset vera successio in ius alterius. ff. de acq. re. do. l. hæreditas. & ff. de acq. pos. l. cum

c.

l. cum heredes. in prin. Ista constitutio non valuit, quia sine consensu epi facta fuit. j. de consu. c. cum cõsuetudinis. circa fi. arg. cõtra. ff. de col. l. vlt. vbi fit collatio bonorũ natis, sed non illis qui sunt nasciturι. Sed nunquid est verum generalr, qđ maior pars capituli facit, totum capitulum facere intelligitur? quod vř. j. de iis quę fi. à ma. par. cap. cũ in cũctis. Dicas ꝙ si aliquid est cõe pluribus, nõ vt collegians, sed vt singulis: quod fit à maiori parte illorum, nihil valet nisi oẽs cõsentiãt. ff. de ser. rusti. pręd. l. p fundum. ni si rẽ concedant in naturalẽ vsum, qđ põt facere vnus etiã inuitis socijs, & cõtradicẽtibus. Insti. de re. di. §. religiosum. versi. in cõe vero sepulchrũ. & nisi in casu j. de iure patro. c. postulasti. & cap. quoniam in quibusdã. Si vero sint plures, vt collegium, distingue, si aliqua facienda sunt ex necessitate, vt alienationes, electiones & similia: sufficit quod maior pars facit. j. de ijs quæ fi. à maio. par. ca. cum in cunctis. dum tñ alij absentes vocentur. j. de elect. c. ꝙ sicut. & c. venerabilem. In alijs quæ ex necessitate non fiunt, qualia erant ista quæ isti faciebãt, nihil potest fieri nisi omnes cõsentiant, vt hic, & in prædicta l. per fundũ. & debent consentire vt collegium, non tanquam singuli. arg. j. eo. c. cum M. Ferrarień. & infra de elect. c. in Genesi.

ª Catonis scilicet in diebchis moralibus, vt hic notat Contius in eit. tex.° in Rub. & l. 1. ff. qđ quisque iuris, &c.

ᵇ Tresis.

ᶜ Cap. 2. eo. tit. in 1. cõpilatione.

ᵈ Hoc est allegãdo ꝓ hauerit. neque enim sufficit dicere, nisi ꝓ bauit.

seant, sed prouentus earũ inter singulos diuidantur. ¶Cũ igitur quod quisq; ᵃiuris in alterũ statuit, ipse debeat vti eo: & sapiẽtis † dicat auctoritas, Patere legem ᵇquã tu ipse tuleris. mandamus quatenus antiquos canonicos iunioribus, & iuniores in perceptione fructuum tã præbendarum quàm vinearũ coæquetis ᶜantiquis, secundũ priorem consuetudinem ᵈvsque ad tempus prædictæ constitutionis seruatam, vel secundũ rationabilem institutionem in posterũ obseruandam.

¶ Idem Tridentino † episcopo.

¶Constitutio laicorũ, ecclesiam seu eius bona non adstringit.

CAP. VII.

Quæ † in ecclesiarũ: & infra. Sane peruenit ad audientiam nostram, ꝙ ciues Teruisini cõstituerunt, ᵉvt si quis se ad inopiam ᶠvergere probabiliter allegauerit, † alienandi feudũ, ᵍ quod ab ecclesia vel alijs tenet, liberam habeat facultatem:

a ¶*Quod quisq;.*] ff. ꝙ quisq; iur. l. 1. & dist. 1. in princ. decretorũ.

b ¶*Patere legem.*] Dicit Aug. Talis sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. 9. dist. neque quorumlibet. Nec debent alijs legem imponere, quam ipsi negligunt obseruare. j. de præb. c. pro illorum.

¶ *Glo. seq. notat, & remittit.*

c ¶*Coæquetis.*] Sic ergo omnes pares debent esse in beneficijs. j. eo. c. cum M. de hac materia nota. j. de maio. & obe. c. statuimus.

¶ *Glos. seq. notat quòd ex consuetudine, &c.*

d ¶*Consuetudinem.*] Not. hic arg. optimom, ꝙ in absentia potest quis percipere beneficium sine peccato, si consuetudo sit: secus est de iure cõmuni: vt j. de cleri. non residen. c. quia nõnulli. & c. relatũ.

Q*Væ in ecclesiarum.*] In prima parte ponitur cõstitutio. In secunda eius cassatio, secunda ibi, *Volentes igitur*. Abb. Siculus.

CASVS. Ciues Teruisini constituerunt, ꝙ si aliquis ad inopiam vergere se probabiliter allegauerit, liberam habeat facultatem alienandi feudum quod ab ecclesia tenet. Peruenit hoc ad notitiã domini Papæ. Papa scribit super hoc episcopo Tridentino, volensque ecclesiarum indẽnitati prouidere, decreuit huiusmodi constitutionem, & vẽditiones feudorum ecclesiasticorum factas sine legitimo clericorum consensu, vires aliquas non habere. Not. ꝙ constitutio facta in rebus ecclesiæ per laicos, non valet. Not. ꝙ feudum non potest vendi sine voluntate domini à quo tenetur.

e ¶*Constituerunt.*] Quod eis licuit tam iure fori, quàm iure poli. Et vocat ius ciuile, ꝙ quisq; populus ¹ sibi cõstituit. Inst. de iur. nat. §. 1. & dist. 1. ius ciuile. Sed ex hoc statuto nullũ præiudiciũ ecclię generatur, vt hic, & 96. dist. bene quidẽ. etiamsi in vtilitatẽ ecclesiæ redundaret: si auctoritas Papę non interueniret: vt in c. bene quidem. & j. eod. c. ecclesia S. Marię. & 10. dist. c. 1. & j. de sen. & re iud. c. cum causa.

f ¶ *Ad inopiam.*] Si culpa sua eget, indignum est ei subueniri ² ff. deposi. l. bona fides. arg. op. ad hoc 86. dist. non satis. Vel si suo vitio incidit in egestatem. & est simile j. de consue. c. ex parte.

¶ *Glo. seq. tractat de alienatione feudi infeudatione, & datione in dotem. dat simile de vsuario & emphyteuta. In fine vocit. per quæstionem an vasallus inuito domino feudo renunciet, tenet quod non, allegat vnam l. in contrariũ.*

g ¶ *Alienandi feudum.*] Qui feudum alienat, cadit à iure feudi, & dominus illud alij concedere põt. j. de feu. c. 1. & in lib. feu. in tit. de alie. feu. consti. si clientulus. sed alij in feudũ dare põt: vt in d. consti. si clientulus. & in consti. Lotharij, imperialis. nec feudum dari potest in dotem. j. de dona. inter vir. & vxor. c. nuper. Nec vsuarius põt vsum vendere irrequisito domino: vt Institu. de vsu & habi. in princ. Nec emphyteuta potest vendere meliorationes suas dño inrequisito: quod si fecerit, dominus illud potest reuocare. C. de iure emphy. l. vlti. j. de loca. c. potuit. sed facta denũciatione domino, si dixerit se nolle emere, vel si à denunciatione duorum mensium spatium sit elapsum, potest vendere cui vult, dummodo non vendat personis prohibitis. j. de loca. & cõdu. c. potuit. quę decre. Greg. est, & in prædicta l. Renũciare autẽ feudo vasallus non potest inuito dño: cum eius fauore introductum sit, vt vasallum habeat. arg. C. de act. & oblig. l. sicut in initio. Arg. contra. ff. de ope. libe. l. interdum.

ADDITIO. Dic ꝙ ista l. interdũ. non bene facit ꝓ opi. glo. quia loquitur de operis ꝓmissis per liberũ. facit melius in l. soluendo. ff. de nego. gest. & l. imperialem. de prohi. feu. alie. per Fride. colla. 10. & ibi Bald.

¹ An Populus Romanus possit hodie condere legem not. Io. & Bart. & tex. 93. dist. c. 2. & Aro C. de le. & cõstitut. l. vlti. Io. And.

² Eleemosyna tamẽ ei dari debet. 42. dist. quiescamus.

& infra. ¶Volentes igitur ecclesiarum indemnitati consulere, constitutionem huiusmodi, & venditiones feudorum ecclesiasticorum factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu ʰ, vires decernimus non habere.

¶Idem.

¶Dignitas sublata de ecclesia per statutum capituli confirmatum per Papã, vlterius non censetur vacare, nisi per cõtrarium actum statutum fuerit reuocatum.

CAP. VIII.

Cum † accessissent ad Apostolicã sedẽ Archid. Tulleñ. & G. Tulleñ. capituli procurator: Archid. proposuit memoratus, quòd cum olim quidã Tulleñ. canonici nostris auribus intimassent, quòd primiceriatus † in Tulleñ. ecclesia tanto tẽpore vacauisset ⁱ, quòd ad manus nostras illius personatus esset donatio deuoluta: & infra. ¶Fuit insuper ex parte capituli allegatum, quòd de cõmuni assensu

ᵉ Cap. 4. eod. tit. in 1. compila.

ᶠ Id est primiceriatus dignitas.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæst. an cõsensus sufficiat.*

h ¶*Personarũ assensu.*] Nõ tamẽ sufficeret omnium consensus in hoc casu: quia alienatio facta de consensu omniũ citra formã debitam, nulla est. 12. q. 2. sine exceptione. & 10. q. 2. hoc ius porrectũ. & C. de sacrosanct. eccle. auth. iubemus. in fi. & j. de re. eccle. non alie. c. dudum. lib. 6. sed si cõis forma seruata esset, teneret vẽditio. j. de ijs quæ fi. à præla. sine consensu cap. cum nos. sed si læsa esset ecclesia, restituitur in integrum. j. de in integr. restitu. c. requisiuit. & j. de emptio. & vendi. c. cum dilecti.

ADDITIO. Hæc gl. non valet in feudo ecclesiastico quod de consensu eccle. à qua tenet, vendi potest, nec alienat, immo idẽ dñium remanet penes ecclesiam. j. de feu. c. 2. de dona. per tuas. dictum ergo Ioan. tunc procederet, quando ageretur de transferendo directo dominio in emptorem. Ioan. And.

C*Vm accessissent.*] Diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur allegatio pro primicerio. In secũda pro capitulo: ibi, *Fuit*. In tertia definitiua commissio: ibi, *Quocirca*. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam canonici Tulleń. olim significauerunt domino Papæ, ꝙ primiceriatus Tulleń. tanto tempore vacauerat, ꝙ ipsius collatio ad dominũ Papam fuerat deuoluta: vnde Papa mandauit quibusdam, vt super hoc inquirerent veritatem, & si vacauisset tanto tempore ꝙ secundũ Lateraň. conciliũ ad dominum Papã collatio fuisset deuoluta, ipsi personam idoneã de personatu ipsius inuestirent. Cum autem super hoc executores procedere vellent, ex parte capituli fuit propositũ coram ipsis, ꝙ rescriptum non valebat veritate tacita impetratum: quia de communi consensu canonicorum Tulleń. fuerat constitutũ ne dignitas illa esset vlterius in Tulleń. ecclesia: & ipsa constitutio fuerat per sedem Apost. confirmata. propter quod euidenter patet ꝙ primiceriatus tanto tempore nõ vacauit sicut fuit falsè domino Papæ suggestum: Propter quod negotiũ delatũ est ad dominũ Papam: coram quo omnia ista fuerunt proposita. vnde mandat Papa quibusdã, vt si constiterit canonicos Tulleń. cõmuniter statuisse ne primiceriatus esset vlterius in ecclesia Tulleń. & statutum ipsum auctoritate Apostolica confirmatum fuisse, illud faciant in suo robore permanere, nisi postmodum dicti canonici ꝯuenerint aliquem in primicerium eligendo. Not. ꝙ primicerius dr̃ habere officiũ. Not. ꝙ qui facit ꝯ priuilegium, amittit vires priuilegij; & sic nota ꝙ ius pditur ꝑ abusum. Not. ꝙ facilius aliquid immutatũ reducitur ad pristinũ statũ, quàm ꝙ immutetur.

j ¶*Vacauisset.*] Nulla iusta causa impediente: aliàs nõ curreret tempus. j. de conces. præb. & eccle. non va. quia diuersitatem. argu. ad hoc 18. dist. de Syracusanæ. & 2. q. 6. anteriorum. §. ad hoc. Et si Papa interdicat aliquibus ne eligant sine suo mandato speciali, tempus

canonicorũ Tulleñ. fuerit constitutum [a] ne primiceriatus † dignitas esset vlterius in ecclesia memorata: inter canonicos ipsos primiceriatus prouentibus & possessionibus distributis: & infra. ¶ Propter quod euidenter apparet, quòd primiceriatus ipse tanto tempore non vacauerit, sicut nobis fuerat falsa insinuatione suggestum: & infra. ¶ Quo circa mandamus quatenus si vobis cõstiterit Tulleñ. canonicos, ne vlterius in Tullensi ecclesia primiceriatus esset officium, communiter statuisse, ac statutũ ipsum auctoritate sedis Apostolicæ fuisse postmodũ (sicut dicitur) confirmatum [b], vos illud faciatis in suo robore permanere: nisi postea dicti canonici contrauenerint [c], aliquem videlicet in primicerium eligendo [d].

¶ Idem Clugieñ. episcopo.

¶ *Non obstante certo canonicorum numero etiam per Papã confirmato, prouidendum est receptis vltra numerum, de superexcrescentibus fructibus, maxime si voluntarie per canonicos fuerint recepti.*

CAP. IX.

CVm † M. Ferrariensis: & infra. ¶ Dictus M. pro se ac

pus scilicet trium mensium statutum à canone eis currit, nisi intra id tempus postulauerint licentiam eligendi. j. de elect. c. vlt. Greg.

a ¶ *Constitutum.*] Ac ipsum statutum per sedem apost. confirmatum fuerat.

¶ *Glo. seq. quærit allegans negatiue, ponit opi. Ioan. & vacillando soluit, in fine gl. ponit triplicem effectum confirmationis ex certa scientia.*

Primiceriatum quale sit officiũ, tradit notum hoc libro tit. de offic. primicerij.

An canonici possint per se minuere præbẽdas & dignitates inconsulto Papa.

b ¶ *Confirmatum.*] Sed nũquid canonici per se possunt minuere præbendas, vel dignitates tollere sine licentia dñi Papæ? Videtur q non: quia nec augere possunt. j. de cõsue. c. cum olim. & de vi. & ho. cle. c. qm vt ait. 22. dist. c. 1. quia honor ecclesiæ potius debet augeri q̃ minui. j. eo. c. ex parte. vbi est expressum q non. & de conse. dist. 1. vala. ver. in hoc enim. & j. de ver. sign. c. vlt. & quia tpibus nostris potius addi reuerentiã cupimus, q̃ minui. 25. q. 1. quæ ad perpetuã. & q. 2. quæcunq;. Vnde nec eps potest omittere quin statuat archipresbyterũ: quasi solus ipse sufficiat. j. de offi. archipres. c. vlt. & melius est qualemcunq; eligere q̃ ordinem plenum non esse. ff. de decurio. l. generaliter. §. pen. Ad hoc dixit Io. q ex causa possunt minuere: vt j. de institu. c. 1. & c. auctoritate. & j. eo. c. proxi. & de auctoritate epi. 21. dist. in nouo testamento. Et q possunt vnã dignitatẽ tollere vel diminuere, vel mutare pbendas. probatur 16. q. 1. præcipimus. & j. de exces. præla. c. sicut venire. & ff. cõia præd. l. si quis duas. §. 1. & ff. de neg. gest. l. cum alicui. j. de præben. c. vacante. & 63. dist. c. quia sancta. §. verum. & 67. dist. quorum vices. & c. corepi. & in prædicta decretali. Honorij. j. eod. c. ex parte. vbi dicit: licet nõ sint eius redditus diminuti. & ita vr q potuissent, si fuissent diminuti. Io. Sed verius credo, q non possint sine auctoritate Papæ, ne qñque in fraudẽ hoc facerent, & causam subijcerẽt, cum non esset. & hoc idem dr de cõsensu epi. arg. optimum. j. de ver. sign. c. vlti. Quod ergo inutile fuit, hic confirmauit auctoritas dñi Papę ex certa sciẽtia. arg. 16. q. 1. c. vlti. sicut & datur actio ex nudo pacto si iuuetur auctoritate legis vel principis. ff. de pactis. l. legitima. Vel tene vt dixit Io. q possunt iusta ex causa, alias non. arg. j. c. proxi. ver. nisi in tñ. à 3rio. Dignitatem tñ non credo q possint creare vel supprimere sine auctoritate Papæ, vt hic dicit: nec diminuere numerum iuramento firmatũ, cui confirmatio sedis Apost. accessent, huiusmodi clausula adiecta, s. q si secus fieret, non valeret. j. de præben. c. dilecto. à 3rio. Nota q confirmatio siue constitutio dñi Papæ valet vt confirmet infirmum. 2. q. 1. in primis. & 3. q. 6. hoc quippe. Cõfirmat etiam & supplet defectum solemnitatis omissæ. j. de trans. c. 1. Item valet vt de beneficio illo, quod ex certa scientia confirmatur, postea directe an litiâe sit acquisitum, an non, sine nouo mandato non cognoscatur. j. de confir. vti. vel inuti. c. 2. Si vero sub hac forma confirmat, s. confirmamus sicut iuste possides: talis confirmatio modicum operatur, vel nihil. j. de confir. vti. vel inuti. c. 1. de qua confirmatione habes j. de conces. præben. & eccle. non va. c. quia diuersitatem.

¶ *Glo. seq. arguit pro vnico actu, &c. allegans sex iura, ad contrarium allegans quatuor: demum ponit quatuor opin. Vinc. Io. Tancredi, & aliorũ, quorum quilibet distinguit.*

Priuilegiũ an vnico actu perdat.

c ¶ *Contrauenerint.*] Videtur q priuilegium vnico actu perdatur: vt hic. & j. c. proxi. & j. de præben. c. pro illorum. & 11. q. 3. priuilegiũ. C. de iuredom. impe. l. 2. & C. de ijs qui per me. iudi. non ap. l. his qui. & C. de pact. inter empt. & vend. l. cõmissoriæ. Argumentũ contra, quia delictum personæ, &c. 16. q. 6. si episcopum. j. de arbi. c. cum tempore. j. de priuil. c. accedentib. & c. si de terra.

Vincen. distinguit, aut datur priuilegiũ ad faciendum, aut ad nõ faciendum. Si datus ad faciendũ, & is qui impetrauit, spatio decẽ annorum non vtitur eo, perdit illud. ff. de nundi. l. 1. Si vero datur ad non faciendum, si Papa reseruauit sibi aliquid iuris in eo, non potest tali priuilegio renunciari expresse. j. de arbitr. c. cum tpe. sed si nihil sibi reseruauit, puta quia dedit priuilegium de non dandis decimis: tunc non perditur nisi legitimo tpe, s. si quadraginta annorum spatio fecerit 3 priuilegiũ decimas soluendo. j. de priui. c. accedentibus. & c. si de terra. & 7. q. 1. q̃ periculosum. Sed ibi sufficit q semel renunciet, s. circa beneficia. Si datur ad excipiendum, perpetuum est: quia quæ tpalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. ff. de do. excep. l. pure. §. vlti. quod est verum si nemo agat. sed si agat, & non excipitur contra agentem, perditur priuilegium. ff. de procurat. l. Pomponius. §. ratihabitionis. & ff. de condi. inde. l. si is qui. [e]

[e] An & qñ priuilegiũ vno solo actu vel pluribus amittatur, vide glo. 1. in l. volũtatem. & Cyn. post Petrum de Bel. Petr. C. de execu. rei. & p eosdẽ in l. tal. sco. C. de dignitat.

Ioannes dixit q si ille qui impetrauit priuilegiũ directe obuiauit priuilegio, perdit illud vnico actu tñ: vt hic. & j. c. proxi. & j. de præben. c. pro illorum. secus si non seruat illud: vel si non vtatur se illo: tũc enim perdit legitimo tpe. j. de priui. c. accedentibus. & c. si de terra. Magis enim delinquit qui directe venit cõtra priuilegiũ, quàm ille qui nõ vtitur illo. arg. ad hoc 84. dist. quisquis. & j. de sent. excom. c. contingit. 2.

Alij distinguunt, an priuilegium sit onerosum: & tũc vnico actu tollitur. an sit fauorabile: & tunc non perditur vnico actu.

T. melius videtur dicere, si priuilegiũ datũ est fauore personæ seu personarum, quale fuit hic, & in similibus contrarijs perditur vnico actu. Si datum est fauore ecclesiæ siue intuitu religionis, vt sunt priuilegia de non soluendis decimis & similibus: non tollitur nisi legitimo tpe, vt dictũ est. Et hæc opinio Tan. habetur his versibus:

Priuatam legem tollit contrarius actus.
Si personalis sit, si patet esse realis:
Tunc non perditur, nisi præscripsisse probetur.

Melius videtur dicendum q sicut sunt diuersa priuilegia in diuersis casibus cõcessa, quodlibet priuilegium locum habeat in suo casu [z]: sicut vides in præscriptionibus, quæ diuersa tẽpora requirunt. Dic vt j. de deci. c. suggestum.

[z] Concor. text. in l. si cum adul. ff. de acq. gest. & in l. h. ff. de ca. & l. Papinianus exul. ff. de mino.

¶ *Glo. sequens obijcit & soluit.*

d ¶ *Eligendo.*] Videtur q talis electio nõ deberet valere, quia noua dignitas sine licentia Papæ cõstitui non potest. j. de consue. c. cum olim. 22. dist. c. 1. Sed hæc electio vr de nouo esse creata, & sine licentia 3 Papæ non dr noua dignitas: sed ex consequentia antiquæ dignitatis possunt eam resumere. argum. ad hoc j. de feu. c. 2. & j. de Iudæ. c. consuluit. & ff. de noui operis nunciatio. l. 1. §. si quis ædificium. Ber.

3 Simile de concessione pbendæ c. vlt. lib. 6.

† Cap. 5. eod. tit. in 3. compilat.

CVm M. Ferrariensis.] Habet materiã prolixã & subtilem: & hoc dicit: Si capitulum 3 suam constitutionẽ de certo canonicorum numero, aliquos recipit in canonicos, de superexcrescentibus fructibus eis prouidere tenetur. Ioan. And. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur allegatio pro M. & sociis. In secũda pro capitulo: ibi, *Verum.* In tertia definitio: ibi, *Mandamus.* Abb. Siculus.

Casvs. Canonici Ferrarieñses vt maioribus redditibus abundarent, statuerunt 14. præbendarum numerum in ecclesia Ferrarieñ. præter illud quod cõi mensę cõiter deputarunt, 3 antiquam consuetudinem ecclesiæ. postmodum quadã præbenda vacante in ipsa ecclesia, canonici 3 consuetudinẽ ipsam voluntarie venientes, M. & quatuor socios suos receperunt, nullis prębendis assignatis eisdem: & quamuis redditus illorum essent quamplurimũ augmentati, noluerunt tñ eisdem de superexcrescentibus redditibus prouidere: & ideo inter dictos quinq; & capitulum quæstio super hoc mota fuit coram Ferrarieñ. epo. tandem ad sedem Apost. quæstio est delata. coram dño Papa omnia ista fuerunt ex parte illorum quinq; proposita. & ex aduerso ex parte capituli fuit propositum, q in Ferrarieñ. ecclesia 14. pbendarum numerus fuerat constitutus, & à sede Apostolica confirmatus: tandem cum vna præbenda in eadem ecclesia vacaret, ad instantiam quorundam receperunt duos in eandem præbendam, & postmodum ad preces epi dictum M. & quendam aliũ sine præiudicio constitutionis pdictæ in canonicos receperunt. ita tñ q ipsi de canonicatu nil reciperent donec primi duo essent præbẽdas integre assecuti, & redditus qui per eorum industriam excreuerunt, deputauerunt cõi mensæ, quæ minus sufficiens erat: quos quinq; canonici sibi 3 prædictam constitutionẽ petebant in beneficium assignari. Istis & alijs allegatis mãdat Papa iudici, vt cum in constitutione prædicta etiam confirmatione Apostolica, vel fuerit vel esse debuerit sicut consueuit expressum, nisi intantum excreuerint Ecclesiæ facultates, q pluribus possint sufficere competenter: & ipsi canonici 3 consuetudinem suam receperant quatuor ad vacaturas pbendas vltra numerum cõstitutum: faciat superexcrescentes redditus pdictis qnq; canonicis assignari: ita q si ex eis æquales cum alijs possint habere pbendam, quod superfluum fuerit, in cões vsus conuertatur, antiquis canonicis præbendas suas percipientibus consuetas: reuocato in pristinum statum quicquid ab alterutra

terutra partium in præiudicium alterius post motam quæstionē coram epo Ferratien. circa pbendas vel possessiones fuerit attentatū. Nota quædam notabilia in hac decretali. Primo q protestatio non prodest illi qui facit ꝯ ipsam protestationem. Item vbi certus canonicorum numerus constituitur vel confirmatur, conditio illa, nisi in tantum excresceret, &c. subintelligitur, etiā si nō apponatur. Item lite mota nihil est ab alterutra partium innouandum in præiudicium alterius.

¶ *Glossa sequēs ratio. per q. an sine mādato iste M. etc.*

a ¶ *Sociis.*] Et licet M. haberet mandatum: tñ sine mādato pro sociis absentib' agere posset, cū essent consortes eiusdem litis: quia agebāt vt eis fieret cōicatio de fructibus superexcrescentibus: tñ cauere debet de rato: † vt C. de consor. eius. lit. l. 2. & est speciale: alias non admittitur ad agendum sine mandato nisi esset coniuncta persona. ff. de pcura. l. sed hæ personæ. in princ. & infra tit. proxi. c. nonnulli. Et i alio est hic speciale: quia post litē contestatam datur cautio: qđ est ꝯ id quod legitur. ff. de procur. l. Pōponius. §. ratihabitionis. Sed illa lex, Pomponius, loquitur qñ per procuratorem lis est contesta. Vincē. Sed nō credo q ista sit talis cā: quia quilibet agere poterat pro se, & sine aliis. & iste M. habebat mādatū ab aliis, aliàs nō fuisset admissus pcurator. Ber.

† De his coniunctis tractauit hic Bonaguida et qđ colligit ex not. infra de proc. c. 1. & c. accedens. & cap. mandam. & plenius de his in Spec. de satisda. Io. And.

† Ex demen-

quatuor sociis [a] suis proposuit quòd Ferratieñ. canonici vt eo [b] amplius suos redditus augmentarent, quo [c] prouentus ecclesiæ (qui diuidi consueuerant inter plures) in vsus cederēt paucorum, quatuordecim præbendas tantū, præter id quod mensæ communiter deputarunt, in eadem ecclesia contra antiquā consuetudinem [d] statuerunt. Postmodū vero contra cōstitutionē ipsam voluntarie venientes dictos quinq; in canonicos receperunt nullis præbendis assignatis eisdem. Et licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerunt ex superexcrescentibus redditibus prouidere [e]. ¶ Verum † ex aduerso fuit propositum, quòd quatuordecim præbendarum numero in Ferrarieñ. ecclesia instituto, & Apostolicæ protectionis præsidio roborato: cum vna in eadem ecclesia præbēda vacasset, ad quorundam instantiam duos ad eam [f], & postmodum ad preces episcopi dictum M. & quendam alium [g] sine præiudicio [h] dictæ constitutionis in canonicos receperunt [i]: ita quòd ipsi canonici de canonia nihil [k] perciperent, donec primi duo essent præbendas integre assecuti. Cumque per canonicorum industriam [l] fuerit procuratum vt ex possessionibus quas ecclesia tempore longo possedit, plures eis redditus soluerentur: superexcrescentes communi mensæ, quæ minus sufficiens fuerat, deputauerunt: quos dicti quinque sibi postmodum petierunt contra capituli constitutionem in beneficium assignari: & infra. ¶ Mādamus quatenus cum in cōstitutione prædicta, & confirmatione sedis Apostolicæ vel fuerit vel esse debuerit sicut cōsueuit † expressum, nisi in tantum excrescerent ecclesiæ facultates, quòd pluribus possent sufficere [m] competenter: & iidem canonici in derogationem suæ constitutionis, ad vacaturas [n] præbendas quatuor receperunt

b ¶ *Eo.*] id est, intantum.

c ¶ *Quo.*] id est, inquantum.

d ¶ *Consuetudinem.*] Hoc non multum noceret, dummodo ex causa hoc facerent: vt dictum est s. c. prox. arg. ff. de decr. ab or. fa. quod semel. & in authen. vt deter. sit nu. cleri. coll. 1. ver. non enim, &c. & j. de insti. c. 1. & c. auctoritate.

e ¶ *Prouidere.*] Subaudi q ille M. cū sociis suis petebat ex illis fructibus superexcrescentibus sibi præbendas assignari.

¶ *Gl. seq. ratio. per obiect. quæ tripliciter soluitur.*

f ¶ *Ad eam.*] Si hoc esset verū, talis receptio non valebat. j. de præben. maioribus. & c. tuæ. Sed probata non fuit hæc forma: sed hoc obiicere non poterant: quia fatebantur se fecisse ꝯ constitutionem Turo. concilij. j. de præben. c. maioribus. quare nō essent audiendi. de concel. præb. & eccl. non va. cum super quæstione. & sic repelluntur suam turpitudinem allegantes. j. de don. c. inter dilectos. [a] Vel dic ad eam. i. ea vacante elegerunt duos simplr in canonicos.

ADDITIO. Vel dic sm Inno. q forte ambo diuidebant præbendam: sed simpliciter fuerunt electi in canonicos, & non ad ipsam diuidendam: sed postea inter se ordinauerunt de præbenda diuidenda: quod fuit illicitum: sed quia isti actus fuerunt diuisi, ideo secundus non nocuit primo. ad hoc. de rerum permu. ad quæstiones. dixit tñ plus sibi placere quod not. de præben. c. dilectus. 2. & c. tuæ. & illud quod ibi not. maxime in decre. dilectus. Io. And.

a Concor. l transactione C. de transac. & l. generalem. C. de ordin. ob ... can.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

g ¶ *Alium.*] De quinto non fit hic mentio: quia forte capitulum confitebatur illum elegisse.

¶ *Glo. seq. notat protestationem non prodesse. allegat tria iura. in contrarium allegat quinque, & dupliciter soluit.*

h ¶ *Sine præiudicio.*] Hic ergo nō prodest protestatio: quod est verū qñ est contra substātiam facti, vel rei super qua fit: vt si protestatus fuisset cum reciperet aliquem in canonicum, vt non haberet pbendam: quę substantia est negotij: quia qui receptus est in canonicū, non debet carere pbenda: vt j. de præb. c. relatum. Si vero protestetur sic, q ea quæ dicit, non dicit animo contestādi litem: talis bene valet. Ioan. j. de app. c. solicitudinem. & j. de censi. c. olim causam. & ff. de condi. indebi. quod quis sciens. Arg. ꝯ j. quod met. causa. perlatum. & 31. q. 2. Lotharius. ff. quib. mod. pigno. vel hypo. solu. l. si debitor. §. 1. & j. de in integ. restit. c. cum venissent. & j. de elect. c. Cumana. circa finem. Solu. ibi protestatio non valet vbi protestans per ꝯrium factum ꝫ directe obuiat suæ protestationi, vt in dictis decret. c. solicitudinem. & c. olim causam. nisi hoc faceret iusta de causa: vt in d. c. perlatū. Et quiq; protestatio plus prodest q̃ appellatio. C. de fil. famil. l. 2. lib. 10. ideo potest dici q protestatio profuit cum ipsi pbendas cōsuetas integre percipiunt, etiam si isti quinq; de redditibus excrescentibus non percipiūt tm quantum antiqui: sed tñ præiudicium fit eis quantum ad communē mensam.

† Quod est proprie vis qđ protestatio & facti se simul nō compatiuntur vbi ergo duo pluries intelligi potest aliquid secundum illi Alberum tract. de agnos. assecu. q. 12. nu. 9. & Gerlonis tract. de protesta. con fidecas. p.

¶ *Gl. seq. distinguit canoniam à prabenda.*

i ¶ *Receperunt.*] Vnde eis prouidere debebāt, j. de præben. c. relatū. & c. dilectus. 1. & j. de concel. præben. c. cum sup quæstione. Et not. q aliud est canonia, & aliud pbenda. Canonia est ius quod prouenit ex electione & receptione in fratrē, vt hic. Præbenda est quę procedit ex institutione & officio: quia ex quo qs facit officiū, debet percipere beneficiū. Vnde & laicus, vt dicit Vincent. potest habere præbendam, & potest esse pbendarius, sed nō posset esse canonicus. j. de instit. c. ecclesia. Nota q omnis canonicus debet habere pbendā: sed non conuertitur. sola enim perceptio salarij non facit decurioné. ff. de decur. l. sola salarij. nec quicunq; habet canoniam, habet vocem in capitulo. vt puer. j. de æta. & quali. c. ex ratione. ff. de decur. l. spurij.

† Facit ad hoc l. qđ si noluit. §. qui assidua. ff. de ædil. edict. not. Bart. in l. nemo. ff. de re. du.

¶ *Glo. seq. obiicit & soluit.*

K ¶ *Nihil perciperent.*] Vř q hoc fuerit simoniacum. j. de præben. c. dilectus filius. T. Dic q si itellexissent, & actū esset inter partes, q nihil oino perciperent, simoniacum fuisset: sed intelligebant q tm de pbendis diuisis nihil perciperent: & hoc patet ex eo quod dicit j. antiquis canonicis suas prębendas, &c. & canonici nullum pactū cum aliquo fecerunt: sed simpliciter elegerunt illos: ita q de præbendis diuisis nihil perciperent.

¶ *Glo. sequens obiicit & soluit.*

l ¶ *Industriam.*] Hæc videbatř bona allegatio: quia si per ipsorum industriam redditus sunt augmentati, non debent compelli illos communicare aliis. C. de alluui. l. 3. & j. de in integ. restitu. c. requisiuit. in si. aliàs, c. 1. & ff. de rei ven. l. cæterum. & nemo cōpellit ad communionem. ff. de condi. indeb. l. si non sortem. §. si centum. ff. pro socio. l. qui admittitur. Papa tñ non admisit illam allegationem: quia præiudicauerunt sibi eos recipiendo. Et tot ponendi sunt in ecclesijs quot ex earum fructibus possunt cōmode sustentari: vt j. de insti. c. 1. quia bene poterant eis prouidere de cōibus redditibus: nec distinguitur hic qualiter redditus augmentētur: nec refert ex quo augmentati sunt: vndecunq, processerint, vt j. de verb. sign. c. si.

Ecclesia tot habeat ministros quot cōmode possint sustentari.

ADDITIO. Quòd si per industriam canonici sua præbenda augmententur, sibi cedit, nec diuidere compellitur: secus si cōtractis prædiis, vnius solicitudine augmententur: vt hic, secundum Host. Ioan. And. in nouellis.

m ¶ *Possent sufficere.*] Arg. conditionem subintelligendam: vt 2. 2. q. 2. beatus. ff. qui satisda. cog. l. vlt. j. de iureiuran. c. quemadmodum. vbi de hoc. & j. de rescrip. c. 2.

¶ *Glossa sequens ponit opinionem quam reprobat.*

n ¶ *Ad vacaturas præbendas.*] Per hoc quod dicit ad vacaturas, dicunt quidam, vt Papa Inno. iiij. quod hæc decre. continet dispensationem, & non ius commune. Sed non est verum, immo continet ius commune: cum ex confessione vtriusque partis cōstet illos fuisse receptos in fratres, & ad ius canoniæ. Sed hoc non est contra ius, quòd aliquis recipiatur in canonicum, & expectet præbendam: sed nullum percipere beneficium, si percipi possit, est contra ius. j. de preben. c. dilectus. 1. & c. relatum. quia aliud est canonia, aliud prębenda: vt dictum est s. eod. c. & ideo Papa mandat eis dari superexcrescentes redditus.

¶ *Glossa sequens quærit & soluit.*

a ¶ Vltra

a ¶ *Vltra numerum.*] Hic potest quæri vtrum isti qui quotidie recipiuntur vltra numerũ, habeãt vocem in electione epõrum vel aliorum prælatorum? Dico standum esse consuetudini: & si nulla sit consuetudo, adhuc non credo quòd debeant vocari ad huiusmodi tractatus vel electiones, cum nondum habeant plenum ius, nec etiam possessionem.

¶ *Glo. sequens quærit, & duplicater soluit.*

b ¶ *Cum integritate.*] Sed cum canonici isti voluntarie receperunt quatuor vltra numerũ cõstitutum auctoritate propria ʒ suam constitutionẽ, quare nõ compelluntur cõicare suos redditus illis, vt sint oẽs æquales, cũ renunciare videantur suo priuilegio. ʒ. e. primo? Potest videri q̃ ipsi hoc non petiuerunt: vt in littera patet. & condẽnatio nõ debet fieri nisi quatenus petitum est: vt j. de ord. cog. c. cũ dilectus. Vel dicas q̃ si etiam petitum fuisset, nõ debebant condemnari: quia non fuerũt recepti vltra numerum pbẽdarum, licet vltra canonicorũ numerum: vt satis apparet in littera ipsa: vt dicitur ʒ. eod. c. in nouitula, per hoc.

¶ *Glossa sequẽs notat & signat contrarium.*

c ¶ *Post motam quæstionẽ.*] Not. q̃ quicquid in præiudiciũ alterius partis lite pendente fit, debet in irritum reuocari. j. vt lit. penden. c.

vltra numerum [a] constitutum, antiquis canonicis præbendas cum integritate [b] percipientibus consuetas, superexcrescentes redditus prædictis canonicis facias assignari: ita quòd si ex eis pares potuerint cũ aliis fortiri præbendas; quod superfuerit, in communes canonicorum vsus (sicut prius statuerant) siue aliter, prout melius videbitur, conuertatur: reuocatis in irritum quæcunque ab alterutra partium in præiudicium alterius post motam quæstionem [c] coram episcopo Ferrarieñ. circa præbendas [d] vel possessiones fuerint innouata.

¶ Idem abbati & conuentui Sancti Syluestri.

¶ *Statutum generale laicorum ad ecclesias, vel ecclesiasticas personas, vel earum bona in earum præiudicium non extenditur: nec speciale etiam si earum commodum & fauorem concernat. hoc dicit, quo ad intellectum. Abb. Siculus.*

CAP. X.

Ecclesia † sanctæ Mariæ; & infra. ¶ Nos attendentes quòd laicis (etiam religiosis [e]) super ecclesiis & personis ecclesiasticis [f] nulla sit attributa facultas: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi; à quibus si quid motu proprio statutum fuerit quod ecclesiarum etiam respiciat commodum & fauorem, nullius firmitatis existit † nisi ab ecclesia [g] fuerit approbatum. Vnde statutum [h] Basilij † de non alienãdis prædiis rusticis [i] vel vrbanis, ministeriis [k], & ornamentis [l] ecclesiarum: illa reprobatum fuit potissima ratione, quòd auctoritate non fuit Romani Pontifi. roboratum ¶ Quod à senatore factum fuerat in præiudicium monasterij non conuenti [m] nec confessi [n] vel cõuicti, in irritum reuocantes, easdẽ possessiones restituendas sibi sententialiter definimus.

¶ Idem vniuersis doctoribus Parisijs commorantibus.

¶ *Pœna simpliciter apposita propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua.*

CAP. XI.

Ex litteris † vestræ deuotionis accepimus: & infra.

bene quidem. unde hæc decretalis sumpta fuit. & j. de reb. eccle. nõ alie. c. cum laicis quia ius spirituale, puta ius eligendi in ecclesia collegiata, etiam si sit patronus, non cadit in laicum. j. de electio. c. sacrosancta. & cap. Massana. non obstante aliqua consuetudine: vt ibi dicit Gregorius. Nec de re spirituali cõpromitti potest in laicum. j. de arbi. contingit. nec iudicare de rebus ecclesiæ possunt. j. de iud. c. decernimus.

¶ *Glo. seq. arguit, & remittit.*

f ¶ *Personis ecclesiasticis.*] Arg. q̃ eodem iure censeri debent bona clericorum & ecclesiarũ: ut j. de vi. & hone. cle. c. vlti. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. notat & remittit.*

g ¶ *Ab ecclesia.*] Sic ergo qd aliàs est infirmũ, confirmatio Papæ facit firmum. j. de transact. c. 1. De hoc dictum fuit ʒ. eo. tit. c. cũ accessissent.

h ¶ *Statutum.*] 96. dist. c. bene quidem.

i ¶ *Prædiis rusticis.*] Rusticum prædium appellatur, quod est sine aliquo ædificio. Vrbanum prædium vbi factum est ædificium, vt domus: vt ff communia præ. vr. & rub. l. 1 & ff. de ser. rust. præ. l. 1. & p totũ. & ff. de ser. vrba. præ. p totũ.

k ¶ *Ministeriis.*] i. vasis uel instrumentis.

l ¶ *Ornamentis.*] vt palliis & cõsimilibus, quibus ornatur ecclesia.

¶ *Glos. seq. exponit, obiicit, & soluit.*

Quod dic vt not. de iur. pat. nobis. Io. An. in no.

Vide c. in ecclesiarum. supra hoc tit.

Hic erat pfectus vrbis Romæ.

Cap. 1. in … lano. tit. de iureiurãdo.

ecclesia sanctæ Mariæ. j. de despon. imp. c. ad dissoluendum. in fine. & C. de rei vendi. l. si fundum. & l. certum. 11. q. 1. quia res. Arg. contra. j. de resti. in integ. c. cum venissent. in fine.

d ¶ *Circa præbendas.*] Vt si aliqua prebenda de antiquis vacauit lite pendente: & illa forte sit alij assignata: vel si aliquis possessiones illas quas petebant, sibi in beneficiis occupauit: totum debet in irritum reuocari.

Ecclesia sanctæ Mariæ.] Famosa est hæc decre. & cõiter sic sumatur. Causæ ecclesiarum per cõstitutiones laicorum definiri non debent. Diuidit principaliter in duas partes. In prima ponit duplex definitiõis motiuũ. In secũda definitio ibi, *quod à senatore.* Ab. Sicul.

¶ Casus sic ponitur. Ecclesia sanctæ Mariæ in via lata mouit quæstionẽ contra Ioan. de Archeia super quibusdam possessionibus coram iudice delegato à Rom. senatore, lite pendente. Idẽ Ioan. possessiones illas trãstulit in monasteriũ sancti Syluestri. tandẽ absolutus fuit idẽ Ioã. appellauit ad senatorem, coram quo idẽ Ioan. dicebat se nõ esse conueniendũ: quia nõ possidebat illas possessiones. Demum senator Romanus occasione cuiusdã statuti in quo continebatur, q̃ si quis rem litigiosam lite pendente transferret in alium, illa possessio deberet auferri possessori & petitori dari: spoliauit monasteriũ possessionib' illis, & restituit illas ecclesiæ sanctæ Mariæ, monasterio non citato vel confesso vel conuicto. Vnde monasteriũ conquestum fuit domino Papæ. Papa cõsiderans q̃ laicis quantũcunq; religiosis super ecclesijs & personis ecclesiasticis nulla est attributa facultas: & si ab illis proprio motu quid statutũ fuerit quod etiã ecclesiarum utilitatẽ respiciat & fauorẽ nullius debet esse momenti, nisi per Romanã ecclesiã fuerit approbatũ: (vnde statutum Basilij de non alienandis prædiis rusticis vel urbanis, ministeriis & ornamentis ecclesiarũ, licet in se bonum fuerit, illa ratione reprobatum fuit, quia per sedẽ Apost. non fuit roboratũ) ideo qd à senatore fuerat factum in præiudiciũ monasterij non conuenti, nõ confessi, non conuicti, dñs Papa in irritum reuocauit, & easdem possessiones restituit monasterio supradicto. Not. q̃ laici de reb' ecclesiæ, vel personis ecclesiasticis nihil disponere possunt in præiudiciũ ecclesiæ. Item q̃ sententia lata contra absentem non citatum, nõ confessum, non conuictum, nihil ualet. Item nota, q̃ iudex ecclesiasticus potest retractare sententiam iniquam iudicis secularis.

e ¶ *Etiam religiosis.*] Sic ergo laici de rebus ecclesiæ nihil disponere possunt, siue in tẽporalibus, siue in spiritualibus; ut hic, & 96. dist.

m ¶ *Non conuenti.*] Bene dicit, non conuenti: quia conuentio siue citatio est principiũ siue fundamentum ordinis iudiciarij. ¶ Primo. n. est quis citandus: vt infra de maio. & obe. c. inter quatuor. & j. de proba. cap. quoniam contra falsam. ubi consimilia per ordinem ponuntur, citationes & dilationes, & c. per conuentionẽ perpetuatur iurisdictio delegati. j. de offic. delega. c. gratũ. Sed videtur q̃ potuit pcedere altera parte absente, cũ esset iudex appellationis. j. de app. c. sæpe. & c. interposita. & 2. q. 6. ei qui appellat. in princ. ibi appellatore cessante. & dicit lex, q̃ quasi priuilegiũ est illius qui cognoscit de appellatione, pcedere altera parte absente. C. de temp. app. l. ult. §. illud. Sed nõ est ita. semp enim quis debet citari, q̃ quæcũq; sit causa, etiã in causa appellationis. j. de appel. per tuas. immo non valet sententia vbi peremptoriũ edictũ nõ venit ad absentis notitiã, vel ad eius domiciliũ. ff. quæ sen. sine appel. l. 1. §. itẽ cum ex edicto. Et Ioan. de Archeia coram iudice appellationis erat, nec defendebat monasterium, quia dicebat q̃ non possidebat.

ADDITIO. Vnde contraria locũ habent quando est quæstio inter appellantem & appellatum. hic vero monasterium nec erat appellans nec appellatum, secundum Abb. Ioan. And.

n ¶ *Nec confessi.*] Et hoc verum est: quia nemo iudicandus est nisi conuictus vel sponte confessus, quod si fiat, sententia nulla est: vt 2. q. 1. nos in quemquam. Per decre. quam habes j. vt lit. penden. c. ecclesia. intelligas finem istius capituli.

Text. est in l. 1. C. de pscri. long. temp. & in l. vt bon. ff. iudica. sol. & C. de sta. de- fun. l. si ĩe.

Nisi fuisset terminus assignatus q̃ haberet vicem peremptorij. infra de app. sæpe. Ioan. And. in no.

Facit tex. in l. pande. ff. ad leg. Aqu. & C. de confess. l. 1.

Ex litteris.] Pœna priuationis à cõione, quæ pp contumaciã ex cõstitutione infertur, temporalis est. & non perpetua. Ioan. And. Prima pars ponit statutum & factum ex quo surgit dubitatio. Secũda dubitationẽ soluit, duas rationes inducẽs. Secũda ibi, *Quia tamẽ;* Abb. Sicu. Ista decre. erat in tit. de iureiur. in tertia compilatione.

CASVS. Magistri artium liberalium Parisijs cõmorantes, à cõsuetudine antiqua in quibusdã articulis deuiauerãt. Vnde ipsi volentes consuetudinẽ pristinã reformare iuramẽto interposito statuerũt, q̃ si quis magistrorũ ordinationi vniuersitatis ipsorum duceret resistendũ, & tertio commonitus vniuersitati eorũ parere contẽneret, extũc cõsortio magistrorũ priuaretur, pp qd magister G. supradicta cõione ipsorũ fuit priuatus, tandem voluit obedire vniuersitati: sed vtrum debeat recipi dubitatur, quidam dicebant q̃ sic debebat remanere priuatus. Alij dicebãt q̃ recipiendus erat ex quo volebat satisfacere. Alij dicebant q̃ nõ posset recipi pp iuramentũ absq; licẽtia Papæ. Vnde Papa consultus respõdet q̃ constitutum nõ fuit, vt huiusmodi

huiusmodi priuatio in perpetuom duraret, cum tam de iure cõi, q̃ de consuetudine ecclesię extitit aliàs, & existat, vt qui pp cõtumaciã aliorũ cõione priuatur, cũ satisfacere voluerit, restitui debeat. Mandat dñs Papa, q dictum magistrum obedire volentem admittant in magistralibus ad consortiũ vniuersitatis. Not. q qui simpliciter à cõione aliorum excluditur pp cõtumaciam, debet recipi cũ satisfacere voluerit. Itẽ nota q iuramẽtum est benigne interpretãdũ.

a ¶ *Fide.*] idest, iuramento.

b ¶ *Tertiove.*] Hæc est enim legitima & canonica citatio siue admonitio trina. 24. q. 3. de illicita. §. de cõuentione. 16. q. 7. omnes decimæ. & 17. q. 4. de psbyterorum. quia vindictã semp debet precedere monitio. 12. q. 2. indigne. in prin. j. de vi. & hon. cle. c. vlt. & j. de sen. exc. contingit. 2. & c. sacro.

c ¶ *Infra triduum.*] Nimis breuis fuit terminus, quia non poterat deliberare ad plenum, & ideo potuit io promptum incidisse periculũ. simile 2. q. 6. anteriorum. primo responso. vbi olim triduũ dabatur ad appellandum, vnde dati fuerunt postea decem dies, vel saltem terminũ decẽ dierum statuissent: quia illud tempus modicũ appellatur. ff. de constitu. pecu. l. promissor. §. 2. & propter breuẽ terminum potest appellari. j. de dila. c. 1.

Terminus ad appellandum qualis taxandus.

¶ Licet à vobis fide[a] pstita fuerit constitutum, vt si quis magistrorũ ordinationi vniuersitatis ipsorũ duceret resistendum: & primo, secundo, tertiove[b] cõmonitus infra triduũ[c] vniuersitati parere cõtemneret magistrorum, extunc beneficio societatis eorũ in magistralibus priuaretur: & ob hoc magister G. fuerit eorũ cõmunione priuatus. ¶ Quia tamen constitutũ non fuit, vt in perpetuum[d] huiusmodi priuatio perduraret: cũ tam iuris canonici[e] quam nostri moris existat, vt is qui propter cõtumaciam communione priuatur, eũ satisfactionem cõgruam exhibuerit, restitutionem obtineat: Mãdamus quatenus supradictũ magistrũ statutis vestris nunc humiliter parere curantem, ad communionis vestræ cõsortium in magistralibus admittatis[f].

¶ Honorius iij. episco. & cantori Cabilon.

¶ *Non possunt canonici sine causa restringere numerum canonicorũ seu præbendarum. Abb. Sic.*

CAP. XII.

¶ *Glo. seq. ponit op. Inno. pro qua alle. §. iura. Alle. in contrarium, & soluit.*

d ¶ *In perpetuum.*] Dicit hic Inno. tertius, q aliud est aliquem simpliciter excludere, & aliud in perpetuũ excludere. simile 33. q. 4. non oportet. s. in glo. fin. & simile 1. q. 1. sunt nonnulli ver. beatus. ibi, non dicit. & j. de dona. c. pastoralis. sic ff. pro so. l. coiri societatem. & l. 3. §. 1. & in glo. Arg. contra. 50. dist. c. 1. in fi. ibi, nõ statuta, sed tẽporaliter dilata credatur. & C. de pœ. l. seruus. in fi. ibi, eum qui aliquãdo. ex quo enim non est tempus definitũ, de quolibet tempore intelligitur. 1. q. 1. eos. & ff. de euic. l. si rem. §. vlti. & j. de priuile. c. quia circa. vbi verbum simpliciter positum ad futura tempora trahitur, & generaliter intelligitur. Itẽ Inoocentio q idem est perpetuo remouere quod simpliciter remouere: vt 1. q. 1. reporiunt. in fi. & 79. dist. si quis ex epis. 10. q. 1. quia sacerdotes. 27. q. 2. de viduis. Ioan. & j. de coha. cleri. & muli. c. clericus. Sed circa talia cõsideranda est natura siue causa cuiuscũq; negotij. hic enim punitur pro contumacia, & non pro crimine: & contumacia sępe purgatur, vt facile est videre in multis.

Excludere simpliciter, & excludere in perpetuũ, an differant.

e ¶ *Iuris canonici.*] j. de sen. excõ. c. per tuas. & j. de ver. signi. c. cum olim. & c. ex parte. ibi, est exemplum de contumacia & crimine.

¶ *Glo. sequens reci. per quæstionem.*

f ¶ *Admittatis.*] Non obstante illo mandato, si quid in medio tempore deliquisset, posset repelli. j. de testi. cog. c. præterea. arg. ff. de transa. l. cum Aquiliana.

ADDITIO. Vide de iureiur. c. veniens. super glo. 2. Ioan. And. in nouel.

EX *parte.*] Non valet statutum per qd̃ diuinus cultus sine causa diminuitur, etiam si super hoc intercesserit in forma communi Papæ confirmatio. Io. And. primo narrat factum corrigendum. In secunda corrigit. secunda ibi, *Nolentes.* Abb. Siculus.

¶ Casus sic ponit. Edueñ. canonici, vt maioribus redditibus abundarent, numerum præbẽdarũ in ecclesia Edueñ. ab antiquo statutũ restrinxerunt, licet redditus ipsorũ non fuerint diminuti: significauit hoc eps Edueñ. domino Papę, nolens igitur Papa cultum diuini numinis diminui, sed potius augmẽtari, mandat quibusdam vt antiquum numerum faciant in ecclesia Edueñ. seruari: & si quas præbendas à tẽpore vltimi statuti vacasse inuenerint, personis idoneis illas conferant de consilio epi, non obstante aliqua constitutione sup hoc à canonicis ipsis facta, aut cõfirmatione à sede Apo. obtenta. Not. q numerus clericorũ per solos canonicos nõ põt diminui: nec valet statutũ super hoc factum, nisi Papa ex certa scientia illud confirmaret.

g ¶ *Propriis commodis inhiantes.*] idest, cupiditati intendentes. vitiũ denotat. simile s. eo. c. cum omnes. & s. eo. c. cum M. Ferrariensis.

¶ *Glo. seq. infert a contrario, & remittit in fi. allega. c. contrarium.*

h ¶ *Diminuti.*] Secus si essent diminuti: quia tunc vr̃ q auctoritate epi possunt diminuere numerum. Arg. j. de vita & honest. cleri. ca. quoniã vt ait. sicut augmẽtatis facultatib' plures possunt institui etiã vltra numerũ statutum. s. eo. c. cum M. arg. j. de cen. c. quanto. & 21. distin. in nouo. & C. de episc. & cle. c. in ecclesijs. de hoc dictum est s. eo. c. cũ accessissent. dic vt ibi. Arg. contra. j. de ver. sig. c. vltimo.

¶ Ex hoc cap. aperte colligitur, non valere statutũ per quod cultũ diuinum sine causa diminuitur, etiam si in forma cõi per Papam fuerit confirmatum.

EX[†] parte episcopi Eduensis fuit propositum, quód canonici Edueñ. propriis commodis inhiantes[g], præbendarũ numerum ab antiquo in ecclesia Edueñ. statutum (licet non sint eius diminuti[h] redditus) restrinxerunt: & infra. ¶ Nolentes igitur diuini numinis minui cultum, sed potius augmentari: Mandamus quatenus antiquũ numerum faciẽtes auctoritate nostra seruari: præbendas quas à tempore vltimi statuti inueneritis vacasse in ecclesia memorata (non obstante aliqua constitutione super hoc à canonicis ipsis facta, vel cõfirmatione[i][†] à nobis ab eisdem obtenta) personis idoneis[k] cum consilio[l] episcopi conferatis.

¶ *Glo. seq. reci. per quæstionem: de qua confirmatione loquutur littera.*

i ¶ *Confirmatione.*] sub forma cõi impetrata: quia talis confirmatio nihil noui tribuit. j. de cõfir. vti. vel inuti. c. cũ dilecta. §. nos igit. vers. nolentes. & j. de cõcess. præb. c. quia diuersitatem. in fin. & j. de priuileg. c. ex parte. quia qui confirmat, non donat. j. de fid. instr. c. inter dilectos. §. cęterũ. per tales confirmationes non intelligit Papa iuri alicuius derogare. j. de offi. ordi. c. licet. §. 1. quia inde non debet nasci iniuria, vnde iura oriunt. j. de accu. c. qualiter & quando. 1. C. vnde vi. l. meminerint. Quando valet confirmatio Papæ, & quando non, dictum est s. tit. eo. c. cum accessissent. & j. de confir. vti. vel inuti. c. 1. & 2. Et obtenta fuit ista confirmatio tacita veritate de antiquo statuto: & q facultates ecclesiæ non essent diminutæ.

¶ Hũc vers. dixit Car. Floren. esse fin. ad hoc q app. confirmationis intelligatur de cõfirmatione in forma cõi.

† Concor. text. in l. z. quia. cũ gl. in ver. nec ipsa lex. ff. de iur. omnium iud.

k ¶ *Personis idoneis.*] Hoc semper subintelligitur. j. de elect. c. causam quæ. talibus enim beneficia sunt conferenda: aliàs puniuntur dantes & recipientes. j. de elect. c. nihil est. & j. de præb. c. graue.

l ¶ *Cum consilio.*] De hoc traditur j. de elect. c. ne pro defectu. & c. cum in veteri.

† Adde mẽ hoc glo. de iure in ca. frater. in ver. auctoritate. 17. q. 2.

¶ Gregorius nonus archipresbytero sanctæ Mariæ Maioris de vrbe.

¶ *Constitutio futura respicit, & non præterita: nisi in ea de præteritis caueatur.*

CAP. XIII.

QVoniam constitutio Apostolicę sedis omnes adstringit[m], & nihil debet obscurum

QVoniam *constitutio.*] Diuiditur: quia primo ponit causam constitutionis declarandæ. Secundo declarationem: ibi, *declaramus.* Tertio declarationis rationem: ibi, *cum leges.* Abb. Siculus.

c ¶ Viribus carere.] vt s. eod. cū dilecta. Et sic vr̄ ꝙ si aliquid factū sit per litteras surreptitias, illud debeat reuocari. De hac materia plenius dicetur j. eod. c. ad audientiam. Et dic carere, si constiterit de istis exceptionibus, scilicet ꝙ non fecerint mentionē de causa suæ remotionis, & excōicationis, qua tenebātur adstricti. Et merito de causa excōicationis tenebantur facere mētionē: quia qui petit absolui ab excōicatione, tenetur exprimere causam excōicationis suę: aliàs nō valent litterę impetratæ sup absolutione: vel si aliā causam exprimeret, quam illā pro qua fuit excōicatus. j. de off. ord. ex parte. & j. de fi. instr. quod sup his. In illa decr. ex parte. notatur de hoc in gl. q̄ incipit, ex eo. & j. de sen. excom. cū pro causa. in gl. quæ incipit, istud tanquam. Et in hoc casu non valent litteræ impetratę ab excōicato tacito de causa excōicationis: secus si aliquis impetrat litteras ad agēdum ꝯ aduersariū, tacens de sua excōicatione: q̄a tūc valēt litterę eo absoluto. j. de excep. pia. [lib. 6.] vbi de hoc in glo. quæ incipit, sed mirum. Alia etiam de causa nō valuerūt huiusmodi litteræ: quia non fecerunt mentionem ꝙ per sententiā spoliati fuissent propter suos excessus, à qua non fuit appellatū. C. sen. rescin. non pos. impetrata. [3] & ita duabus de causis non valuerunt litteræ istorum presbyterorum. Olim consueuit decre. ista allegari ad probandū ꝙ litteræ impetratæ ab excōicato ad agendum non valebant, sed hoc non probatur per hanc decret. quæ non loquitur in tali casu. Ber.

[3] Et sic exis contra litteras opponi poterat exceptio rei iudicatę de lite contest. c. 1. li. 6. venies etiā in modū pemptoriæ, vt ibi. Io. An.

Postulasti.] Diuiditur, quia primo ponitur quęstio. Secundo solutio ibi, *Ad quod.* Tertio ratio: ibi, *Non enim.* Abb. Siculus.

Casvs. Quidam erat perpetuus vicarius in quadam ecclesia, habens insuper bona paterna, de quibus poterat commode sustentari. iste vicarius impe tauit ꝯ epm qui ipsum ordinauit secundū illā formā cōem [cum s̄m Apostolū] quæsiuit iste episcopus à Papa, vtrū teneretur ei secundum illā formā in beneficio ecclesiastico prouidere. Respondet, ꝙ per illā formā [cū s̄m Apostolum] sedes Apostolica consueuit pauperib' clericis, qui nullum beneficiū habent, prouidere: & ideo perpetuus vicarius talium literarū cōmodo carebit: nisi de vicaria sua fecerit mentionē: vt pote veritate tacita impetratatum. non enim dr̄ carere beneficio, cui de vicariæ perpetuæ prouentibus est prouisum: & pro habente beneficiū competēs ex certa scientia super obtinendo alio beneficio Papa nō scribit de leui, quin de ipso faciat mentionē. Not. ꝙ perpetuus vicarius beneficiatus reputatur. Itē semper est faciēda mētio de priori beneficio, alıter non valent litterę: vt hic dr̄.

d ¶ Cum secundum apostolum.] quam habes j. de præb. cū secundū.

e ¶ Beneficium.] nomine beneficij intelligitur vicaria siue præbenda, siue aliud beneficium. 1. q. 3. ex multis. in princip. & j. de verbo. sign. tua nos.

Lateran. cap. 37 de litteris non impetrandis, &c.

Nomine beneficij quid intellig.

f ¶ Competenter.] Istud competenter, intelligas secundū modū illius de cre. de monachis. j. de præb. de hoc dictū fuit s. eo. cū adeo. dic vt ibi.

Cap. 5. in tit. in 4. cōpilatione.

¶ *Glo. seq. arg. quod de patrimonio, & c. allega. in contrarium. & primo argumento respondet. demum quærit, soluit & remittit.*

g ¶ Prouentibus.] De duobus quærebat, scilicet de paterna hæreditate, & de beneficio vicariç. sed de beneficio tantū respondet: ergo licet non faciat mentionē de paterna hęreditate, tenēt litteræ, quia vnum negando, alterū confitetur. j. de præsump. nonne. Sed vr̄ ꝙ talis indigne petit beneficiū ecclesiasticum. 16. q. 1. quoniam quicquid. & 12. q. 1. illi autem. in glo. fi. & iudicium sibi manducat & bibit. 1. q. 2. clericos. & c. seq. Itē quia ordinatus est ad certum titulum, qui ad titulū sui patrimonij est ordinatus. j. de p̄ben. tuis. Sed non est verū ꝙ de hæreditate principaliter quæreretur, sed de vicaria, hoc addito ꝙ habeat bona paterna similiter. Sed quid si modicum habet beneficium: nunquid tenetur facere mentionē de illo? Tenetur quidem. j. eo. si proponente. vbi dicetur de hoc.

Additio. Et est expressum j. de pręben. si motu proprio. a. respon. li. 6. Dixit etiā hic Inn. dato ꝙ impetrans, beneficio qd̄ tacuit renunciare velit, nō cōualescent litterę, cum inspiciendū sit tēpus datæ. s. eo. eam te. ꝯriū notasse vr̄ j. eo. in nostra. & ibi dicā. Io. And.

Nonnulli.] Istud principiū vsq; ad § *Sunt & alij.* diuiditur in tres partes. Nā primo ponit abusum impetrantiū iudices remotos. Secundo prouidet: ibi, *Cum autē.* Tertio excipit: ibi, *Nisi.* Abb. Sicu.

Casvs. Quidā abutebātur gratia sedis Apo. litteras impetrātes ad iudices remotos, vt sic reus fatigatus laboribus & expensis, liti cederet, vel saltē vexationē suā redimeret: & quia per iudiciū iniuria fieri non debet, statuit conciliū generale, ne quis vltra duas dietas extra suam diœcesim per litteras apostolicas trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratæ, vel nisi de hac cōstitutione fecerint mentionē. In secunda parte dicitur, ꝙ alii erant qui nouum genus mercimonij circa litteras apostolicas exercebant, vt finitas lites suscitarent, vel nouas fingerent quæstiones. fingunt enim causas, & super illis impetrant litteras sine mandato dominorum, & illas exponūt venales: quandoq; reo, ne ab actore fatigetur: quādoq; actori, vt indebite reum molestet. Sed quia lites potius sunt restringendæ quàm ampliandæ; statuit concilium generale, vt si quis sup aliqua quæstione de cætero litteras impetrauerit sine speciali mandato domini, litteræ illæ non valeant, & ille de iure tanquam falsarius

rius puniatur, nisi forte sit de illis psonis à quibus non exigit impetrator mādatū. Not. q in iure nulli est facienda iniuria in suo iure. Item vltra duas dietas extra suam diœcesim p litteras Apostolicas nullus trahi potest. Itē litteræ sine mandato non valent impetratæ.

a ¶ *Abutentes.*]id est, malo modo vtentes. sic ĩ. eo. quia nonnulli. & ŝ. eod. sedes.

b ¶ *Ad remotos.*]Not. q dr̃ remotus qui est vltra duas dietas extra diœcesim. & facit ad hoc ĩ. de elec. cum inter vniuersas. & cap. nihil est.[a]

e ¶ *Iuris obseruantia.*] Quia non debent inde nasci iniuriæ vnde iura oriuntur. ĩ. de accu. qualiter & quādo 1. C. vnde vi. meminerint. simile ŝ. in 1. constitutione Gregorij.

[a] Concor. est in l. 1. C. de dilat. cū ibi not. & in l. 1. C. de pœn. & in glos. in ver. quē locū. in c. nullus. de rep. ordi. lib. 6.

¶ *Glo. seq. quærit, arguit pro vulgaribus, & sic soluit. secundo quærit, soluit, contra solutionem obiicit, & respondet.*

stolicæ abutētes[a], litteras eius ad remotos[b] iudices impetrare nituntur, vt reus fatigatus laboribus & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere compellatur. ¶ Cum autem per iudicium iniurijs aditus patere non debeat (quas iuris[c] obseruantia interdicit) statuimus, ne quis vltra duas dietas[d] extra suā diœcesim per litteras Apostolicas ad iudiciū trahi possit[e]: ¶ Nisi de assensu partium fuerint impetratæ, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem[f].

¶ *Non valent litteræ ad lites impetratæ sine speciali mandato domini, nisi impetrentur per coniunctam personam. hoc dicit.*

¶ Sunt & alij qui se ad nouum

d ¶ *Vltra duas dietas.*] Nunquid hoc intelligat de vulgaribus dietis, q habentur s̃m consuetudinem regionis, aut de legalibus s̃m q viginti milliaria cōputantur p dieta. ff. de verb. sign. l. 3. & ff. si quis cau. l. vicena? Vr̃ q de vulgaribus, quia noia ex cōi vsu intelligēda sunt. ĩ. de spon. ea litteris 1. non enim ex opinionibus singulorum, sed ex cōi vsu noia exaudiri debent. ff. de supelle. l. labeo. & consuetudo est optima legū interpres. ĩ. de cōsuetu. cū dilectus. & ff. de leg. si de interpretatione. & plus stat vsui q̃ significationi vocis. ff. de leg. 3. non aliter. imo vsui stat ꝯ naturā vocis. ff. de lega. 3. vxori. ĩ prin. De hac materia multa argumēta notant 12. dist. illud. Et dicas q de vulgarib' dietis istud est intelligendū, quia lex debet cōuenire consuetudini regionis. 4. dist. erit aūt lex. Sed pone q aliquis impetraret litteras vltra duas dietas, non facta constitutionis istius mentione, sed iudices citant ad locū vltra duas dietas non remotum à sua diœcesi ipsum reum, nunquid ire teneť? Credo q sic; p hoc qđ dicit; vltra duas dietas nō trahatur, & est expressum. ĩ. de excep. olim. sed expensis actoris debent iudices ad locum ire: aliàs fieret fraus constitutioni huic. arg. ad hoc. ff. de eden. ꝑtor ait. in si. Sed vr̃ q non valent litteræ: quia sunt impetratæ tacita veritate tali, quam si dixisset, litteras non habuisset. ŝ. eo. sup litteris. ergo non debent valere: quia eadē æquitas quæ mouet delegantem, mouere debet delegatū: vt dicit illa decr. super litteris. in fin. Sed eadem rōne vr̃ q valeant: quia si dixisset q non traheret ille aduersariū vltra duas dietas, litteras habuisset; ergo debent valere, & bene valent, vt dictum est: quia iste purgat vitium: & remouet exceptionem quæ posset opponi quare non valent: quia litteræ non sunt nullæ ipso iure, sed per exceptionem annullantur. arg. ĩ. de vsuris. quia frustra.

Nomine dietæ quid & qualis dieta intelligatur.

e ¶ *Trahi possit.*] Non dicit q litteræ non valeant, sed ne trahatur per eas vltra duas dietas.

¶ *Glo. seq. recitetur pro solutionem contrarij.*

f ¶ *Fecerint mentionem.*]Vt si ita dicatur, non obstante tali constitutione. & sic patet ex hoc loco, q rescriptum debet facere mētionē de constitutione[a] ad hoc vt ei p̃iudicet. argu. ĩ. de ætа. & qualita. eam te. sic debet etiam facere mentionē de priuilegio. ŝ. eod. cum ordinem. Nec habet locum illa regula; speciale derogat generali, licet non faciat mentionē de illo. ŝ. eod. c. 1. & c. pastoralis. sed hic rescriptum speciale non derogat generali constitutioni; & illa est causa: quia constitutio illa continet ius cōe, sed ius cōe non tollitur per rescriptum, cum rescriptum concedi debeat s̃m ius commune, & non ꝯ. 25. q. 2. rescripta. & ideo necesse est vt semper rescriptum impetratum vltra duas dietas faciat mentionem de hac constitutione: quia Papa ignorat locorum distantiam.

[a] Cōsuetnō exprimimus nomē constitutionis; sed dr̃. non obstante cōstitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Ioan. And.

¶ *Svnt & alij.*] Iste §. in tres partes diuidiť. In prima parte ponit abusum impetrantium. In secunda prohibet: ibi, *Cum autem.* In tertia excipit: ibi, *Nisi.* Abb. Siculus.

g ¶ *Mercimonij.*] simile ĩ. eo. quia nonnulli. vbi aliqui tradunt litteras aliis eiusdem nominis.

h ¶ *Suscitare.*] Per rescriptum principis lites sopitæ suscitari non debent. C. de transact. l. causas vel lites. immò tales à limine iudiciorum debent expelli, qui volunt lites sopitas suscitare. C. senten. rescin. non pos. l. vltima. & ŝ. eo. dilectus.

i ¶ *Lites restringendæ.*]sic de pœn. dist. 1. pœnæ. ff. de lib. & posthu.

cum quidam. ff. si cert. pet. quidā. & sic videtur q in rescriptis verba ponus sunt restringenda quàm amplianda. ĩ. de offi. deleg. cum olim abbas. in fi. & c. P. & G. nisi indulgeant beneficia. ĩ. de do. cū dilecti. in fi. & ĩ. de verb. sign. olim tibi.

¶ *Gl. seq. not. quid generalis procurator non impetrat. videtur quinque; similia. secundo obiicit ad hoc, & soluit. tertio quærit argu. pro, & soluit. quarto quærit quis probet. argu. quod impetrans ponit opi. Ioan. distinguentē in forma verborū qualitatē causæ. In fin. ponit quod de litteris gratiosis, & obseruantia curiæ.*

genus mercimonij[g] conuertentes, velut sopitas possint suscitare[h] querelas, vel nouas immittere quæstiones, fingūt causas, super quibus à sede Apostolica litteras impetrant, absque dominorum mādato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expensarum dispendio molestetur) aut actori (vt per ipsas aduersarium indebita molestatione fatiget) venales exponūt. ¶ Cum autem lites restringendæ[i] sint potius quàm laxandæ: hac generali constitutione sancimus, vt si aliquis super aliqua quæstione de cætero sine speciali mādato[k] domini litteras Apostolicas impetrare præsumpserit, & litteræ illæ nō valeāt, & ipse tāquā falsari[o] puniatur:

K ¶ *Sine speciali mandato.*] Sic ergo generalis pcurator nō sufficit ad impetrandū litteras. qđ est bñ notabile. sicut requiritur specialis pcurator in trāsactione. C. de transac. trāsactionis placitum. & ĩ. de arbi. p tuas. in prin. Et in integrum restitutione petenda. ff. de mi. illud. §. si talis. & restitu. in integ. corā. Et in delatione iuramēti: quia procurator nō debet deferre iuramentum alteri parti. ff. de iureiu. iusiurandum. §. procurator. Sic p procuratorem generalē non potest fieri acceptilatio, nisi habeat speciale mandatū. ff. de accep. l. 3. Sed nonne ratihabitio dñi sufficit ad hoc vt litteræ valeant seu valere incipiant quæ prius non valebant? qđ vr̃. ff. de indi. l. licet verum. & ratihabitio retrotrahitur. ff. de pig. si fundus. §. 1. & ĩ. de clan. de spon. q nobis. in gl. fi. & ĩ. de elec. q sicut. circa prin. ver. q si eos. in fi. Item litteræ quæ primo non valent, postea conualescunt. ĩ. de fo. cōp. licet 1. in glo. iustitiæ complementum. & c. ex tenore. in fi. ibi, dummodo. Ad hoc rñdeo, q licet procuratio quæ nulla est, possit ratificari, non tñ valent litteræ istæ aduersario ꝯdicente. ĩ. eo. ex parte. pp rōnem quæ in littera ipsa redditur: quia lites[a] restringendæ sunt. &c. Sed nūquid litteræ istæ sunt nullæ ipso iure? Vr̃ q sic: quia tanq̃ falsarius punitur, & sic istæ litteræ sunt falsæ: sicut sñia venalis nulla est. 2. q. 6. c. ei qui. §. venales. & ĩ. de vi. & hon. cle. cū ab oī. in fi. Dico q p exceptionem sunt annullandæ. in vtroq; casu istius capituli si reus nihil obiiceret, valerēt. Sed quis debet pbare q sine mandato sunt impetratæ: an ille q excipit q non sunt impetratæ p procuratorē, an dñs qui vtitur illis? vr̃ q dñs, qui vtitur illis litteris, & exhibet eas, debeat probare mādatum: quia executor nō tenetur obedire mandato iudicis, nisi primo pbetur mandatum. ĩ. de offi. deleg. cum in iure. ŝ. eod. cū contingat. qualiter enim possit reus pbare q non essent impetratæ p pcuratorē, cum sit pura negatiua, & negātis factum p rerū naturā nulla est pbatio. ĩ. de elec. bonæ 1. §. porro. & 6. q. 5. c. accusator qđ asseuerat. Præterea licet aliquis ostendat instrumenta ecclesiæ, non tñ ei credit, nisi caueat de rato. ĩ. de offi. deleg. corā. in prin. Et gñaliter tradiť q quoties de mandato dubitatur, vel pcurator debet pbare mandatū, vel cauere de rato. C. de pcu. l. 1. Præterea nōne iubeť cū authētico exhiberi libellus porrectus Papæ. 81. dist. Maximianus. in gl. pspecto. arg. 7. q. 1. ꝑsentiū. sed ad quid nisi ad hoc, s. p quē fuerit impetratū? nā forte p excōicatum sunt impetratæ, quæ non valent. arg. ĩ. de pba. post cessionē. ŝ. eo. dilectus. de hoc dic vt in decr. pia. de excep. lib. 6. Nec obstat si dicat q instrm̃ apparet non vitiatū, ergo standū est ei donec ꝯtriū pbet. C. de edi. diui Hadr. tollen. l. vltima. circa prin. ibi, ex quacunq;. hic enim nō impugnať scriptura quin vera sit bulla, & verus sit actor, sed tñ de mādato impetrantis dubitať. Ad hoc dicit Ioan. q si ita contineať in rescripto, & cōquestus est talis pcurator de tali: tunc non est necesse pbare mandatū: quia p literas illas satis apparet de mandato, ex quo Papa appellat eū pcuratorē: quia constat q vidit mandatū. Sed si contineť in litteris; significauit nobis talis, vel ꝯquestus est nobis, cū ille nō fuerit in curia, sed alius q dicit se fuisse pcuratorē legitime constitutum: tūc tenetur pbare mandatū: quia plerīq; fingūt se esse alios, & sub noie aliorū litteras impetrant: & nisi doceat de mādato, nō debet audiri, vt hic dicit. In causa appellationis dicebat ipse Ioannes, q non teneť pbare mandatū: quia non est credendū q aliquis negligat ius suum in psequēdo appellationē, q aliàs diligēs est. arg. C. q & aduer. quos. l. 1. Si aūt p simplicē querelā sint literæ impetratæ, necesse est iterum per pbare mandatū. Constitutio ista non bene seruabať, nec admittebant iudices talē exceptionē: sed certe bene debet admitti: q a nō

[a] Propter quam odiū in hoc casu speciale est contra regulam, sicut & in aliis casibus q not. de pac. c. 2. de reg. iur. ratihabitio nam. lib. 6. Ioan. And.

C valent

valent litteræ nisi sint impetratæ p procuratorem. & hoc probatur in decr. Greg. j. eo. tit. ex parte. vt ibi dicemus. Secus credo in litteris sup beneficiis obtinẽdis: quia ibi non exigitur mandatum, cũ sup nulla lite impetrent, sed de gratia tm̃ cõcedantur: sed rescripta ad lites iam ortas & non futuras impetrantur. j. eo. tit. c. vlt. Curia Romana nó consueuit hanc exceptionẽ de mã dato admittere, nec nos admittere debemus, & si pp hoc appellaretur, non darentur litteræ su per tali appellatione.

Additio. Dixit Gof fre. q talis exceptio, s. [non habes mandatũ:] bene admitteretur in audientia ꝯ impetrantem. Sed post impetrationem iam factam ꝯ vtentem rescripto, non admitteretur exceptio. Nec obstat decr. ex parte. j. eo. quæ loquitur in eo qui non vult habere ratum factum impetrãtis sm eũ vel sm Vin. & Pet. de Samp. ꝯ impetrare volẽtem admitteret exceptio: & habebit etiã impetrare volens probare mandatũ: post impetrationẽ etiã ꝯ vtentem admitteret exceptio, sed habebit excipiens pbare rescriptum impetratum sine mandato. & quo hæc probari possint, dixi s. ead. gl. Dixit Cópost. q curia non cõpellit procuratorem impetrantẽ probare mandatum ad petitionẽ procuratoris ꝯdictoris: nisi prius ille suum mandatum ostendat. Ioan. And.

¶ alias, exceptione.

¶ Dumeliensis.

¶ Dumeliensi.

¶ In nonnullis manuscript. legitur: cunctabatis.

¶ Nisi forte de illis personis extiterit, à quibus non debet exigi de iure mandatum.

¶ Honorius iij. Cantuarien. archiepiscopo, & coniudicibus suis.

¶ *Si occasione duorum rescriptorum vnius scilicet in causa principali, alterius in causa appellationis cõtenditur: non iudex super principali, sed deputatus super appellatione, cognoscere debet de validitate appellationis.*

CAP. XXIX.

Dilectus filius I. Sarracenus clericus exposuit corã nobis, quòd cũ Iordanus clericus Dumelieñ. ipsum super ecclesia sancti Nicolai Dumelieñ. coram vobis auctoritate litterarum nostrarum traxisset in causam: ex parte ipsius I. fuit excipiendo propositum, quòd auctoritate ipsarum litterarũ non poterat cõueniri, eo quòd vltra duas dietas à diœcesi (vbi prædicta ecclesia erat) contra statuta concilij generalis (de quo in eisdem litteris non fiebat mẽtio) distabatis. Et quia huiusmodi exceptionẽ admittere denegantes, procedebatis in causa (pro eo quòd idem I. in Ropheñ. & Elieñ. diœcesibus beneficia obtinet, quasi ex hoc ibi domicilium intelligeretur habere) ipse ad nostrã audientiam appellauit: & infra. Cumque idem I. appellationem interpositam prosecutus, ad Eboraceñ. archiepiscopum & eius collegas, super præmissis litteras impetrasset: vos in causa ipsa nihilominus procedentes, eisdem iudicibus ne in commisso sibi procedant negotio, inhibetis. ¶ Quocirca mandamus quatenus (si est ita) causæ supersedeatis eidem, cũ non vos, sed dicti iudices cognoscere habeant ad quos iurisdictio debeat pertinere.

a ¶ *Nó debet exigi.*] quæ sint illæ personæ, habes ff. de procur. sed & hæredes.

Dilectus filius.] Cum agitur actione reali, cõputatio dietarũ fit à fine diœc. loci vbi sita est res. Et de meritis appellationis nõ iudex causæ principalis, sed cui cõmissa est appellatio, cognoscere debet. ita cõiter summant doct. Sed profecto pars prima summarij nullo modo probatur in tex. nec puto eã veram in se. nã in tex. solum desiditur qs cognoscere debeat de meritis appellationis. Et venit hoc ad limitandum c. pastoralis. s. eo. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur querela appellantis. In secunda prouidetur ibi, *Quocirca*. Abb. Siculus.

Casus. Iordanus clericus Dumelieñ. impetrauit litteras ꝯ Io. Sarraceñ. sup ecclesia S. Nicolai Dumelieñ. dictus Ioan. ad iudiciũ conuocatus excipiendo pposuit, q auctoritate illarum litterarũ non poterat conueniri, ex eo q vltra duas dietas à diœcesi vbi sita erat ecclesia pdicta, trahebatur ꝯ concilium generale, de quo in litteris mentio non fiebat. ipsi iudices hanc exceptionẽ noluerunt admittere, pro eo q idem Io. in Ropheñ. & Elieñ. diœcesibus obtinet beneficia: quasi ex hoc domicilia haberet ibidem. quare dictus Ioan. sed. Apost. appellauit. appellatiõis causa fuit cõmissa archiepõ Eboraceñ. & eius coniudicibus: sed primi iudices nihilominus in negotio procedentes, inhibebant iudicibus appellationis, ne in negotio sibi cõmisso procederent. Vnde mandat Papa primis iudicibus q si ita est, in ipso negotio non procedant: quia non ipsi, sed iudices appellationis cognoscere debent ad quos iurisdictio debeat pertinere. Not. q inter iudices datos in principali causa, & iudices datos in causa appellationis non reuocatur in dubium quorum sit iurisdictio. Iudices enim appellationis cognoscere debent an sit legitime appellatum: quia nemo cognoscere habet de appellatione ab eodem ad superiorem interposita, vt hic patet: sed superior ad quem appellatur.

b ¶ *Concilij generalis.*] s. cap. proximo.

¶ *Glossa seq. notat quòd habere ecclesiam vel prebendam, &c. trahitur vbi dicatur quis habere domicilium.*

c ¶ *Domiciliũ.*] Ex hoc vr q licet aliqs habeat pbendã vel ecclesiã alibi, q pp ea non habeat ibi domiciliũ. Nã sola possessio domus quæ in ciuitate alia cõparatur, non facit domiciliũ. ff. ad muni. libertus. §. sola domus. verũtñ bñ potest qs habere domicilium in pluribus locis: dũmodo se in vtroq; æqualiter collocasse videat. ff. ad muni. l. assumptio. §. iuris prudentibus. & j. de fo. comp. ex parte B. aliàs dr ibi habere domiciliũ, vbi maiorẽ partẽ rerũ suarũ possidet, & assidue conuersat: & ibi debet rñdere. C. vbi se. vel cla. l. senatores. Vel etiã vbi vendit, emit, ꝯhit, & festos dies celebrat. ff. ad munici. eius. §. 1. rõne vero rei de qua agit, pót conueniri. j. de fo. cópe. sane. C. vbi in rem act. l. fi. & ex hoc forum sortit. j. de foro cõpe. c. vlti. vbi numerant plura ex qb sortit quis forum. Et sic patet q dietæ istæ semper sunt cõputandæ respectu diœcesis, vbi est res de qua qs cõuenit. j. de fo. cópe. ex parte B. licet itra illas habeat beneficiũ, vel qñq; inueniat, vt hic dr. Sed in psonali actione secus: q a pót cõueniri vbicũque habet domiciliũ.

s Vide Ioan. And. infra de priuil. c. ex ore. in glossa super verbo: item totum possessionis.

d ¶ *Inhibetis.*] Et male: quia postq causa appellationis est cõmissa ex certa sciẽtia, iurisdictio priorũ iudicũ est suspẽsa. j. de offi. deleg. pastoralis. §. preterea. Sed iudex appellationis pót inhibere iudici à quo appellatũ est, ne in eadem cã pcedat: vt j. de offi. ordi. Romana. §. nec p eo. ver. filr. & §. à q bus. [lib. 6.] & j. de appella. Romana. §. si aũt. [li. 6.]

e ¶ *Sed dicti iudices.*] Nã iudices appellatiõis debẽt cognoscere an sit legitime appellatũ: & si legitima est appellatio, ipsi cognoscant. aliàs remittãt partes ad priores iudices, in expensis condẽnando appellantẽ. j. de app. vt debitus. & c. cum speciali. Et ita qñ iudices ad appellationẽ dati sunt, semp debent cognoscere de hmõi iurisdictione: nec conuenire cũ prioribus, sicut qñq; vidi fieri. Illud enim habet locum qñ diuersi iudices contendunt se habere iurisdictionem principaliter. s. eod. pastoralis. Ber.

¶ Idem epõ & archidiacono Legioñ.

¶ *Si plures impetrant in eadẽ ecclesia, statur data, vt primus impetrans præferatur, & solus admittatur. Ita communiter summãt doct. Et pcedit istud summariũ secundũ opinionẽ cõem, quæ hodie inualuit propter iura noua.*

CAP. XXX.

Capitulum sanctæ crucis Cameraceñ. exhibita nobis petitione monstrauit, quòd Callimacho clerico super præbendali beneficio in eorum ecclesia obtinendo, litteras nostras ad eos prius monitorias,

¶ Dictionem pluraliũ, hoc capitulum per collegam simile cap. ad hæc. c. inter alia. & cap. quod in diebus. de sent. excom.

Capitulum. Diuiditur. Nam in prima ponitur facti narratio perplexitatem conquerentis continens. In secunda definitionis cõmissio, illam tollens. Secunda: ibi, *Quocirca*. Ab. Sic.

Casus. Callimachus clericus impetrauit litteras monitorias ꝯ capl̃m sanctæ crucis Cameraceñ. sr p obtinendo beneficio in eadẽ ecclesia: & deinde pceptorias obtinuit ꝯ eosdẽ. B. clericus ꝯ capl̃m idem sup consimili beneficio in eadẽ ecclesia sibi conferendo, ad archidiaconum Tornaceñ. & ad eius collegas litteras executorias impetrauit: q monuerunt capl̃m sanctæ crucis, vt dictum B. reciperent in canonicũ & in fratrẽ, à quibus iudicibus capl̃m appellauit: sed iudices non obstante appellatione tulerunt sñiam suspensionis in eosdẽ: postmodũ dictus Callimachus litteras executorias super executione mandati pro ipso facti ad alios iudices impetrauit: qui tulerunt sñias suspensionis & excõicationis in eosdẽ. capl̃m sanctæ crucis factum istud significauit dño Papæ. Papa mandat epõ & archi. Legioneñ. vt illum in canonicũ recipiant, & bñficium assignent ei qui prius mandatum apostolicũ prædicto capitulo reportauit, relaxãtes sñias pdictas iuxta formã ecclesiæ, sup pbendali beneficio alteri silentium imponendo. Not. qui primo mandatũ Apostolicum repræsentat super beneficio, debet beneficium obtinere sicut seruatur in litteris super controuersijs impetratis.

¶ *Glo. seq. signat contraria, & soluit: & op. ponit solutioni contrariam.*

f ¶ *Prius.*] Et ita q præuenit alium, ille obtinet. j. de appellatio. vt debitus. ibi prius quam in gl. & j. eo. abbatem. & est simile ff. de procu. pluribus. & j. de procur. non iniustæ. vbi potior est conditio occupantis. & simile ff. de verb. obl. si Titios. Sed vr q ille pro quo fuit prius lata sñia deberet obtinere; non ille qui primo psentauit rescriptum sicut si quis à pluribus conueniat ex noxa eiusdẽ serui, non ei qui primo egit: sed ei qui ad sñiam prius puenit, debet dari. ff. de noxa. si qs à multis. sic etiã in actione de pec. ff. de pec. si vero adhuc

s Si intelligas in impetrando, plenũ est, si in psentando, falsum est: nisi qñ præter sunt æquales & nescitur quis sit primus. infra eod. c. penult. lib. 6. Ioan. An.

& demum præceptorias impetrante, B. clericus contra eos super consimili [a] beneficio in eadem sibi ecclesia conferendo, ad I. archiepis. Tornac. & eius collegas, de prędictis litteris nõ habita mẽtione [b], executorias a nobis litteras impetrauit: qui post appellationem [c] ad nos interpositam, in eos suspensionis [d] & † excõmunicationis sententias protulerunt: ac dictus C. super executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit scripta nostra, qui tulerunt suspẽsionis & excommunicationis sentẽtias in eosdem. ¶ Quocirca mandamus, quatenus eo recepto in canonicum & in fratrem, assignatoque sibi beneficio præbẽdali: qui ad eos prius mandatũ Apostolicum reportauit, præfatas sententias [e] iuxta formam ecclesiæ relaxetis [f]: alteri super præbendali beneficio in eadem ecclesia silẽtium imponentes.

¶ Idem Bituricẽ. archi. Apostolicæ sedis legato.

¶ *Si habens litteras Papæ ad beneficium, eis propter annuam pensionem renunciat, non valent litteræ beneficiales per eum hoc tacito impetratæ.*

CAP. XXXI.

ij A D audientiã nostrã peruenit, quòd quidã clerici obtentis à sede Apostolica litteris super prouisione sua in aliquibus ecclesijs tibi subiectis, recipientes ab eis annuas pẽsiones [g], seu † alia beneficia ab eorũ impetitione desistunt, renunciantes [h] beneficio litterarum: & infra. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus eos qui post litteras taliter venditas †, alias (de illis mentione nõ habita [i]) impetrabunt de cætero, vel hactenus impetrarunt: carere decernas commodo earundem, & ecclesias non permittas earum occasione vexari: reuocando in irritum [k] si quid earum prætextu inueneris esse factum.

¶ Greg. ix. archiepiscopo Mediolañ.

¶ *Receptus per litteras Apostolicas, licet præbendam expectet: per alias litteras hoc supprimentes, in alia ecclesia recipi non debet. hoc dicit, inhærendo verbis litteræ.*

adhuc. Forte idẽ posset dici hic. ille enim obtinuisset qui prius receptus fuisset. arg. j. de pben. dilectus 2. sed hic neuter ad sñiam venit. Hic possunt assignari molta ɔ̃ria. j. de offi. dele. ex parte 1. & s. eo. tit. cæterũ. & multa cõsimilia. Sed iura illa hodie correcta sunt p id qđ habes j. de appel. vt debitus. & p id qđ dicit hic. De hac materia dicas vt dixi s. eo. c. 1. Sed illa decr. ex parte. j. de offi. dele. loquitur in alio casu, cũ iam litteræ sunt primo pſentatæ ante pſentationẽ secundarũ. & ita concordat cũ ista. Alij dicunt, & forte bñ. q primæ litteræ valẽt, & non secundæ: qa de primis nõ faciũt mentionẽ, si primus ĩpetrãs nõ fuit negligẽs in pſequẽdo ius suũ, & hoc constat, licet prius pſententur secundæ: dũ tñ non recipiatur secundus ante præsentationẽ priorũ: & ita cessant ɔ̃ria: sed si prim⁹ nõ pſequat ius suũ dolo vel negligẽtia cũ pſequi possit, valebũt secundæ, licet de primis non faciant mentionẽ. secus in rescriptis ad lites obtẽtis, vbi p solicitudinẽ pſentantis pditur primum rescriptũ, licet secundũ de primo nõ faciat mẽtionẽ. j. de app. vt debitus. ibi enim remanet ius saluum vtriq; impetranti.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem, & soluit.*

a ¶ *Consimili.*] Ergo nõ super eodẽ beneficio, sed diuersis: aliàs nõ diceret, cõsimili: quia si consimile, ergo aliud, & non idem, vterque istorum impetrauerat, vt ei prouideretur in beneficio pbendali: sed non sup vno, sed ita simpliciter: quia nihil est idẽ, cui simile est. arg. ff. si mẽsor fal. mo. dixe. l. 1. §. hæc actio.

¶ *Glo. sequens obijcit & remittit.*

b ¶ *Non habita mentione.*] Per hoc videbatur q litteræ nõ valebãt. s. eo. cæterum. & j. de offi. deleg. ex parte 1. Sed primæ ibi iam fuerant præsentatæ ante præsentationem secundarum: & sic non contradicit: sed concordat huic no. Et etiam non obstat c. cæterum.

¶ *Glossa sequens arguit, & remittit.*

c ¶ *Post appellationem.*] Vnde videtur q sententia postea lata non tenuit. j. de senten. excom. per tuas. Sed ɔ̃ dicitur j. vbi dicit, sententias præfatas relaxetis: sed ibi dicitur ratio quare tenuit sententia. Vel intellige q ex iusta causa appellatum est: quia forte litteras alterius receperant, vel aliam iustam causam allegauerunt: & sic nõ tenuit sententia. Vel dicas vt in vltima notula.

¶ *Glossa seq. alleg. quinque concor. obijcit & soluit.*

d ¶ *Suspẽsionis.*] Arg. q suspẽsus põt ampli⁹ suspẽdi, sicut excõicatus potest excõicari. 3. q. 4. Engeltrudã. & 11. q. 3. excellentissimus. 12. q. 2. de viro. & j. de Iudæ. & Sarra. ita quorundã. in fi. vbi de hoc.

e ¶ *Sententias.*] s. excõicationis & suspensionis latas. pximo. cap.

¶ *Glo. seq. obijcit, & tripliciter soluit.*

f. ¶ *Relaxetis.*] Ex hoc patet q sñia suspensionis post appellationẽ lata tenuerit. Sed vr̃ q appellatio tenuit, ex eo q ei tñ qui litteras primo pſentauit prouidere deberet, & non illi qui secundo pſentauit litteras suas, ɔ̃ quẽ fuit appellatũ. Dicas q ideo tenuit sñia non obstãte appellatione, quia nondũ puiderat alicui illorũ, & in litteris continebatur, si alium ad mandatũ nostrum non recepistis. hæc enim clausula (nisi de mandato nostro eadẽ ecclesia in receptione alterius fuerit grauata) erat in vtrisq; litteris inserta, vt patet in integra. sed ipsi nñ receperant adhuc, vnde non tenuit appellatio cum nondũ cõpeteret eis exceptio. Vel dicas, si vis; pdictas sñias relaxetis, ad cautelã quantum ad illã sñiam, q̃ lata fuit post appellationẽ, q̃ legitima fuit quantũ ad aliã latã pro Callimacho, vbi appellatio non præcessit: tenetur proprie illud verbum, relaxetis. Et sic proprie & improprie simul illud tenet. simile 18. dist. presbyterum. 63. dist. in synodo. Quid si pſentatione p aliquẽ illorum facta ipsi capitulo alij iudices post app. excõicauerunt? Vr̃ q teneat appellatio, qa ex quo alius puenerat, ius habebat. Vnde si capitulum appellauit ɔ̃ secundo pſentãtẽ, bñ vr̃ tenere appellatio: quia ei debẽt puidere qui primo pſentauit: vt hic dicit, & ideo absolutio ad cautelã fieri debet. Sed nõ credo: quia quoties aliqui absoluunt ad cautelã, illud exprimit. j. de appel. ad pſentiã. j. de test. veniens. in fi. vnde prima rõ verior vr̃. Vel intelligitur tñ de sententijs illorũ à quibus nõ est appellatum, & ita planum est.

ij ¶ *Ad audientiã.*] Diuidit, qa in prima ponit facti narratio. In secunda prouisio: ibi, *Fraternitati.* Abb.

CASVS. Quidã impetrauit litteras à se. Apo. vt puideat ei in ecclesijs alicui⁹ dioecesis sub iectis. iandẽ recipit annuas pẽsiones, seu alia beneficia, & destitit ab earũ impetitione: & renunciauit bñficio litterarũ. postea impetrauit alias litteras sup sua puisione, nõ faciẽtes mẽtionẽ de alijs, vel de pẽsione vel renũciatione. significatũ fuit hoc dño Papæ. mandat Papa archiepo Bituricẽ. ɔ̃ illos qui post tales litteras prius venditas, alias impetrant non faciẽtes mentionẽ de alijs, ac ẽt impetrabũt de cętero, q decernat eos carere oĩ commodo litterarũ: nec pmittat ecclesias p tales litteras vexari, reuocando in irritũ quicquid illarũ auctoritate inuenit factũ esse. Not. q tenet facere quis mẽtionẽ de litteris quibus renũciauit: sed illud cõtingit, quia vendidit illas. & ita quasi beneficiati reputant quantũ ad impetrandũ: quia gratiã sibi concessam vendere non debebant.

g ¶ *Pensiones.*] Huiusmodi pensiones quæ in fraudẽ fiunt de prouentibus ecclesiarum, prohibitæ sunt in concilio generali. j. de pręben. extirpandæ. in fi. & j. de collusione. audiuimus.

¶ *Glo. seq. quærit, argu. pro vacillando, soluit contrarium.*

h ¶ *Renunciantes.*] Sed nunquid continet simoniã hmõi renunciatio? Vr̃ q sic. cũ ex litteris habet ius ad petendũ bñficium spirituale: & in talibus oĩs pactio & ɔditio cessare debeat. j. de pact. c. vlt. & 1. q. 2. quã pio. Posset dici q non est simonia: quia ea quæ pcipiuntur à iure, licite deducunt in pactum etiã in spiritualibus. j. de electione. significasti. in prin. & in glo. 2. & 18. q. 2. Eleutherius. in prin. & in gl. 1. & istud est de iure q renunciet litteris si vult habere beneficium: sed si habet etiã beneficium, posset deduci in pactũ q ei renunciaret si vellet aliqđ aliud bñficiũ obtinere: quia vtrũq; habere simul non potest. j. de pb. cũ non ignores. Et sñm hoc expone, venditas, i. cum tali pacto renũciatas. Vel potest dici q simonia fuit: qđ hic non negat. Vel dic q nõ fuit simonia pp hoc cõmissa, qđ est ęquius: cũ nullũ ius speciale habuerit per litteras illas. Ber.

i ¶ *Mentione non habita.*] Et ideo non valent. j. eo. c. proxi. & s. eod. tit. ad aures. & c. cum adeo.

¶ *Glo. seq. primo quærit de reuocatione processus facti p rescriptum surreptitium. secundo alleg. pro, inducens tria ca. & rationem quam fortificat: soluit etiam obstaculum, & inducit tria similia: tertio alle. 4. in contrariũ. quarto ponit opi. Ioan. quinto sol. dist. inter rescripta ad lites, & ad beneficia.*

K ¶ *In irritum.*] Sed q̃ritur an gñaliter sit verum, q quicquid sit per litteras tales surreptitias, debeat reuocari? Hoc manifeste probatur in capitulo isto, & est simile s. eod. cum dilecta. & c. cõstitutus. & hoc ideo, quia per litteras tales iurisdictio non vr̃ dari. j. de offi. vica. sua nobis. & 35. q. 9. veniam. in prin. ibi, surreptum huic sedi. & c. sententiam. & reuocatur etiam quod fit altera parte absente: vt j. de re iud. cum olim. §. post hæc. & ff. de iudi. l. si ptor. §. Marcellus. Nec obstat si dicas q post sñiam non admittat exceptio. 3. q. 6. c. 2. §. exceptio. & j. de re iudi. inter. [1] Sed illud non habet locum in exceptionib⁹, in quibus agitur de falso. j. de pc. in nostra. in fi. & j. de prob. licet. §. post hæc. cum enim p tales litteras nõ receperint iurisdictionẽ, quicquid p eas factum est, non tenet. & est sim. quia replicatio omissa ante sñiam ex causa pbabili, post sñiam proponitur. ff. qñ ac. de pecu. annalis est. d. l. quæsitũ. multo forti⁹

C a exceptio

† In multis manuscrip. itarum est in suspensionis sententias protulerunt.

† Ergo pensio super beneficio, non videtur posse dici beneficium, ' cũ sicut diuersũ hic ponatur. adde c. quibus. de pben. lib. 6.

† Contius hic, vendicatas legendũ monuit, sed in omnibus manuscr. vẽditas inuenio, id est, tali pacto renunciatas.

[1] Vide tex. cum glo. in l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos. & in l. officium. ff. de rei vẽdi.

exceptio. ad idem facit ĩ. de re. iudi. ad ꝓbandum. arg. ĩ. de despon. impu. ad dissoluendum. in fi. sed illa decr. aliter intelligitur. Et ꝯ vr ꝙ ꝑ tales litteras detur iurisdictio, licet possint elidi ꝑ exceptionē: vt s. eo. nonnulli. dictum est. arg. ff. de bo. pos. ſm tabulas. l. pen. §. testamento. vnde non potest dici retro iudiciū nullum fuisse: vnde si aliquis sciuit sibi cōpetere exceptionem, & non excipit, sibi imputet. si nesciuit, prætextu exceptionis post repertæ, snia nō retractetur. ĩ. de re iudi. inter. & c. suborta. Item libertas ꝑ falsos codicillos data non reuocat. ff. de manu. testa. cū ex falsis. & legata ꝑstātur, licet testamentū sit falsum. [1] ff. de hære. insti. l. vlti. Circa istam materiam dicebat Io. ꝙ snia lata per tales litteras tenet, nisi releuetur ꝑ appellationē vel supplicationem, sed retractāda est ꝑ integrum rest. Vel si vis dicere ꝙ ꝑ tales litteras nulla datur iurisdictio, non est necessaria restitutio: quia ipso iure nulla est snia. ĩ. de rescr. vic. sua nobis. Tu dicas ꝙ tales litteræ non sunt irritæ ipso iure, sed possunt annullari ꝑ exceptionē, vnde si à principio huiusmodi exceptio ꝓponatur, si aliquid fiat ꝯ, totum reuocatur: & sic loquitur s. eo. constitutus. & c. cū dilecta. Si aūt ꝑ cōsensum partiū tacitum vel expressum ꝓcedatur, & detur snia, tenet quidē & valet, cum sit lata à iudice suo: nec ꝯ ius constitutionis: vt s. q. 6. c. ei qui. §. definitiua. & ĩ. de re iud. cum inter vos. nisi fuerit appellatū vel supplicatū. 35. q. 9. veniā. & c. sniam. & C. de prec. impe. offe. Auth. quæ supplicatio. Et in causa appellationis vel supplicationis potest opponere de surreptione. & si ostendit se ignorasse, bene auditur. & poterit hoc ꝓbare ꝑ iuramentū, quia hoc aliter de facili ꝓbare non posset. ĩ. de testi. ꝓsentium. & ĩ. de excep. pastoralis. & hoc intelligo hic, si eis ignorantibus de prioribus litteris receperūt istos ꝑ litteras secūdas. arg. ad hoc. ĩ. de ꝓb. dilecto. Vel potest dici ꝙ aliud sit in beneficiis: [a] qa beneficiū non potest possideri nisi canonice habeat. ĩ. de instit. ex frequētibus. sed isti ꝑ fraudē obtinuerunt, & ideo iniuste. & si primā ecclesiā habuissent quo ad titulū, secundā habere nō poterant, nisi dispēsatiue. ĩ. de elect. dudū decr. Greg. & ideo necessaria fuit sciētia Papæ in impetratione litterarū taliū. ĩ. c. px. qa Papa pro aliquo bñficiato nō scribit ex certa sciētia, qn faciat mentionē de primo bñficio. s. eo. postulasti. in aliis bñ tenēt ea q̄ fiūt ꝑ tales litteras: ex quo tacite vel expresse approbant litteræ. ĩ. de offi. deleg. ex parte 2. nec eo prætextu posset appellari.

1 Id est, ex falso nume ro cōfectū.

1 Id est, ex falso numero cōfectū.

¶ Vide l. 1. §. sed & si quis. ff. de casib. ed. & ff. de lib. cau. Lond. para.

a Hanc gl. dicunt esse sing. Inno. in c. ad aures. supra eod. & Abbas hic.

CAP. XXXII.

In nostra proposuisti præsentia, ꝙ nonnulli clerici à sede Apostolica plures litteras (non tamen alias de aliis mentionē [a] facientes) impetrant fraudulenter, vt in pluribus ecclesiis admittantur: sicque aliquando in aliis recepti, licet nōdum in eis ecclesiasticū beneficium [b] sint assecuti, alias ecclesias super receptione sua nihilominus impetunt & molestant: † & infra. ¶ Mandamus quatenus eos clericos, ecclesiis, in quibus recepti sunt, faciens esse contentos, non permittas alias ab eis occasione litterarū huiusmodi molestari: ¶ Nisi de receptione forte sua expressam fecerint mentionem.

¶ Idem episcopo Siluanectēs. & abbati † Caroliloci.

† In multis antiquis ita: & abbati Compendien.

¶ *Non valet rescriptum quod procurator reuocatus, & de hoc certificatus, extra iudicium impetrauit: secus tamē si in iudicio, dummodo reuocatio ad notitiam aduersarij vel iudicis non peruenerit. hoc dicit, secundum lecturam magis communem.*

CAP. XXXIII.

iij Ex parte decani & capituli Laudunēsis fuit propositū, ꝙ cum ipsi auctoritate

In nostra.] Decre. ista intelligi potest duobus modis. Primo de iis qui simul impetrant binas litteras: & hoc amicat principio. Alio modo de iis qui iam recepti per primas impetrant secundas litteras: & hoc amicatur fini. Et secundum intellectum quem tenet hic Ioan. Cal. & dñs Flo. potest sic summari. Suppressio iuris ad rem, vitiat rescriptum beneficiale. h. d. In hac decre. primo ponitur facti narratio, ex qua resultat quæstio. Secundo: ibi, *Mandamus*. ponitur mandatum. Tertio: ibi, *nisi de receptione*. ponitur exceptio. Ab. Sicu.

Casvs. Quidā impetrant plures litteras vt in pluribus ecclesiis admittantur, non facientes de aliis, in aliis litteris mentionem: & sic quasi recepti in ecclesiis, q̄uis nondum habeant beneficium, alias tñ ecclesias sup receptione sua siue ꝓuisione impetunt, & molestant. Ista ꝓposita fuerunt in ꝓsentia dñi Papæ: vnde mādat archiepo Mediolan. vt faciat illos esse contentos ecclesiis in quibus taliter sunt recepti, nec ꝑmittat ab eis occasione huiusmodi litterarū molestari: nisi de receptione sua faciant mentionē. Not. ꝙ receptus in canonicum & in fratrē, licet adhuc non sit beneficiū assecutus, reputatur beneficiatus, ita ꝙ de hoc tenetur facere mentionem.

¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*

a ¶ *Mentionem.*] Et ideo vr ꝙ secundæ valere non debeāt. s. e. proxi. & s. eo. cęterū. & c. ex parte. 2. & ĩ. de offi. deleg. ex parte. 2. sed in pendenti est q̄ valeant, si ante ꝓsentationē primarū secundæ fuerint impetratæ: tūc enim valebunt q̄ prius fuerint ꝓsentatę: vt s. eo. ut. c. capitulum. & ĩ. de appel. vt debitus. postq̄ vero receptus esset ꝑ primas, non valerent secundæ: vt ĩ. sequitur. Præterea quia Papa non intendit ei ꝓuidere in pluribus beneficiis, nisi in secūdis litteris mentio fiat de primis. ĩ. eod. c. si proponente. etiam si modicum esset beneficiū primum. ĩ. de ꝓben. cū teneamur. Sed quid dices si primæ litteræ annullatæ sint ꝑ exceptionē, nunquid valēt secūdæ, licet de primis non faciant mentionem? Dico ꝙ valent secundæ si nondum essent ꝓsentatæ: quia potius ad cautelā impetratæ vident: vt si non posset beneficium consequi ꝑ primas, vteretur secundis, sicut consueuit dici in rescriptis. s. eo. ex tenore. & verba cum effectu intelligunt. ĩ. de cleri. non residen. relatum. vnde cū nihil obtinuerit ꝑ primas, valent secundæ, qa hæc fuit intentio. Papæ vt per litteras suas beneficiū consequeretur: & hoc satis innuitur ex eo ꝙ dicit, eos facias esse contentos ecclesiis in quibus recepti sunt.

¶ *Gl. seq. obiicit & soluit.*

b ¶ *Beneficium sunt assecuti.*] Si enim nondum sunt ecclesiasticum beneficiū assecuti, quare non valent litteræ illæ secūdæ, quia qui beneficiū ecclesiasticū nō est consecutus, potest pro beneficio litteras impetrare. s. eod. cū adeo. & ĩ. si proponēte? Rñdeo, licet beneficium nondum sit assecut⁹: tñ ius canoniæ ꝑ quod in breui beneficium est habiturus, ex dñi Papæ mandato est consecutus: & pro beneficiato iam reputatur: vnde de hoc in suis litteris tenebatur facere mentionem, si iam erat receptus.

iij Ex parte decani.] Sic summatur ſm intellectū satis notabilem. Quicquid ꝓcurator reuocatus, & de hoc certificatus in iudicio facit in fauorem dñi, non tenet, licet reuocatio ad notitiam iudicis vel aduersarij non peruenerit; secus si illud tendit ad commodū aduersarij. hoc dicit. In prima ponitur facti narratio. In secunda iudicum instructio: ibi, *Quia vero*. Abb. Siculus.

Casvs. Canonici Laudunesi. habebant priuilegium à Romano Pontifice, vt possent excōicare oēs sibi iniurias inferentes, vel sua bona detinētes: ratione cuius quidam. I. nobilis ab ipsis fuit excōicatus: sed appellauit ad Papam. Procuratores vtriusq; partis missi sunt ad Papā. Dū ibi essent, & examinaret negotiū: iste Io. habuit suum procuratorē suspectum, quia forte erat amicus canonicorū, vel canonici aliquid ei promiserāt: vel habebat filiū, cui canonici promiserant dare aliquā capellā, vel beneficiū. reuocauit igitur suū procuratorē, & misit ad eum suas litteras reuocatorias, ille procurator suus celauit huiusmodi litteras, & non manifestauit neq; iudici, s. Papæ, nec parti aduersæ, s. procuratori istorum canonicorū. Ambo procuratores considerantes ꝙ negotiū non posset cōmode discuti in curia Romana, quia difficile fuisset illuc cōuocare testes, vel pp nimios calores in vrbe Romana existentes, voluerūt impetrare, & de facto impetrauerūt litteras ad vnum epm, & vnū abbatem in Picardia. Erat aūt reuocatus (vt diximus) procurator istius Ioan. Præsentauit litteras iudicibus, quibus cōmittebatur causa, iudices citauerunt partes, s. canonicos, & istum Ioan. Excepit Ioan. ꝙ virtute istarum litterarum non poterat conueniri, cū essent impetratæ à suo procuratore reuocato. Et dixit; Ego credo ꝓcuratori meo ꝑ suum iuramentum si fuerit reuocatus an non. Rñderunt ad hoc canonici, ꝙ illa reuocatio non peruenerat ad notitiam eorū, vel saltē eorum procuratoris, nec etiam ad notitiam iudicis, s. Papæ: rōne cuius non valebat. Iudices interlocuti sunt ꝙ hoc non obstante ꝓcederent. ille Ioan. non appellauit à snia: sed videns hoc, obstupuit, & dixit: Postq̄ reuocatio facta per me non tenuit; ego prouidebo mihi. Ecce quid fecit: obtentis dilationibus ad faciendum negotium suum, dixit suo procuratori, quē iam reuocauerat: oportet te ire Romam celeriter: & impetrabis mihi litteras alias directas ad istos iudices. Bene. dixit procurator. fiat, iuit, obtinuit, & rediit. & apportauit litteras faciētes mētionē de primis ꝑ quas inter alia mandabat, vt isti duo iudices eps & abbas examinarēt ꝓcessum vsq; ad sniam exclusiue. & pro snia definitiua remitterent ad Rom. Pont. Fuerūt ꝓsentatæ iudicibus istæ litteræ, vt procederent ſm eas, & non ſm priores. Pars canonicorum se opposuit ꝯ huiusmodi litteras, & dicebat ꝙ non valebāt: quia erant impetratæ à ꝓcuratore reuocato, qd ipsemet Ioan. iam in iudicio confessus erat, & etiam extra iudicium erant impetratæ: quia iudiciū (vt patet supra) erat in Picardia coram illis duobus, & fuerunt impetratę in curia Rom. & sic extra iudicium. Dicebat iste Ioan. vos noluistis admittere reuocationem quo ad alias litteras, sed bene quo ad istas: ego nihil cognosco in hoc. Dicūt ei, in primis reuocatio non fuit nobis nota, bene aūt in secūdis, qa tu ipse cōfessus es in iudicio te reuocasse tuū ꝓcuratorem. Sup hoc consultus Papa dicit ꝙ iudices procedant ſm priores, & non ſm posteriores impetratas ꝑ procuratorem istius Ioan. iam reuocatū. Iste est casus ad lōgum clarus & facilis, qui optime declarat istam decretalē, quæ aliàs pp nimiam intricationē plena difficultatis erat. Panormit. Not. ꝙ reuocatio procuratoris data ad

lites

Apostolicæ indulgentiæ [a] in nobilem virum I. excommunicationis sententiam protulissent: procuratoribus partium propter hoc ad sedem Apostolicã accedẽtibus, & lite super diuersis articulis [b] contestata [c], nos causam vobis commisimus terminandam: hoc adiecto, vt nõ obstarent litteræ præter assensum partium [d] impetratæ. Dictus autem nobilis citatus, proposuit, quòd per illas litteras procedendum non erat: ex eo quòd V. qui easdem litteras impetrauerat, falsus extiterat procurator [e], cum ipse ante impetrationem litterarum ipsarum, propter suspicionem [f] quam contra eundẽ conceperat, mandatum sibi traditũ reuocasset. Eis igitur proponentibus ex aduerso, quòd ad nos vel ad ipsos huiusmodi reuocatio nõ peruenit, vos quòd deberetis per litteras ipsas procedere, per quandã interlocutoriam protulistis: & infra. Petente itaque procuratore ipsorũ, vt inspiceretis prædictam indulgentiam, procurator ipsius nobilis ex aduerso respondit, quòd non erat per iam dictas litteras procedendum, exhibens alias quasdam posterius impetratas, inter alia continentes, vt si de partium voluntate procederet, causam terminaretis eãdem: alioquin ipsam sufficienter instructam remitteretis ad sedis Apostolicæ examen, cum indulgentia memorata. Quas litteras ipsi ex eo nõ valere dicebant [g]: quia per eundem V. & post reuocationem mandati fuerant impetratæ.

¶ Quia vero iuxta generalis statuta † concilii, Apostolicæ litteræ (quas sine speciali [h] mãdato domini quis impetrat) valere non debent, nisi sit de illis personis † [i] à quibus nõ est exigendum de iure mandatũ: mandamus quatenus si reuocatio [k] mandati ad procuratorẽ peruenit, (cum minus valere debeãt litteræ, quæ impetrãtur ab illo,

lites ꝑuenire debet ad iudicẽ & aduersariũ, aliter non tenet reuocatio: & valent ea quæ cum tali procuratore facta sunt in iudicio. Item reuocatio ꝓcuratoris dati ad impetrandum, siue ad negotia, debet peruenire ad ipsum procuratorẽ tantum. Item non valent litteræ impetratæ sine speciali mandato dñi. hoc est verum nisi fuerit de illis ꝑsonis, à quibus de iure non exigitur mãdatum.

a ¶ *Indulgentia.*] Forte concessum fuerat capitulo Laudunensi. vt si quis in eorum manifestam offensam incideret, quod illũ possent excõicare. similem indulgentiam habes j. de verb. sign. ex parte. [1] vbi concessum erat canonicis Carnotensi. quòd nemini licitũ esset absoluere excõicatos pro ecclesia Carnotensi, nisi satisfactione ꝓmissa pro emenda.

[1] Et ibi plene tradit Io. An. quia sic locus tali indulgẽtiæ. vide et eundẽ Ioa. And. in c. ex parte. in fin. de pri-uil.

b ¶ *Articulis.*] Qui fuerint alij articuli, non habemus.

c ¶ *Contestata.*] Per procuratores datos ad totam litem.

d ¶ *Præter assensum partium.*] Hoc solo non valebant litteræ posterius impetratæ præter consensum partium, etiam si mandatum procuratoris non fuerit reuocatum. s. eod. cæterum. hoc tamen non fuit allegatum, vel intellige de alijs litteris ad alios iudices prius impetratis: & ita planum est.

¶ *Glo. seq. ponit duas species falsi procuratoris.*

e ¶ *Procurator.*] Not. quod quinque dicitur falsus procurator, qui nunquam fuit, & talis nec dñm obligat, nec soluentem sibi talis procurator liberat, nisi dñs ratum habeat. arg. j. de offi. deleg. cum olim. s. & c. coram. ff. de iudi. licet. & ff. de condi. cau. da. si procuratori falso. Dicitur etiam falsus procurator qui fuit, & non est: vt hic. & iste liberat soluentẽ sibi pro dño ignorante, sed dñm non obligat. ff. si cer. pet. l. eius qui in prouincia. & ff. de sol. si quis seruo. De exceptione aũt ꝓcuratoria notabis j. de procurato. in nostra ꝓsenna.

¶ *Gl. seq. distinguit in reuocatione procuratoris, an fiat ante litẽ cõtestatã, vel post, & an procurator consentiat vel resistat: & ex hoc obiicit, & soluit.*

Procurator pp suspicionem reuocatur.

f ¶ *Propter suspicionem.*] Sic j. de procu. in nostra. Propter suspicionem potest procurator non solum ante, sed etiam post litẽ contestatam remoueri. ff. de ꝓcur. item si suspectus. puta si affinitate aliqua aduersario coniungatur. ff. eo. aut affinitate; aut si familiaris fiat aduersario. j. de offi. deleg. insinuante. & quoties noua causa superuenit. ff. eo. si post datum. & hoc post litem cõtest. sed causa cognita. ff. eo. post litem. & l. quæ oĩa. & hoc verum est, si ꝓcurator ꝯdicat, secus si cõsentiat: quia tunc sine causæ cognitione remouetur. j. de procu. auditus. & ante lit. cõtest. nulla causa interueniente. ff. eo. ante litem. Quare ergo non reuocatur quicquid factũ fuit ꝑ talem procuratorẽ? Ratio satis est in euidenti: quia huiusmodi reuocatio non ꝑuenit ad aduersarium vel ad iudicẽ: vt ex aduerso proponebatur: vt j. sequitur. & ideo quicquid cum ipso factum est, valet quousque reuocatio sit nota aduersario vel iudici. j. de procu. mandato, [2] nec ille probauit quod reuocatio mandati ad aduersariũ vel iudicẽ ꝑuenisset, & ideo rectè interlocuti sunt iudices se debere ꝑ huiusmodi litteras ꝓcedere, & ille nobilis sup hoc acquieuit interlocutioni, ostendendo alias litteras impetratas ꝑ eundem procuratorẽ, quæ non valent si reuocatio ad ipsum procuratorẽ peruenit. Ad hoc enim vt reuocatio teneat, necesse est vt ad aduersariũ vel ad iudicẽ perueniat. j. de ꝓcu. mandato. & ibi dicemus de hoc, & hoc in iudicio, secus extra iudicium: vbi sufficit quod reuocatio ꝑueniat ad ꝓcuratorẽ, & postea non valet quod facit in ꝑiudicium dñi, sed bene valet quod facit antequam reuocatio ad eum ꝑueniat. vt j. colligitur. vers. si reuocatio, & c. ff. mandati. si mandassem.

[2] Concor. tex. in l. si procurator. cũ ibi not. ff. de procu. & l. sed & si mãdassem. & l. his procedente. ff. de in int. voc.

¶ *Gl. seq. alleg. v. concor. & duo contraria. Item obiicit, & soluit.*

g ¶ *Non valere dicebant.*] Et merito: quia ipse nobilis hanc allegationẽ ꝯ aduersarios allegabat, ergo ꝯ se illam recipere tenebat. 19. dist. si Romanorum. §. 1. & [illegible] suffragari. & 4. q. 3. c. fi. ad fi. si quis testibus. & 9. dist. neque quorumlibet. & 3. q. 8. c. 1. §. cuius in agendo. & j. de censib. cum olim. argu. ꝯ 37. dist. si quid veri. & dist. 10. lege. Et ita ex propria confessione probat secundas litteras nõ valere, cui confessioni standũ vr: sed non est verum nisi reuocatio mandati ad procuratorẽ ꝑuenerit: vt j. sequitur. & ff. man. si mãdassem. arg. quod non sufficit reuocare mandatum, nisi reuocatio ꝑueniat ad procuratorem: vt patet hic, & in l. ꝓdic. si mandassem. & ita potest habere ratas litteras anteq̃ reuocatio ꝑueniat ad ꝓcuratorẽ, licet confiteatur se reuocasse mandatum, non tñ confitetur reuocationem ꝑuenisse ad procuratorem, vnde debet illud ꝓbare: vt j. dicit. Et ita patet quod primæ etiam non debeant valere si ꝓbetur quod reuocatio ad procuratorẽ ꝑuenisset. & tñ dr̃ j. quod valẽt. Sed hoc ideo est: quia reuocatio nõ ꝑuenit ad iudicem vel ad aduersariũ. j. de procu. mãdato. & dr̃ de hoc s. eo. in isto c. & aliud est in iudicio, & aliud extra, vt dictum est s. eo. nonnulli. §. sunt & alij.

† Concilij Lateranen. sub Innocentio iij. cap. 37.

¶ *Glo. sequẽs notat, quæuit & remittit, quæstionis dubium aperit, sol. ponit opinio. Io. item Vincen. & obseruantiam curiæ.*

† Vide l. solutum. § si. cum l. seq. ff. de pign. act. & in l. si iusta. ff. de dona.

h ¶ *Sine speciali.*] idest, expresso, ẽm Vin. Et ita patet hic quod non valent litteræ sine speciali mãdato, licet constitutio illa s. eo. nonnulli. male obseruetur, vt dictum fuit ibi: & sic confirmatur hic tenor illius cõstitutionis. Sed qualiter probabit quis litteras impetratas de mãdato dñi? De hoc dictum est in illa constitutione, nonnulli. Si quis constituat aliquẽ procuratorẽ suum ad impetrandum, sufficit ostẽdere quod sibi dedit mandatum ad impetrandum. sed adhuc non vr̃ sufficere, quia per hoc non constat quod ille impetrauerit. nã alius potuit eas impetrare, & sic non sufficit ostendere tale mãdatum, quia illud non probat impetrationẽ, quia non probat hoc esse quod ab hoc cõtingit abesse. j. de transla. inter corporalia. & C. vnde cognati. l. non hoc. & sic vr̃ adhuc quod necesse sit probare quod ille procurator tales litteras impetrauit, quod erit difficile ꝓbare: quid ergo erit? Dico quod necesse est quod ostendat siue probet mandatum, & quod ꝓbet se ab illo recepisse litteras cui mandauit, siue ab alio pro ipso, & consulo quod tam de mandato quàm de receptione litterarum ab illo ꝓcuratore fiat publicum instrũm ad faciendum fidem in iudicio si ei obiiciatur. Et hoc credo verum tam in causa appellationis quàm in litteris quæ impetrantur ꝑ simplicẽ querelam, licet Ioan. dixerit quod non est ita in causa appellationis: quia ita bene possunt lites finitæ ꝑ sñiam suscitari ꝑ tales litteras impetratas sine mandato, vt per alias: acquiesceret enim forte sñiæ si litteras non haberet, & sic generaliter intelligo constitutionẽ. Hæc decre. & illa s. eo. nonnulli, de iure sic intelliguntur: tñ satis credo sufficere iuramentum impetrantis cum vno teste ad faciendum fidẽ sup impetratione litterarum, ex quo constat de mandato. j. de ꝓcu. ex insinuatione. Vinc. dixit quod generalis procurator sufficit ad hoc: [3] quod est ꝯ istam litteram & ꝯ legem. ff. de offi. eius cui mand. est iur. l. s. sed ipse exponit, speciali, id est expresso: quod non vr̃ verũ: quia in generali procuratione nihil de impetratione exprimitur, & hoc dicit ꝑ legẽ quæ potius ꝯdicit. ff. de procura. procurator totorum. Sed si haberet generalem procurationẽ ad lites & liberam administrationẽ, satis credo quod possit litteras impetrare, vt ff. de procu. procurator cui. j. de procura. petitio. sed si haberet mandatum generale ad negotia tñ, non credo quod possit litteras impetrare ad lites, quia (vt hic dicitur) speciale mandatum exigitur in hoc casu. argu. l. prædictæ, procurator totorum. Curia tamen non seruat hoc quod hic & in concilio dicitur, nec daret litteras propter hoc appellanti.

[3] Adde cõtra opinio. Vincen. pro gl. quod si procurator habet generale & speciale mandatũ, & producat speciale tantum, iudicium est nullũ. tex. est in l. falsus. & ibi Bald. C. de iur.

i ¶ *Personis.*] puta liberi, parentes, fratres, affines, & liberti. ff. de procurato. sed & hæ personæ: quia & agere possunt pro talibus cõiunctis personis, dum tamen contraria voluntas non appareat. ff. de procura. Pomponius. §. vltimo.

[4] Adde similem esse tex. in l. 1. §. 1. ff. de exe. rei iud. & in l. generaliter. §. sub conditione. ff. qui & à quib.

¶ *Glossa seq. quærit, soluit, ponit opi. Innocen.*

k ¶ *Si reuocatio.*] Sed quis ꝓbabit reuocationẽ [4] ꝑuenisse ad procuratorem?

curatorem? In casu isto capitulũ Laudun. debet probare hoc, aliàs regulare est q actor semp debet probare mandatũ, vt dixi s. eod. c. nonnulli. Papa tñ 9trium dicit, q reus debet probare q non sint impetratæ p procuratorẽ, quia non est psumendum q suam pecuniam iactet, & ita pp psumptionem transfertur probatio in reum.

Glossa seq. notat, quærit, arguit negatiue, soluit contrarium.

in vno eiusquo ita: in negotio isto.

a *Mandatum dominus reuocauit.*] Et ita idẽ est si mandatum fuerit reuocatum, ac si non habuisset madatũ, immo plus, quia 9 voluntatẽ dñi: quare litteræ non valent. Et ita patet hic ex littera sequenti, q ratihabitio in tali casu locum nõ habet aduersario 9dicente. Item si pcurator mãdauit hãc impetrationẽ alij, nunquid valebũt litteræ impetratæ per illum? Vr q non, quia pcurator ante lit. cõtest. alium procuratorem dare non potest. C. de procu. neque tutores. & l. nulla dubitatio. Tu dicas q bene valent litteræ illæ impetratæ p illum, cui pcurator mãdauit. Et qd dr, procurator ante litẽ contestatam non potest alium pcuratorẽ constituere, istud verũ est ad agendum: sed ad negotia pcurator datus alij demandare potest. ff. man. si procuratorẽ. §. 1. & ff. de neg. gest. si quis mandato. & talis procurator bene committitur in curia, & consueuit dici in procuratione, t do tibi potestatem vt alium possis (si necesse fuerit) constituere procuratorem.

hæc duo verba: & alius. desũt in antiqu.

facerent

Vide l. à procedente. & ibi Bart. C. de dala.

Et hoc hodie obseruat cõmunis vsus.

Additio. Et tunc substituens reuocare non potest substitutũ qui suscepit mandatum, tñ habeat reuocãdi potestatem. de proc. is qui. lib. 6. Ioan. And.

quo mandatum[a] dominus reuocauit) in negotio† iuxta priorum continentiam litterarum, non obstantibus posterioribus, procedatis.

Idem decano, & magistro G. canonico Leodiensi.

Rescriptum impetratum contra hominem alicuius diœcesis, non extenditur ad hominem eiusdem nominis, alterius diœcesis.

CAP. XXXIIII.

SIgnificante V. nos noueritis accepisse, quòd cum R. contra V. Rementis diœcesis super quibusdam pannis, & aliis† ad iudices litteras impetrasset, idem V. excipiendo proposuit, quòd cum idẽ non de Remensi[b], sed de Leodieñ. diœcesi existeret, per huiusmodi litteras (cum de diœcesi Leodieñ. non facerent† aliquam mentionem) conueniri de iure non poterat, nec debebat. Et quia exceptionẽ huiusmodi admittere denegarunt, nostram audientiam appellauit. † Ideoque mandamus quatenus si est ita, reuocato in irritũ, & cetera.

SIgnificante.] Diuiditur: quia primo ponitur appellantis narratio. Secundo appellationis commissio: ibi, *Ideoque*. Abb.

Casus. Quidã noie R. impetrauit litteras 9 V. sub hac forma, Cõqueritur R. de V. Remeñ. diœce. sup quibusdam pannis. V. citatus coram iudicibus excipiendo proposuit, q cum non esset Remeñ. diœce. sed Leodieñ. p huiusmodi litteras non poterat conueniri, cũ de diœc. Leodieñ. nullã fecerint mentionẽ, & quia iudex hãc exceptionẽ admittere denegauit, V. ad sed. Apo. appellauit. Vnde Papa mãdat q si ita est, reuocetur in irritũ quicquid fuit post appellationem attentatũ. Nota quòd significatio vnius nois non extendit ad aliud. Item error nominis vitiat rescriptũ, & idem in sequenti cap.

Glossa sequens obijcit per sex rationes, & soluit.

b *Non de Remensi.*] Sed vr q hoc sibi obesse nõ debuit: qa si hoc dixisset, nihilominus literas habuisset. s. eo. sup literis. qa ex quo de corpe cõstat, extrinseca nõ nocẽt: licet oĩa non exprimant. j. de cõsan. & affi. tua nos. & ff. de rei vend. si in rem. in fi. Et certũ dr siue ppio noie, siue demonstratione quæ vicẽ proprij nois obtinet, designetur, aut etiã digito ostendat. ff. si cer. pe. certum est. & ff. de rei vend. si in rem. in fi. Sed iste psonaliter ostenditur, ergo vr q sit per litteras tales audiendus.[a] Præterea nõ debet ei talis error obesse, cum constet de errore. C. de iur. & fact. igno. error facti. Præterea falsa causa non perimit legatũ, siue falsa demũstratio. C. de fal. cau. adie. l. 2. ff. de cond. & demon. falsa demonstratio. & j. de conuer. coniug. ex parte. 2. nec mendacium obligantis impedit obligationem. j. de conuer. coniug. veniens. Sed ista non prosunt: quia rõ illius decre. sup literis. nõ habet locũ vbiq;. Nunquid si Titius appellet se Seium in litteris, valebunt litteræ? quia si hoc dixisset Papæ, nihilominus litteras habuisset, non pdest ei talis ignorãtia siue error, immo nocet: qa litteræ nõ valebũt, vt hic dicit, & qa non cadit in iurisdictionẽ istius delegati: quia Papa noluit eidẽ dare iurisdictionẽ, nisi in hoiem Remeñ. diœce. & pterea inconueniẽs videret si tales literæ hic deberẽt valere huic: qa sic viderent incertæ, qa V. alius diœc. Remeñ. p illas litteras posset conueniri: & ita vna clausula q certa & determinata videret, posset trahi ad plures

a Maxime, qa in principio causæ fauendũ est actori. ff. de iudic. si qs intentione. Ioan. And.

personas: qđ esse non debet, qa gñalitas in hmõi litteris reprobat. s. eo. ad hæc. & qa rescripta stricti iuris sunt. j. de offi. dele. P. & G. & restringendæ sunt lites potius q laxandæ. s. eod. nonnulli. & rõ illius decre. sup literis. nõ habet locũ, qñ ex quo dictum est vel tacitum, Papa citius mouet ad dandum vel denegandum rescriptũ. j. eo. ex insinuatione. & c. si pponente. & s. eo. cũ adeo. Sed hic nõ ẽ ita.

Additio. Vnde decre. illa loquit in exceptione qua opponit nõ valere rescriptum, hic aũt non excipit q non valeat rescriptum, qđ si faceret, succũberet, sed excipit se p illud rescriptum cõueniri non posse: quia de eo non facit mentionem. Io. And.

Idem priori sancti Laudinensis, & succentori Rothomageñ.

Per rescriptum impetratum contra homines diœcesis, non possunt conueniri homines ciuitatis.

CAP. XXXV.

ROdulphus clericus rector ecclesiæ sancti Christofori de ciuitate Sagiensi, sua nobis insinuatione monstrauit, quòd cum magister R. eum per quasdam litteras contra episcopum Sagieñ. & quosdam alios Sagieñ. diœcesis[c], super redditibus & rebus aliis impetratas à nobis, coram iudicibus super eadem ecclesia per generalem clausulam [quidam alij] conuenisset, idem rector proposuit excipiendo, quòd cum esset de ciuitate Sagiensi, & sub eadem clausula nullus de ciuitate ipsa intelligitur inclusus, conueniri non poterat per eandem. Et quia dicti iudices exceptionem huiusmodi recusarunt admittere, nostram audientiam appellauit. Ideoq; mandamus, quatenus si est ita, reuocetis in irritum, & cetera.

ROdulphus.] Diuidit vt px. decre. Secũda: ibi, *Ideoque*. Ab. Sic.

Casus. Magister R. impetrauit litteras à sede Apost. in hac forma. Conquerit R. q eps Sagieñ. & quidã alij Sagieñ. diœce. sup redditibus, & rebus aliis iniuriant eidẽ. Iudices p clausulã generalẽ, [& quidã alij,] Rodul. clericum rectorem ecclesiæ S. Christofori sup ecclesia ipsa citauerunt. idẽ Rodul. excipiendo ppo suit corã eis, q cũ ipso Rodol. esset de ciuitate Sagieñ. & sub illa clausula [& qdam alij diœcesis Sagieñ.] nullus de ciuitate Sagieñ. intelligatur includi, p clausulam illam non poterat conueniri. Et quia iudices exceptionẽ huius admittere noluerũt, ad sedẽ Apost. appellauit. Papa mandat vt si ita est, in irritum reuocetur quicquid post appellationẽ inuenerint esse factum. Nota q ciuitatis appellatione diœcesis non continetur.

Gloss. seq. notat, & instruit, medium recitetur per q. quod si dicatur episcopus Sagien. & quidam alij. arg. solos Ciuitatẽses includi. soluit contrarium, & idem si diceretur, quidam alij subditi ipsius, &c.

c *Sagien. diœcesis.*] Per hoc patet expresse, q aliud est dicere, & alios cõprehẽdit clericus diœcesanus, & alios clericus Ciuitatẽsis. j. de verb. sig. cũ clerici Placẽtini. & ita dicẽdo: qdã Boñ. diœcesis null[9] ciuis poterit 9ueniri. & ideo i clausula illa, [& qdã alij] debet poni & dici sic, & quidã alij ciuitatis & diœcesis Bono. & sic tã de ciuitate q de diœcesi p illã clausulam poterunt conueniri: quia ciuitas & diœcesis diuersa sunt,[a] licet sub vna iurisdictione siue vno epo. j. de cen. venerabili. & est simile, quia licet epa sit i ecclesia, & ecclesia in epo, vt 7. q. 1. scire. tñ qñq; noie epi non designat ecclesia, licet ipse sit caput ecclesiæ. j. de testi. requisisti. Si dixisset Sagi. eps, & quidã alij: tunc p illã clausulã, [quidam alij,] vr q tñ illi de ciuitate 9ueniri debeant: qa determinatio pcedẽs, s. Sagieñ. intelligitur repetita. & est sensus, quidã alij Sagieñ. vt 32. q. 7. Apostolus. & ff. de verb. oblig. Titia. §. 1. immo & diœce. possunt cõueniri. j. eo. significauit. quia clausula illa vaga est & gñalis, sed non extra diœcesim: vt s. eo. pastoralis. §. 1. Si dicas, & qdã alij Sagieñ. diœc. modo clausula illa, [quidã alij,] restringit p determinationẽ sequentẽ ad illos de diœcesi nõ, alioquin non esset differentia inter ista noĩa Boñ. & diœcesanus, sed constat q diuersa sunt, & diuersa significãt, nõ enim sũt synonyma, vnde bona fuit appellatio rectoris q erat de ciuitate. Si sic diceret, eps Sagieñ. & quidã alij iurisdictionis ipsius, vel quidã alij subditi ipsius, tunc p clausulã illam [quidã alij,] possent cõueniri tã de ciuitate q de diœcesi: quia talis clausula gñalis ad oẽs interius & exterius extenditur. Item ex alia cã non poterat conueniri p litteras illas: quia minora negotia ibi exprimebant, vnde p gñalem clausulã sup maioribus non poterat cõueniri. s. eo. sedes. sed hanc exceptionẽ nõ opposuit B. Sed pone q non opposuisset illam exceptionẽ, nec illã de maiori negotio, & sic iudex pcessisset ad sniam cõdẽnationis, nunquid valuisset snia? Videtur q sic: quia huiusmodi exceptiones dilatoriæ videntur. Sed 9 credo: quia per hanc clausulam: [& quosdã alios Sagieñ. diœce.] datur iurisdictio tantum in diœcesanos & non de ciuitate, & per hanc clausulam in rebus alijs non datur iurisdictio sup maioribus negotiis.

a 64. dist. ego Ludouicus. & infra de sent. excom. si ciuitas. lib. 6. & qui est de diœcesi, de ciuitate intelligitur l. qui ex vico. ff. ad municipalẽ. l. formam. §. si vero. ff. de censib.

negotiis. ꝫ. eod. sedes. vnde talis sententia non tenet deficiente iurisdictione. Nec etiam credo posse prorogari iurisdictionem in primo casu, vt ꝫ. de offic. deleg. P. & G. nec in alio, quia cōsensus priuatorum eum iudicem non facit qui nulli præest iurisdictioni. C. de iurisd. om. iudi. l. priuatorum.

Significauit nobis.] Diuiditur vt proxima præcedens. secunda: ibi, Ideoque. Abb. Siculus.

Casvs. B. & G. laici impetrauerunt litteras à sede Apost. sub hac forma, Conquesti sunt nobis B. & G. quòd eps Tullen. & quidam alij clerici & laici super tali re & rebus alijs, eisdē iniuriantur. iudices per clausulam generalē [& quidā alij] citauerūt comitissam Namutensem pro eo quòd ipsa successerat fratri suo in comitatu, cui quandā summā pecuniæ dicti B. & G. mutauerant, & sic eam tanq̃ hæredem conueniebant. Ipsa vero per procuratorē suum fecit excipi coram ipsis iudicibus, quòd cum adhuc frater ipsius mulieris viueret quā eædē literæ fuerunt impetratæ, nec per litteras frater eius fuit ad iudicium euocatus dum viueret, p litteras illas non potuit conueniri; & quia iudices hāc exceptionem admittere noluerunt, ad sedē Apost. appellauit. Papa mādat quòd si ita est, totum quod post appellationē factum est, in irritum reuocetur. Nota quòd successores debitorum, qui per clausulam generalem possunt conueniri, eis defunctis re integra conueniri non possunt. sed facta citatione hæredes illorum per tales litteras bene poterunt conueniri: & ita per citationem rescriptum extenditur ad hæredes, licet rescripta stricti iuris censeantur.

¶ Idem abbati sancti Iacobi.

¶ *Si conueniendus per clausulam, moriatur re integra, successor conueniri non potest.*

CAP. XXXVI.

Significauit nobis comitissa Namuten. quòd cum mortuo comite fratre suo, ipsa in eius successerit comitatu, G. & B. per quasdam litteras Apostolicas cōtra Tullen. episcopum, & quosdam alios clericos, & laicos impetratas, eam coram iudicibus (ad quos obtentæ fuerant) super quadam summa pecuniæ, quam eidem fratri suo se mutuasse dicebant, per illam generalem clausulam [quidam alij] (quia in prædicto comitatu successerat) conuenerunt: excipiēte itaque procuratore suo, quod cum adhuc frater eiusdē mulieris viueret [a], quando eædem litteræ impetratæ fuerunt, nec per ipsas dum viueret [b] fuerat ad iudicium euocatus, earum auctoritate non poterat conueniri. Et quia iudices exceptionem non admittebant ipsius, nostram audientiam appellauit: & infra. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, & cetera.

¶ *Gloss. seq. not. rescripta re integra, &c. dat duo similia, & rationem subdit, alleg. iura in contrarium, & soluit. Secundo argu. quòd data, &c. signat contrarium, & remittit. Tertio obijcit de decre. dilecti. & dupliciter soluit.*

a ¶ *Viueret.*] Iste comes dum viuebat, poterat per litteras illas conueniri, sed eo mortuo successor eius non potest. Et sic patet expresse per decretalē istam quòd rescripta saltem re integra non extēduntur ad successores illorum ꝫ quos fuerant impetrata, vel qui per ea poterant conueniri. & ita morte illius ꝫ quem impetratur, finitur mādatum, sicut & morte mandantis. ꝫ. de offi. deleg. relatum. & c. gratū. & c. licet. & ꝫ. de offi. deleg. c. vlt. & sic eodem modo finitur morte impetrantis, ita quòd non transit ad successores, saltē re integra: & hoc ideo cōtingit, quia rescripta psonalia sunt, nec ad psonas vel ad res alias, quàm quæ continentur ibi, extenduntur. ꝫ. de offic. deleg. cum olim. & c. P. & G. & hoc probatur hic manifeste. arg. ꝫ. ꝫ. de iudic. quia V. & ꝫ. de alienat. mut. iudi. c. 1. & 2. & ꝫ. de concess. præben. proposuit. Sed verum est quòd re integra finiuntur huiusmodi rescripta: vt hic dr. Et est hic arg. quòd data litterarum est cōsiderāda. ꝫ. eo. eam te. & c. constitutus. ꝫ. ꝫ. de præben. dilectus. 2. vbi de hoc. & in c. cam te. Item signatur ꝫ. ꝫ. de so. compe. dilecti filij. ibi; cōuenitur successor p litteras impetratas ꝫ prædecessorem. Sed hic conueniebat successor & antecessor p clausulam generalē, & ideo re integra finit hic tale mādatū, sed ibi, l. m ꝫrio litteræ impetratæ specialiter fuerunt ꝫ prædecessorem, & finguntur vna psona antecessor & successor: quia ꝫ dignitatem impetratæ intelliguntur, quæ non moritur. ꝫ. de offi. deleg. qm abbas. Sed si dictum fuisset ꝫ epm Tull. & comitem Namuten. tunc comitissa poterit conueniri: quia ꝫ comitatum litteræ impetrantur. & sic poterat conueniri quicunq; succederet in comitatu illo: sicut in c. dilecti. Vel dic quòd in c. dilecti. prædecessor fuit citatus. & sic planum est, & nullum ꝫrium. sed non colligitur ex c. dilecti. quòd antecessor fuerit citatus.

Rescripta non extenduntur ad successores eorū, cōtra quos fuerūt impetrata.

¶ *Gloss. seq. argum a contrario, & illud approbat.*

b ¶ *Dum viueret.*] Ex hoc vr quòd si citatus fuisset frater illius comitissæ, perpetuatum fuisset rescriptum ꝫ successores illius ꝫ quem impetratur, & eadē rōne & impetrantis: sicut perpetuatur per citationem quantum ad mortē delegāos, vt post decessum valeat delegan tis: vt in prædictis decre. de offi. dele. gratum. & licet. arg. ꝫ. de app. vt debitus. ꝫ. eod. c. capitulum sanctæ crucis. [a] nam video quòd alia quæ non transeunt ad successores, post conuentionē trāseunt. arg. ꝫ. de dona. c. vlt. à ꝫrio sensu. arg. C. de reuo. dona. l. 1. & vlti. in fin. & in querela inofficiosi testamēti. C. de inoffic. testa. si pater. & l. si quis filiū. & melius. ff. de inoffic. testa. posthumus. §. vlti. & C. de noua. si delegatio. & iudicio cœpto negotiū transit ad hæredes. C. de iureiur. Authen. principales. Satis credo quòd si ille fuisset ad iudicium euocatus, ppetuatæ essent litteræ, vt successores impetrantis possent agere postea p illas, & cōtra reum, & successores ipsius, vt hic innuit satis expresse cū dicit, nec p litteras ipsas fuit ad iudiciū euocatus: & postea dicit, si ita est, vnde illa clausula respicit oīa supradicta, s. quòd eo viuente fuerūt impetratæ, nec fuit ad iudiciū euocat⁹. & est simile ꝫ. eo. olim. vbi clausula ista [si ita est,] respicit omnia superiora.

[a] Concor. tex. in l. 1. quod principi. & l. sequen. & ibi Bar. ff. de legat. 2. & in l. annua. §. 2. ff. de annu. lega.

Additio. Dixerūt hic Innoc. & Compost. quòd per clausulam generalem poterit conueniri nomine ecclesiæ, is qui factus est prælatus post impetrationem: quia non dicitur proprie conueniri persona prælati, sed ecclesia. Io. And. in nouel.

¶ Idem Abbati sancti Victoris.

¶ *Non valent litteræ executoriæ in quibus impetrans falso dixit monitorias præcessisse.*

CAP. XXXVII.

Ex insinuatione episcopi Ambian. accepimus, quòd I. clericus super eius prouisione, ad ipsum præceptorias, & postmodum ad vos [1] executorias contra eum litteras impetrauit: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si nullæ monitoriæ super hoc præcesserint, executoriis supersedeatis eisdē, dummodo eædem executoriæ de monitoriis [c] fecerint mentionem: alioquin in executionis negotio, iuxta directum ad vos pro ipso mandatum, ratione præuia procedatis.

[1] Loquitur abbati sancti Victoris, subaudi, & collegio, alias nō subaudires in plurali cap. quam gratiam infra de crimine fal si.

¶ Idem Nouien. episcopo.

¶ *Cessantibus clausulis in dubio Papa non intendit grauare eundem collatorem super prouisione duorum: ideo secundus impetrans repellitur, siue primus expectet, siue sit iam gratiam consecutus. hoc dicit, secundum intellectum gloss.*

Ex insinuatione.] Diuiditur in duas partes. nam primo ponitur partis decisa querela. secundo prouisio: ibi, Quo circa. Abb. Siculus.

Casvs. Quidam clericus nomine Io. impetrauit litteras præceptorias super prouisione ipsius ad episcopum Ambianen. & postmodum ad iudices istos litteras executorias impetrauit contra episcopum supradictum, in quibus cum de monitoriis fiat mentio, episcopus proposuit coram iudicibus, quòd super hoc nullas monitorias receperat. & consuetudo est ecclesiæ vel curiæ Romanæ quòd præceptoriæ non dentur nisi monitoriæ præcesserint. Vnde per eas veritate tacita impetratas prouidere non tenebatur eidem. consultus Papa respondet, quòd si super hoc nullæ monitoriæ præcesserint, supersedeant executoriis, dummodo executoriæ de monitoriis fecerint mentionem: alioquin procedant per executorias iuxta traditam sibi formam. Not. quòd si rescriptum faciat mentionem alterius rescripti, primum rescriptum exhibendum est. Item ex hac decretali colligitur consuetudo Roma. Eccle. in beneficiis conferendis, vt primo dentur monitoriæ, postmodum præceptoriæ, vltimo executoriæ: & tunc debet fieri mentio de monitoriis & præceptoriis. Aliquando tamen dat Papa monitorias litteras & executorias simul.

¶ *Glo. seq. reddit causam textus, ponit stylum curiæ, & argui.*

c ¶ *De monitorijs.*] Sic patet quòd executoriæ non valent facientes mentionem de monitoriis, vbi monitoriæ non præcesserint: quia veritate tacita sunt obtentæ, & falsitate expressa, vt facilius litteras executorias obtineret, tanquam si tacuisset veritatem exprimendo, executorias non habuisset: vt ꝫ. eodem super litteris. Item si tacuisset alium de mandato Papæ fuisse receptum, non valuisset rescriptum. infra eodem, mandatum. & cap. abbatem. quæ enim sint exprimenda in beneficiis impetrandis, dicetur infra eodem cap. si proponente. Quandoque tamen executoriæ prima vice conceduntur. supra eodem cap. capitulum sanctæ crucis. sed illud de speciali gratia. Sed ordo & cōsuetudo curiæ est, [a] quòd primo monitoriæ, secundo præceptoriæ, vltimo executoriæ conceduntur. supra eodē, constitutus. Et est hic argumentum, quòd si quis in aliquo instrumento faciat mentionem alterius instrumenti, non creditur ei nisi exhibeat primum. C. de eden. Authen. si quis. & infra de fide instrumen. c. 1. & ꝫ. de offi. deleg. cum in iure.

[a] Olim sic. sed hodie non est nisi qhq; in litteris q̃ scribuntur sup receptione monialiū. Io. And.

M *Andatum Apostolicum.*] Non intendit Papa eundem collatorem grauare de duobus, vbi pro secundo scribit cum clausula, [si pro alio nõ est scriptum, qui huiusmodi gratiam prosequatur.] etiã primo tempore datæ vel præsentationis secundi gratiam assecuto. In prima ponit dictum. In secunda eius rationem: ibi, *Cum super.* Abb. Siculus.

Casvs. Papa mandauit epõ Nouiensi vt magistrum Silue. faceret recipi in canonicum & in fratrẽ ecclesiæ suæ, si pro alio ibidẽ non scripserit, qui huiusmodi gratiam consequatur: sed eps iam aliũ ad mãdatum Papę receperat qui beneficium in eadẽ ecclesia obtinuerat: dubitauit eps, vtrum teneretur prosequi mandatum Papæ ex eo quòd dicebatur in mandato, [si pro alio non scripsetimus qui huiusmodi gratiã prosequatur,] cũ nullus prosequeretẽ hãc gratiam, sed iam esset psecuta. Consultus Papa dicit, q ex quo aliũ iam recepit ad mandatum suũ, mandatum illud prosequi nõ debet: quia nõ est intentio Papæ grauare ecclesias super receptione duorũ. Nota q Papa p suas litteras nõ intẽdit aliquos grauare super plurium receptione, nisi in litteris hoc dicatur.

CAP. XXXVIII.

M Andatum[a] Apostolicum ad te directum, vt magistrum S. faceres in canonicum recipi & in fratrem Nouieñ. ecclesiæ, si pro alio ibidem non scripsimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur, alio iam beneficiũ per nostras litteras obtinente, prosequi non teneris. ¶ Cum super receptione duorum[b], grauandi ecclesiam antedictam, non fuerit intentio[c] mandatoris.

¶ Idem.

¶ *Ecclesia in qua Papa prius dedit monitorias, & secundus executorias, per primum non per secundum, intelligitur grauata.*

CAP. XXXIX.

L Itteris Apostolicis ad vos directis, vt G. clericum reciperetis in canonicum & in fratrem: nisi pro alio fuisset per nos ecclesia vestra grauata, mãdatum nostrum vos exequi volumus & mandamus. ¶ Non obstãte quòd T. subdiaconum per nostras litteras executorias recepistis, qui à bonæ memoriæ H. prædecessore nostro, monitorias[d] impetrauit. ¶ Cum factum prædecessoris[e] nostri potius quàm nostrũ fuerimus prosecuti.†

¶ *Glossa sequens obijcit & soluit.*

a ¶ *Mandatum.*] Vr fatua hæc quæstio, cum diceretur in litteris; si pro alio non scripsimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur. Dubium potuit esse ex eo quod dicit: qui huiusmodi gratiam prosequatur, quia iam receperant alium de mandato Papæ, & sic non prosequebatur; immo iã psecutus erat illã gratiã ex quo credebat ex verbo illo, prosequatur, q non competeret ei exceptio, cum iam esset receptus: multo fortius competebat (vt hic patet)[1] & cõpetit hæc exceptio recepto mandato, si postea pro alio mandetur, licet primus adhuc nõ sit receptus. j. eod. abbatem. & s. eod. capitulum sanctæ crucis, secus si esset repulsus.

1 Et sic per sensum trahit ad futurum. ff. de verb. sig. verbum erit. Io. An.

¶ *Glo. seq. ponit duas opiniones, & primam approbat.*

b ¶ *Super receptione duorum.*] Et ita habes hic. & j. c. proxi. & c. abbatem. q Papa non intendit aliquos grauare super receptione duorũ: quare si scribit pro aliquo recipiendo in aliqua ecclesia: licet clausula illa, si pro alio non scripsimus, non sit ibi, tñ subintelligitur sicut illa, si persona idonea est. j. de elect. causam quæ. & sicut illa, si preces veritate nitantur. s. eod. c. 2. quia nõ est intentio Papæ grauare aliquos in receptione plurium: vt dicit hic. Alij dicunt contrarium: q in fauorem ecclesiæ ponitur illa clausula, si pro alio non scripsimus: quia si non opponat: nihilominus tenetur eum recipere pro quo secundo mandatur. Sed ista littera (vt mihi vr) cõdicit, & Papa consueuit illam exceptionẽ remouere dicendo, non obstante si pro alio vel alijs scripsimus, sicut dicit, non obstante certo canonicorum numero iuramento firmato, vel quacunq; alia firmitate vallato. & sm illos frustra apponitur, non obstante si pro alio, &c.

¶ *Glo. seq. argui.*

c ¶ *Non fuerit intentio.*] Arg. q Papa p suas litteras non vult alicui graue præiudicium inferre. sic j. de offi. deleg. super eo. & j. de offi. or. licet. & j. de auctor. & vsu pal. ex tuarum. & 9. q. 3. nunc vero. & ff. ne quid in loc. pu. l. 2. §. si quis à principe. & §. merito. & j. de consue. cum olim. in fi. Item intentio mandãtis consideranda est. j. de præben. cum causam. & c. vlt. & infra de procu. petit.[2] & eadem ratio quæ mouet delegantem, mouere debet delegatum. supra eod. super litteris.

2 Vide tex. in l. talis scriptura. ff. de lega. 1.

L *Itteris Apostolicis.*] Diuiditur, quia primo ponitur mandatũ quod exequi iubet. Secundo tollit exceptionem: ibi, *Non obstante.* Tertio exprimit causam: ibi, *Cum factum.* Abb.

Casvs. Honorius tertius mandauit quibusdã canonicis per litteras monitorias, vt T. subdiaconum reciperẽt in canonicum & in fratrem. demum mortuus est dñs Honorius: præterea dñs Gregor. ix. successor Honorij, mandauit p litteras executorias eisdem canonicis, vt dictum subdiaconum reciperẽt in canonicũ, & sic fuit receptus. postea vero idem Gregor. mandauit eisdẽ vt G. clericum reciperent in canonicũ, nisi pro aliquo p ipsum eorum ecclesia esset grauata. Dicebant canonici, quòd non tenebant ipsum recipere, cum alium ad mandatũ Gregor. eiusdem recepissent. Mandat Gregor. Papa vt illum G. clericũ recipiant non obstante q T. subdiaconum p litteras executorias ipsius Grego. recepissent, cum factũ Honorij potius q̃ suũ fuerit prosecutus. Nota q successor factũ sui antecessoris debet semp in effectum ducere saltem de honestate.

¶ *Glossa seq. arguit, & remittit.*

¶ *Monitorias.*] Arg. q per monitorias ius acquiritur: quod nõ est verum: nec etiam per pceptorias vel etiam executorias: sed officiũ iudicis imploret vt recipiatur. de hoc not. j. de renun. cap. veniens. in not. quæ incipit, argu. q per litteras.

¶ *Glossa seq. primo arguit: secunda pars recitetur per quæstionem quid si ad mandatum legati, &c.*

e ¶ *Cum factum prædecessoris.*] Nota argu. q successor tenetur adimplere factũ prædecessoris sui. 12. q. 5. quia Ioannes. & 16. q. 6. illud. Sic & mandatum seu pceptum factum prædecessoris, successor tenetur adimplere. 18. quæst. 2. dudum. Sic etiam patet ex hac decret. q si aliquis sit receptus ad mãdatum legati vel prædecessoris, per hoc non fit præiudiciũ successori, nec intelligitur ecclesia grauata in eo casu. & sicut clausula illa, si ad mandatũ Papæ[3] alium non recepistis, habet tñ locum in eo qui mandat, nec habet exceptionem si ad mandatum pdecessoris vel legati alium recipit, sed etiã in legato ipsius mandantis videtur cõtrium: quia auctoritate Papæ qui delegauit factum est, & qui per alium facit, p seipsum facere videtur. ff. de admini. tut. ita tamen. §. gessisset. & infra de senten. excom. mulieres. Si hoc sit factum de speciali mandato, locum haberet exceptio, sed de generali non videtur.

¶ In antiquis per litteras generales ad diœcesanũ obtentas & non mouenda plane videt omnino dic. &c.

3 Hoc non credo, quia etiam aliud si dicat ad mandatum Papæ quin si dicat ad mandatum nostrũ. ad hoc infra eo. si gratiose. lib. 6. Io. And.

¶ Idem.

¶ *Diœcesanus cui scribitur, vt in diœcesi sua vbi pro alio scriptum non est, prouideat vel faciat prouideri, non potest id exequi circa beneficium spectans ad collationem alterius iam pro alio grauati.*

CAP. XL.

A Bbatem, qui mandatum Apostolicũ iam recepit[f], vt S. clerico in aliqua ecclesiarum sui monasterij prouideret, † & per litteras generales[g] ad diœcesanum episcopum obtentas, vt in diœcesi sua (vbi pro alio scriptum non esset) faceret prouideri[h], cogi iuris ratio nõ

A *Bbatem.*] Commode non potest ista decret. diuidi, cum vnico constructu contineatur. potest tamen quo ad intellectum sic diuidi: quia primo ponit thema ex quo resultat citata quæstio: & ibi, *cogi.* ponitur eius solutio. Ben. Capra.

Casvs. Dñs Papa mandauit abbati sancti Proculi, vt S. clerico in aliqua ecclesia sui monasterij prouideret. Postea mandauit epõ Bononieñ. per litteras generales, vt cuidam alij clerico faceret prouideri in sua diœcesi, vbi pro alio scriptum non esset. eps compellebat abbatem, vt illum clericum in aliqua ecclesia faceret recipi. Abbas dicebat q iam receperat mandatum pro alio. Vnde eps per litteras generales ipsum ad prouisionẽ illius non poterat compellere. Papa rñdet q abbas ad hoc cogi non debet, nec potest illum epũs aggrauare sup conferendis beneficijs vel ecclesijs, etiam si epũs habeat facultatẽ clerico per easdem litteras prouidendi. Not. q qui primo præsentauit litteras suas, ei prouideri debet, nec potest compelli vt tali prouideat per alias litteras: vt patet hic.

f ¶ *Iam recepit.*] Vide q dicit, qui mandatum Apostolicum iam recepit, non dicit, qui iam prouiderit. & sic patet q qui primo suũ mãdatum repræsentat, ille debet beneficium obtinere: vt s. eo. c. capitulum sanctæ crucis. & j. de appellatio. vt debitus. & sic tenebatur abbas iste prouidere S. clerico, dum tñ alij de mandato eiusdẽ non prouiderit, nec eps p litteras illas generales potest cogere abbatem, vt dicit, super ecclesijs vel beneficijs conferendis. Ista tria capitula superius proxima idem videntur dicere: tamen differunt.

g ¶ *Per litteras generales.*] Hic habes q generale mandatum secundo impetratum, non derogat speciali primo impetrato. de hac materia dictum est s. eod. c. 1.[4]

4 Adde tex. & ibi Bart. in l. 1. §. 1. ff. de no. ope. nun. & in l. 3. §. vlt. fugas. & ibi Ange. ff. de fide.

¶ *Glossa sequens recitetur per quæstionem, an executor datus per formam istam, facias prouideri, &c.*

h ¶ *Faceret prouideri.*] Per hanc formam non potest facere prouideri in aliqua plãtura. j. de præben. c. vlt. nisi hoc specialiter exprimatur in litteris: vt hic dr in fi. huius cap. Per istam formam facias

prouideri

prouideri, executor cui hoc ius mandat, pōt solummodū excōicare ꝯdicentes sibi: sed non pōt eū instituere, vel in possessionē mittere. Contrarium tñ vr ī. de ꝑben. pro illorū, sed non ꝯdicit. & intellige prout ibi notatur. Sed per formam istam; mandamus tibi ꝙ prouideas tali in aliqua ecclesiarū tuarū, potest illū ponere in possessionē, inuestire, ac excōicare ꝯdictores, nisi rationabile aliquid ostendatur, secundum ꝙ dr̃ hic in fin. potestatē habeat prouidendi. & ita vtraq; formarū istarum exprimit in c. isto, abbatem. & de hoc not. ī. de conces. præben. cum nostris. & ī. de præben. cap. vlti.

permittit, nec super conferendis ecclesijs aut beneficijs aggrauari, etiam si facultatem habeat diœcesanus per easdem litteras prouidendi [a].

¶ Idem.

¶ Per rescriptum directum excommunicatori vt absoluat excommunicatum, si contra concilium eum excommunicauit, datis executoribus, qui eo non parēte exequantur, non excommunicatori, sed executoribus cognitio demandatur.

CAP. XLI.

Lateran. sub Innocen. iij. c. 47.

AB excommunicato, qui cōtra statuta † concilij [b] generalis asserit se ligatū, litteris ad excommunicatorem [c] obtentis, vt (si est ita) sine difficultate [d] absoluat eundem, & † a-

& aliis sibi iudicib. deputatis.

lijs deputatis iudicibus, qui (eo non parente) mandatum apostolicum exequantur [e]: ¶ Non excommunicatori (qui de facto suo [f] certus esse debet, licet in hoc deferatur eidem) sed illis cognitio [g] demandatur.

a ¶ [Prouidendi.] Cū dr̃ litteris; auctoritate nostra prouideas in aliqua ecclesia tuæ diœcesis, etiam si curam habeat animarum. Bernard.

A *B excōicato.*] Diuisio, quia primo ponitur factū: ex quo resultat quæstio, secūdo ibi, *Non excommunicatori*, ponit solutio. tertio in solutione inseritur ratio: ibi, *Qui de facto*. Abb. Siculus.

Casus. Quidā prælatus excōicauit quendam subditum suū ꝯ formā concilij generalis, (quod est ī. de senten. excom. sacro.) scilicet nulla monitione præmissa. Ille cōquestus fuit dño Papæ: vnde mandat illi excōicatori ꝙ, si ita est, ipsum sine difficultate absoluat: alioquin mandat alijs vt ipsum absoluant, si excōicator ipsum non duxerit absoluendū. Sup verbis istis, si est ita, orta est dubitatio, vtrum cognitio ista pertineat excōicatori, an alijs quibus hoc mandatur. dr̃ hic ꝙ ista cognitio non demandatur excōicatori, qui de facto suo certus esse debet, licet deferatur eidem, sed alijs mandatur. Nota qui ꝯ concilium excōicatur, sine difficultate debet absolui. Item nemo debet proprium factum ignorare.

b ¶ [*Concilij generalis.*] ī. de senten. excommu. sacro.

¶ Glossa sequens obijcit & respondet. quærit & sol. arg. & remittit, & iudicem instruit.

c ¶ [*Ad excōicatorem.*] Sed quare remittitur ad ipsum, cū iā inique processerit ꝯ ipsum, & ideo suspectus est ei? Ad hoc dicas ꝙ hæc est forma & consuetudo ecclesiæ, ꝙ si aliquis conqueritur se excōicatum iniuste fuisse, siue ꝯ debitā formam concilij generalis, si periculū non est in mora, remittitur absoluēdus ad suū excōicatorem, ī. de sen. excom. sacro. [1] & in hoc defert ipsi excōicatori, vt factum suū ipse corrigat: qui veritatē ignorare in proprio facto nō debet: vt hic dicit, & ī. de off. ordi. ad reprimendā. & forte ad verecundiā suā vt suū propriū factū corrigat, & emendet, qđ quidē pōt. ī. de accusatio. qualiter & qñ. & ī. de ele. nosti. & 35. q. 9. qđ quis. Sed potius parcitur ei ex eo ꝙ ipsemet absoluet. maius esset ei opprobriū si alius factū suum corrigeret: nec debet etiam expectare vt ab alijs corrigatur. in authen. de nupt. in fi. coll. 4. & ideo dicit, licet in hoc deferatur eidem. Et quia per simplicē querimoniā retulit hoc ad superiorē: & non per appellationē: remittitur ad excōicatorē. si etiam appellasset, non remitteretur ad excōicatorem. ī. de sent. excom. per tuas. nisi vellet superior ei facere gratiā: [2] vt in d. c. per tuas. & hoc in ordinario, secus in delegato qñ ab ipso appellatur, tūc nō remittitur ad delegatū. Sed quid de causa principali: nunquid ipse idem potest cognoscere de hoc? Ita quidā ex quo non appellauit. debuit enim appellare, & sic esset exēptus in totum. arg. ī. de appellat. ad hæc. & c. proposuit. Et ita suspensus vel excōicatus minori excōicatione potest absoluere excōicatum. ī. de sen. excom. sacro. & suspēsus suspēsum. ī. de sen. excom. duobus. vbi de hoc. si vero iudex iste certus est ꝙ iuste processit. nō absoluet illū: quia delegatus cū de hoc cōstiterit, remitteret illū ad suū excōicatorem, vt eius mandato pareat. Quid de principali quæstione? dic vt in vltima notula dicitur.

[1] Vide Bald. in l. si is qui. C. si pē. appel. mor. inter. versic. anathematis. & Spec. in tit. de sen. prola. §. vt autem vers. si ill. aut alis fecit.

[2] Quod potest, cū non remittitur eū ad iudicem à quo appellauit, vt eū iudicet, sed vt eum restituat: vt not. 2. q. 1. notū. Ioan. And.

d ¶ [*Sine difficultate.*] Iuramenti vel alicuius mandati aut cautionis.

¶ Glossa sequens reci. per quæstionem.

e ¶ [*Exequantur.*] Isti non possunt absoluere illū nisi post terminū elapsum assignatum ipsi excommunicatori, alias non teneret absolutio. sic infra de appel. vt debitus.

¶ Glossa sequens distinguit inter ignorantiam facti proprij & alieni, & probabilem & non probabilem. remittit & argui.

f ¶ [*De facto suo certus esse.*] Et sic vr̃ ꝙ non licet alicui factum proprium ignorare. & hoc verum est nisi habuerit probabilē causam ignorantiæ. 34. q. 1. in lectum. arg. 1. q. 1. si quis a simoniacis. aliàs ignorantia proprij facti non excusat: quia nō est verisimile ꝙ quis ignoret vires patrimonij sui. C. de rescin. ven. quisquis. & hic. Sed in facto alieno tolerabilis est error vel ignorantia. ff. pro suo. l. vlt. & hoc verū est si probabilis est, sed crassa & supina ignorantia in facto alieno non excusat. 16. dist. quod dicitis. & 12. q. 2. qui & humanis. & ī. de postu. præla. c. 1. in talibus non requiritur ꝙ sit nimis diligens & curiosus, nec nimis negligēs ff. de iur. & fact. igno. nec supina. De hac materia no. 1. q. 4. c. turbatur. §. notādum. arg. est hic, ꝙ in notorijs nullæ sunt partes iudicis, nisi quantum ad sententiā.

Additio. Præcedit tñ citatio vel requisitio: vt hic vides. Ioa. An.

¶ Glo. seq. reci. per q. s. quod sit officium legatorum quib. scribitur.

g ¶ [*Cognitio.*] Tñ antequam cognoscant vtrū iuste vel iniuste sit excōicatus, debet absolui si hoc petierit, [3] præstita cautione & iuramento ꝙ parebit mandatis ecclesiæ. ī. de off. deleg. cū contingat. & postea isti delegati cognoscēt vtrū fuerit excōicatus ꝯ statuta concilij generalis: & si inuenerint ꝙ iuste fuerit excommunicatus, aut seruata fuerit forma concilij, remittent illum ad suum excōicatorem, vt eius mandato pareat super causa pro qua fuerit excōicatus. ī. de off. deleg. prudentiā. ver. fin. Et hoc quod diximus debet statim absolui anteꝗ̄ cognoscatur, verum est nisi aduersarius obiciat ꝙ non debet statim absolui, quia fuerit excōicatus pro manifesta offensa, [4] vel quia nō paret rei iudicatæ. ff. de rei ven. qui restituere. & ī. de off. deleg. querenti. quo probato non absoluetur nisi satisfaciat. ī. de ver. sig. ex parte. & c. seq. & ī. de sen. exco. soler. in decre. noua. [lib. 6.] Si vero inuenerint ꝙ iniuste fuerit excōicatus: tunc delegati isti cognoscent de causa illa pro qua fuerit excommunicatus.

[3] Hoc intellige secūdū decr. per nou. de sen. excō. Ioan. And.

[4] Vel manifesta contumacia. infra de sen. excom. venerabilibus. §. secus, lib. 6. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ Si impetrans rescriptum ad beneficium, dixit se non beneficiatum: cum tamen haberet beneficium, licet exiguum, non valet rescriptum.

CAP. XLII.

SI proponente aliquo nondum se beneficium ecclesiasticum assecutum, super prouisione ipsius licet minus competens [h] obtinentis, rescriptum

SI *proponente.*] Hodie dicendum est vt clarius habetur in c. si motu proprio. de præben. lib. 6. vbi indistincte deciditur, ꝙ qualecumq; beneficiū habeat impetrās, nisi de illo faciat mentionē, non valet impetrati secundi. Et diuiditur ista decre. in duas partes. in prima ponitur quæstio: in secunda solutio: ibi, *Illud*. Abbas.

Casus. Aliquis habebat modicū beneficiū, de quo cōmode nō poterat sustentari, & impetrauit litteras super beneficio obtinēdo, proponens se nondū beneficium assecutum, nullā faciendo mētionem de beneficio, licet modico quod habebat. Papa consultus dicit ꝙ litteræ illæ non valent: quia fraudulenter sunt obtentæ. Not. quantumcumq. modicū sit beneficiū, semper de ipso est mentio facienda, si aliud beneficium voluerit impetrare.

¶ Glo. seq. obiicit probans sex modis non curandum de modico, & respondet per quatuor rationes, demum quærit, soluit, alleg. duo iura in contrarium.

h ¶ [*Minus competens.*] Sed vr̃ ꝙ hoc obesse non debeat: quia huiusmodi modica non nocēt. modica enim res non inducit simoniā. ī. de simo. & si quæstiones. & 1. q. 1. iudices. & modicum damnum de facili tolerat. 12. q. 2. bonæ rei. [5] & modica potest epūs alienare. 12. q. 2. terrulas. nec pro modico restitutio datur. ff. de in integr. resti. scio. & pro modico nec plus nec minus. de cōse. dist. 2. te uera. nec pro modico datur actio de dolo. ff. de dolo. si oleū. io. si. Sed ꝯtrium vr̃, quia fraudulenter tacuisse vr̃, vt citius litteras impetret, & quæ in fraudē fiunt, imputantur. s̄. eod. sup litteris. Præterea iste recipiendo modicū beneficium sibi præiudicauit: vnde quærat sibi victum ex artificio suo. 91. dist. clericus victū. quia ex quo semel placuit, amplius displicere nō potest. 32. q. 5. horrēdus. & vnusquisq; in ea vocatione maneat in qua vocatus est. 70. dist. sanctorū. & exēplo Apostoli faciat dicentis: Ad oīa quæ mihi opus erāt ministrauerunt manus istæ. 21. q. 1. c. 1. immo nō est aliquis instituendus nisi tantum sibi assignetur ꝙ sibi prouidere & episcopalia iura persoluere possit. ī. de præben. de monachis. Planum est enim ꝙ tenetur inde facere mentionē, aliàs non valerent litteræ, & sic soluitur hic quæstio illa quæ ponebatur ī. de præben. cum teneamur. Sed aduerte qđ dicit in principio, si aliquo proponente se nullū beneficiū ecclesiasticum assecutū. si ita quis modicū habens beneficium significet Papæ sine dubio mentitur, & ideo nullū commodū debet habere de litteris. s̄. eo. super litteris. quia in fraudem tacet modicū beneficiū. Sed si aliquis diceret ita dño Papæ; supplicat sanctitati vestræ talis pauper clericus, vt in tali ecclesia beneficium ei conferre dignemini, nunquid valent tales litteræ? quia tacuit de modico beneficio, & tamen verū dixit, quia pauper est in veritate. Ista forma non

[5] Et infra de donat. Apostolicæ, de hoc supra in proœmio in vlt. gl. & multa alia exēpla, quibus non curamus de modico, colligit Archi. de præbendis, c. nō potest. in prin. lib. 6. adde l. 1. in fine. ff. de vent. inspicien. & l. si quis condixerit. & l. habitatores. ff. locati.

non vř ꝫdicere huic decre. quia non dicit se habere vel non habere beneficium. Dici potest adhuc ꝙ non valent, quia semper vř tacere in fraudem beneficiũ, licet modicũ, vt citius litteras obtineat simpliciter se pauperem clericũ appellando: quia per hoc intelligit Papa ꝙ nullũ habeat beneficiũ. † Quidã dicunt ꝙ bene valent: quia non dicit se nullũ, sed pauper beneficium habere. ĩ. de præben. l. dilectus filius G. & bene dicũt ꝙ nõ est necesse, ꝙ de modico teneatur facere mentionem. ꝫ. eod. postulasti.

† Ab hoc loco vsque in finem in antiqs exemplaribus ita hř post verbum, beneficium: arg. cõtra supra eo. postulasti. & infra de præben. dilectus filius G.

ff. ꝙ cuiusq; vniuer. no. Itẽ eorũ. §. si decuriones. Ergo recte dicit, ꝙ rescripta ad futura negotia nõ trahũtur. § qđ verũ est per iura prædicta in ꝯrium signata. & arg. bonum. ff. de au. & arg. leg. l. si ita.

ADDITIO. Hac demonstratione vestem meam, argentũ meũ, seruos meos, præsens non futurũ tempus ostenditur. Ioan. And.

§ Tex. est in l. 2. & ibi Bal. & in l. falsa in §. 1. & ibi Cy. & Pet. C. de diuersis rescrip. vide in l. 1. C. qui. lib. pau. ca.

Apostolicum de hoc mentionem ª non faciens, impetretur: ¶ Illud veluti fraudulenter obtentum dicimus non valere.

¶ Idem episcopo Parisiensi.

¶ *Abutentes rescripto Apostolico in casibus hic enumeratis; priuantur commodo rescripti, & condemnantur in sumptibus & damnis aduersario.*

CAP. XLIII.

QVia nonnulli diuersis modis litteris Apostolicis abutuntur, statuimus, vt quicumque obtentas sub nomine ᵇ suo litteras, alijs eiusdem nominis ᶜ tradunt, qui quos volunt fatigant indebite per easdem, & qui eas tali modo recipiunt, quique illos, contra quos nihil habent quæstionis ᵈ, faciunt in iudicium euocari, aut litteras ipsas ad futuras trahunt controuersias ᵉ, quę nondum fuerant tempore impetrationis exortæ, seu quemquam super vno negotio ᶠ, vel etiam malitiose super pluribus personalibus actionibus ᵍ, quæ sub vno iudice possent tractari commodius, per varias litteras ʰ coram diuersis iudicibus trahunt: vt laboribus fatigatus & sumptibus, vel compellatur componere, vel cedere iuri suo: aut reus actorem eodem tempore ad diuersa loca ⁱ, vel indeterminate ᵏ ad villam, quæ commune cum pluribus eiusdem prouinciæ villis habet vocabulum, citari procurat: vt dum non comparuerit, excommunicetur quasi contumax, & sic eum à sua intentione repellat: earundem litterarum commodo careant, † & aduersariis in moderatis expensis ac damnis ˡ quę propter hoc eos pertulisse constiterit, condemnentur.

¶ *Glossa sequens ponit nonnulla conditiones subintellectas in litteris beneficialibus, & ponit versus.*

a ¶ *De hoc mentionem.*] Nota ergo ꝙ qui habet modicum beneficiũ, nihilominus tenetur inde facere mẽtionẽ. & multæ cõditiones aliæ subintelliguntur sine quibus litteræ nõ valent, si est cleric⁹. ĩ. de rẽsla. ex litteris. Itẽ si nõ habeat aliud beneficiũ. ꝫ. eod. cum adeo. Itẽ si vult residere in ecclesia. ĩ. de cler. non resi. relatum. Item si est dignus. ꝫ. eo. cum adeo. & ĩ. de ele. causam quæ. Item si ecclesia tot potest sufficere. ĩ. de insti. c. 1. & c. auctoritate. & de vi. & hone. cleri. qm̃. & ꝫ. de consti. cum M. Ferrariẽsi. Item si de terra illa est oriundus. 71. dist. hortamur. & C. de epis. & cleri. in ecclesijs. & ĩ. de cleri. peregri. te nobis. Si habet perpetuã vicariã quę sufficiat sibi. ꝫ. eo. postulasti. Itẽ si ad mandatũ Papæ alius sit receptus. ꝫ. eod. tribus proximis cap. Vel si quã aliã iustã habeat excusationẽ. ꝫ. eo. si qñ. vnde potes notare versus. *Clericus indigena, dignus, pauper residensque; Redditus, vt pateant, scripta sunt ista necesse.*

Prima glossa ponit septẽ species.

QVia nonnulli diuersis.] Septẽ species fraudis ponunť in hac decr. quarũ tres cõmittuntur in impetrando, & quatuor in abutẽdo. pœna vero cõis est omnibus, videlicet priuatur cõmodo litterarum, & condemnatur in expensis, & hoc sufficit pro summario & diuisione secundum Ioan. And.

b ¶ *Sub nomine suo.*] Sex vitia in hoc capitulo reprehenduntur. Primo reprehendũtur illi qui litteras suo nomine impetratas alijs eiusdem nominis tradunt, & qui eas tali modo recipiunt. Itẽ & illi qui trahunt ad iudicium illos ꝯ quos nil habent quæstionis. Et qui litteras ad futura extendunt negotia, quæ nondũ erant tpe impetrati rescripti exorta. Item qui sup vno negotio trahunt reum ad diuersos iudices, vel etiam trahunt reũ super pluribus personalibus actionibus corã diuersis delegatis, quæ sub vno iudice cõmodius tractarentur. § Itẽ & reus qui eodem tempore trahit actorem ad diuersa loca, vel indeterminate ad villã, quę habet cõe nomen cũ pluribus villis. omnes istę personæ quæ malitiã illam exercent, carere debẽt cõmodo litterarũ, & in expensis sunt puniẽdæ. & hoc dicit decre.

§ Tex. est in l. 1. C. si contra ius vel vtil. pu. bli. & ibi Bald. idem in l. 1. C. qñ li. pria. da. & in c. dispendia. eo. tit. lib. 6.

c ¶ *Eiusdem nominis.*] Tali malitiæ obuiandũ est, & potest de facili obuiari vt propriũ nomen cũ cognomine in litteris apponatur, & huiusmodi generalitas nominis remoueatur, ita ꝙ de persona contenta in litteris constet. arg. ff. si cer. pe. certum. Et tam isti qui litteras tradunt, ꝙ qui modo tali recipiunt, eodẽ reatu criminis inuoluuntur. simile. ĩ. de rest. spo. sæpe contingit. & ĩ. de alie. iu. mu. causa fact. c. 1. & 2. & ĩ. de iud. quia V.

Nomen & cognomen in litteris exprimẽdũ.

d ¶ *Quæstionis.*] Et isti quidem recte puniuntur qui calumniose trahunt alios ad iudicium: quia debent expelli, & in expensis condemnari. ĩ. de pœ. calumniam. & ff. de iud. eum quem temere. ĩ. de do. & contu. c. actor. in decr. noua. Inno. iiij. [lib. 6.]

Pœna calũniose trahẽtis alios ad iudicium.

¶ *Glo. seq. obijcit, secundo concordat textum per sex rationes.*

e ¶ *Ad futuras trahunt controuersias.*] Sed vř ꝙ hoc quidẽ fieri possit: quia res quæ nondum est, potest constitui seruitus. ff. de ser. vr. præd. si seruitus. §. futuro ædificio. & ff. si ser. ven. l. vlt. ff. de ser. ru. præ. labeo. Sed ꝯ, res quæ nondũ est, accusari non potest. ĩ. de desp. impube. ad dissoluendũ. & id de quo agẽdum est, primo in rerũ natura debet esse. ff. de iu. codi. quidã referunt. §. 1. & collegio quod nondum est, non datur priuilegiũ. ĩ. de eccle. ædi. c. ad audientiã. 2. & prædio qđ nondũ est, & c. ff. cõia præd. l. 1. nec potest dici verum quod numquã fuit. de pœn. dist. 2. in fi. præterea decretũ ipso iure nullum est, quod est datũ de ea re quæ adhuc in cõtrouersia nõ est.

Rescripta ad futuras lites nõ trahuntur.

f ¶ *Super vno negotio.*] Hoc planum est: quia debet commodo carere vtriusq; rescripti. ꝫ. eo. ex tenore. & in expẽsis puniri: vt hic i fi. dicit: immo vř ꝙ debeat causam perdere sicut ille ꝙ petit seruũ in diuersis iudicijs, perdit causam. C. de asser. tol. l. 1. §. vlt. quia vbi cœpit iudiciũ ibi debet finiri. ĩ. de fo. compe. c. proposuisti. & ff. de iud. l. vbi.

g ¶ *Personalibus actionibus.*] Et in hoc obuiandũ est eorũ malitiæ: quia malitijs hominũ nõ est indulgẽdũ. ꝫ. eo. sedes. ff. de rei ven. in fundo. Et malitia satis apparet, si illũ quẽ pro talib⁹ actionibus cõmodius potest trahere corã vno, trahit illum ad diuersos iudices: quia quasi vnũ negotium est, & perinde habetur ac si super eodẽ negotio traheret illum ad diuersos iudices: immo vř ꝙ oẽs illas psonales actiones possit ꝓponere in eodem libello. C. de anna. excep. l. vlti. sed etiã processus p tales litteras habitus non valet: vt in decre. Inno. iiij. c. dispendia. eo. tit. [lib. 6.] secus in realibus: vt not. in d. c. dispendia.

† Adde generaliter de actibus qui inficiunt rescriptum. l. 1. & ibi Doctores. C. si contra ius vel vtil. publi.

¶ *Glos. seq. arguit contrarium, & soluit.*

h ¶ *Per varias litteras.*] Secus si corã ordinario: quia si pro vna personali actione cõueniatur corã delegato, p alia psonali poterit cõueniri corã ordinario: vt vř. Alij ꝯrium dicunt. Sed si corã pluribus ordinarijs quis trahatur, idẽ credo quod in delegatis. Et idem vř si coram delegato & ordinario trahatur: quia eadem causa videtur.

¶ *Glo. seq. arguit contrarium, & soluit.*

i ¶ *Ad diuersa loca.*] Per hoc qđ dř, ad diuersa loca, vř ꝙ possit reus trahere actorẽ ad vnum locum certũ & determinatũ, qđ vř hic innui, & ꝙ possit, habes ꝫ. eo. pastoralis. 2. respon. & ĩ. de offi. deleg. prudentiam. §. vlt. Sed ꝯ. C. de sen. & interlo. omn. iu. Auth. & cõsequenter. vbi dř ꝙ reus actorem ad iudicem aliũ trahere non debet, sed corã eodem: nisi tunc demum lite finita: Rñ. ꝙ reus bene potest trahere actorẽ ad iudicẽ aliũ pẽdente priori iudicio: vt dicunt iura pdicta: & hoc idẽ innuit dũ dicit, ad loca diuersa, § quasi ad vnũ nõ prohiberet, sed actor habet exceptionẽ, ne reconueniatur à reo coram alio iudice, nisi lite finita. & nisi admittať talis exceptio, tenebit appellatio, si interponatur p Auth. prædictã. & ita per exceptionem suspenduntur litteræ rei vsque ad litem finitam: & si non excipiatur, bene potest procedere ꝯ illũ actorẽ. Dic super hoc vt dicit illa decre. Inno. iiij. ĩ. eod. tit. dispendia. [lib. 6.] & ĩ. de mu. pe. c. s.

§ Alius intellectus huius decretalis vide hic per Doctores.

a ¶ *Vel indeterminate.*] Quod esse non debet: quia certus locus prouidẽdus est, aliàs intelligeretur de illo loco vbi iudicare cõsueuit. ff. de iudi. si locus. ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. arg. C. quo. & qñ iud. sen. pro. de. l. si vt proponis. generalitas enim parit obscuritatẽ. ff. de iur. fis. ita fides. quia deliberare nõ potest. ĩ. de appellat. significãtibus. & nimia gñalitas reprobatur. ĩ. de do. & cõtu. ex litteris & perinde est ac si nullum locũ statuisset. argu. ff. de inte. action. de ętate. §. nihil. & vagari non licet cũ alterius damno. ff. de iniur. prætor edixit: & in tali casu teneret appellatio, sicut ibi, & ĩ. de app. significantibus. & ĩ. de li. ob. c. vlt. & vbi in aliquo loco nominis eiusdem haberet habitationem, & non in alijs: tunc debet intelligi de illo loco, vbi quandoque habitat.

¶ *Glossa sequens alle. iura concor. quærit obijciendo, ponit opi. soluit, solutioni opponit & respondet.*

l ¶ *Expensis ac damnis.*] Et merito debet istorum malitia puniri in expẽsis & damnis alteri parti. ꝫ. eo. c. cæterũ. & ĩ. de do. & contum. ex litteris. ĩ. de appellatio. vt debitus. Sed quia punient eos, cũ isti nõ habeãt iurisdictionẽ, & nõ possunt illos punire? Ordinarius nõ potest illos punire: quia in hoc nullã habet iurisdictionem. quidã dicunt ꝙ ordinarius illos punire debet. Mihi vř ꝙ illi ijdem iudices pœnam istam debent imponere super expensis & damnis in hoc

saltem

saltem habent iurisdictionē, vt de precum veritate cognoscant, & pœnam imponāt: vt hic vſ. qđ eodē modo intelligitur. ſ. eo. cæterū. vbi est arg. q secundi iudices debēt hanc pœnā imponere. ad hoc est op. arg. ſ. eo. super litteris. in fi. & ĵ. de appellat. vt debitus. [1] & si hoc nō fecerint iudices, dūmodo petitū fuerit ab eis, de sua substātia, illud detrimentū restituere cōpelluntur. C. de iud. sancimus. & poterūt isti iudices conueniri coram ordinario vel delegato condictione ex illa l. sancimus. Sed q isti iudices quibus huiusmodi litteræ dirigūtur, nō possiot, vt per decre. prædictā, ex litteris. ĵ. de do. & cōtu. vbi primi iudices condēnant, & nō secundi. Sed illud ideo fuit, quia corā primis iudicibus obijciebatur de secūdis litteris ab altera parte impetratis, nō facientibus expressam de prioribus mētionē. vnde primi iudices consuluerūt Papā, qd iuris esset, & [2] rescidet prout patet in littera, scilicet q ipsi primi iudices codemnent partē alterā in expensis pp dolū suum, aliàs secundi deberēt imponere pœnā illā, si coram ipsis fuisset exceptū de primis, & remittere partes ad primos, vt sic illi iudices pœnā istā imponant corā quibus excipitur: vel quia in litteris secundis cōtinetur q primi hoc faciāt: aliàs secundi debent cōdēnare: quia si diceretur quòd isti iudices quibus litteræ huiusmodi diriguntur, hoc facere non possent, per hoc lites ex litibus orirētur: quia p eisdē expēsis oporteret eos iterū litigare: vnde tutius est & melius q hoc faciāt, vt p hoc malitiis istorū p pœnā hmói obuiet.

[1] Et patet hoc in decretali Viennēsi abbatis. & quod hic vocat dāna ibi vocat interesse. Io. An.

[2] Lib. 2. epistola 64. ad Felicem episcopum Messanensem. & c. 1. eo. tit. in 2. cōpilatiōe.

[3] Honorij iij. archidiacono. & capitulo Laudunēsi.

[4] Cap. 1. eo. tit. in 3. cōpilatiōe.

[5] velit

TITVLVS IIII.

De consuetudine.

¶ Gregorius in registro. †

¶ *Consuetudo inferens grauamen ecclesiis, debet iudicis officio tolli. h. d. secundum intellectum magis singularem.*

CAP. I.

Consuetudines[a] quę ecclesiis grauamen inducere dignoscuntur, nostra nos decet consideratione remittere.

¶ Inno. † iij. archiepiscopo & capitulo Lugdun.

¶ *Ex consuetudine potest introduci actus siue solemnitas per quam sine apprehensione reali transfertur possessio rei absentis. h. d. & est casus singularis secundum Abb. Siculum.*

CAP. II.

Ex † litteris & infra. Si vero quis possessiones aliquas, claustris vel aliis religiosis[b] locis in bona valetudine vel ultima voluntate, pro suorū vult † remedio peccatorum conferre, hanc conferendi formam esse proponitis, quòd in huiusmodi donationibus modicum terræ consueuit in manu accipere, vel in extremitate pallij † quod manu prælati ecclesiæ sustinet: aut super altare ponendum sub testimonio videntium & audiētium sub dicta forma, quæ scotatio vulgariter appellatur: & infra[c]. ¶ Discretioni vestrę mādamus, quatenus donationes eorum, quæ sub obtentu consuetudinis[d] claustris, ecclesiis, vel quibuslibet locis religiosis pie conferuntur, vel etiam sunt collata, faciatis irreuocabiliter obseruari: cum huiusmodi signum[e], quod scotatio dicitur, nō tam factæ donationis, quàm traditæ possessionis sit euidens argumentum.

DE CONSVETVDINE.

Continuatio. ¶ *Continuatur. Quia visum est supra de iure scripto, quod consistit in constitutionibus & in rescriptis: merito subijcitur de iure non scripto, quod consistit in consuetudinibus.* Abbas Siculus.

De qua consuetudine sit hoc caput accipiendum.

Consuetudines.] Consuetudo inferens grauamen ecclesiis vel eis onerosa nō tenet. h. d. secundū cōem intellectū. Et non diuiditur. Abb. Siculus.

a ¶ *Consuetudines.*] Hoc capitulū intelligitur de onerosa consuetudine, & quæ multū lædit: & est radicitus extirpanda. 8. dist. mala. & 12. q. 2. bonæ rei. & 12. distin. omnia. nam consuetudo debet esse rationabilis, & non contra vtilitatem ecclesiæ. ĵ. de ijs quę fi. à maio. par. cap. cum in cunctis. & ĵ. de re iudi. cum causa. & ĵ. eod. ad audientiam. & ĵ. eo. cum venerabilis. Quando autem consuetudo præualeat iuri, & quando non, dicetur ĵ. eod. cap. vlt.

Ex *litteris.*] Valet consuetudo per quā ecclesia acquirit dñium & possessionē rei sine solemnitate legali. Ioan. And. Diuiditur in duas partes. nā in prima ponitur consuetudo. In secunda. ibi, *Discretioni*, responsio, siue mandatum.

Casvs. Talis erat consuetudo in Dacia, q si aliquis in sanitate seu in vltima voluntate vellet pro remedio peccatorū suorū conferre locis religiosis aliquas possessiones, accipiebat modicum terræ in extremitate pallij, qđ palliū manu prælati sustinetur, & ponitur sup altare sub testimonio videntiū. huiusmodi donatio vulgariter di. scotatio. Quidam malitiose nitebantur huiusmodi donationes infringere, pro eo q solēnitas testimoniorū in huiusmodi vltimis voluntatibus non seruabatur. Significatū fuit hoc dño Papæ: vnde mandat q huiusmodi donationes, quæ prætextu consuetudinis talis, conferuntur locis religiosis, vel etiam sunt collatæ, faciant inuiolabiliter obseruari: quia huiusmodi signū, qđ scotatio dicitur, non est solum argumentum donationis factæ, sed etiam traditæ possessionis. Not. consuetudinē seruandā esse in donationibus in vltima voluntate factis locis religiosis. Item not. q possessio transfertur per alium actum, quam per traditionem ipsius rei translatæ.

b ¶ *Religiosis.*] In iis enim quæ religiosis locis relinquuntur, non requiritur solēnitas testamētorū. ĵ. de testa. cū esses. & c. seq. secundū canonicā æquitatē, & fauorem religionis.

[6] In quibusdam recentioribus ita, sed male iudicio meo: vel in extremitate pallij manu prælati ecclesiæ. &c.

Additio. Vnde ēt legatū factum ecclesiæ crescit per inficiationē. Insti. de pœna temere lit. circa princ. Io. And.

c ¶ *Et infra.*] Sub † isto, infra, continetur, q quidam cauillosi dicebant q huiusmodi donatio non valebat: quia solēnitas testamēti nō obseruabatur, eo q secundum leges testamentū debet fieri septem aut quinque testibus adhibitis, aliàs non valet: vt ĵ. de testa. cum esses. & c. relatū. super hoc Papa respōdet, Discretioni vestræ. &c.

[7] Hęc non est glossa Bernardi, nec habet in vetustis codicibus.

d ¶ *Consuetudinis.*] præ dictæ, quæ laudabilis est, vnde est seruanda. ĵ. de simo. ad apostolicā. ex quo æque puniri debet transgressor laudabilis consuetudinis, sicut trāsgressor legis. 11. dist. in his huiusmodi donatio valeret, etiā si consuetudo super hoc non esset.

[8] Pastoris.

¶ *Glo. seq. ponit quatuor similia. secundo ponit v. modos, quibus possessio rei sine ipsius apprehensione transfertur, & ponit de his versus.*

e ¶ *Signum.*] Sic annulus signū est inuestituræ. ĵ. de iis quæ fi. à maiori. par. ca. ex ore. Et inuestitura est signum traditæ possessionis. [a] ĵ. de don. p tuas. Itē annulus est signū matrimonij. ĵ. de psumpt. illud. & 30. q. 5. fœminę. [b] Sic etiam restitutio instrumentorū est signū renūciationis. ĵ. de renū. sane. & ĵ. de pact. cū pridem. & C. quæ res pign. oblig. poss. l. 2. & melius. ff. de pact. l. Labeo. secus est si restituas pignus. ff. eod. tit. l. postquā. Sic etiam res nō apprehenditur, & tñ possessio transfertur: vt per claues. ff. de ꝯhen. empt. clauibus. Itē per instrumentum fit donatio. C. de dona. l. 1. Visu etiā transfertur possessio. ff. de acqui. pos. quod meo. §. si vēditorē. Item si rem meam penes te depositā tibi vendidi. Insti. de re. di. §. interdum. Itē cum quis etiā rem suam vult possidere nomine alterius. ff. de rei ven. quædam. Nec etiam semper in acquirēda possessione necessarius est actus corporalis: vnde sufficit affectus aliquo actu interueniēte. ff. de acqui. pos. l. 1. §. antepe. & hic, licet lex dicat q possessio acquiritur corpore & animo, non altero tantū. C. eo. tit. licet. ita q rei apprehensio per se vel per alterum sit necessaria. ff. de acqui. pos. quemadmodū. & l. qui vniuersas. Hoc tñ scias q licet ecclesia non apprehendat possessionē rei sibi collatæ, dominiū tñ nihilominus adipiscitur: qđ non est in priuato. C. de rei vend. seruum. C. de sacrosan. eccl. vt inter diuinū. Vnde versus:

Visu siue res mutuata venditione,
Clauibus & chartis, mea si conduco scienter:
Quamuis non aliter detur possessio, transit.

[a] Vide Ioannē And. in c. transmissam. de electione.

[b] Vide l. si concubina. & ibidem glossam. ff. de donatio.

¶ Idem episcopo Pictauiensi †.

¶ *Non valet consuetudo vt in causis ecclesiasticis dictum populi pro sententia teneatur.*

CAP. III.

Ad † nostram audientiam noueris peruenisse, quòd in tua diœcesi etiam in causis ecclesiasticis cōsuetudo minus rationabilis habeatur, quòd cum aliqua causa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis vtriusque partis auditis, à pręsentibus litteratis, & illitte-

[9] Cap. 1. eo. tit. in 3. cōpilatione.

Ad *nostram audientiam.*] Non valet consuetudo, vt sententia à nō suo iudice lata teneat. Ioan. And. Communis diuisio. secunda ibi, *Nos igitur.* Abb. Siculus.

Casvs. In diœce. Picta. talis erat consuetudo etiā in causis ecclesiasticis, q cū aliqua causa tractabatur ibidē, auditis allegationibus vtriusque partis, ab ijs qui præsentes erant sapientibus & insipientibus, quæritur quid iuris, & quod illi vel aliquis eorum dictauerit de consilio præsentium, pro sententia habeatur. Peruenit hoc ad notitiam Papæ. scribit Papa epo Picta. dicēs q talis consuetudo obuiat canonicis institutis, & ideo nullius debet esse momen

ti: quia

ti: quia sententia à nõ suo iudice lata non tenet. Vnde mãdat eidẽ epõ, vt in causis subditorum suorum, postquam sibi de meritis ipsarũ constiterit, sententiam proferat, sicut postulat ratio iuris, præmissa consuetudine non obstante. Not. ꝙ consuetudo ꝯ canones introducta, & non rationabilis non valet. Itẽ sententia à non suo iudice lata non tenet. non ite. pastoralis. Sed ibi collatũ fuit sacramẽtũ ab eo qui potuit, sed mandatur solũmodo suppleri qđ fuerat prætermissum. Sed nũquid Papa posset hoc delegare sacerdotibus? Vĩ ꝙ sic, per illud capitulũ, peruenit. aliàs Greg. decepisset eos. Sed si Papa prohiberet sacerdotem chrismare, post prohibitionẽ suã nihil conferret, si postea chrismaret. Episcopi vero, licet ipsi possint chrismare, non possunt aliis inferioribus demãdare, qui hoc ex officio facere nõ possunt: sed alij epi vel archiepi, possunt hoc facere in diœce. alterius epi de ipsius licẽtia. Epi enim ea quæ sunt iurisdictionis, vt puta iudicare, excõicare, & similia, committere possunt aliis etiã non habentibus iurisdictionẽ. ea vero quæ sunt ordinis episcopalis & auctoritatis, non possunt demãdare, aut etiã delegare aliis q̃ sint inferioris gradus. j. de consecrat. eccle. vel alt. aqua. arg. huius decre. vt ꝙ Papa non possit hoc delegare simplici sacerdoti: sed Papa non subiicitur legibus, ff. de legib⁹. l. princeps. 9. q. 3. cuncta. vnde põt cõmittere simplici sacerdoti, vt in d. c. peruenit.

a ¶ *Insipientibus.*]id est, minus sapientibus. Nec istud est inconueniens, quia quandoque reuelatur minori, quod maior nescit. C. de offic. rect. prouin. l. potiores. & 95. distin. esto subiectus. in fi. & 24. q. 3. si habes. Bernar.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*

b ¶ *Quæritur.*]Non prohibetur hic quin à pluribus requiratur: quia facilius inuenitur quod à pluribus & sapientibus quæritur. 20. dis. de quibus. C. de fideic. l. vlt. ad fi. quoniam illiterati quoq; habent causarum peritiã. C. de iu. certi iuris. & in Auth. de iud. §. qa vero. coll. 8. sed hoc solũ reprobatur hic ꝙ eorum risum pro sententia teneatur, cũ aliàs sententia à non suo iudice lata sit nulla. C. si à nõ cõpe. iu. l. vlt. & j. de iu. c. at si clerici.

c ¶ *Canonicis.*] & sic non valet consuetudo ꝯ canonicam constitutionem. j. de off. archi. cum satis. j. de re iudi. cũ causa. & quæ grauamen inducit. s. eo. c. 1. Arg. ꝯ. j. de cau. poss. cũ ecclesia Sutrina. & ff. de admini. tut. sine hærede. §. pen. Ista ꝯrietas expedietur. j. c. penulti. & vlt.

[Margin:] † Tex. est in l. 2. in glo. magna. & ibi Cy. C. q̃ sit lon. consue. & in l. nemo aliquo. in gl. temporalis. ff. de reg. iur.

[Margin:] † Alibi licet obedimus liberam facultatem.

[Margin:] † Cap. 3. in 3. collectio. eod. tit.

[Handwritten margin note:] Nota de [illegible] confirmand.

ratis, sapientibus & insipientibus[a], quid iuris sit quæritur[b]: & quod illi dictauerint vel aliquis eorum, præsentium consilio requisito, pro sententia teneatur. ¶ Nos igitur attendentes quòd consuetudo, quæ canonicis[c] obuiat institutis, nullius debeat esse momenti †, cum sententia à non suo iudice[d] lata nullã obtineat firmitatem: vt in causis ecclesiasticis subiectorum tuorum, postquam tibi de meritis earum constiterit, sententiã proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, auctoritate tibi præsentium, (præmissa consuetudine non obstante) concedimus † facultatem.

¶ Idem L. vicario nostro apud Constantinopolim constituto.

¶ *Consuetudo non potest operari, vt clericus non episcopus possit exercere ea quæ sunt reseruata ordini episcopali. et est casus notabilis. Abb. Siculus.*

CAP. IIII.

QVanto † de benignitate: & infra. ¶ Peruenit ad audientiam nostrã, quòd quidam simplices sacerdotes apud Constantinopolim ea sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum tempore fuerunt solis pontificibus reseruata[e], vt est sacramentum confirmationis, quod chrismando renatos, soli debẽt episcopi per manus impositionem conferre: ad excusandas[f] excusationes in peccatis, solam consuetudinem[g] prætendentes: & infra. ¶ Discr. tuæ mandamus, quatenus omnibus presbyteris districte prohibeas, ne talia de cætero sua temeritate præsumant, quæ licet non sint à fidelibus contemnenda: tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate[h] (quæ legem non habet †) omittere[i], quàm vt ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate (quæ lege damnatur) non sine graui periculo inaniter conferantur: cum vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem nõ subeat in effectu.

¶ Idẽ decano & capitulo Cenomanẽsi.

¶ *Non valet cõsuetudo per quam interdicti sententia violatur.*

CAP. V.

CVm † inter vos ex vna parte, & canonicos sancti Petri de curia ex altera, super eo quòd dicti canonici generale interdictum[k], ab episcopo ve-

f ¶ *Ad excusandas.*] 16. q. 1. c. prædicator.

g ¶ *Consuetudinem.*] Et male. vnde dixit Martinus Zamorensis:

Composito lacte fœtentis quæso cibate: Quo putas exclusum crimen per temporis vsum. & hoc verũ est vbi consuetudo non est præscriptibilis. j. de simo. c. non satis. & j. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adult. c. cum haberet. 32. q. 7. flagitia. & non debet esse melior conditio furis propter furti continuationem. ff. de fur. l. inficiando. §. infans.

[Margin:] † Facit tex. in l. vnica. ff. de cõsue. & in l. non solum. §. l. ff. de const. tuto.

[Margin:] † Cap. 4. e. tit. in. 3. compilatione.

¶ *Glo. seq. alle. v. cõcor. ponit duos casus exceptos: et secundum moderatur.*

d ¶ *Iudice.*] Sic 2. q. 1. in primis. j. de iud. at si clerici. j. de paro. nullus. & C. si à non compe. iudi. l. 2. & 3. Et hoc verum est nisi in causa reconuentionis: vt 3. q. 8. c. accusatores. §. cuius in agendo. Vel nisi ex certa scientia aliquis consentiat in iudicem nõ suũ. ff. de iur. om. iudi. si ꝑ errorẽ. & ff. de iudi. l. 2. vel nisi vocat⁹ venire contẽnat. j. de appe. si duob⁹. Sed hoc nõ habet locũ in clericis, qui nõ possunt in aliũ iudicẽ consentire sine licẽtia sui ꝓlati vel iudicis. j. de fo. cõpe. si diligenti. & c. significasti. [1] vbi de hoc dicet.

QVanto.] Non valet cõsuetudo permittens presbyteris vt chrismẽt. Et sunt duæ partes. In prima ponitur ꝓsumptuosa cõsuetudo. In secunda ipsius reprobatio: ibi, *Discretioni.* Ab. Sic.

CASVS. Quidã sacerdotes apud Constantinopolim conferebãt sacramentũ cõfirmationis chrismando in frõte baptizatos: qđ à tẽpore Apostolorũ soli epi cõferebant per manus impositionem, sed ipsi ad suam excusationẽ solam consuetudinem allegabant. Vnde mandat Papa vicario suo apud Constantinopolim constituto, vt omnibus presbyteris suis districte prohibeat, ne de cætero talia sacramenta conferre præsumant: quia licet non sint à fidelibus contemnẽda: tñ tutius est ea dimittere sine periculo ex necessitate quæ legem non habet, q̃ ea recipere ab ijs qui conferre non possunt: q a vmbra quædã ostenditur in opere, veritas aũt in effectu nõ subest. Not. ꝙ consuetudo non excusat aliquẽ in delictis. Itẽ nihil confertur à sacerdotibus si chrismant in fronte baptizatos. & ita pro nõ dato habetur quod datur ab illo qui dare non potest de iure. Bernar.

¶ *Glossa seq. alleg. tres concor. secundo signat successiue duo contraria, et soluit, tertio quærit, alle. ponit op. et soluit.*

e ¶ *Reseruata.*]De cõsecr. dis. 5. manus. & c. de his. 68. dist. quãuis corepi. arg. ꝯ. 95. dist. peruenit. vbi presbyteri chrismabãt in fronte. sed illud ad ips. Gre. concessit ꝑꝑ scandalum de speciali indulgentia, & isti sacerdotes nihil conferebant, vt dicit in fi. quia hoc ex delegatione Papæ nõ faciebant, & ideo pro nõ dato habetur, ꝙ ab illo donat qui de iure donare nõ põt. j. de iure patronatus. qđ aũt cõsulis. in fi. & 1. q. 7. Daibertũ. & C. de leg. nõ dubiũ. arg. ꝯ. j. de sac.

[Margin:] 1 Facit tex. in authen. casta. & ibi Bal. C. de sacrosan. ecc. & in Auth. statuim⁹. C. de episc. & cle. & in §. clericus. de pa. tenẽ. col. 9.

[Margin:] Ordinarius minister sacramẽti cõfirmationis eps est. concil. Triden. sessio. 7. de cõfirmatiõe cano. 3.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

h ¶ *Ex necessitate.*]Ibi hoc fuit necessitas: quia cũ ciuitas Constantinopolitana capta esset à Venetis, & aliis Latinis, pauci episcopi & presbyteri Latini erant ibi qui hoc facerent: & ideo isti sacerdotes hoc faciebãt, & Græci nõ chrismabãt in frõte, & in multis aliis discordabant à Romana ecclesia, à cuius obedientia se subtraxerant. j. de maio. & obe. c. inter quatuor. & j. de bap. & eius effectu. c. licet Græcos.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*

i ¶ *Omittere.*]Sic enim de corpore Christi fieri debet. 24. q. 1. cœpit. sed in baptismo quod est ianua omnium sacramẽtorum, secus est; melius est enim ab hæretico [a] illud recipere, q̃ sine illo decedere, dum tamen in forma ecclesiæ conferatur. 24. q. 1. si quem forte. & j. de sum. trini. & fid. ca. c. 1. in fi.

[Margin:] a Ab hæreticis enim in forma ecclesiæ conferri potest. concil. Tridene. sessio. 7. de baptismo, canone. 4.

CVm inter.]Diuiditur in tres partes in prima ponitur querela. In scđa exceptio: ibi, *Procurator.* In tertia sententia: ibi, *Nos igitur.*

CASVS. Canonici sancti Petri de curia habẽt ex priuilegio vt tẽpore interdicti possint celebrare diuina. occasione huius priuilegij tempore interdicti positi in ciuitate Cenomañ. celebrabant diuina pulsatis campanis, & alta voce, ac si nullum esset interdictum. Vnde orta est contentio inter ipsos & canonicos Cenomañ. sed canonici S. Petri allegabant ꝙ ecclesia sua erat libera & exempta, & tempore generalis interdicti de consuetudine celebrabant diuina pulsatis campanis, interdictis & excõmunicatis exclusis. Papa cõsiderans quòd ex tali consuetudine, si qua foret, frãgeretur neruus ecclesiasticæ disciplinæ: decernit illam consuetudinem de cætero non seruandam. Not. consuetudinem nõ valere, quæ est contra statutum & disciplinam ecclesiæ.

K ¶ *Interdictum.*]Quod dicatur generale interdictum, habetur de ver. sign. c. cum in partibus.

¶ *Glo. seq. dat duas cocord. inducit duo similia, item exquisite duo alia subiungit, alleg. 5. iura in contrarium, et soluit.*

a ¶ De

stro, vel à vobis in ciuitate Cenomañ. positum non seruabãt, quæstio verteretur †: & infra. ¶ Procurator vero ipsorum proposuit, quòd ipsa ecclesia sancti Petri à sui fundatione libera extitit & exempta: & de consuetudine [a], in generali etiam interdicto licitum erat eis, pulsatis campanis, alta voce (interdictis & excommunicatis exclusis) diuina officia celebrare. ¶ Nos igitur cognito, quòd ex tali consuetudine, si qua foret, dirrumperetur neruus ecclesiasticæ disciplinæ, ipsam de consensu fratrum nostrorum duximus irritandam.

¶ Idem episcopo Heliensi.

¶ *In attribuendis officijs nouæ dignitati, seruatur consuetudo vicinarum ciuitatum: quæ si diuersa fuerit, seruabitur magis rationabilis, & aliis non præiudicans.*

CAP. VI.

Cum † olim Londonensis episcopus nostris auribus intimasset, quòd in sua ecclesia proposuerat statuere [b] præcentorem, nos eius precibus inclinati, ei licentiam côcessimus [c], præcentorem huiusmodi ordinandi: dummodo in conferendis sibi redditibus nulli inferretur præiudicium [d]; statuentes vt præcentor taliter institutus, in sessionibus [e], processionibus, & aliis illam haberet in Lõdoñ. ecclesia dignitatem, quam habent alij præcentores in aliis ecclesiis Anglicanis: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si secundum diuersas consuetudines locorum, diuersas habere noueris præcentores in Anglicanis [f] ecclesijs dignitates, iam dictum præcentorem, illam [g] habere facias in Londoñ. ecclesia dignitatem, eaque manere contentum, quam (rationabilibus & approbatis consuetudinibus ecclesiæ saluis) sine [h] præiudicio alieno poterit obtinere.

¶ Item conuentui † Corbień. monasterij.

¶ *Non potest induci ex consuetudine, vt quis possit dimittere dignitatem sine superioris licentia, vel vt possit electus administrare non habita confirmatione à superiore.*

CAP. VII.

Cum † venerabilis frater noster episcopus Hostiensis, & L. sanctę crucis presbyter Cardinalis in partibus Alemaniæ legationis officio fungerentur, inuenerunt abbatem de monasterio Hermioñ. quod ad Romanam ecclesiam noscitur pertinere nullo mediante, ad monasterium Corbień. quod est etiam Romanę ecclesię spe-

a ¶ *De consuetudine.*] Not. quod nec præscriptio nec consuetudo [1] prodest in hoc casu. vt hic dicit. & est simile j. de ele. c. cũ causam. & j. eod. c. cũ venerabilis. nec contra obedientiam: vt 18. q. 2. abbatibus. & j. de præscrip. c. cũ non liceat. nec contra procurationem, quæ ratione visitationis debetur. j. de præscrip. c. cum ex officij. sicut nec valet tranlactio in hoc casu, & in huiusmodi spiritualibus j. de transact. c. prętereá. nec permutatio rei spiritualis potest fieri cũ temporali. j. de re. permu. c. exhibita. arg. contra j. de priuil. c. cum olim. 2. & j. de capel. mona. c. dilectus. & j. de cen. c. sopitæ. & j. de præsc. c. de quarta. & c. auditis. nõ sunt contraria: ibi non præscribitur contra obedientiam, nisi tanto tempore fuissent sub dominio Papæ, vel alterius ecclesiæ: & sic non dicuntur præscribere, sed potius præscribi: & præter ea illa, de quarta. & illa, auditis. nihil dicũt de obedientia, sed in alijs articulis & casibus loquuntur. Et sic patet quod vbicumque sit aliquid contra ecclesiasticã disciplinam siue neruum ecclesiæ, non habet locũ præscriptio.

Cum olim.] Diuiditur in duas partes. In prima ponitur cõsultatio. In secũda: ibi, *Quocirca*, responsio.

Casus. Eṗs Lõdoñ. petijt à dño Papa licentiã vt posset in terra sua constituere pręcẽtoré, Papa sibi petitã licentiã concessit, dummodo in cõferendis sibi redditibus nulli faceret præiudiciũ, ita quod præcentor ille in sessionibus, processionibus, & alijs, illã haberet dignitaté in illa ecclesia Londoñ. quam habent alij pręcẽtores in aliis ecclesiis Anglicanis; & sic episcopus constituit pręcentorem. præcentor ille taliter institutus occasione literarum domini Papæ, quędam in pręiudicium aliarum dignitatum nitebatur vsurpare; aliqui personatum habentes in ecclesia Londoñ. conquesti sunt domino Papæ: Papa mandat episcopo Helień. quatenus quia secundũ diuersas consuetudines locorum præcentores alij diuersas habẽt dignitates in ecclesijs Anglicanis, faciat illũ præcentorem contẽtum esse illa dignitate, quã potest habere sine præiudicio aliorũ, salui rationabilibus & approbatis consuetudinibus ecclesię London. Not. quod noua dignitas sine licentia dñi Papæ constitui non debet. Itẽ in dignitatibus diuersa põt esse consuetudo in eadẽ prouincia. Itẽ in præiudiciũ aliarũ dignitatũ noua dignitas constitui non debet. Itẽ consuetudines approbatæ ipsius ecclesiæ nihilominus remanent in sua firmitate

b ¶ *Statuere.*] Et sic onerosam dignitatem potest eṗs remouere de ecclesia sua cum suis canonicis, dum tñ cõfirmatio Papæ accedat. j. de consti. c. cum accessissent.

¶ *Glo. seq. in prin. & in fi. tractat, an noua dignitas creari possit sine Papæ licentia, &c. in medio signat contraria, & soluit.*

c ¶ *Concessimus.*] Per hoc vĩ quod noua dignitas in ecclesia constitui non potest sine licentia Papæ. 22. dist. c. 1. & C. de offi. præto. Afri. l. quas gratias. §. optamus. ergo vt omnes iudices secundũ voluntatẽ & timorem Dei, & nostram electioné & ordinationem, &c. & hoc ideo: quia si vna dignitas constituitur, oportet quod alia minuatur. arg. 99. dist. c. nullus. & c. 2. Sed hoc non est verum. arg. j. de eccle. ædi. c. ad audientiam. 2. & 12. q. 2. bonæ rei. & ff. de ope. publi. l. opus 2. Itẽ datur priuilegium dignitati, sed non est contra illud. j. de eccle. ædi. c. ad audientiam. 2. & j. de rescri. c. vlti. sicut nec seruitus datur prædio quod nondũ est. ff. communia prædi. l. 1. arg. contra. ff. de ser. rusti. præ. l. labeo. & ff. de ser. vrb. præ. l. si seruus. §. futuro. Sed non procedunt ista: quia non datur priuilegium dignitati quæ nondum est, sed dat Papa auctoritaté constituendi dignitaté ecclesiæ London. Inno. 4. dixit in apparatu suo quod episcopus cum capitulo suo potest nouam dignitatem constituere. contrarium credo.

d ¶ *Præiudicium.*] Intelligas enorme: quia pro modico non dimitteret. arg. 12. q. 2. bonæ rei. & j. de dona. c. apostolicę. sed meliꝰ vt sonat littera: quia illæ concordantiæ intelligũtur de rebus episcopalibus, & hic ipse episcopus modicum damnum potest pati vt aliquid cõferat dignitati. alij non compelluntur dare de suo, nisi iusta causa interuenirer constituendi illã dignitaté.

e ¶ *In sessionibus.*] Hoc ideo dicit: quia secundum dignitaté suam honorandus est aliquis in sede. j. de ma. & obe. statuimus. 17. dist. c. vlt. & in subscriptionibꝰ. ff. de albo scri. l. 1. & vlti. vt in sentẽtijs ferendis. ff. de decu. l. spurij. & in alijs suffragijs. arg. 25. dist. perlectis.

Additio. Vbi cessantibus priuilegiis in sententiis ferendis, potior est illius causa, qui eodem tempore pluribus suffragiis in decurionatu decoratur. Ioã. And.

f ¶ *In Anglicanis ecclesiis.*] Hoc est cum eadẽ consuetudo in alijs erat ecclesijs Anglicanis, illa seruaretur. argu. j. de elect. ca. cum ecclesia. Si vero diuersæ essent consuetudines, consuetudo metropolitanæ ecclesiæ seruanda est. 12. dist. de his. Vel quod verius est, quod melius seruari posset sine præiudicio aliorum, vt dicit in fin. argu. 12. dist. nouit.

g ¶ *Illam.*] Sed videtur quod minoré, ex quo ita indistincte dicit. arg. ff. de leg. 3. l. nummis. j. de censi. ca. ex parte. immo videtur de mediocri. ff. de ædil. edict. l. sciendum. §. illud. & l. præcedenti. in fi.

¶ *Glossa sequens elicit tria argumenta, ad primum inducit tria iura, ad secundum v. ad tertium, tria.*

h ¶ *Sine præiudicio alieno.*] Arg. quòd licet priuilegij verba generaliter loquantur, non tamen sunt interpretanda in præiudiciũ aliorũ. j. de trãslatio. c. licet. in fin. & j. de off. ord. ca. licet. & j. de auct. & vso pal. ca. ex tuarum. Item argu. quòd in dubio recurritur ad cõsuetudinem vicinarum ecclesiarum [l]. j. de cog. spi. c. super eo. & j. de censi. c. super eo. vbi de hoc dicitur expresse ff. de fun. instru. l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. in fi. ff. de regu. iur. l. semper in stipulationibus. & 12. dist. nouit. Item arg. quod in obscuris semper interpretatio ita debet fieri vt nulli sit captiosa. ff. de re. iur. l. quoties. & j. eo. c. cum dilectus. arg. 4. dist. erit autem lex.

Cum venerabilis.] Non valet consuetudo per quam prælatus sine superioris licentia potest dimittere prælaturam, etiam si vellet transire ad aliam dignitatem. h. d. Ioan. Andr. Diuiditur, quia in prima ponitur temeraria translatio. In secunda translati excusatio: ibi: *Postmodum*. in tertia excusationis reprobatio, ibi: *Cum igitur*.

Casus. Eṗs Hostień. & L. sanctæ crucis presbyter Cardinalis erant legati in Alemania. inuenerunt isti quòd quidam abbas monasterij, quod ad Rom. eccle. pertinet, nullo medio, transierat ad monasterium Corbień. quod est similiter sedi apostolicę speciale, sine licentia Papæ vel eius legati, nec petita nec habita confirmatione. abbas in sui defensione allegabat generalem cõsuetudinem illius terrę. consultus Papa respondet, quòd talis consuetudo inimica canonibus, corruptela potius dici debet: & ideo Papa mandat eandem decætero non seruari. Not. consuetudo contra canones obtenta non valet. Item nullus sine licentia sui prælati debet ecclesiã suam dimittere, vel aliam accipere.

¶ *Glo. seq. obiicit & soluit.*

[1] Translatio aliud sit præscriptio, aliud sit cõsuetudo. de hoc infra. c. vlt. Ioan. Andr.

Præscriptio non habet locum, quo rescum que sit aliquid contra ecclesiasticam disciplinam.

Cap. 5. e. tit. in. 1. cõpilatione.

Priuatus sine principis auctoritate facere nouũ opus ... ad æmulationem alterius ciuitatis, vel contentionis causa ... Ioan. Andr.

Alias fuit ... Corbiensis monasterio.

Cap. 6. e. tit. in 1. cõpilatione.

[l] Vide gl. in c. consuetudo. dist. 1.

a ¶ Migrasse.

a ¶ *Migrasse.*] Sicut abbas subiectus epo nun debet sine licetia epi renunciare. 18.q.2.abbas.nec etiam alij clerici: vt j. de renun. ca. admonet. sic abbas subiectus tm̃ Papæ renunciare nõ põt sine ipsi⁹ licẽtia, ẽt si sit isufficiẽs. j. de renũ.c.vlt.Greg. Sed vr q̃ esset vtraq. priuandus 7.q.1.si quis eps. & j.de trãsla.c.quanto. Vtrũ toleratus fuerit vel repulsus ab vtraq;, hic non dicit, 1 sed forte propter illam consuetudinẽ fuit toleratus. simile j. de elect. c.qd̃ sicut.§.super.eod.

b ¶ *Consuetudinẽ.*] Quę forte fuit, q̃ statim cũ sint electi, sine aliqua confirmatione administrant, renũciant, & trãseunt ad alias dignitates sine licentia Papæ, quod esse non debet. j. de elect. qualiter. & j. de renun.c.vlt. ex generali tñ dispensatione p̃lati, qui subsunt tñ dño Papę nullo medio statim postquã sunt in concordia electi, administrant qui sunt valde remoti. j. de elect. c. nihil est. Ratio quare hoc fiat redditur, scilicet ne ecclesia interim patiatur tam io temporalibus q̃ in spiritualibus lesionẽ.

c ¶ *Consuetudo.*] aliàs tñ consuetudo attenditur in electionibus. arg. 12.dis.nos ↄsuetudinẽ. & j.de cle. coniuga. c. cum olim. & j. de cau. pos. & propriet. cũ ecclesia. & 24.q.1.pudenda. & ff.de dec.l.nõ tñ.

CVm dilectus.] Diuiditur in duas partes principales. Prima narrat duplicẽ quæstionẽ electionis cũ partiũ allegationibus. Secũda ibi, *Quia nobis*, vnam definit, & alteram definiendã cõmittit. Abb. Sic.

1 Et cõsuetudo quatenus excusset, tradit glossa in c. denique. vers. consuetudi[illegible] dist. 4.

¶ Vide l. rẽ non nouã. iuncta glos. C.. de iudi. q̃ ibi Pe. de bella. Cy. Bartol. & Bal. & in l. 2. C. quæ sit longa consuet.

¶ Cap. 7. e. tit. in 3. cõpilatione.

¶ Vide omnino notas huius capitis.

ciale, propria temeritate migrasse a, licentia illud deserẽdi, vel confirmatione à nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc gerebant, nec habita nec petita: & infra. ¶ Postmodum autem nuncij eius, ad defensionem ipsius, generalem illius terræ consuetudinem b allegarunt. Cum igitur hæc non tam consuetudo c, quàm corruptela merito sit censenda, quæ profecto sacris est canonibus inimica, ipsam mandamus de cætero non seruari. †

¶ Idem decano Salesberieñ. A. archidiac. & magistro P. Penetel. canonico Parisieñ.

¶ *De consuetudine potest induci, quòd vna ecclesia de gremio alterius teneatur sibi prælatum eligere. Et consuetudo est optima legum interpres.*

CAP. VIII.

CVm † dilectus filius Guil. Andreñ. ecclesiæ monachus, qui pro clerico eiusdem ecclesiæ se gerebat, & G. procurator monasterij Karoseñ. super iure eligendi abbatẽ in Andreñ. monasterio, & eiusdem electione in † nostra præsentia inuicem litigarent, idem Gu. electionẽ suam à fratribus Andreñ. ecclesiæ concorditer celebratam, auctoritate Apostolica petiit confirmari, asserens tam de iure d cõmuni, quàm priuilegio speciali, eis ab Alexandro Papa concesso, & à nobis postmodum confirmato, liberam eligendi e auctoritatem, ad eosdem fratres tantummodo pertinere: & infra. ¶ Dictus vero procurator proposuit ex aduerso, quòd cum olim ad petitionem patronorũ ecclesię † à Morieñ. episcopo fuerit constitutum f, quòd si præfatus locus diuino munere adeo pullularet, vt Prior aut Abbas constitueretur ibidem, electio g eius penes fratres eiusdem loci, & capitulum Karoseñ. penderet; & huiusmodi obtentu statuti sic fuerit longe retroactis temporibus obseruatum, vt monasterio Andreñ. vacante, Andreñ. fratres in Karoseñ. capitulo, aliquem de gremio monasterij Karoseñ. sibi eligerent in abbatẽ, electio prædicti G. tam cõtra statuti tenorem, quàm etiam contra cõsuetudinem approbatam (quæ optima est legum interpres h) minus canonice attentata, merito cassari debebat: & infra. ¶ Quia nobis constitit electionem ipsam à suspensis i, & de

legẽ sine statutũ epi, vt per ipsam consuetudinẽ declaretur statutũ, qd̃ poterat dubiũ esse. Itẽ quandiu iua cõe seruari potest, non debet recedi ab ipso. Itẽ cõsuetudo præscripta præiudicat iuri communi, vt de ecclesia aliena tantum eligant: qd̃ est contra ius commune. Itẽ per statutũ p̃dictũ pręiudicatur epo diœcesano, & non capitulo Andreñ. cessante consuetudine: quia eps de iure cõi ipsam electionẽ deberet confirmare.

¶ *Cum dilectus.*] Cum ageret Guil. iste super iure eligendi abbatẽ, habebat mandatũ a capitulo & vacãte ecclesia, sed quantũ ad petendã confirmationẽ electionis suæ, agebat ex persona sua iure suo sibi acquisito p electionẽ. sic. j. de i itc. rest. c. 2. & not. & sic vĩ vbi de hoc B.

d ¶ *De iure.*] 18. q. 2. abbatẽ. & j. eo. cap. abbatẽ. & c. quàm sit. & 16. q. vlt. j. de cau. poss. & propriet. c. cum ecclesia.

e ¶ *Eligendi.*] Lex dicit q̃ monachi debẽt iurare eligere abbatẽ, quẽ sciunt fide rectũ, vita castum, & qui monasterio valeat vtiliter prouidere. i auth. de san. epis. §. iubemus igitur abbatẽ. coll. 9. qd̃ hodie non seruatur, sed secundum formã illius constitutionis. j. de elec. quia pp. eligere debent, si secundum illã volũt eligere.

¶ *Glo. seq. quærendo tractat, an clericus inuitos possit episcopus statuere quod eligant aliunde, ponit solutionem, quam in fine determinat.*

f ¶ *Constitutum.*] Licet eps possit subiicere vnã ecclesiã alteri, vt j. de excel. prælat. c. sicut vnire. non tñ credo q̃ possit statuere q̃ vna ecclesia eligat de alia clericis inuitis: quia hoc esset ↄ ius cõe 2 vt 17. q. vlt. c. vlt. & 18. q. 2. abbatẽ. & j. de iure pat. c. nobis. quia pacto priuatorũ ius publicũ non tollitur. j. de fo. comp. c. si diligenti. j. de testamen. c. requisisti. Nec aliquis ius publicũ remittere põt aliquibus cauoonibus, nec mutare antiquitus formã constitutã. ff. de admi. tuto. l. quidam decedẽs. & ideo Papa postea interpretatur statutũ. m̃ ius istud præscribi põt, vt quis teneat eligere de certo loco: vt hic patet, & j. de verbo. sig. l. abbate. & sic patet q̃ minus iustus titulus dat causam præscribendi: vt j. de emp. & ven. c. peruenit. ff. pro emp. l. qd̃ vulgo. ff. pro leg. l. pro legato. & l. vlti. & vere vr̃ iniustus, quia eps non põt tollere ius vnius ecclesiæ, & dare alteri. j. de re. eccle. non alie. c. 1. 3 Sed ex tali titulo potuit bona fide monasteriũ Karoseñ. p̃scribere, vt alij monachi eligerent de monasterio Karoseñ. & eps solũmodo concessit monasterio Karoseñ. qd̃ suũ erat. s. confirmationẽ electionis: & ita cessante pręscriptione solã cõfirmationẽ habẽt, vt probatur per interpretaoonem Papæ, vt j. patet. satis tñ credo q̃ in ipsa fundatione possit episcopus cum capitulo cõstituere de voluntate patroni, q̃ illa ecclesia esset alteri subiecta, & quòd clerici intitutendi semper eligerent sibi prælatum de maiori ecclesia. & quod dicit supra, q̃ episcopus non potest facere q̃ vna ecclesia eligat sibi prælatum de ecclesia alia, hoc intellige quando ecclesiæ sunt iã institutæ & dotatæ, & ab inuicem distinctæ & separatæ: quia illud esset contra ius commune. j. de exces. præla. c. ad hæc.

g ¶ *Electio.*] Hic sumitur electio æquiuoce 4 pro confirmatione & pro electione: vt j. patet. & hoc verum est si consuetudo non probetur. sed si probetur, proprie tenetur.

h ¶ *Interpres.*] ff. de leg. & const. prin. l. si de interpretatione. & infra de sepul. c. certificari. & tacito consensu per desuetudinem lex abrogatur. ff. de leg. l. de quibus. in fi.

¶ *Gl. seq. primo ponit quatuor qua non potest suspensus. secundo quærit. ponit duas opiniones. quæstionem declarat, & secundam opi. approbat.*

i ¶ *A suspensis.*] Suspensus enim non potest eligere nec eligi. vt hic, & j. de elect. c. cum inter R. seniorem. & j. de ęta. & qua. c. cũ bonæ. &

CASVS. Vacante monasterio Andreñ. electus fuit quidã monachus eiusdẽ monasterij Guil. nomine in abbatẽ: monachi Karoseñ. monasterij huic electioni se opponẽtes, dicebant electionẽ abbatis Andreñ. cœnobij de suo monasterio faciendã, pp qd̃ quæstio tam super electione prædicta, q̃ super iure eligendi abbatem delata est ad sed. Apos. In p̃sentia Papę opponebat dictus dñs G. monach⁹, q̃ tam de iure cõi q̃ de priuilegio speciali ad capitulum Andreñ. monasterij pertinebat electio. vnde petebat electionẽ de se factã cõfirmari. Procurator monasterij Karoseñ. proposuit ex aduerso, q̃ olim ad petitionẽ patronorũ monasterij Andreñ. fuit à diœc. epo constitutũ, vt si locus ipse in tm̃ cresceret vt abbas cõstitueretur ibidem, electio ipsi⁹ abbatis penes fratres eiusdẽ loci, & capitulũ Karoseñ. penderet: & obtentu huius statuti sic fuit longis tẽporibus obseruatum, ita q̃ monasterio Andreñ. vacãte, monachi eiusdẽ loci de gremio Karoseñ. monasterij sibi eligebant aliquẽ in abbatẽ. vnde cum electio ipsa fuerit ↄ prædictũ statutum & consuetudinem (quæ est optima legũ interpres) celebrata, merito cassari debebat, & mandari fratrib⁹ Andreñ. vt de cætero sibi eligãt abbatẽ de monasterio Karoseñ. Insup allegauit, q̃ electio ipsa facta erat de suspenso, & à suspensis: & ideo electio non tenebat: dñs Papa auditis hinc inde propositis: quia ei constitit q̃ electio facta fuit de suspensis, eã cassauit iustitia exigẽte, id est, cassam & irritã nunciauit. veruntñ q̃a prædictũ statutũ ita posset intelligi, q̃ per illud non derogetur iuri cõi nec priuilegio, hoc modo vt electio pertineat ad capitulũ Andreñ. & confirmatio ad capitulũ Karoseñ. mãdat Papa quibusdam, q̃ si monachi Karoseñ. talẽ consuetudinẽ probauerint, per quã iuri cõi præiudicetur: vt monachi Andreñ. elegerint sibi abbatẽ de monasterio Karoseñ. secundũ illam consuetudinẽ debeant iudicare electionẽ monasterij Andreñ. decętero faciendã: q̃ si talẽ consuetudinẽ non probauerint, adiudicent monachis Andreñ. ius eligendi abbatẽ, vt liberã habeant potestatẽ vel de gremio sui monasterij, vel aliunde eligendi sibi abbatẽ, præsentando ipsum Karoseñ. capitulo, vt si fuerit canonica electio per capitulũ Karoseñ. confirmetur. No. q̃ electio facta de suspenso non valet. Itẽ consuetudo interpretatur

¶ aliàs Morinen.

2 Et est simile quia iura ecclesiæ vacantis non habentis defensorem alienari nõ possunt, ipsa tamen ecclesia vniri vel donari põt. de reb. ecc. non alien. dum. lib. 6. clement. un. tit. si. vna ecclesia. & tacis quod dicitur infra de cas[illegible] la c. sop. gl. pe. Ioh. An.

3 Concor. tex. cum ibi no. in c. constitutus. de relig. dom.

4 Adde de æquiuocatione istius dictionis in l. 2. cum gl. ff. d. op. leg. melius de iure in c. cũ illis. in ver. electio. de præb. lib. 6.

suspenso etiam celebratam, eam iustitia cassauimus ᵃ exigente. Cæterum cum supradictum statutum ita sane posset intelligi, quòd per illud nec iuri communi ᵇ, nec priuilegio derogetur, vt videlicet ad sæpedictos fratres electio spectet abbatis, & ad Karofeñ. capitulum confirmatio: Mādamus quatenus si ex parte Karofeñ. cœnobij, talis fuerit consuetudo probata, quæ iuri communi præiudicet ᶜ, in hac parte vos secundum illam decernatis electionem Andreñ. abbatis decætero faciendam: alioquin Andreñ. monachis ius eligendi abbatē adiudicare curetis: vt sic decætero liberam habeāt facultatē, vel de gremio ecclesiæ suæ, vel etiā aliunde, per electionem canonicam eligendi personā idoneam in abbatem præsentandam Karofeñ. capitulo, vt ab eo (si fuerit canonica) cōfirmetur.

Hono. iij. Parisieñ. capitulo.

Capitulum sine episcopo statuta seu consuetudines nouas facere, vel antiquas immutare non potest.

CAP. IX.

CVm consuetudinis ᵈ vsusq; longæui non sit leuis auctoritas, & plerumque discordiam pariant nouitates: Auctoritate vobis præsentium inhibemus, ne absque episcopi vestri consensu ᵉ immutetis ecclesiæ vestræ constitutiones & consuetudines approbatas, vel nouas ᶠ etiam inducatis: Si quas forte fecistis, irritas decernentes.

Idem maiori & Burgeñ. de Rupella.

Non valet consuetudo per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum.

CAP. X.

EX parte vestra fuit propositum, quòd cum in patria vestra seruatæ sint hactenus duæ consuetudines abusiuæ, quòd si indigena ᵍ vel extraneus, prodigalitatis vitio ʰ, vel incu-

cum contra hoc eorum esset probatio[a] insufficiēs: eo quod singuli essent in suis testimoniis singulares†. Si vero per eorum depositiones, constiterit sæpe dictum archidiaconum extitisse à paucioribus nominatum, tunc[b] si fuerit sufficienter ostensum[c], quòd illum de gremio ecclesiæ secundum formam sibi traditam debebant eligere, in quem omnes vel maior & sanior pars capituli conueniret, vos electionē ipsius archidiaconi omnino cassetis[d]: alioquin quod de ipso factum est, ratum habentes, cōtradictores ab eius impetitione per censuram ecclesiasticam compescatis; præfatum B. præbenda Morin. ecclesiæ spoliantes, qui se ad hanc pœnam (si forsan in probatione deficeret) obligauit[e] †. Non obstante, quòd super ætatis defectu obiectum est contra illū, cum idē canonicus huic obiectioni non multum institerit, & super hoc à metropolitano fuerit iudicatum[f], cuius sententia in rem transijt iudicatam, cum infra decendium[g] non fuerit legitima prouocatione suspensa.

a *Probatio.*] Sed vr̄ ꝙ isti canonici debuerant audiri ad hoc probandum, quia talis negatiua, *Nos non consensimus*, potest probari. j. de probatio. tertio. & negatiua indirecte probari potest. j. de testibus. ex tenore. † De hac materia dictum est. s. eod. bone. Sed hic ideo non sunt admissi ad probandum, quia examinatio illa facta fuit secrete & sigillatim: vnde quilibet eorū esset singularis, quia nō posset directe nisi de se. sic j. de accusatio. cum dilecti. in fine: quia singularis testis non probat, sed si publice facta fuisset illa examinatio siue nominatio, tunc probari posset saltem indirecte: vt j. de probatio. cap. 3.

† Concor. l. 1. §. hoc interdictū. cū glo. 1. & ibi Bart. ff. de itinere act. pri. & in l. ex tenore. cū gl. interdi. iurisdict. de edu. aduer.

† Ad idem est tex. in l. stipulatio ista. §. alter. cū not. ff. de verbo. oblig.

b *Tunc.*] Audiatis quid vtraq; pars proposuerit ad probandum formam, secundum quam eligendi potestas tribus dicitur cōmissa fuisse, siue ꝯcessa, & si, &c. Hæc littera est in antiqua decretali. Ber.

Glossa sequens quærit, & soluit.

c *Ostensum.*] Qualiter cōpelluntur canonici probare formam traditam illis electoribus, & non archidiaconus? Hoc potest esse duabus de causis. Quarum prima est præsumptio, quæ multum faciebat pro eo, videlicet ꝙ iam erat electus & confirmatus. Secunda est: q2 ad hoc se obligauit ille, sicut patet in fine decretalis; vbi dicit ꝙ ad hanc pœnam se obligauit.

d *Cassetis.*] id est, nullam pronuncietis.

Glo. seq. ponit in prin. & fi. qua pœna olim, & quæ hodie. In medio ad notabile inducit tria similia, & signat contrarium.

e *Obligauit.*] Alioquin si se non obligasset, pœna esset in arbitrio iudicis, cum certa pœna hic statuta non sit. ff. de iure deli. l. 1. j. de accu. super his. & j. de offi. deleg. de causis. Sic habes hic ꝙ aliquis obligat se sub pœna beneficij sui. j. de falsa. c. vlti. Item obligatur aliquis sub pœna ordinis vel anathematis. 1. q. 7. quoties cordis. & de conse. distin. 2. ego Berengarius. Item & sub alia pœna pecuniaria. 23. dist. quamquam. & 25. q. 2. quæcunq;. & j. de arbit. dilecti. arg. ꝯ ꝙ sub pœna beneficij nō possit aliquis obligari. C. quæ res pig. ob. pos. spem eorum ꝑmiorum. Hodie vero certa pœna statuta est ꝯ illos qui se opponunt ꝯ electos, siue impugnant electionem. j. eod. c. 1. in concilio Lugdun. Innoc. iiij. [lib. 6.]

Obligatio potest fieri sub pœna beneficij.

Glo. seq. quærit & soluit, solutioni obijcit, & respondet.

f *Iudicatum.*] Sed nunquid obstabit alijs hæc sententia volētibus agere ꝯ electum? Sicut videmus circa crimina & populares actiones. j. de accusa. de his. & 23. q. 4. si illic. & ff. de procu. non cogendum. §. qui ita. ff. de popu. actio. l. 3. nec enim de delicto vnius hominis sæpe est quærendum. ff. nau. cau. stab. l. licet. Vr̄ tn̄ ꝙ illis solum qui præsentes fuerint, debeat præiudicari. 2. q. 5. habet hoc. & cap. Mennam. j. de accu. veniens. sicut est in ciuilibus actionibus. j. de fide instrumen. inter dilectos. ibi: res inter alios acta, &c. Ad hoc dicas, ꝙ absolutio in popularibus actionibus ꝑiudicat omnibus etiam absentibus, nisi in duobus casibus: Vnus est si quis suam iniuriam prosequitur, & probet se ignorasse accusationem ab alio institutam. ff. de accusat. si cui. §. 1. Secundus cum vult docere de collusione prioris accusatoris. ff. de præuari. l. 4. ff. de iureiuran. l. eum qui. §. in popularibus.

Gl. seq. notat quòd interlocutoria, &c. & remittit.

g *Infra decendium.*] Per hoc patet ꝙ interlocutoria sentētia transit in rem iudicatam, sicut & diffinitiua. j. de testi. significauerunt. non tn̄ quo ad hoc transit in rem etiam iudicatam, quin iudex etiam post decē dies possit reuocare. † j. de appel. cū cessante. ff. de re iud. quod iussit. de hoc dicet sup illa constitutione, cum cessante. j. de appel.

† Cap. si eo. tit. in 5. compilat.

† Alibi ponitur sequendum.

Idem episcopo Baiocen.

Si ex septem compromissarijs, tres eligunt quartum, & ille consentit, & est idoneus: confirmabitur electio.

CAP. XXXIII.

CVm† in iure peritus existas: & infra. Primus† tuæ cōsultationis articulus continebat, quòd cuiusdam ecclesiæ decano defuncto: eiusdem loci capitulū sub hac forma in septem ex ipsis canonicis compromisit: vt illum, quem ex se[h] †, vel alijs de gremio ipsius ecclesiæ omnes pariter, vel maior eorum pars nominaret, idem capitulum reciperet in decanum. Vnde cum vnus ex illis septem à tribus ipsorum: & alius qui non erat de numero eorundem, à tribus aliis in decanum fuerint nominati: requisisti vter eorum assumi debeat in decanum. Super quo taliter respondemus, quod is qui de numero septem à tribus eorū dignoscitur nominatus, iuxta compromissi tenorem, debet in decanum assumi†, dummodo electioni de se factæ cōsentiat[i], & aliquod canonicum non obsistat.

Cum in iure peritus.] Hoc c. legitur varijs modis: sed inhærendo verbis litteræ summatur vt in rubro. Vel aliter ſm intellectum intrinsecum. Si electio fit ex forma cōpromissi: electus consentiendo electioni de se factæ à media parte eligentiū, auget numerum, & electionem perficit. Et est casus singularis secundum istum intellectū. In prima ponitur decisum exordium notans quærentem. In secunda consultatio ex ꝯpromisso sup duplici electione facta. In tertia cōsultationis responsio, cum duplici determinatione. Secunda: ibi, *Primus tuæ consultationis*. Tertia: ibi, *Super quo.* Abbas Siculus.

† Hoc qui ad hoc ꝙ eligentes ꝙ appellatione interposita a definitiua sed pendente nō impediunt. vt hic, alias nou. vide de appella. c. vlt. lib. 6. tenn. And. in nouell.

† Vide l. plane. cū gl. in ver. potest. & quod cuiusl. vniu.

CASVS. Defuncto decano cuiusdā ecclesię, capl̄m eiusdē ecclesię compromisit in vij. canonicos eiusdē ecclesiæ sub hac forma, vt illū quē ex se vel alijs de gremio ipsius ecclesiæ oēs ipsi septē vel maior pars eligerent, capl̄m ipsum reciperet in decanū: tandē vnus ex illis septē electus fuit à tribus ipsorū, & alius qui non erat de numero illorum septē, à tribus alijs electus fuit in decanum: consultus Papa quis eorum esset potior? Rn̄det, ꝙ ille qui de numero septē à tribus illorum est electus, ſm formam cōpromissi debet in decanū assumi, dummodo electioni de se factę voluerit cōsentire, & aliqd̄ canonicum non obsistat. Ex hac decretali consueuit dici ꝙ ꝑsona electa auget numerum eligentium. ꝯtrium tn̄ verum est, ꝙ persona electi non cōputatur in numero eligentium. quod probatur j. eod. Cumana ecclesia. Item forma mandati est sequenda.

† Hoc tamen dicunt In. Io. And. in regula, in 10. de re. iu. & Panor. hic, ad hoc ꝙ electus consentiendo electioni de se factæ à media parte eligentium augeat numerum & electionem perficiat. adde Paulum Castren. consil. 210. lib. 2.

Glo. seq. ponit op. dicentium, quod compromissarij, & c. quam reprobat. Secunda pars recitetur per q. quid si vnus solus esset cōpromissarius, & soluit negatiue, ponit opinionem contrariam quam improbat.

h *Ex se vel alijs.*] Dicūt quidā ꝙ licet hoc non fuisset expressum: de iure tn̄ vnum de se eligere poterant; vt arg. 8. q. 1. in scripturis. ver. ecce mitte me, &c. ff. de tu. & cur. da. ab his. l. vbi absint. Sed hoc non credo: quis à seipso vr̄ electus, & hic tenuit electio ꝑp formam cōpromissi, vt dicit in fine iuxta cōpromissi tenorem, &c. sic j. de sorti. c. vlt. vbi de hoc. & hoc qđ dico optime probat lex. ff. de ꝯh. emp. & ven. l. licet. & l. si in emptione. in fi. Sed si vni tm̄ collata est potestas, non posset se eligere. j. de iu. pat. ꝑ nſas. j. de insti. cū ad nostram. & ff. de tut. & cura. da. l. ꝑtor. & 24. q. 1. didicimus: & quia nemo debet oriri à seipso. 8. q. 1. in scripturis. Dicunt quidā ꝙ si iurasset eligere meliorē, & ipse esset melior: tūc posset eligere se: sed tn̄ inconueniens esset & inhonestū ꝙ se eligeret. sic ambitiosus videretur, & ideo repellendus ꝑ illud c. in scripturis. potius debet renunciare tali potestati, & fatuus esset qui sic iuraret, si crederet se meliorem vt se eligat. Vel dic ꝙ tunc ipse intelligitur exceptus: quia in generali sermone persona loquens non comprehenditur. C. de sol. inquisitio. ff. de cond. & dem. l. qui hæredi. §. vlt.

An idem dum cui potestas eligendi possit eligere se ipsum.

Glo. seq. quærit. & dist. soluit. demum dicit c. correctum.

i *Consentiat.*] Quia si vult cōsentire, tunc persona sua computatur inter eligentes. arg. ff. quod cuiusq; vniuersitatis. l. plane. arg. ff. de adop.

† De hoc dicemus infra c. penul. de iureiur.

de adop.l.si consul.& sic quatuor intelliguntur: & ita maior pars capituli. Quid si consensit in alium? Rndeo. si consensus talis facit cum aliis maiorē partē, in se non potest postea consentire, nec mutare consilium in alterius p̄iudicium. ff. de reg. iur. l. nemo. Si vero consensit in talē in quem minor pars consensit: tūc potest mutare. qa talis consensus illi non prodest. Hodie nō cōnumerat̄ p̄sona electa inter eligētes. ꝟ. eo. Cumana. & c. quia pp. nec dicerem valere talem electionem si modo fieret: qa est electus à minori parte capli.

Extrauagāte Caringiæ

V *enerabilem.*] Electus in imperatorē à maiori parte illorū ad quos spectat electio, si fuerit idoneus, p Papam confirmabitur: vel potius approbabitur. Io. And. Diuiditur. nam in prima ponit reprehēsionem legati. In secūda: ibi, *Verum.* captādo beneuolentiam principum, ipsorū ius & potestatem declarat. In tertia: ibi, *Obiectionem.* rńdet ad id quod obijciebatur ꝫ legatum. In quarta: ibi, *Eorsigitur.* monet principes vt adhæreant Ottoni, & recedant à Philippo. & q hoc facere debeāt, probat quatuor rationibus. In quinta: ibi, *Nobilitatem.* hoc specialiter mandat duci in suprascriptione nominato. Ab. Sic.

Cap. 19. in 5. compilatione.

Casvs. Vt melius littera intelligatur, p̄notandū est, q Frideric⁹ imperator habuit duos filios, Henricū & Philippū. Mortuo Friderico successit ei Henricus eius filius in imperio. Hoc facto Henric⁹ imperator pcurauit q principes Alemaniæ eligerent in regē imperatorem pmouendū post mortē ipsius Henrici Fridericum filium illius Henrici imperatoris. Et sic fuit electus Philippus frater Henrici, & alij principes iurauerunt dicto Friderico fidelitatē tanq̄ regi: qui Fridericus postmodū promotus in imperatorem fuit depositus p Inno. iiij. in cōcilio Lugdun. postmodū vero mortuo Henrico imperatore fratre Philippi ac parte dicti Friderici, principes in discordia elegerunt. Quidā elegerunt Ottonē, quidam vero dictum Philippum fratrē Henrici. Cum ergo electiones istæ in discordia factæ fuissent, Papa misit quendā legatū in Alemaniā, vt alterā electionē p̄dictarū quā canonicā inuenisset cōfirmaret. Legatus vero diligēti examinatione p̄missa in dictis electionibus, electionē Ottonis confirmauit, electione alterius reprobata. pp qd principes illi, qui Philippū elegerāt, cōquerebant̄ de facto legati, & miserūt nūcios suos cū litteris suis ad Papā: & inter cætera principes hac obiectione vsi sūt, dicētes: Legat⁹ iste aut electoris aut cognitoris gessit p̄sonā, &c. ¶ *Hunc casum prosequitur Bernardus in modum sequentē.* Si electoris, falcem misit in messem alienā: qd facere non debuit. si cognitoris, absente altera parte pperā processit, cū citata non fuerit, & ideo nō debuit cōtumax reputari; scribit Papa sup hoc negotio duci Caringiæ, dicens q bene confitet̄ & recognoscit ius eligendi regē, in imperatorē postea pmouēdū ad principes ptinere, & de iure & antiqua consuetudine: quia sedes Apost. trāstulit imperiū Romanū nup à Græcis, in p̄sona magnifici Caroli ad Theutonicos; sed principes bene recognoscunt, q potestas examinandi p̄sonā electā spectat ad Papā qui eū inungit, cōsecrat, & coronat: quia illud regulariter verum est, q ad eū ptinet examinatio p̄sonæ, ad quē manus impositio spectat. nunquid enim si principes in discordia p̄sonā eligerent indignā, deberet Papa illū cōfirmare aut coronare? absit hoc oīno. His p̄missis Papa rńdet obiectioni principū, dicēs q legatus approbando & reprobando, nec electoris gessit p̄sonā: quia nec aliquem fecit eligi, nec elegit. nec cognitoris: quia quantū ad eligentes neutrius electionē confirmauit, nec etiam infirmauit, sed exercuit denūciatoris officium: quia p̄sonam Philippi reputauit indignā, personā vero Ottonis denunciauit idoneā ad imperium obtinendū, nō tam pp studia eligentium, quàm pp merita electorū, q̄uis maior pars illorū ad quos ptinet electio, consenserint in Ottonē: ex eo q electores Philip. alijs absentibus & cōtēptis ipsum eligere p̄sumpserūt, patet eos pperam processisse. Verū quia in electionibus plus nocet cōtēptus vnius q̄ multorum ꝫdictio in præsenti. His ergo p̄missis reputauit Papa Ottonē idoneum, & Philippum indignum ad imperiū obtinendū. cum enim vota principū in electione diuiduntur, post admonitionē & expectationem, pōt Papa alteri parti

s Hic tamen casus non est Bernardi. nec habetur in vetustis nec pluribus.

¶ Idem duci Caringiæ †.

¶ *Electio imperatoris spectat ad principes Germanos, tres prælatos, & quatuor laicos: & electio facta per eorum maiorem partē, cæteris nō contemptis, tenet. Et ad Papam pertinet electum examinare, approbare, & inungere, consecrare, & coronare, si est dignus; vel reijcere, si est indignus, vt quia sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatuus, & hæreticus, paganus, periurus, vel ecclesiæ persecutor. Et electoribus nolētibus eligere, Papa supplet. Et data paritate vocum eligentium, nec accedente maiori concordia, Papa potest gratificari cui vult. hoc dicit nos. iste text.*

CAP. XXXIIII.

VEnerabilem † : & infra. ¶ Inter cætera vero quidā principes, hac præcipue obiectione sunt vsi, dicentes, quòd Apostolicæ sedis legatus, aut electoris gessit, aut cognitoris^a personam. Si electoris, in messem^b alienam miserat falcem suam, & electioni se ingerens, principum derogauerat dignitati. Si cognitoris, absente altera^c partium videtur perperam processisse, cum citata non fuerit, & ideo non debuit contumax iudicari † : & infra. ¶ Verum illis principibus ius & potestatem eligendi regem, in imperatorem postmodum promouendum, recognoscimus (vt debemus) ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere; præsertim cū ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenerit, quæ Romanum imperium in personam magnifici Caroli^d à Græcis transtulit^e.

fauere, maxime postq̄ ab ipso inunctio & coronatio postulatur: & hoc p̄batur iure & exemplo. Iure, hoc modo: Nunquid si principes admoniti & expectati non potuerunt, vel noluerunt eligere aliquē, sedes Apost. carebit defensore? quasi dicat, non. exēplo, hoc modo: Sciunt enim principes, q cū Lotharius & Corrad⁹ in discordia fuissent electi, Papa Lotharium coronauit, & imperiū obtinuit coronat⁹, dicto Corrado tunc ad eius gratiā redeūte. Postea monet principes vt à Philippo reprobato recedant, & Ottoni adhæreant, nisi tunc demū qn ꝫ p̄sonam vel factū ipsius aliquid obiectū fuerit & probatum. His dictis ostēdit multa per quę electio Philippi nō teneret: licet Philippus esset ab oībus electus cōcorditer. hoc modo. impedimenta Philippi sunt notoria, excōicatio publica, piurium manifestum, & p̄secutio diuulgata, quam ipse & eius antecessores in Romanā ecclesiā & alias ecclesias exercuerunt. Nam ipse à p̄decessore nostro excōicationis vinculo innodatus, quod postmodū recognouit dum p eius nunciū absolutionis beneficium postulauit. Vnde patet q fuit excōicatus electus. Ipse vero ꝫ proprium iuramentum regnū sibi vsurpare p̄sumpsit, cum sup illo iuramento sedem Apost. primo consulere debuisset, nec pdest ad suam excusationē, si dicat q iuramentū illud fuisset illicitū: quia nihilominus sedem Apost. prius sup eo requirere debuit, anteq̄ ꝫ ipsum propria temeritate veniret, & hoc p̄bat exēplo Gabaonitarū qui cum à filiis Israel p fraudē surripuerunt iuramentum, ipsi tñ filij Israel cognita fraude ꝫ illud venire noluerunt, nisi prius consulerent dn̄m. vtrum dictū iuramentum sit licitū aut illicitū: & verū seruandū, sit aut nō seruandū nullus tamē mētis ignorat ad iudiciū Papæ ptinere. Præterea si Philippus imperiū obtineret, potestas principū deperiret in electione, & imperiū obtinēdi de cætero cæteris fiducia tolleret̄. si enim Philippus succederet Henrico fratri suo, sicut Henricus successit Friderico patri suo, videret̄ imperium non p electionē, sed potius p successionē procedere, & in p̄iudicium principū redūdaret si non nisi de domo Philippi ducis Sueuiæ videret̄ aliquis assumendus. Vltimo monet Papa istū ducē, vt oīno à Philippo recedat, non obstante iuramēto si qd ei fecit rōne regni: quia eo reprobato huiusmodi iuramētū obseruari nō debet. Not. q hic multa notabilia eliciunt̄. primū est q ius eligēdi regē, in imperatorē promouendū de iure cōi pertinet ad principes. Item ad eū ptinet examinatio ad quem ptinet confirmatio. Item ad officiū illius qui confirmat electū, etiā si nihil ei obijciatur, ptinet inquirere an sit idoneus. Item qńq; reprobat̄ electio potius pp personam electi indignam, quem pp eligētes. Item in electionibus plus nocet contemptus vnius, q̄ si multi præsentes ꝫdicant. Item iudex potest alteri parti fauere. Item publice excōicatus repellitur ab electione. Item periurium manifestum repellit aliquē à dignitate. Itē persecutores ecclesiarum ab ecclesiastico honore debent repelli: vt puniantur in quo peccauerunt. Item cum dubitatur an iuramentū sit licitum vel illicitum, recurrendum est ad sedē Apostolicam. Itē in honoribus non debet semp successio attendi. Item in fine not. q sublato principali, accessorium non tenet.

a ¶ *Cognitoris.*] In reprobando Philippū, & approbando Ottonē.

b ¶ *Messem.*] 6. q. 3. c. 1. & ꝟ. de parochi. c. nullus. Ber.

c ¶ *Absente altera.*] Quod non debuit fieri. ꝟ. de testibus. in nomine Domini. & 3. q. 9. quasi per totum.

d ¶ *Caroli.*] Cui etiam ius patriciatus siue dignitas collata est. 63. distin. Hadrianus.

¶ *Glossa sequens ponit historiam.*

e ¶ *Transtulit.*] Legitur in Chronicis, q cum ecclesia Romana opprimeret̄ ab Astulpho rege Lōbardorū, petijt auxiliū à Constantino & à Leone filio eius imperatoribus Constantinopolitanis: & cū nollēt patrocinari ecclesiæ Romanæ, Stephan⁹ Papa sedis natione Romanus, transtulit imperiū ad Carolum magnū, qui fuit filius Pipini, quē Zacharias p̄decessor eius substituerat Ludouico regi Francorū, quē deposuerat, de quo legitur 15. q. 6. alius. Et trāslatio illa facta est anno Dn̄i septingentesimo septuagesimo sexto. qui Carolus

Vide l. pperandū. §. sin autem. C. de iudi. & ibi Pe. & Cy. in l. consentaneū. p ∫ i. C. quom ce. do & quādo iud.

Imperium, quādo fuerit translatum.

in Germanos [a]. Sed & principes recognoscere debent, & vtique recognoscunt, sicut ijdem in nostra recognouere præsentia, quòd ius & auctoritas examinãdi personam electam in regem, & promouendam ad imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus, & coronamus. Est enim regulariter & generaliter obseruatum, vt ad eum examinatio [b] personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat. Nunquid enim si principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum [c] quemcunq;, vel excommunicatum, in regem, tyrannum, vel fatuum, hæreticum eligerent, aut paganum, nos inungere, consecrare ac coronare hominem huiusmodi deberemus? absit omnino. ¶ Obiectioni ergo principum respondentes asserimus, quòd legatus noster approbando regem, & reprobando ducem, nec electoris gessit personam, vtpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit: nec cognitoris, cum neutrius electionem quo ad factum eligentium [d] confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam. Exercuit autem denunciatoris officium: quia personam ducis eiusdem indignam, & personam regis denunciauit idoneam quo ad imperiũ obtinendum; non tam propter studia eligentium, quàm propter merita electorum: quamnis [e] plures ex illis, qui eligendi regem in imperatorem promouendum de iure ac † de consuetudine obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum regem; & ex eo quòd fautores ducis absentibus alijs & contemptis, ipsum eligere præsumpserunt, pateat eos perperam processisse: cum electioni plus contemptus vnius, quàm contradictio [f] multorum obsistat: & infra. ¶ Nos vtique non ducem, sed reliquum reputamus & nominamus regem iustitia exigente: & infra. ¶ Quòd autem cum in electione vota principum diuiduntur, post admonitionem & expectationem alteri partium fauere [g] possimus, maxime postquam à nobis vnctio, consecratio, & coronatio postulantur: iure patet, pariter & exemplo. Nunquid enim si principes admoniri & expectati, vel non potuerunt vel noluerunt in vnum propositum † conuenire, sedes Apostolica aduocato & defensore carebit [h]: eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam? Sciunt autem principes, quòd cum Lotharius [i] & Corradus in discordia fuissent electi: Romanus Pontifex Lotharium coronauit, & imperium obtinuit coronatus: eodem Corrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. ¶ Eos igitur duximus commonendos [k], vt à præfato duce, iusto quidem à nobis iudicio reprobato, recedãt: & præfato regi non abnuant adhærere: nisi † tunc demum contra personam vel factum, legitimum quid ab eis obiectũ fuerit & ostensum: & infra. ¶ Sunt enim notoria impedimenta ducis, scilicet excommunicatio publica [l], periurium [m] manifestum, & persecutio diuulgata, quam progenitores [n] eius & ipse præsumpserunt in Apostolicam sedem † & alias ecclesias exercere. fuit quoque à præd. nostro excommunicationis vinculo innodatus [o], quod postmodum recognouit, dum per nuncium suũ absolutionis beneficium postulauit [p]. vnde patet, quòd fuit excommunicatus electus [q]: & infra. ¶ Idem etiam contra proprium iuramentum [r], super quo nec consilium à sede Apostolica requisiuit, ambitio-

coronatus est à Leone Papa iij. elapsis post hoc quindecim annis.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*

Imperium ad quos est trãslatum.

a ¶ *In Germanos.*] Sic ergo regnum mũdi translatum est ad Theutonicos, nam ipsi habent regnum Romanæ ecclesiæ. de consecra. dist. 5. in die. Et sic patet ꝙ imperiũ non est apud Grecos, licet largo nomine appelletur imperator. j. de maio. & obed. solitæ. sicut & rex Schacorum dr̃ rex, qm̃ extra ecclesiam nõ est imperium. 24. q. 1. c. schisma. §. sed nec illud. est aũt imperator ille super oẽs reges. 7. q. 1. in apibus. & oẽs nationes sunt sub eo. 11. q. 1. §. sed si quis. in ver. volumus. 1 Ipse enim est princeps mundi & dñs. ff. ad legem Rho. de Iac. deprecatio. Et etiam Iudæi sub eo sunt. C. de Iudæ. l. Iudæi. & oẽs prouinciæ. 63. distin. Hadrianus. & oĩa sunt in potestate imperatoris. 8. dist. quo iure. & 23. q. 8. cõuenior. C. de quadrien. pscrip. bene à Zenone

1 Ad hic op. gl. cum ver. in l. qui leuãdæ. ff. ad legẽ Rhod. de iac.

b ¶ *Examinatio.*] 77. distin. qui est.

¶ *Glo. seq. recitetur per obiectionem.*

c ¶ *Sacrilegum.*] Not. ꝙ sacrilegiũ impedit promouendum. nam & familia sacrilegi repellitur à sacramentis ecclesiæ. 17. q. 4. miror. & ab alijs legitimis actibus. 3. q. 4. nulli.

ADDITIO. Et sacrilegium inter magna crimina cõnumeratur. 16. q. 3. quod autem.

d ¶ *Eligentium.*] Quia de meritis siue studijs eligentium non cognouit, sed de qualitate electorum pronunciauit.

e ¶ *Quamuis.*] id est, quia, vel proprie tenet. & qđ dicit s. non tam pp studia eligentium, &c. id est, non pp studium eligentium, sed pp merita electorum, personam ducis denunciauit indignã, & personam regis idoneam. sic s. de postu. c. 1. versic. fin. vnde bene sequitur, quamuis plures, &c. & sic non gessit cognitoris personã: quia retulit se tantum ad merita electorũ, non ad studia eligentium, quamuis potuerunt se referre: vt j. sequitur. vel possunt verba teneri proprie: &c, quamuis, ponitur pro quia, vt prædixi. sed superior littera, scilicet, cum neutrius electio, &c. videtur contraria.

† In codice Barbatiæ, ita: ac consuetudine antiqua obtinent, &c.

f ¶ *Contradictio.*] j. eod. bonæ.

¶ *Glo seq. obiicit, & soluit.*

g ¶ *Fauere.*] si fauet, ergo non debet esse iudex. 11. q. 3. quatuor. & c. seq. Sed dic ꝙ in dubio potest fauere cui vult. ff. de leg. 2. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de bo. auct. iud. pos. in venditione. §. vlti. ff. ad Syl. si quis in graui. §. si cum oẽs. Vel potest cogere partes ad cõcordiã. Instit. de satis. tu. sinantẽ. & j. de offi. deleg. c. suspicionis. §. ab ipso, & s. eod. cum inter R. tunc demum debet fauere, cum merita electorum & eligentium paria sunt. arg. j. de iure patronat. qm̃ in quibusdam. & 68. distin. si forte. vel cum potestas eligendi deuoluta est ad ipsum. s. eod. bonæ. circa fi.

h ¶ *Carebit.*] Aduocatus ecclesiæ non potest esse patronus ecclesiæ, sed comparatur tutori qui datur pupillo vt eum defendat à vexationibus aliorum, & appellatur honorarius, vel notitiæ gratia datus, vt alios contutores instruat. ff. de sol. quod si forte. §. sunt quidam. nec computatur talis tutela in numero trium tutelarum, sed ex causa honoris tantum. ff. de rit. nupt. si quis tutor. §. quid ergo.

† In codice Barbatiæ ita: Nos vtique nõ Philippum Ducem, sed ipsum O. reputamus, &c.

¶ *Gl. seq. arguit, allegat 1. & duo iura in contrariũ.*

i ¶ *Lotharius.*] Hoc est exemplum de quo præmisit, scilicet iure patet pariter & exemplo, & ita ab exemplo principum est argumentandum. Instit. de iure natu. §. sed & quod principi. argu. contra. C. de senten. & interlo. om. iud. nemo. & s. eo. cum in cunctis.

† In aliquot vetustis legitur propositũ. aliàs, tamen non potuerunt, vel noluerunt conuenire. sed qualitercũque legatur, idẽ manet sensus.

k ¶ *Commonendos.*] scilicet per nuncios suos.

l ¶ *Publica.*] Not. ꝙ excommunicatio debet esse publica, ad hoc vt aliquis repellatur à prosecutione iuris sui. 2 j. de except. exceptionẽ. & c. pia. [lib. 6.] cũ suis concordan. vnde quicquid interim faciat quisq; ad ipsum perueniat, excõicatio tenet & valet. j. de cleri. excommu. mini. Apostolicæ. & j. de re iudic. ad probandum.

2 Facit tex. cũ nota in c. placet. Clementinarum. de sent. & re iud. exceptionẽ. c. cũ glo. ff. de excep.

† In quibusdam vetustis, tamen adde, tunc demũ, cum contra personam, &c.

m ¶ *Periurium.*] Qñq; piurium non repellit. j. de iureiu. sicut nostris. Sed intellige ibi periuriũ, id est, temerarium iuramẽtũ. Periuri enim non solum non debent promoueri ad honores, immo si promoti sunt, debent repelli. j. de iureiur. querelam. 3 Infames enim sunt: vt ibi not. j. de fideiuss. peruenit. in fine.

† Alias deest vox, sedẽ

3 Concor. tex. in l. quoniam. in versi. priuatos. C. de dig. lib. 12. & l. testibus. §. lege Iulia. in gl. impuberes. ff. de testibus.

n ¶ *Progenitores.*] In filijs enim paterni criminis exẽpla metuuntur. 6. q. 1. c. quæro. §. verũ. & in l. illa, si qs cũ militib. Vnde illud: Sæpe solet similis filius esse pr̃i.

o ¶ *Innodatus.*] Propter inuasionẽ & deuastationẽ patrimonij B. Petri dũ in Tuscia moraret.

p ¶ *Postulauit.*] Not. hic eo ipso ꝙ quis petit absolui, per cõsequẽs se confitetur excommunicatum.

ADDITIO. Nisi ad cautelam fiat: quia bonarum mentium, &c. 4. dist. ad eius vero concubitum.

q ¶ *Electus.*] Vnde ipso iure nulla fuit electio. j. de appel. cõstitutis. & s. eod. cum inter R. & s. de consue. cum dilectus.

r ¶ *Iuramentum.*] Quod fecerat Friderico 4 regi Siciliæ nepoti suo tãquam imperatori futuro: dum adhuc Henricus imperator frater eius dicti pueri pater, viueret.

4 Iste fuit ille q post eũ depositus fuit p Innocentium de re iudi. ad Apostolicæ. lib. 6. Ioan. An. in no.

¶ *Glossa sequens obiicit, & soluit.*

a ¶ *Illicitum.*

a ¶ *Illicitum.*] quia fuit de successione viuentis. C. de pac. l. pactū. tū hic voluntas accessit viuentis. vnde vī tenere. C. eod. l. vlti. sed illa loquitur in hæreditaria successione quæ in imperio locū habere non potest, nec etiam in beneficiis ecclesiasticis locum habet. j. de concess. præben. nulla. j. de deci. ad hæc. & j. de iure patr. consuluit. Bernar.

¶ *Glo. seq. recitetur per obiectio. §. vlti. &c.*

b ¶ *Venire.*] tali modo sicut fecit, scilicet vsurpando regnum. nā aliàs cum fuerit illicitū, propria auctoritate potuit venire ȝ nō obediendo illi tanq̄ regi, aut imperatori. 22. q. 4. c. si quis præuentus. § ecce. Ber. ‡ Nec capectari debuit superioris auctoritas. ff. de condi. insti. quę sub conditione. §. vlti. quia quod necessario destruendū est, non est necessaria superioris auctoritas in destructione illius. ff. de lega. 3. fideicommissa. §. si quis illicite. ‡ Sed si esset dubiū an valeret, tunc adiri debet superior: aliàs aūt semper seruandum est iuramentum dūmodo sine interitu salutis æternæ seruari possit. j. de iureiur. si vero. si sponte sit pstitum, & sine dolo. j. de iureiuran. cum contingat. Ber.

c ¶ *Gabaonitæ.*] Hanc historiam habes 22. q. 4. c. inter cætera. §. sed cum his. & c. innocēs.

d ¶ *Ex successione.*] Tres successiones continuæ videnť iura successionis inducere, immo duæ: q2 binus actus inducit cōsuetudinem. arg. 25. q. 2. ita nos. & C. de episcopali audien. nemo.

e ¶ *De domo.*] Immo de alia tribu eligi debet. 8. q. 1. Moyses.

¶ *Glo. seq. ver. fortificat, secundo argum, alleg. 4. cura.*

f ¶ *Obseruari.*] Etiam si ei iā coronato iurasset post reprobationem legitimā ei non teneretur in aliquo ratione iuramenti. 15. q. 6. alius. & j. de transla. quanto. circa fi. Item arg. q2 destructo principali & accessorium. s. eod. qualiter. C. de vsur. l. eos. & C. deposi. si deposita pecunia. & ff. de rei vend. l. & ex diuerso. & de no. ope. nun. l. 2.

[Side notes:] Illicitū lacīt... potuit tunc superioris auctoritate. — ‡ Consentit in illicitis. §. 1. ff. de obli. p̄ā. — Iosue. 9. — ‡ Valet legatū conditionis ex adiectio, ex quo illud dicitur necesse est Io. And.

nis vitio regnum sibi vsurpare præsumpsit; cum super illo iuramento prius Romana ecclesia consuli debuisset. Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si iuramentum illud dicatur illicitum [a], cum nihilominus super eo nos prius cōsulere debuisset, quàm contra ipsum propria temeritate venire [b]: illo præsertim exemplo, quòd cum Gabaonitæ [c] à filiis Israel per fraudem surripuerint iuramentum, ipsi tamen cognita fraude contra illud venire temere noluerunt. Vtrum vero dictum iuramentum sit licitum vel illicitum, & ideo seruandū, an non seruandum extiterit, nemo sanæ mentis ignorat, ad nostrum iudiciū pertinere: & infra. ¶ Insuper si prædictus dux imperium obtineret, libertas principum in electione periret, & imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur: nam si prout olim frater dicti ducis patri eorum, sic dux ipse fratri suo succederet, videretur imperiū non ex electione, sed ex successione [d] deberi: & in præiudicium principum redundaret, si non nisi de domo [e] ducis prædicti videretur aliquis ad imperiū assumendus: & infra. ¶ Nobilitatem ergo tuam monentes, per Apostolica scripta mādamus, quatenus à præfato duce recedas omnino, non obstante iuramento si quod ei ratione regni fecisti, cum (eo quātum ad obtinendum imperium reprobato) iuramentum huiusmodi non debeat obseruari [f].

C ¶ *Oram.*] In prima ponitur decisa narratio. In secunda prouisio: ibi, *Si vero.* Et pone casum q2 celebratis duabus electionibus in discordia, Papa commisit illas decidendas prout de iure fuerit: & si contingeret vtranque cassari, Papa mandauit electionem celebrari de nouo prout habetur in littera. Abbas Siculus.

CASVS. In quadam ecclesia duæ electiones fuerunt celebratæ, causa super his electionibus fuit delata ad sedem Apost. sed quia non potuit constare dn̄o Papæ de meritis illarum electionum, mādat quibusdam vt si electio vtriusq; partis cassata fuerit, vocatis fratribus qui sunt in prouincia, qd̄ maiori & saniori parti illorum placuerit, faciant p censuram ecclesiasticā firmiter obseruari. Nota q2 vbi electio debet celebrari, ibi oēs canonici de ecclesia, qui sunt in prouincia, sunt vocandi. Item qui sunt in prouincia dnr̄ psentes. Itē inuiolabiliter obseruari debet quod fit à maiori & saniori parte.

¶ *Glo. seq. not. illos & solos vocandos, &c. remotos & deteriores.*

g ¶ *In prouincia.*] Hic vī expressum, q2 oēs illi & soli qui sunt in prouincia, vocandi sunt ad electionem. & p hoc vī sic intelligendum, si sunt in prouincia. j. eod. quia pp. De hac materia not. 7. q. 1. factus est. & qd̄ dicit, in prouincia, sic est intelligendum, si sunt in prouincia ita propinqui q2 commode sint vocandi: quia si prouincia esset multū lata & longa, non debent vocari: quia periculū est in mora. j. eod. cum inter vniuersas. & eodē modo si esset extra prouinciam, & propinquus tunc vocandus esset. j. eod. c. proxim. vbi fuit vocatus qui extra prouinciam erat. Regium enim & Cremona diuersarum sunt prouinciarum. Et ita nec dico vocandos omnes de prouincia, nisi qui cōmode possunt vocari, nisi consuetudo sit q2 oēs vocentur. j. eod. in Genesi. nec dico q2 tantum de prouincia sunt vocandi per capitulum sequēs: In talibus enim vocationibus potius statur consuetudini, vt absentes vocentur iuxta consuetudinem vniuscuiusque ecclesiæ: & hæc consuetudo erat q2 oēs de prouincia vocarentur: vt est j. eo. in Genesi. Bernar.

[Side note:] Absentes i remoto loco nō vocandi ad electionē.

¶ Idem.

¶ *Absentes ad electionem de prouincia sunt vocandi: & confirmatur electio maioris & sanioris partis.*

CAP. XXXV.

Coram † dilecto filio tituli sanctæ Pudentianæ † presbytero Cardinali: & infra. ¶ Si vero vtriusque partis fuerit cassata electio, vos (fratribus omnibus qui fuerint in prouincia [g] conuocatis) quod maiori & saniori parti eorum super prædictis videritis cōplacere, per censuram ecclesiasticam faciatis firmiter obseruari.

¶ Idem Parmen. episcopo, & eius coniudicibus.

¶ *Cassatur electio partis maioris facta contempta minori parte, etiam si est vnus solus, non tamen ius eligendi deuoluitur ad minorem. h. d. secundum intellectum communem.*

CAP. XXXVI.

ij Bonæ † memoriæ S. Cremonen. ep̄o in extremis agente, cum de conualescentia ipsius desperaretur, Cremon. capitulum H. canonicum suum Regii disciplinis scholasticis insistentem, ad certum terminum in vigilia Pentecostes, pro futuri electione pontificis citari fecerunt: & infra. ¶ Constituto † autē dicto H. pro sua electione, & dilecto filio nostro I. pro electione archipresbyteri coram nobis: electionem ab ipso H. post electionē archipresbyteri non cassatam, licet de viro multæ litteraturæ, honestæ vitæ, & claræ famæ, nō

ADDITIO. Et licet quidā (vt Pet. de Sam. qui hoc not. j. eod. Cumana. & Ægi.) dixerint non valere consuetudinem quòd absentes nō vocētur, licet valeat de quàm remoto loco vocentur: tu dic ȝ vt dixi. j. de præben. cum in ecclesiis. lib. 6. in gl. pen. Ioan. And.

ij Bonæ memoriæ.] In prima ponit decisa facti narratio. In secū da diffinitio: ibi, *Constituto*. In qua duo facit. primo cassat electionē secundam, exprimens quare. secundo: ibi, *Electionem.* cassat etiam primam: exprimens quare, & ponēs antipophorani. Abb. Siculus.

CASVS. Episcopo Cremon. in extremis agente, cum desperaretur de vita ipsius, capitulum ipsius ecclesiæ citauit quendam canonicū suū in ciuitate Regio in studio cōmorantem, vt ad certum terminū veniret pro electione futuri pastoris facienda: dicto canonico non veniēte ad terminum sibi pfixum, elapso termino, & ep̄o viam vniuersæ carnis ingresso, anteq̄ corpus sepulturæ traderetur, absente pdicto canonico capl̄m contulit potestatem eligendi quibusdā canonicis ecclesiæ suæ. & ipsi canonici post mortem ep̄i, & ante sepulturam cœperunt tractare de electione pastoris, & quidem ex illis maior pars conuenerunt in archipresbyterum ipsius ecclesiæ, & alij in archidia. suum. eo vero sepulto minor pars consensit maiori, & sic dictus archipresbyter post sepulturā ab oībus est electus, cui electioni dictus archid. & capl̄m consenserunt. postmodum vero superuenit dictus canonicus, asserens se fuisse contemptum, pp qd̄ (vt dicebat) electio non valebat. Vnde credens potestatē eligendi ad se esse deuolutā, pdictum archid. elegit. Vnde pp electiones istas dictus canonicus pro se, & q̄dam alius H. noīe pro archid. ad sedem Apost. accesserūt. Papa vero de meritis illarum electionū cognito, electionē archid. celebratā post electionē archipresbyteri nō cassatā cassauit: q2 nō debuit H. canonicus pcedere ad electionē secundam ante cassationē prioris, in pœna interdicēs dicto H. canonico vocē ȝdictionis, in primo cōsensu capl̄o pdurante, & similiter electioné archipresbyteri iustitia exigente cassauit, tū quia corpe dicti ep̄i nondum tradito sepulturę habuerunt de ista electione tractatū ȝ canonicas sanctiones: tum q2 dictus H. canonicus cōtem-

[Side notes:] ¶ Cap. 1 eo. tit. in 4. cōpilatione. — ¶ Hic perperam in omnibus legis Pudentianæ, cū nullus vnquā fuerit talis titulus. & vi. de notis huius loci. — ¶ Cap. 1 eo. tit. in 4. cōpilatione. — ¶ In manuscriptis, itas constituto autem dilecto filio H. pro sua. & dilecto filio N. pro electione. &c.

peus fuit, licet vnus solus fuerit: quia in talibus plus nocet contẽptus vnius quàm multorũ cõdictio in pñsenti. nec valuit pdicta citatio: quia cũ mortẽ epi pueniit, nõ potuit arcere citatũ. Not. ꝙ secũda electio nõ est facienda prima non cassata. Itẽ vnius solius contẽptus põt cassare electionẽ. Item epo defuncto nondũ sepulto non debet fieri electio. Item citatio nõ legitime facta non tenet.

¶ Glo. seq. obijcit, & sol. & in additione partim solutionem corrigit.

a ¶ *Expectare.*]Sed nonne electio quæ fit contemptis illis qui debent interesse, ipso iure est irrita, vt ſ. eod. ꝙ sicut. & c. venerabilem. & j. de arbi. cũ olim. & 63. dist. obeũtibus. ergo ea non obstante potest attentari secũda electio. j. de appel. constitutis. cum enim à iure sit reprobata talis electio, nõ est necesse iudicẽ adire p ea cassanda. ff. de cõdi. insti. l. quæ sub conditione. §. vlt. Præterea cũ vniuersitas delinquit in eligendo, electio debet deuolui ad eũ qui nõ deliquit. ſ. eo. bonæ. & ſ. de postula. bonæ. Dico ꝙ electio archipresbyteri nõ fuit nulla ipso iure, sed potius annullanda, & ideo debuit expectari cassatio superioris anteq̃ processus fieret ad secũdã. vnde & si vnus habuisset ius eligẽdi, deliquit in hoc ꝙ voluit simul esse actor & iudex in pmissę electionis. j. de concel. pb. post electionem in parte decisa. & licet illi deliquerũt in eligẽdo, non tñ illud ius deuoluit ad vnũ. & hoc fm Io. q dicit ꝙ vnus non cõstituit vniuersitatẽ, & inducit i arg. hoc ca. & 65. dist. si forte. & ff. de leg. 1. si grege. licet ius vniuersitatis dicatur stare in vno. ff. qd cuiusq; vniuer. sicut. in fin. p quã l. nos dicimus cõ: & si iste non elegisset, poterat post cassationẽ eligere si hoc postulasset: & hoc innuit littera ista cum dicit ibi, nostrũ debuit expectare iudiciũ anteq̃ procederetur ad secundam. Et si electio prima nulla fuisset ipso iure: quia electus esset indignus: tunc ipse solus potuisset. ſ. eo. bonæ. & ſ. de postu. gratũ. & j. eo. scriptũ est. sed hæc non fuit nulla, immo ipse poterat eã cõfirmare si consensisset. ſ. c. ꝙ sicut. Io. dixit ꝙ non deuoluit ius eligendi ad alios: nisi qñ eligit psona ineligibilis. j. eod. scriptum. in fi. & ſ. de postu. gratũ. & ſ. eo. bonæ memoriæ. Sed die qñ electio nõ est nulla ipso iure, videlicet vbi aliquis est contẽptus: tunc nõ ipso iure, sed p sñiam ius eligendi debet deuolui ad alios, vel si nõ seruat forma illius constitutionis. j. eo. quia pp. tunc similiter sunt priuãdi per sententiam: vt j. eo. quia pp. & c. Cumana. An ius vniuersitatis remaneat in vno, dictũ fuit ſ. de postu. gratũ. & ibi recurrendũ est. Qñq; tñ electio est irrita ipso iure, & tñ impedit secundam. j. eo. auditis. nec tunc eligendi ius deuoluitur ad alios. Vnde secunda electio ibi non tenuit, vt ibi notat in fi. vltimæ notulæ: quia eligẽtes non sunt ipso iure priuati. Et qd dixi a ꝙ vbi aliquis est contẽptus non ipso iure, sed p sñiam ius eligendi debet ad contẽptũ deuolui: intelligo p sñiam Papæ tñ. arg. istius litteræ, cũ de priori nostrũ deberet expectari iudiciũ anteq̃ procedatur ad secundam. Vbi enim certa pœna statuta est, alia non est imponenda, 3 nisi p eum qui habet potestatis plenitudinem: qd satis innuit hæc littera. sufficit enim vt cassetur electio, vbi quis prosequitur contẽptũ suũ. Ber.

¶ *Glo. seq. vocitetur per obiectionem, & solutionem.*

b ¶ *Tractatum.*] Not. ꝙ cassat electio de qua est habitus tractatus ante sepulturã mortui. 79. dist. nullus a. Sed pp hoc solũ nõ fuisset cassata, sed assumit hic Papa quasi non cãm vt cãm, sed contẽptus fuit causa cassationis. nam mortuo viro soluta est vxor à lege matrimonij: vt j. de secũ. nup. c. vlt. & pen. & 7. q. 1. sicut alteri' vxor. Ber.

† Alias, licet nõ de priori dictum.

† postulare

† Cũ tamẽ nemo sibi ius dicere debeat. C. ne qs in sua causa. l. vna. vnde vi. si ꝙs in ciui. si. qd met. causa. en. et pdictũ & de vi pnna. l. creditores. infra de rõ cessione pb. post electionẽ. ad si qd me. cau. ca. vlt. 2. q. 1. in primis. 16. q. 6. placuit.

† Cap. 3. est in 4. cõpilatione.

† Lexoniesñ.

† Lexouiesñ.

3 Hoc qd sequit fuit additio, in qua glossator cauet contrarij qd dixeras. Io. And.

† Text. est in l. fine C. ff. de car. edic. & in l. 1. in fi ff. ad munic. pa. legem.

tamen sine multa temeritate præsumptam, cum † de priori nostrum deberet expectare a iudicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam; in pœnam interdicentes eidem contradictionis vocem, in primo consensu capitulo permanente. ¶ Electionem autem archipresbyteri (quamuis laudabile testimonium perhibeatur de ipso) iustitia exigẽte cassauimus: tum quia corpore dicti episcopi nõdum tradito sepulturæ, habuerunt de ipsa electione tractatum b contra canonicas sanctiones: tum quia inuentus est H. fuisse contemptus, licet vnus solus extiterit; cum plus in talibus consueuerit contemptus vnius obesse, quàm multorum c contradictio in præsenti. Nec prædicta d debet dici citatio valuisse, quia cum episcopi mortem præuenerint, temeraria nimis extitit: & ideo non potuit arcere † citatum.

¶ Idem.

¶ *Non monachus in prælatum regularem eligi non potest.*

CAP. XXXVII.

CVm † ad nostram notitiã peruenisset, quod H. qui se pro abbate Lexouieñ. † gerebat, non fuit ante monachus e quàm electus: nos attendentes quod contra regulares traditiones illud † fuerat attentarũ: cum nullam spem f vel promissionem habens, vt abbas fiat, debeat monachari: electionem de ipso factam curauimus irritare g.

¶ Idem magistro C. presbytero Cardinali sedis Apostolicæ legato.

¶ *In abbatem eligi non potest nisi instructus in regula monachali.*

CAP. XXXVIII.

OFficij † tul: & infra. Sane nobis tuis litteris intimasti, quòd cum monasterium quoddam positum in medio nationis peruersæ, pastore careret, monachi de electione abbatis tractantes, cum non possent sui ordinis idoneam inuenire personam, in quendam virum nobilem oculos direxerunt, per quem poterant melius defensari: & patrem adierunt ipsius humiliter postulantes, quòd filium suum induceret, vt habitum susciperet monachalem: nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuẽtes: & pater ad hoc induxit filium prouidum & discretum: qui effectus monachus, fuit † in abbatem electus: cuius electio extitit per rectorẽ Messañ. Apostolicæ sedis legatum, qui omnibus prædictis

e ¶ *Multorum.*] ſ. eod. ꝙ sicut. & c. venerabilem.

¶ *Glo. seq. 4. gut, & remittit.*

d ¶ *Nec prædicta.*]Rñsio tacitæ quæstionis. Diceret aliquis dño Papæ: ille H. fuit citatus: & ille rñdit: citatio nõ fuit legitima. Et sic est arg. ꝙ si aliquis citetur non legitime, si aliquid fiat cõ absentem, nõ valet. 4 Generale enim est ꝙ ad citationẽ quæ reprobat à iure, non tenet venire citatus etiã vt alleget priuilegium. de hoc not. p Ioan. 3. q. 2. si eps. & j. de do. & contu. dilectus. vbi de hoc.

CVm ad nostram.]Primo ponit factum. Secũdo illud cassat: ibi, *Nos,* Abb.

CASVS. Quidam simul; factus fuit monachus & abbas, cũ prius debuerit esse monach' q̃ abbas. perueniit hoc ad notitiam dñi Papæ, Papa vidẽs ꝙ cõ regulares traditiones fuerit attentatũ, electionẽ de facto factã cassauit: quia null' debet monachari spem habens vel pmissionem ꝙ fiat abbas. Not. ꝙ sola spes vel pmissio simoniam inducit: & ideo ille qui sic monachatur vel eligit, de iure est repellendus. Item nota ꝙ quis prius debet monachari q̃ in abbatem assumi.

¶ *Glo. seq. alleg. duas cõcor. signat vnũ contrariũ, & sol. ponit dictum cui signat contrarium.*

e ¶ *Monachus.*] Hic habes expresse, ꝙ cleric' secularis non potest eligi in abbatem. ad idem facit ſ. eo. cũ causam. & j. eo. cum in magistrũ. arg. cõ. 16. q. 1. pñsbyteros. Sed non est cõ: quia illi presbyteri erant monachi, & ita poterãt eligi in abbates, & sic soluitur cõrium. Et sunt monachi melioris cõditionis q̃ clerici quia clerici eos eligunt ad sua officia. 58. dist. c. 1. & 2. & 18. q. 1. c. 2. vbi est hoc expressum, sed ipsi non eligunt clericos ad suas dignitates. arg. cõ. 18. q. 1. omnes. & 2. q. 7. sicut sacerdotes.

ADDITIO. Et hoc ideo: quia quilibet monachus clericus est, sed non conuertitur; propterea quilibet monachus in clericali officio videtur instructus, sed clericus secularis non in monachali.

f ¶ *Nullam spem.*] principalem. 8. q. 1. sunt in ecclesia. sed secundario licitum est alicui sperare honores ecclesiasticos. 61. dist. quid proderit. & 59. dist. n. si officia. 74. dist. consuluit. & verba ista habes 16. q. 7. per laicos.

g ¶ *Irritare.*]id est irritam nunciare. j. eo. c. proxi.

OFficij tui.]Communis diuisio. Secunda: ibi, *Nos autem.* Ab. Sic.

CASVS. Vacante quodam monasterio posito in medio nationis peruersæ, monachi cum nõ possent sui ordinis psonam idoneam inuenire, p quam monasterium posset gubernari, in quendã nobilem & discretum oculos extenderunt p quem poterãt melius defensari. Vnde accesserunt ad patrem ipsius humiliter postulãtes ab ipso, vt filiũ suũ induceret, quaten' habitũ susciperet monachalem, nullã spem patri dantes de ipsius pmotione. & pater ad hoc filium suũ induxit: q monachus factus statim in abbatẽ est electus: cuius electio cõfirmata fuit p rectorẽ Messanũ legatũ Apostolicæ sedis. mortuo illo rectore q cõfirmauit suã electionẽ, successit sibi qdã alius legatus Apost. sedis, q dubitauit an talis electio valuerit. cũ dict' paratus sit se purgare, ꝙ ad hoc fuit nulla ambitione inductus, petens à Papa vtrũ dictus electionẽ potuit cõfirmare, vel dispẽsare cũ ipso, & si electio illa sit cassanda, an iterũ possit eligi in abbatẽ? Rñdet Papa ꝙ ex his quæ incõtinẽti sunt acta, ostẽdit ꝙ talis taliter eligi nõ potuit i abbatẽ: & ideo Papa electionẽ illã decreuit irritam & inanem, quia prius voluit esse magister q̃ discipulus: sed postq̃ fuerit in regula cõpetenter instructus, si necessitas & vtilitas mona-

4 Text. est in l. vir bonum. ff. sol. & in l. si pater. C. de stat. defunctorũ.

† In codice Barbatiæ, ita. illud fuerat attentatum.

† Cap. 4. est in 4. cõpilat.

† Hic in quibusdã vulgatis habetur dictio, statim, quæ deest in manuscriptis, tum in aliis emendationibus.

monasterij postulauerit, poterit in abbatem assumi, ne monasteriũ opprimatur incursibus malignorum: prius tñ ab ipso purgatione recepta. Nota q ex his quæ incontinenti fiunt, psumitur contra aliquem. Item prius debet esse quis discipulus quàm magister: vt in præcedenti capitulo dicebatur.

¶ *Glo. seq. continuat textum. alleg. 4. iura, secundo obijcit et soluit, tertio quæris, arguit pro, & soluit cõtra, quarto quærit obijciendo, & soluit.*

Casus. Sumitur in illo versu, *Sane quoniam archieps Turon. &c.* Sic ergo pone casum. Eboraceñ. ecclesia subest Rothomageñ. ecclesię, & ecclesia Andegauensis subest Turoñ. archiepisco. Eboraceñ. electus & confirmatus postulatus fuit ad ecclesia Andegaueñ. quẽ Turoñ. archiepisco. transtulit propria auctoritate ad ecclesia Andegaueñ. & ipsum in epm consecrauit, & absoluit eũ Rothomageñ. archieps ab ecclesia Ebora. hæc omnia facta fuerunt sine licentia dñi Papæ. Papa hoc audiens mandauit archiepõ Bituricensi, vt si res taliter se haberet, suspenderet archiepm à confirmatione, & consecratione epõrum, & suspenderet epm illum ab executione officij pontificalis. super quo archieps veritatẽ inquirens, mandatũ Apostolicũ adimpleuit, licet ijdem archiepiscopi tamquã maiores, plus excesserant in præmissis, eps vero prætatus errorem illorũ secutus minus deliquerit, Papa intellecta illorũ confessione spõtanea, pepercit eisdem: quia non ex malitia, sed ex simplicitate peccauerunt. & eps ille qui minus peccauerat, plus tñ fuerat punitus, misericordiam postulans non iudiciũ: Papa intelligens q̃ munus consecrationis sibi impensum, nec prioris ecclesiæ, nec secundæ ipsum fecerit epm, cum ad primã non fuerit consecratus, ad secundam vero primo vinculo perdurante non potuerit consecrari, absoluit eum à suspensione prędicta, & à vinculo quo tenebatur priori ecclesiæ, dans ei licentiam transeundi ad ecclesiam Andegaueñ. capitulo in priori consensu adhuc durante. hoc est factum qđ contingit occasione huius negotij pręmittuntur pręcedentia, per quæ pbat, q̃ archiepiscopi non potuerunt quod facere præsumpserũt. Dicit ergo Papa, q̃ inter corporalia & spiritualia illa est differentia, corporalia enim facilius destruuntur quàm cõstruantur: spiritualia vero facilius construuntur quàm destruantur: quia episcopus solus honorem dare põt, sed solus auferre nõ potest. Item epi à metropolitanis suis cõsecrantur, sed damnari non possunt nisi à Papa. Item probat secundo, q̃ Archiepi non poterant illi episcopo dare licentiam transeundi ad aliam ecclesiam: hoc modo: spirituale vinculum dignius est q̃ carnale

Et ita credere oportet, Anacletus Papa epistola omnibus episcopis missa cap. 1. Burchardus li. 1. decreti, cap. 1.

Electus in archiepiscopum, & confirmatus, quid in eo exercere possit.

differentiam, quòd corporalia facilius a destruuntur quàm construantur: spiritualia b vero facilius construuntur quàm destruantur c. Vnde iuxta canonicas sanctiones, episcopus solus d honorem dare potest, solus auferre non potest. Episcopi quoque à metropolitanis e suis munus consecrationis accipiunt, qui tamen non possunt nisi per Romanum Pontificem f condemnari. Cum ergo fortius g sit spirituale vinculum quàm carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter episcopum & ecclesiam, suo tantum iudicio reseruauerit dissoluendum, qui dissolutionem † etiam carnalis coniugii, quod est inter virum & fœminam, suo tantum iudicio reseruauit, præcipiens, vt quos Deus coniunxit homo non separet h. Non enim i humana sed potius diuina k potestate coniugium spirituale dissoluitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse vicarium l Iesu Christi) episcopus ab ecclesia remouetur: & ideo tria hæc quæ præmisimus, non tam constitutione canonica, quàm institutione diuina soli sunt Romano Pontifici reseruata †.

¶ Sicut enim episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis suam non debet ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus m: cū non debeat in dubium reuocari, quin post electionem & confirmationem canonicā, inter personas eligentium & electi, coniugium sit spirituale cōtractum: cui n profecto episcopalis dignitas nihil addit o: cū quis episcopali præditus dignitate, nullius p tamen ecclesiæ possit esse episcopus, quemadmodum de illo contingit, qui oneri pontificali renunciat, non honori q. Vnde cum non sit maius vinculum episcopi ad ecclesiam †, quàm electi, maxime cum fuerit confirmatus †, immo idem penitus & nō aliud, idem iuris r obtinet in vtroque. Sicut ergo episcoporum translatio, depositio, & cessio: sic & electorum s post t cōfirmationem (spiritualis ratione coniugii) soli est Romano Pontifici reseruata. licet vsque ad tempora ista, quod cautum fuerat de episcopis, expressum non fuerat de electis: propter expressam tamen similitudinem v, vel identitatem potius nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti: cum de similibus idem iudicium sit habendum. ¶ Sed neque x illud, quod in canone legitur de

carnale: sed Dñs dissolutionē carnalis matrimonij suo tantum iudicio reseruauit dissoluendū, qđ est inter virum & vxorē. ergo multo fortius reseruauit dissolutionem matrimonij spiritualis, qđ est inter epm & ecclesiā. postea rñdet tacitæ quæstioni: diceret aliquis dñe Papæ, multū frequenter transferuntur episcopi de vna ecclesia ad aliam, & deponuntur & renunciant; & ipse rñdet: Istud non fit humano iudicio, immo potestate diuina & auctoritate Romani Pontifi. qui est vicarius Iesu Christi. & ideo illa tria, scilicet translatio, depositio, cessio, siue renunciatio soli Romano Ponti. sūt reseruata. Tertio pbat rñdendo tacitæ quæstioni, q idē est in electo confirmato qđ dictū est de epo consecrato. sicut enim eps consecratus sine licentia Romani Ponti. ecclesiam suam relinquere non potest, sic & electus cōfirmatus, q a post electionem & confirmationē inter personas eligentiū & electi spirituale coniugiū est 9tctū: cui cōiugio epalis dignitas nil addit: quia aliquis bene potest esse eps, & nullius ecclesiæ eps erit: sicut contingit in illo qui renunciat loco, & non dignitati. vnde cū idem sit vinculū epi ad ecclesiā, & electi maxime cōfirmati, idē iuris obtinet i vtroque. Sicut ergo translatio epōrū, depositio, & cessio, sic & electorum post confirmationē soli sunt Romano Ponti. reseruata: quāuis vsque ad ipa ista qđ tantum fuerat de epis, non fuerat expressū de electis, pp similitudinē tñ vel potius idētitatē nulli poterat videri dubiū. & de similib⁹ idē debet esse iudiciū. Vlnmo rñdet tacitę qōni, quæ posset fieri p canonē vbi caoet de electiōe, vt si vltra sex menses ecclesiā retinuerit viduatā, nec ibi occ alibi donū consecrationis accipiat, immo cedat iudicio sui metropolitani: per qđ decretum videbatur q archiepi prędicti bene fecissent. Rñdet Papa, q non obstat decretū illud, q aliter intelligentibus q̄ diximus, decretum suffragari non pōt: quia ecclesia non intelligitur viduata, quia sponsum oon habeat, sed q a quędā sunt quę non potest facere, cū nōndum sit consecratus. & qđ sequitur à canone iudicio metropolitani cedat, illud fuit statutū ad pœnam, vnde non debet trahi ad gratiā, vt sicut deiicit pp suā negligentiam à metropolitano, ita possit ab eodē ad aliā ecclesiam transferri, quia & illud auctoritate canonis dr̃ fieri qui per canonē illud concessit archiepiscopis. Vnde qđ dixit de cessione, poterat dicere de trāslatione, si fieri hoc voluisset: quia intelligitur prohibitū qđ non est aliquo iure expressum. Not. q idem est iudicium de electo & confirmato sicut de episcopo consecrato. Item de similibus, simile est iudicium. Itē ecclesia illa dicitur viduata, quę inutilē habet epm. Item pœna non debet trahi ad gratiam. Itē qđ non est expressum aliquando, intelligitur prohibitum.

¶ Glo. seq. ponit duo exempla.

a ¶ Facilius.] Hoc est generale, nam & peculiū facilius reuocatur q̄ constituatur. ff. de pecu. l. non statim. § & possessio facilius amittitur (quia solo animo) q̄ acquiratur: quia ibi necessarius est actus corporalis. ff. de acquir. posses. l. possiden. §. in amittenda.

¶ Glo. seq. obiicit & soluit.

b ¶ Spiritualia.] Tamen spiritualia nisi legaliter conseruentur, de facili destruūtur. 40. dist. c. sicut. sed illud intelligas quo ad destructionem virtutum, quod fit per peccatum. vnde dicitur qui peccat in vno factus est omnium reus. ĩ. de re iudi. desiderat. & quod dicā hic, referas ad sacramenta huiusmodi, scilicet ordinationes, consecrationes & depositiones, & consimilia, &c.

c ¶ Destruantur.] Vnde lex dicit q difficilior est dissolutio matrimonij quàm coniunctio. C. de repu. l. consensu. in prin.

d ¶ Solus.] 15. q. 7. cap. vlt.

e ¶ A metropolitanis.] 64. distin. cap. 1. 2. & 3.

f ¶ Rom. Pont.] vt 3. q. 6. c. quāuis dudum. & ĩ. c. proximo.

¶ Glo. seq. recitetur per obiec. & solutionem.

g ¶ Fortius.] i. dignius, quoniā carnale in veritate fortius est, quia dissolui oon potest, etiam si interueniat cōsensus Papæ, & ipsorum coniugum, immo manent coniuges separatim, scilicet pp fornicationē. 32. q. 7. c. 1. & 2. & ĩ. de iureiu. c. tua nos. & durat vsque ad mortem. 7. q. 1. sicut alterius. ĩ. de sepul. c. de vxore. nisi in casu ante carnalē copulam. ĩ. de conuer. coniu. c. ex publico. spirituale vero cōiugium in multis dissoluitur casibus, translatione, renunciatione, & depositione auctoritate Papę: vt ĩ. c. proxi. & ideo minus est forte, sed dignius.

h ¶ Non separet.] 33. q. 2. an quod in subditis. & c. quos Deus.

i ¶ Non enim.] Responsio tacitæ quæstionis. Diceret aliquis, quotidie dissoluuntur. & ipse rñdet, non enim, &c.

k ¶ Diuina.] Et sic qđ fit auctoritate Papæ, dr̃ fieri auctoritate Dei: & est verum si iusta causa hoc faciat. 23. q. 1. quodcunque. & q. 3. c. si qs non recto iudicio.

l ¶ Vicarium.] & tñ successorem piscatoris. 24. q. 1. quoniam vetus. & epa dr̃ etiā vicarius Christi. 33. q. 5. c. mulierem. & a successores sunt episcopi aliorum Apostolorum. 68. dist. c. quorum vices.

m ¶ Confirmatus.] Ergo ante coofirmationem potest: quod verum est. adhuc tamen habet tenue ius, cum posset repelli per exceptionem. ĩ. de accu. super his.

n ¶ Cui.] Scilicet coniugio spirituali.

o ¶ Nihil addit.] Consummatur tamen in consecratione illud matrimonium. ĩ. eod. c. licet.

p ¶ Nullius.] Ergo non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. C. de proba. l. neque natales. & C. vnde cognati. l. non hoc. & ĩ. de resti. spo. cap. cum ad sedem. in fi. arg. ĩ. de testi. c. cum tu. & 38. dist. c. quę in ipsis.

q ¶ Non honori.] ĩ. de ord. ab episcopo qui renun. epi. c. 1.

r ¶ Idem iuris.] Quia de similibus simile debet esse iudicium. ĩ. de ele. c. dudum. similis enim equitaos ratio similia iura suadere debet. C. ad leg. Fal. l. vlti. ĩ. de confir. vti. vel inuti. cū dilecta.

s ¶ Sic & electorū.] Quod dictū erat de epis, prorogatur ad electos cōfirmatos: sicut quod dr̃ de vxore, prorogatur ad spōsam. ff. de iure dot. l. si spōsa. ff. de fun. dota. l. lex iulia. C. de bo. q lib. l. non fine. in fi. ĩ. de iure. iur. c. quēadmodū. arg. C. q po. in pig. ha. l. vlt. in fine.

t ¶ Post.] Ergo ante confirmationem potest.

¶ Glo seq. arg. in contrarium, alleg. duo iura.

v ¶ Similitudinem.] Arg. q de similibus, simile debet esse iudiciū. argu. ĩ. 28. q. 1. sic enim. versi. perinde. & 27. q. 1. nuptiarum. circa medium.

x ¶ Neque illud.] Hic respondet tacitæ quæstioni, quæ posset fieri p cap. 100. dist. quoniam quidē. quia ibi dr̃ q ecclesia quæ habet electum confirmatum, appellatur vidua, & alle cedit iudicio metropolitani, & hic dicit q non potest sine licētia Papæ, Papa rñdet huic obiectioni

† Vide Dominicū Sotum in 4. Sentent. distin. 27. q. 1. art. 4.

Matth. cap. 19.

† Vide c. quāuis. de ele. lib. 6. & ca. vt debitus. infra de appel. c. ad finem.

† Cōstituit peculiū verbo & readimitur verbo maturi Ioan. And.

† Alias sut quo ad ecclesiam.

† Vide tex. in prima cō stitu. C. & in l. Sicut & l. Papa. ff. de manu. testamē.

† Anaclet⁹ Papa in epistola omnibus episcopis missa. c. 18. refert Burchard⁹ lib. 1. decretorū c. 2.

obiectioni, quia non vr vidua nisi quo ad quædā. Itē neq; obstat illud qđ de cessione subsequitur: quia illud statutū fuit ad pœnam, &c.

a ❡ *Sex menses.*] Melius diceret si vltra quinque: quia de quinq; mensibus dr̄ in canone illo, cuius sententia hic ponitur.

b ❡ *Ad quedam.*] illa, scilicet quæ ministerium consecrationis desiderant. ĭ. de electione c. transmissam.

c ❡ *Inutilem.*] In aliis etiam mortuus reputatur. probat etiā de pœnit. distin. 3. c. facilius. §. hoc idem probat. & c. scindite. & qui inhabilis est ad agendū, nullus dicitur. ff. quod cuiusq; vni. l. 1. §. penult. & ff. qui satisdar. coga. l. 4. & vlti. & ff. ad Vell. l. quamuis. §. si conuenerit.

d ❡ *Ad gratiā.*] Argumen. ff. de exce. rei iu. l. euidēter. pœna enim non debet tribuere alicui imunitatē. ff. de interdict. & releg. relegatorum. §. vltimo. & l. sequen. nec econuerso gratia debet trahi ad pœna. C. de legi. quod fauore. & quod prouisum est ad cōcordiam, trahi non debet ad noxam. 45. distin. licet.

❡ visum

❡ De hoc communi vsu loquendi vide l. liberorū. §. quod tamē ... assins ... leg. ... & ... delanst ... §. alinam mo lendinariam. ff. de fun. instru. legato.

e ❡ *Auctoritate Romani Pontificis,*] scilicet generali.

f ❡ *Superstitiosis.*] 2. q. 5. consuluisti. & quod Apostolus non definit, nec nos definire debemus. 31. quæstione. 1. qđ si dormierit.

❡ *Glo seq. arg. allegat ĭ. iura, in contrarium alleg. 7. & vnam soluit. vnę transferis. In fine soluit distinguendo.*

g ❡ *Nō inuenitur.*] Arg. quod non est concessū intelligitur prohibitū. ff. de colleg. illi. l. 1. in princip. ff. de do. filius. & 18. qō. 2. hoc tantū. & 9. q. 3. cōquestus. 32. distin. de illo clerico. & 55. dist. si euāgelica. ff. quod cuiusque vni. nulli. ff. de postulan. l. 1. §. ait pretor. regula ista locum habet in iudiciis stricti iuris: quia quicquid adstringendæ obligatiōis causa dictū est, nisi id verbis exprimatur, omissum intelligit. ff. de verborū obligatio. quicquid. & in arbitris id locum habet ĭ. de arbit. cum dilect. ff. de arbit. si cum dies. §. plenū. & l. quid tñ in fin. & in prin. ĭ. de deci. ad audientiā. & ĭ. eod. licet. & ĭ. de priuileg. si de terra. secus est in iudiciis bonæ fidei. Hic sumitur 𝔷rium arg. omnia concessa intelliguntur quę non sunt expresse prohibita, & habet locum in iudiciis bonę fidei, prout sequitur, quia ibi omnia intelliguntur venire in iudiciū, nisi expresse prohibeantur. ĭ de causa possessio. cap. cum ecclesia. & ff. de iud. l. solem. ff. depos. l. Lucius. secus in beneficiis, quæ latissime sunt interpretanda. ĭ. de verb. signifi. olim. & ĭ. de don. cum dilectus. in fi. & secus in absolutionibus. ĭ. de sen. excommu. nuper. Arg. 𝔷 q illa, scilicet intelliguntur cōcessa, quę expresse non inueniuntur prohibita. 30. q. 3. illud. & q. 4. qui spiritualem. & 16. quæstio. prima sunt nonnulli. & ff. de procura. mutus. §. 1. & c. 5. dist. ad eius. & ff. de testa. l. 1. & 38. q. 1. iam nunc. in verbo illo; & hoc non vetat Dominus. super hoc consueuit dici: vbi constitutio pmulgata fuit, affirmatiue intelligit cōcessum, nisi reperiatur prohibitū. patet exemplū 31. q. 1. Deus masculū. & c. seq. qđ si dormierit. Si vero negatiue fuerit expresse pmulgata, semper intelligitur prohibitum, maxime vbi fuerat eadem ratio, nisi inueniatur concessum. exemplū patet 23. quæstio. 5. si non licet. nam cuncta licerent nisi iura vetarent.

Concessū intelligitur qđ expresse non prohibetur.

electo, vt si vltra sex menses[a] per suam negligentiam retinuerit ecclesiam viduatam, nec ibi nec alibi donum consecrationis accipiat, immo metropolitani sui cedat iudicio, aliter intelligentibus poterat suffragari: cum non intelligatur ecclesia viduata, quasi sponsum non habeat, sed quia sponsus eius nondum sit consecratus: adhuc quo ad quædam[b] quasi viri maneat solatio destituta; sicut iuxta communem modū † loquendi † illa dicitur ecclesia viduata, quæ licet episcopū habeat, inutilem[c] tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, & statutum fuit ad pœnam, trahi debet ad gratiā[d]: vt sicut metropolitani iudicio electus deiicitur, ita etiam ad aliam ecclesiam possit trāsferri; præsertim cum nec sine auctoritate[e] Romani pōtificis fiat cessio vel deiectio memorata: qui vt hæc possent, ex illo canone metropolitanis indulsit: Vnde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse: & quod non est sanctorum patrum decreto sancitum, superstitiosis[f] non est adinuentionibus præsumendum: præsertim cum nonnunquam intelligatur prohibitum, quod non inuenitur[g] concessum. ❡ Sane quoniam Turoñ. archiepiscopus, electum Abriceñ. per metropolitanum suum confirmatum, in ecclesiam vestram præter auctoritatem sedis Apostolicæ transferre præsumpsit, & in episcopum consecrare, quem Rothomagensis archiepiscopus citra mandatum nostrum absoluit, & ei licentiam tribuit transeundi: prædictos archiepiscopos à consecratione & confirmatione pontificum, episcopum vero ab executione pontificalis officii Bituricensis archiepiscopus iuxta mandati nostri tenorem suspendit. Et quamuis iidem archiepiscopi tamquā[h] maiores plus excesserint in præmissis †, præfatus vero episcopus minus (vt pote illorum tamquam maiorum errorem secutus) nos tamen intellecta eorum confessione spontanea, & supplicatione deuota, veniam errori dedimus, quia non ex malignitate, sed ex simplicitate[i] peccauerunt †. Et quoniam præfatus episcopus, qui minus peccauerat, seuerius fuerat castigatus, reatum suum recognoscens humiliter & deuote, ac misericordiam postulans, & iudicium non requirens: Nos intuentes, quòd licet sibi munus consecrationis impensum, nec prioris ecclesię ipsum pontificem fecerit, nec secundæ: cum ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam (priori vinculo perdurante[k]) non potuerit[l] canonice consecrari, adhuc coniugaliter alteri alligatus, ei tam a vinculo prioris ecclesiæ, quàm à pœna suspensionis penitus absoluto, de benignitate sedis Apostolicæ duximus concedendum, vt priori consensu hactenus perdurante, Andegaueñ. ecclesiam studeat gubernare.

❡ Idem episcopo & Petro scholastico Maguntineñ.

❡ *Episcopus qui propria auctoritate de sua ecclesia se transfert ad aliam, carebit vtraque.*

CAP. III.

QVāto † psonā Hildesemeñ. epi: & infra. Ipse vero relicta[m] Hildesemeñ. ecclesia

h ❡ *Tamquam maiores.*] 40. distin. homo Christian⁹. & ff. de re milit. omne. §. qui manus. iuxta illud. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

❡ Hoc dictum verum est in his q nō sunt suo genere mala, nam quę suo genere mala sunt, vt mentiri, etiā si p ... re non vitarent, adhuc tamen nullo pacto licet.

i ❡ *Ex simplicitate.*] Simplicitati enim parcendum est. 86. dist. tanta nequitia. & ĭ. de rer. per mut. cū vniuersorū.[a] vbi plures concordantiæ sunt ad hoc.

❡ Videl. in presbyteris. C. de epi. & cle. & ff. de pe... l. ... §. ... ille ...

k ❡ *Perdurante.*] i. si adhuc durāt in suo cōsensu. simile 63. dis. quāto. & ĭ. de elect. c. bonæ memoriæ. Cremoneñ. & qđ hic dicit, de gratia solummodo dr̄, quia ille debuit vtraque priuari: sed quia ex simplicitate hoc cōtingit, pepcit illi. simile ĭ. de rer. permu. c. cū vniuersorum. & capitulū qđ ipsum recepit, priuari debuit ea vice eligēdi potestate, si Papa eū repulisset, vel cū eo nō dispēsasset. ĭ. eo. c. proxi.

a Concor. l. 1 ff. ... & ff. de ... spec. ... ...

❡ Videl. l. ... §. fin. ff. de libe. ca... & ... in ... pi. C. leg. Fla. de plagia.

❡ *Glo. seq. alleg. quatuor concor. & vnum contrarium.*

l ❡ *Non potuerit.*] Et ita quod voluit nō potuit, & quod potuit noluit. ĭ. de off. deleg. c. cū super. & C. si quis sibi vel alieni. l. multum & C. de iure do. l. si genero. & ff. de hæred. institut. l. quoties. Arg. contra. C. de institut. sub condi. fac. l. si testamētum.

QVanto.] Primo narrat factum, secundo aggrauat: ibi, *Non attendens*. Tertio punit ibi, *Ne autem*. Io. A.

CASVS. Episcop⁹ Hildesemeñ. à sede Apost. indulgentiam obtinuit sub hac forma, vt si ad maiorem dignitatē forsitan vocaretur, eā sibi liceret assumere, dummodo ei nihil obsisteret de canonicis institutis. Ipse de hac indulgentia confisus, vocatus ad Herbipoleñ. ecclesiam, ad eam propria temeritate transiuit, non attendens quòd in euangelio dr̄: Quos Deus coniunxit, homo non separet. potestatem transferendi pontifices Dominus sibi reseruauit, ita qđ soli beato Petro vicario suo, & successoribus suis suo priuilegio præbuit & concessit. non enim homo, sed Deus separat quos Roman. pont. (qui vicem veri Dei gerit in terris) auctoritate diuina dissoluit. ne ergo facti peruersitas transeat præsumptoribus in exemplū, qđ non pōt non esse notorium, præcepit illi episcopo vt administrationē illius ecclesiæ penitus derelinquat. & quia canonici vota sua prorsus illicite contulerunt in episcopū, vt in eo puniantur in quo peccauerūt, ipsos eligendi potestate hac vice suspensos denunciat. quia vero Hildesemeñ. ecclesiā improbe dereliquit, pcipit ei Papa ne vlterius ad ipsam reuertatur, & careat propria: nec illis præsideat quos per superbiam spreuit, nec illis quos per auaritiam concupiuit.

❡ Cap. 3. ... ĭ. ... placuerit.

m ❡ *Relicta.*] Hoc cap. & cap. sequēs. & illud cap. ĭ. de mai. & obe. c. humi-

c. humilis. & de cleric. exc. mini. c. illud. de eadẽ materia loquunt.
a ¶Coniunxit.] 33. quæst. 2. c. quos Deus. & c. an quod. & 30. quæstio. 1. cap. ad limina.
b ¶Antiquitas.] Sic 25. q. 1. ꝫ statuta. & 9. q. 3. c. ꝯquestus. & antiquitas venerãda est. 2. q. 6. c. anteriorum. §. illud. & ff. de iure immu. l. semper. mos enim retinendus est fidelissimæ vestutatis. C. de testamen. l. testamenta.
c ¶Reuerentiam.] tamquam iuri scripto. 9. distin. ecclesiasticarũ. & c. catholica. & ĩ. d cau. pos. c. cum ecclesia.
d ¶Puri hominis.] veri tñ hoĩs, q etiã aliquid est secundum ꝙ homo. ĩ. de hæreti. c. cũ Christus. & est verus Deus & verus homo. ĩ. de sum. tri. & fide cat. c. 1.
e ¶Veri Dei vicem.] Vnde dr̃ habere cæleste arbitriũ. C. de sum. tri. l. 1. in fi. & ideo etiã naturam rerũ immutat, substantialia vnius rei applicando alij. arg. C. communia de le. l. 2. & de nullo põt aliquid facere. C. de rei vxo. act. l. vnica. in prin. & de conse. dist. 2. reuera. & sententiã quę nulla est, facit aliquã. 3. q. 6. hęc quippe. quia in his q̃ vult, ei est pro ratione voluntas. Insti. de iure natu. §. sed quod principi. nec est qui ei dicat, cur ita facis. de poe. distin. 3. §. ex psona. alias est c. quãuis. ipse enim potest ĩ. ina dispensare. ĩ. de conces. præ. c. proposuit. Idem de iniustitia potest facere iustitiã corrigendo iura de mutao. du. ĩ. de appellati. c. vt debitus. & ĩ. de consang. & affi. c. non debet. & plenitudinẽ obtinet potestatis. 2. q. 6. c. decreto.
f ¶Exemplum.] quia facilitas veniæ prębet incentiuum. & c. 23. q. 4. est iniusta. & si ea quæ male vsurpantur omittimus, excessus viã aliis aperimus. 35. quæst. 9. loci. & 93. distin. peruenit. & C. de indi. vi. l. 2. in fin. propagantur enim vitium nisi per coertionem disciplinæ subsequatur correctio. 21. q. 2. c. placuit. in fin.
g ¶Notorium.] Notorium est quod transiuit, a sed qđ sine licentia transiuit non est notorium. simile ĩ. de cleri. excom. min. c. illud.
h ¶Illicite.] Ipsum recipiendo sine licentia Papæ. sic ĩ. tit. proxi. bonæ. 1. non postulando.

Matth. 19

ad Herbipoleñ. ecclesiam auctoritate se propria transtulit: ¶Non attendens quod veritas in euangelio protestatur: Quos Deus coniunxit a, homo non separet. Potestatem transferendi Pontifices, ita sibi retinuit Domin' & magister, quòd soli beato Petro vicario suo, & per ipsum successoribus suis, speciali priuilegio tribuit †& concessit: sicut testatur antiquitas b, cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam c exhibendam, & euidenter asserunt sacrorum canonum sanctiones. Nõ enim homo, sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis d, sed veri Dei vicem e gerit in terris) ecclesiarum necessitate vel vtilitate pensata, non humana, sed diuina potius auctoritate dissoluit: & infra. ¶Ne autem facti peruersitas transeat præsumptoribus in exemplum f † (quod quidem si verum est, non potest non esse notorium g) sibi præcipimus, vt administrationem Herbipoleñ. ecclesiæ penitus derelinquat: & infra. ¶Cæterum quoniam Herbipoleñ. ecclesiæ canonici, vota sua in ipsum prorsus illicite h contulerunt, volentes (sicut dignum est) vt in eo puniantur in quo peccauerunt i, eligendi eos hac vice suspendimus k potestate: & infra. ¶Quia vero Hildesemeñ. ecclesiam, cui fuerat alligatus, vnde secundum Apostolum solutionem quærere non debebat l, nimis improbe dereliquit: ne ad ipsam redeat vlterius, districtius prohibemus:

CASVS. De pdicto negotio adhuc scribit Papa in capitulo isto: sicut vinculum matrimonij quod est inter virum & vxorem, homo dissoluere nequit, de quo dr̃ in euangelio: Quos Deus coniunxit, homo non separet: sic vinculũ istud qđ est inter epm & ecclesiam, sine illius auctoritate dissolui non debet, qui est vicarius Iesu Christi. hoc nõ confiderauit Hildesemeñ. eps q ppria auctoritate ad Herbipoleñ. ecclesiã trãsiuit. & illa indulgentia quã super hoc se habere proponit, nõ excusat psumptionẽ illius, in qua dr̃ ꝙ si ad maiorem dignitatem vocaretur, eã sibi liceret assumere, dummodo nihil obstaret de canonicis institutis. Vnde licet videretur aliquibus ꝙ si ad maiorem dignitatem vocaretur, eam liceret sibi assumere: ad parem tñ sibi transire non licuit: cũ in maiori dignitate pp maiorem vtilitatẽ facilius soleat dispensari. Preterea postulatio sicut electio examinari debet diligenter: qđ quidem in eadem indulgentia reseruabatur dum dixit: dũmodo nihil obstaret de canonicis institutis. vnde antequã postulatio p Papã examinata fuisset, debuit nulla ratione transire in proximo. Not. ꝙ eps sine licentia Papæ ad aliã ecclesiã transire non debet. quod si fecerit, pdere debet vtrãque. Item canonici qui ipsum auctoritate propria recipiunt, ea vice eligendi potestate sunt priuati. Itẽ punitur quis in eo in quo peccauit. Item nota in c. licet. similitudinem inter matrimonium spirituale & carnale. Item facilius dispensatur cum aliquo vt ad maiorẽ transeat dignitatẽ, quàm ad parem vel minorem: propter maiorẽ vtilitatem. Item & postulatio & persona postulata debet examinari.

¶Leo Papa primus epistola 82. c. 2. adde concilium Sardicense c. 1. vbi cauetur ne quis de vno episcopatu ad alium transferatur.

cum secũdum † traditiones canonicas m qui ad maiorem n se plebem transtulerit, à cathedra repelli debeat aliena, & carere propria: vt nec illis præsideat, quos per superbiam spreuit; nec illis, quos per auaritiam concupiuit.

¶Idem Branbur. † episcopo & scholastico Maguntineñ.

¶Branburgen. ¶Bambergen.

¶Solùs Papa transfert episcopos: & indulgentia per eum super tali translatione concessa, ad litteram seruãda est.

CAP IIII.

Licet † in tantum o: & infra. ¶Sicut legitimi matrimonij vinculum, quód est inter virum & vxorem, homo dissoluere nequit, Domino dicente in euangelio: Quos Deus coniunxit, homo non separet: sic & spirituale fœdus coniugii, quod est inter episcopum & ecclesiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum, sine illius auctoritate solui non potest, qui successor est Petri, & vicarius Iesu Christi. ¶Hoc autem C. quondam Hildesemeñ. episcopus non attendens, ad Herbipoleñ. ecclesiam propria temeritate transiuit: & infra: ¶Nec † illa prædecessoris nostri indulgentia, præsumptionem excusat ipsius, sed ambitionem accusat, cum in ea sit expressum, quòd si ad maiorem p vocaretur forsitan dignitatem, eam sibi liceret assumere, dum tamen nihil ei de statutis canonicis obuiaret. vnde licet forsi-

¶Cap. 4. e. tit. in 1. cõpilatione.

Matth. 19

¶In codice Barbatiana: Nec illa prędecessoris nostri indulgentia, quam impetrasse se refert, psumptionẽ, &c.

ADDITIO. Dupliciter põt intelligi, i. nõ peccauerũt in eo ꝙ postularunt, sed ꝙ recipiunt. vel peccarunt quia nõ postulauerũt, sed elegerunt. primũ placet Hostien. p decre. seq. secundũ Goff. Io. An.
i ¶In quo peccauerunt.] Sic ĩ. c. proxi. ĩ. de temp. ordi. c. litteras. & ĩ. de offi. deleg. c. cum olim.
¶Glo. seq. alleg. concor. signat contrarium, & soluit.
k ¶Suspendimus.] per sententiam, & sic nõ ipso iure. sic ĩ. de elect. c. Cumana. in fi. Sic arg. ĩ. ĩ. tit. proxi. bonæ. vbi vr̃ ꝙ ipso iure sunt priuati. & ideo expone, suspendimus, id est, suspensos denũciamus.
l ¶Debebat.] Sua auctoritate, immo in ea vocatione in qua vocatus erat, debuit secundum Apostolũ permanere: vt 21. q. 1. clericus.
m ¶Canonicas.] 7. q. 1. si quis episcopus.
n ¶Maiorem.] Maxime, quia idem si ad parem vel minorẽ. Bernar.
Licet in tantum.] Primo ponit dictum. Secundo recitat factũ. Tertio rñdet cuidã obiectioni. Scda: ibi, *Hoc aut.* Tertia: ibi, *Nec illa.*
o ¶Licet in tantũ.] Secundũ ꝙ verba ista sonare vident, colligit ꝙ qs possit habere principiũ matrimonij sine medio & sine fine. Sed ꝯdicit Ambrosius 1 dicẽs ꝙ sacramentũ matrimonij aut plenũ est, aut nullũ: q a matrimoniũ res est indiuidua & simplex, sicut & carnale matrimoniũ, qđ est coniunctio maris & fœminę indiuiduã vitæ retinens ꝯsuetudinẽ. ĩ. de psump. c. illud. & 27. q. 2. §. 1. & Instit. de pat. po. §. 2. Rñ. ista verba psit referri ad solemnitatẽ potius q̃ ad substantiã matrimonij. Vel dicas ꝙ p tãto dr̃ initiatũ: q a post electionẽ ab ea nõ psit recedere electores. ĩ. de elec. c. cũ inter canonicos. immo hodie etiã ante electionẽ publicato tñ scrutinio variare nõ possunt. ĩ. de elect. c. publicato. & postea p ꝯsensum electi pficitur, & in ꝯfirmatione fit ratũ ita ꝙ amplius p se renũciare nõ põt. ĩ. eo. c. inter corporalia. & in ꝯsecratiõe ꝯsummatũ intelligit, & hoc tñ quo ad illa q̃ ministeriũ cõsecrationis desiderãt. ĩ. de elect. c. trãsmissã. sed quo ad vinculũ coniugale ꝯsecratio nihil operat. ĩ. eo. c. inter corporalia. sic & i carnali matrimonio ista possunt ꝯsiderari p spõsalia, q̃ sũt futurarũ nuptiarũ pmissio. 30. q. 5. nostrates. 4 Quodã modo vr̃ initiari: q a p illa ad matrimoniũ puenit. ff. de spõ. l. oratio. per ꝯsensum animorũ ꝯhitur & efficit ratũ, ita ꝙ nunquã postea separant nisi ante carnalẽ copulã cã religionis. ĩ. de ꝯuer. ꝯiu. c. ex publico. p ꝯiunctionẽ corporũ ꝯsummat. ĩ. de diuor. c. quãto.
p ¶Maiorem.] Quia gradatim cõferũtur honores. ff. de mu. & ho. l. vt gra-

1 Dicit Hostien. quòd Ambro. loquitur de matrimonio contracto, quod sine dubio ans ... tenet, ... non tenet. Ioan. And.

4 Concor. tex. in l. oratio. & in l. communem de spon.

l. vt gradatim. & qui promouentur, de minori ad maius promoueri debent. 93. dist. c. legimus. in fine.

a ¶ *Videatur.*]Si alicui videri possit, sed nulli pôt videri: ergo nec huic. sic 8. q. 1. Moyses. & ar. 35. q. 5. ad sedẽ. ver. hic ergo euigilẽt, & aciẽ mentis si possunt intendant. q. d. nõ possunt. & 24. q. 3. si habes. ver. si inuenirentur idonei, &c. Sed Aug. dicit se nescire: & licet forsitã hoc videaf aliqbus q possit transire: nõ tñ est verum, cũ persona prius sit examinanda sicut postulatio, ꝑut sequitur.

ADDITIO. Tamen verũ est q poterit sine licentia Papæ transire. & in hoc bene vf istis secundũ Host. Ioan. An.

¶ *Gl. se. obiicit, & soluit.*

b ¶ *Ad parem.*]Sed nõne concesso quod maius est, vf concedi qđ minus est. j. de deci. c. ex parte. 16. q. 2. visis. j. de dol. c. pastoralis. Sed dic q minus est transire ad maiorem q̃ ad parem, vel minorẽ: quia minus est ꝯ ius cõe. vnde magis est dispensabile transire ad maiorem q̃ ad parẽ vel minorem, pp maiorem vtilitatem, vt hic dicit.

Ita quandoque transire potest ad parem, vel ad minorem plus [illegible] de rescrip. sedes. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit. Secundo quærit opponẽdo, et dupliciter soluit.*

c ¶ *Postulatio.*]Sed quare hęc verba priuilegij siue indulgentię nõ interpretatur Papa largissime: vt j. de ver. sig. c. olim? Rñ. q forma verborũ hoc non patitur, sic j. de priui. c. si de terra. & j. de consue. cum dilectus. Item quia per talem indulgentiam no luit subuertere consuetam examinationẽ postulationis. arg. C. de inoffi. test. l. si qñ. & j. de elect. c. ecclesia vestra. Sed quęro quã vtilitatẽ consecutus fuit iste per illam indulgentiam, siue per istã interpretationẽ, quã hic facit Papa, cum potius interpretatio fieri debeat vt res valeat, quàm vt pereat. j. de verb. sign. c. abbate. §. si vous eligitur. & ff. de re. du. l. quoties. & j. de priuilegiis capitu, in his. arg. ope. & quod hic dr, sine priuilegio tali hoc fieri non potuisset, & priuilegium aliquid adiicere debet iuri cõi. ff. ad muni. l. prima. ff. de leg. 1. si qñ. potius enim adiuuari beneficio nos oportet, quàm decipi. j. de commo. c. vnico. & ff. commo. l. in commodato. §. sicut. in fi. Rñ. ideo euenisse vires huiusmodi priuilegij, quia per ambitionem obtentum fuit: vt 1. q. 1. principatus. & C. de senatuscon. l. vnica. ex eo enim quòd aliquid contra ius obtinetur, præsumitur ambitiose obtentum. ff. ad mu. l. 1. in prin. Vel dic quòd super examinatione non dabatur ei aliqua indulgentia, prout patet ex verbis istius indulgentiæ: ver. dum tamen ei nihil obstaret, &c. & infra. vbi dicit, & tenor illius, &c. sed in hoc valebat ei indulgentia, vt si vocaretur ad maiorem dignitatem, poterat consentire, vt per mutuum consensum illius & postulantium initiatum esset spirituale coniugium: quod non esset, si indulgentiam non haberet: quia consentire non posset. supra eod. cap. inter corporalia, ad fi. si enim seruasset indulgentiam, & vocatus fuisset ad maiorem dignitatem, tunc in illam potuisset transire nulla alia licentia petita: qui enim non seruat priuilegium, perdit illud. supra de constitut. cap. cum accessissent. cum suis concor. a & priuilegium siue indulgentia ita est seruanda secundum quòd in ea continetur. infra de priuileg. cap. porro. sed iste voluit ampliare indulgentiam transeundo ad parem, & sine examinatione, & ideo non profuit ei, nec etiam ad minorem sine examinatione, vt patet ex tenore indulgentiæ. Bernar.

Cap. 1. & fi. in 2. compilatione.

a Concor. l. heredes. C. ad Velle. & l. 1. cum glo. fi. C. de pri. dot. & l. fordidorũ. C. de excu. mu. lib. 10.

tan aliquibus videatur a, vt indulgentiæ occasione ipsius ad dignitatem possit transire maiorem, ad parem b tamen ipsi transire non licuit: cum in maiori dignitate, propter maiorem vtilitatem facilius soleat dispensari. Præterea cum postulatio sicut & electio examinari soleat diligenter, & tenor illius indulgentiæ non solum videatur postulationis examinationem, sed personæ etiam reseruare, subiungens [dummodo nihil de canonicis obuiet institutis] antequã per eum postulatio c examinata fuisset, cui fuerat facienda: nulla ratione debuerat transisse.

TITVLVS VIII.

De auctoritate & vsu pallij.

¶ Clemens tertius.

¶ *Infra quamlibet ecclesiam prouinciæ suæ archiepiscopus pallio vti potest, sed extra non potest.*

CAP. I.

Cum † super aliqua re: & infra: ¶ Quæsiuisti, quomodo intelligatur, quod in forma traditionis pallij continetur, videlicet [tradimus tibi pallium † vt eo infra ecclesiam d tuam vtaris.] Quod ita intelligitur, videlicet infra quamlibet e ecclesiam prouinciæ tibi commissæ. Si vero te sacris indutum vestibus ecclesiam processionaliter, vel alio modo exire contigerit: tũc pallio f minime † vti debes.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Archiepiscopus alteri archiepiscopo, pallium suum accommodare non potest.*

CAP. II.

AD † hoc quia quæsitum est à nobis ex parte tua, vtrum liceat tibi pallium tuum, metropolitano alij commodare: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd non videtur esse conueniens, vt pallium tuum alicui cõmodes g †: cum pallium personam non transeat, sed quisque cum eo debeat (sicut tua nouit discretio) sepeliri h.

¶ Innocentius tertius C. presbytero Cardinali Apostolicæ sedis legato.

¶ *Per pallium confertur plenitudo pontificalis officij, et nomen archiepiscopale.*

CAP III.

NIsi † specialis dilectio illa: & infra. ¶ Sane si postulatio Troiani † episcopi ad Panormitanam ecclesiam fuisset per nos etiam approbata, non tamen deberet se archiepiso-

DE AVCTORITATE ET VSV PALLII.

¶ *Visum est supra de postulatis, electis, & translatis: sed quia per hos modos assumptos vti pallio decet, si ecclesiis ad quas assumũtur dignitas pallij debeatur: ideo subiicitur hęc rubr. Ioan. And. De hac materia tractatur. 100. dist. per totum. 25. q. 2. in Galliarum.*

CVm super.] Sũt duæ partes. In prima ponit consultatio. In secunda rñsio. Secunda: ibi, *Quod ita.* Ioan. And.

CASVS. In traditione pallij forma hæc seruatur: Tradim' tibi palliũ vt vtaris eo ĩfra ecclesiã tuã. Quæsitũ fuit à dño Papa, qualiter hoc verbũ, [intra ecclesiã tuã,] sit intelligendũ? Rñdet q ita debet intelligi, infra ecclesiã tuã, id est, infra quãlibet ecclesiã ꝓuincię tuæ. Si vero in ꝓcessiõe vel aliquo alio modo exiuerit ecclesiam, tunc vti pallio non potest.

d ¶ *Ecclesiã.*]Verba ista habes 100. dis. c. palliũ.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Quamlibet.*] Signatur ꝯ j. de ver. sign. c. cũ clerici. Sol. ibi Placentina ecclesia stricte accipitur pro cathedrali tantum: hic large pro qualibet ecclesia suæ ꝓuinciæ. ratio potest esse, q per hanc interpretationem nulli fit ꝓiudiciũ, sed per illam posset ꝓiudicari vasallis ecclesiæ, & sic possent incurrere periurium.

f ¶ *Pallio.*] per quod significatur plenitudo põtificalis officij j. eod. c. cum sis. & j. eod. c. nisi. & eo vtendũ est tantum inter missarum solemnia. 100. dist. ꝯ morem. & certis diebus. j. eo. c. ad honorẽ, qui continetur in priuilegio suo. j. eo. tit. c. fin.

AD hoc.] Sunt duæ partes. Secunda: ibi, *Inquisitioni.* Ioan. And.

CASVS. Quęsitum fuit à Papa, vtrum archiepiscopus possit pallium suum alij archiepiscopo accõmodare? Papa dicit q nõ: cum personam pallium non transeat: sed cũ pallio archiepiscopus sepelitur.

g ¶ *Commodes.*]& ita quia pallium personale est, alijs commodari nõ potest, immo nec in alia prouincia potest vti eo, sine licentia illius cuius est parochia, etiam si priuilegium habeat. j. eo. c. ex tuarum, ea enim quæ inhærent personis, cum personis extinguuntur. arg. j. de offi. deleg. c. quoniam abbas. & c. P & G. ff. de reg. iur. l. priuilegia. Insti. de iur. na. §. sed quod principi. & 7. q. 1. petisti.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

h ¶ *Sepeliri.*] De conse. dist. 1. nemo clericus. contra hoc speciale est de vestimentis sacerdotalibus, spiritualibus, & de pallio, & sic non obstat ff. de reli. & sump. fune. l. si quis. §. funeris. vbi ornamenta & annulli prohibentur cũ cadaueribus poni vel sepeliri, ne forte propter ea effodiantur. & c. nemo. loquitur de laico, qui non debet inuolui vestibus sacris, secus de clericis.

NIsi specialis.] Facit ad primam partem rubricę. & prima decisa factum narrat. Secunda factum aggrauat: ibi, *Sane.* Tertia concludit: ibi, *Tu ergo.* Quarta comminatur: ibi, *quoniam.* Ioan. And.

CASVS. Troianus eps postulatus fuit ad Panormitañ. ecclesiam: legatus Papę q erat in partibus illis, dedit ei licentiã transeũdi sine auctoritate dñi Papæ: ille statim se appellauit archiepm antequam palliũ recepisset: peruenit hoc ad notitiã Papæ: sup hoc scribat illi Cardinali dicens, q & si postulatio illius archiepi per Papã esset approbata

¶ Pallium in nono hoc titulo fertur q quidam archiepiscopi ornamento crucibus [illegible] sacerdotum. In quo in per alia ornamenta defertus, honorus [illegible] Innocentius iij. lib. 1. ep. Missarum [illegible]

Alias, nullo modo.

Cap. 1. & fi. in 2. compilatione.

Faciens ad [illegible]

Cap. 1. & fi. in 3. compilatione.

† Troiani. † Troiani.

Et quod pallium de [illegible] Ioan. An.

Intellectus l. si quis. §. funeris. ff. de religio. & sūp. fun.

approbata: non tñ se debuit archiepm appellare antequam palliũ recepisset, in quo confertur plenitudo officij põtificalis: Postea mãdat illi Cardi. vt sic quod factum est, studeat palliare, vt in cõfusionẽ sed. Apost. non redundet, quia potius illũ Papa eligit cõfundi, q̃ velit lędi sedis Apost. dignitatem. Not. q legatus Cardi. non põt dare licentiam epis transeũdi ad alias ecclesias. Item in pallio complectur auctoritas & potestas archiepalis dignitatis. Item q Romanus Pontifex, potius sedis Apostolicæ dignitatẽ, quàm priuatã alicuius auctoritatẽ tueri debet.

a ¶ *Nominis.*] Et ita licet ɔsecrat' sit in epm, non est appellandus archieps, ante pallij receptionem.

b ¶ *Palliare.*] Palliare debet quis quod male fecit, & reuocare congruenter si potest, ne vilescat eius auctoritas. j. de accusa. c. qualiter & qñ. & j. de appel. c. cum cessante. ff. de regu. iur. l. quod iussit.

¶ *Glo. seq. signat contrarium.*

c ¶ *Eligemus.*] Potius tenemur nos magis diligere, quàm alium. nam quisq; regulam diligendi pximũ à semetipso accipit. 23. q. 5. si non licet. & agris tuis finitimis alij irrigandi non sunt. C. de ser. l. præses. 64. dist. quia per ambitiones. & C. vt nemo priuatus. l. s. & quilibet sibi primo faciat eleemosynã, deinde proximo. de pœn. dist. 3. sane cauendũ. vnde etiã mihi possum consulere, cũ dãno alterius. ff. ad leg. Aqui. l. si quis fumo. in fin. Arg. j. 22. q. 2. primum. & 11. quęst. 3. si quis vero.

* Adde c. 3 ... (margin) · Cap. 2. c. dit. in 3. cõpilatione. · Solemnitatibus. · Quæ Bernardus in hac glossa commemorat, non ꝙ ligantur extenus, nam Papa non de se velut priuato, sed velut sedis Apostolicæ gubernator, & de suo ... sedis Apostolicæ dignitate loquitur. · Alias tuis & nõ in plenitudinem &c.

pum appellare priusquàm à nobis pallium suscepisset, in quo pontificalis officij plenitudo † cum archiepiscopalis nominis ᵃ appellatione confertur: ¶ Tu ergo quod factum est, sic studeas palliare ᵇ, vt id in confusionem tuam, & sedis Apostolicæ oppobrium non redundet; ¶ Quoniam si oporteat vt nos, vel tu, ex hoc negotio confundamur, eligemus ᶜ potius te cõfundi, quàm lædamus sedis Apostolicæ dignitatem.

¶ Idem.

¶ Romanus pontifex semper & vbique vtitur pallio, alij in ecclesiis suis, et certis diebus tantum.

CAP. IIII.

AD † honorem ᵈ Dei: & infra. ¶ Sane solus Romanus Põtifex in missarum solemniis †, pallio semper vtitur, & vbique: quoniam assumptus est in plenitudinem ecclesiasticæ potestatis, quæ per pallium significatur. ¶ Alij autem eo nec semper, nec vbique, sed in ecclesia sua ᵉ, in qua iurisdictionem ecclesiasticam acceperũt, certis debent vti diebus: ¶ Quoniam vocati sunt in partem solicitudinis ᶠ, non † in plenitudinem potestatis.

¶ Idem Compostellano archiepiscopo.

¶ Archiepiscopus extra suam prouinciam pallio vti non potest, etiam si hoc habeat consuetudo.

AD honorem.] Duo sunt dicta. Secundum: ibi, *Alij.* Et diuersitatis causam reddit: ibi, *Quoniam.* Ioan. And.

CASVS. Quæsitũ fuit à Papa qñ & vbi archieps suo pallio vtatur; & qñ, & vbi alij archiepiscopi eodẽ pallio vti debeãt. Papa rñdet, q Rom. Pon. solũ inter missarũ solemnia semper vtitur & vbicunq; pallio: quia assumptus est in ecclesiasticę potestatis plenitudinem. Alij vero scilicet archiepi nec semper nec vbiq;, sed solum in ecclesia sua in qua acceperunt iurisdictionẽ, certis diebus debẽt vti, q a vocati sunt in partẽ solicitudinis, & nõ ĩ plenitudinẽ ptãtis.

¶ *Glo. seq. ponit formam traditionis pallij.*

d ¶ *Ad honorem.*] Sub hac forma verborum traditur palliũ: Ad honorem Dei omnipotentis & beatæ Mariæ virginis & beatorũ Petri & Pauli Apostolorũ, & dñi Papæ Grego. & ecclesiæ Romanæ, & ecclesiæ talis tibi commissę, tradimus tibi palliũ de corpore Beati Petri sumptum: in plenitudinem pontificalis dignitatis, vt vtaris eo infra ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in priuilegijs ecclesiæ tuæ cõcessis à Rom. eccle. j. eo. c. vlt. & hi sunt natiuitas Dñi, festiuitates sancti Ioannis & S. Stephani, in Circuncisione, in Epiphania, in ramis Palmarũ, in cœna Dñi, in sabbato Sancto, tribus diebus Resurrectionis, Pentecostes, in festiuitate sancti Ioãnis Baptistæ, & omniũ Apostolorum, in tribus festiuitatibus beatæ Marię, in cõmemoratione omniũ Sãctorum, in Dedicatione ecclesiarũ, in principalibus festiuitatibus ecclesiæ tuę, in ordinationib' clericorũ, & ĩ cõsecrationib' epõrũ, in die anniuersarij suæ cõsecrationis. & arg. ad hoc. j. de fer. c. vlti. & de cõse. dist. 3. c. pnũciandũ.

Forma tradendi pallium archiepiscopis. · Quibus diebus archiepiscopi pallio vti possint.

¶ *Glo. seq. exponit litteram, dat duo similia, & signat contrarium.*

e ¶ *In ecclesia sua.*] Id est infra quamlibet ecclesiam suæ prouincię. j. eod. tit. c. 1. sed extra ecclesiã in processione vti non debet. j. eod. tit. c. 1. & sic miles post finitã militiã, cũ cingulo nõ ibit. C. de pxi. sac. scri. l. vlt. lib. 12. proconsul non vtitur insignis suis, priusquã intret prouinciam. ff. de off. procon. l. 1. simile est de vsufructuario qui scenica veste non potest vti nisi in scena. ff. de vsufru. sed & si quid. §. 2. arg. j. j. vt lit. pend. c. à memoria.

f ¶ *Solicitudinis.*] 2. q. 6. qui se.

EX tuatum.] sunt duæ partes. In prima gratiæ petitio, petẽtis motiuũ continens. In secunda petitionis limitata exauditio, motiuũ reprobans. Secũda: ibi, *Licet.*

CASVS. Archiepiscopo Compostellano in datione sui pallij dictũ fuit: Accipe palliũ & vtaris eo ĩfra ecclesiã tuam. ipse archieps pro negotiis ecclesiæ suæ frequenter exibat ꝓprouinciam suam, vnde reputabat sibi ad verecundiam q pallio non vteretur, cũ alij archiepi de Hispania vltra prouinciã suam de consuetudine generali suo pallio vterentur: quare petebat à Papa quòd extra prouinciam suã posset eo vti. Ad qđ Papa respondet, q illa consuetudo est potius dicenda corruptela, & de speciali gratia eidem concedit, vt si alia necessitate fuerit impeditus, ita vt ad ecclesiam sibi subiectam accedere non posset pro consecrandis suffraganeis suis, vel clericis ordinandis, & ad ecclesiam alienam necesse habeat declinare, vtẽdi pallio habeat facultatẽ in iam dictis casib', dummodo ad quem ecclesia pertinet, id permittat. Not. licet Papa alicui priuilegiũ cõcedat, non tamen ipse Papa vult q ille cui concessit, eo in pręiudiciũ alterius vtatur.

† Cap. 3. e. dit. in 3. cõpilatione.

CAP. V.

EX † tuatum tenore litterarum accepimus, quòd cum fuerit in concessione pallij tibi dictum, [vt ipso infra ᵍ ecclesiam tuam vtaris:] & tibi pro ecclesiæ tuæ negotijs frequenter extra tuam prouinciam cõmoranti, verecundum sit absq; pallio ʰ ministrare: (cum consuetudo ⁱ sit in Hispania generalis, quòd archiepiscopi extra suas prouincias, pallio indifferenter vtantur) vt extra tuam prouinciam vti pallio valeas, indulgeri tibi à sede Apostolica postulasti. ¶ Licet autem talis consuetudo dicenda sit potius corruptela ᵏ †: nos tamen de speciali gratia indulgemus ˡ tibi, vt si necessitate aliqua præpeditus, ad ecclesiam tibi subiectam accedere forte nequiueris, pro consecrandis suffraganeis tuis, vel clericis ordinandis & ad ecclesiam alienam propter hoc ᵐ te contigerit declinare: dummodo is ad quem ecclesia pertinet, id permittat ⁿ vtẽdi pallio ᵒ in iam dictis casibus ᵖ, liberam habeas facultatem.

† Vide. l. omnes iudices. cum gl. 1. C. de decur. lib. 10. & in authẽ. vt nulli iu. §. 1. in glo. magna. collatione. 9.

¶ Idem.

¶ In qualibet ecclesia suæ prouinciæ, permissis diebus, archiepiscopus missam celebrans, vti potest pallio.

g ¶ *Infra ecclesiam.*] Id est infra quamlibet ecclesiam prouincię tuæ. supra eod. cap. 1.

h ¶ *Pallio.*] Rationabili tamen causa potest vti vbique. 36. distin. cap. qui ecclesiasticis. §. ecce. similiter videtur quòd infula ᵃ possit vti vbique 21. distinct. cap. cleros. & clericos. videtur quòd vbique infra. eod. cum sis.

i ¶ *Consuetudo.*] Et mala: & est ratio quia sicut pallium fortiter postulanti datus, vt 100. distin. c. prisca. ita datum fortiter custoditur: & si trãsferat se ad aliam sedem, non tamen cum eo pallium transfertur. j. de postu. c. bonę. ij in fin. vnde pro parte est beneficium personale, quia cum persona sepelitur. j. eod. c. ad hoc. & pro parte locale, quia non transfertur cum persona ad alium archiepiscopatum, sed remanet ibi j. de postula. c. bonæ. 2. in fine.

ᵃ Forte mitra: in his enim non designatur plenitudo officij sicut in pallio. Ioan. And.

Archiepiscopo translato, non transfertur pallium.

¶ *Glossa sequens obijcit.*

k ¶ *Corruptela.*] Sed videtur q non sit corruptela, & q sit tolerandum. ff. de offi. procon. l. 1. vbi proconsul vtitur suis insignis vbiq; postquam egreditur vrbem.

¶ *Glo. seq. reddit rationem.*

l ¶ *Indulgemus.*] Hoc ideo dicit: quia non est licitum alicui celebrare vel prædicare in alia prouincia, nisi ad hoc fuerit inuitatus. 7. quæst. 1. episcopi vel presbyteri. & 9. quæst. 2. nullus primas. & 6. quæst. 3. scriptum est.

m ¶ *Propter hoc.*] scilicet pro ecclesiis consecrandis, & clericis ordinandis.

n ¶ *Permittat.*] Not. q Papa licet alicui det priuilegium, non vult tñ q vtatur eo in præiudicium alicuius. sic j. de off. ordi. ca. licet & j. de transla. c. licet j.

o ¶ *Pallio.*] suo scilicet, & non illius ad cuius prouinciam declinat: cum sit personale. j. eo. c. ad hoc.

p ¶ *Casibus.*] Duobus præmissis, non aliis. quod enim in quibusdam permittitur, in aliis prohibetur. arg. ff. de iud. l. cum prætor.

† Concor. l. vbicunq. cum glo. & ibi Bart. ff. de fideiu. & in l. si dubitetur. §. ita demum. eo. tit.

Cum

CVm sis.] In prima decisa cōsultatio. In secūda rñsio: ibi, *Vbicunq;*. CASVS. Quæsitum fuit à Papa quando & quibus diebus archiepš vti debeat pallio? Rñdet q̄ vbicunque fuerit archiepiscopus infra suam prouinciam in celebrationibus missarum solemnibus diebus pallio suo vti potest.

¶ *Glossa sequens obiicit, & dupliciter soluit.*

a ¶ *Vbicunque.*] Hic vr ex eo q̄d dicit, vbicūq;, q̄ etiam extra prouinciā archiepš pallio possit vti, sicut proconsul. ff. de offi. procons. l. 1. Sed ℨ. ℨ. eod. c. 1. & c. ex tuarū. sed quod dicit vbicunque, restringe, i. id est infra quālibet ecclesiam tuæ prouinciæ. ℨ. c. 1. vel, vbicunque, si habeat priuilegium ad hoc. & ille ad cuius prouinciā vel diœcesim trāsit, id permittat. ℨ. eo. ex tuarū. & sic planū est.

QVia nos.] In 1. decisa consultatio. In secunda rñsio, ibi, *Inquisitioni*. CASVS. Quidam archiepš quæsiuit à Papa vtrum tā in sua diœcesi quàm in aliena, possit celebrare absque pallio & sandaliis? Rñdet Papa q̄ potest, non tñ semper in sua diœc. debet celebrare cum pallio, sed certis diebus, qui sunt in suo priuilegio expressi. & p hoc soluitur alia quæstio, qua quæsiuit, vtrum pro defunctis cū pallio debet celebrare.

b ¶ *In aliena.*] De licentia diœcesani epi, aliàs nō: q̄ nō debet ponere manū i messem alienā: vt 6. q. 3. scriptum est. & 9. q. 2. null⁹ primas. priuatim tñ posset sine licentia. ℨ. de cle. peregri. tuæ. diœcesanus debet illum inuitare. 9. q. 2. epi vel presbyteri.

c ¶ *Præfixit.*] Quod quidem bene potuit, & iudex idem facere potest & debet. j. de appel. oblatæ. &c. sæpe contingit. [2] & terminũ præfixit. & tunc esset in curia, vt sequitur. qñq; statuitur ad iter arripiendum, & tunc sufficit arripere iter in termino. j. de appel. peruenit. & in istis casib⁹ litteræ ante terminos impetratæ non valent, vt dicit illa decre. oblatæ. & c. sæpe. terminus vero datus à lege est annus, vel ex iusta causa biẽnium. j. de app. cum sit Romana. & talis terminus bene potest præueniri, vt in c. oblatæ.

2 Et e contra fuluit. in fi. gl. vlt. dic q. q. ista beneficialis grat: & hodie in ea tene qđ habes infra de elect. c. 1. li. 6. nec est vera distin. glo. q sola termini præfixio etiam post sententiam deferat causam ad curiam: vt dicetur in c. interposita. §. 1 de app. Io. An.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & dat duas solutiones.*

d ¶ *Minus sufficiens.*] Sed non vr q iste fuerit contumax ex quo misit nunciũ ad impetrandum & contradicendum, cum ipse non appellauerit: sed ille Ioan. contra quẽ lata sententia fuit: & ideo non debuit sententia contra ipsum ferri, licet forsitan posset in expensis condemnari. vnde s. j. de appel. Nicolao. vbi condemnatur appellans in expensis: quia nõ fuerit prosecutus nisi quo ad impetrandũ. & ibi nõ fuit processum super principali. Potest dici q in illa decr. Nicolao. hoc non fuit petitũ. Ille Nicolaus tãtum petijt alteram partem in expẽsis condemnari, quia non miserat sufficientẽ procuratorẽ: hic vero petiit, vt procederetur ad sententiã infirmandã. Vel melius, hic fuit lis contestata, & sententia diffinitiua lata. & ideo cũ statutus esset terminus ad prosequendam appellationem, & altera pars non fuerit sufficienter prosecuta ad sententiam defendendã, contumax debet reputari: siue sit pars appellata, siue appellans: quia iudex appellationis altera parte absente debet procedere ad cassandam vel cõfirmandã sententiam. C. de tempo. appel. l. vlti. §. illud. 2. q. 6. c. ei q. §. appellatori. & j. de appella. per tuas. vbi de hoc est expressum: quia non misit nuncium sufficiẽtem, sibi imputet: nec potest dici, q citata non fuerit: quia terminus constitutus ad appellationem prosequendam ab appellante vel iudice, vicem obtinet peremptorij, vt eo elapso perinde procedatur ac si peremptorie sit citatus. j. de appella. sæpe contingit. Et not. q hic appellatus tenetur mittere nuncium sufficientem ad appellationem prosequendam, si terminus sit præfixus à iudice vel ab appellante [3], & appellans eodẽ modo, aliàs finietur causa altero prosequente legitime: & hoc est cum lis est contestata, & appellatur à diffinitiua sententia, siue post litem contestatam, vt hic habes: aliàs in expensis punit: vt dicit illa decre. Nicolao. quia ibi non fuit lis contestata, & appellatum fuit à grauamine. Vnde non poterat procedi ad sententiam altera parte absente, vnde punitur tantum in expensis, quia non venit sufficienter instructus. Si vero appellatio ante litem contestatam à iudice recepta non fuit, nec ab aduersario approbata: tunc sufficit appellanti mittere procuratorẽ ad impetrandũ & contradicendum. j. de appellatio. interposita. §. primo. saluo eo quod dr̃ j. de appellatio. cordi. sed cũ appellatur à sententia diffinitiua, non refert vtrum appellatio approbetur ab aduersario vel iudice, saluo eo quod dicetur extra de appella. cordi. sed consideratur vtrum terminus sit præfixus à iudice, vel ab appellante. & tunc vtraque pars tenetur mittere sufficientem procuratorem ad totam causam: vt hic patet: aliàs procederetur contra absentem tamquam contumacem, vt hic patet. & infra de appella. interposita.

3 Concor. tex. in l. præcipimus. el no. C. de appel. & l. 1. §. ab eodem. cũ glo. magna. & ibi Bar. ff. quis & à quibus.

¶ quis.

¶ *Idem archiepiscopo Treuerẽsi.*

¶ *Si prælatus ab obediẽtia subditos absoluit, non pp hoc prælaturæ renũciat.*

CAP. XIIII.

LEctæ coram nobis fraternitatis tuæ litteræ continebant, quòd abbas sancti Petri Tulleñ. tibi humiliter est cõfessus, quòd cum adeo graui ægritudine laboraret, quòd de vita desperaretur [e] ipsius: ad cuiusdam æmuli sui consilium [f], de quo ipse (cum non crederet eũ æmulum) confidebat, monachos suos ab obedientia in qua sibi tenebãtur, absoluit: vocato diœcesano episcopo, vt abbatiam in eius manibus resignaret: quod † tamen visus consilio saniori nõ fecit [g]: & eidem abbati postmodum restituto sanitati, vniuersi & singuli de conuẽtu obedientiam & reuerentiã

LEctæ coram.] Cõis diuisio. Secunda: ibi, *Nos autem.* Ioan. And.

CASVS. Quidam abbas adeo graui ægritudine laborabat, q de vita desperabatur ipsius. ad consilium cuiusdam æmuli sui, quẽ æmulum non credebat, absoluit monachos ab obedientia sua, & episcopum suum vocauit vt in manibus suis renunciaret: non tamẽ renunciauit. postmodum recuperata sanitate monachi obedientiã & reuerentiam fecerunt eidem. dubitauit abbas, an ex tali facto renunciasse intelligatur abbatiæ? Rñdit Papa q non. Not. q non intelligitur quis renũciare regimini suo, licet absoluat subditos ab obedientia sua: quia illa non est forma renunciandi.

e ¶ *Desperaretur.*] Sic j. de regula. & transeunti. sicut tenor.

f ¶ *Consilium.*] de quo tenebatur ille æmulus actione de dolo, si fraus intercessit. ff. de regu. iur. consilii. [4] & contra illum potest agi de dolo quanti eius interfuit id factũ non esse. ff. de dolo. arbitrio. §. dolo. & hoc verum est si fuisset soluendo: sed hoc non esset, si vera renũciatio fuisset. vnde in eo casu debet restitui ad pristinum ius. ff. de dolo. & eleganter. §. pen. & ff. de eo per quem factum erit. l. vlti. hic ista cessant: quia non fuit hic renunciatio cum effectu.

4 Vide de sent. excõ. nuper. super glo. 2. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. fortificat tex. per simile: obijcit de tacita renunciatione per vnum capitul. id coadiuuans per quinque similia, & soluit.*

g ¶ *Non fecit.*] Et ideo voluntas talis non obfuit, quia non processit ad factum simile. voluntas non sufficit vbi opus est facto. j. de eo qui mit. in pos. causa rei seru. c. 1. & arg. j. de re iudi. cũ aliquibus. [5] Sed contrarium videtur quòd tacite videtur iuri suo renunciasse. j. de iis quæ fi. à maio. par. cap. ex ore. vbi ipso facto videtur renunciasse, sicut ipso facto Deum negamus. 11. q. 3. existimãt. ipso facto mentimur. 22. q. 5. cauete. & ipso facto appellam⁹. j. de app. dilecti. & c. vt nostrum. & eo ipso q quis salutat prælatũ, consentit in illum, quem nõ potest reprobare. 63. dist. cum Hadrianus. nec est opus scripto qui obedientiam suam ipso voluntarie aduentus probat officio. j. de maio. & obe. legebatur. Contrarium tamen verũ est, q propter hoc non renunciauit.

5 Concor. tex. in l. priore. ar. ff. de no. ope. nũciat. & ibi Barto.

¶ *Glo seq.*

¶ *Glossa sequens arg. Ioan. Andr.*

b ¶ *Promiserunt.*] Et sic videtur reassumpsisse obedientiam, à qua illos absoluerat, tali modo non poterat, cum esset prelatus eorum, sine licentia episcopi sui. 18. questio. 2. abbas. & capitul. prox. & supra eod. admonet. cum sit de substantia regulæ ipsa obedientia. j. de maio. & obedient.

requisiti ab eo in capitulo promiserunt [a] †: & infra. ¶ Nos autem ex tali facto, eundem abbatem suo resignasse regimini nõ videmus.

¶ Gregorius nonus Agathen. & Vticen. episcopis.

¶ *Abbas exemptus sine licentia Papæ renunciare non potest.*

CAP. XV.

DIlecti filij conuentus monasterij sancti G. † immediate ad Romanam pertinentis ecclesiam, intimauerunt, quòd abbas eorum sentiens se insufficientem [b] oneri regiminis abbatiæ, cessit in manibus [c] eorundem: ipsi quoque † G. monachum sancti Victoris elegerunt canonice in abbatem: & infra. ¶ Cum igitur dictus abbas cedere [d] sine licentia nostra nequiuerit: nos tã electionem [e] quàm cessionem prædictas decernentes irritas & inanes: mandamus, quatenus abbatem ipsum loco suo restitui faciatis: quo integre restituto, vice nostra recipiatis cessionem ipsius.

TITVLVS X.

De supplenda negligentia prælatorum.

¶ Alexander tertius Cisterciensibus.

¶ *Si diœcesanus requisitus benedicere nolit Cisterciensem abbatem, ipse monachos suos benedicere poterit.*

cum in ecclesijs. item arg. quòd re integra licitum est poenitere. s. de elect. in causis. & ff. de iurisdi. om. iudi. si conuenerit.

† Vide l. quamuis. ff. d ra ne un. & l. si pœni tuerit. ff. de duobus.

DIlecti filij.] In prima parte ponitur conuentus petitio. In secunda: ibi, *Cum igitur*, ipsius repulsio; & negotij commissio. Io. And.

CASVS. Quidam abbas ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinens, & sentiẽs se insufficientem, renunciauit in manibus monachorum regimini abbatiæ sine licentia Papæ, & monachi alium elegerunt. peruenit hoc ad Papam. cum ergo dictus abbas sine licentia Papę renunciare nequiuerit abbatiæ, ipse tam renunciationem quàm electionem denunciauit irritas & inanes: mãdans quibusdã quatenus abbatem ipsum faciãt restitui loco suo, quo restituto recipiant vice Papæ renunciationem ipsius. Not. quòd resignatio fieri debet in manu sui prælati, aliter non valet. Item abbas immediate subiectus Romanę ecclesiæ non potest cedere sine licentia Papæ.

† W.

[a] In multis antiquis itaque ipsique G. monachum sancti Victoris sibi elegerunt, &c.

b ¶ *Insufficientem.*] propter insufficiẽtiam debet remoueri. 18. q. 2. si quis abbas. Item propter negligentiam prælatus repellitur. 2. q. 1. c. si qui episcopi. §. ecce cum. & iudex similiter. C. de off. præfec. orientis. l. 3. & sic bene debet admitti renunciatio. si fiat debito modo propter insufficiẽtiam. s. eod. titu. nisi, §. pro defectu. in fi. & c. post translationem. §. item. & Papa hic admisit illam propter negligentiam. j. de offi. custo. c. 1. & magister propter insufficientiam debet remoueri à docendo. C. de prof. & me. l. 2. lib. 10.

c ¶ *In manibus.*] quia ad quem pertinet confirmatio, ad ipsum pertinere debet resignatio. [1] 18. quæst. 2. abbas. & ideo talis renunciatio non tenuit. argum. supra eod. quod in dubijs. sed quantum ad se bene tenuit: [2] quia non posset repetere. de hoc dictum fuit s. eod. quod in dobijs. tamen compellitur postea cedere: sed hoc contingit propter insufficientiam.

[1] Vide glo. not. in c. e. eod. tit. c. vnico. 1 gl. 3. Ion. An.

[2] Vnde dicebat Gof. quod superiore habente ratam cessionem, & præbente licentiam eligendi, posset electio fieri. Io. A.

d ¶ *Cedere.*] Nec ad aliam abbatiam se transferre. s. de consue. c. cum venerabilis.

¶ *Glo. seq. infert, dat simile, & arguit.*

e ¶ *Electionem.*] Si non tenuit renunciatio, non tenuit electio. sic si aliquis non est legitime destitutus, alius in locum illius non fuit legitime institutus. 3. q. 6. hæc quippe. & infra de accu. ad petitionem. fin. 81. distinct. tantis Daniel. & 7. quæst. 1. presentium. Item argum. quòd si principale non tenet, nec id quod ex eo secutum est. infra de fid. instrum. inter dilectos. & C. de leg. non dubium. Bernar.

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA, &c.

¶ *Viso de modis quibus prælati assumuntur, quia sæpe in prælaturis negligenter res aguntur. 40. dist. ante omnia & quod negligitur supplendum, & quod omittitur, instaurandum est: ideo, &c. Ioan. And.*

De hac materia tractatur 84. & 86. dist. & 2. q. 7. negligere.

STatuimus.] CASVS. Cistercienses aliquando remouent abbates de monasterijs suis, vel moriuntur, & alios in locũ eorum substituũt: epi diœcesani nolũt benedicere substitutos abbates. statuit Papa hic quod si eps tertio requisitus eos benedicere renuerit, liceat ipsis abbatibus proprios monachos benedicere, & alia exercere quæ ad officium pertinent, donec ept illos benedicant. Not. negligentiam prælatorũ puniendã circa officiũ suum. Item not. quod quis dat quod non habet.

CAP. I.

STatuim' † præterea, vt si episcopus tertio cum humilitate ac deuotione (sicut conuenit.) requisitus, substitutos [f] abbates vestros benedicere [g] forte renuerit, eisdẽ abbatibus liceat proprios monachos benedicere, & alia [h] quæ ad officium huiusmodi pertinent exercere, donec ipsi episcopi suam duritiam recogitent †, & abbates benedicere non recusent.

¶ Clemens tertius.

¶ *Regulares in suos vsus conuertere nõ possunt ecclesias, in quibus ius obtinent patronatus. & si infra tẽpus Lateran. concilij quando vacant non præsentent rectores ad eas, superior ordinabit easdem.*

CAP. II.

SIcut † nobis tua fraternitas intimauit, monachi quidam & canonici regulares, ecclesias quæ ad præsentationem eorum pertinent, in tuo episcopatu habentes, proprijs vsibus deputare nituntur [i] nec volunt ad eas cum vacauerint, vocare personas: quin potius occasione concessionis [k] quorundam episcoporũ, vicarios in eis pro

f ¶ *Substitutos.*] Et cõfirmatos, qui ante nihil facere vel disponere possunt. s. de ele. nosti.

¶ *Glo. seq. arguit, allegat, & in contrarium allegat 6.*

g ¶ *Benedicere.*] Arg. quod aliquis põt dare quod non habet. C. de testa. manu. cum cõstitutio. ver. fin. arg. C. de iure emphy. l. vlt. argu. ad hoc. s. de elec. suffraganeis. & ff. de acquir. re. do. non est nouũ. & ff. de vsufruc. quod nostrum non est. Arg. 3. j. de iure patro. quod aũt. in fin. & j. de don. inter virũ & vxo. nuper. & ff. de reg. iur. nemo. & ff. de acquir. re. domi. traditio. & 1. q. 7. Daibertũ. & ff. de off. proconsul. obseruare. in fin.

¶ *Glo. seq. exemplificat, obiicit & soluit, & dat simile.*

h ¶ *Alia.*] Scilicet vt cõferãt lectoratũ in proprio monasterio. j. de æta. & quali. cũ contingat. & arg. 69. dist. c. 1. si tñ presbyteri sint, vt ibi, cum & illa impositio manus non sit nisi quædam benedictio: vt 1. q. 1. manus. Sed qualiter possunt hoc facere ante suam benedictionẽ? Dic quod in odium eporum dominus Papa hoc concedit per ipsam constitutionem, ne propterea in spiritualibus vel alijs patiantur monasteria detrimentum propter negligentiam episcoporum. Similem indulgentiam habes s. de elec. nihil est. §. vlti.

† Cap. 1. e. tit. in 1. cõpilatione.

† Vide l. vlt. hæredum. §. 1. ff. de his qui notantur infa. & l. chorus. §. fi. ff. de lega. 3.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpilatione.

SIcut nobis.] Cõis diuisio. Secunda: ibi, *Nolentes*. Ioan. Andr.

CASVS. Quidam regulares habent ecclesias ad eorum præsentationẽ pertinentes, quas vsibus proprijs appropriare nituntur; nolunt ad eas, cũ vacant, alios pręsentare, sed instituunt pro sua voluntate, & ita grauant eos pensionibus, quod nec ecclesijs cõpetenter in paupertate deseruire, nec epo in epalibus rñdere, nec hospitalitatem seruare valẽt. Significatum fuit hoc dño Papę: nolens igitur Papa vt antiquus status ecclesię pp hoc subuertatur, mãdat quatenus nisi exemptæ sint ecclesiæ supradictę à iurisdictione epi, excessus illos studeat rationabiliter emendare, & nisi infra tempus concilij Lateran. statutum, prædicti monachi præsentauerint ei personas ad vacantes ecclesias, ex tunc liceat sibi appellatione remota in eis ordinare rectores: ita tñ quod per hoc nullum patronis in posterũ præiudicium generetur. Not. quod exempti à diœcesano puniri non possunt. Item nota concessionem ecclesiarum ab epis factam sine iuris solemnitate, non valere. Item propter negligentiam amittit quis ius præsentandi illa vice, sine præiudicio in futurum.

† Inobedientiũ & non curantium adimplere, quod ipsis incũbit.

i ¶ *Nituntur.*] Quod facere non possunt: nam ad priuatũ commodũ trahi non debent, quæ ad communem vtilitatem præfixa sunt. 25. q. 1. quæ ad perpetuum. & j. de offi. archipresby. vt singulæ. & arg. ff. pro so. actione. §. labeo. & j. de præben. nulla ratio.

k ¶ *Concessionis.*] Cõcessio epi sine cõsensu capli vel maioris partis, nõ sufficit vt possit trãsferre ecclesiã vel fruct' ipsius ad regulares. j. de don. pastoralis. & j. de ijs quæ fiũt à pla. sine cõsensu cap. cũ nos.

a ¶ Desti

a ¶ *Destituunt.*]In ecclesiis quę ad eos pleno iure nō spectant, instituere vel destituere non possunt presbyteros: sed illos debēt epis pñsentare, vt ipsi epi de cura plebis respondeant, & monachis de rebus tēporalibus exhibeant rationem. j. de preben. in Lateran. concil. & j. de priuil. cū & plantare. §. in ecclesiis. & c. sane. & c. statuendum. sed si pleno iure ad eos pertineant: tūc possunt instituere & destituere. 16. q. 2. c. 1. & j. de presc. cum olim. & j. de priuileg. quoniam per confessionem.

b ¶ *Pensionibus.*]nouis: quod non licet. j. de cen sib. prohibemus.

c ¶ *In paupertate.*] magna; q non possunt honeste Deo seruire: qa cum ad vtrumq; festinant, neutrū bene peragūt. 16. q. 1. pbyteros. & C. d' assesso. l. nemo.

d ¶ *In episcopalibus.*]sci licet in pcurationib'. 10. q. 3. canendum. & c. relatum. & in cathedratico: vt ca. causa. q. 3. illud. si eps donet ecclesiā monachis, cathedraticū ibi debet habere. j. de don. pastoralis. & tñ debēt sacerdotes monachorum habere, vnde iura epalia soluere valeant, & hospitalitatem seruare, & vitam suam honeste habere: vt hic dicit, & j. de pb. de monachis.

Additio. Et habet locū etiā in exēptis: vt eo. tit. c. 1. lib. 6. Io. An.

e ¶ *Hospitalitatem.*]Tenentur enim clerici ad illā hospitalitatē, quæ continet officiū pietatis. 42. dist. §. 1. nō ad illā quæ fit ex debito seruitutis. C. d' epis. & cle. l. 1. j. de immu. ec. c. 1.

f ¶ *Tua.*] quia tunc nihil habet eps. j. de priuil. cū & plantare. §. in ecclesiis. & j. d pscrip. c. olim. & j. de priuile. quoniam.

g ¶ *Prædictos excessus.*] Ergo si exempti sunt, eps illorū excessus punire non poterit. arg. 16. q. 1. frater noster. aliter inutile esset illorū priuilegium, quia priuilegia ita sunt seruanda, secundū q continetur in illis. j. de priuile. porro. Quid iuris sit de hac materia, tractatur j. de priuile. c. tuarum. & c. cū & plantare. & 6. q. 3. cap. placuit.

h ¶ *Lateran. concilio.*] j. de conces. præben. nulla.

i ¶ *In posterum.*]Per istā enim ordinationem non fit eis præiudiciū in alia proxima presentatione: nisi hac vice tantum. arg. j. de elec. cum in cunctis. & nulla admonitio est hic necessaria: quia tempus ipsos admonet. j. de loca. & condu. c. vlti. & C. de iure emphy. l. vlti. & C. de contrahen. & commit. stipu. magnam.

Licet.] Prima pars decisę narrat factū. Secunda dat iudices sub certa forma, per quā ius suum Papa tuetur: ibi, *Ne igitur.* Io. An.

Casus. Magister Ho. & Rogerius diutius litigarunt coram Papa super archidiaconatu Richemundiæ: quia dicebatur q collatio archidiaconatus infra tēpus concilij facta nō fuerat. ne igitur Papa ius suū negligere videatur, mandat quibusdam, quatenus si constiterit, Archidiaconatū Richemundiæ vacasse per annum, tempore semestri quo vel ad archiepm, vel ad capitulū donatio pertinebat, computato non à tempore vacationis, sed à notitia: cū ex tunc ad Papā fuerat illius donatio deuoluta; vtriq; super eo silentium imponatur. Not. tempus sex mensiū currere à tempore notitiæ, nō à vacationis. Itē tempus non currit ignoranti. Item post tempus illud elapsum non possunt eligere qui fuerant negligentes.

k ¶ *Licet magister.*]De archidia. isto habes j. de cōces. præben. post electionem.

suæ instituunt & destituunt[a] voluntate: admissos ita pensionibus[b] onerantes, quòd nec ecclesiis competenter possunt in paupertate[c] nimia deseruire†: nec episcopo in episcopalibus[d] respōdere: neq; hospitalitatem[e] (sicut conuenit) transeuntibus impertiri. ¶ Nolentes autem, vt status ecclesiæ debitus & antiquus, per insolentiam† alicuius subuertatur: mandamus, quatenus (nisi à iurisdictione tua[f] exemptæ sint ecclesiæ supradictæ) prædictos[g] excessus studeas rationabiliter emendare. Et nisi prædictæ personæ infra tēpus in Lateranen.† cōcilio[h] constitutū†, ad vacātes ecclesias tibi personas idoneas præsentauerint: extunc tibi liceat (appellatione remota) in eisdē ordinare rectores, qui eis præesse nouerint & prodesse: ita tamē quòd ex hoc nullum patronis præiudicium in posterū[i] generetur.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Supplet superior inferioris negligentiam in beneficijs conferendis, si tempus Lateran. concilij lapsum sit: & collatio per inferiorem postea facta non valet.*

CAP. III.

Licet† magister[k] H. & R. procurator R. de sancto Cadimundo, super archidiaconatu Richemundiæ diutius litigauerint coram nobis: & infra. ¶ Ne igitur ius nostrum negligere videamur[l], qui alios in sua iustitia confouemus: mandamus, quatenus si vobis constiterit archidiaconatum Richemundiæ vacasse per annū (tēpore semestri, quo vel ad archiepiscopum, vel ad capitulum donatio pertinebat, non à vacatione, sed à notitia[m] computato) cum pro eo, quòd Eboracen. archiepiscopus alium superiorē non habet, ex tūc fuerat ad nos donatio deuoluta, vtriq; super eo silentium imponatis[n].

¶ Idem magistro P. de Castro nouo, & R. monacho fontis frigidi Aposto. sedis legato.

¶ *Si is ad quem spectat beneficij collatio, lapso tempore Lateran. concilij conferat, non valet collatio, nisi de misericordia toleretur.*

CAP. IIII.

Litteras† vestræ discretionis† accepimus, quòd cum in quibusdam ecclesijs legationi vestræ subiectis, quædam beneficia & dignitates tanto tempore vacauissent, quòd tā prælati, quàm capitula secundū tenorem Lateranen. concilij†, essent iure instituendi priuati: postquam aduentus vester innotuit, in beneficiis illis personas minus idoneas instituere præsumpserunt: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si beneficia vel dignitates noueritis personis idoneis assignatas: eas† de patientia[o] permittatis ab ipsis pacifice possideri: alioquin personas amouentes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis auctoritate nostra suffulti, non differatis quamtocyus† ordinare.

¶ Idem episcopo Samo.

¶ *Is ad quem primo loco spectabat collatio beneficij, lapso tempore Lateranen. concilij conferre non poterit.*

CAP. V.

Dilecto filio P. tituli sancti Marcellini† presbytero Cardi. S. & R. procuratoribus P. & G. apud sedem Apostolicam

¶ *Glo. seq. arg. alle. duo iura contraria.*

l ¶ *Videamur.*] Argu. q ordinata charitas à se incipit. de pœn. dist. 3. sanc. arg. 23. q. 5. si nō licet. & j. de vsu pal. nisi. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. alleg. unum est cor. signat contraria, & solait.*

m ¶ *A notitia.*] Sic ergo patet q tēpus istud currit à tempore scientiæ tantū. j. de conces. præben. quia diuersitatem. in fin. Argu. tñ est q currit ab eo tempore quo scire potuit: vt ff. quis ordo in bo. pos. ser. l. vlt. arg. §. ff. de pe. h. hęredi. item veniūt. §. petitā. Quod prius dictum est, valet.

¶ *Glo. seq. improbat opi. & solait contrarium.*

n ¶ *Imponatis.*]Hic euacuatur opinio illorum qui dicunt, q mora in electionibus possit purgari, & quę diucuit notari. j. de cōces. præbē. nulla. nam hic fuit nulla electio, quia fuit facta post sex menses. j. eo. dilecto. & c. sequens non obstat: quia illud fuit tolerātia. & sic planum est quod dr per totum titulum istum.

Litteras.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Discretioni.* Io. And.

Casus. In quibusdā ecclesiis quędam beneficia & dignitates tanto tempore vacauerant, q donatio illorū secundū Laterañ. concil. ad sedē Apostolicam fuerat deuoluta: illi ad quos collatio pertinebat, intelligentes legatos Aposto. sedis ad partes illas accedere, instituerunt in beneficiis illis personas minus idoneas. legati inuenerunt illa beneficia taliter collata, dubitauerunt an deberent illos institutos remouere: mandat illis Papa, quatenus si beneficia & dignitates personis idoneis sunt collata, permittant illos de patientia pacifice possidere, alioquin remoueantur, & de personis idoneis illa non differant ordinare. Not. q collatio quæ non tenet, de patientia superioris tenet, aliàs non valeret.

o ¶ *Patientia.*]Ita de iure talis ordinatio non valebat. j. c. proxi. & j. c. proxi. nam multa per patientiā tolerantur, quæ si in iudiciū venirent, cassarentur. j. de preb. cum iamdudum. & sic not. q sola patientia dat hoc ius talibus institutis, nō ex illa institutione extunc; sed extunc ex tali patientia. sic ff. de offi. procon. obseruare. in fin. sim. 2. q. 1. in primis. Bernard.

Dilecto.] Prima pars decisę narrat factum. Secunda: ibi, *Quia nobis.* definit. Tertia sub conditione confirmationem committit: ibi, *Mandamus.*

Casus. Vacante Salamantina ecclesia decanus cum quibusdam sequacibus suis, quendam P. nomine mercatorem elegit, appellans ne 3 suam electionem aliquid attentarent, archiepiscopus ad quē (vt dicebatur) electio cantoris fuerat deuoluta, alium G. nomine in canto-

cantorem elegit, propter huiusmodi electiones procuratores vtriusq; partis ad Romanam ecclesiam accesserunt: quia cõstitit Papæ ꝙ electio à decano & eius sequacibus facta, post elapsum sex mensiũ spatium extitit celebrata, infra qđ eps & capitulũ cõiter eligere debuerunt: electionem de dicto P. factam, decreuit irritam & inanem, & appellationem à decano interpositam, factũ archiepi. ad quẽ erat eligendi auctoritas deuoluta, non potuisse aliquatenus impedire; vnde mandat quatenus electionem de prædicto G. debeat confirmare, nisi ei aliquod canonicũ obuiaret. Not. ꝙ pp negligentiã amittit qs ius eligendi. Item mora in talibus nõ purgat.

¶ *Glossa sequens, vers. per quæst. quis eligat ad præbendam vel beneficia ecclesiæ collegiatæ: & dicit quòd prælatus & capitulum, nisi habeat aliud consuetudo vt statur. Signat contrariũ, & soluit.*

a ¶ *Communiter.*] De iure cõi electio spectat simul ad capitulum & epm: vt potest hic colligi. & j. de conces. præben. postulastis. & j. de iis quæ fi. à præla. sine cõsensu capituli. ea noscitur. & ideo cũ omnes simul sunt negligentes, transfertur eligendi potestas ad superiorem, vt hic, & capitu. postulastis. & sicut alia tractare debent cõiter. j. de iis quæ fi. à præla, sine consensu capituli. p totũ. ita & electio debet fieri cõiter: nisi consuetudo repugnet. s. de elect. cũ ecclesia Vulteraoa. in fin. vbi de hoc. & ita si capitulum p se confert beneficia, vel qñq; eps per se, illud tñ fit de consuetudine singulari, vt c. ea noscitur. sicut vides ꝙ in quibusdam locis eligit capitulum, & in quibusdã locis eligit eps, vnde soli consuetudini ascribendum est, & talis consuetudo rationabilis est, & ideo potest præscribi [1] de tali potes intelligere & de consimilibus. s. de consue. c. vlti. in fin. Huic quod dixi, cõdicere vr. 16. quæst. 7. nullus omnino. Sed illud intelligas secundũ ea quæ dicta sunt. & hanc consuetudinẽ approbat conciliũ Lateranen. j. de concess. præben. nulla. vbi habetur ꝙ qñq; ad capitulum spectat collatio præbendarum, dignitatum, & cura animarum, qñq; ad epm: & tunc vnus supplet negligentiam alterius, vt ibi dr. & illud nõ potest intelligi nisi de consuetudine: de iure communi non.

b ¶ *Irritam.*] & sic patet ꝙ mora in talibus purgari nõ potest, quia talis electio nulla est, vt hic dicit. de hoc dictum est s. eod. tit. licet.

Alias: Salamono.

Londo-nien.

Baron.

[1] Concor. l. si cũ nos. ff. de re. di-uis. Bal. in præludio seu c. i. de feu. cog. col. 10.

constitutis, auditore concesso: & infra. ¶ Quia nobis constitit à Salamantino decano & eius sequacibus, post elapsum sex mensium spatium, infra quod episcopus & capitulum (prout cõmuniter [a] spectabat ad eos) procedere ad electionem cãtoris neglexerant, electionem supradicti P. minus canonice celebratam, eandem decernimus irritam [b] & inanem: & appellationem à decano & suis fautoribus interpositam, factum archiepiscopi; ad quem iam erat eligendi auctoritas deuoluta) nequiuisse aliquatenus impedire: & infra. ¶ Mãdamus, quatenus nisi dicto G. aliquod canonicũ obuiet. electionem de ipso factam, sublato † appellationis obstaculo confirmetis.

TITVLVS XI.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

¶ Alexander tertius Baton. † episcopo.

¶ *Diebus Dominicis, vel sabbato Pentecostes sacri ordines ab alio quàm à Papa conferri non debent.*

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, & qualitate ordinandorum.

¶ *Viso de promotione prælatorum, tractandum est de ordinatione clericorum. & quæ certis tpibus, & cum scrutinio debent fieri, ideo, &c. Io. And.*

De hac materia tractatur 21. & 24. & 55. & 50. & 51. distin: & in multis aliis. & 9. quæstio. 1. & quæstio. 2. & 15. quæstio. 8. per totum.

Subdiaconos.] Sunt tria dicta. secundum: ibi, Quamuis. tertium: ibi, Sabbato. Ioan. And.

Casvs. Hic duo dicuntur. Primum est, ꝙ nõ licet alicui nisi Rom. Pont. aliquem diebus Dñicis in subdiaconũ ordinare, quamuis Deo dicatis virginibus velum consecratoriũ imponendi, & minores ordines conferendi, diebus Dominicis habeant potestatem. Secundũ est, ꝙ non licet alicui in vigilia Pentecostes sacros ordines celebrare: quia in sequenti septimana, recepto Spiritus sancti flamine celebrãtur. Not. virgines possunt consecrari diebus dominicis, & minores ordines conferri.

¶ *Glo. seq. arg. ad contrarium, alle. 8. iura, & soluit.*

c ¶ *Romano.*] Et ita patet ꝙ ab aliis attentari non possunt quæ sibi tantum Ro. eccle. reseruauit. simile s. de transla. inter corporalia. & c. 1. & supra de ele. ꝙ sicut. §. super eo. Et est arg. ꝙ consuetudo Rom. eccle. ad consequentia trahi non debet ab aliis. [a] arg. 5. 15. dist. c. 1. & 2. & de conse. dist. 1. basilicas. C. de ędifi. priua. cum dubitabatur. & qđ Romę fit [3], spectandũ est. ff. de off. præ. sed licet. & secundũ ꝙ Papa facit, & nos facere debemus. j. de re iud. in causis. & eadem ratio quæ mouet ipsum, mouere debet alios iudices. s. de rescri. super litteris. arg. optimum Insti. de sat. tu. §. vlt. in fi. Solutio: quæ Romana eccl. seruat, & docet alios obseruare, ad illa seruãda tenentur subditi ei: quæ vero in signum priuilegij sibi tantum seruauit, nullus alius sine sua speciali licentia attentare debet. quæ sint illa, dr j. de off. leg. c. qđ translationem.

[a] Concor. l. obseruare. §. antequam. ff. de off. procon. & l. idẽq. ff. mand.

[3] Ibi dicit spectandũ non quod fit, sed qđ fieri debet. Ioan. And.

CAP. I.

Subdiaconos † autem, nulli nisi Romano [c] Pontifici liceat in diebus Dominicis ordinare: ¶ Quamuis consecrandi Deo dicatas virgines [d], & minores ordines his diebus habeant licentiam celebrandi. ¶ Sabbato quidem Pentecostes, non liceat alicui sacros ordines celebrare, cum in sequenti septimana (recepta spiritus sancti gratia) celebrentur.

† Post concil. Lateranen. sub Alexand. sup. par. 16. cap. 25. & c. 1. eod. tit. in 1. compilatione.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

d ¶ *Virgines.*] 20. q. 1. deuotis. §. vbi dr ꝙ nõ nisi i die Epiphaniarũ, in Albis paschalibus & natalibus Apostolorũ virgines sunt velandæ. adde ibi & hoc qđ dr hic, & hoc quod ibi: & sic alterum per alterum suppletur.

¶ Idem episcopo Herfordensi.

¶ *Non valet consuetudo quòd extra statuta tempora sacri ordines conferãtur.*

CAP. II.

Sane † super eo quod moris esse dixisti in ecclesiis quibusdam Scotiæ & Valliæ †, in dedicationibus ecclesiarum vel altarium extra ieiunia quatuor temporum [e], clericos ad sacros [f] ordines promouere. Significamus quod consuetudo illa (vt pote institutioni ecclesiasticæ inimica) est penitus improbanda; & nisi multitudo [g] & antiqua [h] consuetudo terræ

† Post con cil. Lateranen. sub Alexand. sup. par. 16. cap. 24. & cap. 1. eod. tit. in 1. compilatione.

† In vno vetustissimo manu scripto: Galliæ: in alio, Gawliæ.

S ¶ *Ane.*] Cõis diuisio. Secunda: ibi, Significamus. Ioan. And.

Casvs. Consuetudo erat in quibusdã ecclesiis Scotiæ & Valliæ, ꝙ in dedicationibus ecclesiarum vel altarium extra quatuor tempora clerici ad sacros ordines pmouebanť. Rñdet Papa ꝙ illa consuetudo est ecclesiasticę institutioni inimica, & ideo improbanda. & si multitudo & antiqua cõsuetudo non esset, taliter ordinati non deberent in susceptis ordinibus ministrare. sed in Romana eccl. sic ordinati deponerentur, & ordinatores auctoritate ordinandi priuarentur. Not. ꝙ multitudo inducit dispensationem. Vnde versus.

Ob populum multum, crimen pertransit inultum.

Not. ꝙ multitudo & consuetudo antiqua excusat.

e ¶ *Quatuor temporum.*] supple & extra sabbatũ Sanctũ, & in sabbato hebdomadæ medię Quadragesimæ. j. capite proximo. quia tunc licet.

f ¶ *Ad sacros.*] ad minores potest diebus dominicis, & aliis diebus solemnibus. j. c. proxi. tamen si secus fiat, characterem recipiunt, infra eodem consultationi.

¶ *Glossa sequens arg. alleg. 4. iura, demum arg. determinat, & triplicem veritatem distinguit.*

g ¶ *Multitudo.*] arg. ꝙ multitudo dispensationem inducit. 50. dist. vt constitueretur. & 1. q. 7. quotiès 2. & 44. dist. c. comessationes. & 23. q. 4. non põt. versus: *Ob populũ multum crimen pertransit inultum.* In multitudine tñ illis non parcitur, quos magis causam delicti esse constiterit. j. de cleri. excõ. mini. latores. & ita pp scandalũ aliquid omittiť impunitũ, cum aliàs nõ esset omittẽdũ. qđ fieri põt si veritas nõ offenditur, q̃ triplex est, scilicet iustitiæ. j. de re. iur. q. scãdalizauerit. veritas doctrinæ siue disciplinę. 11. q. 3. qñ ergo. veritas bonę vitæ. 22. q. 2. primum. in prin. & 35. q. 3. ita ne. hæc numquã dimittẽda est pp scãdalũ. 11. q. 3. inter verba. sed veritas iustitiæ & veritas doctrinæ siue disciplinę qñq; omittiť pp scandalũ, puta qñ multitudo est in causa, vt hic dr. de hoc dr s. de renun. nisi cũ pridẽ. §. pro graui quoque. Veritas iustitię ad iudicem, doctrinæ siue disciplinæ ad prælatũ, bonę vitæ ad quemlibet pertinet. Vnde versus.

Est verum vita doctrinæ iustitiaque,
Primum semper habe, duo propter scandala linque.

¶ *Glossa sequens arg. alleg. 2. iura, & tria alle. in contrarium, & dupliciter soluit. Ioan. And.*

h ¶ *Antiqua.*] argu. ꝙ consuetudo excusat in delictis. arg. 35. q. 4. obiiciuntur.

Dispensatio fit propter multitudinem.

Veritas triplex declaratur.

obliciuntur. & 4. distin. denique. arg. ℥. j. de simo. non satis. & j. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulteriū. cū haberet. ℥. de consuetud. c. vlt. 1. rñ. Sol. ꝯsuetudo siue multitudo excusat à pœna temporali 1, quæ pp scandalum imponi non potest, sed à pœna æterna non excusat, immo amplius accusat: vt dicunt contraria, & non minus ardebunt qui cum multis ardebunt. 2. q. 1. multi. in fi. Vel dic q consuetudo excusat in iis quæ sunt ℥ ius positiuum, dū tñ sit rationabilis & ꝓscripta. ℥. de consue. c. vlt. in fin. 2 In his vero q sunt ℥ ius naturale, nullo modo, nec ulla consuetudo excusat, vt ibidem primo responso.

a ¶ *Deponerentur.*] ab executione, & suspensi haberentur. cum tñ recepissent characterem, vt j. eo. ca. penult.

Concor. ℓ. aut facta. § fina. ff. de pœ.

Concor. ℓ. 1. & ibi Bald. C. de confes. & in auth. ingres. si. cum no. C. de sacrosan eccle.

Post concil. Lateran. sub Alex. 3. pat. 26. c. 25 & cap. j. eo. tit. in 1. compilatione.

Vt intelligas hæc nomina ministrorum ecclesiæ, vide Magistrum sent. lib. 4. dist. 24. ad. de concil. Tridét. ses. 23. de refor. c. 2. & vide notas huius capitis.

esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare. nam apud nos sic ordinati deponerentur a: & ordinantes priuarentur auctoritate ordinandi.

¶ Idem eidem.

¶ *Minores ordi. es conferri possunt diebus festis. Sacri vero conferri debent in quatuor temporibus, vel sabbato sancto, vel sabbato de passione.*

CAP. III.

DE † eo autem quod quæsiuisti, an liceat extra ieiunia quatuor temporū aliquos in ostiarios †, lectores, exorcistas, vel acolythos, aut etiam subdiaconos promouere: Taliter respondemus, quod licitum est episcopis, dominicis & alijs festiuis diebus, vnū aut duos b ad minores c ordines promouere. Sed ad subdiaconatū, nisi in quatuor temporibus, aut sabbato d sancto, vel in sabbato ante dominicam de passione, nulli episcoporum, præterquam Romano pontifici licet aliquos ordinare.

¶ Idem.

¶ *Criminosus occultus moneri potest ne promoueatur ad ordines, sed prohiberi non debet.*

DE eo.] Cōis diuisio Secunda: ibi, *Taliter respondemus.* Io. And.

Casvs. Quæsitū fuit à Papa, an liceat extra ieiunia quatuor tporū promouere aliquos in ostiarios, & ad alios minores ordines, aut in subdiaconos? Rńdet Papa q licitum est epīa, dominicis & aliis diebus festiuis, vnum vel duos promouere ad minores ordines, sed ad subdiaconatū non licet nisi in quatuor temporib', aut sabbato sancto, aut in sabbato de Passione, præterquam Romano Pontifici. Not. quo tempore debent sacri ordines conferri, scilicet in quatuor temporibus, in sabbato sancto, & in sabbato ante dñicam de Passione.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

b ¶ *Aut duos.*] nunquid plures? vtique, dummodo non videatur generalis ordinatio.

¶ *Glo. seq. vult per q. an omnes minores, & c. soluit.*

c ¶ *Ad minores.*] Et sic vr̄ q omnes minores ordines possit aliquis simul recipere ex eo qđ dicit, potest promouere vnum ad minores: quia indeterminate dixit ad minores, de omnibus potest intelligi. 19. dist. si Romanorū. in fi. de priui. quia circa quod satis pōt concedi, & de facto obtinet: vt hic, & j. de eo q. fur. or. re. cū H. nisi cōsuetudo repugnet q scandalū generaret. Cōsuetudo enim ea q licita sunt reddit illicita. j. đ cleri. ꝯiug. cū olim. & j. de cog. spi. sup eo. 3

d ¶ *Sabbato.*] Vt 75. dist. ordinationes 2. non ergo die dominica. j. eo. litteras. Etiam continuato ieiunio, vt quidam dicebant.

An omnes minores ordines possit quis simul recipere.

3 Concor. l. rem non nouam. cū glo. C. de iudi. & ibi per Pet. & Cyn. & in Authē. hoc ius porrectum. C. de sac. sanc. ecle,

EX tenore.] Cōis diuisio. Secunda: ibi, *Verum.* Ioan And.

Casvs. Quidam clericus N. nomine volebat promoueri ad maiores ordines: sed in tantū deliquerat, q si peccatum eius publicum esset, degradaretur ab ordine quē susceperat, nec posset ad superiores promoueri. quæsitū fuit à Papa quid obseruari deberet, quia peccatū istius occultum est? mandat Papa quatenus ei pœnitentiā cōdignā imponat, & ei suadeat vt parte pœnitentiæ peracta, ordine suscepto vtat: sed ad superiores nō ascendat: verūtamen q a peccatū occultū est, si ꝓmoueri voluerit, eū prohibere nō debet. Not. q occulta peccata vindictā 4 non habent. & licet epīs peccatū occultū nouerit per confessionem, non potest prohibere illum ab ordinib'.

4 In foro exteriori: nam quo ad deū non relinquunt impunita.

e ¶ *Adeo deliquit.*] puta periurium vel adulterium commisit: vt j. eod. tit. ca. vlt.

¶ *Glo. seq. alle. 4. concor. & in contrarium iura, ponit opin. quam reprobat, demum ponit op. H. & Tan. qui dixerunt 4. consideranda.*

f ¶ *Vtatur.*] Not. ergo q dicit hic q criminosus acta pœnitētia potest ꝓmoueri, & in susceptis ordinibus ministrare. arg. ad hoc 34. dist. fraternitatis. 50. dist. quia tua. & c. dño. & c. ponderet. & in pluribus aliis. arg. ℥. 25. dist. primum. & 1. q. 7. si quis oēm. & 48. dist. qm̄. Sol. quida dixerunt quòd si promotus non est: nullo modo debet ꝓmoueri, per c. proxime dicta. hæc fuit rigida opinio, quia res pene ℥ naturam est, vt aliquis sit sine peccato. 25. dist. c. vnū. §. nūc autem. Vnde vr̄ idem dicendum circa promotos & promouendos, facilius tñ impeditur promouēdus q deiiciatur iam promotus. 15. q. 1. §. vlt. Circa promotos Ant. & Tan. distinguunt q quatuor cōsideranda sunt. Primum, s. quantitas criminis, vtrū videlicet sit enorme vel mediocre. & in hoc consideratur quantitas criminis. Secundū est quæ est qualitas criminis, vtrum sit occultum vel manifestū. Tertium est modus publicationis, an sit videlicet publicum per operis euidentiam, vel per iudicis sententiā, vel p spontaneā confessionē in iudicio. Istis tribus modis notoriū fit crimē j. de coha. cle. & mu. c. vlt. Quartum est satisfactio pœnitētis, videlicet an egerit verā pœnitentiā vel simulatam. si crimen est enorme & manifestū, vt simul concurrāt quātitas & qualitas criminis, deponit, nec vnq restituit post quātamcumq; pœnitentiā. 50. dist. miror. si vero enorme & occultū, in eo casu monendus est vt abstineat, & non cogendus: quia solū Deū habet vltorem: quia latentia peccata vindictā non habēt. 32. q. 5. Christiana. & acta pœnitentia poterit officio suo vti: & ad maiores ordines ascendere: vt hic, & j. de simo. ex tuæ. præter reos homicidij. j. eo. quæsitum est. vbi exemplificantur crimina talia. Si vero mediocre fuerit, & occultū, acta pœnitentia vel parte eius poterit remanere in officio suo, & ad maiores ordines promoueri fortius q in alio casu. 50. dist. de his vero. Si mediocre & manifestum, si conuictus est in iudicio vel timore probationum confessus: in eo casu deponitur. 81. dist. si quis clericus. Si vero publicū est per operis euidentiam, vel spontaneam confessionē: tunc acta pœnitentia poterit cū eo misericorditer agi secundū qđ visum fuerit epō, qñq; plus vel minus. 15. q. vlt. si quis presbyter. 50. dist. presbyterū. & hoc totum intelligas, cum veram pœnitentiam egerit, & non simulatam: quia si simulatam, non restitueretur. 50. dist. vt constitueretur.

g ¶ *Occultum.*] & sic probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit. 32. q. 5. Christiana. & secretorū Deus iudex & cognitor est. 32. dist. erubescant. & 2. q. 5. consuluisti. & solum Deum habent vltorem. C. de iureiu. iurisiurandi.

¶ *Glo seq. signat contrarium, & simpliciter soluit.* Ioan. And.

h ¶ *Prohibere.*] etiā si in crimine teneant, ꝓhibendi nō sunt, sed cōmonendi. j. eo. c. vlt. arg. ℥. j. c. proxi. Sol. hic loquit de seculari, ibi de regulari q propriā voluntatē non habet. 12. q. 1. nō dicatis. & c. nolo. Vel illud pp scādalū prælatorū: hic nullū scandalū. Vel melt', illud cū qs petens ordines, habet ius petendi rōne tituli quē habet, vel dignitatis; illud cum ius petendi non habet: & ideo ꝓlatus suus q nouit secreta sua, potest eum repellere. arg. j. de spon. præterea 2.

CAP. IIII.

EX † tenore tuarū litterarū accepimus, quòd N. clericus adeo e deliquit, quòd si peccatum eius esset publicum, degradaretur † ab ordine quē susceperat, & amplius non posset ad superiores ordines promoueri. ¶ Verum quoniam peccatum ipsius fore occultum dixisti, mandamus, quatenus pœnitentiam ei condignam imponas, & suadeas, vt parte pœnitentiæ peracta, ordine suscepto vtatur f: quo contentus existens, ad superiores amplius non ascendat: Verumtamen quia peccatum occultum g est †: si promoueri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere h.

¶ Lucius tertius archiepiscopo Turon.

¶ *Religiosus contra prohibitionem prælati sui ordinari non debet.*

CAP. V.

AD † aures nostras peruenit, quòd religiosi quidā ad superiores desiderant ordines promoueri, sed prælati i eorum desideriis contradicunt. ¶ Tuæ igitur quæstioni taliter respond. quòd honestius & tutius est, subiectis debitam præ

Circa promotos, & promouendos criminosos quot & qualia consyderari debeāt.

Post concil. Lateran. sub Alexa. 3. par. 50. c. 5. & c. 5. eod. tit. 1. compilatione.

Alias in 1 ant. fuit pro quo degradaretur.

Addendum dicatur: per casū occultum, & manifestum ...

Post concil. Lateran. sub Alex. 3. par. 16. 22. & c. 4. eod. tit. in 1 prima compilatione.

AD aures.] Communis diuisio. Secunda: ibi, *Tuæ.* Ioan. And.

Casvs. Quidam religiosi volunt ad ordines promoueri: ꝓlati eorū nolunt ꝓmoueri: quæritur quid iuris sit? Rńdet papa, q tutius est eis ministrare in inferioribus ordinibus, suis ꝓlatis obediētiā impēdendo, q cum scandalo suorū ꝓlatorū ad ordines superiores promoueri. nec sunt in hoc audiendi, quia pōt esse q prælati eorū, aliqua sua secreta cōmissa nouerint, pp quæ salua conscientia nequeant ꝓmoueri, quia non in sublimitate graduū, sed in amplitudine charitatis acquirit regnū Dei. Not. q regulares ℥ volūtatē suorū prælatorū promoueri non debent. Itē nihil cū scandalo est faciēdū.

i ¶ *Prælati.*] id est, abbates vel priores regulares, large sumpto vocabulo. infra, de verborum significatione, quamuis.

¶ *Glo. seq. alleg. 5. conc. & in cōtrarium quinque iura, & soluit, distinguēdo excōicationem a pcepto. & in præcepto distinguit an spectet ad eius officiū, vel non. Et primo casu subdiuidit an sit iustum vel iniustum, vel dubium.*

a ¶ Obedientiam.

a ¶ *Obedientiam.*] & ita patet quòd minores suis prælatis obedientiam seruare debent. arg. 100. distin. ꝫ morem. & 19. dist. in memoriam. & 8. q. 1. sciẽdum. ff. de re mi. l. 3. §. in bello. 11. q. 3. absit. arg. ꝫ, quia non est semper obediendum. 12. dist. non liceat. 15. q. 6. iuratos. 11. q. 3. non semper. C. de decur. omnes. lib. 10. in fin. & j. eo. dilectus. Sol. si prælat⁹ excõicet, siue iusta sit sententia siue iniusta, obediendum est sententiæ. 11. q. 3. sententia Pastoris. & c. si episcopus forte. nisi in duob⁹ casibus. j. de sen. excõ. per tuas. Item præcepto prælati si non pertinet ad officiũ suũ qđ præcipit, non est obediendum. ff. de re. iu. factum à iudice. arg. 7. quæst. 1. quia frater. Si vero pertinet ad officium suum, obediendum est: vt hic & in similibus, qñ non decipitur in pcepto. Si vero præcipiat quod omnino est malum: nõ faciat ꝫ cõscientiã licet iustum videatur prælato. j. de restit. spo. litteras. seruatur quod dr j. de sen. excom. inquisitioni. si vero præcipiat quod malũ est, non obediendũ est ei. 11. q. 3. q resistit. & c. si dñs. & c. Iulianus. & c. nõ semper. Si vero dubiũ sit pceptũ: pp bonũ obedientię excusat à peccato, licet i veritate sit malũ. 23. q. 1. qđ culpatur a.

¶ *Glo. seq. alię. 5. iura & ista in contrarium solmi, & remittit.*

positis obedientiam[a] impendẽdo, in inferiori ministerio deseruire, quàm cum præpositorum scandalo[b] graduũ appetere dignitatem. ¶ Nec est in hac parte subiectorum desiderium confouendum: quoniam esse[c] potest, quòd prælati eorum commissa secreta nouerint, ex quibus constat eis, quòd salua conscientia nequeunt sublimari; quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine† charitatis acquiritur regnum Dei[d].

¶ Idem.

¶ *Metropolitanus ab omnibus suffraganeis consecratur. Suffraganeus vero à tribus, metropolitano iubente.*

CAP. VI.

SI† archiepiscopus obierit, & alter fuerit ordinandus[e]: omnes episcopi eiusdem prouinciæ, ad sedem metropolitanam[f] conueniant, vt ab omnibus[g] ordinetur[h]. ¶ Reliqui vero comprouinciales episcopi (si necesse fuerit) cæteris consentientibus, à tribus iussu archiepiscopi poterunt ordinari: sed melius[i] est, si ipse cum omnibus eum qui dignus est, elegerit[k], & cuncti pariter pontificem consecrauerint.

b ¶ *Scandalo.*] arg. nihil cũ scandalo faciendum esse. arg. 54. distin. generalis. ĩ fi. & 51. dist. c. 1. 11. dist. illa. 28. q. 1. vxor. & c. iã nũc. arg. ꝫ. j. de re. iu. qui scandalizauerit. 11. q. 3. inter verba. & ꝫ. de renun. nisi cũ pridem, §. pro graui quoq;. Solu. pro vitando scandalo, sæpe cessat rigor ecclesiasticæ sententię, sed malũ perpetrari non debet. arg. 11. q. 3. quid ergo. de hoc dictũ est ꝫ. eo. sane. & in c. nisi cum pridem. §. pro graui. ꝫ. de renunt.

c ¶ *Esse potest.*] Not. aliquid esse faciendũ vel omittendũ, ad cautelam eorum quæ fieri nõ possunt. 32. q. 1. dixit Dñs. ff. de nego. gest. diuortio. 1. sñ. in fi. ff. de ijs qui deie. vel effu. si vero. §. prætor 2. ff. de dam. insec. qui bona. §. si quis stipulatus.

d ¶ *Regnum Dei.*] quia apud Deũ nõ grad⁹ elegantior, sed vitæ melioris actio cõprobatur. 23. q. 4. sicut excellentiã. & ille maior dr in regno Dei, qui est iustior. 40. dist. non loca. & ca. multi. in fine.

SI *archiepiscopus.*] Ponit duo dicta. secũdũ: ibi, *Reliqui vero.* Io. An.

CASVS. Quando archieps debet cõsecrari, omnes suffraganei conueniant ad sedẽ metropolitanã, vt ab omnibus consecretur. epi vero comprouinciales, si necesse fuerit, iussu archiepi à tribus epis possunt consecrari alijs consentientibus. sed melius est si archieps cum alijs omnibus pontificem consecrauerit. Not. quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Item licet quis aliquid possit per alium gerere: melius tamen est si per seipsum gerat.

e ¶ *Ordinandus.*] id est, cõsecrandus: nisi forte haberent ius in electione. 93. dist. miratus valde. & tunc dic ordinandus, idest, eligendus: quia de consuetudine vocandi sunt.

f ¶ *Metropolitanam.*] 63. dist. metropolitanũ. & 51. dist. c. vlt.

g ¶ *Ab omnibus.*] Not. quod omnes tangit, ab omnibus comprobari debet quia in concedendo haustum aquæ omnes debent venire, ad quos ius aquę spectat. ff. de aqua plu. arcen. in concedendo. & C. de aucto. pręstan. l. vlt. & C. de cõi agro deser. quicunque. in fin. lib. 11. & 8. q. 1. licet ergo. & ff. de adop. nam diuus. Dicas quòd in tali casu omnes vocandi sunt, & debent adesse si fieri potest: & tunc sufficit q maior pars consentiat. ff. ad muni. quòd maior. & q omnes suffraganei debeant ipsum ordinare, legitur 64. dist. q a per ambitiones. & hoc quod dixi q maior pars sufficit, locũ habet in collegiis, secus in priuatis, vt dictum est supra de consti. cũ omnes.

h ¶ *Ordinetur.*] id est, eligatur, cum habent ius in electione, vt dictum est. aliàs expone, ordinetur, id est, consecretur.

i ¶ *Melius est.*] & sic vr q licet possit aliquid fieri per alium, & perinde habeatur ac si per se. ff. q cuiusq; vniuersi. item eorum. §. 1. ff. de admi. tuto. ita tñ. §. gessisse. melius tñ res expeditur per se, q̃ per alium. arg. 2. quęstio. 7. accusatio.

¶ Ex concilio Arelaten. †

¶ *Dicit idem quod in præcedenti.*

CAP. VII.

NE episcopi sine metropolitani permissu[l], nec metropolitanus sine tribus[m] vel duobus episcopis comprouincialibus præsumat episcopum ordinare[n], ita vt alij episcopi comprouinciales admoneantur epistolis, vt se suo responso significent cõsensisse[o]. ¶ Quod si inter partes aliqua dubitatio fuerit, maiori[p] numero metropolitanus consentiat.

¶ Vrbanus tertius archiepiscopo Pisano.

¶ *Ordinatus extra tempora suspenditur, donec dispensetur cum eo, & ordinans punitur.*

CAP. VIII.

CVm quidam: & infra. ¶ Episcopũ qui die, quo non debuit ordines celebrauit, canonica[q] disciplina corrigere: & ordinatos à susceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos[r] restitutionis gratiam consequantur.

¶ Celestinus tertius Hidroñ. † archiepiscopo.

¶ *Graci à Latinis ordinari non debent, nec contra si in ritu ordinandi sunt diuersi.*

k ¶ *Elegerit.*] Cũ † nõ habeat ius in electione vt dictũ est, aliàs expone elegerit, idest, electũ approbauerit.

NE *episcopi.*] Ponit duo dicta. Secundum: ibi, *Quòd si.* Ioan. And.

CASVS. Quærebatur in concilio, vtrũ epi possent consecrare suffraganeum suum: rñdetur, q epi sine permissu archiepi non præsumãt epm consecrare, nec archiepiscop⁹ aliquẽ cõsecrare præsumat sine duobus vel tribus epis, ita vt alij comprouinciales epi p suas litteras consentiant: quòd si inter illos discordia fuerit, archiepiscopus maiori numero cõsentiat. Not. standũ esse maiori parti.

EX † tua nobis parte est propositum, quod cum olim ad tuam consultationem [e] super filiis sacerdotum, tales à nobis litteras recepisses, vt eos posses in ecclesiis, quas patres eorum nullo mediante possederant, sustinere, quos probatæ vitę & sanę † conuersationis cognosceres, vel quos longo tēpore illas tenuisse † constaret: quidam ad iudices litteras impetrauerunt, vt si constaret eos esse filios sacerdotum, vel clericorum, qui in proximo ante eos ecclesias tenuerunt, super his imponatur eis appellatione cessante silentium, & ecclesias istas ipsis [f] assignent, quāuis in eis se ostendere nequeant [h] per episcopos institutos. ¶ Super quo tibi taliter respondemus, quòd si per priores litteras cum aliquibus clericis dispensasti, dispensationem tuam posteriorum litterarum intuitu, nolumus irritari [i]. Alios vero clericos laicæ donationis [k] intuitu, in ecclesiis sine auctoritate pontificis sui institui, aut institutos remanere, auctoritate Apostolica prohibemus.

¶ Idem Cantua. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ *Si manifestum est, quòd filius in ecclesia immediate successit patri, sine aliqua testium receptione, ab illa remouebitur.*

CAP. X.

QVoniam † est sacris canonibus prohibitum: & infra. ¶ Præcipimus, quatenus si manifestum & publicum fuerit patres † in ecclesiis personatus gessisse, filios ab eisdem (si etiam eas adepti sunt) penitus excludatis [l]: nec ad earum gubernationem vlterius [m] assumantur. Nolumus enim vt causa in iudiciū deducatur, vel testes etiā admittantur, si hoc manifestum [n] existat.

¶ Idem Cantua. archiepiscopo.

¶ *Filius etiam legitimus, remouetur ab ecclesia in qua immediate successit patri vicario vel rectori.*

CAP. XI.

AD † extirpandas successiones: & infra. ¶ Fraternitati tuę mandamus, quatenus si qui filij presbyterorum [o] prouincię tuę teneant ecclesias, in quibus patres eorum tāquam

E *x tua.*] In prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, *Super quo.* Ioan. And.

Casvs. Archiepiscopus Eboracen. obtinuit indulgentiam à domino Papa, vt posset dispensare cum filiis sacerdotū, vt remanere possent i ecclesijs, quas patres eorū nullo medio habuerunt, dūmodo essent bonæ vitæ & opinionis, vel lōgo tēpore ecclesias tenuissent. Archieps dispensauit cū aliquibus talibū. Post istā dispensationē, quidā ad iudices impetrauerūt litteras à Papa, vt si constaret prędictos esse filios sacerdotum vel clericorum q proximo ante illos ecclesias tenuerunt, imponerent illis silentium, & ecclesias illas ipsis impetrantibus assignent, tacita veritate de præmissa dispensatione. Archiepiscopus consuluit dñm Papam, vtrum per litteras illas dispensatio sua debeat reuocari. Respondet Papa, quòd si per priores litteras cum aliquibus dispensauit, dispensationem illam nō vult per posteriores litteras irritari. In fine prohibet Papa clericos laicæ donationis intuitu in ecclesijs, sine auctoritate episcopi sui institui, & institutos præcipit remoueri. Abb. Nota quòd dispensatio semel concessa reuocatur. Item litteræ veritate tacita impetratæ non valent. Item nullus debet institui in ecclesiis sine auctoritate episcopi.

e ¶ *Consultationem.*] Impropriè ponitur: quia cum respondetur cōsultationi, ius cōe ostenditur per responsionem. arg. infra de vo. & vo. redem. ex multa. & ideo expone consultationem, id est, supplicationem: quia indulgentiam continet hæc decre. & hoc patet ex eo quod dicit j. dispensasti. [1] & dispensationē. & probatur hoc j. eo. c. pen. & vlt. nam Papa tantū cum talibus dispensat: vt ibi dicitur.

¶ *1 Vide notata infra eod. tit. c. 1. primo rñ. lo. ip. fi. lib. 6.*

f ¶ *Eos.*] scilicet cum quibus fuerat dispensatum.

g ¶ *Ipsis.*] impetrantibus.

h ¶ *Nequeant.*] Hoc ideo dicit, quia de gratia ipsi obtinuerūt litteras pro istis ecclesijs obtinendis. Et ex hoc patet, q ecclesias licite retinere non poterant per solam concessionem episcoporū, ex quo Papa mandat eos remoueri: & est verum. j. eo. c. vlt.

¶ *Glossa sequens notat dispensationem semel factam, &c.*

i ¶ *Irritari.*] Ergo dispensatio semel facta non est reuocanda amplius: sicut nec iniuriæ remissio. 23. quæst. 4. si illic. [a] immo beneficium decens est esse mālurum. in Auth. cōstitu. quę de dign. §. si. à pa. §. illud quoque. colla. 6. Deus enim dona sua multiplicat. de pœ. dist. 1. quantumlibet. & j. de schisma. fraternitati.

¶ *a Contra. l. sed [illegible]*

K ¶ *Donationis.*] 1. q. 7. si quis omnem. in fi. immo suspendi debent clerici & communione priuari, qui ecclesias recipiunt de manibus laicorum, & laici sunt excommunicandi. infra de iure patron. præterea. cum ipsi tale ius possidere non possunt. s. de elec. sacrosancta. & c. Massana. nisi i capella vbi patronus habet tantum ius præsentandi. infra de iure pat. c. à nobis. & ca. quod autem. & cap. cum autem. & ca. pastoralis. & non ius conferendi. infra eod. c. vlt.

¶ *Poena [illegible]*

¶ *Cap. [illegible]*

¶ *A [illegible]*

Q *Voniam.*] Prima recitat factum. secunda prouidet: ibi, *Nolumus.*

Casvs. Mandat Papa Cantua. archiepiscopo, & eius suffraganeis, quatenus si publicum fuerit patres personatū in ecclesijs habuisse, filios eorum ab ecclesiis illis excludant, nec ad eas vlterius assumantur: & si hoc publicum est, nec causa in iudicio deducatur, nec testes admittantur. Nota quòd in notoriis ordo iuris non requiritur.

¶ *Cap. [illegible]*

l ¶ *Excludatis.*] s. eo. præsentium. & j. eo. c. vlt.

m ¶ *Vlterius.*] Et ita loquitur de illegitimis, & sic nec in paternis nec in aliis institui debent: vt j. eo. c. vltimo.

¶ *Glo. seq. notat quòd in manifestis, &c. alle. 4. concord. in contrarium alleg. 4. iura.*

n ¶ *Manifestum.*] Et ita habes q in manifestis & notoriis ordo iudiciarius nō est obseruād'. 2. q. 1. de manifesta. & c. quę Lothari'. j. de appel. cum sit Romana. in fine. & C. de accus. ea quidē. Arg. cōtra. 2. q. 1. Deus omnipotens. & j. de diuor. porro. & s. de electio. bonæ memoriæ.

A *D extirpandas.*] Primo ponitur decisa consultatio. Secundo responsio. Secunda: ibi, *Fraternitati.*

Casvs. Dicitur hic quòd filij presbyterorū qui ecclesias tenēt, in quibus patres eorum nulla persona media ministrarunt tamquā personæ vel vicarij perpetui, remoueantur ab illis. Nota quòd filij presbyterorum nō possunt succedere patribus in ecclesiis, in quibus patres eorum personæ vel vicarij fuerint perpetui. Item media persona purgat vitium successionis.

¶ *Glo. seq. reci. per q. an prohibitio filiorum, &c.*

o ¶ *Filij presbyterorum.*] vel etiā nepotes, vel inferiorū qlibet quorū est ius succedēdi. arg. Inst. de hær. qual. & dif. §. sui. In collateralibus

¶ *Hæc glossa est singularis, & [illegible] rationis [illegible].*

libus non prohibetur. arg. j. de offi. dele. ex parte. & quilibet repellitur qui quasi iure successionis ecclesiã sibi vẽdicare intendit: q a ibi nõ hẽt locũ successio. ȝ. eo. ex trãsmissa. i fi. & 8. q. 1. aplica.
a ¶ *Vicarij.*] perpetui. simile ȝ. eo. constitutus.
b ¶ *Nulla persona media.*] ȝ. eo. ex transmissa.

afferre. Sed vr̃ q talis nominatio nõ ꝓbet illũ filiũ: quia ȝriam admittit probationẽ. C. de prob. non nudis. C. de test. neq; professio. ff. de inof. test. si instituta. §. 1. Bene stat ꝯminationi p illã decre. p̃ tuas. in fi. nisi expresse ȝrium probaret: vt dicunt illa vltima iura.
g ¶ *Proximo.*] j. eod. ad extirpandas.

c ¶ *Amonere.*] etiam si sint de legitimo matrimonio nati: ne videatur locũ habere successio. 8. q. 1. apostolica. secus si media persona intercessisset: quia de iure cõmuni, ibi & alibi possent præfici, cum sint legitime nati.

A*D hæc.*] Cõmunis diuisio. Scda: ibi, *Sciat.* Abb. Siculus.

CASVS. Quæsitũ fuit à Papa, vtrũ filij episcoporum possint ad sacros ordines promoueri, si aliàs digni sint? Respon. Papa: si de legitimo matrimonio sunt geniti, nec aliud impediat, possunt ad sacros ordines licite ꝓmoueri, & in eisdem ecclesiis in quibus præsunt patres eorum, beneficiũ obtinere. No. q pater & filius legitimus simul possunt esse in eadem ecclesia. Item nota hanc decre. generaliter pro omnibus filiis clericorum, de legitimo matrimonio genitis, q possunt ad sacros ordines promoueri, & ecclesiastica beneficia habere, non solũ in ecclesiis aliis, sed etiã in paternis, patribus eorũ viuis vel mortuis.

¶ *Glo. seq. signat ȝrium.*
d ¶ *Legitimo.*] j. eo. ad abolendam. arg. contra secũdum vnam lect. sed illud maxime, quod est ibi, tenetur comparatiue: aliàs illegitimus filius simul cum patre in eadem ecclesia esse non debet. j. eo cum decorẽ.
e ¶ *Obtinere.*] & ita potest filius legitimus in paterna ecclesia simul cum patre bñficium obtinere. arg. j. eo. cum decorẽ. à ȝrio sensu in verbo, illegitimus. sed in paterno bñficio siue dignitate succedere nõ debet. 8. q. 1. apostolica. & ȝ. eo. cõstitutus. & ȝ. eo. c. pxi. Ber.

Cap. 1. eod. ti. in 2. compilat.

personæ vel vicarij[a] nulla persona media[b] ministrarunt: eos (siue geniti sint in sacerdotio, siue non) ab eisdem ecclesiis non differas amonere[c].

¶ Clemens iij. Cassel.† archiepiscopo.

¶ *Filius episcopi legitime natus promoueri potest ad ordines, & in paterna ecclesia beneficiari.*

CAP. XII.

AD† hæc, ex parte tua nostris auribus est relatum: & infra. Quód à nobis fraternitas tua requisiuit, an à pontificibus generati valeãt ad sacros ordines promoueri, si scientia fuerint & morum honestate probabiles: Sciat fraternitas tua, quod si ex legitimo[d] sint matrimonio procreati, nec aliud canonicum obuiat, licite possunt ad sacros ordines ascẽdere: & in eisdem ecclesiis in quibus præsunt, vel præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere[e].

¶ Idem.

¶ *Nõ põt filius esse vicarius illi⁹ ecclesiæ, in qua pater proximus fuit rector.*

CAP. XIII.

MIchael† presbyter de sancto Germano transmissa nobis conquestione monstrauit, quòd cum ecclesiam sancti I. de Corona† tuæ diœcesis canonice sit adeptus, M. filius Antonij, qui proximo ante, ipsius ecclesiæ habuit personatum, ad se vicariã ipsius asserit pertinere. & infra. ¶ Fraternitati tuę mandamus, quatenus si constiterit[f] tibi ipsum M. fuisse filium Antonij, qui eiusdem ecclesiæ habuit proximo[g] personatum, ei super eadem vicaria perpetuum silentium imponere non postponas.

Cap. 4. eod. ti. in 2. compilat.

Coronen. Toron.

¶ Idem.

¶ *Illegitime genitus, etiam de vxore, sine dispensatione ad ordines vel beneficia promoueri non potest.*

CAP. XIIII.

LItteras† : & infra. ¶ Intelleximus quòd H. in sacerdotio genitus, de vxore legitima[h] natus & conceptus, affectauit à pueritia ministrare Domino in officio clericali. ¶ Verũ licet à filiis[i] paterna incontinentia modis omnibus propellenda noscatur: si tamen aliter† dignus inuentus fuerit, permittimus ipsum ordinari[k] in clericum, & ad ecclesiasticum beneficium (vnde commode sustentari valeat) promoueri.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Illegitimus, in ecclesia paterna præbendari non debet.*

CAP. XV.

CVm decorẽ domus Dei: & infra. ¶ Filiis canonicorũ prębendas in eisdem ecclesiis conferri non sinatis, quarum sunt canonici patres eorum: ¶ Cum indecorum sit, vt in altaris officio illegitimus[l] filius impudico patri ministret, in quo vnigenitus Dei filius æterno patri pro salute humani generis victimatur[m].

¶ Idem in concilio generali †.

¶ *Si illegitimus maxime filius spurius instituitur in ecclesia in qua institutus est pater, institutio non valet, & instituens à suis beneficiis suspendatur.*

L*Itteras.*] In prima ponitur supplicatio. In secunda supplicationis admissio: ibi, *Verum,* Abb.

CASVS. Quidam vir & eius vxor cõi cõsensu, ꝓmiserunt castitatẽ se seruaturos: qua ꝓmissa in facie ecclesiæ, vir promotus fuit postmodum vsq; ad sacerdotiũ. Tandẽ in sacerdotio cõstitut⁹ habuit accessum ad vxorẽ. & ex ea filiũ genuit H. nomine. iste H. desiderauit à pueritia ministrare Dño i officio clericali: dicit Papa, licet à filiis paterna incontinentia sit ꝓpellẽda: si dignus est aliàs, permittit eum in clericũ ordinari, & ad ecclesiasticũ beneficiũ ꝓmoueri, vnde valeat susten tari. No. q natus de vxore legitima habetur pro non legitimo. & hoc ideo: quia natus est post continentiã cõi voluntate ꝓmissam. & ita de illicito coitu dici põt.
h ¶ *Legitima.*] ducta ante sacros ordines susceptos, qua postea vti nõ licuit. 31. dist. ante triẽniũ. 32. di. placuit. q a ꝓmissa cõtinentia siue castitate, postea fuit ꝓmotus: vnde postea vo vxore nõ licuit. 77. dist. epa bñdictionẽ. & 32. dist. seriatim. j. de cler. cõiu. sane. & j. de cõuer. cõiu. cõiugatus. & ideo de iure nõ potuit ꝓmoueri.
i ¶ *Licet a filijs.*] hic vult dicere, licet à filiis, &c. id est, licet filij sint repellendi pp paternam incontinentiam, a tamen si aliàs boni, &c.

Cap. 5. eo. ti. in 2. compilatione.

¶ In nouis scriptis vel questionibus, aliàs.

¶ Cap. 18.

Quasi p illam debo nascatur.

M*Ichael.*] Diuiditur. In prima facti narratio. In secunda causæ commissio: ibi, *Fraternitati.* Abb. Sicu.

CASVS. Michael presbyter ꝓposuit corã Papa, q ecclesiã sancti Io. canonice fuit adeptus. Sed M. filius Antonij presbyteri, qui pximo ante habuit psonatũ ipsius ecclesiæ, asserit ad se pertinere vicariã eiusdẽ ecclesiæ. mandat Papa quatenus si cõstiterit dictũ M. filiũ fuisse ipsius Antonij, qui proximo ante habuit psonatũ illius ecclesiæ, super vicaria ipsius ei silentiũ perpetuũ imponat. Not. q filius sacerdotis patri succedere non potest tamquam persona, vel tamquam vicarius in ecclesia permanere.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit: ex solutione infert aliam quæstionem quam soluit, iterum ex solutione obijcit, & respondet.*

f ¶ *Constiterit.*] sed quõ poterit hoc cõstare si ipse negauerit se filiũ fuisse illius? Rñ. si natus fuit ex illa quã tenebat secũ publicẽ in domo pro cõcubina: ꝓsumit enĩ filius illi⁹, sicut aliquis ꝓsumit filius, q a nat⁹ est in matrimonio: quia pater est is, quẽ nuptiæ demonstrant. ff. de in ius voc. quia mater. Et ita ꝓsumptiue talẽ dicimus filiũ, quẽ talis cohabitatio filiũ demõstrat: quia sunt in possessione filiationis. C. de suis & leg. l. 3. Sed si nõ fuit nat⁹ de tali, qualiter ꝓbabit? Rñ. ex eo q ille vocabat illũ filiũ, & ille appellabat eũ patrẽ, & cõiter habebat & nominabat fili⁹. j. de ꝓba. p tuas. & ex dilectione sola discernitur quis, cuius filius approbat. j. de ꝓsum.

Probandæ filiationis, & negationis va rij modi.

Vide l. si mater. C. de ingenuis.

¶ *Glo. seq. quærit, arg. pro & contra, & soluit.*

a ¶ *Ordinari.*] Sed nũquid p hoc nõ dispensatur tñ cũ eo in minoribus ordinibus? Arg. q sic: quia promissio in genere mediocritatẽ respicit. ff. de auro, & arg. leg. l. qui lancẽ. & ff. de leg. 1. legato. & C. cõia de leg. l. vlt. §. sed si quis. & ff. de leg. 1. apud Iulianũ. §. scio. & C. de don. si quis argentũ. §. simili quoq;. à simili dispensatio i genere respicere debet tñ minoritatẽ. arg. ff. de leg. 3. nũmis. arg. cõtra. ȝ. de trãsla. c. vlt. & ff. de cõst. princi. bñficiũ. & j. de verb. sig. olim. j. de dona. cũ dilect⁹. i fi. & opi. arg. j. de simo. c. vlt. Sed tutius est tñ intelligere de minoribus: q a sic Papa sensisse vr̃, & nos ita sentire debem⁹. arg. ȝ. de resc. sup litteris. i fi. & j. de pbẽ. c. vlt.

C*Vm decorem.*] Primo ponit vnum dictum. Secundo causam reddit ibi, *Cum indecorum.* Pars huius decre. j. de vita & hone. clerī, cum decorem. Abb. Siculus.

CASVS. Filij canonicorum de illegitimo matrimonio nati, non debent canonici fieri, vel præbendas habere in ecclesiis, in quib⁹ patres eorum sunt instituti: quia indecorum est, vt nõ legitimus filius, impudico patri in altaris officio ministret. No. q illegitimus filius non debet ministrare patri in officio altaris.

¶ *Glo. seq. signat contrarium de decre. proxima.*

l ¶ *Illegitimus.*] sed legitimi bene possunt esse in ecclesiis in quibus præsunt patres eorum. ȝ. eo. ad hæc. 3 Sed contra. j. eo. c. pxi. vbi legitimi prohiberi videntur. secundum vnam lecturam illius aduerbij, maxime, & ei standum est.

m ¶ *Victimatur.*] ȝ. de summa trini. c. 1. §. vna vero.

Facit ad hoc l. assumptum. § 1. & l. libertus. § patris. ff. ad municip.

K Ad abo-

CAP. XVI.

AD† abolendam pessimā, (quæ in pluribus inoleuit ecclesijs) corruptelam, firmiter inhibemus, ne canonicorū filij[a], maxime[b] spurij, canonici fiant in secularibus[c] ecclesijs, in quibus instituti sunt patres eorum: Et si fuerit contra præsumptum, decernimus non valere[d]. ¶ Qui vero tales (vt dictum est) canonicare præsumpserint, à suis beneficijs suspendantur.

¶ Honorius † tertius.

¶ *Alius quàm Papa non dispensat, vt filius in ecclesia paterna immediate succedat.*

CAP. XVII.

DIlectus filius G. præpositus sanctæ Mariæ transmissa nobis petitione monstrauit, quòd cum Virgilius presbyter quandam ecclesiam curā animarum habentem, quam nullo medio[e] habuit pater eius, obtineat, ipsum monuit vt resignaret eandem: sed idem asserens quòd H.† Remeñ. archiepiscopus, tunc Apostolicæ sedis legatus dispensauit cum eo, id efficere contradicit. ¶ Quocirca mandamus, quatenus non obstante[f] dispēsatione aliqua, quæ à sede Apostolica non manauerit, quod canonicum[g] fuerit (appellatione postposita) statuatis.

¶ Greg. ix. Turoneñ. archiepiscopo.

¶ *Illegitimus absque dispensatione Papæ, ad dignitatem vel personatum vel beneficiū curatū promoueri nō potest.*

CAP. XVIII.

NImis in tua prouincia ecclesiæ deformatur honestas, ex eo quòd filij sacerdotū, & alij non legitime nati, ad dignitates & personatus, & alia beneficia curam animarū habentia, sine dispensatione sedis Apostolicæ[h] promouentur. ¶ Quocirca mandamus, quatenus prædictis personis à personatibus, & dignitatibus, & huiusmodi beneficiis prorsus amotis, ea personis idoneis cōferri facias per illos, ad quos collationem ipsorum de iure noueris pertinere. Et ne id de cætero præsumatur, districtius inhibemus.

AD *abolendam.*] Primo ponit inhibitionis causam impulsiuam: secundo inhibet: tertio decernit: quarto contra facientes puniri mandat. partes patent.

CASVS. In pluribus ecclesijs quædam inoleuit corruptela, q filij canonicorum fiebant canonici in ecclesijs secularibus, in quibus patres eorum erant instituti canonici. præcipit concilium q canonicorum filij, & maxime spurij nō fiant canonici in ecclesijs secularibus in quib' patres eorum sunt instituti: & si Ꝯ factum fuerit, non valeat eorū institutio: & qui tales canonicare præsumpserint, à beneficijs suis suspendantur. Not. q qui canonicant indignos, suspendi debent à beneficijs suis: & instituti remoueant.

¶ Concordat concil. Tridēt. sess. 25. de reformatione c. 15. & habetur c. 1. eod. tit. in 1. compilat.

a ¶ *Filij.*] scilicet, illegitimi.

¶ Innocentius iij. legitur in aliquot vetustis.

¶ *Glo. seq. cū sequenti prosequitur duas lecturas illius aduerbij, maxime.*

b ¶ *Maxime spurij.*] Sic istud aduerbium, maxime, ponitur pro tantū, tunc legitimi possunt institui: vt s. e. ad hæc: Si intelligas propric: tunc nec legitimi sunt instituendi in ecclesiis in quibus sunt instituti patres eorum, multominus & spurij: quod fatis vr: & ita corrigitur. s. eod. ad hæc. de spurijs nulla dubitatio erat, cū illis esset prohibitū per multa alia iura: vt s. eo. c. 1. & j. de ser. non ord. consuluit. & ff. de poe. sanctio legum. sed dic vt in sequenti notula dr. Bernar.

¶ In multis antiquis legitur, G. Remeñ.

c ¶ *In secularibus.*] Et hoc ideo dicit, quia in regularibus bene possunt simul esse monachi, vel regulares canonici pater & filius: q2 tales personæ irregulares non prohibentur intrare religionem. s. eo. c. 1. & 56. dist. vt filij. & ita in secularibus ꝓhibent tm̄ ex hoc verbo. Sed ex eo qđ dicit inferius; q vero tales, vt dictū est canonicare ꝓsumpserint, à suis bñficijs suspendant: vr q loquatur tm̄ de spurijs: quia cū illis epi dispensare nō possunt: vt j. eo. c. vlt. pro legitimis nō ita punirent: & ita loquit tm̄ de spuriis, & secūdū hoc hæc dictio, maxime, ponitur ꝑ tantū, id est, illegitimi tantū ꝓhibentur, & nō legitimi, licet glossula ꝓcedens Ꝯtrium videatur dicere. sed verius credo q de oībus filiis intelligatur, aliàs nihil adderet ista constitutio, nisi hoc solum q tantū pœnā imponit hic ordinatoribus. sed Ꝯtriū est verū: q2 ponitur ꝑ tantū, sed à ꝓpria verbi significatione nō est recedēdū, si res aliter salua esse pōt. ff. de lega. 3. non aliter. & j. de dec. ad audientiā. & s. de transla. inter corporalia. & in re dubia melius est verbis edicti seruire. ff. de exer. l. 1. §. si is qui. & ideo istud, maxime, tenetur proprie, & pōt intelligi respectu eorū q nō sunt spurij, sed aliàs illegitimi: vt sunt naturales; & sic idem dicit quod s. eod. cum decorem. & addit: quia pœna hic statuitur contra ordinatores. & sic non tollitur. s. eod. ad hæc.

Pater & filius possunt simul esse monachi.

Idē Ray. in sum. Gof. in sūa circa prin. dicunt, q canonicam nō possunt habere, vt hic, sed beneficium bene: vt in c. ad hæc, Io. An.

¶ *Glo. seq. arguit & respondet.*

d ¶ *Non valere.*] arg. q epi nō possunt dispensare cū illegitimis in simplici beneficio, & ex eo quod hic dr; decernimus non valere: & q pœna imponitur ordinatoribus talium personarū, est arg. j. eod. c. vlt. vbi remouentur illegitime promoti sine dispensatione Papæ: hoc ius cōe statuitur, sed dispensatio non prohibetur in alijs ecclesiis, in quibus patres nō sunt instituti; & ita bene possunt epi dispēsare cū illegitimis in simplici beneficio in alijs ecclesijs nō paternis, sed in paternis nō possunt. eo enim ipso qđ ꝓhibet concilīū de paternis tm̄, daf itelligi q de alijs Ꝯcedat. arg. j. eo. c. fi. & s. eo. ad hæc. & c. cū decorē. De hoc dic vt j. eo. c. vlt. in notula, sic ergo. Ber.

Episcopi an valeant dispensare cum illegitimis in simplici beneficio.

DIlectus filius.] In prima facti narratio. In secunda ibi, *Quocirca.* causæ commissio. Ioan. And.

CASVS. Virgilius ꝑsbyter habebat quandam ecclesiā curā aīarū habentem, quā nullo medio habuit pater eius. ꝓpositus sanctæ Mariæ ipsum monuit vt ecclesiā ipsā dimitteret: ipse vero dicebat, q Remēsis archiepūs Apostolicę sedis legatus cū eo dispēsauerat: & ideo eam dimittere nolebat. prępositus significauit hoc dño Papæ: mandauit Papa quatenus non obstante aliqua dispensatione, quæ à sede Apost. nō manauit, statuat qđ canonicū fuerit, appellatione remota ipsum ab ecclesia remouendo. Not. q solus Papa cum filiis sacerdotum potest dispensare, vt præsint in ecclesijs in quibus patres eorum habuerunt ꝑsonatum siue curam aīarum nullo medio.

e ¶ *Nullo medio.*] quare merito debet expelli. s. eod. Michael. & c. ad extirpādas. & c. ex tua. & c. ꝑsenuum. & c. cōquerente. etiam si legitimus fuisset.

¶ *Glo. seq. notat legatū, &c. signat contrariū, & soluit: dat lecturā, à qua postmodum recedit.*

f ¶ *Non obstante.*] sic patet expresse, q legatus dñi Papę, non pōt cum talibus dispensare, licet habeat generalē legationē. Sed vr Ꝯ. j. de off. leg. q trāslationē. vbi legatus exercet ea quæ tm̄ sunt sedi Apostolicæ reseruata. s. excōicatos pp violentas man' in clericos absoluere; sed illud iđ introductū est ex consuetudine, ex certa scientia Papæ, & ita perinde est ac si Papa specialiter cōmitteret: & ita ꝑ generalem legationē non transferūtur ea quæ specialiter tribuūtur. ff. de offi. ei'. cui man. est iur. l. 1. & j. de offic. leg. q transla tionem. & ff. de pig. l. obligatione. vel forsitan iste legatus erat tantum legatus in prouincia sua: & isti legati qui non mittuntur de latere dñi Papæ, vt j. de offi. leg. cum non ignoretis. non habēt tam largam legationem, sicut illi qui mittuntur à latere dñi Papę. vt j. eo. de offi. leg. c. excōicatis. vnde satis posset dici, q Cardinales legati, qui quasi pars corpis dñi Papæ intelliguntur, vt 6. q. 1. c. si qs ex militibus. possunt cum talibus dispensare: sed alij non possunt vltra id qđ specialiter in eorum priuilegio continetur: & q illi habeant maiorem auctoritatem & potestatem, patet: quia ꝑsentibus legatis missis de latere dñi Papæ, isti nō debent tunc suæ legationis officium exercere. j. de offi. leg. c. volentes. & optime facit ad hoc 93. dist. c. vlt. & 94. dist. c. 1. immo nec illi possunt dispensare Ꝯ concilium Lateraneñ. j. de præben. c. dilectus. & hic, & cap. proxi. & cap. ad extirpandas.

Cum illegitimis nō possit per legatos dispensari.

Legatorum de latere maior potestas quam aliorum legatorum.

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

g ¶ *Canonicū.*] sed qđ erit canonicū? Rñdeo vt ab ecclesia expellat: vt j. c. pxi. filius enim patri in ecclesia succedere non debet. s. eo. c. ꝑsenuum. & c. conquerente. & c. ad extirpandas. & in pluribus cap. seq. post illud c. præsentium. & 8. q. 1. apostolica.

g Nisi cum eo ex causa necessaria fuerit dispensatum.

NImis.] Primo ponit abusum ꝓuinciæ, quē secūdo circa ꝓterita corrigi iubet: & in futurū prohibet: ibi, *Quocirca.* Ioan. And.

CASVS. In prouincia Turoñ. filij sacerdotū & alij non legitime nati, ꝓmouebant ad dignitates & ꝑsonatus, & ad alia bñficia curā aīarū habētia, sine dispēsatione Apostolicæ sedis: vnde mandat Papa archiepō Turoneñ. quatenus ꝓdictos oēs remoueat à dignitatibus, ꝑsonatibus, & huiusmodi beneficiis curā aīarum habentibus: & illa ꝑsonis idoneis conferri faciat per illos, ad quos collatio ipsorum noscitur pertinere, præcipiens ne id de cætero attētare præsumant. Not. q solus Papa potest dispēsare cum filiis sacerdotum, vt ad dignitates & curam animarum possint promoueri.

¶ *Glo. seq. not. secundo quærit, arg. quòd sic. alleg. 2. in contrarium, quibus respondet, tertio iterum quærit. arg. pro & contra, & soluit.*

h ¶ *Sedis apostolicæ.*] Sic ergo patet aperte per decretalē istam, qđ iuris sit de filiis ꝑsbyterorum, & aliis illegitime natis: quia nō possunt ad dignitates vel beneficia curam aīarum habentia ꝓmoueri, nisi ꝑ dispensationē sedis apostolicę: sic s. eo. c. ex tua. & c. ꝓx. arg. s. eo. ad abolendā. & si ꝓmoti sint, debent expelli. Sed nunqđ epi possunt dispēsare cū talibus illegitime natis in simplici bñficio, & vt ꝓmoueant ad sacros ordines sine aliqua prælatione? Videtur q sic: eo

ſic: eo enim ipſo q prohibet tñ illos à dignitatibus, & cura aiarũ, intelligitur pmittere de aliis inferioribus beneficiis: quia quod de vno prohibetur, de alio pmittitur. 25. diſt. qualis. & ĩ. de iis quæ fi. à pla. ſi. conſen. cap. cũ apoſtolica. in fi. pterea non inuenitur eis phibitũ, ergo intelligit pmiſſum eis. ĩ. de re. pmu. c. ad quæſtiones. & 30. q. 4. qui ſpiritualem. ſed vĩ prohibitum. ĩ. eod. c. 1. & c. ad abolendam. & ĩ. de ſer. non ord. conſuluit. Sed pôt dici q ibi ius cõe ſtatuitur, ſed diſpenſatio non phibetur. Sed ẽ hoc vĩ expreſſum. ĩ. eod. cap. litteras. vbi diſpenſat Papa cum tali ad clericatũ. ibi, Papa diſpenſauit per hoc ſi aliis non phibetur: q2 hoc ab ipſo fuit petitũ. & ſic patet q illegitimenati, de iure cõi promoueri non poſſunt ad aliquẽ ordinẽ. Sed ſi in monaſteriis vel regularib' eccleſiis miniſtrauerint, nunquid poſtea poſſunt promoueri ad ordines, vel ad dignitates de iure cõmuni, vel p diſpenſationẽ? Vĩ q ſic de iure cõi. ẽ. eo. c. 1. & 56. diſt. c. 1. quia igreſſus religionis oẽm tollit irregularitatẽ. in Authen. de mona. in prin. coll. 1. Sed ẽ vĩ q non tollatur irregularitas per ingreſſum religionis. ĩ. de apoſta. c. ex litterarũ. & ĩ. de pœnis. in quibuſdã. Poteſt dici q poſtq̃ intrauerint religionẽ, poſſunt pmoueri ad ordines ſine aliqua diſpẽſatione: ad honores vero promoueri non debent ſine diſpenſatione, prout hic dicitur. & arg. ſ. eod. c. 1. verſi. prælationẽ vero, &c. & ita habes hic caſum in quo epiſcopis aufertur diſpenſandi poteſtas.

TITVLVS XVIII.

De ſeruis non ordinandis, & eorum manumiſſione.

¶ Ex concilio Toletano †.

¶ *Seruus ante plenam manumiſſionem ordinari non debet.*

CAP. I.

INſtruendi†: & infra. ¶ Forte dicet aliquis: Clericus fieri nõ permittitur, niſi ante clericatum ingenuitatis[a] dignitate potiatur. Reuera verum dicit: Et ideo quod infirmari† vel vituperari poteſt, præcaueri[b] debet.

¶ Ex eodem †.

¶ *Seruus ſine licentia domini ordinatus, deponitur, & domino reſtituitur.*

CAP. II.

DE ſeruorum ordinatione: & infra. Statutum eſt, vt nullus epiſcoporum deinceps ad ſacros[c] ordines eos promouere præſumat: niſi prius à dominis libertatem fuerint conſecuti. ¶ Et ſi quilibet ſeruus fugiens[d] dominum ſuum, qualibet calliditate vel fraude, ad gradus peruenerit eccleſiaſticos, decretum eſt, vt deponatur[e] & eius dominus eum recipiat.

¶ Ex eodem.

¶ *Seruus ab eccleſia manumiſſus ordinari poteſt: & quod acquirit, poſt ſuũ obitum, erit eccleſiæ manumittentis: quam ſi accuſat, vel contra eam teſtificatur, libertate & ordine priuetur.*

CAP. III.

DE† famulis eccleſiæ conſtituere presbyteros & diaconos per parochias liceat, ita tamen vt antea manumiſſi, ſtatũ recipiant libertatis. ¶ Quicquid autem talibus extiterit debitum, aut quolibet modo collatũ: eis in perſonas extraneas tranſmittere non licebit[f]; ſed omnia ad ius eccleſiæ, à qua manumiſſi ſunt, poſt eorum obitũ debeãt pertinere.

DE SERVIS NON ORDINANDIS, &c.

¶ *Viſo de impedimento originis, videndum eſt de impedimento conditionis perſonæ.*

De hac materia habetur 60. diſt. per totum. Ad hoc 12. q. 2. liberti. vſque ad eo. aurum. Io. And.

INſtruendi.] Primo ponit dictum. Secũdo eius approbationem. Tertio ex eo dat inſtructionem. Secunda: ibi, *Reuera*. Tertia: ibi, *Et ideo*. Ioan. And.

CASVS. Dicitur q non debet ordinari ſeru' niſi primo fuerit abſolute manumiſſus: quia quod vituperari poterit, præcauendum eſt. hoc habes ĩ. 54. diſt. per totum. Nota verbum illud: quod infirmari vel vituperari poteſt, præcaueri debet.

¶ *Gloſſa ſequens recitetur per obiectionem.*

a ¶ *Ingenuitatis.*] Improprie tenetur illud verbum, quia ingenuus eſt qui ſtatim cum naſcitur liber eſt. Inſti. de inge. i prin. vnde dic ingenuitatis, id eſt, libertatis plenæ: quia qui ad clericatum promouetur, prius plenam libertatem cõſequi debet nullo à domino retento obſequio temporali. alioquin promoueri ad clericatum non debet. 54. diſt. quicunque.

¶ *Gloſſa ſeq. notat futura præcauenda. alleg. etiã iura in contrarium.*

b ¶ *Præcaueri.*] Not. q futura ſunt pcauenda. 53. diſt. in noĩe Dñi. & 63. diſt. c. Hadrianus. & 1. q. 7. conuenientibus. circa princ. & exẽpla pſentia nos cauere pmonent in futurum. 82. diſt. plurimos. in fi. & maior triſtitia eſt de talibus cum reuocãtur q̃ naſcatur gratia de acceptis, id eſt, vocatis. 51. diſt. pterea. & c. deſignata. & eccleſia pro talibus infamatur ĩ. tit. proxi. c. vnico. & ſic ad cautelam futurorum aliquid fit. 28. diſt. de Syracuſanæ. & pſidere quis debet, quod cõtingere poteſt. ff. loca. §. 1. arg. ẽ q non imputatur alicui ſi non diuinauit. ff. ad leg. Aquil. l. ſi putator. in fin. & ff. mand. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. & ĩ. vt eccle. bene. vt noſtrum.

DE ſeruorum.] Duo facit concilium. Primo ponit ſtatutũ. Secundo contra factum irritat: ibi, *Et ſi*. Ioan. And.

CASVS. Statuit concilium Toletanũ. vt nullus presbyterorũ deceтero promoueat ſeruos ad ſacros ordines, nec etiã ad minores, niſi prius à dominis libertatẽ fuerint conſecuti; & ſi aliquis ſeruus fugiat dominũ ſuũ, & fraudulenter ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, deponatur, & dñs eius eum recipiat. No. q ſerui promoueri non debent ſine licentia dñorũ ſuorũ. Itẽ qui ordinat ſine manumiſſione ignorante dño vel ɔ̃dicẽte, deponẽdus eſt. Itẽ licet aliq̃s fuerit in poſſeſſione libertatis, eam amittit.

c ¶ *Ad ſacros.*] Idẽ intelligas de inferiorib'. 54. diſt. c. 1. & c. quicunque. & c. ſi quis obligatus. & ĩ. c. proxi.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem coram quo ſuo iudice, &c.*

d ¶ *Fugiens.*] Iſte fugiẽs ſi d' ſtatu ſuo certare voluerit, ad priorẽ iudicẽ à quo fugit, remitti debet, vt ibi cauſa ſtatus agaf. C. vbi cauſa ſtatus agi de. l. 1. ſi vero eſt in poſſeſſione libertatis, ſub illo iudice vbi eſt, conuenietur. C. eo. l. 3. Hoc autẽ debes intelligere, q hæc quæſtio ſi dubitetur an ſit fugitiuus vel nõ, tractabit & finief antequã inchoetur cauſa ſtatus. ff. de li. cauſa. l. liberis. §. ſunt & aliæ. & l. ſig. §. poteſt. ſi vero non eſt fugitiu', & vult proclamare in libertatem, ſequitur forũ dñi. C. vbi cauſa ſtatus agi de. l. 4.

¶ *Glo. ſeq. diſtinguit, aut ſeruus ordinatus, aut non ordinatur. primo caſu, aut id fit ſciente domino, aut ignorãte: & cũ ſcit, aut cõtradicit, aut tacet: cũ ignorat, aut ordinator vel pſentator ſcit, aut nẽſcit cũ neſcit, aut ordinat' eſt ad minores, aut ad ſacros citra pbyteratũ: aut ad pbyteratũ. Io. And.*

e ¶ *Deponetur.*] Quid iuris ſit de ſeruis ordinatis, no. q ſi ordinaf ſeruus domino ſciente & contradicente, ſeruus remanet & reſtituitur domino: etiã ſi ſacerdos ſit factus, vt quidam dicunt: vt 54. diſt. ex antiquis. Alij contradicunt, vt Ioan. & Tanc. Si vero ſciente & non contradicente domino, tunc ſtatim liber eſt: vt 54. diſt. ſi ſeruus ſciente. Si autẽ domino ignorãte ordinetur, ſed epõ vel præſentatore ſciente q ſit ſeruus: tunc ille efficitur liber, & epiſcopus vel præſentator tenef dare domino duos ſeruos æque bonos. 54. diſt. ſi ſeruus abſente. Si non habeat vnde ſoluat, reſtituetur domino: vt ſtatim diſtinguitur. Si vero domino ignorante, & epõ & præſentatore fuit ordinatus, ſi conſtitutus eſt in minoribus ordinibus, deponitur & remanet ſeruus. 54. diſt. ex antiquis. & c. frequens. Diaconus vero det vicarium pro ſe: aut ſi non habet, ipſe redditur. 54. diſt. ex antiquis. Eodem priuilegio ſubdiaconus gaudet. ĩ. eo. miramur. arg. ad id. ẽ. de æta. & qual. c. à multis. Si vero eſt ſacerdos, ſtatim liber eſt, ſed amiſſione peculij ſui mulctaf: vt in c. illo, ex antiquis. Vel ſi non habet peculium, ſeruiat domino in diuinis officiis. 54. diſt. frequens. Si vero quia monachus factus eſt, vſque ad triennium tantum poteſt eum repetere, vltra vero remanet monachus & liber. 54. diſt. ſeruus ſciente.

DE famulis.] Tria ſunt dicta. Secundum ibi, *Quicquid*. Tertium ibi, *Quibus*. Io. And.

CASVS. Statuit cõciliũ Toletanũ, q eccleſia poſſit conſtituere presbyteros & diaconos p parochias de ſeruis ſuis, ita tñ q primo accipiãt libertatẽ, & quicq̃d illi poſtmodũ acquiſierint, vel eis dãtũ fuerit, ad extraneas pſonas nõ trãſmittãt: ſed oĩa poſt obitũ ſuũ ad ius eccleſiæ à qua manumiſſi ſunt, debeãt ptinere. Quibus accuſandi vel teſtificandi aduerſus eccleſiã omnis aditus pcludatur, ſicut & cæteris libertis: ad qd̃ ſi aſpirauerint, & libertatẽ amittãt, & honorẽ ordinis, quẽ nõ dignitate naturæ, ſed tpis neceſſitate meruerunt. No. q liberti dñm ſuum accuſare nõ poſſunt, vel contra ipſum teſtificari ſine venia.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium de duobus canonibus, & ſol. Item ſignat contrarium de l. & quadrupliciter ſoluit.*

f ¶ *Non licebit.*] 12. q. 3. c. 1. & 2. Cõtra hoc loquif d' libertis eccleſiæ hac conditione manumiſſis. illud intelligit de iis qui ingenui

 ſunt.

Concor. ſ. ſicut §. 2. ff. ad legem Aquil. & ff. ad Mace. l. ſed Iulianus in fi.

¶ Cui' con cilij Toletani ſit nondum intellexi, idem tamen Borchard' lib. 2. cap. 18 & 29. & Iuo par. 6. cap. 119 & 110. & in 1. compilat. eo. tit. cap. 1. quib' locis eſt integrũ decretum. eſt autẽ canon Apoſtolorũ 82. & Gelaſius Papa in epiſtola quadã epiſcopis Lucaniæ, &c. cap. 16.

¶ Alias, Infirmandi

¶ infamari

¶ Borchardus lib. 2. decret. cap. 32. Iuo par. 6. cap. 132. Gratianus diſt. 54. c. 6. Panormus lib. 3. tit. de ſeruis non ord. cap. 1. & poſt concil. Lateranẽ. ſub Alex. iij. par. 50. cap. 16. & cap. 1. com. tit. in 1. compila. vbi integrum decretum, & variam inſcriptionẽ inuenies.

Libertus a curia ſub quo iudice cognoſci debeat.

† Ex concilio Toletano 4. c. 73. & c. 4. concil. in 1. cõpilatio.

Non diſtinguitur ad quẽ ordinem fuerit ordinatus ſecundum Goff. licet Petr. diſtinxerat. Io. And.

Concor. ſ. in Authen. d' mona. in prin. & §. 1. colla. 1.

sunt. l. & j. inst. de succes. liber. §. sed nostra. Hic de rebus acquisitis occasione ecclesiæ, ibi de alijs. Vel hoc de manumissis ab ecclesia, vt quicquid acquirant, ecclesiis intelligant acquirere: illud à priuatis. Vel illi non habebāt consanguineos, illi sic. 12. q. 2. eps qui filios. & rō est 15. q. 3. pōtifices. & j. de test. c. cū in officiis. hoc est de iis q̄ intuitu ecclesiæ data sunt, & pro remedio animarū defunctorū: vt ibi dr̄, & in c. pontifices. Illud verius credo q̄ hac cōditione isti manumissi fuerūt. Si vero simplr̄ libertati sunt donati: tunc liberum est eis facere qđ voluut. j. eod. c. eo libentius.

a ¶ *Ecclesiā.*] id est, plātum: quia ei præcipue tenenť. cum sit caput. s. de ver. sig. c. cum clerici. secus est de aliis singularibus personis. 12. q. 2. qui manumittitur. c. octaua discussio. & c. eps qui mancipiū. sed ꝫ ecclīsm testificari non potest, cū sit patrona: nisi ipsius edicti venia impetrata. C. de in ius voc. l. 2. & c. prædi. qui manumittitur. aliàs in seruitutē rediguntur: vt dicit hic, & c. qui manumittitur.

b ¶ *Meruerunt.*] id est, acceperūt. vel intellige proprie: quia ipsi libertatem meritis suis acceperunt. 12. q. 2. si quos de seruis.

¶ Quibus (sicut cæteris ecclesiæ libertis) accusandi vel testificandi aduersus ecclesiam[a], aditus præcludatur; ad quod si aspirauerint, non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturę, sed necessitate temporis meruerunt[b].

¶ Ex concilio apud Alichi. †

¶ *Dominus in seruo quem manumittit, potest spirituales operas retinere.*

CAP. IIII.

NVllus†: & infra. ¶ Si quis de seruis suis quemquam donauerit libertati, & ipsum in presbyterum fecerit ordinari, ille autem postea in superbiam elatus, domino suo canonicas[c] horas psallere noluerit, accusatus[d] apud episcopum, qui ordinauerit eum, degradetur[e].

¶ Alexan. iij. archiepiscopo Turonēsi.

¶ *Spurij vel serui, ordinari non debent.*

CAP. V.

COnsuluit†: & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quod neque spurios[f], neque seruos[g] ordinare debes: & si memor es, in consecratione tibi dictum fuit, vt dō†ne quemlibet seruilis conditionis ad ordines promouere præsumas.

NVllus.] CASVS. Si aliquis seruum suū donauerit libertati, & eū fecerit in presbyterū ordinari, & ille postea in superbiā elatus dn̄o suo noluerit canonicas horas celebrare, accuseť ad epm̄ suum, & degradeť. No. in manumisso operas spirituales posse retineri. Nota aliquem per ingratitudinem ad pristinum statum reducendum.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. contrarium, & soluit.*

c ¶ *Canonicas.*] arg. q̄ Dn̄s posset retinere operas spirituales in eo quē manumittit ad clericatū. arg. contra. 54. dist. quicunq;. illud intellr̄ de obsequio tēporali, qđ retineť in eo q̄ manumittiť nō ad ordines: sed vt laicus remaneat, & istud de obsequio spirituali: qđ non prohibetur, immo licitum est[i]. 54. dist. frequens. in fi.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

d ¶ *Accusatus.*] Sed qualiter ꝫ istum agiť? ciuiliter an criminaliter? Si criminaliter, & Dn̄s non probet: qualiter punietur Dominus? Potest dici q̄ accusatus non punitur proprie, quia Dn̄s non accusat, sed potius agit, vt in seruitutē redigatur. arg. C. de eden. l. qui accusare. vel si via vt proprie teneatur, accusator punietur pro motu iudicis si defecerit in probando: & obligabit se ad extraordinariam pœnam. j. de accu. c. super his.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, circa quod ponit sex opin. & tertiam approbat.*

e ¶ *Degradetur.*] 54. dist. ex antiquis. & c. frequens. contra: vbi dr̄ q̄ sacerdos factus remanet liber. sup hoc varij varia dixerunt. quidā dicunt q̄ istud corrigitur p̄ illa. vel dic q̄ illa cōtinent ius cōe: hæc specialia sunt in odium illorum qui promoti sunt vt seruiant in diuinis officiis. arg. j. eo. c. eo libentius. Melendus dixit, q̄ hoc Dominus dixit in pacto vt redigeretur in seruitutem, nisi ministraret dominis suis diuina. H. dicit, q̄ intelligiť de seruo prælati. Vel posset dici, vt quidā dicunt, q̄ libertas est res spiritualis: & ideo potest venire in commutatione cum alia re spirituali. j. de re. permu. ad quæstiones. Hug. dicit q̄ hoc cap. non tenet. verior videť opi. Melendi, qui dicit q̄ eo pacto vel conditione liber factus fuit & ordinatus, vt seruiret dominis suis in diuinis, aliàs in seruitutē redigatur. & facit pro hoc j. eod. c. eo libentius. & est arg. q̄ si Domino ignorante seruus sacerdos factus fuerit, debet reddi Domino vt seruiat ei in diuinis. 54. dist. frequēs. ergo multo fortius debet ei seruire vbi eo pacto promotus est, vt dixi: quia maior contumacia præsumitur illius, & sic propter contumaciam, & quia fidem promissam non seruat, deponitur & redditur Domino, & nullo priuilegio clericali gaudebit vlterius, quo ad Dominum.

¶ Inno. iij. Variensi † episcopo.

¶ *Manumissus ab ecclesia vt fiat clericus, & ipsi ecclesiæ perpetuo seruiat in diuinis, ad aliam ecclesiam se transferre non potest: secus si pure fuerit manumissus. Vel sic: secus si fuerit manumissus vt seruiat. Ioan. Andr.*

CAP. VI.

EO† libentius: & infra. ¶ Adiecisti aliam quæstionem, an illorum filij, qui ecclesiæ seruili conditione tenentur, traditi à parentibus militiæ clericali; cum suorum conniuentia dominorum[h], vt† in eadem ecclesia debeant deseruire, assequentes propterea libertatem, post tempus ea relicta possint ad aliam se transferre? In quo credimus distinguendum, vtrum eo tenore[i] fuerint manumissi & obligati †ordini clericali, quòd manumittenti ecclesiæ dum vixerint, deberent impendere[k] famulatum in obsequiis diuinorum: & tunc transferendi se ad aliam, est eis licentia deneganda. vel manumissi extiterint absolute†: sicque libertatem habeant ad aliam[l] transeundi.

¶ Idem.

¶ *Ius quod est de seruo facto diacono, etiam de subdiacono debet intelligi.*

CAP. VII.

MIramur non modicum cum certū † sit in consti-

COnsuluit.] CASVS. Dr̄ in hoc canone q̄ episcop° nō ordinet seruos vel spurios: quin in cōsecratiōe cuilibet episcopo dicit: vide ne quemlibet seruilis cōditionis præsumas ad ordines promouere. Not. q̄ seruus vel spurius ordinari non debet.

f ¶ *Spurios.*] spurius est cui pater est vulgus[t] & sic non potest ostendere patrē: vel si ostēdit verecundum, ostendit quē habere non licet. ff. de sta. homi. l. vulgo. & isti illegitime nati promoueri non debēt. s. de fil. presby. c. 1. & vlt.

g ¶ *Seruos.*] 54. dist. c. 1. & s. eo. tit. per totū.

EO libētius.] Sunt duę partes. Secūda, ibi, In quo. Io. And.

CASVS. Aliquis seru° ecclesię filiū suū obtulit ipsi ecclesiæ: à qua libertatē fuit assecutus: vt in ipsa ecclesia dn̄o debeat deseruire in ordine clericali; quæriť verū post aliquod tēpus possit ecclesiā illam dimittere, & ad aliā se transferre? Papa hic distinguit verū eo tenore fuerint manumissi, & oblati ordini clericali, vt in ea dū vixerint debeant deseruire in diuinis officiis, & tunc ad aliam ecclesiam se transferre non possunt. vel verum absolute fuerūt manumissi: & tunc possunt licite ad aliam se transferre. No. q̄ quando libertas datur sub conditione vel tenore: tunc ille compellitur conditionem seruare.

h ¶ *Dominorum.*] 54. dist. c. 1. 2. & 3.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.*

i ¶ *Eo tenore.*] arg. ɔtra. 1. q. 2. q̄ pro. & s. eo. c. istruēdi. & j. dē pac. c. vlt. eo intuitu vel modo. nō enim fuit cōditio, sed modus ad quē seruandū teneť. s. eo. c. instruendi. & j. de pact. c. fi. arg. q̄ non fuit cōditio. ff. de tute. l. muro. §. sub cōditione. & j. de præb. c. significatū. ff. de ma. te. l. libertas. §. hæc scriptura. vel aliter sicut sponsalia possunt ꝫhi sub cōditione, vt q̄s fidem Christianā recipiat. 28. q. 1. nū oportet. vel vt corrigat vitā. j. de spon. c. inter opera. Itē potest aliquē manumittere vt ordinē recipiat: vt hic, & j. de cōd. appo. c. 2. libertas eīn res spiritualis est: & ideo pōt venire in cōmutatiōnē cū alia spūali: vt hic, & s. eo. c. nullus. & j. de re. pmu. c. ad qōnes.

k ¶ *Impendere.*] Immo si non impendunt, rediguntur in seruitutem. 12. q. 2. diaconi. & c. octaua discussio. & illud exaudias ſm hoc, & ſm distinctionē illius intelligas. s. eo. c. nullus. vt ibi dictum est.

l ¶ *Ad aliam.*] De licētia tn̄ epi, aliàs non esset q̄stio. Ex quo enim intitulati sunt in aliqua ecclesia, debent in ea ppetuo permanere. 96. di. sanctorū 21. q. 1. c. 1. s. de renū. admonet. & j. de pact. c. vlt.

MIramur.] Primo decise narrat factum. secundo diffinit, & soluit. Ioan. And.

CASVS. Aliquando serui ordinantur sine licētia dominorum suorum: quæsitum fuit à Papa qualiter isti sic ordinati debeant in seruitutem, vel nō debeāt reuocari? Papa miratur de hac quęstione cū certū sit in canonibus, qūo debeāt vel non debeant in seruitutem reuocari. verumtamē de ordine subdiaconali, cū de eo nulla fiat mentio in decretis, dicit q̄ ille ordo eodē priuilegio gaudet cū diaconali: quia licet olim nō reputareť sacer in ecclesia primitiua: tn̄ à tempore Gregorij & Vrbani, ſm moderna tempora sacer reputať. No. q̄ subdiaconatus & diaconatus simili priuilegio gaudent.

z ¶ *Autē*

Marginal notes: † Alibi: Alibi: Archi. — † Cap. 1. eo. tit. in 1. compilatione. Burchard° libr. 2. cap. 214. Ivo par. 6. cap. 302. vbi habes integrū decretum. — † Cap. 5. eo. tit. in 1. compilatione. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 26. cap. 19. — † Hæc admonitio fortassis in veterib° consecrationis pontificalibus habebatur: hodie nō extat. — † Præsertim si hoc fiat de auctoritate episcopi secūdū Philip qui hoc dicit: quia quidam dicebant ipsius consensum necessariū. Tn̄ hoc nō credit. Io. An. — † Variensi. — † Concor. l. fin. & de Bart. ff. de his quibus vt indig. & in Auth. quib. mod. na. eff. sui. § fin. & C. eo. l. 1. — † Cap. 14. eo. tit. in 2. compilatione. — † In codice Barbeq; eadem ecclesia, cum sunt debiti ... — † In omnibus manuscriptis legitur ... solo ... abundans ... — † Vide manumissiones ff. de inst. & ... l. libert. ... — † Aliū casum. — Libertas est spiritualis.

a ¶Antiquorum.] 54. dist. ex antiquis. c. frequens. & c. quis autem.
¶Glo. seq. tollitur per obiectionem decre. ex antiquis.
b ¶Mentio.] Vt patet in prędictis canonibus. 54. dist. ex antiquis. vbi nulla fit mentio de subdiacono expresse, sed de presbytero & diacono fit mentio expresse. de subdiacono & inferioribus officiis fit mentio non expresse, sed generaliter fit de subdiacono mentio in c. ex antiquis. ver. reliqua vero officia. Illa clausula respicit omnes post diaconū: quia secūdū antiqua iura, subdiaconalis ordo nō erat sacer, & ideo cōi iure censebatur cum inferioribus ordinibus in primitiua ecclesia. 60. dist. nullus in epm. & c. pced. in quibus ad honores prouehi phibentur oēs iferiores post diaconū: & ideo olim subdiaconus si promotus fuerat dño suo ignorante, reuocabatur in seruitutem. hodie vero cum diacono eodē priuilegio gaudet: vt si quis ignorante dño subdiaconus fiat, vicarium pro se prębeat: aut si non habet, ipse reddatur: hic cauetur de diacono, & idem iuris est de subdiacono per hanc decretalem.
c ¶Gregorii.] Constitutionem Gregorii habes 32. dist. ante triennium. & 28. dist. nullū.
d ¶Vrbani.] secundi scilicet vt 32. dist. erubescant. & illa iura. 61. dist. hodie correcta sūt: q̄a bñ pōt subdiaconus hodie eligi i epm. ī. de æta. & qual. c. a multis.

¶Alias, quomodo.

¶Et secundū hoc sunt exponendæ glo. & dicta doctorū antiquorū dicētiū, subdiaconatū non fuisse sacrum ordinē, id est, non reputabatur sacer. glossa sup. de æta. & qualit. c. à multis. & infra de bigamis. c. 2. verbo, sacros.

¶Vide l. idem Pomponius. §. item scribit. ff. de rei vendi. & in sti. de inge. §. 1.

¶Verbum, cessare, de eli in verustioribus co dicibus.

tutionibus antiquorum[a], quādo[†] serui in gradus ecclesiasticos ordinari, debeant in seruitutem, vel non debeant reuocari & infra. ¶De subdiaconali ordine, quia de eo non fit mentio[b] in patrum statutis expresse, videtur nobis, quod & is cum diaconali gradu, priuilegio gaudet eodem. Nam licet sacer ordo non reputaretur † in ecclesia primitiua: tamen à constitutione Gregorii[c] atque Vrbani[d] secundum moderna tempora, sacer gradus esse minime dubitatur.

¶Gregorius ix. archiepo Neapolitano.

¶*Natus ex patre seruo & libera matre, liber est, & licite promouetur.*

CAP. VIII.

Dilectus filius G. diaconus proposuit, quòd I. miles ea occasione, quod patrem ipsius hominem suum esse proponit (licet mater[e] sua, cuius debet imitari conditionem †, libera esse noscatur) ne promoueatur in presbyterum, impedire præsumit. Quocirca mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, eundem militem ab huiusmodi impedimento cessare[†] compescas.

Dilectus.] Primo ponit querelam. Secundo super ea dat iudicē. Secunda: ibi, Quocirca. Ioan. And.

CASVS. Ioannes miles impediebat G. diaconum ne ordinaretur in presbyterū, ea occasione, quia dicebat patrē ipsius diaconi hominē suū esse, quamuis mater ipsius libera esset. vnde ille diacon⁹ hoc proposuit corā Papa, vnde mādat Papa archiepo Neapolitano quatenus si prędicta vera sunt, ipsum militē cōpescat ab huiusmodi impedimento. Not. q̄ filius sequit̄ conditionē liberę matris.

¶Glo. seq. obiicit per leonem a diuisione, & sol. dupliciter.

e ¶Mater sua.] Si iste natus est de legitimo matrimonio, cōdicit illud decre. 32. q. 4. liberi dicti sunt. vbi dr̄ q̄ natus de legitimo matrimonio deteriorē partē sequit̄ semper: & hic dr̄, partus sequit̄ matrē. Si aūt dicis q̄ nō fuit natus de matrimonio: tūc sequitur conditionē etiā matris: vt ibi. & hic vr̄ idē. sed secundū hoc non pōt stare qd̄ hic dicit: q̄a si iste nō est nat⁹ de matrimonio legitimo, pmoueri nō pōt ad sacros ordines. ī. d̄ fil. psby. c. 1. & hic dicit q̄ in psbyterū ordinetur. Dico ergo q̄ iste erat natus de legitimo matrimonio. & tñ sequit̄ cōditionē liberæ matris. C. de rei ven. l. partū. & ff. de li. cau. placuit. & etiā ancillę si ibi nō est matrimoniū: vt ff. de sta. homi. l. lex naturæ. & c. illud intelligit̄ fm Lōbardā cōsuetudinē, quæ adhuc obseruatur in multis regionibus, vt partus sequat̄ deteriorē conditionem natus de matrimonio legitimo. Sed lex Romana aliud tenet, vt partus sequatur conditionē matris natus de legitimo matrimonio, vt dicūt leges pdictę. Vel cap. illud, liberi. pōt reduci ad ll. pdi. vt dicas ibi: deteriorē partē sequat̄, id est, debiliorē, s. fœmineā. nā sexus fœmineus debilis est: & ideo iste cū sit natus liber de libera matre, pōt pmoueri nō obstāte cōdictione militis. pterea cū iste iā esset diacon⁹, poterat in libertate remanere dato vicario, & sic dñs ipsum impedire nō poterat. 54. dist. ex antiq̄s.

¶Partus secundum leges Lombardorum sequitur deteriorem conditionem.

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA, ORD. &c.

¶*Viso de obnoxiis cōditione seruili, videndū est de obligatis ad rōcinia secundū Gof. Et secundū eū rōcinia redditiones sunt rationū, & sunt rationum redditiones, quib⁹ est quis obligatus ex administratione reipublicæ.*

De hac materia habetur 51. et 53. et 56. dist. per totum, et ī. de temp. ord. ver. ex obligati. Ioan. And.

Magnus episcopus.] Sunt tres partes, quæstio & quæstionis rñsio, & responsionis approbatio. Secunda: ibi, Gratus. Tertia: ibi, Vniuersi. Ioan. And.

CASVS. Eps Augustesi. quæsiuit in concilio, vtrū pcuratores, actores, executores pupillorū, seu curatores debeant ordinari? Grat⁹ eps rñ. q̄ post officia sua deposita, & redditā rationē sui officij possunt ordinari, dummodo aliàs digni inuenti fuerint, sed non antequam liberati sint ab officiis suis: q̄a ecclesia infamat̄, cū postea conueniuntur super officiis suis, oēs dixerūt: Recte rñdit Sanctitas vr̄a, & ita est nostra sententia. Not. q̄ ordinandi liberi debent esse non solū à seruitute, sed etiam ab officiis secularibus.

TITVLVS XIX.

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

¶Ex concilio Carthag. †

¶*Obligatus ratiociniis, deposito onere & reddita ratione, ordinari potest, prius vero non.*

CAP. I.

Magnus episcopus August. dixit: procuratores[f], actores, executores[g], seu curatores[h] pupillorum si debeant ordinari. ¶Gratus episcopus dixit: Si post deposita onera & reddita ratiocinia[i], actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent cum laude Dei (si postulati fuerint) honore munerari †: si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum fuerint ordinati, ecclesia infamatur[k].

¶Concilii Carthaginensis primum cap. à refert Burchard⁹ lib. 2. decreto. c. 36. Ioo par. 6. c. 137. & in 1. compilat. eo. tit. c. vnico. Gratianus dist. 54. c. 3. vbi falso tribuit concilio Maguntinensi. & est difficilis textus, ideo de quo dixi in notis huius capitis.

¶Iste prima duæ glo. seq. exponunt quid sit procurator, actor, & executor.

f ¶Procuratores.] Procurator dr̄ qui mandato dñi aliena negotia in iudicio administrat. ff. de procu. l. 1. alius dr̄ procurator ad negotia datus. ff. man. l. si remunerandi. §. 1. & specialis titulus est iste ad negotia, quia iste ad causas, ille ad negotia. actor constituitur à corpore vel vniuersitate. ff. quod cuiusque vniuer. l. 1. & debet constitui etiam cū decreto. & ad lites præsentes non ad futuras. ff. eo. l. item eorum. §. sed si ita.

¶Aliàs, numerari, pro promoueri.

g ¶Executores.] Qui mādata iudicū exequūtur, sicut sunt huiusmodi officiales dum tamen sæua præcepta non exercuèrint: quia illi promoueri non possunt. 51. dist. aliquātos. ita q̄ irregularitatem non contraxerunt.

h ¶Curatores.] Meli⁹ dixisset, tutores, p hoc qd̄ sequit̄, pupillorū: tutor enim dat̄ pupillo itra xiiij. ann. curator post xiiij. vsq; ad xxv.

¶*Glo. seq. distinguit: aut retinet officium, aut deponit. Primo casu aut obligatus est seculari personæ, aut ecclesiasticæ, cum deponit: aut ratiocinia sunt publica, aut priuata; & si priuata, aut mouetur quæstio, aut non. & si mouetur, aut de dolo, aut de culpa.*

i ¶Ratiocinia.] Ratiociniis obligatus alicuius secularis psonę nisi fuerit miserabilis cui obligatus est, & si in officio suo voluerit remanere, promoueri non debet. arg. 21. q. 3. c. 1. & 2. ī. ne cleri. vel mona. c. 1. & 2. & c. sed nec procurationes. Si vero ecclesiasticæ psonæ vel miserabili fuerit obligatus, etiā in officio suo perseuerans poterit pmoueri, si aliud nō obsistat. arg. 86. dist. peruenit. arg. 14. q. 7. in noua. 89. dist. indicatū. Si vero administrationē deposuerit cuiuscunq; negotia gessit, si ex ea obligatiōe remaneat obligatus, si publica sint ratiocinia pmoueri nō debet ante redditā raōnē. C. de episco. & cler. l. officiales. Si vero priuata, aut in ipsa pmotione mouetur sibi quæstio, aut non. si mouetur, aut prius mota est, distinguitur: aut conuenitur de dolo, vel de culpa tm̄. si de dolo vel pfidia, nō debet ante finē litis promoueri. arg. 21. dist. tāta Daniel. & 23. dist. illud. & C. de proc. l. reū. & in hoc casu potest intelligi hoc cap. & tñ debet taxari infra qd̄ tempus decidatur causa. arg. ī. de clande. despon. c. cū inhibitio. & ī. qui fi. sint legi. c. lator. & 5. q. 1. quidā. C. de inge. manu. l. diffamari. ff. de accu. l. cū Titia. Si de culpa tm̄ cōuenitur, promoueri pōt nō obstante reclamatione creditoris, cū lis suo marte currere possit vt prius, & etiā sub eodē iudice. ff. de iurisd. om. iud. l. cū quædā. & ī. de fo. cōpe. c. pposuisti. Si vero nec lis sibi mouet̄ nec mota est, nō obstante obligatiōe pmouet̄, nisi manifestū sit ipsū de dolo teneri. tūc enim eps ipsū ex officio suo repellere pōt, sicut quilibet criminosū. 6. q. 1. infames. Ala.

¶Supple, vel necesse habet. si est del gerenda administrationem per promo est ad illrisdum: & ab ordinibus perpetuo repellit. 10 loquunt. 51. dist. ingerunt. & 14 dist. quisquis. Ioan. And.

¶*Glo. seq. quærit, & soluit.*

k ¶Infamatur.] Quid si prohibente creditore fuerit promotus ad clericatum? Rñ. non deponetur propter hoc, sed bona sua cedent ei in solutum: quæ si nō sufficiant, eps ei tenetur qui abstulit ei occasionem.

sionem negotiandi. 88. dist. fornicari. & expone infamatur, id est, inde puniatur.

ADDITIO. Vel dicas quod non teneatur vltra id quod facere potest episcopus. j. de solu. Odoardus.

a ¶ *Nostra.*] Nam omnia nostra facimus quibus auctoritatem impertimur. C. de vete. iur. enucle. l. 1. §. sed neque. arg. j. de sen. excom. c. mulieres. Ber.

¶ Aliàs ita: Ideoque ista est nostra. aliàs ita: ideoque ista est vestra sententia sed ex manuscriptis constituimus.

¶ Vniuersi dixerunt: Rectè statuit Sanctitas vestra, ideoque † ita est nostra [a] sententia.

DE CORPORE vitiatis ordinan. &c.

¶ *Viso de impedimento obligationis ad ratiocinia, de impedimento corporis videndū est. Io. An.*

De hac materia habetur 55. distin. per totum & 49. distin. per totum.

TITVLVS XX.

De corpore vitiatis ordinandis vel non.

¶ Salernitano Archiepiscopo.

¶ Alexander tertius †.

¶ *Presbyter qui in duello digiti partem amisit, ex dispensatione sui episcopi, potest in suo ordine ministrare.*

CAP. I.

D *a presbytero.*] Ponit factū, de quo respondet illud aggrauans: ibi, *Respondemus.* Ioan. And.

CASVS. Quidā presbyter obtulit duellum cuidā aduersario suo, & oblatum ab eo suscepit. presbyter in illo duello partem digiti amisit: quærebatur vtrum possit celebrare in ordine sacerdotis? Respondet Papa quod cum ipse non amiserit tantum de digito, quin bene possit sine scandalo celebrare, vnde post peractā pœnitentiam, satis poterit cum eo misericorditer dispensare, vt in ordine suo ministret. Nota casum in quo eps potest dispensare.

¶ Cap. 1. est in 1. compil. habes etiam post concilium Lateranen. sub Alex. iij. par. 26. cap. 8. & quatenus ad duellū spectat vide quæ nouissimè diffiniuit concilium Tridenti. sessione 25. de reformat. ca. 19. adde d. Thomam, & ibi Caietanū 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. arg. & plenissimè per Ferdinandum Vasquium lib. 1. controuersiarū illust. c. 12. & c. 49.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.*

b ¶ *Suscepit.*] 52. dist. si quis post acceptum. contra. Sol. qui duellum suscepit, licet impune possit occidere, non tamen habet affectum vel propositum occidēdi, sed ius suum defendendi, non repellit ab officio suo, vel quod hic dicitur, est dispensatio, per illud verbū, misericorditer: ita tamen quod homicidiū vel mēbrorum truncatio non fuerit subsecuta: quia tunc dispensare nō posset. j. de cleri. pug. in duel. c. 1. sed de rigore iuris tales deponendi sunt, vt ibi.

¶ Cap. 2. est in 1. compilat. & post concilium Lateranen. sub Alex. iij. par. 40. cap. 1.

† Concor. l. imperiale. C. de nup. & l. fi. C. de do. inter vir. & uxo.

¶ Aliàs ita: De macula vero in oculo.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

D*E* † presbytero Campaniæ, qui duellū spōte obtulit, & oblatū suscepit [b], & in eo partem digiti amisit: Respōdemus, quòd cum ipse non perdiderit tantum de digito, quin sine scandalo possit solēniter celebrare, satis potes post peractam pœnitentiam, cum eo misericorditer agere, & permittere ipsum in suo ordine ministrare [c], licet eius excessus grauis admodum extitisset.

¶ Idem Cisterciefi. electo.

¶ *Habens in oculo maculam, quæ non inducit magnam deformitatem, etiam ad episcopatum poterit promoueri.*

CAP. II.

CVm † de tua electione quæstio mota fuisset: & infra. ¶ Tibi quòd in oculo maculam habeas, & filius canonici [d] fueris, est obiectum. ¶ Vnde Cantuarieñ. archiepiscopo dedimus in mandatis, vt pro eo quòd canonici filius diceris, in promotione tua ex multa dispensatione procedat. ¶ De † macula vero, archiepiscopo prædicto mandauimus, vt cum consilio [e] suffraganeorum suorum, quod exinde sibi visum fuerit [f], exequatur †; in quo tibi ex maxima dispensatione curauimus prouidere.

¶ Clemens iij. Varieñ. episcopo.

¶ *Sectus in cunabulis, licite promouetur.*

CAP. III.

EX † parte Bartholomęi monachi petitorium fuit nostro apostolatui præsentatum, quòd cum ipse in cunabulis sectus fuerit, postmodum sub regula & abbate deuote Deo militans, in diaconatus ordinem est promotus: & infra. ¶ Sane cum secundum statuta Nicæni [g] † concilij, illi ad clericatus ordinem prohibeantur accedere, & si etiam in clero fuerint, cessare debeant, qui seipsos sani absciderint [h], vel affectauerint, vt ab aliis abscindantur †, non credimus ei impedimentum afferre, quominus possit prouehi, qui in cunabulis sectus fuit; quia non videtur hoc eo tempore affectasse, quo iudicium [i] animi non habebat: præsertim cum in canonibus † Apostolorum [k] sit manifeste sancitū, quòd eunuchus, si per insidias hominum factus, vel ita natus sit: aut etiam in persecutione sint ei amputata virilia, & dignus est, possit in episcopum promoueri.

¶ Idem Rauenna. Archiepiscopo.

¶ *Sacerdos qui sine causa virilia sibi fecit abscindi, credēs inde mereri, de dispensatione episcopi suum officium præter altaris ministeriū poterit exercere.*

CAP. IIII.

SIgnificauit † nobis R. archipresbyter sancti Stephani,

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

f ¶ *Visum fuerit.*] Ita quod idoneum sit & iustū, quod eis videbitur. j. de electio. c. causam. & ff. loca. si in lege. & ff. de oper. liber. c. si libertus. Itē pone quod habeat vnū oculum maiorem alio: numquid remouebitur propter hoc? videtur quod non. ff. de ædil. edict. qui clauum. §. 1. & hic non determinat quid facere debeant, vnde arbitrio istorū relinquitur. j. de offic. iudi. deleg. c. de causis. & ff. de iur. delibe. l. 1. §. 1.

¶ Quod importent hæc verba, prout tales vide hæc notabilia, vide in ... dam. ff. de leg. 2. & l. fi. de usufr. l. fi. tit. ff. de leg. 3.

E*X parte.*] Primo ponitur monachi petitio. Secundo: ibi, *Sane.* responsio, arguendo à prohibitis. Secundo à permissis: ibi, *præsertim.* Ioan. And.

CASVS. Quidā monachus Bartho. nomine ī cunabulis sectus fuit. postmodum fuit ordinatus in diaconum: quæritur an possit vlterius ad maiores ordines promoueri? Rñdet Papa quod Nicęnum conciliū prohibet illos ad ordines promoueri, & si promoti sunt, debent deiici qui seipsos absciderunt, vel affectauerūt vt ab aliis abscinderentur dum tamen sani erant: sed qui in cunabulis secti sunt, bene possunt promoueri, quia cum iudicium animi non habeant, affectare non possunt vt ab aliis abscindantur. Et in canonibus Apostolorum legitur, quod si quis per insidias eunuchus factus sit, vel ita natus, vel in persecutione ei virilia amputata sunt, si aliàs dignus est, pōt fieri eps. Not. quod non potest promoueri qui se abscidit. Itē qui nolens vel ignoranter absciditur, promoueri potest.

¶ Cap. 1. est in 1. compilatione.

g ¶ *Nicæni concilij.*] 55. dist. si quis per ægritudinē. & c. si quis à medicis.

¶ Concilij Nicæni c. 1. ...

¶ *Glo. seq. reci. per quæstionem, quæ est ratio quare si abscindentes, &c. Ioan. And.*

¶ Facit l. ... & quod ... not. ff. ... lib. & post. & l. ... ff. de verb. sig.

¶ Cano. 21. eisdem ... quibus vtitur hic Papa.

h ¶ *Absciderint.*] ex indignatione, scilicet nulla causa superueniente. 33. dist. maritū. quia si ex causa superueniente hoc fecit, puta timore lepræ, nō imputatur. j. eo. c. ex parte. & ideo isti ordinari prohibentur, qui sani se abscindunt, quia quasi homicidæ sui ipsius iudicantur. & Dei conditioni inimici. 55. distinct. si quis absciderit. & quia præsumitur, quòd omne turpe in alium faceret, qui hoc in seipso ausus est attentare. ff. de ædil. edict. l. cum autem. §. excipitur. sed quare aliquis iniicit sibi manus, cum membrorum suorum nemo sit dominus? ff. ad leg. Aqui. liber homo. religione enim & non ferro quærenda est castitas. 23. q. 5. tunc saluabitur. ad si. argum. j. cap. proxi. & quod dicit, affectauerint, vt ab aliis, & c. intelligas cum effectu: quia cogitationis pœnam nemo meretur. de pœn. distin. 1. cogitationis.

¶ Idē Innocentius ... epistola ad Felicē Nucerianū episcopum c. 1. refert Burchardus li. 2. c. 14. ... concordat cum aliud Nicænum c. 1. sed hic addit ... ...

c ¶ *Ministrare.*] j. de cleri. ægro. c. presbyterū. contra. hic non fuit debilitas vel deformitas: ibi fuit. sic j. eod. c. vlt.

C*Vm de tua.*] Primo ponit duos obiectus contra electum; secūdo: ibi, *Vnde,* circa vtrumque prouidet. secunda: ibi, *De macula.* Io. An.

CASVS. Quidam electus fuit in episcopū, opponebatur sibi quod habebat maculam in oculo, & quod non erat legitimus. mandat Papa quod dispensetur cum eo in vtroque. Not. quod enorme damnū corporis impedit promouendum.

d ¶ *Canonici.*] De concubinatu, & ideo contra ius cōe. j. de ele. c. cum in cunctis. vnde sequitur ex multa dispensatione.

e ¶ *Cum consilio.*] Ergo isti suffraganei delegati esse censentur. arg. 50. dist. studeat. sine quorum cōsilio super macula illa nihil disponere debet: aliàs non valeret. j. de elect. c. cum in veteri.

i ¶ *Iudicium.*] quia ætas illa nescit quid videat. C. de fal. mone. l. 1. & 3. q. 7. infamis. §. tria.

k ¶ *Apostolorum.*] 55. distin. eunuchus.

S*ignificauit.*] In prima factum. in secūda cōditionale mandatum. secunda: ibi, *Quocirca.*

CASVS

CASVS. Quidam presbyter credens se obsequiũ præstare Deo, fecit sibi amputari virilia: dicitur q si dignus est aliàs, dispensari potest vt in officio sacerdotis præter officium missæ ministret. Nota qui se abscidit, promoueri non potest.

a ¶ *Obsequium.*]Sed in hoc displicuit: quia nõ ferro, sed religione quærenda est castitas. 33. q. 5. tũc saluabitur. to fi. & s. c. proxi.

b ¶ *Virilia.*]Talẽ appellat lex morbosum. ff. de ædil. edi. l. finalẽ. arg. 55. dist. si quis absciderit. & etiã homicida reputat. 55. dist. q partẽ.

¶ *Glossa sequens rect. per q. quod sit sacerdotale officium.*

c ¶ *Officium.*]sicut baptizare, poenitentiam dare, & alia officia pter officium missæ, & alia similia quæ solis sacerdotibus sunt concessa. 56. q. 1. adijcimus. de conse. dist. 4. constat.

¶ *Glo. seq. rect. per quæstionem.*

d ¶ *Nostra.*] Et ita dispensatio est: quia deponi debet qui iniusto errore superat' seipsum absciderit. 55. dist. si qs absciderit. & c. qui partem, 33. distin. maritum. nõ enim licet alicui seuire in corp' suũ, cũ nemo sit dñs membrorũ suorũ. ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. i. rñ. & sic i hoc casu põt dispensare eps cũ dicat auctoritate sua: qd credo etiã sine auctoritate dñi Papæ in alijs amissa.

quòd B. presbyter (credens se obsequium[a] præstare Deo) fecit sibi virilia[b] amputari: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si iam dictum presbyterũ aliàs Deo† dignũ inueneris, ei sacerdotale officium[c], absq; altaris ministerio auctoritate nostra[d] fretus & tua, prout videris expedire, concedas.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi virilia abscindi, potest vt prius sacerdotale officium exercere.*

CAP. V.

3) EX[†] parte M. pſbyteri fuit propositũ, quod cum sibi sentiret lepræ[e] periculum imminere, de consilio medici, virilia fecit sibi abscindi, vt posset à tam graui † infirmitatis[f] vitio liberari. & infra. ¶ Quoniã igitur canones sanctorum patrum, hunc[g] à sacri altaris ministratione nõ prohibent, Mandamus, quatenus si est ita, & memoratus M. est aliàs idoneus, vt sui ministerij officium exequatur[h], liberã ei tribuas facultatem.

¶ Idem Milites. † episcopo.

¶ *Mutilatus manu, si promotus fuerit in abbatem, ab abbatia deponitur.*

CAP. VI.

EXposuisti[†] nobis, quòd prædecessor tuus H. in abbatẽ promouit, nesciens quòd ipse esset manu[i] altera mutilatus: & infra. ¶ Nos igitur fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd cum pro tam enormi[k] defectu[l], ad sacros non possit ordines promoueri[m], & in promotione sua id tacuerit[n] fraudulẽter, ab abbatiæ officio est non immerito amouendus.

¶ Honorius tertius epo Engolismen. †

¶ *Carens vngula pollicis, cummodo sit fortis in pollice, licite ad sacerdotium promouetur.*

CAP. VII.

THomas monachus proposuit, quòd cum in annis puerilibus esset constitutus, quædã barra ferrea super dextræ suæ pollicem, fortuito casu cadens, vngulam auulsit ab eo. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si ad frangendum Eucharistiam sit in pollice ipso potẽs, & aliud canonicum non obstat, propter deformitatem[o] huiusmodi, non dimittas, quin eum ad ordinem promoueas sacerdotis.

TITVLVS XXI.

De bigamis non ordinandis.

¶ Ex concilio Aurelianensi †.

¶ *Breue est.*

Marginal notes: † Cap. 1. & dicitur in 3. compilatione. — † Aliàs, à tam graui infirmitatis vitio. — † Militen. — † Malum. — † Cap. 2. eo. tit. in 3 compilatione.

3) EX parte M.]In prima, querela pſbyteri. in secunda, prouisio: ibi, *Quoniam.*

CASVS. Quidã presbyter sentiens sibi lepræ periculum imminere, fecit sibi pscidi virilia. quærit an possit in officio suo ministrare? Rñdet Papa q si ita est, & aliàs idoneus est, exequendi officium suum liberam habeat potestatem. Not. q si aliquis absciderit seipsum iusta de causa, nõ efficitur irregularis, nec eius promotio vel officium impeditur.

e ¶ *Lepra.*]quæ expellit hominem à cohabitatione aliorum. 33. q. 2. hoc ipsum. & j. de eccle. ædi. cap. cum dicat Apostolus. & j. de cleri. ægro. c. tua nos.

¶ *Glo. seq. notat à contrario, rationem reddit, signat contrariũ, & soluit.*

f ¶ *Infirmitatis.*]Sec' si ex indignatione. 55. dist. si quis absciderit. c. qui partem. & c. 2. qui se vel obtentu religionis. s. c. proxi. Et est ratio: q2 eunuchos volũtarios diligit Deus, & nõ ex necessitate factos. 33. q. 5. tunc saluabitur. 55. dist. si quis per ęgritudinem. quia nemo est dominus membrorum suorũ. ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. & ff. de pecu. l. deposui. §. Stichum. arg. j. ff. de pecu. l. sed & si damnum. §. si ipse. hoc tantum ei liceret, q dñs serui propter hoc damnum nihil de peculio serui deducit. Vinc.

g ¶ *Hunc.*]scilicet qui à dominis, vel à medicis, vel à barbaris sectus fuerit. 55. dist. si quis à medicis.

h ¶ *Exequatur.*]Et ad superiores promoueat ordines. 55. dist. si qs à medicis. & de iure cõi sine aliqua dispensatione per ista pdicta.

EXposuisti.]Cõis diuisio. Secunda: ibi, *Nos igitur.* Ioan. And.

CASVS. Quidam promotus fuit in abbatẽ, qui carebat altera manu. consultus Papa rñdet q cum ipse pro tanto defectu non possit ad sacros ordines promoueri, si ipse hoc tacuerit in sua promotione, ab officio abbatiæ debet ppetuo remoueri. Not. q abbas ad sacros ordines promoueri debet.

¶ *Glo. seq. rect. per q. quid si amisisset digitos. quid si dentem.*

i ¶ *Manu.*]Idem esset si amisisset digitos, pp quos impediretur ad frangendum Eucharistiam. j. de cle. ægro. c. presbyterum. & ff. de ædil. edict. l. idem Offilius. Secus si impediretur per amissionẽ digiti. s. eod. c. 1. sed propter carentiam dentis non impediretur, nec dicitur morbosus. ff. de ædil. edict. l. cui dens[a].

k ¶ *Enormi.*] secus si pro minori. s. eod. c. 1. & 2.

l ¶ *Defectu.*]id est, irregularitate.

m ¶ *Promoueri.*] Quia abbas debet esse sacerdos: vt s. de æta. & qualitate. c. 1.

¶ *Glo. seq. alleg. 3. concor. quarto, & quæstionis dubium aperit. ponit op. io, & sol. contrarijs respondendo.*

n ¶ *Tacuerit.*]Ordinandus enim impedimẽtũ suũ tenetur pdere. 50. dist. ex pœnitentib'. & 56. dist. quia simplr. & 54. dist. in. si seruus. Sed quare iste remouet ab abbatia? si dicis pp irregularitatẽ, cõdicit s. de æta. & quali. c. tuam. & 16. q. 1. legi. & 50. dist. accedens. arg. Dixit Io. q potius remouet pp scandalũ q pp irregularitatem, qd nõ credo, immo irregularitas sufficit ad remotionem, & quia hoc tacuit fraudulenter, & abbates de iure debẽt ad ordines pmoueri. aliàs si culpa sua ipediunt, repellunt. s. de æta. & quali. c. 1. & c. illud accedens. nõ dicit q ille sit abbas, sed solicitudinẽ in monasterio debet habere, puta syndic' vel cellarius, potius ad laborẽ q ad honorẽ. Decre. illa, tuã. quæ vt 3ria, loquit de dispensatione pp necessitatẽ. Quòd abbas talis debeat esse sacerdos, est arg. s. de elect. ne p defectu. ibi æquiparatur regularis & cathedralis ecclesia. vnde vr q sit nomen honoris, & nihilominus oneris & laboris. vnde dicit Grego. Omne enim qd hic eminet plus afficit mœrorib' q honoribus gaudet. 23. dist. nerui.

THomas.] Primo ponit monachi casum. Secundo conditionale mandatum: ibi, *Quocirca.* Ioan. And.

CASVS. Thomas monachus dum esset in annis puerilibus constitutus, quædam barra ferrea casu fortuito cecidit sup pollicem dextrę manus ipsius, ita q vngulã auulsit ab eo. dubitabatur vtrum posset ad sacerdotiũ promoueri? Rñdet Papa, q si potens est in ipso pollice ad frangendũ Eucharistiam, & aliud canonicum non obstat: pp talem deformitatem non debet impediri, quominus possit ad sacerdotium promoueri. Not. q parua deformitas non impedit promotionem.

o ¶ *Deformitatẽ.*]Modica enim deformitas nõ impedit: qualis hic fuit s. eod. c. 1. si enim magna esset deformitas, vt totum digitũ vel pollicẽ pdidisset, non pmoueretur. j. de cle. ægro. c. pſbyterũ. De huiusmodi deformitatibus not. ad intelligentiã huiusmodi tituli, q quidã sunt corpore vitiati sponte, quidã casu. si sponte, distinguo, aut nulla iusta causa interueniente, & tunc ordinandus repellitur, & iam ordinatus deijcitur. 55. dist. qui partẽ. & c. si quis à medicis, & 33. dist. maritũ. Aut iusta cã interueniẽte: tũc nõ prohibet ab ordine, puta timore leprę, vel aliqua consimili causa. s. eo. c. ex parte. 2. nisi generet deformitatẽ: quia tunc in omni casu repellit. arg. 55. dist. lator. & c. si euãgelica. & s. c. pxi. Si casu i magnis mẽbris, siue corpulentia siue dignitate repellit & deijcit, si deformitatẽ generet. 55. dist. si euãgelica. in paruis vero mẽbris nõ ipedit si deformitas modica sit, & sine culpa sua vt hic[a]. si vero culpa sua in talẽ modicã deformitatẽ incidit, de misericordia etiã tolerat. s. eod. c. 1.

Marginal notes: a Adde q dicat morbosus. l. 1. §. 1. gl. morbi. ff. de ædil. edicto. & l. quæsitũ. §. 1. ff. de ea. tit. — † Engolismẽ. — † Engolismẽ. — Intellectus c. tuam. de æta. & qualit. — † Concilio Aurelianẽ. sub. 3. c. 6 idẽ concilio Arelatense 4. c. 3. quib' locis eadẽ est sententia, sed diuersis verbis conferunt. refert Burchard'. lib. 2. c. 33. suo par. 6. c. 114. & 6. [illegible] eod. tit. in 1. compilatione. concordat cõcilii Tridenti. sessio. 23. in decreto de reformat. c. 17. — a Facit l. si mora. cũ gl. ff. [illegible]. & l. qua actione § fin. ff. ad l. Aquiliam.

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS.

¶ *Quid inter cæteras irregularitates bigamia non modica reputatur, ideo, &c. Ioan. And.*

De hac materia habetur 26. dist. & 34. cap. si quis de laicis. §. quid er go. vsque ad fi. dist. & 77. dist. c. quicumque. & 28. q. vlt. per totum. & repetitur in 6. Ant. de But.

V *T bigami.*] CASVS. Bigami & solénniter pœnitentes, & mariti repudiatarum, ad sacerdotiũ promoueri nõ possũt, vt hic dicitur. Not. q̃ bigamia & solẽnis pœnitẽtia impediunt promotionem.

a *Vt bigami.*] supple, statuimus, ꝓpter illud verbũ bigami, & repudiatarum mariti, solum facit ad titulum.

Spaletan. Valent. Spalensia. Spoletan.

b *Pœnitentes.*] Solẽniter. 50. dist. c. ex pœnitentibus. 61. dist. non promoueantur.

c *Non ascẽdant.*] Propter defectum sacramẽti. j. eo. c. debitũ. vbi de hoc sacramẽto tradit.

Cap. j. eo. tit. in 4. compilatio.

S *Vper eo.*] Primo recitatur consultatio. Secundo datur r̃sio: ibi, *Respondemus.* Ioã. And.

CASVS. Quidã bigami promoti fuerunt ad sacros ordines, quærebat an debẽt in suis ordinibus ministrare? Respõdit Papa, q̃ ordinatores eorũ priuãdi sunt potestate ordinandi, &

1. ad Timoth. c. 3.

CAP. I.

V T bigami, pœnitẽtes b, vel repudiatarum mariti, ad sacerdotium non ascẽdãt c.

Lucius iij. Spal. archiepiscopo.

Cum bigamo qui ordinatus est ad sacros, non dispensatur: & ordinator priuabitur potestate ordinandi, nisi cum eo fuerit dispensatum.

CAP. II.

S Vper eo quod tua fraternitas de bigamis requisiuit: Respondemus quòd ordinatores eorum, potestate & officio ordinandi, & ordinati si ad sacros ordines fuerint promoti, eis ideo sunt priuandi, quia in bigamis contra Apostolum dispensare non licet, vt debeant ad sacros ordines promoueri: vel in eis si promoti fuerint remanere. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, vt ordinandi potestate & officio non priuetur.

ordinati ad sacros ordines non debent in ipsis ordinibus remanere: quia cõtra Apostolum cũ bigamis dispensare non licet, tamẽ cum ordinatoribus dispensari potest, vt potestate ordinandi non priuentur. No. q̃ ep̃s cum bigamis dispensare non potest.

d *Bigamis.*] scilicet ordinatis.

e *Et officio ordinandi.*] id est, priuandi sunt potestate & officio cõferendi similes ordines. sic j. de tẽpo. ord. c. litteras. & c. dilect⁹.

Glossa sequens ponit quinque modos quibus quis dicitur bigamus.

Bigamus quot modis q̃s dicatur. adde Soul. [illegible]

f *In bigamis.*] vere vel interpretatiue. vnde dicit̃ bigamus qui castitatẽ promissam violat. 27. q. 1. quotquot. Itẽ qui contraxit cũ vidua vel corrupta. 33. dist. maritũ. & j. eo. c. debitũ. & c. à nobis. Item qui vnã de facto, & alteram de iure habuit diuersis temporibus. j. eo. c. nuper. Item qui sciẽter cognouit vxorẽ adulterã. 34. distin. si cuius. & c. si laici. isti omnes bigami reputantur interpretatiue quantũ ad legẽ promotionis. Quidã vero ꝓp defectũ sacramẽti, vt mariti viduarũ, & corruptarũ, & qui sciẽter cognouit vxorẽ adulterã. Alij vero non ꝓp defectum sacramenti, sed propter affectũ intentionis cũ opere subsecuto: vt c. nuper. & c. à nobis. Item ille vere dicitur bigamus qui diuersis tẽporibus successiue habuit vxores duas. 26. dist. deinde. & c. acutius. & isti non promouentur propter sacramenti defectum, de quo dicet̃ j. eod. c. debitum.

Glo. seq. signat contrariũ decret. lector. ponit 4. opiniones. demũ soluit.

Cum bigamis an possit dispẽsari, anceps quæstio, de qua elegan ter Scotus lib. 4. sent. dist. 27. q. 3. arti. 3. vbi hæc omnia illustrat.

g *Dispensare.*] Sed cõtra 34. dist. lector. ibi dispensat̃ vt bigamus subdiaconus fiat, sed ibi ostendit M. q̃ liceat Papæ aut alijs ep̃is, scilicet, dispensare cũ bigamo vsq; ad subdiaconatũ, & non supra: quod non est cõtra Apostolũ p hoc cap. Prohibitio Apostoli est dẽ diacono, presbytero, & ep̃o, & nõ de alijs: quia subdiaconatus nõ erat adhuc sacer ordo. R. dixit quòd Marcellus Papa retulit se ad statũ primitiuæ ecclesiæ, in quo subdiaconatus non erat sacer ordo. 60. dist. nullus. Quidã dicebãt q̃ ep̃i olim poterant dispensare cũ bigamis in ordinibus maioribus hac rõne, quia ep̃i dispensant cũ criminosis. j. de iud. at si clerici. & tamen Apostolus prohibuit criminosum ordinari. 25. distinctione §. nunc autẽ. nec tamen dicunt̃ facere cõtra Apostolũ, & sic eadẽ rõne cum bigamo. quorũ opi. reprobat̃. j. eo. nuper. & c. à nobis. H. dixit q̃ ep̃i dispẽsare nõ poterant cum bigamo vel viduarum marito. arg. 50. dist. nõ confidat. cuius opi. confirmat̃ p illa c. nuper. & à nobis. Io. voluit dicere q̃ Papa non posset. Quod dicit R. & H. verissimũ vr̃: quia licet dispensetur cũ criminosis, non tñ sequit̃ q̃ cum bigamo, & illa est ratio, quia criminosus post peractã pœnitentiã restituitur vr̃ in pristinum statum, & incipit esse quod nõ fuit. 50. dist. ferrum. & c. ponderet. & c. dño sancto. Et ideo cum talibus dispensat̃. sed bigamus non ꝓhibetur promoueri ꝓp crimen, sed ꝓp sacramenti defectũ. j. eo. debitum. & 26. dist. acutius. quia carnẽ suã diuisit in plures ab vnitate recedendo. sed illud sacramentum amplius restitui non

Exponit, id est, non reputabat, vt paulo post dicam.

potest, per aliquã satisfactionẽ, cum non sit crimen. & hoc considerauit Apostolus cũ dixit, nõ bigamũ. & aliud ↄsiderauit cũ dixit, nõ criminosum: quia in criminoso cõsiderauit indignitatẽ psonæ, propter crimen, etiam quo purgato nõ prohibuit dispensationem. Sed ille defectus sacramenti non potest purgari, nec a baptismus tollat illã irregularitatẽ. 26. dist. acutius. ꝓp quod videtur quòd Papa nõ possit dispensare cum bigamo ꝓp eandẽ rõnẽ: quia ꝓpter dispensationẽ Papæ non restituit sacramentum vnitatis, cum nec posset. nam cum Deus cætera possit, virginẽ tñ post ruinã suscitare non potest. 32. q. 5. si Paulus. & idẽ dicit Imperator. C. de rap. vir. l. vnica. circa prin. item dispensare nõ potest cum monacho vt proprium habeat, vel continentiam abijciat. j. de statu mona. c. cum ad monasterium. multo minus vr̃ dispẽsare posse cum bigamo. Vnde opi. R. bona est: & licet ipse H. dubitet, vr̃ tamẽ cõsentire, ne videat̃ diminui potentia Papæ, q̃ possit dispẽsare cum bigamo. Tamen hoc quod dicit̃, bigamus in quocumq; ordine ordinet̃, recipit ordinẽ. arg. 50. dist. quicumq; pœnitens. per qd̃ cap. vr̃ q̃ cum bigamo dispensare possit. Sed illud tantum intelligitur de minoribus ordinibus.

a Vide Scotum. lib. 4. sen. dist. 27. q. 3. art. 2.

b Cap. 1. eod. tit. in 2. compilat.

[illegible]

Celestinus tertius.

Bigamus vxore viuente vel mortua, non ordinatur.

CAP. III.

D E bigamis presbyteris, & viduarum maritis, idem sancimus omnino, vt nec viuentibus vxoribus, nec defunctis k, ad diuinorum debeant celebrationem admitti; maximè cum à doctrina sit Apostoli, & institutionibus ecclesiæ alienum.

Innocen. tertius Ratispa. episcopo.

Qui mortua vxore promotus ad sacros, cum secunda de facto contraxit & cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet non sit bigamus.

CAP. IIII.

N Vper à nobis: & infra.

Cap. 1. eod. [illegible]

h *Sacros.*] Diaconatum & presbyteratum, qui duo tantum sacri fuerũt secundum antiqua tẽpora. 60. dist. nullus. hodie idẽ est de subdiaconatu. j. de ætа. & quali. c. à multis. & j. de ser. nõ ordi. c. miramur. vbi dr̃ q̃ eodem priuilegio gaudet cum diacono.

i *In ordinatorẽ.*] Cum quo potest dispensari. per hoc patet q̃ non cum bigamo ordinato vt remaneat in ordine, vel vt promoueatur: quia quod de vno conceditur, de altero denegatur. 25. dist. qualis. & j. de præsump. c. nonne.

D *E bigamis presbyteris.*] De facto post bigamiam ordinatis.

CASVS. De presbyteris bigamis & viduarum maritis idem iuris est quantum ad promotionẽ. quia cõtra Apostolũ ordinari nõ debẽt. No. q̃ bigamus est ipso iure suspensus à diuinis officijs.

k *Nec defunctis.*] Et ita illud impedimentum nõ potest purgari per mortẽ vxoris: quia nõ matrimonij vinculum, sed irregularitas contracta ex carnis diuisione est impedimento, & illa non tollitur per mortem vel pœnitẽtiam. 26. dist. vna. & c. acutius. nec per baptismum: vt in c. prædicto.

[illegible]

N *Vper à nobis.*] Primo ad casum propositum allegat pro vna parte. Secundo pro cõtraria. Tertio solut. Secũda: ibi: [*Licet.*] Tertia ibi: [*Nos autem.*] Ioan. Andr.

CASVS. Quidã dum erãt in laicali ordine constituti, cõtraxerunt matrimoniũ. postmodum mortuis vxoribus facti sunt clerici, ꝓmoti fuot ad sacros ordines. demũ contraxerunt secunda matrimonia. quærit̃ vtrũ cum talibus clericis qui taliter contraxerunt, possit dispensari vt in ordinibus suis remaneant, vel ad superiores possint promoueri? & primo ostendit q̃ tales bigami sint iudicãdi. in matrimonijs enim cõtrahẽdis nõ attendit̃ iuris effectus, sed animi destinatio. Vnde qui duas habet simul vxores, infamia notatur: quod partim ad factum cõuenit retorqueri: sicut legit̃ de presbytero qui cõtraxit matrimoniũ: qui ꝓp hoc non legalibus nuptijs dr̃ detineri: quod ad factum refert̃, non ad ius: eadem rõne tales de quibus est quæsitũ, debent inter bigamos reputari. In contrariũ vr̃ q̃ non sint bigami reputandi: cum opinioni sit veritas præferenda. si dicamus istos bigamos, secundum hoc sequit̃, q̃ ille qui nullã habuit vxorẽ, esset bigamus reputandus: vt si quis de facto contraheret cum diuersis, cum quibus de iure non posset contrahere. Rñdit Papa q̃ cum huiusmodi clericis tanquã cum bigamis dispensari non potest, licet in veritate bigami non existant, non propter sacramenti defectum, sed propter affectũ intentionis cum opere subsecuto: quia quantũ in ipsis fuit, secunda matrimonia contraxerunt. No. q̃ infamis dicitur, qui simul duas habet vxores. Item not. q̃ opinioni veritas præfertur. Item reputatur bigamus qui bigamus non est quo ad promotionẽ. Item voluntas sine effectu pu-

ctu ponitur: quia processit ad effectum.

a ¶ *Tertium.*] Alij duo soluuntur. j. de sen. excom. c. nuper.

b ¶ *Matrimonijs contrahendis.*] illicitis & prohibitis.

¶ *Glos. seq. alleg. concor. quibus quandoq; plus effectus consideratur, quandoq; plus factum.*

¶Tertius [a] articulus videbatur habere non modicum quæstionis: quoniam cum in matrimoniis contrahendis [b], non iuris effectus [c], sed animi destinatio attendatur: vnde illum comitatur infamia, qui duas simul habet vxores [d]: quod partim ad factum [e] conuenit retorqueri: sicut in canone legitur, de presbytero, qui non legalibus nuptiis [f] detinetur: eadem censura tales [g] videntur [h] inter bigamos reputandi: Licet obuiet ex aduerso quod opinioni sit veritas præferenda: & quod iuxta præmissa, qui nullam vxorem habuit, foret bigamus reputandus; quod contingeret, si quis de facto contraheret cum diuersis, quibus de iure non posset matrimonialiter copulari. ¶Nos autem in hac quæstione taliter respondemus, quod cum huiuscemodi clericis, qui quantum in ipsis [i] fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerunt, tamquam [k] cum bigamis [l] non liceat dispensari, licet in veritate bigami non existant: non propter sacramenti defectum [m], sed propter affectum † intentionis cum opere subsecuto.

¶Idem Meten. episcopo.

¶*Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit desponsata, bigamus non censetur.*

CAP. V.

DEbitum † pastoralis officij: & infra. ¶Fraternitati tuæ duximus respondendum, quod cum duo sint in coniugio [n], videlicet consensus animorum, & commixtio † corporum: quorum alterum [o] significat charitatem [p], quæ consistit in spiritu inter Deum & iustam animam: ad quod pertinet illud quod dicit Apostolus. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo: reliquum [q] vero designat conformitatem [r], quæ consistit in carne, inter Christum & ecclesiã, ad quod pertinet illud quod Euangelista testatur: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: profecto coniugiũ illud, quod non est commixtione corporum consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & ecclesiam per incarnationis mysterium est contractum: iuxta quod Paulus exponens illud quod dixerat protoplastus [s]: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro [t] de carne mea; & propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna [u]: statim subiungit: hoc autem dico magnum sacramentum [x] in Christo & ecclesia. Cum ergo propter sacramenti defectum, in-

c ¶ *Iuris effectus.*] vt C. de adult. l. eũ qui. vbi sunt hæc verba: si enim aliqs cõtrahat nuptias, cum ea cũ qua non potest de iure contrahere, infamis est: licet nuptiæ non habeãt effectũ. ff. de iis qui notan. infa. l. quid ergo. §. 3. quandoq; magis considerat effectus, quàm affect⁹, vel quàm factum ipsum. de pœn. dist. 1. §. hæc autẽ verba. quia verba ipsa sunt cum effectu accipienda. j. de cler. nõ resi. c. relatum. ff. de cõdi. & demon. l. hæc conditio 1. & j. de spõ. c. vlt. Quãdoq; magis consideratur factũ quàm ius. j. de conces. præb. c. literas. & c. cum nostris. quandoq; considerat plus iuris effectus. ff. de condi. insti. l. mulieri. §. 1. j. de sponsa c. iuuenis.

d ¶ *Duas simul habet vxores.*] C. de adulte. l. eum qui.

e ¶ *Ad factum.*] Quasi diceret, de facto cõtraxit cũ secunda, quia de iure non potuit. Duas enim vxores simul habere non licuit, nisi cui ex reuelatione diuina concessum fuit. j. de diuor. c. gaudemus.

f ¶ *Non legalibus nuptijs.*] 28. dist. presbyterũ.

g ¶ *Tales.*] Clerici scilicet, de quibus primo quæsitum est.

¶ *Glo. seq. alle. 7. concor. & sex contraria, & soluit.*

h ¶ *Videntur inter bigamos.*] Hic collige quod opinio præfertur veritati. simile j. de spon. c. iuuenis. & 3. q. 7. infamis. §. tria. ver. verumtamen si seruus. & C. de testa. l. 1. & 22. q. 2. homines. ff. ad Mace. l. 3. j. de offi. dele. c. cons. & j. de iure pa. c. consultationibus. & s. de elect. c. querelã. Sed contra. 8. dist. veritate. 81. dist. quicũq;. & j. qui fil. sint legi. c. per tuas. C. plus va. quod agi. l. 1. 2. & 3. Sol. verũ est quod veritas præfert opinioni. Alia casus ita sunt: vt scilicet opinioni potius stetur quàm veritati, vel in fauorem contrahentium, & odium decipientium. ff. ad Maced. l. 3. vel in fauorem prolis. j. qui fil. sint legi. c. cum inter. l. vel fauorem testamentorum. C. de testa. l. 1. vel sententiarum. 3. quæst. 7. c. infamis §. tria. versi. verumtamen si seruus.

ADDITIO. Vnde versus. *Testamẽto, fauor, odium, sententia, proles: Ex istis causis præfertur opinio veris.*

i ¶ *Quantum in ipsis fuit.*] In maleficijs enim voluntas, non exitus spectatur. arg. 49. dist. c. vlt. & ff. ad leg. Cornel. de sicarijs. l. Diuus C. de ser. cor. l. si quis seruo.

k ¶ *Tamquam cum bigamis.*] Not. arg. propter similitudinem facti aliquem numerari inter eos, de quorum numero ipse non est. 27. q. 1. quotquot. & 50. dist. si ille. ff. man. l. vlti. in fi.

¶ *Glo. seq. format contrarium, & soluit.*

l ¶ *Dispensari.*] Arg. contra. j. de cle. conio. c. sane. Illa loquitur de eo qui nunquam habuit vxorem, sed in sacro ordine contraxit, & ideo cum tali dispensari potest. hic loqui videtur de eo qui primo in laicali habitu cõtraxit, & postea factus sacerdos iterum cõtraxit: vnde bigamus reputatur quãtum ad effectum, licet in veritate non sit: & sic ponitur propter affectum tantum cum opere subsecuto, & non propter defectũ sacramenti. Defect⁹ enim sacramenti vnitatis non est in isto: quia in veritate carnem suam non diuisit in plures.

m ¶ *Sacramenti defectum.*] de quo j. eod. debitum.

DEbitum.] Primo ponit rationes. vltimo respõdet ibi: [*Vnde is.*] Pars huius habetur. j. de bap. c. debitum.

CASVS. Mulier aliqua cõtraxit matrimonium cum aliquo, & ab eo fuit traducta. tandem ea incognita mortuus est: quidã alius contraxit cum illa: quæ postmodũ mortua est. quæsitũ fuit, an vir iste possit ad sacerdotium promoueri? & videbatur quod non; quia fuit maritus viduæ, & tales promoueri non possunt. Respõdet Papa, quod duo sunt in coniugio carnali copula cõsummato, scilicet consensus animorum, & commixtio corporũ: coniũctio animorum significat charitatem, quæ cõsistit in spiritu inter Deum & iustam animam. Vnde dicit Apostol⁹: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. commixtio corporum, significat conformitatem diuinæ & humanæ naturæ, quæ consistit in carne inter Christũ & ecclesiã. Vnde dicit Euangelium: Verbum caro factum est. sed illud cõiugiũ quod non est carnali copula cõsummatũ, nõ pertinet ad illud coniugium designãdũ, quod inter Christum & ecclesiam est cõtractum per incarnationis mysteriũ: secundum quod Apostolus exponens verba illa primi parentis: hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: & statim subiunxit: hoc autẽ dico magnũ sacramentum in Christo & ecclesia. His præmissis dicit Papa, quod propter sacramenti defectum inhibitum est ne bigamus, aut viduæ maritus possit ad sacros ordines promoueri: quia nec illa est vna vnius, nec iste est vnus vnius. sic ergo patet, quod vbi inter coniuges deficit cõmixtio corporum, ibi non deest signaculum huius sacramenti; vnde soluo tibi quæstionẽ propositã: ille qui mulierem ab alio viro ductã, sed non cognitam, duxit vxorem, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri: quia nec ille nec illa diuisit carnem suã in plures. Not. quod defectus sacramẽti est causa, quare bigamus vel maritus viduæ corruptæ ad sacros ordines nõ possit promoueri: & ita non crimen, sed irregularitas hoc facit.

n ¶ *In coniugio.*] scilicet, carnali copula consummato.

o ¶ *Alterum.*] scilicet, consensus animorum.

p ¶ *Charitatem.*] id est, dilectionem & coniunctionem.

q ¶ *Reliquum.*] id est, commixtio corporum.

r ¶ *Conformitatem.*] id est, coniunctionem & vnitatem.

s ¶ *Protoplastus.*] id est, Adam primo plasmatus.

t ¶ *Caro.*] 35. q. 10. fraternitatis. & j. de diuor. c. gaudemus.

u ¶ *In carne vna.*] id est, in carnali operatione ad vnam carnem procreandam.

¶ *Glo. seq. tractat de triplici significato matrimonij. Secundo quæris de tertio in quo consistat. ponit opi. quam reprobat, & soluit.*

x ¶ *Sacramentum.*] Triplex sacramentum designatur in matrimonio carnali copula consummato. Primũ est vnio fidelis animæ ad Deum per dilectionẽ & charitatẽ, & hæc designatur per coniunctionem animorũ in ipsa prima desponsatione, dum alter per mutuum consensum consentit in alterum; & de hoc sacramento fit mentio ibi; alterũ signat charitatẽ quæ cõsistit in spiritu inter Deũ & iustã animã. Secundum est vnio humanæ naturæ ad Deũ, quæ facta est in vtero virginali per incarnationem verbi Dei; & hoc designatur per carnalẽ commixtionẽ viri & vxoris, & de hoc ibi fit men-

† Cap. 2. eo tit. in 3. compilat. reliqua huius c. habes infra ca. 4. de bapt. & eius effectu in Cõcilio.

† coniũctio

1. Cor. 6.

Ioan. 1.

¶ Vide Magistrũ sententiarũ. & ibi Doctores lib. 4. dist. 27.

Gen. 2.

Ephes. 5.

¶ Glossa hæc tertia sic propter latini vocabuli ignara. accipit sacramẽtum pro mysterio, more Græcorũ, vt docet concilium Coloniẽn. de sacramẽ. no[illegible] ue legis. in prin. & ita accepta nil falsi continet.

hibitum sit, ne bigamus, aut maritus viduæ[a], præsumat ad sacros ordines promoueri: quoniam nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnius: profecto vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio corporum, non deest huiusmodi signaculum sacramenti. ¶ Vnde is qui mulierem ab alio viro ductam, sed minime cognitam[b] duxit vxorem: quia nec illa, nec ipse carnem suam diuisit[c] in plures: propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri.

¶ Idem Lugd. archiepiscopo Apostolicæ sedis legato.

¶ *Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est.*

CAP. VI.

Quia† circa minima† & infra, ¶ Sane postulasti per sedem Apostolicam edoceri, si presbyteri plures† concubinas habentes, bigami[d] censeantur. ¶ Ad quod duximus respondendum, quòd cum irregularitatem non incurrerint bigamiæ, cum eis, tamquam simplici fornicatione notatis, quo ad executionem sacerdotalis officij poteris dispensare.

¶ Idem.

¶ *Si subdiaconus qui cum vidua contraxit, & eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet bigamus non sit.*

CAP. VII.

A Nobis fuit: & infra, ¶ Ille autem qui in subdiaconatus ordine constitutus, de facto tantum, (quia de iure non potuit) duxit viduam[e] in vxorem, profecto bigamus non existit; sed nec viduæ potest in veritate dici maritus: cum inter ipsum & illam non fuerit vinculum maritale contractum: cum eo tamen contra doctrinam Apostoli,† tamquam cum marito viduæ dispensare non licet: non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere[f] subsecuto.

fit mentio; reliquum vero designat conformitatem, quæ consistit in carne inter Christum & sanctam ecclesiam. Primum est vnio voluntatis. Secundum est naturæ conformitas: vt 26. dist. acutius. de conse. distin. 2. in Christo pater. vbi habes de conformitate naturæ diuinæ & humanæ. & non intelligas quod ipse actus corporalis designet hoc sacramentum, sed propter actum consummatum, sacramentum designatur. Tertium sacramentum est vnitas ecclesiæ ex omnibus gentibus collecta, & vni viro Christo subiecta. hoc sacramentum designatur per illum coniugatum, qui vnicum tantum matrimonium seruauit. sed vbi secundum matrimonium contrahitur, hoc tertium sacramentum non habet locum: quia recedit ab illa vnitate, quæ primo signabatur per vnicum matrimonium†, quia in secundo matrimonio diuidit carnem suam in plures, vnde vnitatem ammodo signare nõ potest, Christus enim signat vnitatem ex omnibus gentibus Christo subiectam: vt d. c. acutius. sed ex quo ecclesia Christo se coniunxit, ab eo numquam discessit, nec ipse ab ea. ergo bigamus talem vnitatem signare non potest, & ideo promoueri non potest propter defectum illius tertij sacramenti. duo prima sacramenta hic exprimuntur, vt dictum est, sed hoc tertium non expressit in littera, nisi loquendo de ipso non imponendo aliqua verba per quæ illud significet: nisi forsitan per illa verba; nec illa est vnica vnici, nec ille vnus vnius. per hoc tantum notatur recessus ab vnitate; & melius i. vbi dicitur nec illa nec ipse diuisit carnem suam in plures; & sic in vnitate remansit vterq;. & ibi: vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio carnalis, non deest signaculum huiusmodi sacramenti, scilicet vnitatis. Vel per illa verba; hoc autem dico magnum sacramentum inter Christum & ecclesiam. sed de isto tertio sacramento legitur 26. dist. acutius. Sed in quo consistit signatio illius tertij sacramenti? Quidam dicunt quod in ipso coniugio: sed hoc est falsum: quia mortua vxore coniugium desinit, & sic nulla esset signatio. sic matrimonium non consummatum non signat hoc sacramentum: vt hic in fi. Est ergo dicendum, quod in eo, qui matrimonium vnicum seruauit, clerico facto & ordine suscepto, est signatio illius tertij sacramenti; nec est necesse quod talis clericus sit vel fuerit coniugatus: quia auctoritas Apostoli, oportet ordinandum esse vnius vxoris virum, intelligitur per negationem, sic; vnius vxoris virum, id est, non plurium: immo qui numquam habuit vxorem, liberius promouetur: quia ab vnitate non recessit, sed in vnitate permansit.

a ¶ *Vidua.*] id est, corruptæ: quia licet fuisset vidua, dummodo non corrupta, non prohibetur: vt hic dicit.

¶ *Glo. seq. quærit, ponit duas op. & secundam approbat.*

b ¶ *Cognitam.*] Sic patet quod vxor ordinandi, ad hoc vt ille possit promoueri, virgo debuit esse. i. eo. c. vlt. Sed quare exigitur maior castitas in vxore quàm in viro? Respon. quia maritus corruptæ, si cum ea vna caro efficiatur, promoueri non potest. 34. dist. præcipimus. curandum. si cuius. si qs. & c. si laici. sed ille qui habuit concubinam post vxorem vel ante, promoueri potest: vt 34. dist. fraternitatis. H. dixit quod vir signat ecclesiam, quæ in parte recessit à Christo adulterando, recedendo à fide, & si in parte virgo fuit, & ideo non deest signatio sacramenti in viro, quamuis non sit virgo. vxor vero signat Christum, qui numquam ecclesiam diuisit: quoniam ipse est fons viuus cui non communicat alienus. i. de reg. c. licet. in fi. & de pœ. dist. 1. §. item vt Christus. alij dicunt (& videtur melius) quod vir signat Christum, qui primo copulauit sibi synagogam, & postea copulauit sibi ecclesiam de gentibus, scilicet militantem, in qua sunt boni & mali, & ideo non nocet si vir nõ fuerit virgo. Vxor vero signat ecclesiam triumphantem, in qua nõ est macula neq; ruga, quæ semper virgo permansit, saltem mente. Vnde Apostolus: Despondi enim vos vni viro, &c. 27. q. 1. nuptiarum. & ideo exigitur quod vxor carnem suam non diuiserit in plures: quod si fecerit, deest in coniuge signatio tertij sacramenti vnitatis, & ita illud tertium sacramentum exigitur tam ex parte viri, quàm ex parte vxoris. Vnde episcopus vnius vxoris, signat vnitatem ex omnibus gentibus vni viro, id est, Christo subiectã. 26. dist. acutius.

¶ *Glo. seq. reci. per q. alle. pro, ponit op. contrariam, quam reprobat.*

c ¶ *Diuisit.*] Sic 34. dist. Valentino. per quod soluebatur hæc quæstio. sic ergo consideramus potius rõnem & causam quare hæc fiat, quàm factum ipsum: & ita is qui duxit vxorẽ à se primo corruptam potest promoueri: quia ratio & causa nõ inuenitur in eo, quare non diuisit carnẽ suã in plures. Dicunt quidã quod talis promoueri non debet: quia verũ est quod est maritus corruptæ. arg. op. pro eis 30. q. 5. qualis. & H. in hac opinione fuit. sufficit quod ita scriptum est. ff. qui & à quib. manu. li. si nõ si. l. prospexit. & 6. q. 3. scriptũ est in lege. quod nõ credo: eadem ratione & iste de quo quæsitũ fuit, non posset promoueri: quia verũ est quod fuit maritus viduæ & corruptæ, quare intelligo quod dicit c. qualis. qñ ab alio corrupta est, & capitula plura q̃ ad idẽ possent induci. 77. dist. quicũq;. & 34. dist. c. curandũ. & c. præcipimus.

Qvia circa.] Diuiditur: quia primo ponitur cõsultatio, secundo responsio. Secunda ibi, *Ad quod.* Et pars huius habetur i. de priui. c. quia circa. Io. And.

Casvs. Presbyteri habentes plures concubinas, quæritur vtrũ bigami sint censendi? Rñdet quod propter hoc non incurrunt irregularitatẽ bigamiæ. vnde cũ talibus, tamq̃ cum fornicariis, potest epũs dispensare, vt suum officium exequantũ. No. quod plures habens concubinas, irregularitatẽ non incurrit. No. mirabile quod cum eo qui peccat dispensatur, & cum illo qui non peccat, non dispensatur.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit. secundo no. quod luxuria, &c. signat contrarium & remittit.*

d ¶ *Bigami.*] i. eod. nuper. arg. cõtra. sed ibi loquitur qñ vtraq; fuit solemniter ducta tamquã vxor. hic vero non. & ibi prima fuit vxor: secunda vero esse non potuit. No. mirabile quod plus habet hic luxuria q̃ castitas. arg. 34. dist. fraternitatis. Sed contradicit in Auth. de resti. & ea q̃ parit. in fi. coll. 4. & stulti non debẽt esse melioris conditionis q̃ periti. 16. q. 1. legi epistolã. & ff. qđ vi aut clã. l. seruus. & ff. de furt. l. itaq; fullo. §. 1. ratio huius redditur i. c. proxi.

A *Nobis fuit.*] Casvs. Quidã subdiaconus quandã viduam de facto duxit in vxorẽ: quia de iure non potuit; quæritur vtrũ bigamus reputetũ quo ad legẽ promotionis? Rñdet Papa quod in veritate non est bigamus, nec maritus viduæ: cum inter ipsos non fuerit matrimonium: verumtamẽ cum eo, tamq̃ cum marito viduæ non poterit dispensari, non pp sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto. Ex hac decre. no. bigamus reputatur quo ad promotionem, qui bigamus non est.

e ¶ *Viduam.*] Quia cum esset in sacro ordine constitutus, cum ea matrimonium ɔtrahere non potuit. 28. dist. c. presbyterum. & i. eo. c. nuper. scilicet non fuerit matrimonium: quia tñ quantum in ipso fuit, cum ipsa vidua contraxit, cum eo dispẽsari non potest ɔ doctrinã Aposto. i. eo. c. sup eo. non propter sacramẽti defectum, sed pp voluntatẽ quã habuit ɔtrahendi cum vidua, non contentus suis terminis, cum pcessit ad actum, licet non habuisset effectum. sic i. eo. c. nuper. & est hic & ibi argumentum expressum, quòd voluntas non contenta suis terminis punitur: & ea quæ ibi etiam dicta sunt hic possent reperi, cum similis causa sit quare hoc fiat. causa dicta est s. eo. c. debitum.

f ¶ *Cũ opere.*] scilicet carnali. arg. i. eo. debitũ. & 34. dist. Valẽtino.

Mysterium tamen in sacramento bene potest in secundo matrimonio significari.

† Cap. vnico. de n. sa. n. copulat.

† Aliàs matrimonium.

† In vno vero fuit omnium exemplari, non plures suo-ficiunt.

De materia huius glossæ consule Theologos lib. 4. sent. dist. 26. & seq.

† 1. ad Timoth. 5.

DE CLE-

DE CLERICIS PEREGRINIS.

Quia inter eos qui ab ordinibus prohibentur, arcentur & peregrini, ideo, &c. De hac materia habetur 98. & 71. & 72. dist. per totũ. & 7. q. 1. in multis capitulis.

TITVLVS XXII.

De clericis peregrinis.

Alexand. † iij. Cenomañ. episcopo.

Vltramarini & valde remoti ordinationem suam probare debent per quinque episcoporum sigilla.

CAP. I.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos, quid sit agendum de clericis, qui in remotis regionibus ordinati, litteras eorum ostendunt, à quibus sibi proponunt manus impositas: & vtrum episcoporum sigilla sint, quæ repræsentant, incertum existit †. Tuæ igitur cõsultationi respondemus, tutius esse, vt in his statuta patrum veterum obseruentur, quàm nouum aliquid statuatur. Statutum [a] autẽ est de transmarinis, vt ad minus quinque [b] episcoporum super ordinatione sua testimonio muniãtur; quod in aliis (si † similiter sunt incogniti [c]) credimus obseruandum; ita tamen vt in suspensione [d] aliquanto tempore habeantur, in quo plenius de actibus [e] instruantur ipsorum. Sed & de inferioribus ordinibus inquiri oportet: quia posset contingere, vt aliquibus prætermissis saltum fecissent. His autem peractis, si digni inuenti fuerint, circa eos poterit dispensari [f].

Innocen. iij. Constantinopolitano patriarchæ.

Clericus peregrinus qui iurat se ordinatum: nisi aliter probet, in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promouebitur.

CAP. II.

INter † quatuor: & infra. Consuluit nos iterum tua fraternitas, vtrum † clericos ad te sine suorum ordinatorum litteris [g] venientes, & offerentes iuramentum, quòd sint in quouis ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas ad superiores ordines promouere. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd nisi de ipsorum ordinatione canonica, per idonea tibi constiterit argumenta [h], eos nec in illis suscipere [i], nec ad maiores debes ordines promouere: præsertim antequam conuersatio eorum fuerit approbata.

Idem patriarchæ Hierosolymitano.

Peregrinus de cuius ordinatione non constat, non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.

CAP. III.

TVæ † fraternitatis & infra. Vtrum † clericos, qui ad partes Hierosolymitanas sine commendatitiis [k] litteris veniunt, permittere debeas celebrare diuina: & infra. Respondemus, quòd nisi legitime tibi constiterit, siue per litteras, siue per testes [l], de illorum ordinatione canonica [m], qui penitus sunt ignoti, non debes ipsos permittere in † tuis plebibus celebrare. Sed si forsitan eorum aliqui secreto [n] ex deuotione celebrare voluerint, poteris sustinere.

Honorius tertius Regiñ. episcopo.

Inferiores prælati, sine diœcesanorum consensu, in ecclesiis suis peregrinos non possunt instituere.

CAP. IIII.

TE nobis proponente didicimus, quòd quidam prælati ecclesiarum tuæ iurisdictionis, in ecclesiis sibi com-

---

TVa nos.] Sunt duæ partes, consultatio & responsio. Secũda, ibi, Tuæ igitur. Io. And.

CASVS. Clerici quandoq; se transferunt ad remotas partes, & dicunt se ordinatos, nec ostendunt litteras eorũ à quibus se ordinatos dicunt: quærit quid de talibus sit agendũ? Respondit Papa quod tutius est in his statuta patrũ sequi, quàm nouũ aliud statuat. De trãsmarinis statutũ est, vt ad minus quinq; episcoporũ testimonio super ordinatione sua muniant, quod de aliis incognitis similiter est seruandũ, ita vt aliquãto tẽpore habeantur in suspenso, in quo de ipsorum actibus instruantur illi cũ quibus morant; & inquirendũ est etiã de inferioribus ordinibus: quia posset esse quod aliquid prætermisissent. His cõsideratis poterunt admitti ad diuina, si aliàs digni inuenti fuerint. Nota quod nõ statim credendũ est alicui super ordinatione sua. Not. quod inquirendũ est de conuersatione alicuius, ab illis cum quibus moratur.

a Statutum.] 98. dist. per totum.

b Quinque.] Ideo enĩ quinq; exigunt: quia dubitari cõsueuit de sigillo vnius epi. si enim de illo constaret, id solum sufficeret. j. de proba. c. post cessionem. vel per testes. j. eo. c. tuæ 1.

c Incogniti.] Ex quo enim incogniti sunt, explorandum est cuius fidei & innocentiæ sint. 42. dist. quiescamus. ff. nau. cau. sta. l. vltima. §. seruorum.

d In suspensione.] quod hic dr, intellige de iis qui in ecclesiis recipi postulant tamquã clerici. ceterum si tamquam viatores vellent celebrare secreto, permittẽdi sunt. j. eo. c. tuæ. & arg. de conse. dist. 2. non prohibeat. & 7. q. 1. episcopi.

e Actibus.] nã per act⁹ sequẽtes præsumit de præteritis, & econuerso. 34. q. 2. cum per bellicã. & 6. q. 1. qui crimen. ff. de re milit. l. non omnes. §. à barbaris. & 2. q. 1. in primis. 50. dist. si quis diaconus. & 77. dist. quicumque.

f Poterit dispensari.] id est, ex benignitate recipi poterunt.

ADDITIO. Vel secundũ Inno. hoc dicit: quia si clericus sit ignotus, & litteræ ignotæ: non est sine dispensatione epi admittendus. j. c. si. vel sm Hostien. dispensari ad litteram est si in aliquo egent dispensatione. de ordi. ab episc. c. 1. & 2. Ioan. And.

INter quatuor.] Cõis diuisio. Secũda: ibi, Inquisitioni. Io. And. Pars huius sm Ioã. And. habetur j. de maio. & obe. c. inter quatuor. de decim. non resi. inter quatuor. & de reli. do. inter quatuor.

CASVS. Clerici aliquãdo trãsferunt se ad partes Constantinopolitanas, accedunt ad patriarchã sine litteris suorũ ordinatorũ, tñ offerunt iuramentũ quod sunt in certis ordinibus cõstituti, & petunt ad superiores ordines promoueri: quæritur quid iuris sit? Respon. quod nisi primo constiterit patriarchæ per idonea argumenta de ipsorũ ordinatione canonica, non debet illos suscipere in illis ordinibus: nec ad superiores promouere antequã eorũ cõuersatio fuerit approbata. No. quod iuramentũ ignoti non admittit super sua ordinatione: sed hoc ideo, ne illi quibus celebrat, decipiantur.

g Litteris.] quas habere debet semper. 71. dist. c. primatus. j. eodem c. proximo.

Glo. seq. recitetur per quæstiones, quæ vocat hic argumenta.

h Per argumenta.] nõ dicit per testes vel instrumenta, sed per argumenta esse probãdum: quia per argumenta siue per indicia probatur æque sicut per testes. 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. ver. nullus homicidarũ. & 32. q. 1. dixit dominus. 27. q. 1. nec aliqua. & C. de rei vend. l. indicia. & j. de psump. c. litteris. Vel idonea argumenta vocat sigilla episcoporũ. 98. dist. trãsmarinos. vt s. c. pxi. vel sigillũ epi sufficit si notũ sit. 71. dist. extraneo. & C. de epi. & cler. l. si qua p calumniam. in fi. Sed si pdiderit instrumentũ, probet amissionẽ & tenorem ipsius, & quod sine vitio fuerit. j. de priuil. c. cũ olim. in fi. vel p testes. j. c. pximo.

i Suscipere.] nisi vt hospites. 7. q. 1. epi vel presbyteri. & de cõsecra. dist. 2. nõ phibeat. & 42. dist. quiescamus.

TVa fraternitatis.] Cõis diuisio. Secũda: ibi, Respondemus. Ioan. Andr.

CASVS. Clerici aliquãdo accedunt ad partes Hiero. sine cõmendatitiis litteris suorũ episcoporũ: quæsiuit patriarcha an permittere debeat illos celebrare diuina? Respõdet Papa, quod nisi cõstiterit ei siue per litteras siue per testes, de canonica ordinatione ipsorũ qui ignoti sunt, non permittat illos suis plebibus celebrare. sed si secreto voluerint celebrare, permittant. Nota quod alicui licet in secreto, quod non licet in publico. & hoc est ne decipiatur populus.

k Commendatitiis.] vel etiam dimissoriis. 71. dist. c. pen. & 19. q. 2. duæ sunt.

l Per testes.] vel per alia legitima arg. s. c. pxi. arg. de præsump. c. litteras. & de cõuersatione ipsius primo debet cõstare. s. c. pxi.

m Canonica.[a]] id est, secundum ordinem ecclesiæ facta. s. de sum. trini. c. firmiter. in fi.

n Secreto.] quia tunc nullũ periculum fit alicui nisi sibi. sed si publice celebraret populo, tunc periculũ esset vt si nõ esset sacerdos, populum deciperet. 42. distin. quiescamus. & j. de celeb. miss. de homine.

TE nobis.] Communis diuisio & secunda pars est ibi, Attendentes. Ioan. Andr.

CASVS.

In multis Alexan. iiii. sed talsa est inscriptio, nam cum hæc cõpilatio facta est, nondum erat Alexander quartus creatus Papa.

Cap. vnic. eo. tit. in 3. compilat. & habet in reg. ũ post concilium Lateranen. sub Alexan. iij. par. 46. cap. 20.

Adde qualiter & qua credendum sit sigillis l. La. cons. & ibi Barto. ff. de fid. instr. & in l. ad certum ff. de infamia.

Alias inter quos similiter, & c. aliàs tuæ is similiter sunt in eos incogniti.

Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.

In pluribus antiquis post illud, infra. statim sequitur vtrum clericos, &c.

Nomine argumenti quid in hoc c. intelligatur.

Cap. 2. eod. tit. in 3. compilat.

In vno manuscripto hæc verba permittuntur: consuluit nos insuper tua fraternitas, vtrum, &c.

In antiquis deest dictio, in.

a Hæc glossa nõ est Bernardi, nec habet in antiquis libris.

Casus. Quidā prælati ecclesiarū de iurisdictione epi Regin. sine cōscientia ipsius epi, clericos de alienis episcopatibus instituebant in ecclesiis sibi commissis: quæsiuit eps à Papa quid iuris esset de illis clericis? Respondit Papa, q illud eis non liceat, cum sit contrarium honestati, & contra institutiones sanctorū patrum: & ideo potest inde eos remouere nisi ex dispensatione eos duxerit dimittendos. No. clericos instituēdos in ecclesiis de eodem loco, vel de eadem diœcesi, & non extraneos.

missis, sine cōscientia † tua, clericos de alienis episcopatibus instituere non verentur. Attendentes igitur id eis nulla ratione licere: cum sit honestati contrarium †, & à sanctorum patrum institutionibus [a] alienum: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd tibi licet eos exinde remouere: nisi aliquos ex dispensatione [b], in eisdem ecclesiis duxeris dimittendos.

a ¶ *Institutionibus.*] 71. dist. c. 1. & 2. per totam dist. & 52. dist. per totū. & C. de episc. & cle. in ecclesiis. sic de aliena ecclesia non est assumendus prælatus, dum reperitur idoneus in eadem. 61. dist. nullus.

¶ *Glo. seq. arguit ad duo, & de secundo remittit.*

b ¶ *Ex dispēsatione.*] No. arg. q nullus potest eligi de aliena diœce. sed isti debet postulari: quia instituti absq; scientia epi, remouentur, nisi cum eis voluerit dispensare: & sic per solam dispensationē de aliis episcopatibus instituuntur. & est hic bonum argu. pro opinione illorū qui dicunt q semper præualet electio de gremio ecclesiæ, alij electioni factæ de alia, etiam si sit facta à minori parte. de hoc dixi ī. de electione. cum inter canonicos.

¶ Alias, scienta, hoc est, sine licentia, aut facultate.

¶ Vide l. qā vulgo. ff. de sta. hom. & l. si cui dies. §. cōpromisso ff. de ar bitr.

¶ Videto notas in hūc locum in hac opere adiectas.

¶ Cap. 2. eo. titulo 1. compilat. Facit concilium Aurelianense 4. cap. 16.

TITVLVS XXIII.

De officio archidiaconi.

¶ Ex libro Romani ordinis †.

¶ *Ponit quæ spectant ad officium archidiaconi.*

CAP. I.

VT † archidiaconus post episcopum sciat se vicarium [c] esse eius in omnibus, & omnem curam in clero (tam in vrbe [d] positorum, quàm eorum, qui per parochias habitare noscuntur) ad se pertinere, siue de eorum conuersatione, siue honore † & restauratione ecclesiarum, siue doctrina ecclesiasticorum, vel cæterarum rerum studio: & delinquentium rationem coram Deo redditurus est. ¶ Et † vt de tertio [e] in tertium annum, si episcopus non potest, parochiā vniuersam circumeat: & cuncta, quæ emendatione indigēt, ad vicem sui episcopi corrigat [f] & emendet.

DE OFFICIO archidiaconi.

¶ *Explicito tractatu ordinandorum, de dignitatum officiis est videndum: & quia archidiaconus post episcopum maior est, ideo, &c. Io. And.*

De hac materia habetur 25. dist. per lectis. 74. dist. honoratus. 94. dist. c. 5. Ant. de But.

¶ nota.

VT *archidiaconus.*] Dicit hoc c. & seq. quę ad officiū archidiaconi pertinere noscanī: & quia tota hæc decr. cadit sub vno cōstructu, ideo cōmode diuidi non potest. Ant. de But.

¶ Qualiter hodie visitent archidiaconi, tradit concilium Tridentinum. sessio. 24. in decreto de refor mat. cap. 3.

Casus. Dicitur hic q archi. est vicarius epi in omnibus q ad eū pertinent, similiter & causæ clericorū & in vrbe & extra vrbē ad ipsum pertinent: & cōuersatio eorū: & onus & restauratio ecclesiarū & doctrina ecclesiasticorū: & correctio excessuū. Item de triennio in triennū cum eps fuerit impeditus, debet totā visitare diœcesim, & ad vicem sui epi corrigere corrigenda. No. q archi. est vicarius epi, & potest corrigere. Vnde infertur q habet coerctionem, qđ verum est de consuetudine præscripta.

c ¶ *Vicarium.*] & ita habet cognitionē & iurisdictionē, & ex quo vicarius est. C. de offi. vica. l. 2. & ī. de offi. vica. c. penult. & 25. distin. perlectis. arg. in Auth. de defen. ciui. circa prin. colla. 3.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

d ¶ *In vrbe.*] arg. contra 25. dist. perlectis. Sol. licet quædā pertineant ad officiū archid. primicerij, & thesaurarij, vt ibi dī, tamen præordinator est in cunctis, & loco epi, & tamquā vicarius eius.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *De tertio.*] Episcopus vero singulis annis debet visitare parochiā suam. 10. q. 1. epm. decernimus. placuit. nisi dimittat hoc ne pp eius accessum grauentur ecclesiæ, tunc mittat archidiaconū. vel qoia eps ire non potest [1], vt hic dr. Item cōtra ī. eod. mandamus. vbi dī q archidiaconus debet visitare singulis annis, aut etiā pluries, si expedit. ibi loquit de visitatione suæ propriæ parochię, hic qñ visitat vniuersam parochiam ad mandatum episcopi.

f ¶ *Corrigat.*] Sic ergo archidiaconus habet coerctionē ex quo hēt iurisdictionē, quia iurisdictio sine coerctiōe nulla esset: vt ī. de offi. dele. ex literis. & ff. d off. ei cui mand. est iur. l. vlt. Quid de iure cōi pertineat ad archidiaconū, habes ī. eo. ad hæc. & c. ad nostrū. & c. prout. & c. cus de consuetudine. ī. c. vlt. vbi de hoc.

¶ Facit ad hoc id ad monum. in l. ... §. gessit. cum seq & alias.

¶ Ex concilio Toletano †.

¶ *Non summatur, sed ponit quædam quæ spectant ad officiū archidiaconi.*

CAP. II.

OFficium † vero archidiaconi est Euangelium quando voluerit legere, vel alicui de diaconis præcipere; & quando episcopus missam canit, ad iussionem illius induant se Leuitæ vestimentis sacris: qualiter cum pontifice ad missam procedant †: & infra. ¶ Omne ecclesiasticum officium prouidendo, lectiones aut responsoria in matrice ecclesia dare debet, & auscultare, intantum, vt nullus Euangelium aut Epistolam, responsoria, vel quamlibet in ecclesia lectionem legat vel cantet, donec auscultetur [g] ab ipso. ¶ Acolythos † quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quiue minorum in ecclesia aliqua officia agere debeat.

¶ Cum ... ecclesiæ Toletanæ ...

OFficium.] Casus. Dī hic q ad officiū archidiaconi ptinet legere Euangelium quod voluerit, vel præcipere alicui diacono qđ legat: & qñ eps debet missam celebrare, pcipere debet sacerdotibus, vt induāt se vestib⁹ sacris, vt epo ministrēt. Itē in matrice ecclesia nullus debet legere rñsorium, aut epistolā, aut lectionē cātare, donec primo ab ipso auscultet: debet etiā ordinare acolythos q̄s eorū debeat deferre candelabrū, & quis thuribulū. No. q ad officiū archid. pertinet Euangeliū legere, & ad officia ecclesiæ ordinare, & illos qui legere vel cātare debent, in matrice ecclesia auscultare.

g ¶ *Auscultetur.*] Vr hoc potius spectare ad officiū magistri scholarū, sed potius ex consuetudine fit hoc, sicut & multa alia q̄ considerantur & attēduntur in huiusmodi officiis, poti⁹ q̄ ius cōmune. ī. de excel. præla. ad hæc. & ī. eod. c. vlt. Bernardus.

Addition. Vel loquitur cum eps est præsens, & mandat hoc per archidiaconū expediri, ſm Vincen. Io. And.

¶ Vt vel ...

¶ Quibus do ... acolythorum ecclesiæ ... lib. 4 ... 24 ...

¶ Greg. iij. † archid. Salonitano †.

¶ *Custodia vasorum ecclesiæ spectat ad archidiaconum.*

CAP. III.

EA [h] quæ contra: & infra. ¶ Scire vero te volumus, quod à te districte quæsituri sumus, quia vel propriæ ecclesiæ, vel ea quæ de diuersis ecclesiis cimilia [i] sunt collecta, non sub omni solicitudine & fide seruantur. Quod si quid ex eis, vel negligentia [k], vel cuiusquam fraude deperiit: tu hoc

¶ ... Salonitano ... compil.

EA quæ contra.] Casus. Archidiaconus Salonitanus habuit custodiam vasorum & aliorum ornamentorum ecclesiæ. archiepiscopus Salonitanus significauit domino Papę, quòd archidia. negligens erat circa prædicta custodienda. Super hoc scribit Papa archid. dicens quòd districte inquirat ab ipso de vasis ecclesiæ, quæ illic collecta sunt, qualiter custodiunt: si aliquid ex negligentia vel fraude ipsius perierit, ipse in hoc punietur. & tenebit ad restitutionē ipsorum, cū ipse ad hoc ex officio teneatur. Nota in prælato negligētiam & fraudem comparari.

h ¶ *Ea quæ.*] De illo archidiacono habet 74. dist. gesta. & c. honoratus. & c. vbi ista didicisti.

i ¶ *Cimilia.*] Per hoc intellige omnia vasa ecclesiæ. arg. 12. q. 2. apostolicos. [1] & custodia horum potius pertinet ad custodem siue thesaurariū, sed vt dixi in proxi. c. consuetudo attenditur, vbi non est thesaurarius, hoc forte pertinet ad archidiaconū, vt hic videt.

¶ *Glo. seq. obijcit & soluit.*

k ¶ *Negligentia.*] Prælatus enim non solū tenetur de dolo, sed de culpa lata, & leui ad instar tutoris. C. de peri. tu. vel cu. si res pupilli. & C. arbi. tu. quicquid. sed etiam de negligentia, vt hic patet: cum

¶ Hinc cimeliarcha dicitur custos vasorū, & aliarum rerū ecclesiæ, qui est sacrista & thesaurarius, & cimeliarchium locus vbi reponūtur thesaur⁹. l. vlt. §. sin aut. C. de ... ... huius ... tio.

cum etiam propter negligentiã remoueatur. j. de offi. custo. c. 1. & 2. q. 1. c. si qui episcopi. §. ecce cum honoris. & 81. dist. dictum. & arg. 18. q. 2. si quis abbas. sic etiam iudex propter negligentiam remouetur. C. de offi. præfect. ori. si quos. & ff. de cust. & exhi. re. carceri. & l. non est. quod potest intelligi cum negligentia crassa est. arg. 1. q. 3. quicquid. & ff. de verb. sign. magnã. & arg. j. de ord. ab epi. qui re. episco c. 1. in fi.

a ¶ *Reatu.*] Arg. q ne negligẽtia prælati mortale peccatum est. 83. dist. dictum. j. de reg. iu. c. penult.

b ¶ *Custodia.*] Ad ipsum etiam pertinet cura & solicitudo totius ecclesię. 25. dist. perlectis. & j. eo. ad hæc.

reatu [a] adstringeris, qui per archidiaconatus ordinem custodiæ [b] eiusdem ecclesiæ arctius deputaris.

¶ Alexan. iij. Elien. archidiacono.

¶ *Archidiaconus sine mandato episcopi non committit curam animarum, id est, non habet institutionem auctorizabilem.*

CAP. IIII.

CVm † satis sit absurdum: & infra. ¶ Quoniam igitur obtentu alicuius consuetudinis [c], non debes contra sanctorum patrum constitutiones † [d] venire, & quod ad tuum non spectat officium vendicare. ¶ Mandamus, vt nemini sine licentia & mandato episcopi curam præsumas committere animarum.

¶ Idem Vigorn. episcopo.

¶ *Archidiaconus de iure communi nõ potest excommunicare. Ant. de But.*

CAP. V.

ARchidiaconis † non videtur de ecclesiastica institutione licere (nisi auctoritas episcoporum accesserit) in aliquos sententiam promulgare [e].

CVm satis.] Prima ponit causam decisiuã & expressam. Secunda mandatum ibi, *Mandamus.* Io. And.

CASVS. Archidiaconus Elien. sine licentia epi sui committebat curam animarũ, dicens hoc ex consuetudine sibi licere, eps cõquestus fuit Papæ de hoc. dicit Papa q obtentu alicuius consuetudinis non debet facere cõ institutiones sanctorum patrum. Vnde præcipit ei q nulli cõmittat curam animarũ sine licẽtia & mãdato sui epi. Not. q ad episcopũ pertinet committere curam animarum, non obstante consuetudine quæ præscripta non sit.

¶ *Glo. seq. rec. quòd archidiaconi habeat curã animarũ. alleg. duo iura quòd non, & duo quòd sic. ponit opi. Hug. & opi. contrariam. & soluit.*

c ¶ *Consuetudinis.*] Verũ archidiaconus habeat curam animarũ vel nõ, iura videñt diuerso modo loqui, de iure cõi nõ habet curã animarũ. 16. q. 7. nullus omnino. & hic non potest etiã de iure cõmuni excommunicare. j. c. proxi. Arg. contra. j. de eo qui fur. or. rece. c. 1. cum suis concor. & s. eo. c. 1. Hug. dixit q archidia. de iure cõmuni non habet curam animarũ, nisi sibi specialiter ab epo demandet: nec alij potest committere, per c. prædictum, nullus. & p hoc cap. & omnia illa iura quæ videñt cõtrarium innuere, intelligit ex delegatione epi. sic & illud ca. 63. dist. si in plebibus. Alij dicunt contrarium, scilicet q habet curam animarũ & iurisdictionẽ: & ex eo q eps eum instituit, siue quia per collegiũ eligitur, & p episcopum confirmatur generalẽ administrationẽ cum iurisdictione adipiscitur. & facit ad hoc j. de præb. referente. & j. de eo qui fur. or. rece. c. 1. cum suis concor. & j. eod. mandamus. Quæ autẽ sunt illa quæ de iure cõi pertinent ad archidiaconum, collige p ca. j. eo. ad hęc. & c. vt nostrũ. Alia vero potius habent archidiaconi de consuetudine quàm de iure cõi: quia visitant & corrigunt de consuetudine. j. eo. c. vlti. & s. de elect. dudum. & sic de consuetudine omnia alia iura consimilia intelliguntur. j. de excess. præla. ad hæc. & quod dicit hic, obtentu consuetudinis, intellige non præscriptę. j. c. proxi. q archidiaconus nõ potest excõicare, intellige, q non excommunicabat de consuetudine: & sic retulit se ad ius coe. sic ergo iura quæ loquunt diuersimode de iurisdictione archidiaconi, intelligenda sunt secundum diuersas consuetudines diuersorũ locorum. sic s. de consue. cum olim.

d ¶ *Constitutiones.*] 16. q. 7. nullus omnino. & q. 1. cunctis fidelibus. & sic de iure communi ad officium archidiaconi non pertinet committere curã animarũ. hoc itã patet per notolã præcedentẽ.

ARchidiaconis.] CASVS. Archidiaconi de iure communi non possunt in aliquos sententiam promulgare, nisi auctoritate episcoporum, secus tamen est de consuetudine. Nota q archidiaconi de iure communi non possunt excommunicare, nisi auctoritate episcoporum.

¶ *Glo. seq. recitetur per contrarium de decre. dudum. soluit, & opinionem ponit.*

e ¶ *Promulgare.*] hoc verum est de ecclesiastica institutione, id est, de iure cõmuni: vt hic dicit. 16. q. 5. visis & q. 7. nullus. & 54. q. 3. corripiantur. secus de consuetudine: vt s. de elect. dudũ 2. prout dictum est in c. proxi. Dicunt tñ quidã q eo ipso quod eligitur ab vniuersitate, habet iurisdictionem in subditos, & potest excõmunicare. arg. 93. dist. legimus. & de offi. iud. ord. cum ab ecclesiarũ. & qđ hic dr in fi. [nõ videtur licere,] verum est quo ad verba canonis ex antiqua institutione ecclesiastica. arg. 16. q. 1. cunctis fidelibus. sed quo ad iura decretaliũ secus. sed credo verius quod dr s. eo. c. proxi.

Archidiaconus an possit excommunicare.

¶ Item episcopo Conuentren. & Abbati Cestren.

¶ *Archidiaconus semel in anno (nisi necessitas exigat plus) visitat suã prouinciam, id est, parochiam. hoc dicit.*

CAP. VI.

MAndamus † quatenus prohibeatis Cestreñ. Archidiacono ne ad ecclesias sui archidiaconatus visitandas [f], nisi semel in anno accedat: Nisi forte talis causa emerserit, propter quam ipsum oporteat præfatas ecclesias sæpius [g] visitare.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Dicit primo quòd sit officium archidiaconi: & in quo per illud releuetur episcopus. Et secundo dicit decanos rurales per episcopum & archidiaconum eligendos & amouendos, si illorum vices communiter gerant.*

CAP. VII.

AD † hæc nos dicimus †: & infra. ¶ Sane consuluit nos tuæ fraternitatis deuotio, quid ad officium archidiaconi debeat pertinere: & in quibus per ipsum cura episcopalis solicitudinis debeat releuari; & nos prout possumus respondemus, quòd archidiaconus (se-

MAndamus.] In prima dictũ, à quo excipit ibi, *Nisi.* Ant. de Bu.

CASVS. Dicit hic q semel tantũ in anno debet archidiaconus visitare, nisi necessitas exigat quòd plures visitet. Not. q archidiaconus nõ debet plures in anno visitare, nisi ex causa rationabili.

† Habetur post concil. Lateranen. sub Alex. iij. par. 2. c. 11. & vide concil. Triden. sess. 24. cap. 3.

¶ *Glo. seq. arguit & remittit.*

f ¶ *Visitandas.*] hoc enim pertinet ad curam animarũ.] s. de elec. dudũ 2. & sic est arg. q archidiaconus habet curam animarũ, & q possit alij cõmittere, sed intellige hic loqui de consuetudine, vt dixi s. eo. cũ satis.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. compilat.
† In omnibus antiq. legitur: ad hęc nos Domanus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, soluit & remittit.*

g ¶ *Sępius visitare.*] & ita sufficit semel tãtum in anno visitare, ex eo qđ prohibet plures visitare nisi noua causa emerserit. Sed contra. j. de censi. cum venerabilis. vbi vr q possunt præter aliquam necessitatem bis in anno visitare, & procurationem habere: intellige illud cũ determinatione istius, prout ibi dicitur, si est opus [r], quia non solum bis in anno, sed etiam plures in anno si causa subsit potest prælatus visitare. 18. q. 2. visitandi. & c. non semel. Si vero alia de causa pro suis necessitatibus accedat ad ecclesias, proprijs sumptibus procuretur. C. de stat. & imag. l. vlt. de hoc dic vt j. de censi. cum venerabilis.

r Vel illud intellige ex consuetudine vel ex consuetudine speciali intra decennium. quam Ioh. Andr.

AD hæc.] Diuiditur in duas partes principales. Secunda: ibi, *Subsequenter.* Et quælibet subdiuidit in consultationem & responsionem. Ant. de But.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa quid pertineat ad officium archidiaconi, & in quibus per ipsum cura episcopalis solicitudinis releuetur. Respon. Papa secundum statuta Isidori, imperat subdiaconibus & leuitis, & solicitudo parochiarum & ordinatio earundem pertinet ad ipsum: audire debet iurgia singulorum: archipresbyteri rurales qui decani vocantur, subiacere debent eidem. Item secundum constitutionem Romani ordinis maior post episcopum & eius vicarium reperitur. Item in epistola beati Clementis Papę, oculus episcopi nominatur, & loco ipsius per episcopatum corrigit corrigenda, & emendanda emẽdat, nisi adeo ardua fuerint negotia, quod absq; maioris sui præsentia nequeant terminari. Item in quadam constitutione Inno. continetur, q ad ipsum pertinet institutio corporalis tam in beneficiis quàm in dignitatibus; & examinatio clericorũ qui ad ordines promouẽtur, ad ipsum pertinet, & ipse debet eos episcopo præsentare. Quæsitum fuit insuper vtrũ decani rurales qui pro tẽpore instituuntur, debeant ad mandatum epi vel archidiaconi vel etiam vtriusq; institui vel destitui si fuerint amouendi. Ad hoc respondet Papa, qđ omnes tangit, ab omnibus debet approbari: & ipsi decani cõmune officium vtriusque exercent, & ideo cõmuniter eligendi sunt, vel etiã amouendi. Nota in quibus de iure cõmuni consistit officium archidiaconi. Item nota q imperat subdiaconibus & leuitis. Item solicitudo & ordinatio parochiarũ pertinet ad ipsum. Itẽ audire debet causas singulorũ. Itẽ decani rurales subsunt ei. Item maior est post episcopũ & eius vicarium. Itẽ dicit oculus epi, & loco ipsius corrigit excessus subditorum. Item institutio corporalis in beneficiis & dignitatibus ad

bus ad ipsum pertinet. Item examinatio clericorum, qui ad ordines promouentur, ad ipsum pertinet, & eos debet episcopo præsentare. Item no. qd omnes tangit ab omnibus approbari debet.

a ¶ *Beati Isidori.*]vt 25. dist. perlectis.

¶ *Glo. seq. arg. ponit eps. loan. quam determinat.*

b ¶ *Iurgia.*] & sic est arg. quod archidiacon⁹ habeat iurisdictionē, per c. perlectus. & arg. 63. distin. si in plebibus. & j. de poenis. licet. dixit lo. quod habet ordinariam iurisdictionē de iure cōi, & verum est in omnib⁹ quæ continentur in hoc c. & j. eo. vt nostrum. & ita per consequens correctionem, licet nō possit cognoscere nisi de modicis causis per hoc quod dicit, iurgia: quia talis iurisdictio sine coertione nulla esset, vt dixi s. eo. c. 1. In aliis autem quæ hic non enumerantur, stabimus consuetudini præscriptæ: vt dictū est s. eo. cū satis.

c ¶ *Romani ordinis.*] s. eo. c. 1.

d ¶ *Beati Clementis.*]93. dist. diaconi 1. & in epistola Euaristi. ea. distin. diaconi s.

e ¶ *Nostra constitutione.*] Credo quod sit illa. j. eod. vt nostrū. quæ debuit præcedere illam in ordine, secundū ordinationē illarū decretaliū. vnde per hoc vr̄ quod loquatur de alia constitutione. sed forsitan nō seruatur ille ordo: nisi in ordinatione decretaliū diuersorum auctorū, secundum quod patet etiam in aliis locis.

¶ *Glo. seq. obiicit & soluit. secundo arg. & illud determinat.*

f ¶ *Examinentur archidiacono.*]j. eo. vt nostrū. sed alibi dr̄ quod istud est officiū sacerdotum. 24. distin. quando. hoc verum est de iure, sed illud vbi episcopus eligit specialiter sacerdotes ad hoc: vel si non est ibi archidiacon⁹ vt in multis ecclesiis. vr̄ ergo quod episcopus nō sit puniendus si promouet indignum, sed potius archidiaconus qui examinat & repræsentat episcopo. arg. 54. dist. si seruus. sed non est ita. quia eps tenetur de facto illius qui examinat, cū de mandato illius illud fiat: sicut exercitor nauis de facto magistri tenetur. ff. de exerci. l. 1. §. magistrū. nisi forte examinator talis fuisset, vt non sit verisimile ipsum mentiri. arg. j. de pig. significante. fin hoc, si talis ordinat sine titulo, episcopo ignorante, examinator qui præsentauit eum, tenebitur ei prouidere. sed si ille non sit soluendo, habebit regressum contra episcopum: & hoc ideo quia adhuc reseruatum est episcopo ius examinandi illum. arg. s. de æta. & qual. accepimus, & in subsidium ne ille ordinatus in opprobrium clericorum mendicet, s. de renun. ad supplicationē. 93. dist. diaconi.

g ¶ *Tangit.*]C. de aucto præstan. l. vlt. & ff. de aqua plu. arcen. in concedendo. & ff. de adop. nam ita diuus. & s. de temp. ord. & archiepiscopus. vbi de hoc.

h ¶ *Communiter.*]secundum consuetudinem loci.

cundum statuta beati[a] Isidori) imperat Subdiaconibus & Leuitis: parochiarum solicitudo, & earum ordinatio, ad ipsum pertinet: & audire debet iurgia[b] singulorum. ¶ Archipresbyteri autem, qui à pluribus decani nuncupantur, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. Secundum vero Romani[c] ordinis constitutionem, maior post episcopum, & ipsius episcopi vicarius reperitur: omnē solicitudinem & curam, tam in clericis quàm in ecclesiis eorum (prout melius secundum Deum poterit) impendēdo: cum super his sit redditurus rationem in districti examinis iudicio. ¶ Item in epistola beati Clementis[d] Papę prædecess. nostri, ocul⁹ episcopi archidiaconus appellatur: vt loco episcopi per episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat & emendet; nisi adeo fuerint ardua negotia, quòd absque maioris sui præsentia nequeāt terminari. ¶ In quadam vero nostra constitutione[e] iam alia vice nos meminimus expressisse, quod institutio corporalis, tam super beneficiis, quàm etiam dignitatibus, ad ipsum debeat pertinere: examinatio etiam clericorum, si fuerint ad sacros ordines promouendi; & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obseruādum: vt qui beneficiis ecclesiasticis præficiendi fuerint, à suo prius examinentur[f] archidiacono, & per ipsum postmodum episcopo præsententur. ¶ Subsequenter postea quæsiuisti, vtrum decani rurales qui pro tempore statuuntur, ad mandatum tuū solum vel archidiaconi, vel etiam vtriusque institui debeant vel destitui, si fuerint amouendi. Ad hoc breuiter respondemus, quòd cum ab omnibus, quod omnes tangit[g], approbari debeat, & cum commune eorum decanus officium exerceat, communiter[h] est eligendus, vel etiam amouendus.

¶ Idem.

¶ *Archidiaconus non dat commendatitias ad ordines.*

CAP. VIII.

Significasti: & infra. ¶ Interdicas archidiacono tuo, ne sine conscientia tua & auctoritate[i], litteras[k] suas promouendis concedat. Et eis etiam districte prohibeas, ne ad ordines audeant conuolare. ¶ Qui si contra prohibitionem tuam venire præsumpserint, executionem eis ordinum susceptorum totaliter interdicas.

¶ Idem.

¶ *Archidiaconus examinat & præsentat ordinandos, & ponit prælatos in sede.*

CAP. IX.

Vt nostrum[l]: & infra. ¶ Nec fuit sufficiēter probatum, quòd cancellarius ex officio suo exerceat spiritualia memorata: cum ea potius de iure[m] communi ad archidiaconi spectent officium, repræsentare videlicet ordinandos episcopo, & illos examinare[n], ponere abbates & abbatissas in sede.

¶ Hono. iij. abbati Arimineñ. Trecen. dioecesis, & archidia. & decano sancti Steph. Trecen.

¶ *Archidiaconi in monasteriis iurisdictionē non habent, nisi quantū tribuit eis generalis vel specialis consuetudo.*

CAP. X.

Dilecto filio: & infra. ¶ Ad petitionem archidiaconi Senoñ. conquerentis, quod abbas & conuentus mona-

Significasti.]Sunt tria dicta quæ patent. Io. And.

Casus. Archid. si ne conscientia epi sui & auctoritate litteras suas promouendis non concedat, & ordinandi per litteras archidiaconi promoueri non debent: quod si fecerint, episcopus interdicat eis executionem ordinum taliter susceptorum. Not. quod archid. non potest dare litteras commendatitias promouendis.

i ¶ *Auctoritate.*] hoc ideo dicit quia sine auctoritate & conscientia sui epi nullus debet promoueri ad ordines, & alius eps talem ordinare non debet: qd si factū fuerit, talis ordinatio rata non est quo ad suum episcopū, qui eis interdicit executionē. 9. q. 2. c. 1. & c. seq. & j. de paro. nullus. & interdicenda est talibus executio ordinis sic suscepti. s. de temp. or. quod trāslationē. episcopus tñ potest cū talibus dispēsare, & recipere eos in illis ordinib. 9. q. 2. Lugdunēsis.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & sol. reliquū reciteatur p q. an absēte epo, &c.*

k ¶ *Litteras.*] Et ita patet quod archi. non potest dare litteras cōmēdatitias ad ordines suscipiēdos, sed solus eps. 71. dist. extraneo. & de cōs. dist. 5. nō oportet. & 68. dist. quāuis. arg. tñ contra quod hoc possit. s. c. proxi. ver. in quadā, ad fin. non ꝯtradicit: quia licet illos examinet, & præsentet illos suo epo, non tñ potest illos alij epo præsentare. hoc intellige cū eps est pręsens. Si vero episcopus absens esset extra parochiam suā, & necessitas vel vtilitas ordinandorū immineret, tunc posset illos præsentare aliis epis per quos ordinētur: quia absente episcopo supplet vices illius. arg. s. eo. c. 1. & c. ad hæc. sic & archipresbyter. j. eo. c. 1. vel vacante eccle. j. de maio. & obe. cum olim. & hoc intelligo si archidiaconus hēt hoc de consuetudine, aliàs non, nisi haberet speciale mandatū ab epo.

Vt nostrū.]Casus. De iure cōi ad archidiaconum ptinet repræsentare ordinandos episcopo, & illos examinare, ponere abbates, & abbatissas in sede. Not. quòd de iure communi præsentatio ordinandorum, & eorum examinatio & abbatum & abbatissarum installatio pertinet ad archid.

l ¶ *Vt nostrum.*] Hęc est pars illius infra vt ecclesiast. beneficia. vt nostrum. & j. de appel. vt nostrum.

m ¶ *De iure cōi.*]ex eo qd̄ hic dr̄, & s. eo. ad hæc. collige q̄ ptineāt ad archi. de iure cōi. de hoc dictum est s. eo. cum satis. & c. seq.

¶ *Glo seq. signat contrarium, & remittit.*

n ¶ *Examinare.*] Vt s. eo. ad hæc in fi. arg. contra. 24. dist. quando. sed solutum est ibi. ad hæc.

Dilecto filio.]In prima generalis causæ commissio. In secunda, ibi, Coram, actoris petitio. In tertia ibi, Ideoque. Secunda determinata commissio Io. And.

Casus.

Archidiaconus qui habeat iurisdictionē.

Non tamen iudicant archidiaconi causas matrimonij & criminum, Concilium Triden. sess. 24. decreto de reformatione, cap. 20. §. ad hæc. nec causas concubinatus, idem Conci. lium sessio. 24. decreto de reformatione cap. 14.

Concordat Concil. Triden. sess. 24. in decreto de reformat. cap. 14. vbi habetur quales creari debeant archidiaconi.

Facit quod no. Bart. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu.

Examinatus enim examinatur in his præcipue in quibus versatur periculum animæ. de probat. cap. 10. An.

Cap. 20. sess. 24. de reformatione.

In magis vrbibus examinatio ordinandorum libere hoc potest concilium.

Cap. 20. sess. 24. de reformatione.

In visitationibus perficient.

Infra speciale mandatum potest demptum excusari rudinis & distantia & 1 cum de consuetudine. ff. de leg. 3.

sterii sancti Petri Senon. procurationem† annuam, & quædam alia, ratione sui archidiaconatus ad ipsum spectantia, exhiberi sibi contra iustitiam denegabant: abbati sancti Crispini & collegis eius dedimus in mandatis, vt audirent causam, & fine debito terminarent. ¶ Coram quibus petiit prædictus archidiaconus, vt cum† monasterium infra metas sui archidiaconatus sit situm[a], abbas & monachi sibi obedirent in his, quæ pertinent ad iurisdictionem, correctionem, & visitationem: ad ius, vt dicebat, archidiaconale spectantes, videlicet vt coram se conquerentibus responderent: citati etiam venirent ad eius præsentiam: & eius mandata[b] honesta† & sancta secundum Deum de correctione excessuum, & aliis quæ archidiaconi[c] solent & possunt rationabiliter iniungere, audituri: & (salua[d] sua regula, & abbatis sui debita obedientia) seruaturi. ¶ Petiit insuper ne decætero facerent aliquos de Senon.† balliuia, eo prætermisso, coram officiali Senon. archiepiscopi conueniri: asserens illos potius debere conueniri sub ipso[e], quàm coram officiali prædicto: specialibus ipsius archiepiscopi & hominum ac familiæ suæ causis duntaxat exceptis[f]: & infra. ¶ Ideoque disc. vestræ mandamus, quatenus per maiores ecclesiæ[g] Senon. canonicos, qui habere debent de huiusmodi consuetudine notitiam pleniorem, super his solicite veritatem inquiratis: & nisi vobis constiterit præfatum archidiaconum vel prædecessores ipsius, de pacifica[h] sic obtenta consuetudine, iurisdictionem aliquam in ipso monasterio, vel in huiusmodi abbatiis[i] hactenus habuisse: præfatum monasterium ab eius impetitione penitus absoluatis, perpetuum super hoc ipsi archidiacono silentium imponentes. ¶ Si vero de præmissis constiterit per eosdem, eandem iurisdictionem dumtaxat adiudicantes eidem, in monasterio supradicto, quam ipsum vel prædecessores suos in monasterio ipso, vel in eisdem abbatiis habuisse constiterit, super aliis perpetuum ei silentium imponatis.

TITVLVS XXIIII
De officio archipresbyteri.

¶ Ex concilio Toletano.

¶ *Archipresbyter ciuitatis subest archidiacono, & principaliter præest presbyteris & presbyteralibus officiis.*

CAP. I.

VT† archipresbyter[k] sciat se subesse[l] archidiacono, & eius præceptis sicut sui episco-

Casus. Archid. Senon. conquerebatur, quod abbas & conuentus monasterij sancti Petri Senon. denegabat sibi exhibere annuam procurationem, & alia quædam ratione sui archidiaconatus ad ipsum spectantia. causa ad ipsius archidiaconi petitionem commissa fuit sancti Crispini & quibusdam aliis, coram quibus petiit idem archidiaconus vt abbas & monachi sibi obedirent in iis quæ pertinent ad iurisdictionem, correctionem, & visitationem, spectantes ad sua archid. cum monasterium ipsum sit situm infra terminos sui archidiaconatus, videlicet vt coram se respondeant conquerentibus de ipsis, & citati venirent ad præsentiam suam: & eius mandata honesta audituri, salua regula sua, & abbatis sui disciplina. petiit insuper ne decætero facerent aliquos de Senon. balliuia, eo prætermisso coram officiali archiepiscopi Senon. conueniri, dicens quod primo conueniri debent sub ipso, quam coram officiali archiepi. exceptis specialibus causis ipsius archiepi. & hominum & familiæ suæ: lite vero super prædictis contestata, iudices de consensu vtriusque partis remiserunt causam ad sedem Apost. Sed quia Papa nesciebat consuetudinem qua vtitur archid. Senon. in aliis abbatiis Senon. ordinis præfati monasterij, non potuit proferre sententiam: vnde commisit causam iudicibus præsentibus, mandans eisdem quatenus super his veritatem inquirant per canonicos Senon. qui de huiusmodi consuetudine debent habere notitiam pleniorem: & nisi constiterit eis prædictum archid. vel eius antecessores de consuetudine pacifica sic obtenta, iurisdictionem aliquam in ipso monasterio vel in huiusmodi abbatiis hactenus habuisse, præfatum monasterium absoluant ab impetitione archid. sibi super hoc perpetuum silentium imponendo. Si vero per eosdem canonicos constiterit de præmissis, eandem iurisdictionem adiudicent archidiacono, quam in monasterio vel in aliis abbatiis constiterit habuisse, super aliis silentium imponentes eidem. No. quod iurisdictio archid. ex consuetudine in multis consistit, vt hic patet: de iure communi consistit in iis quæ dicuntur supra eod. ad hæc. & c. vt nostrum. Item veritas semper est inquirenda per illos de quibus magis verisimile est quod eam debeant scire. Item recurrendum est ad consuetudinem aliarum ecclesiarum. Item consuetudo debet obseruari in vna ecclesia quæ obseruatur in aliis eiusdem ordinis. Ber.

a ¶ *Sit situm.*] Per hoc forte credebat archidiaconus intentionem suam fundatam esse, quasi de iure communi. 16. q. 7. omnes basilicæ. & 18. q. 2. monasteria. sed hoc est iura episcoporum.

b ¶ *Et eius mandata.*] Ista pertinent ad correctionem: sed ea quæ præcedunt, ad iurisdictionem.

c ¶ *Quæ archidiaconi solent.*] Et ita videbatur in hoc respicere consuetudinem. infra de exces. prælato. ad hæc. & supra de consuetudi. cum olim. quæ tribuit iurisdictionem. arg. infra de offi. ord. duo simul. & C. de emancipa. l. vlt. quæ in his præcipue considerantur: vt dixi supra eod. cum satis.

d ¶ *Salua sua regula.*] Correctio enim monachorum, primo loco pertinet ad abbatem. infra de offi. or. quanto. & infra de statu mon. in singulis.

e ¶ *Sub ipso.*] Per hoc multum præiudicabatur archiepiscopo, si hoc esset verum, sed forsan consuetudo est illius archidiaconi.

f ¶ *Exceptis.*] Lite vero contestata super præmissis, de consensu vtriusque partis causam remiserant[1] iudices ad Apostolicam sedem quia Papa nesciebat consuetudinem qua vtitur archid. Senon. in abbatiis Senon. dioece. præfati monasterij sententiam proferre non potuit. vnde causam commisit sicut sequitur. hoc est in antiqua decre.

g ¶ *Maiores ecclesiæ Senon. canonicos.*] Non ergo quod testes illi requirendi sunt ad testimonium, de quibus magis est verisimile, quod veritatem sciant: & illi sunt potius præferendi. sic 35. q. 6. collaterales. & c. consanguineos. & infra qui matri. ac. pos. vs. & ab antiquioribus, vt ibi dicitur. ad quorum dicta recurrendum est in antiquis factis. ff. de leg. 3. si chorus. §. 1. & 20. dist. de quibus. ab illis enim requirenda est veritas, quibus lex veritatis potius assistit. 4. q. 3. si testes. 2. sic ergo canonici præferent hic, quia melius veritatem scire debent, qui forte cum ipso archidiacono prædictis quasi interfuerit. Sic & illa quæ in capitulo fiunt, per canonicos melius probantur. infra de testi. veniens. & quæ domi geruntur, facilius probantur per domesticos quàm per alios. C. de rep. consensu. 4. seruis. & C. de quæstionib. interrogari.

h ¶ *Pacifica.*] Nu. quod consuetudo siue possessio debet esse pacifica, non violenta, ad hoc vt præscriptio locum habeat, & sine interruptione. infra de præscri. sanctorum. & c. illud. & 16. q. 4. volumus. & C. de præscr. 30. vel 40. ann. si quis. & l. vlt. & ita patet quod iurisdictio siue officium archidiaconorum, potius colligitur ex consuetudine, quam ex iure com. quia huiusmodi visitatio & correctio potius ex consuetudine habent. arg. supra de elec. dudum 2. Dic ergo super hoc vt dixi supra e. cum satis.

i ¶ *Abbatiis.*] arg. quod ad consuetudinem aliarum ecclesiarum, siue iurisdictionem recurrendum est, si dubitetur quid aliqua ecclesia facere debeat. infra de censi. ecclesiis. & c. sopitæ. & c. super eo. & 12. dist. morem. 5. nisi diuersa esset consuetudo vniuscuiusque ecclesiæ. arg. supra de consue. cum olim. & ita si archidiaconus probaret consuetudinem huiusmodi in aliis monasteriis sui archidiaconatus, obtineret in isto: quia non debent diuerso iure censeri. 12. q. 2. cognouimus. & infra de deci. cum in tua.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

¶ *Quia post archidiaconum archipresbyter facit gradum: ideo, &c.*

De materia ista habetur 25. dist. per lectis. versi. archipresbyter.

VT *archipresbyter.*] Hæc prima tria ca. non summantur, nec diuiduntur propter multiplicitatem dictorum. Io. Andr. Casus. Dicitur hic quod archipresbyter debet subesse archidiacono, & ei sicut episcopo obedire, & aliorum presbyterorum curam agere debet, & in absentia episcopi missam debet cantare, aut ille cui ipse iniunxerit. Not. quod archipresbyter subest archi. Item curam aliorum presbyterorum agere debet. Item vice episcopi missam celebrat. Ber.

k ¶ *Vt archipresbyter.*] supple, statuimus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

l ¶ *Subesse.*] Sic videtur quod qui maior est in ordine, subsit minori. vnde contra. infra de ma. & obe. statuimus. & c. 1. Sed dicas quod archidiaconus

Est autem procuratio, necessariorum sumptuum exhibitio, & debetur prælatis dioece. sub ditos visitantibus.

Idem

Quid in visitatione præstare debeant prælati, tradit concilium Triden. sess. 24. de reformatione. ca. 3.

Archiepiscopi.

1 Per consultationem putat Hos. quod per appellationem ideo, quia causa non sunt ad eos remissa, sed aliis obuius. Io. And.

Testes antiqui et sunt cæteris præferendi.

2 Concor. text. in l. presbyteri, C. de epis. & cler. & ibi Bald.

Burchardus lib. 1. cap. 90. Iuo par. 6 c. 20. & c. eod. tit. in 1. compilat. vide notas huius cap.

1 Concor. gl. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fi. ca.

diaconus præest archipresbytero quo ad dignitatem, non quo ad ordinem. 2.q.7.puto.& c.quæritur. C. de offi.vi.l.1.& sic non cõtradicunt 33.q.5.est ordo naturalis. sic & in angelis & in potestate & in ordine differt alter ab altero. 89.dist.ad hoc.

a ¶ *Collectam.*] idest missam matutinalem, seu ferialẽ. simile lxix. dis. quoniam videmus.

b ¶ *Iniunxerit.*]sic xxv. dist. perlectis.ad fi.vnde sumptum fuit hoc cap. de verbo ad verbum.

¶ Officium in manusc.

¶ Vox, presbyterali, deest in antiquis.

¶ Vox, animarũ, deest in antiquis, & in locis inutio cap. citatis.

M *Inisteriũ.*] CASVS. Dicitur hic q archipresbyter debet habere curã & solicitudinem de omnibus sacerdotibus, vt epi sui mandatis obediant. in absentia autem epi debet oĩa officia episcopi supplere, exceptis iis q̃ ei sunt phibita. Nota ministros ecclesiæ sibi adinuicem suffragari debere.

¶ Cap. 2. eod. tit. in 3. compila. & vide concilium Tridene. infra citatum.

c ¶ *Cardinaliũ.*] id est, principalium. simile 7. q.1.pastoralis.& dicunt cardinales à cardine: q a sicut in cardine regitur ostiũ, ita per istos debet in ecclesia regi officiũ: vnde etiã dicti sunt cardinales: quia per eos regitur vniuersalis ecclesia. simile 24.dist. p̃sbyter.& 71.dis. fraternitatem. ibi exponitur cardinalis, idest proprius. & 21.q.1.relatio.

d ¶ *A sacrosancto die Dominico.*] id est, a vespere sabbati, qm̃ tũc incipit secundũ canonicam cõputationem: g siue quo ad officium. j.de fe.qm̃. & 75.dis.qđ à patribus.

¶ Sacerdotes Cardinales hoc loco, nõ vt his tantum Romæ, sed aliarum etiam ciuitatũ: perinde sacerdotes interpretamur, quibus, hoc est parochiæ cõmittuntur.

ADDITIO. Et sic tũc debent septimanas incipere: quod quidam non obseruant. Ioan. And.

e ¶ *Indeclinabiliter.*] id est, horis statutis, & iusto impedimento cessante. j.de cele.mis.presbyter. & ferens illã sententiã: Maledict' qui negligenter facit opera Dei.

¶ Qualiter accipiatur dies, vide l. aut facta. ff. de verb. sig.

f ¶ *Cedant.*] id est, cessent quando officium suum facere debent.

g ¶ *Scurrilitate.*] id est rusticitate viuendi, sicut scurra facit.

h ¶ *Prohibita.*] de quibus habes 68. dist. quãuis. sed ad ea faciẽda debent vicinos episcopos inuitare cum cautela & studio. 7.q.1. põtifices.

i ¶ *Cõsulto episcopo, reconciliare.*] ergo eo inconsulto non debet, nisi eo absente maxima necessitas cogat. 26.q.6.c.vlti.& loquitur de solemni pœnitente, qui publicũ crimen commisit, quod vniuersam commouet vrbẽ, vt ibi dicitur. in quo etiam casu quilibet sacerdos posset eum reconciliare. arg. 27.q.4.si quis suadente.& etiã laicus. a de consecratio.dis.4.sanctum est baptisma:

¶ Sed hic cum non potest absoluere sacramentaliter, vt notatur infra de officio iud.ordi.c.pastoralis. sup glos. in verbo, pœnitentiam in mortis articulo.

k ¶ *Cõmissio.*] archipresbyter post episcopum, curam debet habere animarum in ecclesia cathedrali.

l ¶ *Iussionem.*]sic s. cap. prox.& 25.dist.perlectis.

O *Fficium.*] CASVS. In hoc cap. ponunt multa, quæ spectant ad officium archipresbyteri, quæ expresse patent in litera. Nota. ex hoc cap. multa quæ pertinent ad officium archipresbyteri.

m ¶ *Benedictiones.*] in matutinis quando debent legi lectiones.

pi obedire: & quòd specialiter ad eius pertinet ministeriũ †, super omnes presbyteros in ordine presbyterali † positos curam agere animarum †: & assidue in ecclesia stare: & in episcopi sui absentia ad vicem eius missarum solemnia celebret, & collectam [a] dicat, aut cui ipse iniunxerit [b].

¶ Leo Papa.

¶ *Ad idem.*

CAP. II.

Ministerium † archipresbyteri, in eo constituitur, vt diligenti cura prouideat ministerium sacerdotum Cardinalium [c], qui solemne debent agere officium in communicatione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, a sacrosancto die Dominico [d] incipiendo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter [e] perseuerent: vt opus Dei digne & sancte perficiatur ab eo, cui committitur: & infra. ¶ Prouideat etiam archipresbyter vitam sacerdotum Cardinalium †, præceptis sui obtemperando episcopi, ne aliquando cedant [f], aut scurrilitati [g] torpeant: & infra. ¶ Si episcopus defuerit (exceptis his quæ prohibita [h] sunt) archipresbyter prouideat cuncta, quæ in sacerdotum ministerio perfici debeant, fontes benedicere: infirmum oleo perungere: pœnitentem infirmum (consulto episcopo [i]) reconciliare: pœnitentiam cunctis [k] aliis sacerdotibus iniungere. ¶ In præcipuis festiuitatibus, aut ipse celebrationem missæ solemniter impleat, aut ad sui iussionem [l] cui committitur, peragat veneranter.

¶ Idem.

¶ *Declarat quod sit officium archipresbyteri Ciuitatensis. Ant. de Bu.*

CAP. III.

Officium † archipresbyteri de vrbe constat, quando ibi præsul defuerit, vice eius officium inchoare: benedictiones [m] presbyterales in ecclesia dare: missam quãdo voluerit, cantare, vel cui de sacerdotibus iusserit. Quando vero episcopus missam canit, debet præcipere sacerdotibus, vt induant se vestibus sacris, & qualiter ad missam procedant. ¶ Debet enim præcipere custodi ecclesiæ, vt in sacrario Eucharistia Christi propter infirmos [n] non desit: debet infirmis prouidere, & prouidendo præcipere sacerdotibus, ne forte sine confessione [o] vel confirmatione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi moriantur: confessiones † peccatorum eorum, qui à foris [p] veniunt, recipere cum omnibus sacerdotibus, & exinde per prouisionem põtificis magnam debet illis adhibere curã. ¶ Ad Christianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad succurrendum, omnia à sacerdotibus per iussionẽ † illius fiant.

¶ Idem † ex synodo † Rauennæ habita.

¶ *Archipresbyter ruralis, presbyterorum & laicorum plebaniæ suæ curam gerit: contra decretum tamen episcopi nihil ordinare potest.*

CAP. IIII.

Vt † singulæ [q] plebes archipresbyterũ habeant, propter assiduam erga populum Dei curam, qui non solum imperiti vulgi solicitudinem gerant, verumetiam presbyterorum, qui per minores titulos [r] habitant, vitam iugi circumspectione custodiant: & qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat † episcopo suo renunciet [s]. ¶ Nec contendat † episcopus non egere plebem †

n ¶ *Infirmos.*]de consecr.dist. 2. in tribus contra, vbi subaudiendum est; nisi ad opus infirmorum, vt hic. de consec. dist. 2. presbyter Eucharistiam.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

o ¶ *Sine confessione.*] si culpa vel negligentia presbyteri moriatur infirmus sine confessione, reus erit animæ illius. 26. q. 6. si presbyter. & cap. cognouimus.

¶ *Glos. seq. arg. signat contrarium, & soluit.*

p ¶ *A foris veniunt.*] id est extra ciuitatẽ, tamen qui sint de diœcesi. Et arg. q quilibet de episcopatu põt sacramenta recipere in maiori ecclesia: qđ verũ est. arg. 50. dis. in capite. Arg. cõtra de pœ. dis. 6. placuit. & j. de paro. nullus. nõ cõtradicunt. ep̃s nõ debet recipere parochianũ alterius epi, hic nullũ parochianum alterius recipit: q a omnes possunt recurrere ad archipresbyterum maioris ecclesiæ, vt hic dicit. Bernardus.

¶ Cap. 3. eod. tit. in 3. compila. Concilium Triden. sess. 5. de reformatione cap. 2. statuitur adhibere archipresbyteros & alios curatos animarum in benedicendo populo praedicent verbum.

V *T singulæ.*] CASVS. Hoc cap. loquitur de ruralibus archipresbyteris, & diuiditur in duas partes. Primo dicitur q singulæ plebes habeant singulos archipresbyteros, qui non solũ laicos corrigant, sed etiã capellanos sub ipsis constitutos. Secundo dicitur quòd non putet episcopus nõ egere plebem archipresbytero, quasi ipse solus sit ad omnia sufficiens: quia & si valde idoneus sit, decet tamẽ vt sua onera partiatur: & sicut matrici ecclesiæ præest episcopus, ita plebibus archipresbyter: vt ecclesia in nullo titubans videatur: cuncta tamen episcopo referre debet, & nihil contra eius præceptum ordinare præsumat. Not. quòd solus episcop' est ordinarius in sua diœce. Item, onera & officia ecclesiastica sunt partienda.

¶ In nonnullis manuscriptis confessiones vero peccatorum, qui à foris veniunt, &c.

¶ prouisionem.

¶ Hic potestatem Leonem nostri sue diuinum scribendum enim fuit dũ Rauennæ celebratũ. Leo 2. antiquus fuit.

q ¶ *Vt singulæ.*]Hoc capitulum loquitur de archipresbytero rurali, præcedens de archipresbytero Ciuitatẽsi. Alan.

¶ Cap. 4. eo. tit. in 1. compila.

¶ *Glos. se ponit 5. modos quibus dicitur titulus, & remittit.*

¶ &

¶ obsidat.

¶ plebes.

r ¶ *Titulos.*] Titulus appellatur ecclesia. 70. distin. c. 2. & 80. distin. episcopi. & hic etiam dicitur titulus canon. 50. distin. si quis diaconus. Item dicitur titulus, tractatus. ff. depositu. l. 1. argu. 26. quæst. 5. nec mirum. verb. si. verb. his duobus titulis. Itẽ dicitur actio titulus. C. fami. ercisc. non est ambiguum. Item dicitur titulus dignitas. vnde Ouidius:

Gratulor Oetalam titulis accedere vestris. De hoc dictum est s. de ele. dudum 2.

¶ *Glo. seq. arg. & alleg. 3. iura in contrarium.*

s ¶ *Renunciet.*]arg. q solus episcopus sit iudex ordinarius in sua diœce. 11. q. 1. de persona. 80. dist. non debere. arg. contra. 10. q. 3. c. 1. & c. nullus. & 2. q. 1. nemo. 2. responso.

t ¶ *Valeat.*

a ¶ *Valeat.*] quia ipse sufficere omnibus nõ potest: & ideo p alios hoc facere debet. arg. ꝫ. ĩ. de offi. ord. inter cætera. nec ipsemet eam sibi assumere debet: q̃a & prætor se tutorem dare non potest. ff. de tut. & cu. ptor. sic platus à seipso platuram accipere non potest. ĩ. de insti. c. vlt. & ĩ. de iure pat. p tuas. & ĩ. de bap. & eius ef. debitũ. quia differentia debet esse inter dãtem & accipientem, vt ibi dicit.

archipresbytero, quasi ipse eã gubernare valeat [a]: quia & si valde idoneus sit, decet tamen vt sua onera [b] partiatur: & sicut ipse matrici ecclesiæ † præest: ita archipresbyteri [c] præsint † plebibus, vt in nullo tituber ecclesiastica solicitudo; cuncta tamen referant [d] ad episcopum, nec aliquid contra eius decretum † ordinare præsumant.

b ¶ *Sua onera.*] debet enim sua onera partiri cũ alijs. ĩ. de præsump. mandata. vbi de hoc.

c ¶ *Ita archipresbyteri.*] istud, ita, nõ notat omnimodam similitudinem, quia aliter præest episcopus quàm archipresbyteri præsint.

d ¶ *Referant.*] præter minora quæ ipsi archipresbyteri determinare possunt, [1] cum habeant ordinariã iurisdictionem. ĩ. de offic. ordi. cum ab ecclesiarum. & ĩ. de consang. & affi. ex litteris.

¶ eas

¶ In multis manuscr. deest vox, ecclesiæ.

¶ præsunt

¶ doctrinã

¶ Aliàs ista littera esset ibi contraria secundũ H. & ſt. Vnde dicebat Innoc. q̃ verba illa in nõnullis manuscriptis desunt secundum ordinationes epi scoporũ. Iu. And.

TITVLVS XXV.

De officio primicerij.

¶ Idem † ex libro Romani ordinis.

¶ *Ponit ea quæ spectant ad officium primicerij. Anto. de But.*

CAP. I.

Vt † primiceri[e] sciat se esse sub archidiacono sicut & archipresbyter: & ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docẽdo diaconis [f], vel reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positis: vt ipse [g] disciplinæ & custodiæ insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus: & vt ipse diaconibus donet [h] † lectiones, quæ ad nocturna officia clericorum pertinent: & de singulis studium habeat, vt in quacunque re capacem sensum habuerit, absque vlla vacet negligentia, aut à quo ipse iusserit instruantur †.

DE OFFICIO primicerij.

¶ *Visum est de officio archipresbyteri. Sed quia in choro primicerius est primus absente archipresbytero, ideo ponit de eo. An. de Butr.*

Et accipitur hic primicerius pro cantore. de offi. primicerij, sacristæ, et custodis, & quid ad quẽlibet spectet, vel ad officiũ cuiusque ordinis tractatur. 21. dist. cleros. 25. distin. perlectis. 93. dist. per totum. supra in rub. de offi. archid. ver. quod sit officium cuiuslibet, & seq. & supra in proxi. rub.

Vt primicerius.] In hoc c. dicit q̃ primicerius subest archidiacono: pertinet tamẽ ad eius curam præesse diaconibus, & alijs minoribus, & debet dare lectoribus lectiones, & cantoribus respõsoria, ita q̃ omnes instruere debet & castigare. Not. ex hoc cap. multa quæ pertinent ad officium primicerij.

¶ Item

¶ Cap. vnicum eod. tit. in 1. compil. Iuo par. 6. cap. 10. Gratianus cap. plectis. 25. dist. Panormia lib. 3. c. 41. & vide notas huius capitis.

¶ In omnibus manuscriptis iubet dones. lectiones ad nocturna officia.

¶ Instruantur.

e ¶ *Vt primicerius.*] supple, statuimus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & tripliciter soluit.*

f ¶ *Diaconis.*] ſ. de offi. arch. officiũ. ꝫ. cap. ista loquuntur sm diuersas consuetudines diuersarum ecclesiarum; vel primicerius hoc facit ad mandatum archidiaconi, vel tanq̃ vicarius eius. & ita prælatus qui subest epo, potest alij demandare vices suas, & merito: quia ordinarij iudices sunt. Lau.

g ¶ *Vt ipse.*] ſ. archidiaconus: vel ipse, ſ. primicerius, qđ est melius.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

h ¶ *Donet lectiones.*] sed hoc vr̃ ptinere ad officiũ archidiaconi. ſ. de offic. archid. officium. diuersa cõsuetudo diuersarum ecclesiarũ impedit ꝫdictionẽ, quæ circa huiꝰ officia considerat̃ potius. Ber.

DE OFFICIO SACRISTÆ.

¶ *Viso de officio primicerij, vidẽdũ est de officio sacristæ, idest, thesaurarij. De hac materia habetur 25. distin. perlectis. in fi. Ant. de But.*

TITVLVS XXVI.

De officio sacristæ.

¶ Ex concilio Toletano.

CAP. I.

Vt † sciat [i] se sacrista subiectum archidiacono, & ad eius curã pertinere custodiã sacrorũ vasorum [k], vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici: necnon quæ ad luminaria [l] pertinent, siue in cera [m] [siue † in oleo.]

Vt sciat.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo q̃ sacrista subest archidiacono, & custodia vasorum, & vestimentorum spectat ad ipsum, & cura totius thesauri, & luminaria, & incensum. Not. ex hoc cap. multa quæ pertinent ad officium sacristæ.

i ¶ *Vt sciat.*] supple, statuimus.

¶ *Gl. seq. soluit ꝫrium.*

k ¶ *Vasorum.*] secundo post archid. & sic non est contra. ſ. de offi. archid. ea quæ.

l ¶ *Luminaria.*] lampadum: vt differat ab eo quod sequitur.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

m ¶ *Siue in cera.*] quia in his illuminatur ecclesia: & sm hoc etiam videtur pertinere ad officium custodis. ĩ. tit. pxi. & c. proxi. sed hoc referas ad diuersam cõsuetudinem, vt sæpius dictum est. Ber.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 1. compilatio. Iuo par. 6. cap. 10.

¶ In nonnullis desunt hæc verba: siue in oleo.

TITVLVS XXVII.

De officio custodis.

¶ Ex libro Romani ordinis.

¶ *Ponit quæ spectant ad officium custodis. hoc dicit.*

CAP. I.

Custos † ecclesiæ, cui ea quæ ecclesiæ cõpetunt, custodienda cõmittuntur, oportet vt sui archidiaconi iussioni in cũctis obediat: in canonicis horis signa tintinabulorum [n] pulsanda, ipso archidiacono iubente ab eo pulsentur: pallia vel linteamina altaris, seu cũcta vtensilia [o] ecclesiæ indesinenter custodiat: lampades & laternas in accendendo, seu extinguendo peruigil existat: ne † aut supra modum [p] lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obscurior sit ecclesia: sed omnia cum discretione [q] † agantur: quæ noscitur omnium virtutum esse mater. ¶ Si vero is minus idoneus [r] ad hoc peragendum extiterit, ab

DE OFFICIO custodis.

¶ *Quia custos est quasi minister sacristæ, ideo subsequenter ponit de eo. Ant. de But.*

Custos.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ custos ecclesiæ debet obedire archidiacono, & ad eius mandatum canonicas horas pulsare, & ornamenta altaris, & cuncta vtensilia ecclesiæ custodire: & circa lampades & laternas in accendendo & extinguendo peruigil esse debet, ne nimis ardẽdo oleum depereat; nec minus incendẽdo obscurior fiat ecclesia. Si autem custos circa hoc negligens fuerit, p archidiaconum corrigi debet. Not. q̃ discretio est mater oĩum virtutũ. Item ineptus minister ab ecclesia eijci debet.

n ¶ *Tintinabulorũ.*] ſ. de elect. in causis. & ĩ. c. proxi. & 1. distin. ius militare.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

¶ Cap. 1. eo. tit. in 1. compil.

¶ In codice Bathaniæ ita: vt neq; vltra modum lucendo oleum ecclesiæ depereat. in alio itaque vt supra modũ lucendo oleum, &c.

¶ In vno scriptum discretione in ecclesia agatur.

o ¶ *Vtensilia.*] ſ. de offic. archi. ea quæ ꝫ. sol. supple, sub archidiacono & sacrista. vel diuersa est consuetudo.

¶ *Glossa sequens arg. alleg. 6 supra, ponens tres versus.*

p ¶ *Modum.*] sic 24. q. 1. manet. arg. q̃ ita excedit modus in eo qđ est ampliꝰ, sicut in eo qđ est minus. 91. dist. q̃ in aliquo. 45. dist. disciplina. 41. dist. q̃sq̃s. & ff. de pen. respiciẽdũ. C. de cust. reo. si q̃s in fi. & ĩ. de vi. & ho. cleri. clericꝰ. & sic media via tenẽda est. vnde versus: *Cum media semper gaudebam ludere forma, Maior enim medijs gratia rebus inest.* & illud: *Inter vtrumque vola: medio tutissimus ibis.*

q ¶ *Cum discretione.*] Discretio enim mater est omnium virtutum. 3. q. 5. præsentium.

r ¶ *Minus idoneus.*] Sic ergo remouet̃ ab officio suo, minus idoneꝰ: sic magister minꝰ idoneꝰ remouet̃: q̃ primũ moribꝰ, deinde sciẽtia & facũdia alios præcellere debet. C. de pfes. & med. l. 2. lib. 10. & iudex & platus remouentur pp negligẽtiã. ĩ. de offic. archid. ea quæ.

a ¶ Emendet.] arg. q per denunciationē offensa proxima veniam meretur. 35. dist. eps. C. de epis. aud. nemo. & sic quodlibet peccatum non inducit depositionem. 5. q. 4. in loco.

b ¶ Denunciando.] arg. q per denunciationem aliquis remouendus sit. arg. 2. q. 7. quapropter. j. de iureiu. querelam. j. de fideiuss. peruenit. [a] sed nō loquitur in denūciatione. & arg. ad hoc 24. q. 3. ecce. ver. vndecunque.

[a] Concor. Authen. ad hæc. & ibi Bar. C. de vsu. & in l. diuus. ff. de cust. reo.

archidiacono coerceatur, vt se emendet[a]. Si autem indomitus permāserit, archidiaconus episcopo denunciando[b] prouideat, vt indecente eiecto, aptus domui Dei constituatur minister, vt omnia in laudem Dei fiant.

¶ Ex concilio Toletano.

¶ *Ad idem.*

CAP. II.

CVstos † solicitus debet esse de omni ornamento ecclesiæ, & luminariis siue incenso: necnon panem & vinum omni tempore præparatū ad missam habere debet: & per singulas horas canonicas signū ex consensu archidiaconi sonare: & omnes oblationes seu eleemosynas seu decimas (cum eiusdē tamē cōsensu absente[c] episcopo) inter fratres diuidat. ¶ In his tribus[d] ecclesiæ colūnis (vt sancta sanxit synodus) consistere debet alma mater ecclesia: vt ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores & sanctiores[e] esse viderint: vt nulla negligentia in sancta Dei ecclesia videatur. ¶ Hi tres, archidiaconus, archipresbyter, custos, simul iuncti vno animo prouide peragant & perfecte: & non sit inuidia neq; zelus[f] inter illos.

TITVLVS XXVIII.

De officio vicarij.

¶ Alerand. iij. episcopo Noruicen. & G. archid.

¶ *Vicarius si beneficium curatum postea sit adeptus, vicaria priuabitur.*

CVstos.] Casvs. Primo dī q custos debet esse solicitus de ornamentis ecclesiæ, luminariis, & incenso, & de pane & vino ad sacrificium: & de pulsatione campanarū, & de eleemosynis, & decimis, & oblationibus colligendis: & cū consensu archidiaconi diuidendis. Secundo dī, q in his tribus cōsistit sancta mater ecclesia, archidiacono, archipresbytero, & custode: idcirco debent esse boni & concordes. Nota ex hac decre. multa quæ ptinent ad officiū custodis. Item nota q ecclesia consistit in tribus columnis, s. archidiacono, archipresbytero & custode.

[b] Cap. 2. e. tit. in 1. compilatio.

c ¶ *Absente episcopo.*] Arg. q res canonicorū per epm dispensari debent. 12. q. 2. Vulteranæ. & per ipsum debet constitui œconomus. C. de epi. & cle. oēs. §. hoc nihilominus. & 9. q. 3. cum simus.

d ¶ *His tribus.*] qui enumerantur inferius. archid. archipr. & custos. ¶ *Glossa seq. not. alleg. 6. iura. ad contrarium alleg. 7. & soluit.*

e ¶ *Sanctiores.*] & ita vr̄ q semper melior & iustior sit eligendus [a] 8. q. 1. licet. & c. si ergo. 63. dist. metropolitano. & 25. dist. c. vnum oratorium. §. nunc autem. 1. q. 1. vilissimus. ſ Auth. de monach. §. ordinatione. coll. 1. argu. 16. q. 7. monasterium. & ī. de elect. cum nobis olim. & ā. de renun. nisi cum pridem. §. pro defectu. & j. de præb. c. pen. 61. dist. Cathinensis. & 85. dist. Florētinum. arg. ff. de leg. 2. cum pater. §. rogo. Sol. melior, iustior, & sanctior debet eligi: tñ si alius eligatur, licet non sit melior, sufficit q sit sufficiens: quia conueniens scientia sufficit in prælato. ī. de renun. nisi cum pridem. §. pro defectu. & ī. de elect. cum nobis olim.

[a] Audigniot sit semper eligendus, Couarruuias in regula. peccatum. par. 2. §. 7. Fernandus Vasquius lib. 1. c. 18. controuers. illustrium.

f ¶ *Neque Zelus.*] i. odium: quia est & bonus zelus, & malus zelus, de malo hic intelligitur: sicut est bonus dolus, & malus dolus. ff. de dolo. l. 1. §. non fuit.

DE OFFICIO VICARII.

¶ *Viso de ijs qui seruiunt ecclesiæ nomine proprio, videndum est de ijs qui seruiunt nomine alieno: ideo, etc. Et communiter in isto tit. tractatur de vicario, qui seruat in diuinis: quamuis in c. pen. tractetur de vicario iurisdictionis. Et de hoc secundo in sexto, & de primo, rub. eodem.*

De hac materia tractatur 16. q. 7. in nona, 93. dist. c. fin. 94. dist. c. 1.

A D *audientiam.*] Prima narrat factum. secunda prouidet: ibi, *Quia igitur.* Ant. de But.

Casvs. Quidā presbyter Gul. noīe molestabat monachos de Ramesesia, petendo ab eis vicariam ecclesiæ de Burnel, à qua recesserat xx. annis elapsis, & in diuersis ecclesijs psonatus postea fuerat adeptus. conquesti sunt monachi dño Papæ. Rūd. Papa: non est canonicum, vt qui curā habet aīarum in diuersis ecclesijs, vicarius fiat in alienis. Vnde mādat Papa, quaten[b] si est ita, pdictus psbyter cōpellat desistere à petitione vicariæ pdictæ. Nota q qui recipit curam aīarum in alia ecclesia, vicariæ renunciare intelligitur. arg. colligitur hic, q si non recepisset curam in aliis ecclesijs, q adhuc posset petere vicariā, quãuis xx. anni elapsi essent.

CAP. I.

AD † audiētiā nostrā peruenit, quod G. presbyter monachos de Ramesesia petendo vicariā ecclesiæ de Burnel, à qua viginti annis retrocessit, in diuersis[g] posteā ecclesijs personatum adeptus, fatigare præsumit. ¶ Quia † igitur non est canonicum, vt qui curam animarum in diuersis habet ecclesijs, vicarius in alienis existat: Mandamus quatenus, si est ita, prædictum presbyterum à petitione supradictę vicariæ, desistere cōpellatis.

¶ Idem Elien. episcopo.

¶ *Plures vicarias quis habere non potest.*

CAP. II.

PRouideas † attentius, ne in episcopatu tuo patiaris aliquem vicarias habere plures[h]. ¶ Quia cum vicarij teneantur personis & ecclesijs deseruire, alienū est ab ordine iuris, vt vicariam quis habeat prçter vnā.

¶ Idem Vinionien. episcopo.

¶ *Perpetuus vicarius per episcopum institutus, per rectorem remoueri, vel portione sua fraudari non potest.*

CAP. III.

AD † hæc si persona alicuius ecclesiæ, vicario, quem in eadem ecclesia instituit, de assensu & auctoritate diœcesa-

g ¶ *In diuersis.*] qd esse non debuit, cum pluribus seruire non possit: quia dum ad vtrumque festinat, neutrum bene peragit. 16. q. 1. psbyteros. & C. de assel. nemo. & eo ipso q pmisit se intitulari in secunda, vel postq̄ translatus est ad eam, pdit ius qd habuit in vicaria. j. de concessio. præben. litteras. 21. q. 2. si quis iam translatus. & qui beneficiatus est in vna ecclesia, non est idoneus ad aliam. j. de præben. tup inordinata. immo non solum vicariam petere non poterat, sed vtrūq; beneficium pdere debet, si vtrumq; retinere contēdit, s̄m moderna iura. j. de pben. de multa. qui enim habet vicariam ppetuam, beneficiatus intelligitur. ī. de rescrip. postulasti. & q curam aīarum vel plationem & consimilem recipit, prima ipso iure vacat. j. de præben. de multa. & idem est si qs habet perpetuam vicariam, sicut si haberet ecclesiam intitulatam. j. eod. c. vlt. & ī. de fil. presby. constitutus.

[g] Cap. eod. tit. 2 compilat. post conc. Lateran. sub Alex. iij. par. 1. cap. 1.

[a] Concil. Triden. sess. ... 4. & sess. 24. de reformat.

PRouideas.] Primo ponit dictum. Secundo ipsius rōnem: ibi, Quia. Ant. de But.

Casvs. Præcipit Papa q nullus habeat plures vicarias: quia vicarij tenent deseruire ecclesijs & psonis ecclesiarum: & ideo alienū est ab ordine iuris, vt aliquis habeat vicariā præter vnam. Not. q sicut nullus potest habere plures ecclesias, ita nec plures vicarias, vtrumque enim contra ius est.

[h] Cap. 2. eod. tit. 1 compilat. & post conc. Lateran. par. 1. p. 44.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

h ¶ *Plures.*] Ex eo qd dicit, plures, vr̄ q possis habere vnā vicariā: sed hoc vr̄ falsum: quia quilibet in propria psona, & non per vicarium debet in ecclesia deseruire. j. de cle. non resi. quia nonnulli. & c. seq. & ī. de elect. cum in cunctis. & melius in iure nouo. j. de pb. extirpādæ. §. qui vero. Et hoc est verum nisi in casibus qui ponunt in dicta decre. extirpādæ. §. qui vero. s. cum parochialis ecclesia sit annexa dignitati vel pbēdæ maioris ecclesię, vt ibi: aliàs hodie vicarij cōstitui nō possunt. & talis vicarius debet esse sacerdos, cū habeat curā aīarū. j. eo. c. vlt. & debet esse ppetuus, vt in pdicto §. qui vero. & canonice institutus cum certa portione p epm. j. c. proxi.

[c] Cap. eod. tit. 1 compil. & post concil. Lateran. sub Alex. iij. par. 50. c. 2.

AD *hæc.*] Primo ponit duplex dictum. Secundo excipit, licet improprie: ibi, *Nisi.*

Casvs. Prælatus ecclesiæ de auctoritate & assensu epi instituit vicarium in ecclesia sua, & eidem instituit certam portioné. decessit plātus iste, alter subtituitus est illi: quæritur vtrum possit illum vicarium remouere, vel portioné assignatā diminuere? Et rñ. q neutrum facere potest, nisi aliquid cōmittat pp qd̄ piudicem sit in vicaria vel beneficio condēnandus. Not. q vicarius ppetuus æquiparatur plato, vt eo viuente non possit à vicaria expelli. licet titulum non habeat: nisi propter culpam suam, sicut nec prçlatus.

¶ *Glo. seq. ponit op. quam reprobat.*

a ¶ Episco-

Alanus fecit. & Innocē.

a ¶ *Episcopi.*] Quidā supplent. & patroni si nō sit collegiata eccle sia, q̄m patroni consensus desiderat vbicunq; ius ꝑpetuū ꝑcipiendi aliquid confertur alicui. arg. 16. q. 7. decernimus. & q. 5. si quis epōrum. C. de auct. ꝑstan. l. vlt. & 63. dist. principali. hoc non credo ꝙ consensus patroni sit requirendus, cum patronus tantummodo debeat præsentare vacante ecclesia, vt dicunt iura prædicta: sed ecclesia non intelligitur vacare in institutione vicarij: & hoc videtur hic innui.

¶ *Glossa sequens veri. opponendo quod solus prælatus, &c. lo.*

b ¶ *Remouere.*] ergo habet ius in re, verū est, ꝙ habet ius vicariæ, sed non dicit habere ecclesiam quoad titulum. solus enim ꝑlatus habet eam intitulatam: tñ expelli non potest, ac si haberet eam intitulatam sine iusta causa, & tunc per iudicē, & non per ꝑlatum ipsius ecclesiæ: vt hic in fine dicit.

Cap. 5. eod. tit. in 2. compil. & post Cōcil. Lateranē. par. 39. c. 3.

c ¶ *Minuere.*] cum sit perpetuo cōstituta. arg. infra de censi. prohibemus.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas. circa secundam opponit, & soluit.*

Clericos.] Sic pone casum. a Prælati ecclesiarum, in quibus habent curam aiarum vel aliam dignitatē, in propria persona deseruire debent ecclesię, & non substituere sibi vicarios: quia hoc est ꝯ rationem. & iste casus probatur j. de præben. extirpandæ. §. qui vero. & sic ordinabis litterā. Non ꝑmittas clericos, i. ꝑlatos in presbyteratu: vel alios in inferioribus ordinibus constitutos, substituere alios in vicarijs ecclesiarum, quas, s. ecclesias adepti sunt tamē prælati. & ꝙ ita accipiatur hoc nomē, clericos, ꝓbatur. ꝑpellatione enim clericorum oēs superiores continentur. in Auth. de sanct. epis. §. presbyterorum. coll. 9. & 11. q. 1. de persona. Sm̄ alium casum, qui poni consueuit: expone, clericos, id est vicarios substitutos, alios scilicet vicarios in vicarijs quas adepti sunt: quasi dicat vicarius non potest alium vicarium sibi constituere. sed iste casus nō est bonus: quia p hoc innuitur, ꝙ licitum sit constituere vicarium, quod non est verum, vt dictum est secundum ius nouum, nisi tu velis restringere hanc decret. ad casum illius §. qui vero. sed in nullo casu licet vicario alium sibi vicarium substituere. Bernardus. Not. ꝙ vicarius non potest vicarium sibi substituere. Abbas.

a Hic casus Bernardi est. & in antiquis libris reperitur.

Cap. 1. eo. tit. in 3. cōpilatione.

Tua nobis

Vide l. si. eō ibi not. C. si à non comp. iud.

Et de vicariorū iurisdictione de quibus hoc loco, vide quales creari debeant. Concil. Tridēt. session. 24. de refor. c. 16.

Sua nobis.] Ponit dictum, & ipsius rationem: ibi, *Quoniam.* quam fortificat: ibi, *Præsertim.* Ex q̄b' infert: ibi, *Mādamus.* Am. de Butr.

Casus. Clerici cuiusdam plebis epī Vulterani, iurauerunt sibi eligere prælatum ad voluntatem laicorum, & sic elegerunt sibi ꝑlatum, & electionem suam epō præsentauerunt: eps cassauit illam electionem, & excōicauit laicos illos, qui clericos compulerant, & ipsos etiam clericos pro isto & alijs excessibus excōicauit, & impetrauit litteras ad archiepm̄ Pisanum & suos coniudices, vt eos tanq̄ excōicatos faceret euitari vsq; ad debitam satisfactionē: post hoc pars aduersa litteras impetrauit ab epo Portuen. vicario dñi Papæ, ad epm̄ Lucanum & suos coniudices, qui auctoritate illarum, laicos & clericos absoluerunt, excōicantes epm̄ Vulteranum: eps Vulteranus significauit hoc totum dño Papæ: prius tñ ex abundanti appellauit, licet sñia illa non teneret. super hoc scribit Papa iudicibus dicens litteras vicarij per surreptionē obtentas, quia iurisdictio vicarij, quem Romanus Pont. reliquit in vrbe, non extenditur extra vrbem, nisi ei specialiter sit concessum: ꝑsertim cum ipse moratur in sua prouincia speciali: videlicet inter Capuanā prouinciam & Pisanam. Vnde mandat quatenus quicquid occasione illarum litterarum factum est, denuncietur irritum & inane. Nota ꝙ litteræ p surreptionem obtentæ, non conferunt iurisdictionem: vt hic patet. Item vicarius vel legatus causas alterius prouinciæ vel iurisdictionis committere non potest.

d ¶ *Vicarij.*] vicarius omnia potest quæ pertinent ad iurisdictionē illius, cuius vices gerit. C. de offi. eius qui vi. ali. ge. l. 1. 93. dist. in. c. vlt. & 94. dist. c. 1. quædam tñ sunt quæ sine speciali mandato attentare non debet. j. de offi. lega. quòd translationem.

e ¶ *Non extenditur.*] nisi forte infra centesimū milliare, ad instar ꝑfecti vrbis. ff. de offic. præf. vr. l. 1. §. in initio. & ff. de offic. procon. si in alia. §. vlt.

Iurisdictio vicarij Papæ ad quot milliaria extendatur.

f ¶ *Irritum.*] Not. q̄d factum est per surreptionem, non valet tamē à non suo iudice. 11. q. 1. cap. pen. & C. si à non compe. iu. l. vlt. & retractari potest altera parte absente: c. j. de re iudi. cū olim. & ꝑcipue in decretali ista. hæ enim litteræ nullā conferebant iurisdictionē: q̄a iurisdictio vicarij non extenditur extra vrbē: vt hic dicit. ergo si concedat litteras extra, est nulla iurisdictio. ff. de iu. om. iud. l. vlt. C. qui pro sua iurisd. l. vnica. & ita q̄c quid factum est hic per litteras vicarij, ipso iure non tenuit. De hac materia dictum est supra de rescrip. ad audientiam 2.

Innocēt.

ni episcopi a, certam assignauerit portionem: is, qui persona illa defuncta, in personatum illius substituitur, nō potest eundem ab ecclesia remouere b, vel assignatam sibi minuere c portionem: Nisi aliquid committat, propter quod per iudicem in vicaria sit, vel beneficio condemnandus.

¶ Idem Norwicensi episcopo.

¶ *Vicarius non potest substituere vicarium.*

CAP. IIII.

Clericos † in presbyteratu, vel in alijs inferioribus ordinibus constitutos, in vicarijs ecclesiarū quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas, cum id satis sit absonum & absurdum.

¶ Inn. iij. abbati sancti Euge. & plebano sancti Petri.

¶ *Vicarius Papæ, in vrbe iurisdictionē habet, non extra vrbem.*

CAP. V.

Sua † nobis †: & infra. ¶ Nos igitur vicarij litteras æstimantes per surreptionem obtentas †: Quoniam iurisdictio vicarij d †, quē Romanus Pontifex in vrbe reliquit, non extenditur e extra illā, nisi ei specialiter sit concessum: Præsertim cū ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicet inter Capuanam prouinciam & Pisanam: Mādamus quatenus quicquid occasione litterarum illarum actū est, in irritum f reuocetis.

¶ Hono. † iij. Vigor. episcopo.

¶ *Compelluntur vicarij ordinarij, ecclesiis deseruire per subtractionē prouentuum & vicariarum.*

CAP. VI.

Ex parte tua fuit propositū coram nobis: & infra. ¶ Mandamus quatenus perpetuos g vicarios, vt in ecclesijs, in quibus vicarias obtinent, resideant, & se in presbyteros (vt eorum † cura exigit) faciāt promoueri, per subtractionem h prouentuum, vel ipsarum vicariarum, compellas.

ꝑcarum

TITVLVS XXIX.

De officio & potestate iudicis delegati.

¶ Alexand. iij. London. episcopo.

¶ *Delegatus Papæ potestatem habet non solum in partes, sed etiam in alios qui suam iurisdictionem impediunt.*

Ex parte.] In prima facti decisa narratio. In secunda: ibi, *Mandamus.* mandatum. Ant. de But.

Casus. Vicarij ꝑpetui tenentur facere residentiam in ecclesijs, in quibus obtinent vicarias: & cū habeant curam aïarum, debēt esse in ordine sacerdotis. q̄d si facere noluerint, compelli debent p subtractionē prouētuū ipsarum vicariarū. Not. ꝙ ꝑpetuus vicarius debet esse sacerdos, & in vicaria residere.

g ¶ *Perpetuos vicarios.*] Perpetuus vicarius dr̄, qui canonice à persona ecclesiæ & auctoritate epi est institutus, & certam debet percipere portionem. s. eod. tit. ad hæc. & j. de præb. extirpandæ. §. qui vero. nec potest quis habere plures vicarias, cum habeat curā aïarum tanq̄ vicarius, & debet residere in loco, vt hic dicit, sicut nec quis potest habere plures ecclesias. j. de cle. non resi. q̄a nonnulli. & c. seq. & j. de ꝑben. de multa. In quibus casibus possit quis constituere vicarium, dicitur in prædicta decr. extirpandæ. §. qui vero. beneficia enim ecclesiarum, propter officia diuina constituta fuerunt 3. 12. q. 5. concessio. 16. q. 1. generaliter. & 1. q. 2. c. vlt. arg. C. de mi. rest. l. pen. & 21. q. 3. c. Cyprianus.

Vicarius ꝑpetuus qui dicatur.

b ¶ *Per subtractionem.*] Et sic etiam compelluntur alij clerici, q̄n necessitas vel vtilitas, vt ordinētur, exposcit. s. de æta. & qua. q. ꝑis. nec habet locum distinctio quę cōsueuit notari 84. dist. in prin. maxime vbi quis recipit beneficium, aïarum curam habēs annexā sibi, indistincte debet ꝓmoueri, vel priuari illo officio. s. de elect. cum in cunctis. & s. de æta. & quali. c. 1. & 60. dist. per totum.

Vnde secundū Apostolū 2. ad Thessa. 3. Qui nō laborat, non manducet.

DE OFFICIO ET POT. IVDICIS DELEGATI.

¶ *Visum est supra de iis qui gerunt vices alienas in diuinis officiis, & in iurisdictione voluntaria: restabat videre de iis qui gerunt vices alienas in iudiciis & in iurisdictione contentiosa. Verum quia delegatus Papa est maior quolibet ordinario. infra eod. tit. sane 2. & de off. leg. studuisti. ideo ponitur hæc rub. ante rubricas sequentes, secundum Ioan. And.*

De huius materia non habetur ita specifice in decretis, sed in aliquibus c. & præcipue in ca. quo sunt. 28. dist. & reperitur in 6. & in cle. Bened. Capra. Habetur etiam 28. dist. quia sunt. 74. dist. quorundā. 94. dist. c. 1. & 2. 25. q. 2. igitur.

CAP. I.

Quia† quaesitum est, quid faciendum sit de Potestatib[a], quae† cum praecipimus alicui iustitiã exhiberi, minis aut terroribus conquerentes silere cõpellũt[a], & sic mandatum nostrum eluditur†: Sic tibi respondemus, quòd sicut agentes & consentientes pari poena[b] (scripturae testimonio) puniuntur: sic tam eos, qui trahuntur in causam, quàm principales eorum fautores, (si eos manifeste cognoueris iustitiam impedire[c]) districtione ecclesiastica poteris coercere.

¶ Idem Bonõn. † episcopo.

¶ Cum diuersae litterae sub eadem data & forma contraria impetrantur & praesentantur à diuersis ad eosdem iudices, supersedetur vtrisq; donec consulatur Papa.

CAP. II.

Sane† si à nobis super aliqua causa litterae impetrantur, & aliae postea (non facta mentione priorum litterarum[d]) litterae opponuntur, si iudicibus innotuerit[e], donec Romanum Pontificem consulant, & suam exinde cognoscant plenius voluntatem, executioni supersedeant vtrarumque: Nẽ pro varietate litterarum, causarum fines valeant impediri.

¶ Idem episcopo Londonien.

¶ Delegatus Papa impeditus, subdelegare potest causam, quae sine ipso commode terminari potest.

CAP. III.

Sit† pro debilitate, vel pro qualibet alia graui causa† vel necessitate, tractãdis causis, quae tibi à sede Apostolica cõmittuntur, interesse nõ poteris, liberũ[f] tibi sit personis discretis[g] & idoneis vices tuas cõmittere: Ita tamen quòd si res tanti est, te consulere[h] debeant: Nisi forte causae[i] ita graues[k] sint, quòd sine praesentia tua non possint commode terminari.

¶ Idem V. † Carnoten. electo.

¶ Si causa committitur infra certum diem decidenda: nisi partes prorogent, per lapsum dici expirat iurisdictio.

Quia quaesitum.] Communis diuisio ponitur in hac decre. Secunda: ibi, *Sic tibi*. Abb. Sicu.

Casus. Quidã impetrant litteras ꝯ aduersarios suos: & cum ipsi eos faciunt ad iudicium vocari, Potestates & alij potẽtes minis & terroribus cõpellũt cõquerentes silere: & sic mandatum dñi Papae eluditur: qritur quid iudex facere debeat? Rñdet Papa ꝙ sicut agẽtes & consentientes pari poena puniri debẽt: sic eodem modo, tam illi q trahuntur in causam, q pricipales fautores eorum, si iustitiam impediunt, p censurã ecclesiasticã sunt coercendi. Not. ꝙ iurisdictio iudicis extendit ad omnes illos qui iurisdictionẽ illius impediunt: licet de illis ĩ litteris nõ fiat mentio.

Cap. 2. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lateranen. par. 7. c. 2. — qui — eludunt — Rom. 1. — Eboracen.

a ¶ *Compellunt.*] Vnde iacturã causae affici debent qui patrociniũ potentiorum aduocãt. C. ne liceat poten. l. 1. & j. de ali. iudic. mu. c. 2. & iudex pp phibitionem illorũ nõ diminat suam iustitiam exercere. j. de iudi. decernimus. in fi. arg. 11. q. 3. quatuor. c. iniustum. & C. quod metus causa. l. vlt.

¶ Glo. seq. alleg. duas concordantias, & duo cõtraria, & soluit distinguendo quadruplicem consensum.

Cap. 3. e. tit. in 1. compilatione & post concil. Lateranen. par. 7. c. 3.

b ¶ *Pari poena.*] Sic patet ꝙ facientes & consentientes pari poena constringuntur. sic. 2. quaest. 1. notum. 86. distin. facientes. argum. contra. ꝙ magis puniuntur consentientes q̃ agentes. 24. q. 3. qui aliorum. & 11. q. 3. qui consentit. Ad hoc not. ꝙ quadruplex est consensus, s. negligentiae, cõsilij, cooperationis, & auctoritatis seu defensionis. In primo casu, s. negligentiae, minus peccat consentiens q̃ faciens, nisi forte negligentia nimis crassa fuerit, vt in plato: vt 2. q. 1. quicquid inuisibilis. & 83. dist. consentire. & c. nihil. In secundo casu, s. consilij, minus punitur, plus tñ quàm negligens. arg. 86. dist. tanta. In tertio casu cooperationis aequaliter peccant facientes & cõsentientes, & sm hoc intelliguntur omnes auctoritates, quae dicunt, ꝙ aequaliter puniuntur. In quarto casu auctoritatis siue defensionis, magis peccat consentiens defendendo, & auctoritatem praestando quàm faciens, & magis puniendus est. 24. quaest. 3. qui aliorum. & 11. quaest. 3. qui consentit.

Additio. Vnde versus. *Cõsensus fperuit, suadet, iuuat, atq; tuetur.*
Hic minus, hicque minus luit, hic aequaliter, hic plus:
Consentiens, operans, defendens, non reprehendens.

c ¶ *Impedire.*] Vide qualiter iurisdictio extenditur ad illos de quibus in rescripto mentio nõ hr̃. † sic excõicatio extenditur ad illos in quos lata non fuit. j. de senten. excom. nuper. & c. si concubinae. & hoc contingit quia impedit ipsam iurisdictionẽ, & iudex oĩa potest, quae ad ipsam iurisdictionem ptinẽt, & sine quibus causa expediri non potest. j. eo. praetereà. & c. significasti. & c. prudentiam. in fi. & cap. suspicionis. s. respon. & j. de testi. tam literis.

Concor. §. oportet. cum gl. iurisdictione. & ibi Bald. in Authen. de def. ciu. col. 1a. 2. & Bar. in l. 1. §. cũ igitur. ff. de vi & vi arma.

Sane si à nobis.] Diuiditur: quia primo ponitur statutum. Secũdo: ibi, *Ne pro varietate.* eius ratio. Bened. Capra.

Casus. Aliquis impetrauit literas sup aliqua causa ꝯ aduersarium suũ ad aliquos iudices, ille aduersarius alias literas impetrauit ad eosdẽ iudices in alia forma: dubitabant iudices quid facere deberẽt? Rñdet Papa, ꝙ iudices supsedere debent executioni vtrarumque litterarum, donec Romanum Pontificem consulant, ne propter varietates literarum causa valeat retardari. Not. ꝙ ignorantia iudicum circa formam diuersarum litterarum, facit executionem iurisdictionis suspendi, quousque consulatur superior super hoc. Not. quòd pro varietate litterarum, fines causarum non debent impediri.

¶ Glossa sequens signat contrarium, & soluit dupliciter, & secundam reprobat.

d ¶ *Priorum litterarum.*] contra. s. de rescri. caeterũ. vbi valent primae literae, si secundae non faciant mentionẽ de primis; sed illud intellige qñ ad diuersos iudices primae & secundae litterae impetrantur: hic quando ad eosdem iudices primae & secundae literae impetrantur, & forma diuersa est. vnde vr̃ dicere, ꝙ supersedere debẽt, donec consulant superiorem qualiter debeãt se habere i causa ipsa, sm quas litteras procedãt, ne p tali varietate negotium ex toto impediatur, si vellent sequi vtramq; formam: sed sm hoc vr̃ negotium impediri. non impeditur a finaliter, sed ad tempus, vel quousq; Papa rescribat super illo. Sed hodie non vr̃ habere locum qđ hic dicit: quia procedere debent p formam primo sibi datam, ex quo secundae literae nõ faciunt mentionem de primis. j. de appel. vt debitus. & s. de rescr. c. capitulum sanctae crucis. & quia tacita veritate impetratae sunt, cum non fecerint mentionem de prima forma. Alij volũt intelligere hoc cap. vt concordet cum illo, caeterum. & dicunt ꝙ pcedendum est p primas, & supersedere debent executioni secũdarum donec consulant Papam sup poena imponenda illi impetranti tacita veritate. sed haec littera, vtrarumq; ꝯdicit eis. & est prius primum dictum verius p decre. vt debitus. sed super expensis potest puniri. s. de rescri. caeterum. in fine. De hac materia dixi s. de rescrip. cap. 1.

Secundũ Lauren. & Vin... Ant. — Cap. 4. eo. tit. i. compil. 3 post conc. Lateran. par. 7. c. 1. — Ver. causa, dicit antiqua. — G.

e ¶ *Innotuerit.*] s. quod non reuocent primas. B.

Si pro debilitate.] Diuiditur in tres partes, primo ponit dictum. Secundo: ibi, *Ita tamen.* ipsius determinationem. Tertio generalem exceptionem: ibi, *Nisi forte.* Abb. Siculus.

Casus. Aliquis est delegatus à Papa sup aliqua causa. Iudex impeditus non poterat in causa pcedere: qrebatur vtrum possit alij cõmittere vices suas? Rñdet Papa, ꝙ si pro debilitate, vel alia iusta causa impeditus fuerit, bene potest vices suas ꝯmittere psonis idoneis & discretis, ita ꝙ si causa esset dubia, iudicẽ ipsum cõsulant. & si forte cã esset ita grauis, ꝙ sine ipsius praesentia terminari non posset: tunc non cõmittat. Nota ꝙ delegatus Papę potest cõmittere aliam causam sibi commissam, iusta de causa impeditus. Item nota ꝙ delegatus graues causas committere non debet.

f ¶ *Liberum.*] etiã partibus inuitis, cũ potestas sit taliter à lege concessa. C. de iud. à iudice. & j. eo. qm̃ apostolica. nisi in casu eiusdẽ decre. §. is autem. & j. eod. pastoralis. in pñn. & compellere etiam potest renuentem: nisi malitiose exonerare se vellet, vt ibi dicit. & sic semper iusta causa debet subesse, quando causam committit: vt hic habes.

g ¶ *Personis discretis.*] j. de consan. & affi. ex litteris. & j. de praebẽ. super inordinata.

h ¶ *Te consulere.*] tanq̃ virum discretum, & non tanq̃ iudicem: si vices suas in totum cõmisit. vt j. eod. super quaestionum. §. porro. alias si cum eo postea vellet iudicare, non valeret. j. eo. cum super.

i ¶ *Causae.*] puta inquisitio excessuũ, prouisio ecclesiae. arg. j. eod. quoniam apostolica. §. 2. sm formam illius §. alioquin bene posset committere magis perito.

k ¶ *Graues.*] sic etiam grauia negotia debet quis per se tractare, & non per procuratorem. C. de procura. l. vlt. nec tamen potest cogi constituere

Concor. nõ va... cũ tñc per Bar. C. ad leg. Flau. de pla. & de offi. de'eg. super quaestionũ. ad gl. suspicionis. lib 6.

constituere procuratorem. j. de procu. querelam. Bernar.

DE causis.] Diuiditur in duas partes principales, sicut sunt duo dicta, primũ vt in rubro. Sm̃ vero hoc intendit: Vbi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. Secunda: ibi, *Illis etiam.*

Cap. 5. e. titu. 1. cõpilatiõe. & post concil. Lateranẽ. par. 7. c. 6.

CASVS. Aliqua causa commissa fuit decidenda infra certũ tempus, puta infra duos mẽses: quærebatur vtrũ iudex termino sibi præfixo elapso, posset vlterius de causa illa se intromittere, si infra tempus præfixum non fuerit terminata? Respõdet Papa, quòd nisi dies ab Apostolico præfixus, de communi consensu partium infra tempus statutum in litteris fuerit prorogatus, eo transacto mandatum apostolicum expirauit. Secundo quærebatur: Ecce iudex delegatus citat partes vt veniãt ad præsentiam suam, nolunt venire, vel stare iudicio suo: quæritur qualiter puniri debeant? Respondet Papa, si tale negotium fuerit, q certa pœna in canonibus exprimatur, illam imponat; alioquin puniat eos secundum arbitriũ suum, considerata qualitate delicti, & etiam causæ. Not. q iurisdictio delegati potest ad maius tempus de consensu partium prorogari. Item delegatus poenam statutam in iure imponere potest, & non aliam. Item si nulla pœna statuta est super negotio, de quo iudex cognoscit, pœnam contumacibus imponat secundum arbitrium suum.

CAP. IIII.

DE† causis, quæ infra certum[a] terminũ decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quòd nisi dies præfixus, de communi consensu partium[b] prorogetur[c], eo transacto[d] mandatum expirat.

¶ *Vbi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. hoc dicit.*

¶ Illis etiam qui pro causis tibi commissis, ad citationem tuã venire[e], aut tuo super his parere iudicio neglexerint: si tale fuerit† negotium quod certa[f] exinde pœna in canonibus exprimatur, eandem infligas[g]: alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ, secundum tuum arbitrium[h] punire procures.

¶ Idem archiepiscopo Senonen.

¶ *Per simplicem commissionem causa, potest delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere, quæ spectant ad causam.*

¶ *Glossa sequens primo dicit, quando currat. secundo quærit, arg. pro & contra: & soluit.*

a ¶ *Certum terminum.*] tẽpus id currit postquam litteræ iudicibus præsentantur. infra de appel. super eo 5. Quid si infra xx. dies causa committatur terminanda: nunquid induciæ xx. dierum dandæ sunt, 3. quæst. 3. offeratur? Videtur q sic: quia beneficium iuris nemini est auferendum. 28. distin. de his. in fin. ff. de re iud. l. 4. §. si quis ex testamento. & restitutio quæ infra quadriennium determinari debet, reo dilationem petente prorogatur vltra quadrienniũ, & tunc prodest tam reo quàm actori. C. de temp. in integ. resti. petendæ. sed §. licit in fin. quia tempus prorogari non potest nisi de consensu partium. Solu. pp tpis angustiam puto arctandas inducias, & non ampliandas: interdũ enim licet iudici arctare tempus à lege statutum. ff. de re iud. l. 2. & infra de reg. iu. quòd ad consultationem. nam & causa criminalis infra biẽnium terminanda est. C. de iud. properandum. in princ. & C. vt infra certum temp. crim. quæstio ter. l. vltim. quãdoque tamen infra quinquaginta dies. C. vt omnes tam ciui. quàm mi. iudi. l. 1.

¶ *Glossa sequens arg. alleg. 2. iura, & 6. alleg. in contrarium, soluit distinguendo.*

b ¶ *Cõsensu partium.*] arg. q de consensu partium solemnitates iuris possunt remitti. arg. infra de resti. spol. licet. & ff. de fer. l. 1. arg. cõtra, infra de fer. c. vlt. & 3. q. 5. accusatoribus. 23. distin. quorundam. C. de li. causa. nec si volens. C. de arbi. Authen. decernimus. C. de iura. cal. l. vlti. §. sed quia. Solu. illæ solemnitates iuris, quæ sunt introductæ in fauorem partium, possunt omitti de consensu partium, vt ff. de fer. l. 1. & infra de testi. tuis. & infra de resti. spol. licet. sed illis solemnitatibus, quæ sunt introductæ propter reuerentiam dierum[1], partes renũciare non possunt. infra de fer. c. vlt. & illis quæ pro communi vtilitate siue publica. vt in præalleg. §. sed quia. & cæteris quæ sunt de substantia iudiciorũ, vt est libelli oblatio, & litis contestatio, & q sententia feratur in scriptis.

Iuris solemnitates an possint remitti p partes.

1 Al. fest.

c ¶ *Prorogetur.*] & ita patet q iurisdictio quæ certo tempore finitur, potest prorogari ad maius tempus. De prorogatione iurisdictionis dicetur infra eod. P. & G. Et si compromissum fiat ad certũ tempus, finitur compromissum, nisi de consensu partium prorogetur. ff. de arbit. diem proferre.

d ¶ *Eo transacto.*] posset[2] quæri in c. isto. Pone q iudex vltima die iurisdictionis suæ tulit sententiam, quis mandabit ipsam executioni, nunquid idem ipse iudex? Dico q sic: quia potestas cognoscendi expirauit, non potestas exequendi. arg. j. eo. ex literis.

2 Hæc glossula nõ est Bernardi, nec habet in antiquis libris.

e ¶ *Venire.*] dum tamen citatio teneat, aliàs non tenetur. supra de elect. bonæ memoriæ. & infra de fer. cap. vlt. Ber.

¶ *Glossa sequens quærit, & tripliciter soluit.*

f ¶ *Certa.*] sic est in vsurariis. infra de vsur. quia in omnibus. & si illi perseuerauerint, excommunicẽtur. infra de vsu. præterea. sed certa pœna statuta est: quia si est cõtumax, si talis est res, debet mitti in possessionem causa rei seruandæ: si non est talis, excommunicetur. infra vt lit. non contest. tuę. & cap. qm̃. Quid si diuersæ sunt pœnæ? Minor imponatur. de pœni. distin. 1. pœnæ. 50. dist. si quis voluntate. & c. si qua fœmina. vel locus erit gratificationi. infra de iur. patro. cum autem aduocatus. vel illam, quæ magis timetur, vt in c. quoniam frequenter. in fin.

Cap. 6. eo. tit. in 1. compilat. & post concil. Lateran. par. 7. cap. 7.

¶ *Glossa sequens distinguit inter delegatum & ordinarium.*

g ¶ *Eandem infligas.*] cum sis delegatus: quo casu dispensare non potes; sed iure communi procedere: cum fines mandati exacta diligentia sint seruandi. s. de rescrip. cum dilecta. secus in ordinario, qui dispensare potest. j. de iudi. at si clerici.

h ¶ *Arbitrium.*] arg. ff. de iure deli. l. 1. §. 1. qualitate delicti & causæ & personæ inspecta. j. de homi. sicut dignum.

CAP. V.

PRæterea† super hoc quod nos consulere voluisti, vtrũ liceat iudici delegato non ordinario cogere contumacem, vt veniat, aut damnare si non veniat: ¶ Hoc tibi auctoritate præsentium innotescat, quòd postquam ei causa licet simpliciter[i] delegatur, satis potest nostra auctoritate partes compellere: & etiam contumaces seueritate ecclesiastica coercere[k]: etiam si litteræ cõmissionis id non contineant, aut† partes mandatum[l] nostrum non habeant, vt accedant: Quia ex eo[m] quòd causa sibi committitur, super omnibus quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

† In codice Barbaræ ita: aut mãdatum partes non habeant Apostolicum, vt accedant.

¶ Idem Vintonien. episcopo.

¶ *Si causa pluribus etiam simpliciter est cõmissa, quilibet subdelegare potest. h. d. & quotidie allegatur.*

PRæterea.] Ponit casum, ipsius responsionem, & responsionis rationem. Secunda: ibi, *Hoc tibi.* Tertia: ibi, *Quia.* Abb.

CASVS. Alicui delegato causa cõmissa fuit simpliciter sub hac forma: Causam, quæ vertitur inter tales, tibi committimus terminandam, quod iustum fuerit exequaris: iudex iste quia in rescripto non continebatur q posset punire contumacẽ, vel q posset citare partes: quæsiuit vtrum posset contumacem cogere vt veniat, aut vt possit eum punire si non veniat? Respondet Papa q postquam causa iudici est commissa, licet tamen simpliciter, potest partes compellere vt veniant, & punire contumaces ecclesiastica seueritate, quãuis in litteris non contineatur: aut partes mandatum non habeant vt adinuicem accedant: quia ex quo causa sibi committitur, super omnibus quæ ad causam pertinent, plenariam recipit potestatem. Not. q delegatus potest punire contumaces. Item ex quo causa committitur alicui, omnia commissa intelliguntur, sine quibus causa competere non potest. & sic extenditur iurisdictio ad omnia accessoria.

i ¶ *Simpliciter.*] sine aliqua forma expressa: quia si certa forma esset data, illa esset seruanda. s. de rescrip. cum dilecta. sed cum simpliciter mandat, qđ iustum fueris exequaris. s. de fil. presby. c. penult. tunc habet locum qđ hic dicit, q omnia potest sine quibus causa expediri non potest. infra eod. prudentiam. in fi. & c. suspicionis. Et sic est arg. q verbum simpliciter positum, generaliter intelligitur. 19. dist. si Romanorum. & infra de priui. quia circa.

Verbũ simpliciter positum, est generaliter intelligendum.

k ¶ *Coercere.*] secundum tenorem illius decre. infra vt lit. non contesta. iuæ. si lis est contestata, secundum tenorem illius decre. infra de dol. & contu. prout.

l ¶ *Mandatum.*] Pm̃ q habetur infra de resti. spo. conquerente.

¶ *Glossa sequens arg. alleg. 6. iura, quod principali concesso, &c. In contrarium alleg. 8. & soluit. Secundo argu. quod aliquo prohibito, &c. alleg. 2. iura. & in contrarium vnam l. quam soluit. Tertio argu. in connexis, &c. alleg. 5. iura. & 4. in contrarium. & soluit, Io. And. in nouel.*

m ¶ *Ex eo quod causa.*] argum. quòd concesso principali conceditur accessorium. 8. distin. quo iure. & 16. q. 1. si monachus. & ff. de iur. om. iudic. l. 2. & ff. de re iudi. quidam. C. vbi, & apud quos. l. vltim. & infra de in integ. resti. causa. argum. contra. 20. q. 3.

constituit.

Q *Via quæsitum.*] Communis diuisio ponitur in hac decre. Secunda: ibi, *Sic tibi.* Abb. Sicu.

Casvs. Quidā impetrant literas ꝯ aduersarios suos: & cum ipsi eos faciunt ad iudicium vocari, Potestates & alij potētes minis & terroribus cōpellūt cōquerentes silere: & sic mandatum dñi Papæ eluditur: q̃ritur quid iudex facere debeat? Rñdet Papa q̄ sicut agētes & consentientes pari pœna puniri debēt: sic eodem modo, tam illi q̄ trahuntur in causam, q̄ pricipales fautores eorum, si iustitiam impediunt, p censurā ecclesiasticā sunt coercendi. Not. q̄ iurisdictio iudicis extendit ad omnes illos qui iurisdictioné illius impediunt: licet de illis i literis nō fiat mentio.

CAP. I.

Quia† quæsitum est, quid faciendum sit de Potestatibus, quæ† cum præcipimus alicui iustitiā exhiberi, minis aut terroribus conquerentes silere cōpellūt[a], & sic mandatum nostrum eluditur†: Sic tibi respondemus, quòd sicut agentes & consentientes pari pœna[b] (scripturæ testimonio) puniuntur: sic tam eos, qui trahuntur in causam, quàm principales eorum fautores, (si eos manifeste cognoneris iustitiam impedire[c]) districtione ecclesiastica poteris coercere.

¶ Idem Bonon. † episcopo.

¶ Cum diuersæ litteræ sub eadem data & forma contraria impetrantur & præsentantur à diuersis ad eosdem iudices, supersedetur vtrisq; donec consulatur Papa.

CAP. II.

Sane† si à nobis super aliqua causa litteræ impetrantur, & aliæ postea (non facta mentione priorum litterarum[d]) litteræ opponuntur, si iudicibus innotuerit[e], donec Romanum Pontificem consulant, & suam exinde cognoscant plenius voluntatem, executioni supersedeant vtrarumque: Nè pro varietate litterarum, causarum fines valeant impediri.

¶ Idem episcopo Londonen.

¶ Delegatus Papæ impeditus, subdelegare potest causam, quæ sine ipso commode terminari potest.

CAP. III.

Sit† pro debilitate, vel pro qualibet alia graui causa† vel necessitate, tractādis causis, quæ tibi à sede Apostolica cōmittuntur, interesse nō poteris, liberū[f] tibi sit personis discretis[g] & idoneis vices tuas cōmittere: Ita tamen quòd si res tanti est, te consulere[h] debeant: Nisi forte causæ[i] ita graues[k] sint, quòd sine præsentia tua non possint commode terminari.

¶ Idem V. † Carnoten. electo.

¶ Si causa committitur infra certum diem decidenda: nisi partes prorogent, per lapsum diei expirat iurisdictio.

a ¶ *Compellunt.*] Vnde iactura causæ affici debent qui patrocinium potentiorum aduocāt. C. ne liceat poten. l. 1. & j. de ali. iudic. mu. c. 2. & iudex pp phibitionem illorū nō dimittat suam iustitiam exercere. j. de iudi. decernimus. in fi. arg. 11. q. 3. quatuor. c. iniustum. & C. quod metus causa. l. vlt.

¶ Glo. seq. alleg. duas concordantias, & duo contraria, & soluit distinguendo de quadruplicem consensum.

b ¶ *Pari pœna.*] Sic patet q̄ facientes & consentientes pari pœna constringuntur. sic. 2. quæst. 1. notum. 86. distin. facientes. argum. contra. q̄ magis puniuntur consentientes q̄ agentes. 24. q. 3. qui aliorum. & 11. q. 3. qui consentit. Ad hoc not. q̄ quadruplex est consensus, s. negligentiæ, cōsilij, cooperationis, & auctoritatis seu defensionis. In primo casu, s. negligentiæ, minus peccat consentiens q̄ faciens, nisi forte negligentia nimis crassa fuerit, vt in plato: vt 1. q. 1. quicquid inuisibilis. & 83. dist. consentire. & c. nihil. In secundo casu, s. consilij, minus punitur; plus tñ quàm negligens, arg. 86. dist. tanta. In tertio casu cooperationis æqualiter peccant facientes & cōsentientes, & fm hoc intelliguntur omnes auctoritates, quæ dicunt, q̄ æqualiter puniuntur. In quarto casu auctoritatis siue defensionis, magis peccat consentiens defendendo, & auctoritatem præstando quàm faciens, & magis puniendus est. 24. quæst. 3. qui aliorum. & 11. quæst. 3. qui consentit.

Additio. Vnde versus. *Cōsensus spernit, suadet, iuuat, atq; tuetur.*
Hic minus, hic quæ minus luit, hic æqualiter, hic plus:
Consentiens, operans, defendens, non reprehendens.

c ¶ *Impedire.*] Vide qualiter iurisdictio extenditur ad illos de quibus in rescripto mentio nō hř, & sic excōicatio extenditur ad illos in quos lata non fuit. j. de senten. excom. nuper. & c. si concubinæ. & hoc contingit quia impedit ipsam iurisdictioné, & iudex oīa potest, quæ ad ipsam iurisdictionem ptinēt, & sine quibus causa expediri non potest. j. eo. præterea. & c. significasti. & c. prudentiam. in fi. & cap. suspicionis. s. respon. & j. de testi. tam litteris.

S *Ane si à nobis.*] Diuiditur: quia primo ponitur statutum. Secūdo: ibi, *Ne pro varietate.* eius ratio. Bened. Capra.

Casvs. Aliquis impetrauit litteras sup aliqua causa ꝯ aduersarium suū ad aliquos iudices, ille aduersarius alias literas impetrauit ad eosdē iudices in alia forma: dubitabant iudices quid facere deberēt? Rñdet Papa, q̄ iudices supsedere debent executioni vtrarumque litterarum, donec Romanum Pontificem consulant, ne propter varietates literarum causa valeat retardari. Not. q̄ ignorantia iudicum circa formam diuersarum litterarum, facit executionem iurisdictionis suspendi, quousque consulatur superior super hoc. Not. quòd pro varietate litterarum, fines causarum non debent impediri.

¶ Glossa sequens signat contrarium, & soluit dupliciter, & secundum reprobat.

d ¶ *Priorum litterarum.*] contra. s. de rescri. cæterū. vbi valent primæ literæ, si secundæ non faciant mentionē de primis; sed illud intellige qñ ad diuersos iudices primæ & secundæ litteræ impetrantur: hic quando ad eosdem iudices primæ & secundæ litteræ impetrantur, & forma diuersa est. vnde vř dicere, q̄ supersedere debēt, donec consulant superiorem qualiter debeāt se habere i causa ipsa, fm quas litteras procedāt, ne p tali varietate negotium ex toto impediatur, si vellent sequi vtramq; formam: sed fm hoc vř negotium impediri. non impeditur a finaliter, sed ad tempus, vel quousq; Papa rescribat super illo. Sed hodie non vř habere locum qđ hic dicit: quia procedere debent p formam primo sibi datam, ex quo secundæ literæ nō faciunt mentionem de primis. j. de appel. vt debitus. & s. de rescr. c. capitulum sanctæ crucis. & quia tacita veritate impetratæ sunt, cum non fecerint mentionem de prima forma. Alij volūt intelligere hoc cap. vt concordet cum illo, cæterum. & dicunt q̄ pcedendum est p primas, & supersedere debent executioni secūdarum donec consulant Papam sup pœna imponenda illi impetranti tacita veritate. sed hæc littera, vitarumq;, ꝯdicit eis. & est prius primum dictum verius p decre. vt debitus. sed super expensis potest puniri. s. de rescri. cæterum. in fine. De hac materia dixi s. de rescrip. cap. 1.

e ¶ *Innotuerit.*] s. quod non reuocent primas. B.

S *I pro debilitate.*] Diuiditur in tres partes, primo ponit dictum. Secundo: ibi, *Ita tamen.* ipsius determinationem. Tertio generalem exceptionem: ibi, *Nisi forte.* Abb. Siculus.

Casvs. Aliquis est delegatus à Papa sup aliqua causa. Iudex impeditus non poterat in causa pcedere: q̃rebatur vtrum posset alij cōmittere vices suas? Rñdet Papa, q̄ si pro debilitate, vel alia iusta causa impeditus fuerit, bene potest vices suas ꝯmittere psonis idoneis & discretis, ita q̄ si causa esset dubia, iudicē ipsum cōsulant. & si forte cā esset ita grauis, q̄ sine ipsius præsentia terminari non posset: tunc non cōmittat. Nota q̄ delegatus Papæ potest cōmittere aliam causam sibi commissam, iusta de causa impeditus. Item nota q̄ delegatus graues causas committere non debet.

f ¶ *Liberum.*] etiā partibus inuitis, cū potestas sit taliter à lege concessa. C. de iud. à iudice. & j. eo. qm apostolica. nisi in casu eiusdē decre. §. is autem. & j. eod. pastoralis. in prin. & compellere etiam potest renuentem: nisi malitiose exonerare se vellet, vt ibi dicit. & sic semper iusta causa debet subesse, quando causam committit: vt hic habes.

g ¶ *Personis discretis.*] j. de consan. & affi. ex litteris. & j. de præbē. super inordinata.

h ¶ *Te consulere.*] tanq̃ virum discretum, & non tanq̃ iudicem: si vices suas in totum cōmisit. vt j. eod. super quæstionum. §. porro. alias si cum eo postea vellet iudicare, non valeret. j. eo. cum super.

i ¶ *Causa.*] puta inquisitio excessuū, prouisio ecclesiæ. arg. j. eod. quoniam apostolica. §. 2. fm formam illius §. alioquin bene posset committere magis perito.

k ¶ *Graues.*] sic etiam grauia negotia debet quis per se tractare, & non per procuratorem. C. de procura. l. vlt. nec tamen potest cogi constituere

constituere procuratorem. j. de procu. querelam. Bernar.

De causis.] Dividitur in duas partes principales, sicut sunt duo dicta, primũ vt in rubro. Sm vero hoc intendit: Vbi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. Secunda: ibi, Illis etiam.

Cap. 1. & in 1. compilat. & post concil. Lateran. par. 7. c. 6.

Casus. Aliqua causa commissa fuit decidenda infra certũ tempus, puta infra duos mẽses: quærebatur vtrũ iudex termino sibi præfixo elapso, posset vlterius de causa illa se intromittere, si infra tempus præfixum non fuerit terminata? Respõdet Papa, quòd nisi dies ab Apostolico præfixus, de communi consensu partium infra tempus statutum in litteris fuerit prorogatus, eo transacto mandatum apostolicum expirauit. Secundo quærebatur: Ecce iudex delegatus citat partes vt veniãt ad præsentiam suam, nolunt venire, vel stare iudicio suo: quæritur qualiter puniri debeant? Respondet Papa, si tale negotium fuerit, q certa pœna in canonibus exprimatur, illam imponat; alioquin puniat eos secundum arbitriũ suum, considerata qualitate delicti, & etiam causæ. Not. q iurisdictio delegati potest ad maius tempus de consensu partium prorogari. Item delegatus pœnam statutam in iure imponere potest, & non aliam. Item si nulla pœna statuta est super negotio, de quo iudex cognoscit, pœnam contumacibus imponat secundum arbitrium suum.

CAP. IIII.

DE causis, quæ infra certum[a] terminũ decidendæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quòd nisi dies præfixus, de communi consensu partium[b] prorogetur[c], eo transacto[d] mandatum expirat.

¶ *Vbi certa pœna per ius statuta non est, delegatus imponit arbitrariam. hoc dicit.*

¶ Illis etiam qui pro causis tibi commissis, ad citationem tuã venire[e], aut tuo super his parere iudicio neglexerint: si tale fuerit† negotium quod certa[f] exinde pœna in canonibus exprimatur, eandem infligas[g]: alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ, secundum tuum arbitrium[h] punire procures.

¶ Item archiepiscopo Senonen.

¶ *Per simplicem commissionem causæ, potest delegatus citare, contumacem punire, & reliqua facere, quæ spectant ad causam.*

¶ *Glossa sequens primo dicit, quando currat. secundo quærit, arg. pro & contra: & soluit.*

a ¶ *Certum terminum.*] tẽpus id currit postquam litteræ iudicibus præsentantur. infra de appel. super eo 2. Quid si infra xx. dies causa committatur terminanda: nunquid induciæ xx. dierum dandæ sunt, 3. quæst. 3. offeratur? Videtur q sic: quia beneficium iuris nemini est auferendum. 18. distin. de his. in fin. ff. de re iud. l. 4. §. si quis ex testamento. & restitutio quæ infra quadriennium determinari debet, reo dilationem petente prorogatur vltra quadrienniũ, & tunc prodest tam reo quàm actori. C. de temp. in integ. resti. petendæ. sed Jo. dicit in fin. quia tempus prorogari non potest nisi de consensu partium. Solu. pp tpis angustiam puto arctandas inducias, & non ampliandas: interdũ enim licet iudici arctare tempus à lege statutum. ff. de re iud. l. 2. & infra de reg. iu. quòd ad consultationem. nam & causa criminalis infra biẽnium terminanda est. C. de iud. properandum. in princ. & C. vt infra certum temp. crim. quæstio ter. l. vltim. quãdoque tamen infra quinquaginta dies. C. vt omnes tam ciui. quàm mi. iudi. l. 1.

¶ *Glossa sequens arg. alleg. 2. iura, & 6. alleg. in contrarium, soluit distinguendo.*

b ¶ *Cõsensu partium.*] arg. q de consensu partium solemnitatẽs iuris possunt remitti. arg. infra de resti. spol. licet. & ff. de fer. l. 1. arg. cõtra, infra de fer. c. vlt. & 3. q. 5. accusatoribus. 23. distin. quorundam. C. de li. causa. nec si volens. C. de arbi. Authen. decernimus. C. de iura. cal. l. vlti. §. sed quia. Solu. illæ solemnitates iuris, quæ sunt introductæ in fauorem partium, possunt omitti de consensu partium, vt ff. de fer. l. 1. & infra de testi. tuis. & infra de resti. spol. licet. sed illis solemnitatibus, quæ sunt introductæ propter reuerentiam dierum[a], partes renũciare non possunt. infra de fer. c. vlt. & illis quæ pro communi vtilitate siue publica, vt in præalleg. §. sed quia. & cæteris quæ sunt de substantia iudiciorũ, vt est libelli oblatio, & litis contestatio, & q sententia feratur in scriptis.

Iuris solemnitates an possint remitti p partes.

a Alias, Dom.

c ¶ *Prorogetur.*] & ita patet q iurisdictio quæ certo tempore finitur, potest prorogari ad maius tempus. De prorogatione iurisdictionis dicetur infra eod. P. & G. Et si compromissum fiat ad certũ tempus, finitur compromissum, nisi de consensu partium prorogetur. ff. de arbit. diem proferre.

d ¶ *Eo transacto.*] posset[a] q̃ri in c. isto. Pone q iudex vltima die iurisdictionis suæ tulit sententiam, quis mandabit ipsam executioni, nunquid idem ipse iudex? Dico q sic: qm potestas cognoscendi expirauit, non potestas exequendi. arg. j. eo. ex litteris.

a Hæc glossula nõ est Bernardi: nec habet in antiquis libris.

e ¶ *Venire.*] dum tamen citatio teneat, aliàs non tenetur. supra de elect. bonæ memoriæ. & infra de fer. cap. vlt. Ber.

¶ *Glossa sequens quærit, & tripliciter soluit.*

f ¶ *Certa.*] sic est in vsurariis. infra de vsur. quia in omnibus. & si illi perseuerauerint, excommunicẽtur. infra de vsu. præterea. sed certa pœna statuta est: q a si est cõtumax, si talis est res, debet mitti in possessionem causa rei seruandæ: si non est talis, excommunicetur. infra vt lit. non contest. tuæ. & cap. qm. Quid si diuersæ sunt pœnæ? Minor imponatur. de pœni. distin. 1. pœnæ. 50. dist. si quis voluntate. & c. si qua fœmina. vel locus erit gratificationi. infra de iur. patro. cum autem aduocatus. vel illam, quæ magis timetur, vt in c. quoniam frequenter. in fin.

¶ *Glossa sequens distinguit inter delegatum & ordinarium.*

g ¶ *Eandem infligas.*] cum sis delegatus: quo casu dispensare non potes; sed iure communi procedere: cum fines mandati exacta diligentia sint seruandi. 3. de rescrip. cum dilecta. secus in ordinario, qui dispensare potest. j. de iudi. at si clerici.

h ¶ *Arbitrium.*] arg. ff. de iure deli. l. 1. §. 1. qualitate delicti & causæ & personæ inspecta. j. de homi. sicut dignum.

CAP. V.

Cap. 6. eo. tit. in 1. compilat. & post concil. Lateran. par. 7. cap. 7.

PRæterea† super hoc quod nos consulere voluisti, vtrũ liceat iudici delegato non ordinario cogere contumacem, vt veniat, aut damnare si nõn veniat: ¶ Hoc tibi auctoritate præsentium innotescat, quod postquam ei causa licet simpliciter[i] delegatur, satis potest nostra auctoritate partes compellere: & etiam contumaces seueritate ecclesiastica coercere[k]: etiam si litteræ cõmissionis id non contineant, aut† partes mandatum[l] nostrum non habeant, vt accedant: Quia ex eo[m] quòd causa sibi committitur, super omnibus quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

In codice Barbaræ ita: aut mãdatum partes non habeant Apostolicum, vt accedant.

¶ Item Vintonien. episcopo.

¶ *Si causa pluribus etiam simpliciter est cõmissa, quilibet subdelegare potest. h.d. & quotidie allegatur.*

PRæterea.] Ponit casum, ipsius responsionem, & responsionis rationem. Secunda: ibi, Hoc tibi. Tertia: ibi, Quia. Abb.

Casus. Alicui delegato causa cõmissa fuit simpliciter sub hac forma: Causam, quæ vertitur inter tales, tibi committimus terminandam, quod iustum fuerit exequaris: iudex iste quia in rescripto non continebatur q posset punire contumacẽ, vel q posset citare partes: quæsiuit vtrum posset contumacem cogere vt veniat, aut vt possit eum punire si non veniat? Respondet Papa q postquam causa iudici est commissa, licet tamen simpliciter, potest partes compellere vt veniant, & punire contumaces ecclesiastica seueritate, quãuis in litteris non contineatur: aut partes mandatum non habeant vt ad inuicem accedant: quia ex quo causa sibi committitur, super omnibus quæ ad causam pertinent, plenariam recipit potestatem. Not. q delegatus potest punire contumaces. Item ex quo causa committitur alicui, omnia commissa intelliguntur, sine quibus causa compet ere non potest. & sic extenditur iurisdictio ad omnia accessoria.

i ¶ *Simpliciter.*] sine aliqua forma expressa: q a si certa forma esset data, illa esset seruanda. 3. de rescrip. cum dilecta. sed cum simpliciter mandat, qd iustum fuerit exequaris. 3. de fil. presby. c. penult. tunc habet locum qd hic dicit, q omnia potest sine quibus causa expediri non potest. infra eod. prudentiam. in fi. & c. suspicionis. Et sic est arg. q verbum simpliciter positum, generaliter intelligitur. 19. dist. si Romanorum. & infra de priui. quia circa.

Verbũ simpliciter positum, est generaliter intelligendum.

k ¶ *Coercere.*] secundum tenorem illius decre. infra vt lit. non contesta. tuæ. si lis est contestata, secundum tenorem illius decre. infra de dol. & contu. prout.

l ¶ *Mandatum.*] sm q habetur infra de resti. spo. conquerẽnte.

¶ *Glossa sequens arg. alleg. 6. iura, quod principali concesso, &c. In contrarium alleg. 8. & soluit. Secundo argu. quòd aliquo prohibito, &c. alleg. 3. iura. & in contrarium vnam l. quam soluit. Tertio argu. in connexis, &c. alleg. 5. iura. & 4. in contrarium. & soluit. Io. And. in nouel.*

m ¶ *Ex eo quod causa.*] argum. quòd concesso principali conceditur accessorium. 8. distin. quo iure. & 16. q. 1. si monachus. & ff. de iur. om. iudic. l. 2. & ff. de re iudi. quidam. C. vbi, & apud quos. l. vltim. & infra de in integ. resti. causa. argum. contra. 10. q. 3.

constituit. ff. depo. l. 1. §. quæ depositis. & infra de test. ad hoc. ff. de vsufr. item si fundi. §. sed si insula. 2. quæst. 6. quisquis. & C. de epis. audi. Authen. si liberi. & C. de lib. præ. vel exhę. Authen. ex causa. & C. de leg. seruis. Solu. prima pars vera est. & c. constitut. non est ꝯ: quia ibi intentio principalis fuit circa res, alia non tangunt ꝯtũ. Item est arg. ꝙ aliquo ꝓhibito, ꝓhibetur oẽ id ꝑ qđ peruenitur ad illud. ff. de spon. oratio. j. de procur. tueg. venimus. licet aliqua sint annexa, & alicui concessa, licet vnũ admittatur, non tñ aliud, immo nec illud. ff. de lib. & posth. si ita. §. regula. sed illud est speciale fauore libertatis. Item arg. ꝙ idem iuris est in vtroq; cõnexorũ. s. de consti. trãslato. & 3. q. 3. si quis obiecerit. & 8. dist. quo iure. & j. de appel. vna. ff. de app. si qs. & §. si quis. & §. seq. ar. ꝯ. j. de eo q. dux. in ma. quã pol. ꝑ adulꝯ ꝓpositum. C. de fi. instr. l. 2. & j. de despon. impu. de illis. & 2. q. 5. interrogatum. Solu. idẽ iuris est in vtroq; cõnexorũ, vbi alterũ sine altero esse nõ ꝯtingit: vt hic. & vbi eadem rõ est in vtroque casu: vt s. de consti. translato. secus vbi diuersa est ratio, vt patet per contraria.

Cap. 7. e. tit. in 1. cõpila. & post Concil. Lateran. par. 7. cap. 8.

Non tamen potest aliũ sibi associare iurisdictionẽ non habentem. infra eod. cum sa per.

Cap. 9. e. tit. in 1. cõpil. & post concil. Lateran. par. 7. cap. 11.

Aliàs itaq; eã auctoritate sibi cõmissa. aliàs ita: causam auctoritate Apostolica sibi cõmissam. sed plura & vetustiora exẽplaria stat: causam auctoritate sibi cõmissa.

CAP. VI.

QVamuis † simus: & infra. ¶ Si vero duobus [a] causa committitur, etiã si non apponatur, vt vnus sine altero procedat in ea: nihilominus vnus ex ipsis, siue suo coniudici siue alij, vices suas potest † committere in hac parte.

¶ Idem Noruicẽs. episcopo.

¶ *Delegatus Papæ exequitur sententiam suam, quam exequi non potest aut non vult is cui eam commiserat exequendam.*

CAP. VII.

SIgnificasti † nobis: & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si iudex ordinarius [b] ad mandatum iudicis delegati à nobis, aut non vult [c], aut non potest (alijs resistentibus [d]) sententiam ab eo latam effectui mancipare: delegatus iudex eam † auctoritate nostra sibi commissam, potest executioni mandare: & si qui sibi restiterint [e], eos sententia ecclesiastica coercere.

¶ Idem.

¶ *Si ordinarius scit eum non canonice institutum, quem delegatus Papæ mandat in possessionem induci, non resistet violenter, sed precibus instabit, vt differat donec Papa consulatur.*

QVamuis.] Casvs. Causa ꝯmissa fuit sub hac forma: causam, quæ inter tales vertitur, vobis cõmittimus terminandã, faciatis ꝙ decre. &c. nulla alia clausula adiecta, quæ aliqñ adijcitur, hæc scilicet, ꝙ si ambo nõ poteritis, &c. quærebatur siue dubitabatur, si alter non posset interesse, vtrũ posset cõmittere vices suas? Rñdet Papa si duobus causa cõmittitur, licet in litteris nõ apponatur: [si ambo interesse nõ poteritis, alter nihilominus exequatur:] bene potest alter committere vices suas siue coniudici suo, siue alij. Nota ꝙ iudex delegatus semp cõmittere vices suas potest, qualiscunq; forma sit: nisi ei ꝓhibeatur.

¶ *Glossa sequens soluit quæstionem, quæ fuerat dubitatio.*

a ¶ *Duobus.*] hæc fuit dubitatio: quia cã cõmissa fuit duobus sub hac forma: mãdamus vt ꝓcedatis in causa: qđ iustũ fuerit facientes, nulla clausula adiecta, ꝙ si ambo nõ poteritis, &c. credebatur ꝙ si vnus non posset interesse, ꝙ nõ posset ꝯmittere. idem q̃siuit eps Vintoñ. an posset ꝯmittere vices suas. & dicit ꝙ bene potest, quia clausula illa nihil facit quantũ ad potestatem cõmittendi, cũ habeat illam à lege. j. eod. pastoralis. 1. rñso. & c. qñ. & C. de iudi. à iudice.

SIgnificasti.] Primo ponitur decisa cõsultatio. Secundo respõsio: ibi, *Consultationi.* Abb. Siculus.

Casvs. Dubitabat iudex iste an delegatus posset sñiam suã mãdare executioni, si ordinarius ad mãdatũ suũ eã exeq nollet, aut nõ posset. Rñd. Papa ꝯsultus, si iudex ordinarius ad mãdatũ delegati à Papa, aut nõ vult aut nõ põt alijs resistẽtibus sñiam à delegato latã executioni mãdare, delegatus nihilominus sñiam ab eo latã põt executioni mandare, & punire resistentes. Not. ꝙ ex ista decr. vr innui ꝙ executio sñiæ spectet primo loco ad ordinariũ. Itẽ nota ꝙ delegatus Papę põt punire oẽs impedientes officiũ suũ, tam in cognoscendo q̃ in exequendo; & suã sñiam põt exequi, & mãdare alij vt eam exequatur.

¶ *Glossa sequens recitetur per q. lo. And.*

b ¶ *Ordinarius.*] Dubitatio fuit: quia iste credebat, ꝙ delegatus iudex non posset suam sententiam mandare executioni. arg. 2. q. 6. quisquis 2. & ff. de re iu. à diuo pio. sed potest, vt hic patet.

c ¶ *Non vult.*] si non vult, põt compelli à delegato, qui maior est illo etiã epo quantũ ad cam illam. j. eo. sane. & j. e. pastoralis. 1. rñ. etiã si sciat eam iniustã. j. eo. pastoralis. §. qa vero. dum tñ faciat ei fidẽ de iurisdictiõe sua. j. eo. cũ i iure. & C. de mãdat. prin. l. vnica.

d ¶ *Resistentibus.*] quos potest excõicare, cũ habet coerctionẽ, aliàs talis executio delusoria videretur. j. eod. ex litteris. & argu. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. l. vlt. in fi. & s. eod. c. 1.

e ¶ *Restiterint.*] & sic videntur fieri de sua iurisdictione præstando impedimentum: vnde illos potest excõmunicare. s. eo. quia quæsitum. & j. de testi. tam litteris.

SI quando.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio: ibi, *Ordinarius.* Abb. Siculus.

CAP. VIII.

SI † quando clerici coram iudice delegato, prælatos ecclesiarum super ecclesijs quas tenent, in causam traxerint, & coram eodẽ iudice transactione [f] † vel alio modo ecclesias obtinuerint, in quibus certũ sit eos institutionẽ [g] canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem: Ordinarius iudex non debet iudicis delegati mãdato [h] resistere [i] violenter †, sed apud ipsum instare, vt differat eos in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

¶ Idem Brixieñ. episcopo.

¶ *Post diffinitiuam executioni mandatam, expirat delegati iurisdictio.*

CAP. IX.

IN litteris † : & infra. ¶ Cõsultationi tuæ taliter respondemus, quòd ex quo iudex delegatus per se vel per aliũ, sententiam executioni mandauit: vel mãdari præcepit [k], eius auctoritas & iurisdictio cessat: Quia semel est officio suo functus [l].

Casvs. Aliquis clericus ĩpetrauit litteras ad aliquẽ delegatum ꝯ ꝓlatũ ecclesię, sup ipsa ecclesia: ꝓlatus coram iudice tractus est in causam: tandẽ ꝑ cõpositionem vel aliũ modo, clericus ille ecclesiam obtinuit corã illo iudice: & certũ est ꝙ clericus nec canonicam institutionem nec possessionẽ in ipsa ecclesia habuit corpalẽ; delegatus mãdat alicui vt illũ clericũ mittat in possessionẽ ipsius ecclesiæ: q̃rit vtrũ eps debeat resistere mandato huiusmodi delegati? Rñdet Papa ꝙ ordinarius nõ debet violenter resistere delegato, sed apud ipsum debet instare, vt differat illũ mittere in possessionẽ, donec Papæ super hoc negotio veritas innotescat. Not. ꝙ ordinarius non debet violẽter resistere delegato, nec impedire officiũ suũ.

Cap. 10. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. par. 7. c. 12.

per institutionem.

Facit ad hoc lex. si l. nec magistratus. ff. de iniur.

Post concil. Lateran. sub anno. 123. c. 16.

¶ *Glo. seq. recitetur per obiectionem.*

f ¶ *Transactione.*] trãsactio in spiritualibus interuenire nõ potest ꝓprie sumpto vocabulo. j. de transa. sup eo. amicabilis aũt compositio posset. j. de trãsa. statuimus. arg. ad hoc. j. de præben. tuis. & j. de re. permu. c. fi. Vnde expone transactione, i. amicabili compositione.

Transactio in spiritualibus nõ habet locum.

g ¶ *Institutionem.*] vnde titulum non habent vel causam possidẽdi. titulus enim non acquiritur per transactionem in spiritualibus, sed canonica institutione. j. de insti. ex frequentibus. & ff. de decu. Herennius Modestinus. [1]

h ¶ *Mandato.*] de mittendo in possessionem illum transigentem.

1 Vbi dicitur quod solutio salarij non tacet decisionem.

¶ *Glossa seq. recitetur per quæstionem.*

i ¶ *Resistere.*] sed ꝓcibus instet, aliàs appellet si non admittat ꝓces, & tenebit appellatio. j. eo. sup eo. arg. j. de re iu. cũ sup ꝯtrouersia.

IN litteris.] Diuidit: qa primo ponit decisa cõsultatio. secundo rñsio: ibi, *Consultationi.* tertio redditur rõ: ibi, *Quia.* Bened. Capra.

Casvs. Iudex delegatus tulit sñiam sup aliqua causa sibi cõmissa: q̃rebatur vsq; ad qđ tempus iudex iste delegatus se interponere posset vt staretur sñiæ suæ? Rñdet Papa, ꝙ ex quo per se vel per aliũ sñiam mandauit executioni, expirat iurisdictio illa: quia semel est officio suo functus. Not. ꝙ delegatus Papæ & per se & ꝑ alium potest exequi sñiam suam. Item nota ꝙ qui semel officio functus est, deinceps non habet iurisdictionem: qđ verum est cum sententiam mandauerit executioni, vel mandari præcipit cum effectu.

k ¶ *Præcepit.*] cum effectu, s. nam si mandauit, & nõ est paritũ, ipsemet postea exequatur: vt s. eo. significasti. verba enim cum effectu sunt accipienda. j. de cle. non resi. relatũ. & de poen. dist. 1. hæc aũt verba. & ff. qđ quisq; iur. l. 2. §. hęc autẽ verba. & j. de spon. c. vlt. hæc potest facere vsq; ad annum à die latæ sñiæ. j. eo. ut. quęrenti.

¶ *Glossa seq. alleg. duas concor. & ponit 10. alios casus, quibus expirat iurisdictio delegati.*

l ¶ *Officio suo functus.*] Sic ff. de re iudic. iudex. & j. eod. c. venerabilis. Et ita expirat delegati iurisdictio, sententia lata & executioni mandata: vt hic. Item finitur mortuo iudice, cui proprio noĩe scribitur [2]. j. eod. qñ abbas. à ꝯrio sensu. Itẽ per mortem illius contra quem litteræ impetrantur re integra. s. de rescrip. significauit. Item reuocato mandato. ff. de iudic. iudicium soluitur. & per secundas litteras, quæ expressam faciunt mentionem de primis. s. de rescri. cæterum. Item si iudex remittit causam superiori. infra de offic. leg. licet Traneñ. Item elapso termino commissionis. supra eodẽ. de causis. Item si re integra moriatur delegans. infra eod. gratum, &c. licet.

2 Vel qui simpliciter, cõ alio vel alijs datus est. infra cũ vno delegatorum. Io. Andr.

& c.licet. Item per legitimam recusationem. j.de fo. compe.licet. & j.de appel.secundo requiris. Item per appellationem legitimā. j.de appell.vt debitus. Item per delationē appellationis.argu.j.de appell.sæpe.& c.interposita.

tegrum, vel ad appellandū. & hæc missio non prohibetur hic: sed restitutio tm̄.de restitutione absentis dr̄ 3.q.6.c.biduum.§.si aduer sus absentem. & etiam sine iusta causa restituitur ei possessio qñcunq; infra annum: prout dicitur in decret. quoniam.§.in aliis.

¶ *Idem abbati sancti Albini.*

¶ *Reo absente non per contumaciam, delegatus datus etiam ad diem, non restituet actorem, licet possessionem & deiectionem probare volentem.*

CAP. X.

Consultationibus†:& infra. Quæsitum est, vtrum si aliquis ecclesia vel possessione qualibet se asseuerans absque iudicio & causa rationabili spoliatum, & à nobis ad iudices litteras obtinuerit, vt infra certū tempus restituatur sibi possessio, si constiterit iudici eum esse taliter spoliatum, possessio debeat ei restitui: cum is qui tenet ecclesiam vel possessionem quam ipse requirit, antequā[a] de litteris ipsis aliqua mentio fieret, studiorum vel peregrinationis, vel alia huiusmodi causa se absentauerit, nec infra tempus præfixum†, iudici possit suam præsentiam exhibere. Super quo respondemus, quòd nec potest nec debet restitutionem[b] habere, quamuis paratus sit coram iudice delegato, testibus idoneis, possessionem[c] & deiectionem suam probare: nisi is[d] qui possidet, se per contumaciam absentasset.

¶ *Idem Carnotensi episc.*

¶ *Delegatus Papæ in causa sibi cōmissa, iurisdictionem habet super ordinarium & quemcumque maiorem.*

CAP. XI.

ij Sane† quia nos: & infra. ¶ Tuæ quæstioni duximus respōdēdū, quòd iudex à nobis delegatus, vices[e] nostras gerit; vnde in causa illa superior est, & maior illis quorum causam suscepit terminandam[f]†. ¶ Ideoq; si episcopus[g] vel alia persona[h], quæ non sit de iurisdictione[i] illius, in causa quā ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit, secundū qualitatē

Consultationibus.] Communis diuisio. Secunda: ibi, *Super quo.* Abbas Siculus.

Casus. Aliquis fuit spoliatus ecclesia sua, seu alia possessione sine iudicio ecclesiæ, & absque rōnabili causa: accessit ad Papam, & conquestus fuit ei, q̄ taliter fuerat spoliatus, & obtinuit litteras ad iudices sub hac forma, vt infra certū tempus restituatur sibi possessio, si cōstiterit iudicibus eū taliter fuisse spoliatū: ille q̄ ipsum spoliauit absens erat anteq̄ aliqua mentio fieret de litteris illis, causa peregrinationis, vel causa studiorum, vel alia consimili, nec infra tempus cōprehensum in litteris poterat se iudici p̄sentare: quærebatur vtrum possessio debeat illi restitui, cum paratus sit suā possessionē & spoliationē probare? Rñdet Papa, q̄ nec potest, nec debet habere restitutionem, q̄uis paratus sit probare corā delegato possessionē & deiectionem: verumtñ si ille qui possidet lite contestata se contumaciter absentasset, tunc debet ei possessio ablata restitui, si probauerit se possedisse, & spoliatum fuisse. Nota q̄ spoliatus ad hoc vt restituatur, duo debet probare. s. possessionem, & deiectionem. Item ꝯ absentem causa peregrinationis vel studij vel alia consimili, non est procedendum diffinitiue: nec contumax reputatur.

¶ Cap. 150. sic in 1. cōpila. & post Concil. Lateran. par. 3. c. 17.

¶ præmissum, in vno non multū recessi.

a ¶ *Antequam.*] Aliàs si fraudulenter recessisset, secus esset. j.de appel.suggestū. vel post citationem. j.de eo qui mit. in pos.causa rei ser.c.vlt.sed ibi suppletur, maxime, & hic eodem modo.

¶ *Glo. seq. recitetur per q. alleg. 3 §.quòd non. & 3. ad contrarium, & soluit distinguendo tres species possessionum.*

b ¶ *Restitutionem.*] Sic vr̄, q̄ si quis fit absens iusta de causa, & nō animo fraudandi, non debet fieri missio in possessionem bonorum ipsius. ff. qui. ex cau. in pos.ea. Fulcinius. §. q̄d sit latitare. arg. ff. de iudi. l. non vr̄. ff. de pecu. eo tpe. rñ. t. Arg. ꝯ. C. de resti. mi. ignorare. & ff. de priui. credi. l. alti. & ff. quib. ex cau. in pos. ea. Fulcinius. §. si fundum. quia in istis ꝯdicitur, q̄ etiam iusta de causa absens si non defendit, fit missio in possessionē. Solu. aliud est bona alicuius possideri, & aliud ī possessionē mitti, & aliud restituere possessionem: quia si aliquis vocatus latitat causa fraudādi creditores, si nō defendat boni viri arbitratu, ꝫ bona eius possideri iubētur, & etiā venduntur. ff. ex quib' cau. in pos. ea. Fulcinius. circa princ. & §. quid sit latitare. & C. de bon. auct. iu. pos. cum proponas. & s̄m q̄ dr̄ in Authen. ibi posita, & qui iurat. si aūt vocatus non latitat, vt fraudet creditores, sed absens est ex quacunq; causa probabili vel non p̄babili, necessaria vel non necessaria, si non defendatur, mittuntur creditores in bonorū possessionē cā custodiæ, nec ea vendere possunt, nec possident. ff. quib. ex cau. ma. in integ. re. itē an. §. hic aūt. & ff. de acqui. pos. possideri. §. vlu. & j. vt lit. non contest. qm̄. in fi. & hoc in p̄sonali actione. sed si quis absens sit, ꝯ quem agat actione reali, citati debet ad domū, & interrogādi sunt amici, an ipsum defendere velint. ff. ex quib. cau. ma. l. ergo. & si non sit qui eū defendat, fit missio in possessionē pcutā causa rei seruandæ. j. vt lit. non contest. qm̄. §. in aliis. & sic intelligit ꝯtrium illud §. si fundū. Aliud est possessionē restituere, vt hic dicit: quia tunc est possessor quousq; euincat p̄prietas, & habet cōmodum possessionis, & hoc denegat in casu p̄senti, si daretur restitutio: quasi diffinitiue p̄cederetur ꝯ absentem lite non contestata, q̄d esse non debet. j. vt lite non contest. p totum. & idem est seruandū in hac causa, sicut esset si tractaretur causa proprietatis. j. vt lite non contest. c. 2. Quid ergo faciet iste spoliatus? fiet denunciatio ad domū legitimam: & si non sit qui eū defendat, mittatur in possessionē causa rei seruandæ: reo postea veniente, iusta probata causa absentiæ restituitur in integrum, vel ad appellandū.

Possideri bona, in possessionē mitti, & restituere possessionē differunt.

¶ Glossa est similis in l. cum proponas. C. de bon. auct. iud. possid. tex. in l. si finita. § nō autem. ff. de dam. infecto.

c ¶ *Possessionem & deiectionem.*] Nota q̄ hæc duo tenetur probare qui petit restitui. s. se possedisse, & spoliatum fuisse. j. de restit. spoliat. olim causam. & j. qui filij sint legi. causam quæ. & idem est si aliquis spoliauit vel mandauit, vel ratam habuit spoliationem. j. de resti. spol. cum ad sedem. ad fin. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deiecisse.

d ¶ *Nisi is.*] Per hanc litteram videt q̄ si ille ꝯtumaciter fuisset absens, q̄ esset restitutio facienda: q̄d non est verum, nisi post litē contestatam: quia tunc si esset contumax, reciperentur testes, & restitueretur, si probasset suam possessionem & spoliationē: & sic intellige versiculū vltimū: alias testes ante litem contestatam pp̄ contumaciam non sunt recipiendi in causa restitutionis. j. vt lit. non contesta. c. 2. & sic mutat casum, s similis mutatio est de causa posses. c. penult. quia s̄. dixit de eo qui erat absens probabili causa, & antequam sciret litteras ꝯ se impetratas: & hic loquitur cum lite contestata, contumax inuenitur: & in eo casu (si liquet de causa) restituitur possessio. j. de dolo & contuma. prout. vel mittitur tantum in possessionem causa rei seruandæ pp̄ contumaciam lite non contestata. j. vt lite non contestata, quoniam. §. in aliis. vel potest intelligi s̄m opinionem illorum, qui dicebant, q̄ lite non contestata possunt recipi testes ꝯ contumacem, & sententia ferri. hæc fuit opinio Hugo. & sic proprie tenetur illud, nisi. Ber.

¶ Cap. 18. eod. tit. in 1. compil. & post Cōcil. Lateranēs. par. 7. c. 10.

¶ Facit tex. in l. generaliter cū mu. ff. de fideicō. & tit. de iud. l. si duo.

a intendit gl. quod sit mutatio in qualitate personæ ipsius. & in statu causæ. Io. And.

ij Sane.] Primo ponit decisa consultatio. Secundo responsio: ibi, *Tuæ.* In qua tria facit. Primo præmittit responsionis causam. Secundo: ibi, *Ideoque.* respondet. Tertio: ibi, *Ita quod.* responsum declarat. Bened. Capua.

Casus. Aliquis clericus vel laicus causam habet cum ep̄o: causa ipsa commissa fuit alicui iudici delegato ꝯ ep̄m, qui delegato non subest: alias quæritur qualiter delegatus ep̄m punire debeat ad aliquid faciendum vel dādum, cum rebellis fuerit ipsi delegato? Rñdet Papa quòd iudex delegatus ab ipso, vices ipsius gerit, & ideo maior & superior est illis quorum causam suscipit terminandam. Vnde si ep̄s vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione ordinaria iudicis delegati, in causa quæ sibi a sede Apostolica delegatur, rebellis & contumax fuerit, iudex delegatus potest ipsum ep̄m interdicere vel suspendere, ita q̄ s̄m qualitatem negotij temperate procedens ep̄o interdicat ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officium, vel terram ipsius ep̄i interdicto supponat. Nota q̄ delegatus vices gerit delegantis. Item maior est illis quorum causam suscipit terminandam. Item contra maiores partes ab initio temperate delegatus procedere debet. Item terra potest interdici pro delicto domini.

e ¶ *Vices nostras.*] Not. q̄ delegatus vicem gerit delegantis. 93. distin. cap. vlti. & 94. distin. cap. 1. & ff. de offic. eius cui mand. est iurisdi. & si prætor.

¶ *Glossa seq. arg. quòd Papa, &c.*

f ¶ *Terminandam.*] arg. 21. dist. c. inferior. & cap. denique. Item maior est ordinario quantum ad causam illam. j. de offic. ordi. pastoralis. Item arg. q̄ Papa potest ligari ab illo, cui peccata sua confitetur. 2. q. 5. mandastis.

g ¶ *Si episcopus.*] cuius causa commissa est delegato: & ita est de iurisdictione delegati quantum ad illam causam.

h ¶ *Persona.*] cuius causa non est delegato commissa: tamen si iurisdictionem delegati impediat, delegatus potest illum punire, vt hic dicitur. & s̄. eod. c. 1.

i ¶ *De iurisdictione.*] quia ex tali delegatione fit de sua iurisdictione, cuius causa est delegato commissa.

facti poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententia, à iudice delegato cōpelli[a]: ¶ Ita quòd iudex secundum negotij qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officium[b] interdicat: aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suā pertinet specialiter[c], interdicto supponat.

¶ Idem Eboraceñ. archiepiscopo, & episcopo Conuentreñ.

¶ *Si primus impetrauit primam dignitatem in ecclesia vacaturam, secundus impetrauit certam dignitatem ipsius ecclesiæ cum vacaret, & illa postmodum vacat: debetur primo, & non secundo. h.d. & est notabilis decisio.*

CAP. XII.

EX† parte N. nobis innotuit, quòd cum ad te frater Conuentreñ. nostras litteras impetrauerit, vt ei archidiaconatum, quem in ecclesia tua primo vacare contingeret, assignares: R. [aduersarius† eius] alias ad te frater Eboraceñ. litteras† impetrauit, nulla de prioribus habita mentione: vt si auunculus suus archidiaconatum, quem habebat in ecclesia eadem, vellet omnino[d] dimittere[e], ipsum ei faceres assignari. ¶ Quoniam igitur, si memores fuissemus, nos pro prædicto N. litteras direxisse, pro aduersario nullatenus scripsissemus: Mandamus quatenus præfato N. archidiaconatum ipsius ecclesiæ (si vacat) nō obstantibus[f] posterioribus litteris, assignetis.

¶ Idem Eboraceñ. archiepiscopo.

¶ *Vbi contraria voluntas Papæ non apparet, delegatus iuris formam seruare debet, & rationabiles exceptiones admittere. Ioan. And.*

CAP. XIII.

ij EX† parte tua: & infra. ¶ Quæstioni tuæ taliter respondemus, quòd si quando iudici delegato expediat, formam sibi statutam seruare, debet tamen rationabiles[g] exceptiones admittere, & in causa iuxta iuris æquitatem procedere: Nisi exprimatur in litteris nostris, quòd nullæ[h] debeant exceptiones admitti: Quod nec nos, nec antecessores nostros credimus[i] vnquam† expressisse.

¶ Idem abbati & conuentui maioris monasterij.

¶ *Delegatio facta dignitati nō expresso nomine proprio, transit ad successorem.*

CAP. XIIII.

QVoniā† abbas Leicestriæ, qui suscepto mandato nostro, partibus diem ad agen-

---

¶ *Glo. seq. no. in pœnis, &c. & signat contrarium.*

a ¶ *Compelli.*] cum habeat iurisdictionem in illū: aliàs nulla esset delegatio talis. j. eod. ex litteris. & ff. de offi. eius cui man. est iurisdic. l. vlt. in fi. & est notabile: quia defert maioribus, in pœnis inferendis pp dignitatem. 5 habes j. de sta. re. ea quæ. primo rñso.

Additio. Sed qđ verum est, ab initio est deferendum.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

b ¶ *Officium.*] Qñ sic specialia interdicuntur, alia nō īterdicta potest exercere. s. de cor. viti. c. significauit. secus si esset simpliciter ab officio suspensus. Ber.

c ¶ *Specialiter.*] Hoc fit cum eps suo noīe conuenit. & est arg. φ ali[9] pro delicto alterius punitur. Itē arg. pro delicto vnius totam terram supponi interdicto. s. de postu. ad hæc. & j. de spon. non est vobis.

EX *parte.*] Diuiditur qa primo ponitur partis cōquestio. Secundo prouisio: ibi, *Quoniā igitur*. Abb.

Casus. Quidam clericus N. noīe impetrauit litteras ad epm Cōuentreñ. vt archidiaconatum, quem in ecclesia ipsius primo vacare contingeret, assignaret eidē: litteris istis p̄sentatis, quidā alius R. nomine litteras alias ad Ebora. archiepm. impetrauit sub hac forma: vt si auunculus eius archidiaconatū quē habebat in ecclesia Conuētreñ. oīno dimittere vellet, ipsum assignaret eidē, nulla de prioribus litteris habita mētione: eps Conuentreñ. hoc intellecto significauit dño Papæ p eundem N. sup negotio isto scribit Papa archiepo & epo p̄dictis dicens, φ si memor fuisset pro dicto N. scripsisse, pro aduersario suo nullas litteras direxisset. Vnde mandat eidē, quatenus p̄fato N. archidiaconatū ipsius ecclesiæ, si vacet, assignent, non obstantibus litteris posterius impetratis. Nota φ si litteræ sup beneficio impetrentur & p̄sententur, litteræ posterius impetratæ sup consimili beneficio in eadē ecclesia, nō facientes de prioribus mentionē, nō valēt.

d ¶ *Omnino.*] i. sine aliqua pactione, conditione, vel modo.

¶ *Glo. seq. obiicit, obiectiom signat contrarium, & solu. ibi. secundo quæritur, arg. pro, & sol.*

e ¶ *Dimittere.*] Videtur φ talis renunciatio simoniaca fuerit, qa q remittit, dat. 8. q. 3. talia. & j. de testib. veniēs. & ff. de calum. quintiam. & ff. quæ in frau. cre. in fraudē. ı Arg. 5. ff. quæ in frau. cre. si pignus. Rū. hæc dictio, oīno, soluit 5. i. sine aliqua conditione. Itē pone φ simpliciter renunciet: sed in aīo habet vt ei detur, aliàs nō renunciaturus, vī φ simonia committitur: sola enim voluntate cōmittitur: sicut vsura, quæ sola voluntate cōmittitur. j. de vsur. cōsuluit. & 1. q. 1. qui studet. sed secus in simoniacis, quia prohibita: secus in prohibitis quia simoniaca. Prohibita, quia simoniaca sunt illa quæ in veteri testamēto nouoq; simoniaca erant in sui natura: vt vendere sacramenta, vt p̄dicto c. qui studet. & c. sicut eunuchus. Simoniaca, quia prohibita sunt illa quæ p constitutionē ecclesiæ facta sunt simoniaca: quale est hoc, & etiā pastum dare post receptionem in canonicum, & in istis non sufficit sola voluntas, nec in alijs, dum tñ sit contenta suis terminis. Quod de vsuris dr, non p̄mouet: quia vsuræ in vtroq; testamento prohibitæ sunt. Vin.

¶ *Glo. seq. contrarium soluit, & remittit.*

f ¶ *Non obstantibus.*] Arg. 5. s. de rescrip. c. 1. ibi; speciale derogat generali. sed hic primæ videntur generales, & secundæ speciales quæ de vno speciali beneficio faciunt mentionem. & tñ non valēt hic secundæ. Sed hic veritate inspecta speciales sunt tam primæ quàm secundæ, ª idest, quia primæ tñ ad vnum beneficium restringuntur, sed hodie in litteris pro beneficiis obtinendis illæ solæ p̄ualent, quæ primo p̄sentantur. s. de rescri. c. capim sanctæ crucis. & s̄m hoc concordat cum illa: quia primæ primo fuerunt præsentatæ, & epo loci hoc mandabatur. j. de appellat. vt debitus. De hac materia dictū fuit s. de rescrip. cap. 1. dic vt ibi.

ij EX *p̄te tua.*] Si simpli scribitur delegato certa forma expressa, debet nihilominus exceptiones rōnabiles admittere, quamquam de eis nihil dicatur in rescripto. h.d. Et diuiditur. nam primo ponitur decisa quæstio. Secundo solutio: ibi, *Quæstioni*. Tertio exceptio: ibi, *Nisi*. Quarto quædam protestatio: ibi, *Quod nec*. Abbas.

Casus. Dñs Papa cōmittit causam aliquā sub certa forma: quærebatur vtrū ille sequi ita debeat formam sibi datam, φ exceptiones legitimas nō admittat? Rñdet Papa, φ licet delegatus seq debeat formam sibi datam, tñ exceptiones rationabiles admittere debet, & s̄m æquitatem in causa p̄cedere: nisi exprimatur in litteris, φ nullæ debeant exceptiones admitti, qđ nō credit nec ipsum, nec antecessores ipsius expressisse. Nota qualiscunq; forma det delegato, exceptiones legitimas recipere debet, quia illud non est 5 formam. Item in iudicis seruanda est æquitas.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. vnā concor. & vnum contrarium. & soluit. in fi. iterum arguit.*

g ¶ *Rationabiles.*] Arg. φ magis est procedēdum s̄m iuris ordinē, q̄ s̄m formam rescripti: sic s. de rescrip. causam quæ inter. Sed 5. s. de rescrip. cum dilecta. Sol. semper sequenda est forma rescripti, si non 5dicat iuri: si vero 5dicat, secus est. s. de æta. & quali. eā te. & hoc verum est nisi Papa ex certa scientia 5rium mandet, tunc est ei obediendum, etsi durum sit mandatum. 100. dist. 5 morem. & 19. distin. in memoriam. & ille qui recipit legitimas exceptiones, secūdum ius facere intelligitur: ad qđ etiam tenetur. s. de æta. & qualit. accepimus. in fin. 3 Item arg. φ si compromisisti in aliquem vt stares mandato suo, intelligendum est de honesto. infra de iureiur. veniens. & c. quintauallis.

¶ *Glo. seq. recitatur per contrarium.*

h ¶ *Nullæ.*] supple, & constet intentionem Papæ talē fuisse & volūtatē: aliàs enim non obstante tali generalitate, rōnabiles exceptiones recipi debent. arg. j. de restit. spol. audita. argu. ff. de pig. obligatione. C. quæ res pig. ob. pos. l. 1. & ff. de pecul. l. qui peculiū. Sed cū specialiter numerauit, & dicit non obstāte tali generalitate, vel tali exceptione, illas nō recipiet iudex. arg. ff. si q s cau. sed & si. §. q̄sitū.

¶ *Gl. seq. allēg. 3. canones in 5rium, & sol. iterum alleg. in 5rium vnā l.*

i ¶ *Credimus vnquam.*] arg. 5. 2. q. 2. lator. & 21. q. 2. placuit. cōtra. 27. q. 1. si homo esses. Sol. in 5riis notum erat Papæ factum ipsum: & quia illa talia sunt, vbi locum non habet exceptio vel excusatio. Item arg. contra. C. de decur. exemplo. lib. 10.

Additio. Sed ibi similiter causa fuit notoria.

QVoniam *abbas.*] Diuiditur: quia prima pars narrat factum: secunda illud approbat: ibi, *Nos*. & pone casum litteralem vt in glo. Abbas.

Casus. Causa 4 fuit ɔmissa duob[9] abbatib[9], s. abbati Leicestriæ, & abbati Vincestriæ, non expressis proprijs nominibus, & ambo citaue-

---

Cap. 17. eod. tit. in 1. compil. & post concil. Lateraneñ. par. 7. c. 21.

Hæc duo verba: aduersarius eius, desunt in antiquis.

Vox, litteras, etiā deest in antiquis.

Facere vt in fraudem qui nō facit quod facere debet, vel non vtitur seruitutib[9]. Ioan. And.

a Idē tenet & Host. vel potest dici φ vtrumq; fuit priuilegiū secundū Lau. de Aret. & sic reprobatur opi. M. vt dixi supra de excep c. 1. Io. And.

Cap. 18. eod. tit. in 1. compilat. & post concil. Lateraneñ. par. 41. cap.

Vox, vnquam, non est in antiquis.

Cap. 19. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lateraneñ. par. 41. cap.

3 Per dicit distinguendū an fiat contra formā & tunc nō valeant post formā & tunc valet allega qđ notat in dic. causā, in 1. glo. & intelliga vt ibi dicit. Io. And.

4 Hic casus Bernardi est, & in vetustis codicibus habet

citauerunt partes, abbate Vincestriæ tādem mortuo, & altero substituto, abbas Leicestriæ pcessit postea cū abbate Vincestriæ substituto, & tulerunt sententiā, & dñs Papa confirmauit illā. Vel pōt poni casus, q abbas Leicestriæ solus citauit mortuo cōiudice suo: quia sub illa forma, q si ambo non potentis, &c. & postea altero substituto cū eo processit, qd bene potuit. & hoc potius cōcordat literę: vt patet in prin. Ber. Not. p hanc decre. q qñ causa committitur dignitati non expresso nomine plati, eo mortuo successor in eadem causa procedere debet. Abb.

a ¶ *Præfixit.*] Et etiam solus potuit præfigere altero mortuo, si continebatur in literis, q si ambo nō poteritis, &c. quia tunc exutit conditio, nec propterea expirauit mādatū quātū ad illū defūctū, sed statim altero substituto, & cōfirmato ambo pcedere debēt: quia temporale fuit impedimētum. C. de cur. fur. l. penul.

¶ *Glo. seq. primo inducit rationē, & unam l. secundo obiicit dupliciter, soluit quód sint nominis expressione iurisdictio expiret per mortem. Secundo quód expressione non obstante transeat ad successorem, & soluit. Tertio quærit, arg. negatiue, & affirmatiue, & soluit distinguendo.*

¶ Cap. 10. et. in 1. compil. & post concil. Lateran. par. 47. ing. 3.

¶ alteram.

dum præfixit [a], abbatem Vincestriæ de nouo substitutum [b] iudici præmortuo, illi mādato nostro porrecto: quia sub expressis nominibus locorum & non personarum commissio emanauit, sibi socium in causæ cognitione adiūxit: Nos sententiam illorum (sicut est iusta [c]) ratam & firmam habemus.

¶ Idem.

¶ *Si quæstionem de iure præsentandi Papa delegat appellatione remota, & sub ea forma, vt delegatus ad præsentationem eius ad quē viderit pertinere, ordinet ecclesiam: per hoc non habet instituere, sed pronunciare: & is ad quem pertinet, instituet: & si iuri suo detrahitur, licite appellat.*

CAP. XV.

din faciatis inuiolabiliter obseruari, donec eidem patriarchæ de iniuriis irrogatis sufficienter fuerit satisfactum [a]. ¶ Si vero constiterit primas litteras per secundas legitime reuocatas:cum appareat primos iudices iurisdictionem nullam penitus habuisse: & ita constet per consequentiam, patriarcham ipsum non recepisse iurisdictionem, vel coerctionem aliquam ab eisdem,prædictam interdicti sententiam denuncietis [b] irritam & inanem [c].

¶ Idem episcopo Pictauien.

¶ *Iurisdictio delegati re integra morte mandantis expirat,*

CAP. XXX.

Licet † vndique: & infra. ¶ Cum igitur duxeris requirendum,si causam tribus iudicibus delegamus, apponi in litteris nostris illam clausulam facientes:[Quòd si nõ omnes [d] his exequendis poteritis interesse, duo vestrum nihilominus eam † exequantur] & vnus postquam commiserit cuidam ex alijs vices suas, de medio sit sublatus, tertius vt suspectus [e] merito recusetur: an collega superstes suo nomine, ac defuncti, possit negotium diffinire? ¶ Inquisitioni tuæ taliter respõdemus, quòd si iurisdictione à suo sibi collega delegata, eo viuente vti non cœperit [f]: quia mandatum huiusmodi re integra [g],morte mandatoris expirauit: non habet solus officium iudicandi. si vero ante mortem illius iurisdictione vti cœperit taliter demandata, vices suas & illius poterit adimplere.

fuit pro cõtumacia,vel alia causa,quę non fuit manifesta, vt dicit T.Sed obstat quod ibi dr̃,vel qualibet alia causa.Lau.dicit ꝙ ideo statim recepta cautione absoluitur,ne in excõicatione decedat [2]. Sed dic cum T.ꝙ non ꝯdicit,& ꝙ dicit,pro qualibet alia causa,q̃ non sit manifesta:quia si causa illa nõ est manifesta, statim debet absolui ante satisfactionem,nec tenetur satisfacere.nec debet cõpelli nisi primo constet de illa iniuria vel offensa.

b ¶ *Denuncietis irritam.*] Ex hoc patet ꝙ sententia quæ nulla est, non est executioni mandanda,immo exequenti impune non paretur.arg.ĩ.eod.si qñ.immo & violẽter resisti põt ei,vt hic,sicut resisti põt [3] officiali veniẽti ad accipiendũ bona alicuius:nisi prius ab imperatore forma fuerit data.C.de iur.fis.prohibitũ est,lib.10.licet ita sit,non tñ patriarcha iste tenetur iniuriarum, cũ hoc ignoraret,quia putabat sententiam aliquã fuisse.arg.ff.vi bon.rap.l.2.§.si publicanus.arg.ĩ.de senten.excom.sacro.

¶ *Glo.seq.arguit, & reprobat.*

c ¶ *Et inanem.*] Vt puta latam à iudice non suo.Et põt notari arg. ꝙ patriarcha siue archiep̃s nõ est iudex ordinarius in prouincia. arg.9.q.3.conquestus.sed hic nõ procedebat patriarcha ordinaria potestate,immo delegata tñ, & sic non colligitur illud arg.hic.

Licet vndique.] Clausula illa [ꝙ si nõ omnes duo,&c.]purificat in vno vicem alterius habente,etiam duobus impeditis.h.d. Communis diuisio.secunda:ibi, *Inquisitioni.* Abb.Siculus.

Casvs. Causa commissa est tribus iudicibus à domino Papa sub hac forma:ꝙ si non omnes,& c.vnus commisit cuidam de socijs suis vices suas, & tandem mortuus est,tertius tamquam suspectus fuerat recusatus:quæritur an superstes nomine suo & defuncti possit negotium diffinire? Respondetur ꝙ si iudex iste non cœpit vti iurisdictione sibi à consocio delegata eo viuente,iurisdictio expirauit per mortem mandatoris re integra: si vero ante mortem illius cœpit vti iurisdictione sibi commissa,vices suas & illius poterit adimplere.Not.ꝙ re integra morte mandatoris finitur mandatum.Item per solam citationem perpetuatur iurisdictio delegati.

d ¶ *Omnes.*]ĩ.eod. [4] prudentiam.

e ¶ *Suspectus.*] Vt [4] ĩ.eod.causam quæ.& ĩ.eod.insinuante.

f ¶ *Vti non cœperit.*] saltem per citationem.ĩ.eod.gratũ.ĩ.de offi.leg.c.vlt.ff.de iud.si quis postea.ff.de polli.l.1.ff.de nego.gest.nam & Seruius.§.si viuo.

¶ *Glo.seq.ponit dictum, cui signat contraria, & ponit casum exceptum:deinde quærit,argu.pro & contra, & soluit.iterum subdit tres quæstiones, & soluit, & vltima solutioni signat contrarium.*

g ¶ *Re integra.*] Et ita soluitur mandatum re integra morte alterius, tam mandatoris quàm mandatarij, & idem est si reuocetur expresse re integra. Insti.man.§.recte.& §.seq.soluitur etiã morte litigatoris re integra.ĩ.de rescrip.significauit.arg.ff.qui satisd.cogan.si decesserit.arg.cõtra.ff.fami.ercisc.si vni.§.Neratius. Itẽ arg.ꝯ ꝙ non soluatur morte litigatoris.ĩ.de iud.qa V.& ff.de fideicom.lib.l.cum quasi. Quod autem dicitur,morte mandatoris finiri mandatum: [5] illud verum est nisi sit tale mandatum quod post mortem necesse sit adimpleri.ff.man.si vero non remunerandi.§.vlt.sed pone ꝙ plures causæ committantur per vnum rescriptum, citatio fit in vna causa, & non in alia, nunquid perpetuatur iurisdictio sup alijs? Arg. ꝙ nõ.2.q.3.c.si quem.§.notandum.ver.abolitio.& 2.q.6.ei qui.§.diffinitiua.& §.quãdoque.arg.ff.de appel.cum in vna.& ff.de neg.gest.nam & Seruius.§.si viuo.ff.de mino.etiam.§.ex causa.argu.contra,ꝙ quantũ ad omnes sit perpetuata iurisdictio.C.de duo.reis.l.vlt.verum est ꝙ non est perpetuata iurisdictio nisi in causa illa pro qua citatio facta est, vnde mortuo mandatore expirat iurisdictio quantum ad alias. Sed quid si moriatur ante declarationem rerum facta citatione? Arg. ꝙ nõ potest ꝓcedere.ĩ.de rescrip.pastoralis.in fi.quia plures causæ intelliguntur,licet contra vnum tantum.arg.ĩ.oĩu.proxi.nouit.Item quid si delegatus non moritur, sed deponitur? non procedet.Quid si excommunicatur?tunc procedet delegatus:quia morte naturali confirmatur donatio,& non ciuili.ff.de dona.inter vir.& vxo.cum hic status.§.donetur.& ĩ de celeb.miss.cum Marthæ.§.cæterum.arg.contra in decret.Innocen.quarti,de offi.vicar.Romana.[lib.6.]

¶ Idem episcopo Baiocen.

¶ *Non creditur quis delegatus,nisi delegationem probet.*

CAP. XXXI.

Cvm † in iure peritus: & infra. ¶ Præterea quæsiuisti, cum tibi ab aliquo sub hac forma mandatur:Auctoritate qua fungor, † iniungo, vt talem denuncies excommunicationis sententiæ subiacere: ac tibi super mandato [h] Apostolico hæsitanti, ab aliquo non sit facta fides †: an mandatum huiusmodi exequi tenearis? ¶ Super quo tibi huiusmodi damus responsum,quòd nisi de mandato sedis Apostolicæ certus extiteris,exequi non cogeris quod mandatur.

¶ Idem Parisien.& Trecen.episcopis,& abbati sanctæ Genouefæ.

¶ *Per procuratorem non habentem mandatum, de re ad rem, iurisdictio prorogari non potest.*

Cvm in iure peritus.]Non tenetur quis parere mandatis asserentis se delegatum:nisi mandatum probet. Cõis diuisio. secunda:ibi, *Super quo.* Abb.Siculus.

Casvs. Aliquis delegatus mãdat alicui sic:Auctoritate qua fungor tibi iniungo,vt Titium denuncies excommunicatum. Iste cui hoc mandatur,de iurisdictione illius dubitat,nec super hoc fidem facit eidem:quæritur an teneatur exequi mandatum illius? Respõdet ꝙ nisi de mãdato Apostolico fiat fides, non tenetur exequi qđ mandatur.Not.ꝙ nisi delegatus ostendat iurisdictionem suam, nõ est ei credendum, si dicat se delegatum.

¶ *Glo.seq.not.sententiam delegati sine cõmissione non probare,dat simile.dicit secus in ordinario.instruit partem,instruit etiam absolutum.*

h ¶ *Super mãdato.*]Sed hoc valde notabile est [6], ꝙ licet exhibeatur sententia delegati, ei tamen non creditur.nec præsumitur pro sententia,nisi ostendatur cõmissio:nec creditur iudici si se delegatum dicat.arg.ĩ.de test.cum à nobis.& idẽ dicit l.in arbitro. quia non statur verbo eius,si dicit iuramentum à partibus interpositũ.C.de arbi.l.4.§.si autem.C.de man.prin.l.vnica [7] Caueat ergo quicunque

---

Margin notes:

[1] Cap.9.e.tit.in 3.compilat.

[1] ex

[2] Addetex tũ cũ glossa in c.ex tenore.&c.a.porrò.infra de sent.excom.

[2] Vnde si est idem est loquitur in ægroto: vel loquitur in eo qui non põt statim satisfacere, ff.de iud.si se non obtulerit.§.1.de prætor.Io.An.

[3] Ex quo est notorius factus si debuit,vel nõ sit veritas patefacta: & sic soluitur contrarium quod glos.signat pro similis.supra eo.si qñ.& supra eo c.proxi.§.quia vero secundũ Host.Ioh.And.

[4] Hæ duæ glossulæ nõ sunt Bernardi.

[4] Cap.10.eo.tit.in 3.compilat.& est pars decretalis eius in re.re.quam habet supra tit.de officio.

[5] Alibi ita tibi iniungo.&c.

[5] Vide l.quicunque.ff.de pub.& not.in l.sinendam.ff.de verbo.obli.

[1] Adde ꝙ hoc not.in l.non qui in prouincia.in glo.ignorabat.& ibi Bart.ff.si cer.pe.ta.

[6] Delegati sententia nõ creditur nisi commissio ostendat.

[7] Idem in officialibus Cesarianis volentibus capere alicuius bona tamquã fiscalia, quibus nõ creditur sine literis.C.de iu.fis.l.prohibitũ.lib.10.secundũ Goff.Ioan.And.

CAP. XXXII.

Cvm† olim abbas, & conuentus Vergiliaceñ. sua nobis conquestione monstrassent, quòd comes Altissiodoreñ. quoddam stagnum, molendinum, & domum, in terra eorum construere nitebatur, in ipsorum † præiudicium & grauamen: episcopo & thesaurario Niuerneñ. commisimus causam ipsam. Per quorum litteras accepimus, quòd lite super petitionibus ecclesiæ contestata, receptis vtrinque testibus, & attestationibus publicatis, cum super dictis testium inter partes fuisset postmodum disputatum: Tandem pars comitis proposuit, quòd de damnis in nemoribus, & rebus aliis datis, super quibus testes deponere videbantur, cognoscere non debebant: cum in rescripto[a] nostro nulla† de damnis mentio haberetur: & infra. Iudices autem interlocuti sunt†, quòd super damnis datis à comite, ad eos cognitio pertinebat. Quo audito comes ad appellationis beneficium conuolauit. Vnde ipsum iudices euocatum, & nec per se, nec per responsalem idoneum comparentem, excommunicationis vinculo adstrinxerunt: & infra. ¶ Quia vero super damnis datis antequam[b] lis fuerit contestata, nequaquam ad dictos iudices cognitio pertinebat, cum in rescripto nulla de illis mentio haberetur, nec ad ipsos potuerit iurisdictio prorogari: cum procurator[c] ad illa solummodo intelligatur constitutus, quæ in commissionis litteris inueniuntur expressa†; & postquam comes publicatis attestationibus intellexit, super his fuisse depositum, protinus[d] contradixit; Nos eosdem iudices pronunciauimus minus iuste interlocutos fuisse: ac sæpedictum comitem, qui ob hoc ad appellationis beneficium conuolauit, excommunicationis sententia non fuisse ligatum[e].

¶ Idem Senoñ. archiepiscopo.

¶ *Qui acta causa relationis iudicum delegatorum sigilla violando aperuit, non auditur postmodum contra illa.*

quicunque impetrat à principe causam committi alicui vel delegari, vt si sententia lata fuerit pro eo à delegato, ita bene custodiat commissionem sicut ipsam sententiam: lapsu enim temporis si conueniretur, & ostenderet sententiam sine commissione, non valeret ei nisi probaret de commissione. Sententiæ vero ordinarij semper statur, & pro ea præsumitur: quia ibi constat de iurisdictione. j. de re iud. sicut. & 2. q. 6. hoc etiam. Lau. Si tamen publicatum fuisset rescriptum in iudicio: videtur q̃ sufficiat, si de hoc constat: licet postea sit amissum. j. de priui. cum olim. C. de testa. publicati. & j. de fide instru. cap. fin. item si sententia redacta est in publicam chartam, videtur q̃ sufficiat. j. de testi. significauit. & in Auth. vt fratrum filij. §. 1. coll. 9. licet sit arg. contra. j. de re iud. cum inter vos. Item sufficit si habet subscriptionem testium. 16. q. 3. c. dilecto. §. potest. Sed videtur q̃ hodie sufficiat sola tabellio ad imponendam fidem sententiæ. j. de proba. quoniam contra falsam. Vt nulla sit dubitatio, ita debet fieri quod auctoritate iudicis rescriptum domini Papæ solemniter in publicam formam redactum inseratur in ipsa sententia iudicis auctoritate, & alia instrumenta procuratoria: quia idem iuris est de illis, vt si ostenderetur sententia lata in personam procuratoris vel syndici; vel in contrarium, si nõ constaret de mandato procuratorio, sententia non valeret, nec staret ei si negaret illũ fuisse procuratorem: sed postquam in ipsa sententia inseritur huiusmodi instrumenta, & rescriptum, iudicis auctoritate stabitur postea sententiæ, etiam si originalia rescripta non appareant. C. de testa. publicati. Item caueat in sententia excommunicationis, vt qui absolutus est, custodiat instrumentum siue litteras absolutionis, per quas tutus existat si ei obiiceretur excõmunicatio: aliàs posset ei periculum generari: vt s. de electio. venerabilem. & j. de cleri. excom. mini. proposuit. arg. opt. q̃ ita sit faciendum. Bernar.

Cap. 12. eod. in 1. compilat.

corum

Aliàs, ita nulla de damnis datis, &c.

formam

Cvm olim abbas.] Excommunicatio lata post appellationem legitimam est nulla. hoc dicit secundum litteram. Diuiditur in duas partes principales. secunda: ibi, *Quia vero.*] Et prima pars sex facit. Nam primo ponit causæ commissionē. Secundo: ibi, *Per quorum.* processum. Tertio: ibi, *Tandem pars comitis.* exceptionem. Quarto: ibi, *Iudices.* iudicum interlocutionem. Quinto: ibi, *Quo audito.* comitis appellationē. Sexto: ibi, *Vnde.* ipsius excõicationē. Abb.

Casvs. Comes Altissiodoreñ. quoddam stagnum, & molendinum, & domũ volebat construere in præiudicium & grauamen monachorum Virgiliaceneñ. monachi causam sup hoc epõ & thesaurario Niuerneñ. obtinuere cõmitti, lite contest. super petitionibus monachorũ, receptis vtriusq; partis testibus & publicatis, & cũ super illis fuisset à partibus disputatũ, comes proposuit, q̃ super damnis in nemoribus & rebus aliis datis, sup quibus testes deposuerunt, cognoscere non debebãt iudices: cum de his in rescripto nulla mentio haberet. iudices interlocuti fuerunt, q̃ sup damnis datis à comite ad eos iurisdictio ptinebat: quo audito comes statim ad sedem Apostolicam appellauit. sed iudices nõ obstãte appellatione reuocauerunt ipsum: & quia non venit, nec misit, excõmunicauerunt eundem, & p litteras suas negotium domino Papæ intimauerunt. sup hoc rescribit Papa quibusdã iudicibus dicens, q̃ sup damnis datis ante litem contesta. cognitio ad dictos iudices non pertinebat, cum de damnis in rescripto nulla mentio haberet, nec pcurator potuit sup his ad iudices progare iurisdictionẽ, cum ad illa solũmodo constitutus intelligatur, q̃ in rescripto continentur, & quàm cito comes intellexit sup dãnis fuisse depositum, statim contradixit: vnde Papa pronunciauit iudices illos perperam processisse, & sæpedictũ comitē, qui pp hoc appellauit, excõicationis sententia non fuisse ligatum. No. q̃ prorogatio iurisdictionis fieri nõ potest per procuratorem domino ignorante. Item procurator datus ad causam certam, ad aliam non potest extendere suum officium. Item fines mandati diligenter seruandi sunt. Item si dominus non contradicat facto procuratoris excedentis fines mandati, ratum habere intelligitur. Item sententia excõicationis lata post legitimam appellationem nulla est.

a ¶ *In rescripto.*] Et ideo non valuit quod factum est, si formam mandati transgressi sunt. s. de rescrip. cum dilecta.

b ¶ *Antequam.*] Maxime,[a] quia nec post litem cõtestatam: quia dominus non habuit ratũ factum pcuratoris, immo postquam sciuit, statim contradixit.

a Hæc glossula nõ est Bernardi nec habet in antiquis codicibus.

¶ *Glos. seq. recti. per q. an per procuratorem fiat prorogatio.*

c ¶ *Cum procurator.*] qui simpliciter constitutus fuit ad cãm prędictis iudicibus delegatam. Et not. q̃ licet per principales psonas posset fieri prorogatio iurisdictionis. ff. de iud. l. 2. §. sed & si iudex. & l. de qua re. §. 1. per procuratorem tamen fieri non potest, cum de hoc non fuerit cogitatum quando constitutus fuit procurator. arg. ff. de auro, & argen. lega. si ita. ff. de trãsact. cum Aquiliana. ff. de contrahen. empt. Rutilia Polla. & C. de transact. transactionis. fin. ff. de iureiuran. l. Iusiurandũ. §. procurator. & 22. q. 2. ne quis arbitretur. Qualiter fiet prorogatio, dicet j. eo. P. & G. prætextu enim vnius articuli non debent super alio probationes admitti. C. qui leg. perso. l. vlt. & ff. de iuretur. si duo patroni. §. Iulianus. circa fi. & alia dicta non valẽt, cum iurent super alio articulo. j. de testa. de testibus.

Vide tex. in l. 2. & ibi Bart. in hn. ff. si cer. peta.

Dicto, &c. deest in pluribus manuscriptis.

¶ *Glossa sequens recti. per q. an taciturnitas domini sibi noceat, cum scit procuratorem excessisse mandatum. secunda para recti. per q. an prorogatio temporis iurisdictionis fiat per procuratorem. Finis recitatur per obiectionem.*

d ¶ *Protinus contradixit.*] Ex hoc videtur q̃ si procurator fines mãdati excedit domino sciente, q̃ præiudicet domino nisi statim contradicat,[a] arg. 54. distin. si seruus sciente. arg. j. de his quæ fi. à prę la. fine consen. cap. c. 2. ff. quod cum eo qui in alie. po. l. vlt. ff. de insti. sed & si. in prin. ff. ad Macedo. si filius 2. C de nup. si vt proponis. & si iudex scientibus partibus excessit fines etiam mandati, eis præiudicat. arg. C. communia vtriusq; iudi. l. 2. aliàs nõ pręiudicat factum procuratoris domino ignorante. C. de procu. si procurator. ff. de procura. si ignorantis. Item no. q̃ licet procurator nõ possit prorogare causam de re ad rem, tñ videtur q̃ posset progare de tẽpore ad tẽpus: quia qui dat procuratorẽ vt consessim agat, intelligendum est permittere procuratori, & postea litem peragere. ff. de procur. qui procuratorem. Itẽ procurator mandatũ prorogare potest ad id qđ est prope mandatũ. s. de elec. in causis. & s. de renun. post translationẽ. & ff. iud. sol. iam tñ. §. vlti. & prorogat ad ea quæ sunt præparatoria mandato. ff. de procu. ad rem mobilẽ. & l. ad legatum. & accessoriũ ipsius siue sequelã. ff. de instito. l. cuicumq;. §. si ei quẽ. in fi. Prorogatio de re ad rem, inuito reo nõ valet deficiẽte iurisdictione: quia imperator inuito reo nõ põt extẽdere rescriptũ ad alias res, quas in rescripto nõ expressit, vt in c. isto cõtingit: sed p recõuẽtionẽ bene extendit ad res alias inuito actore, de quib. nulla mẽtio habita est in rescripto, si actor psistere velit i sua petitione. s. eo. prudentiã. i fi. & est rõ. j. de mu. pet. c. 1. Ber.

a Host. contra quo ad hũc casum, cum nullũ esset iudicium ipso iure. ff. de iudi. licet. qđ puto ę per iurisdictionẽ delegatum. si ergo vera glo. in processu habito per procuratorem vltra formã mãdati coram ordinario, vel delegato, in quo iudex erat. Io. And.

e ¶ *Legatum.*] quia non habebãt iurisdictionem super damnis. sic s. eo. ex litteris. Vnde posset agere contra iudices ad interesse, qui eum iniuste excommunicauerunt. j. de sen. excom. sacro. & hic error eos excusare non potest.

Cum olim

CVm olim magister.] Prima pars decisę ponit factum principale. Secunda: ibi, Verum. narrat culpā illius B. Tertia: ibi, Qui postmodum, ponit ipsius confessionē & excusationē. Quarta: ibi, Sane. excusationis reprobationem. Quinta: ibi, Sed vt. culpæ punitionē. Abbas Siculus.

CASVS. M. archidiaconus, & B. præpositus adinuicem permutauerunt dignitates suas: occasione huiusmodi permutationis orta fuit quæstio inter ipsos, causa super hoc cōmissa fuit quibusdā iudicibus. tandem cū processissent in causa, ad sedem Apost. transmiserunt acta ipsius causæ per dictum B. qui non erubuit aperire litteras iudicū, quas dño Papę debuit fideliter præsentare. Ipse in pñtia Papæ se excusabat dicens, quòd iudices perperam processerunt ꝫ ipsum. Vnde timens ne litteras portaret Vriæ, scripta illorum aperuit, & qđ suspicatus fuerat, adinuenit. Super hoc dicit Papa, si iste B. considerasset qđ melius expediret, vel nō recepisset scripta suspecta, vel ea recepta sibi fidelr pñtasset, & ostēdisset corā ipso causam suspicionis: pręterea non conquerebaꝫ de iudice quē Papa ei concessit, sed de illo quem ipse duxerat eligendū, & iudices conquerebātur de ipso: vnde Papa verbis illius fidē noluit adhibere, sed vt puniaꝫ in quo peccauerat, Papa contra acta iudicum quæ violauerat, ipsum noluit exaudire, ne de dolo suo cōmodum reportaret. Not. ꝙ litteras iudicum nullus debet aperire iudicibus ignorantibus. Item punitur quis in eo in quo peccauit. Item dolus suus nemini prodest.

† Adde ꝙ talis incurrit pœnam falsi glo. & ibi Bald. in 10. col. de pa. Consta. in glos. in ver. sigilla.

† Processerunt.

† Aliàs, & acta.

2. Reg. 11

† Hæc clausula: motu proprio, qđ operetur, tradit Felynus c. nonnulli. de rescript. & late Gabrielius in com. concl. tit. de clausul. cōcl. 2.

† Violauit.

† In vno vetustissimo ita: ipsum sicut nec debuimus, nec voluimus exaudire.

CAP. XXXIII.

CVm olim [a] magister S. & B. archidiaconatum, & pręposituram adinuicem commutassent: & infra. ¶ Verum dictus B. delegatis nostris non deferens, immo verius delegan-ti [b], sigilla violauit [c] illorum †, & scripta quæ nobis fuerant præsentanda, non erubuit aperire. Qui postmodum in nostra præsentia constitutus, aduersario pręsente, in excusationem suam proposuit, quòd iudices perperam processerant † contra ipsum, cum † acta in scriptis minus fideliter redegissent: vnde timens ne litteras portaret Vriæ [d], illorum scripta aperuit, & quod suspicatus fuerat, adinuenit. ¶ Sane si quod expediret melius notauisset: vel nō recepisset scripta suspecta, vel recepta nobis fideliter pręsentasset, & ostendisset causam suspicionis propositę coram nobis. Pręterea cum non conquereretur de iudice, quem ei proprio motu [e] † concessimus: sed de illo potius quē ipse duxerat eligendum, & iudices suas nobis per eum litteras destinassent, de ipso pariter cōquerentes, verbis ipsius fidem non duximus adhibendam. ¶ Sed vt in eo saltem puniretur, in quo peccauerat [f] contra acta iudicum, quę temere violarat †, ipsum † (sicut nec debuimus) noluimus exaudire: ne videretur [g] dolus suus ei patrocinium attulisse.

a ¶ Cum olim.] Hæc decre. & illa quam habes ĩ. de rerum permuta. cum olim. loquuntur de eadem materia.

b ¶ Delegantı.] Cuius vicem gerebant. ŝ. eo. sane. iniuria enim iudicum, ad eum pertinet cuius legatione funguntur. 2. q. 7. accusatio. in fi. & 3. q. 1. nulli. immo ipsos tamquam delegantē honorare debent partes. 93. dist. c. vlti. & 94. dist. c. 1.

c ¶ Sigilla violauit.] & ideo est puniendus tamquam falsarius, & ob hoc solum priuari debuit beneficio. ŝ. de rescrip. olim. & ĩ. de fal. ad audientiam.

¶ Glo. seq. recitat historiam.

d ¶ Vria.] Tangit illud quod legitur in lib. Regū. cum Vrias rogatus à rege Dauid nollet accedere ad Bersabe vxorem suā, quā Dauid rex cognouerat, timēs ne concepisset ex eo, sicut & fecerat, qđ cū ipse facere nollet, rex remisit Vriā ad Ioab principē militiæ cū litteris continentibus, vt poneret eū inter fortissimos hostes, vt occideretur ab eis, qđ & factū est. sed iste stultus fuit, quia recepit litteras illas, & habebat eas suspectas: quia primo debuit eas videre diligenter, & si quid inesset iniquum, debuit ꝫdicere relationi iudicum, si ꝫ veritatē referebant: iudices enim debēt ostēdere partibus relationē quā faciunt superiori. 2. q. 6. biduum. in fi. & C. de rela. l. 1. & 2. alias posset appellare, vt ibi: & quotiēs iudex se relaturū pollicetur, illico litigatoribus acta edere teneꝫ. ĩ. de appel. intimasti.

Lib. 2. Reg. cap. 11.

¶ Glo. seq. not. & alleg. iura in contrarium.

e ¶ Proprio motu.] Sic ergo vꝫ, ꝙ iudex maxime quē princeps concedit, possit recusari. Arg. contra. ĩ. de app. nouit. & ff. de offi. pręf. pręto. l. 1. credit enim princeps nō aliter fore iudicaturū, q̄ ipse esset iudicaturus, vt ibi dꝫ. Arg. ꝫ. Institu. de satis. tut. in prin.

f ¶ Peccauerat.] Sic sup̄ a de transla. c. quanto. & c. inter corporalia & ĩ. de iure patro. pastoralis. in fi. & ŝ. de tēp. ord. litteras.

g ¶ Ne videretur dolus.] Quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. ŝ. de rescriptis. sedes Apostolica. ĩ. de testa. c. officij.

¶ Idem abbati & capellano sanctæ Mariæ Bononiensis.

¶ *Delegatus non tenetur admittere collegam sibi adiunctum per litteras surreptitias, nec ipsius subdelegatum, hoc dicit secundum vnum intellectum. vel sic: Delegatus subdelegatum collegæ impediti non tenetur admittere, si in rescripto est clausula, quòd si ambo, &c. hoc dicit secundum alium intellectum.*

CAP. XXXIIII.

COram † dilecto filio M. diacono Cardinali (quem tibi & H. nuncio, & clerico sanctæ Agathæ aduersario tuo, qui cum instrumentis eiusdem ecclesiæ, sed absque litteris [h] de ratihabitione, ad Apostolicam sedem accesserat, sed de rato cauerat, sub fideiussoria cautione †, concessimus auditorem) proponere † curauisti: quòd cum quidam in parochia sanctæ Mariæ, in honorem beatæ Agathæ ecclesiam construxisset, Alexander † Papa præde. noster causam super hoc abbati sancti Stephani, & Priori sancti Victoris cōmisit terminādam: qui pro ecclesia sanctæ Mariæ diffinitiuam sententiam protulerunt. ¶ Verum capellanus sanctę Agathę, sententię parere contempsit. Cumq; super eadem causa coram Ferrariensi episcopo, per annum disceptatum fuisset, pars ecclesię sanctę

COrā dilecto.] Sunt quinque partes. In prima petitio & allegatio appellari. In scđa: ibi Nuncius. petitio & rñsio appellātis. In tertia: ibi, Sed ecōtra. replicatio appellati. In quarta: ibi, Idē igitur. pnūciatio auditoris. In quinta: ibi, Nos ergo. pronunciationis cōfirmatio. Ab. Sic.

CASVS. Archipresbyter de Pastino cœpit ædificare in parochia sanctæ Mariæ de porta Rauennaten. ecclesiā ad honorē sanctæ Agathæ, post app. à rectore sanctæ Mariæ interpositā, sed ipse nihilominus ecclesiā construxit. Vñ rector sanctę Marię, impetrauit sup hoc causam ꝯmitti abbati sancti Stephani, & Priori sancti Ioānis in mōte, q postmodū tulerūt sñiam pro ecclesia sanctæ Mariæ, sed capellanus sanctę Agathæ sñiam illā noluit obseruare: vnde sup eadē causa sine ꝯfirmatione, secūdæ litteræ impetratæ fuerunt ad epm Ferrariē. ad petitionē ecclesiæ sanctæ Mariæ; cūq; sup causa ipsa lite contest. & testibus receptis p annū & amplius disceptatū fuisset, pars ecclesię sanctę Agathę, de his oībus mentione non habita, fecit adiungi epo Ferrarieñ. magistrū L. Bonoñ. canonicū sub hac forma, ꝙ si ambo interesse nō possent, tu frater epe ĩ causa pcedas. magister L. cōmisit alij vices suas, sed eps ipsum admittere noluit, sed solus in causa pcedēs sñiam à primis iudicibus latā confirmauit: & cū dictus capellanus sñiam illā con téneret obseruare, partes ad sedē Apo. habuere recursum: sed quia nuncius sanctæ Agathæ nō habebat litteras de rato, cauit p fideiussores, ꝙ dñs ratū haberet, offerēs petitionē in qua petebat Ferrarieñ. epi sñiam cassari. Nuncius vero sanctæ Mariæ corā auditore vtriq; parti concesso oīa pdicta proposuit, petēs sñiam Ferrarieñ. epi confirmari: pars aduersa sanctæ Agathæ proposuit ex aduerso; ꝙ cū dictus magister vices suas aliis cōmisisset: epS subdelegatum admittere noluit, sed post app. solus in causa processit, vñ petebat sñiam epi infirmari. Rñsum fuit econtra, ꝙ solus eps pcedere potuit, quia in litteris secundis continebaꝫ, ꝙ si ambo interesse non possent, eps solus pcederet: q̄ clausula (vt allegabaꝫ) locū non habet si p se vel p aliū interesse non posset: quia id raro contingeret: vñ petiit sñiam epi confirmari. His & aliis intellectis Cardinalis sñiam Ferrarieñ. epi confirmauit, parti alteri ppetuum silentiū imponens: & dñs Papa sñiam eius auctoritate aplica cōfirmauit. No. qñ quis non habet mandatum, si est coniuncta psona, admittiꝫ ad agēdum, si caueat de rato; sed cautio rati tunc regulariter pſtatur, cum de mādato dubitatur. Itē litteræ veritate tacita impetratæ, nō valent: & ideo hic non valuerunt litteræ illius magistri, quia non faciebant mentionem de litis contest. & de testibus iam receptis, & sic pars sanctæ Agathæ consenserat in episcopum.

† Cap. 1. ĩ. de parochiis, & alie parochiæ – nus. in 3. cōpilatione.

† Infra ꝙ clericus comparens pro alios, si non probas plene de mandato: tenetur de rato cauere. Auth. generaliter. C. de epis. & clericis.

† In codicis Barbatię ita: constituimus proponere curauisti.

† In antiquis ita: Alexander predecessor noster.

¶ *Glo. seq. obijcit quòd admitti non debuerit: & soluit dupliciter. secundo obijcit de fragilitate cautionis: quod etiā dupliciter soluit. tertio arguit. quarto obijcit, quòd etiam sine cautione debuerit admitti, & soluit.*

h ¶ Absque litteris.] Et ideo audiri non debuit. ĩ. de procu. c. 1. nisi cauisset

Agathæ horum veritate suppressa[a], magistrum L. Bonon. canonicum obtinuit eidem episcopo in causæ decisione[b] adiungi; qui cum causæ interesse non posset, prædictus episcopus, cui per sequentes litteras mandabatur, vt si ambo interesse non possent mandatis Apostolicis exequendis, ea ipse nihilominus adimpleret; sententiam[c] prædictam confirmauit: & infra. Nuncius vero ecclesiæ sanctæ Agathæ inter alia proposuit, quod cum dictus magister L. vices suas alii delegasset, episcopus admittere noluit[d] subdelegatum: sed post appellationem ad nos interpositam, solus in causæ cognitione processit: & infra. Sed fuit econtra responsum, quod Ferratien. episcopus solus procedere potuit, cum in vltimæ commissionis litteris fuisset insertum, quod si ambo interesse nō possent, prædictus episcopus nihilominus exequi procuraret: quod non intelligitur[e]; vt si per se, vel per alios interesse non possent:[f] quia id raro vel numquam contingeret: sed si non posset personaliter interesse. Idem igitur Cardinalis latam ab eodem Ferra-

[1] Licet nō esset argumento vtrius, in causa tamen appellationis ... per hoc secundū Pet. & Abb. & Ip. dicens, q præstitit cautionem de rato, quia ... debuit ... cauere de iudicato soluendo. ... Io. An.

causisset de rato. Sed qualiter admittitur iste H. ad agendum[1] contra sententiam, cū non haberet mandatum? Ad hoc dici potest, q ideo admissus fuit, quia erat coniuncta persona, quia clericus illi ecclesiæ & canonicus plebis de Pastino, cui subest ecclesia sanctæ Agathæ, & coniuncta psona, licet admittatur ad agendum, cauere tn debet de rato. ff. de pcu. sed & hæ personæ. & l. Pomponius. §. fi. & ideo cauet de rato; quia potest cōtingere, q illi de plebe non habebunt ratum, vnde eis res iudicata non nocesset. C. qui. res iudi. non nocet. l. 1. & ideo ille H. cauit de rato sub fideiussoria cautione. Vel potest dici, q ideo cauit de rato, quia de mādato dubitabatur: quia tunc habet locū cautio rati; vt C. de procur. l. 1. Sed vr q cautio ista fragilis sit: quia ex ea non potest agi ad interesse: cum res talis sit quæ nō potest æstimari: vnde non vr admittenda pp fragilitatē ipsius. ff. ad Treb. l. q ita. §. t. & j. vt lit. nō conte. accedens 2. sed agi potest ad impensas factas in lite. ff. rem ra. hab. si fine. §. cum autem procurator. & hoc magis expedit reo: vt dicit Io. q ei caueatur de rato q̄ probetur mandatum, quia per hoc consequitur sumptus: vt hic dicit. sed credo q in tali casū cum res talis sit quæ æstimari non possit, tutius esset reo si illi probet mandatum, quia dñs postea contra sententiam venire non potest. sed forte ex ista cautione posset agi contra fideiussores ad interesse, si dñs rem ratam nō habuerit. & æstimabitur inquantum læsa sit ecclesia, q oō statur sniç, ne quotidie litiget arg. j. de arbi. per tuas. vbi agitur ad interesse in consimili causa. Itē ex hoc vr, q quando dubitat de mandato, simpliciter sit cauendum de rato, etiā si ille diceret se velle probare mandatum; & hoc vr per legem. C. de procu. l. 1. & q per fideiussoriā cautionem, & nō nudam. ff. de procu. seruum quoq;. §. ait prætor. Sed vr q iste sine cautione debuit audiri ex eo q habet instrumenta ecclesiæ. arg. ff. de leg. 3. l. qui chirographum. Rñ. ista non erant talia instrumenta, sed instrumenta causæ per quæ intendebant pbare de iure ecclesiæ, & illa lex loquitur de instrumento cautionis legato, & hoc constabat. vnde eo ipso q legatur instrumētum, intelligitur esse legatū illud qđ continetur in instrumento; aliàs inutile esset legatum; aliàs instrumentum alterius non prodest: cum verba instrumenti non adiuuent recitantē. C. de proba. ad probationem. qualiter sit intelligendum quod dr in litteris, de rato dicitur j. de relig. do. cum dilectus. in 1. glo.

De rato habēdo, qñ sit cauendum.

a [Suppressa.] Et ideo litteræ non valuerunt, cum consenserint in Ferrarien. litem contestando, & producendo testes coram eo. sic j. de re iudi. inter monasterium.

b [Decisione.] id est, cognitione, sicut est in antiqua, & bene. & hoc probatur p hoc qđ dr: horū veritate suppressa. si de huiusmodi pcessu mentionē fecisset: tūc bene diceret, decisionē. & tūc non posset epīs procedere sine adiuncto vel subdelegato ipsius: vt dicit in illa glo. magna, sic s. eo. insinuante. & j. de iudi. c. penult.

c [Sententiam.] latam per abbatem sancti Stephani, & priorem sancti Victoria.

Glo. seq. obijcit, opponit & soluit.

d [Admittere noluit.] Sed videtur q Ferrariensis male fecerit: qa illum subdelegatum nō admisit: quia delegatus à principe potest alij causam delegare, cū id sit ei à lege cōcessum. C. de iud. à iudice. & s. eo. pastoralis. in prin. & j. eo. qm apostolica. & j. de appel. cū causam quæ. sic ergo male fecit Ferrarieñ. ꝯ iura pdicta: quia debuit ipsum subdelegatū recipere; sed ꝯ hoc qđ dixit facit: quia snia Ferrarieñ. postea cōfirmat. Dicūt quidā, q ideo noluit ipsum admittere: quia sub hac forma scriptū fuerat, q si ambo, &c. tu frater epe solus procedas: qa tunc extat cōditio: vt vr hic circa fi. Fm hoc vr, q aliquis non possit cōmittere vices suas, qñ cla illa apponitur, q si non oēs, &c. si ipse non possit interesse. Dicas ergo q Ferrarieñ ideo istū subdelegatū non admisit, quia litteræ impetratæ fuerūt tacita veritate, nulla facta mentione de processu coram Ferrar. corā quo lis fuit contestata & testes pducti: vt patet so integra. j. de re iud. inter monasteriū. vnde non valebant, & ita nec subdelegatū nec delegatū admittere tenebatur, & solus episcopus iurisdictionem habebat; & hæc fuit causa quare snia ipsius cōfirmabatur: vnde non valuit appellatio pp hoc facta, vt hic dicit.

Glo. seq. quærit, arg. pro & contra, opi. ponit & distinguendo sol.

e [Quod non intelligitur.] Pone q plures sint iudices dati cum illa clausula, q si non oēs, &c. q̄ro an ille qui non potest interesse, possit committere vices suas, & an socij teneant illius subdelegatum admittere? Quòd possit cōmittere planū est, quia hoc habet a lege concessum. C. de iud. à iudice. & j. eo. qm. & s. eo. pastoralis. & j. de appel. cū causam & si interesse nō potest, s. eo. sup qōnibus. §. si vero. & s. eo. si pro debilitate. & c. pastoralis. §. vlt. immo aliàs cōmittere nō debet, nisi qñ est impeditus. s. eo. pastoralis. in prin. & in c. si pro debilitate. Sic patet per intra ista q delegatus potest cōmittere vices, & qñ etiā impeditus est, ergo alij tenentur admittere subdelegatū ipsius, alias talis cōmissio delusoria esset, & sic fierent ludibrio leges; qđ esse non debet. C. de bon. q lib. l. vlt. §. vbi autem. & cū effectu verba sunt intelligenda. j. de cle. non resi. relatum. & ff. quod quisque iu. l. 1. §. hæc autem verba. pterea optime hoc probat s. d elec. quia pp. §. illud. vbi habes q ille qui non potest interesse, potest alij cōmittere vices suas, & illi tenentur recipere illum, alias non valeret electio; & qđ per nos facere non possumus, p alios facere debemus. ff. de procur. l. 1. & ff. de admi. tut. ita ih. §. gessisse. Sed cōtra vr expresse per hanc allegationē; quia fm eā confirmata fuit snia. Præterea nō tenent illū recipere ad mandatum illius, quia par est illis, & par in parē non habet imperiū. s. de ele. innotuit. ff. ad Treb. ille à quo. §. tēpestiuum. nec illud vr sequi, q si ille potest cōmittere, q alij ipsum admittere teneant, quia ex alieno facto nullus obligat. ff. de verb. obli. stipulatio ista. arg. Dicunt quidā q licet ille qui non potest interesse, possit committere vices suas alij, coniudices non tenent eum admittere nisi velint, quia iā extat cōditio, & sic remāsit iurisdictio penes illos: vñ ipsi pcedere possunt soli, si volunt; & cessante impotētia poterit postea cū ipsis procedere. arg. C. de curat. fur. cū aliis. vbi curator tpe furoris administrat, cessante furore cessat: sic delegatus iste cū interesse nō potest, nō cōmittit vices suas. Sed hoc nō credo, immo dico q ille q interesse nō potest p impotentiā facti tpalis,[a] potest cōmittere vices suas. & cōsocij tenentur admittere illū subdelegatū: & allegatio q̄ hic ponit, non continet ius. Et circa huiusmodi subdelegationes ita distingue: aliud est cū ab initio delegant plures iudices cū illa clausula, q si non oēs, &c. & nullus postea adiungit; & aliud cū ab initio delegatus est vnus vel plures, & postea alius adiungit cū illa clausula, q si ambo, vel, q si non oēs, &c. In primo casu delegatus potest aliū subdelegare, & consocij tenent illū admittere. In scdo casu refert an res sit integra vel non: Si res sit integra, idē est ac si ab initio oēs dati essent, & adiunctus potest cōmittere vices suas, & alij tenent ipsum admittere in causæ cognitione. Si vero res non est integra, qa iā pcessum erat ad litis conte. & horū veritate suppressa aliquis est adiunctus, hmōi adiunctus vel subdelegatus ipsius non est admittēdus, tamē p veri suppressionē adiunctus siue obtētus: sicut cōtingit in pñenti negotio. & hoc bene collr ex hac decre. & hoc pbat in Auth. de exhi. re. §. illud. vñ sumpta fuit Auth. offerat. vbi idē dr q post lit. cont. alius peritus adiungi nō potest, nec prim[o] refutari, & ideo snia Ferra. epi cōfirmata fuit. Et qđ dicit hic, q nō itelligit vt si p se, vel per alios, &c. nō est verū: qa clausula illa, q si nō oēs, &c. potest locū habere in multis casibus de iure & de facto, in quibus casibus duo vel alius pcedere possunt: puta[3] de iure, vt si est excōicatus. j. de re iud. ad probandū. vel suspectus recusatus. s. eo. cū sup. & c. licet. vel infamis vel seruus: vt s. de rescri. sciscitatus. de facto interesse nō potest, puta si mortuus fuit, vel aliàs perpetuo impedimento detentus, puta furiosus vt in prædict. decr. sciscitatus. & in talibus casibus locū habet clausula illa, q si nō oēs, &c. Sed qñ impeditus est tpali impotētia, bene potest cōmittere vices suas, & cōsocij tenent admittere subdelegatū. sed i casu isti[o] decr. admitti nō debuit rōnibus pmissis. Ergo sic debet intelligi clausula illa, q si non oēs, &c. puta si nō pōt interesse de iure vel de facto, vt dixi, tunc nō potest cōmittere, cū nullā habeat iurisdictionē. aliàs bñ habet iurisdictionē q̄uis impediat ad tps: & ideo tūc potest ꝯmittere, & cū effectu. & qđ dicit, impeditus ad tps. nō intelligas q oīno sit impedit[o], vt nullo modo tūc possit interesse: sed si vellet oīa alia dimittere, bene posset interesse: sed nō vult contēnere sua, tunc pp causam illa nec tenet. ff. d iud. l. si longi[o]. Ber.

a [Sen-

Delegatus qui nō potest interesse, an possit cōmittere vices suas.

posset

Vide l. iuta. cum l. seq. C. de postu. & l. nam ad ea. ff. de leg.

a Secus ergo si per perpetuā causam impediat; & sic tenet Gof. & facit infra de vo. q sup h. s. & quod ibi dixi. Restat ergo vt videat ad decret. supra eo. si pro debilitate. & c. quamuis. dic secundum quem procedit loquens in vnico delegato, vel pluribus datis sine clausula. secundum in eo qui ex voluntate cōmisit non per impotentiam. secundum Gof. Io. And.

[3] De iure distingui potest, vt aliunt antiqui, inter impotentiā iuris & facti, vt primo casu nō subdeleget, secundo sic, vt si sit mortuus.

a ¶ *Sententiam confirmauit.*] Ex hac secunda sententia datur actio in factum, quæ hic confirmatur, & non ex prima, vt ff. de his qui no. infa. furti. arg. ff. ad Trebel. si quis priorem. hac tamen confirmata, confirmatur & prima.

rien. episcopo sententiam confirmauit [a], & aduersæ parti super hoc perpetuum silentium duxit imponendum. Nos ergo quod ab eo factum est, auctoritate Apostolica confirmamus.

¶ Idem præposito sancti Dominici subdiacono nostro.

¶ *Locus ad quem reus secure accedere non potest, & canonicus in causa concanonici delegatus recusari poterit.*

CAP. XXXV.

CVm † R. canonicus Ianuen. causam quæ inter ipsum [ex † vna parte], ac P. [b] ciuem Ianuen. vertitur, tibi obtinuerit delegari: & idem ciuis propter multas & graues inimicitias ciuitatis suæ, in tua nequeat præsentia comparere: ¶ Mandamus quatenus supradicto R. huiusmodi optionem relinquas: vt (exceptis canonicis Ianuen. quos, cũ sint [c] eius socij, merito habet pars aduersa suspectos) in ciuitate vel diœcesi Ianuen. in qua sunt multi viri prouidi †, iudicem eligat [d], coram quo quæstio terminetur: cui auctoritate nostra districte præcipias, vt eandem causam iuxta rescripti à te † obtenti tenorem appellatione remota fine debito terminare procuret.

CVm R. canonicus.] Si reus ad locum iudicis delegati ire nõ potest, debet remoueri, & dari sibi iudex in alio loco. h. d. Et primo ponit petitionis & mãdati causam. secundo mandatum: ibi, *Mandamus*, Abb. Siculus.

CASVS. Quædã causa vertebatur inter istum R. canonicum Ianueñ. & P. ciuem Ianueñ. ad petitionẽ ipsius R. fuit causa commissa præposito sancti Dominici; q cum partẽ citasset aduersam, pars citata in eius pñtia fecit pponi, q propter graues inimicitias ciuitatis suæ, in eius pñtia non poterat comparere. dictus R. significauit domino Papæ. Vnde mandat Papa dicto pposito, quatenus pfato R. relinquat hanc optionẽ vt in ciuitate Ianueñ. vel diœcesi eligat aliquem virũ discretum, exceptis canonicis Ianueñ. qui cũ sint eius socij, merito essent parti aduersæ suspecti, coram quo quæstio terminetur, & dictus præpositus præcipiat ei, vt eandem causam secundum continẽtiam priorum litterarũ fine debito terminare pcuret. No. q canonicus datus iudex pro suo canonico potest legitime recusari. Item not. arg. q ad voluntatẽ impetrantis iudex delegatus debet committere causam, quando ad eum partes secure non possunt accedere.

¶ Cap. I. e. sic in 4. compilatione.

¶ Hæc verba: ex vna parte. desunt in antiquis.

¶ In endice Barbariæ ita prouidi & discreti.

¶ In omnibus antiquis ita: a te. & talium capitis indicat, ita omnino esse legendum.

¶ *Glo. seq. quærit obijciendo, & tripliciter soluit.*

b ¶ *P. ciuem.*] Sed quomodo committit Papa hic causam contra laicum? Intelligo q causa spectabat ad forum ecclesiæ, puta causa vsurarum vel decimarum, vel ipse laicus noluit excipere, vel est consuetudo ibi, q laici conueniantur per litteras Papæ.

¶ *Glos. seq. ponit differentiam inter iudicem & testem, & eius causam quam conuertit. ponit etiam paritatem, in fi. quærit & soluit.*

c ¶ *Cum sint eius socij.*] Hic habes q canonicus non potest esse iudex concanonici sui, pp familiaritatem, q veritatem aliquãdo impedire solet. 3. q. 5. accusatores. testis enim potest esse canonicus pro canonico, cũ etiam frater pro fratre possit testificari. j. de presum. litteras. cũ edictum de testibus sit prohibitorium. ff. de test. l. ea rõne. quia facilius habentur iudices quàm testes. Vnde facilius repellitur iudex quàm testis. iudex enim recusatur pro modica causa, vt si esset oriundus de terra impetrantis. j. vt lit. non cont. accedens 1. & arg. j. de appell. ex insinuatione. Item si iudex est suffraganeus eius. j. vt lit. non contest. accedens 2. Item consanguinitas. j. de appel. postremo. sed in teste secus. 4. q. 3. c. si testes. §. lex Iulia. Quandoq; tamen aliquis potest esse iudex qui non potest esse testis: vt pater ĩ causa filij. 3. q. 7. §. tria. circa fi. Et criminosi possunt esse iudices, sed non testes. 3. q. 7. c. infames. §. vlti. Item iudex recusatur, vel alius ei adiungitur, si habet cõsimilem causam. j. de iud. causam q. sic & testis repellitur qui habet consimilẽ cãm. j. de testi. personas. Sed si canonicus daretur iudex contra alium canonicum, quid dices? Non poterit recusari ex hac causa, quia par affectionis causa omnem suspicionem remouet. ff. de ri. nup. non solum. §. denuo.

Frater pro fratre testificatur.

Iudex facilius repellitur quàm testis.

ANDREAS. Istam causam recusandi cum multis aliis comprehende his versibus:

Subiectus, dominus, & commensalis, amicus,
Incola, canonicus, ac attingens inimicus,
Si causam similem delegatus teneatur;
Vel si patronus fuit olim, tunc moueatur.

¶ *Glo. seq. signat contrarium ad id quod actor eligit, soluit tripliciter. secundo arg. & id reprobat, & respondet. in fi. signat contrarium & soluit.*

d ¶ *Iudicem eligat.*] nota ex hac litera, q quando reus ad iudicem ire non potest secure, q actor põt & debet eligere iudicẽ in loco non suspecto, & non aduersarius. Contra habes: quia reus eligit iudices. 11. q. 1. iudices. & 15. q. 7. si autem. & 3. q. 6. peregrina. & 4. q. 5. quisquis. & 2. q. 6. placuit. Idem vl cũ ordinarius recusat, q reus eligat. j. de app. cũ speciali. Cõtrarium dicit lex. q iudex petitus dari nõ debet nisi ob reuerentiã petiti iudicis. ff. de iud. obseruandum. Decretales pdictæ loquunt in causa criminali, & præterea non stat hodie illis. [a] Quod dicit hic q iste eligat, intelligo si altera pars cũ eo noluerit concordare, vel cũ altera pars est absens. Vel dic q de speciali gratia dabat ei Papa hanc elect. cum de consensu vtriusq; esset eligendus: vt s. eod. super quæstionũ. [a] Item arg. q si iudex nõ potest de causa cognoscere, potest alij cõmittere vices suas. Sed cõtrarium est verum. j. de appel. secundo requiris. §. tertio. & hic non loquitur de iudice suspecto, sed quia reus non potest ire ad iudicẽ. vnde iudex tenetur locum puidere securũ. j. de app. ea parte. & 33. q. 2. siue. vel cõmittere causam in loco non suspecto, vt hic vel potius procedit iudex iste auctoritate illius rescripti. Et est hic arg. q iudex incertus dari possit: contra. s. de rescript. ad hæc. sed hoc de gratia fuit vt dictum est.

¶ Idem Rothomagen. archiepiscopo.

¶ *Si mandatur iudici delegato, vt illum absoluat, qui dicit se iniuste excõmunicatum, ante probationem illum absoluere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam: probationem nullitatis ante pronunciationem admittet.*

CAP. XXXVI.

CVm m † contingat interdum quòd laici: & infra. ¶ Insuper requisiti sumus, cum quis conqueritur, in se à suo episcopo post appellationem ad nos legitime interpositam: vel alias iniuste excommunicationis sententiam promulgatam: & nos iudicibus damus in mãdatis, vt si est ita, iuxta formam ecclesiæ absolutionis beneficium illi impendant: vel eandem sententiam denuncient esse nullam: ac episcopus paratus sit probare, se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel aliàs iuste huiusmodi sententiam protulisse: an probationibus non admissis liceat iudicibus excommunicatum absoluere, vel denunciare † sententiam esse nullam †: ¶ Ad quod taliter respondemus, quòd cum quis cõqueritur se post appellationẽ ad nos legitime interpositam,

¶ Cap. 3. eo. tit. in 4. compilatione.

[a] In memoratione, si locus in causa criminali episcopi, presbyteri, vel clerici, ut in prec. c. si autem. 15. q. 7. Io. And.

[a] Vel imperatis ille P. diocesi, vel veniat ne in ciuitate Ianuen. & eligat ibi iudicem qui vult nõ suspectum, secundũ Hostiẽ. Io. An.

¶ Hic est huiusmodi, in glossa dicta manuscr.

¶ Hũc textum dicit Abb. esse sing. hoc ad hoc q appellatio iniustæ sententiæ venit nulla.

CVm contingat.] Cõis diuisio. secunda: ibi, *Ad quod.* quæ subdistinguitur in effectu in duo membra principalia. Primum est qñ quis cõqueritur se excõicatum post appellationẽ legitimã. Secundũ est qñ quis conquerit se iniuste excommunicatum. & istud mẽbrum subdiuiditur: quia primo loquit qñ excommunicatus volebat probare se iniuste excommunicatũ antequam absolueretur. Secundo loquitur qñ excommunicator volebat probare se iuste excommunicasse antequã excõicatus absolueret, licet peteret se absolui. Primum membrũ principale est in ver. *Ad quod.* Secundũ membrũ est in ver. *In eo.* & secundum membrum secundi membri est in ver. *Verum.* Ioan. de Imo.

CASVS. Aliquis conqueritur dño Papæ, q post appellationem legitimã fuit excommunicatus ab epo suo, vel alias iniuste excõicauit eundem. vnde mandat Papa iudicibus, q si est ita, absoluatis eundem iuxta formam ecclesiæ, vel sententiam denuncietis nullam: eps paratus est probare se illum excommunicasse ante appellationẽ ei', vel sententiã iustam esse: qritur vtrũ liceat iudicib' illum absoluere, vel denunciare sententiã nullã esse, nõ admissis pbationibus episcopi? Rñdet Papa q cum aliquis conquerit se post app. legitimam excommunicatũ, probationes vtriusq; partis sunt admittendæ antequam absoluatur; per quas probationes apparebit, vtrum absolui debeat, vel denunciari potius non ligatus. sed cũ quis dicit se iniuste excommunicatũ fuisse, antequam fuerit absolutus, vix est eius probatio admittenda, nisi tunc tantum qñ dicit intolerabilem errorẽ in sñia fuisse expressum, & ad hoc probandũ debet admitti antequam absoluatur. sed si simpliciter dicat se excõmunicatum iniuste, & eps dicit q iuste excommunicauit eundẽ, & super hoc postulat probationes admitti, non est eps audiendus. antequam fuerit absolutus; quia & si constaret ipsum iuste excommuni-

municatũ fuisse, nihilominus debet absolui. Vnde in hoc casu statim iuxta formã ecclesiæ debet absolui, & postea ꝓbationes vtriusq. partis sunt admittendæ: vt appareat vtrũ iuste vel iniuste fuerat excõicatus. Not. ꝙ in duobus casibus non tenet excõicatio, vt si post appellationẽ legitimam sententia excõicationis lata sit, vel si intolerabilis error in sententia sit expressus, in quibus casibus ante absolutionem debet admitti ad probandũ, in alijs debet statim absolui. Itẽ non debet quis admitti ad probãdum, quo pbato nõ prodest.

¶ *Gl. seq. obijcit qd pbatio superflua est, & soluit.*

a ¶ *Ante cognitionem.*] hoc intellige secundum illam decret. vt debitus. j. de appel. vt not. in gl. sed nunquid. j. de appel. proposuisti.
¶ *Glossa seq. signat contrarium, & remittit.*
b ¶ *Mandatum.*] Simile s. de rescri. c. 1. & c. pastoralis. Quid iuris sit super istis mandatis, dictum est s. de rescri. c. 1. & de offi. deleg. ex parte. s. & illud soluitur. s. de rescri. c. 1.
c ¶ *Non potest.*] Non enim expirat iurisdictio minoris iudicis in præsentia maioris. 11. q. 1. peruenit. & 95. dist. ecce. C. de do. in hac sacratissima. immo specialis delegatus quoad ad causam illam maiorem generali delegato habet potestatem. arg. 93. dist. præcipimus. arg. j. de offi. ord. pastoralis. vel saltem par est ei.
d ¶ *Mandatum speciale.*] quia par in parem non habet potestatem, nec reuocare potest sententiam alterius. C. si aduersus rem iudi. aduersus sententiã. & ff. ad Treb. ille à quo. §. tempestiuũ. & ff. de arbit. nã & magistratus. & s. de elect. innotuit.
¶ *Glo. seq. quærit opponendo ponit opin. Ala. & soluit. Ad hanc litteram dupliciter respondet: & secundam reprobat. In fi. quærit. arg. negatiue, & soluit.*
e ¶ *Cõfirmare valebit.*] Sed qualiter confirmabit illam sententiam nisi de ea cognoscat, an sit iusta vel iniusta? Sed de illa cognoscere non potest, nisi specialiter ei cõmittatur, vt superius dicit: ergo illam confirmare non potest. Dicunt quidam, vt Ala. & Goff. quod de ea cognoscet: & si eam inuenerit iustã, confirmabit eã: si vero iniustam, remittet illam ad superiorẽ. simile C. vbi sena. vel cla. l. vlt. Verius esse credo quod nullã habeat sup hac sententia cognitionem, nec debeat sup hoc se intromittere, tñ ad mandatum illius qui tulit sententiam, posset illam mandare executioni: aliàs nullo modo se intromittat: & quod dicit, confirmare valebit, refert se potius ad factum, quàm ad ius: quia talis confirmatio nihil operatur: vel in cõi forma posset confirmare, quæ parum valet: sed nec sic potest, cum sit quantum ad hoc inferior. Sed nunquid legatus tenetur ei obedire vt ipsam sententiam mandet executioni? non vr: quia cum sit generalis legatus, & ab eodem datus, maior est illo cui causa delegata est, & ille ei subest. in alijs satis crederem quod deberet illam mandare executioni: quia quantum ad istam causam maior vr ipso legato: vt superius dixi, & debet super hoc supplicare, nec ipsum compellere, vt ipsam sententiam exequatur: quia forsitan per alium non ita bene potest executioni mandari.

delegamus, alius qui sit generalis in prouincia legatus, ante cognitionẽ[a] vel postea cognoscere valeat: vel commissionis nostræ processum, quem iudici delegato transmittimus, taliter impedire. ¶ Respondemus, quod cum mandatum[b] speciale derogat generali, legatus, commissionem alij factam specialiter, impedire non potest[c]: & si secundum formam mandati nostri sententia iam† fuerit promulgata, non poterit ipse legatus (nisi super hoc mandatum[d] speciale receperit) eã quomodolibet irritare; ipsam tamẽ (si rationabiliter lata fuerit) confirmare[e] valebit, & executioni mandare.

¶ Innocen. iij. tit. sancti Laurentij in Lucina presbytero Cardinali sedis Apostol. legato.

¶ *Legatus etiam de latere, ex generali legatione non potest transferre episcopos, vel vnam ecclesiam cathedralem alteri subijcere, & alteri concedere ius primatiæ, vel duos episcopatus vnire, vel vnum diuidere: excõmunicatos tamen propter manuum iniectionẽ in clericos absoluere potest. h. d. cum c. seq.*

CAP. III.

Nisi † specialis[f] illa dilectio, quam ad personam tuam habuimus & habemus, iustum motum animi nostri temperaret, pœna docẽte[g] cognosceres, quantũ excesseris†: qui spretis canonicis sanctionibus[h], & consuetudine generali, motu proprio præsumpsisti, Troianum episcopum de Troiana ecclesia ad Panormitanam de facto transferre[i].

¶ Idem eidem.

¶ *Summatum fuit supra in cap. præcedenti.*

CAP. IIII.

Quod† translationem: & infra. Licet in regno Siciliæ generalis sit tibi commissa legatio, ad ea tamen sine speciali mandato nostro, non debuisti manus extendere, quæ in signum priuilegij singularis, sunt tantũ summo Põtifici reseruata[k]. ¶ Et si quædam ex his quæ de speciali concessione, sæpe fuere legatis indulta (vt illorum videlicet

Quod translationem.] Casvs. Cardinalis de quo dr in capitulo præcedenti, legatus in regno Siciliæ, auctoritate propria subiecit Panormitanam ecclesiam Messanã. concesso sibi priuilegio primatiæ, credens hoc sibi licere ex officio legationis, ex eo quod ex eodem officio potest absoluere illos qui violentas manus mittunt in clericos: quod de speciali concessione sæpe indulgebatur legatis. Papa hoc audiens scribit eidẽ legato dicens, quod licet generalis legatio in regno Siciliæ sit ei commissa, tñ ad ea non debuit manus extẽdere, quæ in signũ priuilegij generalis soli Romano Pontifici sunt reseruata: licet enim ex officio legationis legati possint absoluere illos qui violentas manus mittunt in clericos, nõ debẽt propterea æstimare quod possit Panormitanã ecclesiã subijcere Messanẽsi, vel quod ex eadẽ possint duo epatus vnire, vel vnũ diuidere sine licentia speciali. Nota quod nullus legatus ex generali legatione potest ad illa manus extendere, quæ soli sunt Romano Põt. reseruata, excepta illorum absolutione, qui manus violentas in clericos iniecerunt.

¶ *Glo. seq. ponit 18. casus reseruatos. Finis addit de excommunicatis, & coadunat quædã iura quod ista transferre non debeant. demum quærit. arg. pro & contra, ponit opi. Io. & soluit.*

Nisi specialis.] Continet vnum dictum, & non diuiditur. Abbas Siculus.

Casvs. Quidã Cardinalis Apost. sedis legatus auctoritate propria transtulit Troianum epm ad Panormitanam ecclesiam contra canonica instituta: dñs Papa hoc intelligens, scribit eidem dicens, quod nisi esset specialis dilectio, quam habet ad psonam illius, pœna docente cognosceret quantum ipse deliquit contra constitutiones canonicas & consuetudinem generalem in translatione Troiani epi. Not. quod iudex propter amicitiam potest alicui remittere pœnam. Item legatus non potest transferre episcopum ad alium episcopatum.
f ¶ *Specialis illa dilectio.*] Nota quod iudex ratione amicitiæ potest remittere pœnam, 50. dist. clerico. & 35. q. 9. veniam. licet pretio non possit eam remittere. j. de simo. nemo. & 1. q. 1. nullus. argu.
g ¶ *Pœna docente.*] quia qui stultus est in culpa, sapiens fit in pœna. 38. dist. qui ea. simile 27. q. 1. si homo esses.
h ¶ *Sanctionibus.*] 79. dist. c. vlt. 7. q. 1. mutationes. s. de transla. inter corporalia. & c. 1.
i ¶ *Transferre.*] Hæc enim generali mandato non transferuntur: quia sunt meri imperij, & specialiter sedi Apostolicæ reseruata. ff. de offic. eius cui man. est iur. l. 1. & s. de transla. c. 1. & c. licet. & c. inter corporalia. & j. c. proxi.

k ¶ *Reseruata.*] Quædam sunt quæ sedes Apostolica sibi specialiter reseruauit: vt est quæstio fidei. 24. q. 1. quotiès. & j. de bap. & eius effe. maiores. Itẽ maiores ecclesiæ causas, trãslationes eporum, sedium mutationes. 7. q. 1. mutationes. s. de transact. c. 1. Item depositiones eporum, cessiones eorundem: & translationes electorũ. s. de trãsla. inter corporalia. Item congregatio concilij generalis. 17. dist. c. 1. depositio & restitutio episcoporum, & summa negotia ecclesiæ. 2. q. 6. ideo. Item exemptio episcoporum. 16. q. 1. frater noster. Item quædam vota solus Papa commutat. j. de voto & vo. red. ex multa. Item solus Papa dispensat in maioribus criminibus, & cũ filiis presbyterorum, & cæteris illegitime natis, vt promoueãtur ad dignitates. j. de iudi. at si clerici. & s. de fi. presby. c. vlt. Itẽ ad ipsum solũ omissis medijs appellatur. 2. q. 6. c. 3. & 4. arg. 2. q. 7. metropolitanũ. Et est arg. expressum quod appellatio omisso medio non tenet. j. de appella. dilecti 3. Item subdiaconos facere potest diebus dñicis. s. de tempo. ord. c. 1. & c. de eo. Item primam vacantem dare nõ potest legatus. j. de pb. dilectus 1. Itẽ non põt absoluere excõicatos à delegato. s. eo. studuisti. multo minus excõicatos à Papa. Ista oia quæ sibi specialiter sedes Apost. reseruauit, in generali demãdatione nõ transferuntur, nisi specialiter de his contineatur ibidem: vt hic dicitur. Ista enim sunt quasi meri imperij. ff. de iuris. om. iud. imperiũ. & ideo generali cõmissione non transferunt. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 1. & est simile quia licet paterfa. liberã cõcedat filio administrationẽ, non põt tñ alienare. ff. de his quæ in frau. cred. si pater. ff. de pact. contra iuris ciuilis. §. vlt. Itẽ nec põt donare. ff. de don. filiusfamilias. & in generali permissione ea non veniunt quæ specialiter quis non concederet. ff. de pec. qui peculij. Itẽ maiora non committunt sine spãli mandato. ff. de pecu. Põponius. & l. mãdato. Sic eodem modo præter missionẽ in possessionẽ ex secũdo decreto sibi specialiter reseruat. ff. de da. infec. dies cautionũ. §. 1. ff. de iuris. om. iud. iubere cauere. Quæ aũt sibi specialiter non reseruat, alius indulgere vr. j. de sent. excom. nuper. arg. Sed nunquid legatus talis missus à latere Papæ, potest iudicare de exemptis qui subsunt tñ dño Papæ? Arg. quod non. 17. dist. huic. Arg. quod potest. 16. q. 1. frater noster. Io. dicit quod non potest, & melius facit si abstineat. argu. inducit ff. de offic. procon. nec quicq. Ego credo quod potest cognoscere de causis, quæ contra ipsos mouentur, non obstantibus priuilegijs suis: quia per priuilegia illa eximuntur solum à iurisdictione eporum, in quorum territorio cõmorantur, sed à iurisdictione ipsius Papæ vel legatorũ non eximuntur. & ita eiã

N 2 videmus

¶ Dictio ill. desit in ms. Auscriptis.
¶ Contra il. sententiam ... Ala. & Phi.
¶ Secundũ Ala. & Phi. hoc dictum ... Io. An.
¶ Hoc verũ ... Hosti. Ioan. And.
¶ Cap. 3. eod. tit. in 3. compil.
¶ Vide tex. in §. itẽ lex Iulia de vi publica. Inst. de publ. iudi.
¶ Cap. 2. eod. tit. in 3. compil.
¶ Extant Romæ in bibliotheca Vaticana ...
Legatus in pallio ...

videmus de facto seruari: & quia Papa eorũ iudicia sibi specialiter non tñ reseruauit, excõicatos qui in canonem incidunt, absoluere possunt legati ex officio legationis: vt hic. & j. de sent. excõ. ad eminentiam. & j. eo. c. penul. Item solus princeps potest cõmittere causam appellatione remota. ff. à quib. app. non licet. l. s. in fi. & s. nt. prox. sup quæstionum. §. nos autem.

ADDITIO. Vnde vers⁹:

Restituit Papa solus, deponit & ipse.
Articulos soluit: synodumque facit generalem.
Transfert & mutat: appellas nullus ab ipso.
Diuidit, ac vnit, eximit atque probat.

LIcet.] Primo recitat factum electionis & pcessum legati. Secundo super processu diffinit: ibi, *De consilio*. Abbas Siculus.

CASVS. Vacante Traneñ. ecclesia canonici vnanimiter elegerũt in archiepm G. fratrem Cassinẽsis abbatis. Eps Portuen. in partibus illis legatus, examinari fecit electionẽ ipsius, & examinationem illã p nuncios suos ad sedẽ Apostolicam trãsmisit: quo facto legatus electionem eandem iterũ examinari pcepit: pp qđ abbas pdictus conquestus fuit dño Papæ, q postq̃ electionẽ examinauerat, & eam ad Papam direxerat, maliciose electionẽ eandẽ examinare pſumpsit: dñs Papa de cõsilio fratrum examinatiõnẽ secundam tamq̃ à nõ suo iudice factam, postq̃ negotium ad Papam direxerat, denunciauit irritam & inanem. Nota q sicut sententia à non suo iudice lata nõ tenet, sic nec examinatio. Nota q iudex amittit iurisdictionẽ postq̃ remisit negotiũ ad suũ superiorẽ: & si qđ postea fecerit, nihil valet.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

a ¶ *Transtulerat.*] In hoc enim deliquit: quia translato negotio ad Papam, cognoscere quis non posset: vt 2. q. 1. nomẽ pſbyteri. & 3. q. 6. multum stupeo. nam eo ipso q iudex dicit se velle referre negotium ad superiorem, non potest ammodo cognoscere. C. de rela. l. 1. & C. de appel. ex illo. & illico i relationis exemplum litigatoribus edere tenetur. j. de appel. intimasti. qđ intelligitur si partes approbauerunt relationem: sed si consentirent vt iterum cognosceret, ante factam relationem posset procedere. C. de rela. l. 2. & 3.

b ¶ *Examinare.*] Vt tñ q posset examinare negotium, non vt pronũciaret, sed vt causam magis instructam remitteret ad Papam. j. de appellat. constitutus. & 2. q. 1. nomẽ. & j. de statu reg. ea quæ. versic. hæc eadem. quod non credo, ex quo enim semel examinauerat, & examinationem direxerat ad superiorem, iam iudex esse desierat: vt j. sequitur. & est simile s. de postu. præla. bonæ. & quia de facto vnius sæpe quærendum non est. ff. nau. cau. sta. licet. in fi.

c ¶ *A non suo iudice.*] C. si à non compe. iu. l. vlti. & s. de consuetu. ad audiẽtiam. & j. de iudi. at si clerici. & s. de offi. deleg. cum sup. & 11. q. 1. c. penult.

DIlectus filius.] Cõis diuisio. Secunda: ibi, *Cum igitur*. Abbas.

CASVS. Eps Prænestinus Apost. sedis legatus concessit ecclesiã S. Trudonis R. canonico Metheñ. archid. Metheñ. molestabat ipsum super dicta ecclesia, nec pmittebat ipsum pacifica possessione gaudere, dicens q eo inconsulto, ad quẽ præsentatio illi⁹ ecclesiæ ptinebat, ecclesiam illam ei conferre nõ potuit. Dictus R. significauit hoc dño Papę: sup hoc scribit Papa quibusdam dicẽs, q plus iuris habet in concessione platus, quàm in pſentatione patronus: nec piudicatur patrono si qñ per legatũ Apost. sedis eo inconsulto ecclesia cõcedatur. Vnde mandat Papa quatenus dictum archidiaconum compellant desistere ab inquietatione dicti R. sup ipsa ecclesia. Nota regulam q plus iuris habet in concessione platus, q̃ in pſentatione patronus. Nota ex hac regula quòd ex pſentatione acquiritur ius pſentato. Nota q legatus potest ecclesiam conferre inconsulto patrono.

d ¶ *Inconsulto.*] sic j. de iurepatro. cum dilectus. sed illud de laico intelligitur.

absolutio, qui propter sacrilegas manuum iniectiones in clericos, incidũt in canonem promulgatæ sententiæ) videantur ex ipso legationis officio iam licere legatis: An existimas, quia vices nostras tamquam legato tibi cõmisimus exequendas, quòd Panormitanam ecclesiam posses subijcere Messanensi, vt illam præficeres isti, concesso sibi priuilegio primatiæ? An putas ex eadẽ causa tibi licere duos episcopatus vnire, vel vnum diuidere sine licẽtia speciali†?

¶ Idem Bonoñ.† episcopo & M. capellano subdiacono nostro.

¶ *Ex quo legatus retulit causam Papæ, illius desinit esse iudex.*

CAP. V.

LIcet† Tranenses †canonici ab initio dissensissent, tandem vnanimiter consenserunt, G. fratrem Cassinẽsis abbatis† in archiepiscopum eligentes: cuius electionem Portueñ. episcopus tunc legatus examinari præcepit: & infra. Nuncius præfati abbatis nobis litteras præsentauit, grauem cõtra iam dictum legatum querimoniam continentes, quod postquam electionẽ examinauerat, & eã ad nostrę deliberationis examẽ transtulerat[a], nunciis iam directis, electionem eandem maliciose nimis examinare[b] præsumpsit: & infra. ¶ De consilio fratrum nostrorum examinationem secũdam, tamquam à non suo iudice[c] factam, postquam negotium ad nostrum fuerat translatum examen, censuimus irritam & inanem.

¶ Idem sancti† P. & sancti Leonis abbatibus & R. archi. Tulleñ.

¶ *Legatus de latere confert beneficiũ, vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicuius clerici. hoc dicit; & est casus notabilis.*

CAP. VI.

DIlectus† filius R. Methensis canonicus intimauit, quòd cum Prænestinus episcopus Apostolicæ sedis legatus ecclesiam sancti Trudonis contulisset eidem: Metheñ. archidiaconus ad quem illius ecclesiæ præsentatio pertinebat, asserens quòd eodem inconsulto[d] conferri non potuit à legato, canonicum ipsum super eadem ecclesia molestare præsumit. ¶ Cũ igitur plus iuris[e] habeat in cõcessione[f] prælatus, quàm in pſentatione patronus†, nec

¶ *Glossa sequens exponit litteram, & ponit opi. Io. & Lau. quam reprobat.*

e ¶ *Plus iuris.*] Hoc ita intellige, plus iuris, i. plenius est ius institutionis siue concessionis plati, quàm ius pſentationis patroni. vnde ex sola præsentatione laici patroni non cõsequitur quis plenũ ius. j. de iure patro. pastoralis. & c. qđ aũt. & c. cum aũt. quia potest patron⁹ mutare voluntatem suam anteq̃ eps cõfirmet pręsentatũ, & alium pſentare: vt dicunt iura pdicta. & ita non habet plenum ius, sed ex sola institutione seu cõcessione prælati q̃sque plenum ius acquiritur instituto p platũ, cessante pſentatione patroni: & infra quatuor mẽses tunc eps potest instituere, & ille habet plenum ius. j. de iure patr. cum pp. & c. qm. E conuerso nunq̃ p solam pſentatione patroni laici ius plenum cõsequitur: nisi accedat cõfirmatio plati. Laici patroni, ideo dixi: quia si collegium vel ecclesiastica psona aliquem idoneum pſentat, ius ei acquirit plenum, vt possit petere confirmationem tamq̃ si esset electus: quia postea variare non possunt. j. de iure patr. cum autem. & c. pastoralis. Io. dixit & L. q per pſentationem ius non acquiritur pſentato. Sed est falsum: immo ius acquiritur pſentato in tantum, vt si præsentatur à collegio vel à psona ecclesiastica q postea variare non possunt: vt dictum est: & si à laico patrono pſentetur, ius acquiritur in tantum, q si non mutet voluntatem, potest petere confirmationem ab epo. j. de sent. & re iudi. cum Bertholdus. & si eps non admittat, ille potest agere ad interesse ꝫ epm, si postea alius pſentetur & admittatur ab epo. j. de iure patro. pastoralis. & ita semper ius acquiritur præsentato per factũ patroni: quia potest petere confirmationem. & sic est intelligendum qđ dicit, plus iuris: vterque habet ius, sed alter plus: quia plus confertur per prælatum, quàm per patronum.

¶ *Glo. seq. opponit, & ponit opinionem Io. & soluit distinguendo.*

f ¶ *In concessione.*] Sed certe hæc ratio non vr̃ sufficiens: quia secundum hoc eps posset dare ecclesiam irrequisito patrono: qđ esse nõ debet. 16. q. 7. decernimus. Ad hoc dixit Ioan. q hæc decre. continet gratiam specialem: quia legatus non potest concedere pbendas vel ecclesias in piudiciũ aliorũ. j. de appellat. c. 1. & j. de pben. dilectus 2. sicut illud continet gratiam qđ legatus facit. j. de concess. præben. cõstitutus. quia solus princeps potest aliquem priuare re sua. 9. q. 3. cuncta. & c. per principalem. & C. de quadri. præscrip. bene à Zenone. Hic consueuit distingui, vtrum iuspatronatus ptinet alicui iure patrimonij sui: & tunc legatus non potest conferre ecclesiam eo inuito: cum ei in hoc non subsit: quia tamq̃ laicus pſentat. j. de iure patr. cum dilectus. arg. 16. q. 7. decernimus. Si vero pertinet patronatus ius alicui rõne ecclesiæ, tunc legatus potest conferre ecclesiam etiam inuito illo plato siue patrono, ad quem rõne ecclesiæ ptinet ius patronatus: siue inuito collegio ad qđ ptinet illud: quia subsunt legato; & ita loquitur qđ dicit hic, q archidiaconus ille ratione archidiaconat⁹ pſentabat. Vnde legatus ille poterat ei piudicare, & eo inconsulto ecclesiam conferre: sicut potest conferre beneficiũ vacans in ecclesia inuitis canonicis & irrequisitis. Et hoc intellige de legato misso à latere dñi Papæ. Alij vero legati,

¶ Facit tex. & Bar. in l. 1. ff. de itin. actuque priu. & l. sponi⁹ ff. de peculat.

¶ Bareñ.

¶ Portueñ.

¶ Cap. 3. eo. tit. in 3. cõpilatione.

¶ Troian.

¶ Al. Anabbaté, & sic dic G. fratrẽ Cassinẽsem abbatem.

¶ A tẽpore quo iudex se pmisit consultaturũ vel relaturum, nil aliud pcedit nisi vt referat. Io. And.

¶ Hoc soluit contraria ad decretalem, constitutus dic vt ibi notatur. Io. And.

¶ Institutio plenior institutioni pſentationi.

¶ Sancti Lupi & sancti Leonis abbatibus, & magistro R. Archidia. Tulleñ.

¶ Cap. 4. eod. tit. in 3. cõpila.

¶ Videl. si cõem. & quẽadmo dũ tenet, armat.

¶ Credo q intelliget.. [illegible]

¶ Dicit hic & in decre. cũ dilectus. Host. [illegible] ... Io. And.

ro legati, sicut Eboraceñ. & Cantuarieñ. & ꝯsimiles, q̄ hoc habent ex priuilegio, hoc nō possunt. c. officij. lib. 6.] Vnde tenet appellatio si hoc facere vellent. j. de appell. c. 2. Et quod dixit Ioan. non est verum simpliciter de quolibet legato.

a ¶ *Nec praeiudicetur praelato.*] vel patrono clerico, s. tenere dispensationem. & verum est in sequenti vacatione.

praeiudicetur praelato[a], si quando per Apost. sedis legatum, eo inconsulto ecclesia concedatur: Mādamus quatenus dictū archidiaconum, vt ab eius super hoc molestatione desistat, appellatione remota cogatis.

¶ Idem illustri Regi Francorum.

¶ *Legatus in pluribus locis, potest in quolibet dictorum locorum iurisdictionem suam exercere: ita quòd facta vnius loci potest in alio explicare. hoc dicit. Panor.*

CAP. VII.

NOuit ille qui nihil ignorat: & infra. ¶ Ex parte tua querimoniā accepimus, quòd cum[f] tibi legatus esset certa ratione suspectus, extra fines regni Francorum in terram tuā, interdicti sententiam promulgauit: & infra. ¶ Tuæ magnificentiæ respondemus, quòd & si fines regni Francorum exierat, nondū tamē fuerat terminos[b] suæ legationis egressus: cum nō solum in regno Frācorum, sed in Vienneñ. Lugduñ. & Bisuntiñ. prouinciis iniunctam sibi à nobis legationis solicitudinem suscepisset.

NOuit ille.] Legatus in quacunque parte legationis existat, iurisdictionem suam exercere potest. Ioan. Andr. Prima pars ponit regis q̄relā, cui r̄ndet. Secūda: ibi, *Tuae*. De materia huius text^9 hr̄ in c. 1. de postu. praela. & in cap. nouit. j. de appel. Abbas.

CASVS. Dn̄s Papa mandauit cuidam legato in Frācia legationis officium exercenti, quatenus in terrā regis Frāciæ promulgare: iniam interdicti, q̄d legatus non distulit adimplere: sup hoc scripsit rex Frāciæ dn̄o Papæ dicens, q̄ legat^9 cū esset certa rōne suspectus eidē, fines regni Francorū exiens, in terrā regis sn̄iam interdicti ꝓtulit: vnde dicebat sn̄iam nō valere: Papa super hoc scribit eidem dicens, q̄ etsi legatus fines regni Frācorum exierat q̄n sn̄iam ꝓmulgauit, non tn̄ terminos suæ legationis egressus fuerat, quia nō solū in regno Franciæ, sed etiam in Vieñ. Lugdu. & Bisuntina prouinciis legationis officium exercebat. Not. q̄ legatus exiēs terminos suæ legatiōis, officiū legatiōis exercere nō pōt. idē itellige de aliis iudicib^9. Itē legat^9 ad plures ꝓuicias i vna existēs, de alia iudicare pōt.

¶ *Glo. seq. notat, obijcit, & soluit, & opi. ponit subdens duo quae potest extra dioecesim. in fi. quaerit, & soluit.*

b ¶ *Terminos.*] Ex hoc vr̄ q̄ si legatus exiuit prouinciam ad quam destinatus est, q̄ ammodo nec excōicare, nec absoluere, nec causas delegare possit in illa ꝓuincia. & idem de aliis iudicibus ordinariis vr̄. ff. de offi. praesi. l. 3. & ff. de iuris. om. iud. l. vlt. Vr̄ tn̄ q̄ possit absoluere aliquos dum est extra ꝓuinciā, quia ea quæ spectant ad voluntariam[1] iurisdictionē, exequitur extra prouinciam. ff. de officio ꝓcon. l. 2. Ad hoc dicas, q̄ null^9 iudex potest excōicare vel absoluere extra suam ꝓuinciam, nam excōicatio fit cum causæ cognitione. 2. q. 1. nemo. sed ea quæ causæ cognitionē desiderant, debent fieri iudice sedente pro tribunali. 2. q. 3. c. si quē. §. si quis. 3. q. 3. c. induciæ. §. à iudice. sed in aliena dioecesi non pōt sedere pro tribunali; nec aliquid disponere. 9. q. 2. epm̄. Itē nec absoluere potest: quia si posset absoluere, p consequēs & excōicare. 21. dist. denique. arg. ff. de re iud. l. 2. & q̄ tm̄ in sua dioecesi habeat iurisdictionem, est arg. 11. q. 1. si quisquā. & 92. dist. si quis eps̄,[2] & j. eod. c. pen. s̄. de rescri. pastoralis. in fi. arg. ff. de bon. auct. iu. pos. cū vnus. §. pen. Dicunt quidam q̄ possit extra suā dioecesim excōicare. arg. 11. q. 3. si eps̄. forte sicut Paulus excōicauit Corinthum absentem. 9. q. 3. §. vlt. Hoc tn̄ concedo q̄ extra ꝓuinciam existens, possit delegare causas in prouincia. ff. de offi. praefect. vrb. l. vlt. maxime si habet causam necessariam absentiæ. ff. de offic. procon. aliqui. Talis enim delegatio fit sine causæ cognitione: licet q delegas, imperet. arg. s̄. ut. pxi. pastoralis. Sed si ille nollet eā recipere, non posset excōicare. arg. j. ut. proxi. pastoralis. Item extra dioecesim potest conferre beneficia. j. de conces. ꝓben. post electionem. in parte decis. j. de appell. qua frōte.[3] Io. Itē potest q̄ri, si excōicauit aliquem dū erat in ꝓuincia, vtrum possit eum absoluere postq̄ egressus est prouinciam? Dicendū est q̄ non, quia exeundo ꝓuinciam priuatus est dignitate. ff. de offi. ꝓsi. l. 3. & statim expirat iurisdictio. j. eo. c. vlt.

VOlentes.] CASVS. Dn̄s Papa officium legationis cōmisit patriarchæ Hierosolymitano in ꝓuincia sua, ita tn̄ q̄ si legatus de latere dn̄i Papæ ad partes illas accesserit, officium legationis

† Cap. † com. tit. 1. ob. plat.

1 Voluntaria iurisdictio appellatur, quae exercet in volentē, ad differentiam contentiosæ, quae redditur in inuitū.

2 Forte nō probat ad quod inducitur, nisi p hūc modū, quia iubet p̄sidente cognitione de iniusta excōicatione excōicatum vitari: nec valet q̄ de Paulo sequitur, quia aliud ē epm̄ infra dioecesim suam excōicare absentē, & aliud ē absentem hoc facere cūm extra territorium, &c. de maiori. c. 2. lib. 6. Io. And.

3 Concor. tex. in l. 2. ff. de cō. ꝓ. emp. & leg.

q̄diu ibi fuerit legatus Papæ oīno dimittat. Not. q̄ iurisdictio minoris iudicis impeditur, ꝑsente maiore. Not. q̄ licet duplicetur iurisdictio, tn̄ maiorem effectum habet secunda q̄ prima. Not. q̄ vbi æqualis est iurisdictio, secunda derogat primæ.

c ¶ *De latere nostro.*] cum legatus de latere dn̄i Papæ sit maior, eo præsente, non exerceat minor officium suum, sed deferat illi tamquā maiori. 21. dist. denique. & j. de priui. antiqua. §. dificæ. & ff. de offi. procon. l. vlt. & maior potestas ad obediendum ꝓponitur minori. 8. distin. quæ ꝯ mores. in fi. & 11. q. 3. qui resistit. & interim suspensum est officium eius: eo vero recedēte resumit illud: arg. ꝯ. 95. dist. ecce. & 11. q. 1. peruenit. & C. de donatio. i hac.

¶ Gregorius ix. patriarchæ Hierosolymitano.

¶ *Præsente legato de latere minor legatus executionem officij sui dimittere debet.*

CAP. VIII.

VOlentes: & infra. ¶ Fraternitati tuæ legationis officiū, in prouincia tua duximus committendū: ita tamen quòd si legatum ad partes illas de latere nostro[c] cōtigerit destinari, executionem ipsius officij, quamdiu legatus ipse ibi fuerit, pro sedis Apostolicæ reuerentia omnino dimittas†.

¶ Idem.

¶ *Legatus nō de latere, sed ratione personæ, extra prouinciam sibi decretam absoluere nequit excōicatos pro iniectione manuum in clericos, nec etiā in prouincia, si tales excōicati aliunde veniant. Legatus vero ratione dignitatis nullos tales absoluit. h. d. secundū communem intellectum.*

CAP. IX.

EXcommunicatis pro iniectione manuū violenta, ecclesiæ Romanæ legati, qui de ipsius latere non mittuntur[d], extra prouinciam sibi commissam[e], vel ibidem, si huiusmodi

EXcommunicatis.] Primo ponit vnum dictum. Secundo aliud: ibi, *Et qui*. Tertio excipit ab vtroq; : ibi. *Nisi*. Abbas.

CASVS. In capitulo isto fit mētio de duplici genere legatorum. Primo dicit q̄ legati illi quibus rōne ꝑsonæ ad tēpus legationis officiū iniungitur, extra ꝓuinciam sibi commissam, vel etiam existentes in prouincia sua non possunt absoluere excōicatos pp iniectionem manuum violentam, si isti iniectores manuum ad ipsum legatum aliunde accedant. Secundo dicit q̄ illi legati, qui habent officium legationis, ꝑtextu ecclesiarum suarum, q̄uis existant in prouincia sua, excōicatos prædictos etiam subditos non possunt absoluere: nisi & istis & illis à sede Apost. de speciali gratia amplius ꝯcedatur, & illi legati non mittuntur de latere Papæ. Not. q̄ legatus ex priuilegio non habet iurisdictionem ex ipsa legatione, nisi in sua prouincia, & circa illos de prouincia sua.

¶ *Glossa sequens arguit à contrario.*

d ¶ *Mittuntur.*] ergo à ꝯtrario sensu, si missus sit à latere dn̄i Papæ, potest absoluere oēs: siue de sua legatione siue nō: q̄d verum est, & in eundo & redeundo s̄m quosdam: ex officio enim legationis licet legatis de latere dn̄i Papæ missis, excōicatos pro violēta manuum iniectione in ecclesiasticas ꝑsonas absoluere. s̄. eod. q̄ translationem. & j. de sen. excom. ad eminentiam. Tales enim legati postq̄ egrediuntur vrbem, quousq; in vrbem reuertātur, beneficium absolutionis impendunt, & ita obseruant de facto: & hoc introductū est in fauorem aīarum, vt periculū moræ vitetur.[4] Arg. j. de sent. excom. sacro. & sic proconsul vbiq; insignia proconsularia habet, licet potestatem suam egressus vrbem non exerceat, nisi in ea prouincia, quæ ei decreta est. ff. de offi. procon. l. 1. & habent iurisdictionem, licet non contentiosam. ff. eod. l. 2. Ber.

¶ *Glo. seq. tractat de triplici genere legatorum. Secundo quaerit, arguit pro & contra. soluit. In fi. subdit tres nouum.*

e ¶ *Commissam.*] Per hoc q̄d dicit hic, patet q̄ maior est potestas legatorum, qui de latere dn̄i Papæ mittuntur, q̄ aliorū. illi enim de quibus ꝑmittit, non possunt absoluere excōicatos pp sacrilegā manuum iniectionem in ecclesiasticas ꝑsonas: vel aliunde venientes: vel extra suam prouinciam existētes: quia nulla potestas est eis concessa extra illam prouinciam. argu. ff. de iurisd. om. iud. l. vlt. & ff. de offi. præsi. l. 3. nisi eis amplius ꝯcedatur, vt dicit in fine: sed illos de sua prouincia absoluere possunt,[5] dum sunt in prouincia. arg. à ꝯtrario sensu. De duplici genere legatorum fit mentio, & primo de his quibus ad tempus ꝯmittitur officium legationis ratione personæ, & non dignitatis: vt s̄. eod. ut. c. proxi. & j. de accusa. cum dilecti. & j. de præsum. mandata. Secundo de his qui ratione dignitatis habent huiusmodi legationis officium in sua ꝓuincia. s̄. eod. c. 1. & j. de appel. c. 2. isti nō mittunt de latere Papæ: vnde minor

* Facit Authen. multo magis. C. de sacrosan. ecclē. & l. 2. C. de testa. tut.

Potestas legatorū de latere in absoluendo.

4 Concor. j. quod re. ff si cer. pet. & l. fin. §. fin. ff. ad l. Rhodiam.

5 Not. Ios. 94. dist. c. 2. q̄ capitis legati ab eo potest absolui: usq; q̄ sunt legati saluo eo quod habet de potestatis. lib. 6. & ca. ut. si quos suadēre in c. e. & de hoc in sp̄e. ut. 2. §. nūc dicamus. ver. sed quaerit. Io. And.

nor

nor est potestas eorum. & isti nõ possunt absoluere excõicatos etiã subditos nisi specialiter eis concedat: vt dicit hic in fin. illi vero q mittuntur de latere dñi Papæ: quia & ipsi pars corpis eius esse intelliguntur: vt 1.q.1. in c. si quis cum militibus. ff. ad l. Iul. maie. q̃squis. ex officio legationis oĩa possunt, nisi illa quæ specialiter sibi sedes Apostolica reseruauit. s. eo. q translationem. Sed quos dicemus de latere dñi Papę missos? an Cardinales tñ, an alios etiam existentes in curia: vt puta capellanos, archiepos, epos, pro suis negotiis in curia existentes? Sed vr q proprie dicantur de latere Papæ Cardinales, quia ad latus ei[9] semp assistunt; sed idẽ vĩ de capellanis et aliis curialibus, quia & ipsi assistunt ei, licet non in secretis consiliis. Satis posset dici, q illi dñr missi de latere Papæ, quos inuenit existentes in curia sua, etiã si non sint Cardinales, & illos transmittit specialiter ad alienam puinciam cõcedendo eis generalem legationẽ. Item qui potest ex officio suo absoluere, potest cõmittere vices suas alij, cũ viderit expedire. j. tit. proxi. c. vlt. Proprie dñr missi de latere dñi Papæ Cardinales tñ. arg. j. de sen. excõ. ad eminentiam. quia ipsi pars corpis dñi Papæ dñr, vt dictum est s. & ideo istorum potestas latior est q̃ aliorum: quia & de sua & aliena 1 prouincia absoluere possunt in eundo & redeundo: alij vero absoluere non possunt aliunde venientes: nisi amplius illis sit cõcessum, vt dicit in fi. Ad hoc not. q ecclesiæ Romanæ legati quantũcũq; plena habeant legationẽ, non possunt ex officio legationis conferre bñficia. nisi specialiter eis fuerit cõcessum: vel nisi sint legati Cardinales, qui ampliori debent ꝓrogatiua gaudere. hoc totum statuitur in decre. Inno. iiij. quæ incipit, officij nostri debitum. Bernardus.

manuum iniectores illuc contingat aliunde accedere: Et qui ecclesiarum suarum prætextu legationis sibi vendicant dignitatem, etiã subditis (quamuis in prouincia sua existentes) beneficium absolutionis impertiri non possunt: Nisi de speciali gratia illis & istis amplius à sede Apostolica concedatur.

¶ Idem.

¶ Durant legati statuta etiam legatione finita, finitur tamen sui delegati iurisdictio, si citatio non præcessit.

CAP. X.

NEmini dubium esse volumus, quin legatorum sedis Apostolicæ statuta[a], edita in prouincia sibi commissa, durent tamquam perpetua, licet eandem postmodum sint egressi. ¶ Secus autem † si causas duxerint aliquibus delegandas†: cum iurisdictio istorum expiret[b], si ante illorũ discessum, horum citatio[c] non præcessit.

† tamen

† Vide l. vnica C. qui pro sua iurisd. & l. 3. C. de offic. praetor.

Legati de latere proprie qui dicant.

1 Quid si sibi remittat lapsus? vide in Spec. eo. tit. §. nunc dicam[9] ver. quid si lapsus. Io. An.

NEmini dubium.] Habet dua dicta multum notabilia. Secundũ: ibi, Secus autem. Abbas.

CASVS. Primo dr̃ q legati Apostolicę sedis possunt edere statuta in prouincia sibi cõmissa, & durant ppetuo, licet postmodũ puinciã exeant. Secũdo dicit q si legat[9] cõmittit cãm alicui, iurisdictio illius expirat, nisi anteq̃ exeat puinciã citatio pcessit. Not. q licet legatorũ iurisdictio sit spalis, tñ statuta ipsorum sunt ppetua; & sic nota, q sublato principali non destruitur accessorium. Item ex hoc nota, q causa sublata non remouetur effectus. Itẽ nota q iurisdictio legati nõ durat nisi eo in puincia existẽte aliqs cœperit ea vti. & sic nota q non tm̃ morte naturali finit mandatũ, sed etiam ciuili.

2 Absoluentur tñ p ordinarios suos, si statutum absolutioné maiori non reseruat. infra de sent. ex frequentib. Io. And.

¶ Gl. seq. fortificat textũ. secundo quarit, arg. negatiue. contrariũ soluit.

a ¶ *Statuta.*] sic patet q statuta q̃ faciunt legati in prouincia sibi concessa, ppetuo sunt seruanda: & si lata sunt sub anathemate, qui ꝯ faciunt, sunt excõicati. 2 j. de lo. & condu. c. ex rescriptis. nã epi qui sunt minoris auctoritatis, statuta ĩ sua diœcesi facere possunt. j. de ma. & obe. si quis venerit. Item de remissionibus quas faciunt locis religiosis siue pontibus, quid dices? nunquid & illæ sunt perpetuę? vĩ q non: quia pses prouinciæ non potest interdicere alicui vltra tẽpus suũ, vti arte sua. ff. de pœn. l. vlti. ff. de postu. puto. §. vlt. sed verum est q valent ppetuo sicut statuta. licet enim administratio sit spalis, illud qđ factum est p eum, ppetuum 3 est. vnde qui facit ꝯ, incidit in pœnã, si aliqua pœna apposita est. & pfectus prouin ad tempus & in perpetuum potest prohibere alicui ne vtatur aduocatione. ff. de offic. præfec. vrb. l. 1. §. vlt.

3 Non tñ intelligas ad effectũ legat vel statuta patere vt perpetua sint, nã hoc in potestate principis positũ est. Gomezianus consi. 93. Io. de Gomeza in proœmio regul. cancellariæ q. 2. vt plurimũ tñ lex ppetua esse solet.

b ¶ *Expiret.*] & ita patet q recedendo à prouincia sua expirat iurisdictio, sicut p mortem expirat. s. de offic. deleg. licet. & c. gratũ. quia pro mortuo quantum ad hoc reputatur. Multis modis dicitur iurisdictio expirare, vt not. s. de offi. deleg. in literis.

4 Dicit Hostien. q hęc iura ꝓbant q ordinaria iurisdictio p̃ p̃uẽtione de legatum, &

c ¶ *Citatio non præcessit.*] ergo si citatio pcessit, valebit commissio post recessum. sic p citationẽ ppetuatur iurisdictio. sic s. de offic. deleg. gratum. & c. licet. & j. de fo. cõpe. proposuisti. sic j. de appel. vt debitus. & sic s. de rescri. capitulum sanctæ crucis. in quibus dr̃ q sola citatione siue conuentione 4 pueniitur iurisdictio aliorum.

DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.

¶ Visum est de officio ordinarij speciali, vt est legatus: nunc subijcitur in genere de officio cuiuslibet ordinarij. Abbas.

De hac materia tractatur 3. q. 7. & 9. q. 3. 11. q. 1. et q. 2. & q. 3. 18. q. 2. per totum. & 30. q. vlt. in certa, vsque ad fi. q. 3. q. 5. quia suspecta.

TITVLVS XXXI.

De officio iudicis ordinarij.

¶ Ex synodo Ioannis Papę.

¶ Episcopi in suis diœcesibus possunt crimina inquirere, & punire: & cum opus fuerit, inuocare brachiũ seculare.

CAP. I.

PErnicio-sam †: & infra. ¶ Habeant igitur episcopi singularum vrbiũ in suis diœcesibus liberam potestatẽ, adulteria & scelera inquirere[d], vlcisci, & iudicare[e] † secũdum q canones[f] cẽsent, absq; impedimento alicuius. ¶ Et cũ opus fuerit publicũ[g] conuocent auxiliũ non ad

PErniciosã.] Primo ponit decisũ exordium. Secũdo dispositionem: ibi, *Habeant igitur.*

CASVS. Statuit Ioannes Papa ĩ synodo ista, q epi singularum ciuitatum habeant potestatem inquirendi crimina, & punire criminosos sm̃ quod canones dicũt sine impedimento alicuius: & si opus fuerit, inuocẽt brachiũ seculare, ita tñ q per hoc nullum pIudicium fiat epis, vt hoc ipso ius sibi acquirant. Nota q vbi ecclesia per se non sufficit, inuocare debet auxilium seculare.

ordinariũ; de legato vero nõ potest quin preueniat iudicem ordinariũ & remittit de appella. vt debitum. de reseruatione etiam legati, an debeat post ipsum excessum, tradit hic H. qđ est expediẽ infra eod. pfectus lib. 6. Io. And.

† Cap. unic. in 1. compilat. vide concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 8.

d ¶ *Inquirere.*] tunc scilicet cum frequens & clamosa fama est contra subditum, quæ obtinet vicem accusatoris. j. de accu. qualiter & quãdo. & j. de simo. licet Heli. & tunc possunt testes introducere contra illos. 11. q. 3. præcipue. etiam lite nõ contest. j. vt lit. non contest. quoniam frequenter. §. sunt & alij.

† Vide l. Imperium. cum not. ff. de iurisd. omn. iud.

e ¶ *Iudicare.*] vndecunque illi sint: præses enim prouinciæ purgare debet prouinciam suam malis hominibus, nec distinguitur vndecunque sint. ff. de offi. præsi. præses prouinciæ. & 6. q. 3. placuit. & C. vbi de cri. agi opor. Auth. qua in prouincia.

¶ Glo. seq. dicit de quibus criminibus inquirãt episcopi. secundo arg. quod iudex secundum allegata, &c. allegat 9. iura. & 4. alleg. in contrarium. ponit 2. opi. & secundam approbat.

f ¶ *Secundum quod canones censent.*] Dicunt q canones epi causas synodales inquirere debent: & testes maturiores in parochia constituere, vt causam synodalem ad epm deferant. 35. q. 6. eps in synodo. ad epos enim pertinet inquirere de huiusmodi criminibus ecclesiasticis, de adulterijs, de consanguinitate inter virum & vxorem. & 35. q. 6. eps in synodo. & cap. ab isto die. & duobus cap. seq. Item de hæresi. j. de hæreti. excõicamus. §. adijcimus. Item crimen vsurarum, sacrilegij, simoniæ, & similia proprie spectant ad ecclesiasticum iudicem: & de his principalibus inquirere debent episcopi, & punire, & etiam de quocunque mortali peccato. j. de iudi nouit. Item ex eo quod dicit hic, inquirere, vlcisci, & punire secundum q canones censent, est arg. q iudex debet iudicare secundum allegata, & secundum canones & leges, & non secundum conscientiam: 5 vt expresse dicitur 11. q. 3. summopere. & 3. q. 7. iudicet. & 6. q. 2. si tantum. & cap. placuit. & j. eo. c. proxi. & C. de iud. rem non nouã. & in Authen. de iud. §. quia vero. coll. 6. & in Auth. de defen. ciui. §. iusiurandum. coll. 3. & ff. de offi. præsi. illicitas. §. 1. arg. ꝯ. j. q potest iudicare secundũ quod putat. ff. quis & à quo appel. fi. l. appellari. & ff. de arbit. qualem. & 11. q. 3. tunc vera est. & arg. 8. dist. qui contempta veritate. In hoc casu qñ iudex aliud habet in conscientia, & aliter constat per probationes legitimas, dicunt quidam q debet alij causam delegare. ff. de iuris. om. iud. prætor. Alij dicũt & melius, q licet iudex aliud habeat in conscientia sua quàm constet per allegata, debet iudicare secundum q facta est fides sibi in iudicio per iura primo dicta: & non debet sequi conscientiam: quia non scit illa tamq̃ iudex, sed tamq̃ Deus. j. c. proxi. & 6. q. 2. si tm̃. & c. placuit. nec peccat, nec dicitur facere ꝯ conscientiam. 6. & ita nec in condẽnando nec in absoluendo sequatur conscientiam. Et q ita sit procedẽdum patet, nam dñs omnia sciebat; & tñ nullum voluit cõdemnare nisi probationibus conuinceretur. 2. q. 1. Deus omnipotens. Aduerte tñ quòd qui contra conscientiam iudicat, punitur secundum tenorem constitutionis Inno. iiij. j. de re iud. cum æterni. [lib. 6.]

Quid inquirere debeat eps. & qualiter interrogare de delictis laic. Burchard[9]. lib. 1. decr. c. 91. 92. & seq.

5 Adde cõmuni sententiam esse, in dubio esse secũdũ allegata, & non secundũ qđ iudex et pro nata phona nouit. de quo a: nobis plene dixi me in Tract. & Caietanus 2. 2. q. 67. art. 2. & Couarruuias lib. 1. c. 1. varia. resolut. ad. de Doctoribus in 1. ex rescripto. ff. de munerib. & honor. & glossam in c. pastoralis. verbo nec supra de offi. deleg.

g ¶ *Publicum conuocent auxilium.*] i. iudicium seculare. sic 23. q. 5. principes. & 96. dist. cum ad verum ventum est. vtraq; potestas per alteram

6 Supple & contra iustitiam. Io. An.

alteram adiuuatur, vt ibi dicitur. & j. eod. qm. & posset compelli ad hoc j. de maledic. c. 2.

¶ *Glo. seq. arg. signat contrarium, & remittit.*

a ¶ *Praeiudicandum.*]quia per hoc non acquiritur ius in ꝑiudicium ecclesiæ, vt sua auctoritate posset in posterum attētare, nisi de mandato ecclesię: immo tenetur auxilium ꝓstare ecclesiæ, & posset compelli ad hoc. 23. q. 5. administratores. & j. de maledi. cap. 2. & est arg. ꝙ protestatio necessaria est, quādo aliqui aduocant ad ea, in quibus ius non habent. 7. q. 1. pontifices. & 24. distin. presbyteri.

Additio. Arg. contra. s. de ele. cum Vintoñ. ibi sol.

praeiudicandum[a], sed potius ad ea, quæ Deo sunt placita, prosequendum.

¶ Eugenius Papa.

¶ *Ordinarius qui scit non vt iudex vel homo, sed vt Deus subditum esse criminis reum, indeterminate poterit, sed non nominatim eū arguere vel punire.*

CAP. II.

SI †sacerdos sciat pro certo[b] aliquem esse reum alicuius criminis: vel si confessus fuerit, & emendare noluerit: nisi iudiciario ordine quis probare possit: Non debet eum arguere nominatim[c], sed indeterminate: Sicut dixit Christus: Vnus vestrum me traditurus est. Sed si ille cui damnum illatum est, petierit iustitiam, potest excommunicare auctorē† damni, licet etiam ei cōfessus[d] sit: sed tamen nō nominatim[e] potest eum remouere[f] à communione, licet sciat eum esse reum: quia† non vt iudex scit, sed vt Deus: sed debet eum admonere[g], ne se ingerat: quia nec Christus Iudam à communione remouit.

¶ Cap. 6. eo. tit. in 1. compilat. & post concil. Lateran. par. 50. cap. 31.

Si sacerdos.] Diuidi potest in duas partes principales, sicut sunt duo dicta. Fm: ibi. *Sed si ille.* Prima subdiuiditur. Primo ponitur thema, ex quo quęstio. Secundo decisio: ibi, *Non debet.* Tertio ratio: ibi, *Sicut dixit.* Ant. de But.

Matth. 26. Marc. 14. Luca. 22. Ioan. 13.

Casus. Sacerdos scit aliquem pro certo reū alicuius criminis, vel ipse criminosus ei confessus fuit, dī ꝙ si ille admonitus noluerit satisfacere, sacerdos non debet eum arguere noiatim, nisi ordine iudiciario crimen fuerit ei ꝓbatum, sed in genere admoneat illū, exemplo Dñi qui dixit: Vnus vestrū me traditurus est. Sed si ille qui damnum sustinuit, petat iustitiam, sacerdos potest excōicare illum qui damnum dedit, hoc modo: excōico quicunq; fecit tale factum: sed nomine proprio non debet eum excōicare, q̄uis ei confessus fuerit: quia nō vt iudex scit, sed vt Deus; & debet illum admonere, ne ingerat se cōioni ipsius sacerdotis: quia nec Christus Iudam remouit. Not. ꝙ iudex non debet iudicare secundum conscientiam, sed secundum ea quæ probantur. Item in genere aliquis potest excommunicari.

¶ auctorem. In aliquo.

¶ Pro intelligentia hu ius c. vide B. Thom. 3. par. q. 80. art. 6. & plenissime Sum. in 4. sent. distin. 22. q. 1. art. 6.

b ¶ *Pro certo.*] quia forte vidit eum delinquentem, vel quia ipse idem ei confessus fuit. 22. q. 5. hoc videtur.

¶ *Gl. seq. ponit Brocar. inducit quatuor iura pro, et quatuor ꝯ. & soluit.*

c ¶ *Nominatim.*]arg. est hic ꝙ aliquid licet in genere, quod in specie non licet. sim. 8. q. 1. quid aūt. ff. de q̄st. l. 1. §. ad quæstionē. arg. s. de offi. dele. qm abbas. ff. de poen. l. moris. §. sunt aūt. ad fi. arg. ꝯ. 24. dist. qm. ff. si quis cautl. sed & si quis. §. quęsitū. & j. de appella. inter cætera. & C. de iure do. ipe. l. 1. Sol. qd licitū est in genere, licet in specie, & ecōuerso: nisi descensus ad specialia vel gn̄alitas occasionē mali inducat, vt patet per exēpla in 1. rub. & C. quæ res pig. ob. poss. l. 1. & ff. de pign. l. obligatiōe, sed singula exēpla tā de prima reglā q̄ scd̄a suū casū obtinēt, vt patet i quacūq; ꝯcordātia.

¶ Creditor habens omnia bona debitoris obligata, nō impetrat illorum dominium: secus si certam rem habet obligatam. Ioan. And.

d ¶ *Confessus.*]licet enim ꝯfessus sit in pœnitentia, nuq̄ tñ excōicabit eum ipsum exprimendo: quia sic ꝓderet peccatorem: qd esse nō debet. de pœn. dist. 6. placuit. & j. de poe. & remis. ois vtriusq;.

e ¶ *Nominatim.*] i. proprio noie expresso non debet eum arguere, vel excōicare, sed in genere sic dicēdo: Quicūq; fecit tale factū, sit excōicatus, & perinde hr̄ ac si proprio noie expresso esset excōicatus quantū ad Deū, sed quantum ad ecclesiā non: quia non vitabitur ab ecclesia. & est simile 11. q. 3. excellentissimus. & Instit. de exhę. lib. §. masculos. & §. nominatim. & ff. de lib. & posth. nominatim.

¶ Nō dicit illum, sed vnum ex illis. Io. An.

¶ *Glo. seq. quarit, allegat pro, & contra, & soluit.*

f ¶ *Remouere à cōione.*] Simile 6. q. 2. si tm̄. & c. placuit. Sed quid si eps dicat, excōico vnum de illis qui tale factum fecerunt? Vr ꝙ nullus sit excōicatus: quia cū ex pluribus seruis eiusdem nominis vnus liber esse iussus est, neuter liber erit. ff. de manumis. testa. cū ex pluribus. de testa. tutel. duo sunt Titij. & noiatum quis est excōicandus. 24. q. 2. sane. arg. ꝯ ꝙ vterq; sit excōicatus. ff. de adimen. le. l. 3. §. si duobus. & ff. de rebus dub. qui duos. Sol. Sed verum est ꝙ neuter est excōicatus: quia sn̄ia incerta est, & ideo rei iudicatæ

¶ Adde ꝙ hoc habet dubitatio, licet propter gl. non pro cōtrario ad quod induxit.

auctoritatem non continet, sicut sn̄ia quæ certam quantitatem non continet, nulla est. C. de sen. quæ sine cer. quan. l. pen. & vlt.

g ¶ *Admonere.*]in secreto, ne ingerat se cōioni suę. simile j. de sent. excō. cum non ab hoie. 1. rñ. sed publice non debet eū remouere; sicut nec Christus Iudam remouit, immo ei Eucharistiam dedit. de consec. dist. 2. cum oē. & c. si illud. & cum alijs ad ꝑdicandū misit. 1. q. 1. sicut Christ⁹.

¶ Alexand. tertius Florent. episcopo.

¶ *Si ordinarius subiectus episcopo profert in sibi subiectum iustam censuram ecclesiasticam, episcopus illam seruare debet, & illā sine satisfactione & conscientia proferentis relaxare nō debet.*

CAP. III.

CVm †ab ecclesiarū prælatis, ecclesiastica[h] sentētia, in malefactores aliquos promulgatur, rata debet & firma consistere: & vsq; ad condignā satisfactionē inuiolabiliter obseruari. ¶ Quapropter mandamus, quatenus si quādo plebanus sancti P.† in clericos vel laicos parochianos suos, interdicti vel excōmunicationis sentētiam rationabiliter[i] tulerit; ipsam facias inuiolabiliter obseruari, & eam sine cōgrua satisfactione, & absq; eiusdem plebani conscientia non relaxes[k].

¶ Idem Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ *Si ordinatio vacantis ecclesiæ etiam patronatæ ex iusta causa differtur, est ibi per episcopū œconomus ponendus.*

CAP. IIII.

CVm †vos plerumq; oporteat ordinationem eccle-

Cum ab ecclesiarum.] Primo ponit exordium, ex quo secundo infert mandatum: ibi, *Quapropter.* Abb.

Casus. Pleban⁹ sancti Pancratij aliq̄s excōicabat aliquos ꝓ excessibus suis: epūs Florētinus absoluebat eosdē irrequisito dicto plebano: puenit hoc ad dñm Papam: Papa sup hoc scribit epo Florentino dicens, ꝙ si ꝓlati proferunt sn̄iam ecclesiasticam in aliquos malefactores, illa debet firma & rata cōsistere, & obseruari vsq; ad debitā obseruationem. Vnde mandat Papa epo Floren. quatenus si ꝓdictus plebanus sn̄iam excōicationis vel interdicti profert in clericos vel laicos parochianos suos, ipsam faciat inuiolabiliter obseruari, nec eam relaxet sine conscientia dicti plebani. Not. ꝙ plebani habent iurisdictionem excōicandi. Item epūs debet seruare sententias subditorum suorum.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. par. 11. c. 7.

¶ Pancratij

¶ Cap. 5. eo. tit. in 1. compilat. & post concil. Lateran. par. 13. cap. 11.

¶ *Glossa seq. rect. per q. ao prelati inferiores episcopo, &c. arg. ponit opi. & soluit.*

h ¶ *Ecclesiastica sententia.*]sic ergo ꝓlati isti possunt excōicare. 16. q. 1. alia causa est. & sic sunt iudices ordinarij. arg. j. de excel. prælato. c. ad hæc. & habent curā aīarum. s. de elect. cū in cunctis. § inferiora. sic & abbas potest excōicare, & habet iurisdictionē. j. de simo. sicut. s. de offi. deleg. Pet. & Guil. & j. de so. cōpe. significasti. & hoc oēs concedunt, nisi consuetudo faceret contra tales, sed anathematizare non possunt, vt dicunt quidam. 16. q. 2. visis. & 24. q. 3. corripiantur. Et ni dicas ꝙ non possunt anathematizare siue excōicare, cum illa etiam solemnitate de qua traditur 11. q. 3. debent. & de illa excōicatione intelliguntur prædicta capitula. 16. q. 2. visis. & 24. q. 3. corripiantur. & quod hoc facere possunt isti inferiores prælati, habes j. de eo qui fur. or. c. 1. & quia hoc non est ordinis, sed potius iurisdictionis. s. de elect. transmissam. & illud generaliter traditur, ꝙ quilibet ꝓlatus collegiatæ ecclesiæ, licet subsit epo, est tñ iudex ordinarius in plebe sua. & habet iurisdictionem cognoscendi & excōicandi, vt hic dicit. & in Authen. de defen. ciui. §. 2. colla. 3. & 15. q. 4. c. 1. & j. de iudi. decernimus. argu. C. de iurisd. om. iud. l. vlt. & illum dico prælatum hoc facere posse, & talem iurisdictionem habere qui est electus à collegio siue vniuersitate. s. de elect. c. 1. & 93. distin. legimus. & idem intelligo si præficiatur collegio vel vniuersitati ab eo qui habet administrationem cum iurisdictione, puta episcopo.

¶ Ab. In. no. ꝙ Archidiaconi habent iurisdictioné à canone, etiamsi nō eligātur ab vniuersitate, vel non confirmentur ab epo. c. 1. & c. ad hæc. supra de off. archid.

i ¶ *Rationabiliter.*] quod semper præsumitur donec ꝓbetur ꝯriū. argu. s. de renun. in præsentia. & j. de re iudi. sicut & seruanda est a subditis, siue sit iusta, siue non. 11. q. 3. sententia pastoris.

¶ *Glo. seq. quarit, & soluit.*

SVPER. Præterea petebat patriarcha, ei dominus Papa faceret sibi impendi obedientiā ab epō & epis regni Cypri: & Papa fere idem rñdet in hac petitione secūdum quod in alia, cum ipsi ante promotionē patriarchæ exempti extiterant, qñ Constantinopolitana ecclesia erat inobediēs & rebellis, & in eorum absentia circa statum illorū nihil debeat immutari. si vero iustitiam de illis postularit, audiet ipsum. Not. ꝙ cōtra absentem non citatū, non conuictum vel confessum, nō est pcedendū.
f ¶ *Caperetur.*] Jà Venetis.
g ¶ *Iuris namque.*] Prima ratio.
h ¶ *Præiudicium.*] Nulli enim auferenda est possessio añ cāæ cognitionē. vt 12. q. 5. c. 1. ī fi. argu. 16. q. 6. placuit. 2. q. 3. volumus. & ī. vt lit. penden. per totū. C. vñ vi. si qs in tātā. C. si per vim, vel alio modo. l. 2.
¶ *Glo. seq. notat duo.*
i ¶ *Citati.*] Vnde sñia non tenet cū citatio nō peruenit ad eū, nec fuit publice pposita. ff. quæ sen. sine app. rescin. l. 1. §. itē ex eo edicto. Et no. ꝙ ille qui est in possessione obedientiæ, cōueniendus est, & non subditus q. pstat obedientiam, & agit pro ecclesiis, & defendit eas sibi subiectas. ī. de rel. do. cōstitutus. & c. cū venerabilis. Itē no. ꝙ oēs quos negotiū tangit, eocandi sunt: vt hic patet: qđ si non fiat, non pindicatur absenti, nisi forte sciuerit causam suam agi & taceat. ī. de re iud. quamuis. e bi de hoc.
K ¶ *Se absentent.*] sim. 3. q. 9. c. 2. & per totum. & ī. de rescri. ex parte 1. & ī. de constitu. ecclesia. nec tenet rescriptum, quod præcipit aliquid fieri absente altera parte, & non per contumaciam. C. vnde vi. meminerint. & C. si per eim, vel alio modo possessio. l. vltima.
l ¶ *Cum & ipsi.*] Prima ratio.
¶ *Glossa sequens obiicit.*
m ¶ *Inobediens.*] Videtur quòd hoc licite potuisset petere. argu. ī. de elect. quia diligentia. & ff. de bo. li. etiam. §. si deportatus.
n ¶ *Et in eorum absentia.*] Secunda ratio. Bernar.

QVod super.] Primo ponit decisium exordium. Secundo dictum, cum inclusa limitatione, dictum est: ibi, *Abbates.* limitatio: ibi *Dummodo.* Abbas.

Ioan. 21.
Matth. 16.

Casus. Abbates quidam qui vocabantur ad synodum ab episcopo dioecesano, dicebant quod non tenentur ire ad synodum: quo quaesiuit episcopus à Papa quid iuris esset? Respondet quod abbates & sacerdotes subiecti episcopo lege dioecesana, qui ad synodum venire contemnunt, per censuram ecclesiasticam ad synodum venire cogantur, obedientiam & reuerentiam suo episcopo exhibentes, dummodo nihil iniquum statuatur in ipsa. Not. quod abbates ad synodum venire debent.

plurium credit in praeiudicium aliorum. Item excommunicati debent absolui praestito prius iuramento. Item à periuro iterum exigitur iuramentum. Item quod priori suo vel abbati suo non vult obedire, debet expelli de monasterio.

Glo. seq. notat. & signat contrarium.

c ¶ *Iuramentum.*] Not. quod regularis suspectus de inobedientia, cogi pôt iurare obedientiá. arg. ff. de iud. in omnibus. a Arg. §. 3. eod. legebatur.

dioecesana [a] tibi lege subditos†, qui ad tuam synodum venire contemnunt: (Dummodo† in ipsa synodo non ducas aliquid statuendum quod canonicis obuiet institutis) per censuram ecclesiasticam ad synodum ipsam †venire compellas: & debitam tibi obedientiam [b] & reuerentiá exhibere.

¶ Idem sancti Stephani & sancti Proculi abbatibus Bononiensibus.

¶ *Canonici regulares inobedientes Priori suo, per ipsum excommunicari possunt: & si fuerint incorrigibiles, de fratrum consortio expelli debent.*

CAP. X.

Cum† in ecclesiis sancti Victoris & sancti Ioannis de monte: & infra. ¶ Nos igitur ad reformationem earundem ecclesiarum diligenti solicitudine intendentes, vniuersis canonicis dedimus in mandatis, vt Priori suo in his quae ad† eum pertinent, obedirent. ¶ Cumque omnes (quatuor duntaxat exceptis) se obedire velle concorditer respondissent, praedicti quatuor se contra Priorem in superbiam erigentes, licet de obedientia suo Priori praestanda, praestitissent corporaliter iuramentum [c]: tamen exhibiti iuramenti immemores, suo Priori per omnia restiterunt; & cum pro contumacia sua nequiuissent ad debitam obedientiam reuocari, dictus Prior in eos excommunicationis [d] sententiá promulgauit. ¶ Cum† igitur praefati canonici ad Apostolicá sedem accessissent, per scripturas authenticas [e]† ex multorum testimonio praelatorum effecti de ipsorum cótumacia certiores, recepto secundum formam ecclesiae ab eisdem corporaliter iuramento [f], ipsis fecimus absolutionis beneficium impendi; praecipientes eis sub debito iuramenti, vt ad suum claustrum de quo exierant redeuntes, Priori suo secundum Deum deuote ac humiliter obedirent. ¶ Ideoque mandamus, quatenus praefatos canonicos, vt ad Prioris sui obedientiam reuertantur, per censuram ecclesiasticam compellatis: & ne de sua possint contumacia [vel malitia†] gloriari, cogatis eos (si videritis expedire) vt iuramentum, quod de parendo mandatis Prioris, pro absolutionis beneficio impetrando superbe negauerant, humiliter praestare procurent. alioquin eos de fratrum consortio penitus excludatis [g].

¶ Honorius tertius G. presbytero cardinali, & capitulo sancti Laurentii in Damaso†.

¶ *Presbyteri clerici capellarum subditarum titulo cardinalatus, debent cardinali obedientiam & reliqua de quibus hic. Et vacante titulo succedit capitulum illius ecclesiae, nisi pro bono pacis aliquid sit exceptum.*

CAP. XI.

His quae pro ecclesia sancti Laurentij in Damaso ex parte vna, & capellis sibi subiectis ex altera, super† scrutinio aliisque articulis fuere proposita, diligenter† auditis, sententiando decreuimus, vt earundem capellarum presbyteri & clerici, cardinali qui nunc est in ipsa ecclesia, & qui† fuerint per tempora, manualem obedientiá [h], & reuerentiá, & honori-

¶ *Glo. seq. obuiat, & soluit.*

a ¶ *Dioecesana.*] Sed quare vocantur abbates ad synodum, contra illud quod legitur 18. dist. episcopus. & 18. q. vlt. §. fi. Respondeo, abbates habentes populum, tenentur venire ad synodum: de quibus loquitur 18. q. 2. abbates. sed non habentes populum, non tenentur venire, nisi causa rationabilis subsit, vt dicit in illa palea. 18. dist. in. episcopus. vnde Cistercienses etiam si non essent exempti, cum non habent populum, non tenentur venire: exempti enim qui populum non habent, non tenentur venire. 18. q. 2. quam sit necessarium. in fi. de hoc dictum est supra de off. ordi. dilectus.

b ¶ *Obedientiam.*] quia iudex siue praelatus iurisdictionem suam defendere potest poenali iudicio. ff. si quis ius dic. non obtemp. l. 1.

C*um in ecclesiis.*] Primo narrat factum. Secundo dat iudices: ibi, *Ideoque.* Prima pars facit tria. Nam primo ponitur Papae mandatum. Secundo rebellio 4. canonicorum, & ipsorum excommunicatio: ibi, *Cumque.* Tertio ipsorum absolutio, & praeceptum ei factum: ibi, *Cum igitur.*

Casus. Significatum fuit dño Papae quod canonici ecclesiarum sanctorum Victoris & Ioánis in monte inobedientes erant suo priori, & in aliis quam plurimum excedebant. Papa vero volens intendere circa reformationem eorum, mandauit canonicis vniuersis vt priori suo in his quae ad Deum pertinent, obedirent. Literis dñi Papae receptis omnes responderunt quod parati erant in omnibus obedire, exceptis quatuor, qui contra priorem se in superbiam erexerunt, qui suus de obedientia praestanda praestitissent iuramentum: & cum non possent ad obedientiam reuocari, dictus prior excommunicauit eosdem: Tandem petiuerunt absolui ab ipso priore, & ipse praecepit eisdem vt iurarent parere mandatis ipsius, quod ipsi facere noluerunt: vnde noluit eos absoluere: Postmodum dicti quatuor ad sedem Apo. accesserunt, & cum constitisset Papae de ipsorum contumacia per litteras multorum praelatorum, recepto ab eis iuramento secundum formam ecclesiae, istos fecit absolui, praecipiens eis sub debito iuramenti, vt ad claustrum redirent, & suo priori humiliter obedirent. super negotio isto scribit Papa duobus abbatibus, mandans eisdem, quatenus compellant praefatos canonicos redire ad obedientiam sui prioris: & ne de sua malitia valeant gloriari, compellant eosdem, vt praestent eidem priori iuramentum quod de parendo mandatis prioris, pro sua absolutione superbe negauerunt, si viderint expedire. quod si facere noluerint, de monasterio expellantur. Not. quod priores & abbates possunt excommunicare. Item iuramentum de obedientia à contumacibus potest exigi. Item litteris

d ¶ *Excommunicationis.*], & ita prior pp inobedientiá pôt excommunicare subditum suum. sic & electus in abbatem. j. de simo. sicut.

¶ *Glo. seq. ponit duo argumenta, et primum reprobat.*

e ¶ *Authenticas.*] Vt quod per scripturas probetur crimen alicuius, & ita per chartá pôt probari primum alicuius. argu. 5. q. vlt. Epiphanium. quod non est verum. Item est arg. hic quod litteris praelatorum creditur in praeiudicium aliorum, cum viuae voci non credatur. j. de proba. quoniam §. Item habes hic quod litterae praelatorum scripturae dicuntur authenticae. sic j. de fide instru. c. 2. & c. cum dilectus. j. de probatio. post cessionem.

Additio. Certiores. Non reputat probatum quantum ad depositionem, sed quantum ad absolutionem. Item non agebatur criminaliter secundum Innocentium. Io. And.

f ¶ *Iuramento.*] Not. quod à periuro & suspecto recipitur de nouo cautio iuratoria, contra quod est contra illud 22. q. 5. paruuli. & contra illud j. de praesum. litteras. & j. de coha. cle. & mu. clericos. sed illud fit in maiorem confusionem ipsorum, & maius opprobrium, & quia aliam cautionem praestare non possunt, cum nil habeant, vt 12. q. 1. non dicatis.

g ¶ *Excludatis.*] Ecce poena inobedientiae, & nihilominus excommunicandi sunt, & ab omnibus euitandi vsque ad satisfactionem. j. de regulari. & transeun. c. vlt. in fi. Ber.

H*is quae.*] Duo sunt dicta. secundum: ibi, *Quando.* Abbas.

Casus. Inter ecclesiam sancti Laurentij in Damaso ex parte vna, & capellas sibi subiectas ex parte altera, quaestio vertebatur super scrutinio & aliis articulis coram Papa; ipse auditis quae vtraque pars coram ipso proponere voluerat, sententiando decreuit, vt presbyteri & clerici earundem capellarum cardinali qui tunc erat in ecclesia ipsa, & qui per tempora fuerint, praestent manualem obedientiam, & reuerentiam, & ad ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo, & capitulo conueniant temporibus consuetis, correctionem ipsius cardinalis recipiant, & sententias excommunicationis, interdicti vel suspensionis, quas in eos & eorum ecclesias contulerit, inuiolabiliter obseruent. Cum vero ecclesia illa cardinali vacabit, capellani & clerici supradicti, capitulo ipsius ecclesiae exhibeant omnia supradicta, excepto quod dictum est de correctione, excommunicatione, ac suspensione ipsorum: quia dominus Papa pro bono pacis, suae prudentiae reseruauit. Not. hic quae debent capellani & clerici suis plebibus. Item vacante ecclesia capitulum exercet vicem praelati.

h ¶ *Obedientiá.*] Hic enim patet qualiter subditi obedientiá [4] facere

O 4 debeant

[a] subiectos

[b] Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 2.

[c] illam

[d] Cap. 1. eo. tit. in 4. compilat.

[e] Sed vide omnino quod tubeat hodie obseruari concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. c. 2.

[f] Aliàs ad Deum. & sic vtraque litera facit quod not. supra de temp. ord. c. ad aures. in glos. 2.

[g] Aliàs, Cumque.

[h] Id est, sigillis authenticis praelatorum sigillatas. quod dic vt not. infra de fide instr. c. 1. & c. cum dilectus.

[a] Ex iusta causa cogitur quis cauere de eo quod debet in diem, vel sub conditione. Ioan. And.

[b] Haec duo verba, vel malitia, desunt in antiquis

[c] In pluribus manuscriptis habetur, Damaso, tam in titulo quam in textu: sed male, cum sit titulus nouus & valde antiquus Romae.

[d] Concor. text. in l. 1. & ibi Bar. C. si aduer. venditio.

[e] In aliquot vetustissimis exemplaribus ita: super scrutinio, aliisque articulis diligenter auditis.

[f] Aliàs statim diligenter nobis auditis.

[g] & qui pro tempore fuerint.

[4] Et contra [illegible] non cu[illegible] praescri[illegible] de praescrip. cum [illegible] non liceat. & quod habetur a[illegible] specialiter in cardinalibus. tradit hoc latius Hostien. Ab.

debeant suo prælato sine scriptura. s. eo. legebat. & sine iuramento. j. de iureiurando. nullus. sic j. de resti. spol. olim. & qñq; per iuramentum: vt cap. nullus.

ADDITIO. Nisi essent suspecti: vt s. tit. prox.

a ¶ *Pro scrutinio.*]Sic j. de capel. mo. dilectus. vbi de hoc in glo. quæ incipit, sic. s.

¶ *Glo. seq. arguit vacante sede, &c. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Pro bono pacis.*] Ergo vi. q de iure cõi vacante ecclesia prælato, transferatur potestas ad capitulũ; sed pro bono pacis Papa hoc sibi reseruat, cum omnia alia libere capitulo reseruauerit. Et ita vacante ecclesia capitulũ põt iudicare, absoluere, & excõicare. j. de hære. ad abolendã. i. rñ. & j. eo. cũ olim. arg. 65. dist. c. vlti. & 7. q. 1. põtifices. & 23. distin. in nomine dñi. Ea vero quæ ministerium consecrationis desiderant, facere non possunt: immo vocabũt vicinos epos cũ cautelæ studio: vt in dicto c. pontifices. Prębendas tñ vel dignitates, vel curã animarũ, quæ pertinent tantũ ad prælatũ, capitulõ vacante ecclesia conferre nõ põt: qa nusquã inuenitur q vacante sede, potestas conferendi beneficia transferatur ad capĩm. j. ne se. va. illa. Arg. 3 illud quod dictũ est, q capitulũ possit absoluere. 11. q. 3. si quis epa damnatur. Illud verũ est, q si excõicatus à prædecessore non sit absolutus, q successor illũ absoluere põt. cũ ei succedat in onere ac in honore. s. de offic. ord. pastoralis. Sed nõ negat quin capitulũ possit illum absoluere necessitate exigente: & ita pp periculũ animarũ hoc permittitur. Et satis põt concedi. arg. huius c. q capitulũ vacãte ecclesia (cum causa rationabilis subest) põt excõicare subditos si fuerint contumaces & inobedientes. Ber.

ficentiam omnem exhibeant, & ad ecclesiam ipsam pro scrutinio a, baptismo, & capitulo celebrandis, conueniant temporibus consuetis: correctionẽ ipsius cardinalis recipientes humiliter: & excommunicationis interdicti, vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos, & ecclesias eorundem, inuiolabiliter obseruantes. ¶ Quando autem ecclesia ipsa cardinali vacabit †, capellani & clerici memorati, eidem ecclesiæ reuerenter exhibeant omnia supradicta: excepto quod de correctione, excommunicatione, & suspensione ipsorum pro bono pacis b, nostræ prouidentię reseruamus.

¶ Idem abbati sancti Michaelis Abradesi. diœcesis.

¶ *Licet abbatissa subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur.*

CAP. XII.

Dilecta in Christo filia abbatissa de Bubrigeñ. † transmissa nobis petitione mõstrauit, quòd cum ipsa plerũq; canonicas suas, & clericos suæ iurisdictioni c subiectos, propter inobedientias & culpas eorum, officio beneficioque suspendat: iidem confisi ex eo quòd eadem abbatissa eos excommunicare non potest, suspensionem huiusmodi non obseruant: propter quod ipsorum excessus remanent incorrecti. ¶ Quocirca mandamus quatenus dictas canonicas d & clericos, vt abbatissæ prefatæ obedientiam & reuerentiam debitam impendentes, eius salubria e monita & mandata obseruent, ecclesiastica cẽsura compellas.

¶ Gregorius nonus patriarchæ Grãdeñ.

¶ *Si metropolitanus à suffraganeo iuramentum exigit vltra formam statutã à canone, in eo quod est vltra, suffraganeus non tenetur.*

CAP. XIII.

Dilecti filii archidiaconus & capitulum Castellanũ suam ad nos querimoniam detulerũt, quòd cum á Castellañ. episcopo exigeres iuramentũ pręter formam canonicam, quam cæteri suffraganei metropolitanis suis consueuere præstare, iidem conspicientes ex hoc ecclesiæ suæ præiudicium generari, ad sedem Apostolicam appellarunt f: & infra. ¶ Cum igitur non deceat alij te fecisse, quod ab alio fieri tibi nolles g: Mandamus quatenus...

Dilecta in Christo filia.]Prima pars ponit querelam. Secũda: ibi, *Quo circa*, dat iudices. Abbas.

CASVS. Abbatissa Bubrigeñ. conquesta fuit dño Papæ, q cũ ipsa canonicas suas & clericos suæ iurisdictioni subiectos suspenderet ab officio & beneficiis, exigentibus suis culpis, ipsi cõfisi ex eo q ipsa eos excõicare non posset, suspensionem ipsius non seruabant, & sic eorum excessus impuniti remanebant. Mandat Papa cuidam abbati, quatenus dictas canonicas & clericos compellat per censuram ecclesiasticam, vt abbatissæ præfatæ obedientiam & reuerentiam impendãt, & eius salubria mandata obseruent. Not. q mulier excommunicare non potest.

¶ *Glo. seq. alleg. vnam concor. in contrarium alleg. 3 iura, & soluit.*

c ¶ *Iurisdictioni.*]Sic ergo mulier habet iurisdictioné. j. de arbit. dilecti. Sed 3 vi. q mulier iudicare nõ põt. 33. q. 5. mulierem. nec ciuilibus fungitur officiis. C. de procur. alienã. ff. de reg. iur. l. 2. Dicas q abbatissa habet iurisdictionem talem qualẽ, non ita plenam sicut vir habet. Dicas ergo, q potest suspendere ab officio & beneficio monachas suas, & clericos suæ iurisdictioni subiectos, secundum q hic satis innuitur, si inobedientes fuerint: habet enim administrationem tpalium & spiritualium. arg. j. de confir. cum dilecta. j. de his quę fiunt à præla. sine consensu cap. c. 2. Item ratione suæ administrationis post suã confirmationem potest conferre ecclesias & beneficia, & instituere clericos in ecclesiis sui monasterii, sicut faciunt cõfirmati. s. de elec. nosti. & sicut abbates. j. de his quæ fi. à pręla. sine con. cap. c. ea noscitur. Sicut abbas enim de cõsensu capituli repræsentat, vt dicit illa decre. ea noscitur. eodé modo abbatissa. Excõicare aũt nõ potest vel absoluere. j. de sen. excõ. de monialibus. Et potest dici quòd nec ab officio potest suspendere, nec interdicere, quia & hoc pertinet ad claues. j. de excef. præ. tanta. & non dicit hic Papa, q possit, quia non sexui fœmineo, sed virili traditę sunt claues regni cælorũ: licet n. beatissima virgo Maria excellentior sit Apostolis vniuersis: non tñ illi, sed illis tradidit claues regni cælorũ. j. de pœ. & re. noua. nec potest velare moniales. 20. q. 2. statuimus. Præterea mulier nõ debet habere talem potestaté, quia non est facta ad imaginé 1 Dei, sed vir, q est imago & gloria Dei, & mulier debet subesse viro, & quasi famula viri esse, cũ vir caput sit mulieris, non econuerso. 33. q. 5. hæc imago. & cap. cum caput. 3 Et ideo quia excõicare non potest, 3 pręcipit Papa quòd clerici & moniales, q cõtemnunt suspensionem ipsius, cõpellantur per cen. ecc. ad seruandam eius suspensionem & salubria mandata eius.

d ¶ *Canonicas.*]Non dicit, monachas: loquitur enim secundũ consuetudiné Theutonicorũ, vbi sunt canonicæ seculares, quæ nullã faciunt pfessionem, nec renunciãt propriis, immo qñq; contrahunt matrimonium. 4 de talib. potest intelligi. 32. q. 5. c. vlt. in fine.

e ¶ *Salubria.*] si certũ est q sint salubria, vel etiam si sit dubiũ. 11. q. 3. quid ergo. & 13. q. 1. quid culpatur. in fin. Si certũ est q essent mala, non est obediendũ. 11. q. 3. nõ semper. c. si dñs. & c. Iulianus.

Dilecti filij.] In prima parte ponitur querela. In secunda prouisio: ibi, *Cum igitur.* Abbas.

CASVS. Patriarcha Grandeñ. occasione cuiusdã consuetudinis exigit iuramentũ fidelitatis ab epo Castella. præter formã canonicam, quã alij suffraganei consueuerunt præstare suis metropolitanis: archid. & canonici Castellani videntes ex hoc ecclesiæ suæ pıudiciũ generari, ad sedẽ Apost. appellarũt, ne occasione illius nihil exigant ab epo Castellano vltra id qd faciunt alii epi à suis metropolitanis pp aliquã consuetudinem. vnde mandat Papa patriarchę Grandeñ. quatenus contentus existat forma canonica, quã ipse recepit ab epis subiectis sibi nullo medio, nec amplius exigat à Castellano epo obtentu alicuius consuetudinis, pretextu iuramenti præstiti: sciens q Papa absoluit eum ab huiusmodi iuramento, quantum ad alios articulos, immo ipsum denunciat potius non teneri. Not. q vbicunq; videt aliquis sibi præiudiciũ generari, põt appellare. Item qd tibi fieri non vis: alij non facias. Ité iuramentũ non extendatur ad ea quæ de iure præstanda non sunt.

¶ *Glo. seq. rõn. per obie. de decre. cum inter R.*

f ¶ *Appellarunt.*] quia eorũ intererat. per tale enim iuramentum pręiudicabatur ecclesiæ, saltem de facto: quare admissa fuit appellatio. 2. q. 6. non solent. & s. de elect. c. cũ inter R. Et sic eps per iuramentum suũ non poterat ecclesiã obligare, cũ nõ teneretur quo ad illa, quæ præter formam canonicam continebantur in eo. simile j. de reli. do. cũ dilectus. nã delictũ personæ. & c. 16. quęst. 6. si epm. nec conditionem ecclesiæ in hoc potuit facere deteriorem. infra de dona. fraternitatem. simile infra de insti. cum venissent. vbi dr quòd iuramentum à prælato in præiudicium suę dignitatis præstitum, non præiudicat ecclesiæ: & inuito prælato, & contradicente ecclesia posset pro defensione ecclesiæ contradicere, & repetere quod pręstitum esset occasione talis iuramenti. 12. q. 2. non liceat Papę. & j. de iureiurando. sicut 2.

g ¶ *Nolles.*] sic dist. 1. in prin. 5

ADDITIO. Vnde versus: *Quod tibi vis fieri, mihi fac: q̃d nõ, mihi nolis. Sic potes in terris viuere iure poli.*

Vacante ecclesia per obitum prælati aut alias, ad quẽ transferatur iurisdictio, late docet Hostiensis. in c. ad abolendam. de hæret. versi. sede vacante.

Abbatissa an possit habere iurisdictionem.

1 Qualiter intelligatur quod mulier non sit facta ad imaginem Dei, tradit B. Thomas 1. par. q. 93. art. 4. ad 1. argument.

2 ¶ Forma.

a ¶ *Forma.*] quam habes j. de iureiur. ego N. qua forma Papa contentus est, vt ibi dicit: ergo multo fortius & alij debent esse illa cõtenti. simile 22. q. 5. de forma. In qua forma debet specialiter inseri iuramentum de fidelitate & obedientia. j. de priui. antiqua.

¶ *Glo. seq. vocitetur per obe. quare consueto. nõ tenuat, & sol. secudo arg.*

b ¶ *Consuetudinis.*] Sic patet q consuetudo nõ habet locum in hoc casu: cum talis consuetudo sit contra generales ecclesiæ cõsuetudines. 100. dist. contra morẽ. seruare enim debet morem aliorum etiã metropolitanorum, vt ibi dicit: & quia per vsurpationẽ hoc faciebat, non prodest cõsuetudo. 20. q. 3. quia cognouimus. & 93. dist. illud. & 24. q. 1. schisma. & 1. q. 3. null⁹ eps. Itẽ est arg. ex eo q dicit: nil amplius exigas, q sua auctoritate potest denegare quod ẽ generalẽ consuetudinẽ aliorum metropolitanorum præstitit. 10. q. 3. quia cognouimus. licet illud diu præstiterit. C. de agri. & cens. libr. lib. 11. & j. de cẽsi. peruenit. arg. ips enim non inducit obligationẽ sicut nec tollit. ff. de act. & obli. l. obligationum. §. placet.

praestitu [margin]

nus contentus forma [a] canonica, quam nos à coepiscopis nostris nobis immediate subiectis recipimus, nil amplius à Castellano episcopo obtentu alicuius consuetudinis [b] exigas, prætextu præstiti † iuramenti [c], sciens nos eũdem episcopum ab huiusmodi iuramento, quo ad alios articulos absoluisse, vel denunciasse potius non teneri.

¶ Idem Priori fratrum Prædicat. & archidiacono Rheginẽ.

¶ *Vacante episcopatu, capitulum confirmat & infirmat electiones.*

CAP. XIIII.

CVm olim causa: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus, licet conuentus monasterij sancti Saluatoris Messañ. sint † ipso iure hac vice eligendi potestate priuati [d]: de gratia tamen eligendi seu po-

† In codice Barbatiæ. ita: sit ipso iure hac vice eligendi seu postulandi potestate priuatus.

¶ *Glossa sequens tria notat.*

c ¶ *Iuramenti.*] Not. q iuramentum non extenditur ad ea quę de iure præstanda nõ sunt, licet super his iuretur. 1 Iuramentũ enim non fuit inuentum vt esset iniquitatis vinculum. j. de iureiur. quãto. & 22. q. 4. inter cætera. immo ipso iure non tenet iuramentum quo ad alios articulos, qui in forma iuramenti non continentur, vt dicitur hic in fi. & iuramenta contra statuta canonum præstita nõ tenent. j. de for. comp. si diligenti. in fi. & quia iuramentum illud pstitum fuit in damnũ ecclesiæ: 2 vnde non tenuit. j. de iureiu. sicut. Itẽ habes hic q iuramentũ tenet pro parte, & pro parte nõ tenet. sic 22. q. 4. inter cætera. Item arg. q vtile non vitiaẽ p inutile.

1 Conc. C. non dubium. C. de legib. & l. non videt. §. qui iussu. ff. de reg. iur.

CVm olim.] Primo prouidet circa electionem faciendam. Secundo circa confirmationem: ibi, *Mandantes.* Abb. Siculus.

CASVS. Vacante monasterio sancti Saluatoris Messañ. monachi elegerunt quendam in abbatem, personã videlicet indignam, & sic ipso iure fuerũt eligẽdi potestate priuati: mandat Papa Priori fratrũ Prędicatorum & archidiacono Rhegin. quatenus auctoritate ipsius, de gratia speciali concedant dictis monachis eligendi in alia seu postulandi liberam facultatem, licet ipso iure hac vice sint eligendi potestate priuati: & cũ ecclesia Messañ. vacet ad præsens, electionem suam præsentent capitulo Messañ. confirmandã, prout de iure fuerit, vel etiam infirmandam. No. q ecclesia vacante capitulum supplet vicem epi in confirmationibus prælatorum.

2 Id autẽ solũ quod post appellationẽ vel ante præstitum fuerit, non impediat quominus obligatur: dũmodo sine interitu salutis seruari possit. infra de iureiu. si vero. Ioan. Andr.

d ¶ *Priuati.*] quia elegerunt indignum. ẽ. de elect. cum in cunctis. & c. cum Vintonien. & c. congregato. 3 & sic de gratia tantũ restituitur eis electio, vel quia non elegerunt infra tempus. ẽ. de electio. ne pro defectu.

3 Concor. est quod 2. & ibi Barbat. de le. §. 2.

¶ *Glo. seq. allegat duas concor. in contrarium alleg. 3. iura, & soluit respondendo ad contraria, & remittit. Pmus voc. per quæstionem, quam soluit, & remittit. Io. And.*

e ¶ *Capitulo.*] Sic patet hic manifeste q vacante ecclesia potestas siue iurisdictio epi deuoluitur ad capitulum. sic j. de hære. ad abolendam. in prin. & ẽ. eo. his quæ. arg. contra: multa habes q potestas epi non deuoluitur ad capitulũ vacante ecclesia. j. ne se. va. illa. & 24. dist. presbyteri. ẽm Io. vt ibi no. 71. dist. fraternitatem. vbi dr̃ q vacãte ecclesia collatio bñficiorum nõ deuoluiẽ ad capitulũ, & q capitulũ nõ potest dare licentiam alicui transeundi ad aliam ecclesiã. si illic eligatur: & hic dr̃ q capitulũ potest confirmare electum in abbatẽ vacante ecclesia. Quæ est ratio diuersitatis hinc inde? Ratio illa potest esse, capitulũ ideo non potest alicui dare licẽtiam transeundi ad aliã ecclesiam, quia ibi est quædã alienatio psonæ, sed capitulũ sine consensu prælati alienare non potest sede vacante. 12. q. 2. si qua de rebus. sed maior est alienatio psonæ quàm rerum. 12. q. 1. præcipimus. Et ideo non potest dare licentiam transeundi, sed per confirmationem, de qua fit hic mentio, nulla fit alienatio nec pıudicatur epo futuro. & sic loquuntur cap. prædicta, q

De materia huius glossæ late Host. in c. ad abolendam. de hæret. vers. sede vacante

signant pro contrariis. Ad illam decrẽ. illa. dicas q capitulũ nõ potest conferre beneficia quæ pertinent ad epm vacante ecclesia, quia omnes fructus & iura episcopatus debent fideliter custodiri & reseruari successori. 12. q. 2. hæc huius placiti. & c. non liceat. & ẽ. de offi. ord. cum vos. Sed collatio beneficiorum inter bona episcopalia & fructus cõputantur, et magnũ fieret pıudicium epo successori per talem collationem: & ideo non potest conferre nec distrahere tales fructus sicut nec alios: & de hoc dictũ est ẽ. eod. tit. his quæ. Et qd ibi minus dicitur, supple hic. Et coram capitulo poterit obijci electo quicquid posset coram epo: & ita capitulum cognoscet tamquã eps de his q obijcienẽ contra electum, & cassabit electionẽ si cassanda fuerit: aliàs non assumet capitulum iurisdictionẽ episcopi. de hoc dixi ẽ. de offi. ord. irrefragabili. Ber.

stulandi detis ipsis auctoritate nostra liberam facultatem: ¶ Mandantes eisdem, vt cum ecclesia Messañ. vacet ad præsens, electionem suam confirmandam, prout de iure fuerit, vel etiam infirmandam, præsentent capitulo [e] Messañ.

¶ Idem archipresbytero sanctæ Mariæ maioris de Vrbe.

¶ *Qui maior est ordine, licet in ecclesia posterius receptus, in loco & portione præfertur. hoc dicit, secundum veram lecturam.*

CAP. XV.

STatuimus †, vt presbyteri primum locum [f], diaconi secundum, subdiaconi tertium, & sic de reliquis † obtineant ordinatim, etiã si posterius admittantur. ¶ Et qui maior est ordine, etiã si postea sit receptus, in portione percipiẽda esse volumus potiorẽ [g]:

† Ad intelligẽtiã vide c. vlt. supra de consuetu.

† Hoc est, acolythi⁹ tenebit quartum, & sic de singulis donec ad vltimũ minorem perueniatur.

ADDITIO. Alij dicunt quòd continet gratiam per illam decreta. j. ne se. vac. illa. vbi dicit q nõ inuenit in iure, quòd collatio beneficij spectet ad capitulũ.

STatuimus.] Tria sunt dicta. Secundũ: ibi, *& sic.* Tertium: ibi, *Et qui.* Abb. Siculus.

CASVS. In ecclesia sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, talis erat cõsuetudo, q illi qui primo recipiebantur ibidẽ, præferebantur illis, qui posterius recipiebantur in sessionibus & in portionibus percipiendis, etiam si esset in maiori ordine constitutus: quia istud inhonestum erat, statuit Papa, q presbyteri primum locũ teneant, diaconi secundũ, subdiaconi tertiũ: & sic de reliquis obtineant ordinatim, etiam si posterius sint recepti: & in portione percipienda, qui in maiori ordine fuerint, minoribus præferantur, & minores clerici faciant seruitia consueta. No. q maiores & digniores reputantur in maioribus ordinibus constituti.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *Primum locum.*] quia secundum dignitatem cuiuscunq;, quilibet honorandus est in sede. ẽ. de cõsuetu. c. cum olim. & q prior est in eodem ordine vel dignitate ordinatus, in loco & in subscriptionibus præmitti debet. 17. distin. c. vlt. & ff. de albo scri. l. 1. & 74. dist. episcoporũ. sic ẽ. eo. c. 1. & 75. dis. c. vlt. minores enim maioribus obsequium præstare debent. 93. dist. à subdiacono. C. de offi. rec. l. 1. arg. contra. 23. q. 4. sicut excellentiam. vbi dicitur: nõ gradus excellentior vel elegantior, sed vitæ, &c. & 40. dist. non loca vel ordines. Sed ibi loquiẽ quo ad virtutes, siue de merito vitæ. 40. distin. cap. vlt.

¶ *Glo seq. dicit ad partem, quòd habenda sit ratio personarum, &c. alleg. 9. canones, vnam decre. & 3. ll. in contrarium alle. duos canones, quinque decre. & vnam l. & soluit.*

g ¶ *Potiorem.*] Sic videtur q in perceptione beneficiorũ habenda sit ratio personatuum siue dignitatum, vt plus percipiãt, qui in potioribus sunt ordinibus constituti, & meliora stipendia conferantur ẽm dignitatem cuiuscũq;: vt 12. q. 2. nobis. c. Vulteranę. & concesso. & dist. 1. ius militare. & 1. q. 2. c. vlti. & 74. dist. cõsuluit. & 61. dist. miramur. in fi. Et is gradus cæteros antecedat, quem labor prolixior & stipẽdia meliora fecerint anteire. C. de offi. mag. offi. l. nemo. Et ratio stipendiorum habenda est. ff. de re milit. non omnes. in prin. & in Auth. de desen. ciui. in pri. coll. 3. vbi nobilitatis ratio habetur. & de poen. dist. 4. in domo. & j. de præben. de multa. §. vlt. & 41. dist. non cogãtur. Sed cõtra vr̃ q omnes qui in vna ecclesia famulantur, æqualiter percipere debent. ẽ. de consti. c. cũ omnes. & c. cum M. nec vm dandum est vnde alij scrupuloso corde moueantur. 16. q. 7. c. 1. & dicit Apostolus. 4 Non enim volumus vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio. 25. q. 1. §. his ita. ad fi. ff. pro socio. l. verum. §. si cum tres. vbi dr̃ q ex eadem societate non debet vnus plus percipere quàm alter: nec nobilis præponitur ignobili. arg. j. de app. c. constitutus. nec refert vndecunq; sint. j. de insti. c. ad decorem. & dum quis laudabiliter officium suum exequitur, ex abundanti requiritur suæ notio nationis. j. de iud. c. cum deputati. Quid ergo est dicendum? Dico, q ab initio confi-

Personatuũ ratio an sit habenda in beneficiorũ perceptione.

4 Secundę ad Corint. cap. 8.

consideranda est nobilitas siue scientia, vt etiam maioribus & pluribus beneficiis honorentur ab illis qui eos promouent. j. de præb. cap. de multa. & circa eos qui simul sunt in ecclesia, honestum esset vt qui maiores sunt, plus percipiant & digniores: secundũ quòd dicunt iura priora. Sed circa hoc plus consideratur vniuscuiusque ecclesiæ consuetudo. j. de constit. cum omnes. & c. cum M. Sed si nulla sit consuetudo, puta quia ecclesia fundatur de nouo, tunc videtur quòd secundum locum & meritũ cuiuscunque sint danda stipẽdia. Sed videtur q recurrendum sit tunc ad consuetudinem vicinarum ecclesiarum siue prouinciæ. j. de cen. cap. super eo. Iure cõmuni non plus credo dandum maioribus quàm minoribus, nisi consuetudo contrariũ inducat: & secundũ hoc potest exponi: potiorẽ, id est, priorem: vt primo percipiant, qui in maiori ordine sunt constituti; & hoc seruari potest in ecclesiis, vbi non sunt distinctæ præbendæ, vbi vero distinctæ sunt, quilibet percipit per se suos redditus: & hic non credo præbẽdas esse distinctas: sed fructibus collectis, quotidie forte percipiunt quilibet portionem suam.

¶ In vno exemplari vetustissimo habet, Coloniẽ.

¶ Aliàs, potiorem.

¶ Vide l. decurio. C. de decurio. lib. 12. not. in l. honorem. ff. mãda.

¶ potior

¶ Cheur. ¶ Huer. ¶ Cuei.

ac minores facere seruitia consueta [a].

¶ Idem archiepiscopo Colocen. †

¶ *Si ecclesia sita in aliquo archidiaconatu erigitur in cathedralem, à iurisdictione archidiaconatus eximitur.*

CAP. XVI.

CVm inferior superiorem† soluere nequeat, vel ligare [b] †, sed superior† inferiorem liget regulariter, & absoluat: & satis absonum videatur, vt filius potestatem habeat in parẽtem [c]: miramur quod cum tu monasterium de Cheur† [d], cõstitutum in Firmieñ. archidiaconatu tuæ dioecesis, ecclesiam erexeris cathedralem [d]: archidiaconus Firmieñ. in tantam prorupit temeritatis audaciã, vt in episcopum ibi consecratum, & ecclesiam, suam iurisdictionem exercere præsumat: & infra. ¶ Mandamus, quatenus præfato archidiacono, à cuius iurisdictione dictum episcopũ denunciamus exemptũ [e], id districte studeas inhibere. ¶ Prouiso vt si ex hoc archidiaconi† Firmieñ iura læduntur, in dioecesi tua (vbi expedire videris) absque alieni iuris præiudicio [f], recompensationem illi facias congruentem.

¶ *Glo. seq. distinguet duplex seruitium diuinorum, &c. Item reuerentiam & obedientiam.*

a ¶ *Consueta.*] Not. q minores seruitia facere debẽt maioribus: hoc intelligo circa seruitia exhibenda in obsequiis diuersorum, vt secundum q quilibet minor est in ordine, maiora seruitia faciat secundum suum ordinem debita: prout dicitur 23. dist. subdiaconus. & c. seq. in quibus ostenditur quid pertineat ad officium cuiuslibet. Alia vero seruitia extra diuinorum celebrationem facere non tenentur, si quæ non pertinent ad obsequia ecclesiæ. Reuerentiã tamen minores maioribus exhibere tenentur: vt minor assurgat maiori: & cedat ei primum locum in sedendo & in eundo 93. dist. à subdiacono. nisi minori in ordine maior administratio sit concessa: vnde archipresbyter, archidiacono debet reuerentiam ratione administrationis & officij sibi commissi. xxv. dis. perlectis. j. de offic. arch. ad hæc. in mandato siue iudicio nemo tenetur alieni, nisi ei qui habet administrationem vel iurisdictionem super eum, cui obedire tenetur in his quæ spectant ad officium suum: & eius honesta & salubria mandata obseruent. j. eo. dilecta. & j. de offic. archi. ad hæc. [a] j. de of. archipresby. c. 1. 2. & 3. & j. c. proxi. Ber.

¶ Concor. lex. in l. potiorem. cum sit no. C. de offi. recept. prou.

¶ Vel cum minor gerit locum maioris. 93 dist. c. vlt. Ioan. And.

CVm inferior.] Primo narrat factum. Secundo prouidet episcopo: ibi, *Mandamus*. Tertio prouidere mãdat archidiacono: ibi, *Prouiso*. Abb. Siculus.

Casvs. Archieps Colocen. de licentia domini Papæ monasterium de Cheur, constitutum in Firmieñ. archidiaconatu dioec. Colocen. erexit ecclesiam cathedralem: & Papa ecclesiam illã exemit à iurisdictione ipsius archidiaconi. Archi. prædictus in tantam prupit audaciam, vt in epm ibi consecratũ, & in ecclesiã, suã iurisdictionẽ exercere præsumpserit: significatũ fuit hoc dño Papæ, vnde sup hoc scribit ipsi Colocen. dicens, q inferior potiorẽ soluere nequit vel ligare, sed potius maior minorem regulariter absoluit. & inhonestum est & absurdum, vt filius potestatem habeat in parentem: & ideo mandat ipsi Colocen. vt præfato archid. districte præcipiat, ne de cætero in dictum epm talia attentare psumat: cum dominus Papa ab ipsius iurisdictione ipsum exemerit; ita tñ vt si pp hoc archidiaconatus iura læduntur in dioece. sua, absq; iuris alieni præiudicio recompensationem faciat congruentem. Not. q minor in maiorem potestatem habere non debet. Item sine alterius præiudicio ecclesia construi debet, aut ampliari.

¶ *Glo. seq. ponit tres regulas: & a qualibet illarum excipit. secundo arg. & illud determinat.*

b ¶ *Ligare.*] 21. dist. inferior sedes No. ex hoc loco q inferior superiorẽ non põt ligare vel soluere. Itẽ qui põt ligare, põt & absoluere. & econuerso qui põt absoluere põt ligare. sic. ff. de re iud. l. 3. Primũ recipit exceptionẽ, cũ maior subiicit se etiã minori. 2. q. 7. nos si incõpetenter. & ff. de iur. om. iu. est receptũ. Secundũ recipit exceptionẽ. j. de off. dele. querenti. vbi aliquis põt ligare, sed post annũ non põt absoluere. Tertiũ similiter habet exceptionẽ. de conse. dist. 4. sanctũ est. vbi penitus quis põt absoluere tpe periculi, qui tñ non potest ligare. Itẽ est hic arg. q si Papa mãdat alicui vt excõmunicet aliquẽ, q põt absoluere illũ: q a excõicatio & absolutio pari cõditione cẽset, vt cui vnũ cõmittit, & reliquũ. de pœ. dist. 2. verbũ. Sed hoc nõ credo, si hoc sibi tm quasi executori pmittitur, cũ ad certũ articulũ datus sit executor. arg. j. de off. dele. sup qõnũ. §. 1. et c. fi. §. fi.

¶ An qui excommunicat aliquẽ de mandato Papæ, possum possit absoluere.

c ¶ *Parentem.*] immo econuerso filius debet esse in patris potestate. j. de cõuer. inf. c. vlt. & Insti. de pat. po. §. ius autẽ. arg. õtra. j. de renun. ad supplicationem. vbi minor pręest maiori, & iurisdictionẽ habet in ipsum, immo pater debet regere prolẽ suã. 24. q. 4. duo ista nomina. & C. de emendã. ppin. l. vnica. j. de sent. excõ. cum voluntate. §. vlt. & filius ẽt dum est in potestate patris, a gere pro rebus suis nõ potest. C. de ann. exce. l. 1. §. 1. i fi.

¶ Aliàs, Archidiaconatum.

¶ Idem Lemouicen. archidia. & priori sanctæ Radegundis Picta.

¶ *Compositionem super iure primatiæ, vnus solus cuius interest, poterit impedire.*

CAP. XVII.

HVmilis doctrina [g] magistri: & infra. ¶ Mandamus

¶ *Glo. seq. in princ. & in fine fortificat textum, in medio signat contrarium.*

d ¶ *Cathedralem.*] de licẽtia dñi Papæ 16. q. 1. præcipimus. & 22. dist. c. 1. & j. de exces. pla. sicut vnire. & j. ne sede vacãte. c. 1. aliàs auctoritate ppria nõ potuisset, quia huiusmodi mutationes, translationes & continulia debẽt fieri de auctoritate Papæ. 7. q. 1. mutationes. arg. õ. j. de offi. or. qm in plerisq; §. prohibemus. & hoc factũ fuit pp longã & latam prouinciã, vel pp diuersitatẽ linguarũ. j. de offi. or. qm. & c. inter cętera. quod licet ex auctoritate illius canonis, qm. & j. de transla. inter corporalia.

¶ Magistro Duren. Archid. Ieiunu & priori sãctæ Radegun. Pictauen.

¶ *Gl. seq. ratio. p obiectio. & sol. & solutionẽ signat õtrũ, cui respondet.*

e ¶ *Exemptum.*] Nam solus Papa eximit epos. 16. q. 1. frater noster. sed per hanc exceptionẽ que fit ab archid. non intelligitur exemptus à iurisdictione epi: & sic vi q nisi fuisset exemptus [g] à iurisdictione archid. iurisdictionẽ haberet in eũ: sed quia hoc erat inhonestum, vt maior subesset minori, & contra iura. 21. dist. inferior. & 93. dis. à subdiacono. ideo exẽptus fuit oĩno à iurisdictiõe ipsi⁹.

¶ Non esset immo denunciatus exẽptus. Io. And.

f ¶ *Præiudicio.*] Et sic Papa non intendit alij per suas litteras prę iudiciũ arrogare. sic j. de consue. cũ olim. in fi. & j. de offi. ord. licet. cum concor. & j. de vsu pal. ex tuarũ. ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. & j. de offi. deleg. super eo. & 9. q. 3. nunc vero.

HVmilis doctrina.] In cõpositione super iure primatiæ faciẽda, debent omnes prælati prouinciæ & capitula ecclesiarum cathedralium consentire. Et duo facit, nam primo mandat compositionẽ publicari, si plati consentiant. Secundo: ibi: *Si qui vero*, dissentientes mandat citari, & publicationem non fieri. Abb. Sicu.

Casvs. Inter archiepm Bituricen. & archiepm Burdegalen. cõtrouersia fuit diuti⁹ agitata sup iure primatiæ qs eorum debet esse primas: dñs Papa Grego. post diutinã cõcertationẽ, quãdã fecit pmissionẽ inter ipsos, quã pmissionẽ misit q bullã, mandãs eidẽ quatenus requirat assensum platorũ Burdegalen. puincię i ea psentiũ, & cõsensum capitulorũ cathedraliũ ecclesiarũ eiusdẽ puincię, et assensum Bituricen. capituli sup ipsa pmissione: quo habito pmissionẽ illã solẽniter publicauit, & si aliq cõsensum pstare noluerint, publicationi pdictæ supersedeat, & eisdẽ pcipiat, vt psonalr si plati fuerint, ad psentiã Papæ accedãt: vel si capitula fuerint, p pcuratores idoneos cõpareãt, psecuturi corã Papa ius si qd habet, satisfacturi parti alteri, si succubuerit i expẽsis. No. qd oẽs vel aliquo tãgit. corũ ɔsensus requirẽd⁹ est. Itẽ q succũbit, i expẽsis condẽnari dẽt: sed hoc ideo statuit, i casu isto, quia quasi fundata erat intẽtio Bituricen. p illã puinciã: & ideo si succumbãt, calũniari videtur.

¶ Facit l. obscuram. de dorũ. ff de offi. præsid. & l. illicitas §. ne potentiores. cũ simil. eo. tit.

g ¶ *Humilis doctrina.*] Bene dicit, humilis. nã magister dẽt esse humilis & benign⁹ auditorib⁹, & humiliter docere, nõ cũ austeritate & potẽtia: vt 46. dis. hoc habet [4]. austeritatis aũt nimiæ increpatio, nec correptionẽ recipit nec salutẽ. 45. dis. cũ beatus. & nimia sæuitia pceptoris culpæ ɔparat. ff. ad leg. Aquil. pceptoris. modica tñ & leuis coerctio cõcedit magistro, ita vt excõicationẽ non incurrat. j. de sen. excõ. cũ voluntate. & c. ex tenore. & 23. q. 5. circũcelliões. ad fi. nec sæuiẽdi audacia debet cõcedi, nec paterna diligentia omitti, vt ibi dẽ. & c. circũcelliones. i fi. quia dũ nimiũ seruatur humilitas, regẽdi frangit auctoritas. [5] 86. dist. qm necessitas.

¶ Vnde nõ putaui se contemni. ff. de offic. præsid. obseruandi. tenendũ est ergo mediũ. de offi. cust. c. 1. Io. Andr.

¶ Glo.

¶ Glo. seq. quaerit, obijcis quare ex parte Burdeg. non sufficit consensus capituli sicut econuerso: cum praelatus cum capitulo litiget donec componat. Sol. quod propter interesse.

a ¶ *Praelatorum.*] Sed quare requiritur consensus istorum praelatorum? Videtur ꝙ consensus capituli Burdegal. sufficiat in tali prouisione, sicut ex alia parte sufficit consensus capituli Bituricen. quia praelatus de cōsensu capituli sui litigare pōt. j. de procur. alia quidem. potest etiam donare. j. de do. pastoralis. in fi. et j. de his quae fi. à praela. sine cōsen. cap. cū nos. potest etiam compositionem facere. j. de trans. sac. contingit. & j. de deci. ex multiplici. Dicas ꝙ ideo requiritur consensus praelatorum & capitulorum cathedralium ecclesiarū Burdeg. prouinciae, quia per illam prouisionem reseruabatur ius Bituricen. archiepiscopo in Burdeg. prouincia, vt possit visitare. vnde hoc respiciebat praelatos & capitula, quia tunc eū procurare tenerent cū accedit ad eorum ecclesias. j. de praescri. c. cū ex officij. j. de censi. c. sopitae. & ita eorū intererat ꝯsentire vel ꝯdicere: quia qđ oēs tangit, ab oibus est approbandum. j. de offi. archid. ad hoc. in fi. & supra de temporibus ordinationū. si archieps. & 66. dist. archiepiscopus. & 53. dist. c. 1. & in concedendo haustum aquae omnes vocandi sunt qui ius habent. ff. de aqua pluuia arcenda. in concedendo. & ideo requiruntur, vt consentiant vel dissentiant. Ex alia parte sufficit consensus capituli Bituricen. quia per illam prouisionem consulebatur Bituricen. archiepiscopo: nec intererat aliquid praelatorum Bituricen. prouinciae de illa prouisione.

quatenus praelatorū[a] Burdegalensis prouinciae in ea praesentium[b], & cathedralium capitulorum eiusdem, necnon Bituricen. capituli[c], super prouisione, quam inter Bituricen. & Burdegalen. archiepiscopos in causa primatiae duximus faciendam, requiratis assensum, quo habito, prouidentiam† nostrā solemniter publicetis. ¶ Si qui vero consensum praestare noluerint[d], vos supersedentes publicationi praedictae, districte praecipiatis eisdem, vt personaliter[e], si praelati fuerint: vel si alij[f], per procuratores idoneos, nostro se conspectui repraesentent, prosecuturi coram nobis ius, si quod habere contendunt, & satisfacturi parti alteri (si succubuerint) in expensis[g].

† In vno exēplari habetur: prouisionem.

1 Idē ex iure primatiae ipsorū cano[...] ad ipsū deferri potuerunt per appellationem gradatim. Item per negligentiā deuolueret ad ipsos beneficiorum collationes & huiusmodi.

¶ Glo. seq. ar. quarit, & soluit. Iterum quaerit & soluit, & dat simile.

b ¶ *Praesentium.*] Argu. quòd praesentes tantum requirendi sunt ad componendum, & eodem modo ad litigandum. sicut in alienationibus faciendis. 12. quaest. 2. hoc ius. ver. si autem. argu. 7. quaestio. 1. factus. Sed quid esset si modica pars praelatorum esset praesens, & longe maior esset absens, & eodem modo de capitulis, numquid sufficit consensus illorum paucorum ad consentiendum huic prouisioni, vel ad mouendam litem? Videtur ꝙ sic. arg. huius ca. 10. q. 2. hoc ius. [2] Sed quos dicemus praesentes, an illos tantum qui sunt in ecclesiis suis, an etiam illos qui sunt in prouincia? quod videt. C. de praescr. long. temp. l. vlt. Vnde credo ꝙ requirendi sunt, dummodo sint in prouincia: quia pro praesente ibi habentur. Idem credo si minor pars capituli sit praesens, ꝙ debeat vocare alios qui sunt in prouincia, si commode vocari possunt, quousque saltem sit ibi maior pars capituli. Si autem sint extra prouinciā, aut ita remoti ꝙ commode vocari non possunt, praesentes disponant de rebus ecclesiae: quia tota potestas & ius vniuersitatis remanet penes illos quotcumque sint. ff. quod cuiusque vniuer. l. sicut.

2 Adde ꝙ contrarium est veritas: vt l. 1 aliud. §. refert. ff. de reg. iur. et in l. ad maior. ff. ad municip.

c ¶ *Capituli.*] per hanc decre. probatur, ꝙ praelatus sine consensu capituli non potest agere nec componere, secundum ꝙ notatur s. de rescri. c. edoceri. & j. de procur. c. 1. arg. ad hoc. s. eodem c. dilecti. Bernardus.

¶ Glossa sequens arg. duo.

d ¶ *Noluerint.*] Not. ꝙ ille cuius interest, impedit prouisionem Papae: sicut aliquis retardat executionem sententiae. j. de testi. c. veniens 2. & j. de re iud. cum super controuersia. arg. quòd non intendit Papa alicui praeiudicare per suas litteras.

e ¶ *Personaliter.*] Cum enim quis citatur vt personaliter veniat ad causam, non sufficit tunc mittere procuratorem, vt hic videtur. Si vero simpliciter citatur, tunc potest mittere procuratorem. C. de procur. l. vlti. in prin. vel ipse debet ire. j. de do. & contu. cum dilecti. & C. de procura. l. vlt. Sed cum personaliter quis citatur, & ipse ire non potest, vel etiam in alio casu cum simpliciter citatur, si causa sua ardua sit, non compellitur mittere procuratorem. C. de procu. l. vlti. sed debet in vtroq; casu nunciū destinare, ad allegandas causas quare venire non possit. j. de procur. cap. querelam. & ibi dicitur de hoc. Et illud scire debes, quòd delegatus à sede Apostolica, non potest iubere alterutram partem corā se personaliter comparere, si de hoc nō habeat speciale mandatum: nisi causa sit criminalis, vel pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumniae faciendo, vel aliàs iuris necessitas hoc exigat, in decre. Innocen. quarti. j. de iudi. iuris esse ambiguum. sed Papa hoc facere potest. quia non adstringitur legibus vel canonibus, [1] vt hic patet. Bernardus.

Citatus an possit mittere procuratorem.

f ¶ *Si alij.*] Vt capitula, quae non nisi per procuratorem venire possunt.

¶ Glossa sequens arg. & remittit, & argumento respondet.

g ¶ *In expensis.*] Sic videtur per litteram istā, quòd victus victori cōdemnandus est semper in expensis. argumen. infra de poen. calumniam. de hac materia tractatur plene infra de do. & contu. circa fin. Sed hoc ideo quia iam quasi intentio actoris fundata erat per compositionem: & ideo si succumbant, quasi calumniose videntur hoc fecisse; quia tunc demum consueuit dici, quòd victus in prima causa victori sit condemnandus, & quasi ad terrorem hoc dixit Papa: vt si dubitarent, de iure suo non litigarent. Et est argu. op. quòd victus victori semper sit condemnandus in expensis. Bernardus.

1 Vnde ex plenitudine potestatis, cogit eos hic personaliter venire vel propter personarū legalitatē. ff. de poen. l. si actor. vel propter magnitudinem causę. infra de poen. c. 2. alias praelatus etiam ante lit. contest. dat procuratorē. infra de sur. cal. cū causam. secundum Gosf. Io. And.

TITVLVS XXXIIII.

De treuga & pace.

¶ Alexander iij. in cōcilio Lateranen. †

¶ Statuit tempora treugarum & poenas violantium.

† Cap. 22.

CAP. I.

Treugas[h] † à quarta feria post occasum solis, vsq; ad secundam feriā in ortu solis, ab aduentu Domini vsque ad octauas † Epiphaniae, & à Septuagesima vsq; ad octauas † Paschae ab omnibus inuiolabiliter obseruari praecipimus. ¶ Si quis autem treugas frangere[i] prae-

† Cap. 1. eod. ti. in 1. compilat. & in Panormia lib. 8. cap. 147.

† octauam.

† octauam.

DE TREVGA ET PACE.

¶ Quia iudicum est ad pacem discordantes reducere, 90. dist. per totum: & ideo quia est tractatum de offi. iudicum, merito annectitur hec rubrica. Vel aliter sic: Quia maiorum & superiorum est treugas & pacem imponere, subditorum vero obedire: ergo, &c.

De hac materia tractatur 90. distin. per totum. 24. quaest. 3. si quis Romipetas. & c. illi.

Treugas.] In prima parte determinat tempus feriatum in actu bellandi. In secunda ponit poenam rumpentium treugam. In tertia instruit oēs quid facere debent, vt treugae & paces seruentur, & ponit poenam eorum ratione negligētiae. Ant. de Bu.

Casvs. Primo dicitur ꝙ treugae durare debēt à quarta feria post occasum Solis, vsque in diē Lunę in ortu Solis, & ab aduētu Domini vsq; ad octauā Paschae. hoc tamen non seruatur. Secundo dicit ꝙ qui treugas fregerit, excommunicetur post tertiam commonitionē, & nullus excōicato cōmunicet. Tertio dicit ꝙ triplex funiculus difficile rumpitur, ideo mādat ꝙ episcopi omnes sibi cōsiliū & auxiliū impendant: & qui secus fecerit, puniatur. No. ꝙ trina admonitio debet praecedere vindictam. Itē sententia ferenda est in scriptis. Item funiculus triplex difficile rumpitur.

quatenus si præmissa inuenerint esse vera, venditionē prædictam quo ad partem quæ ipsos contingit ex successione materna, denūcient esse nullam, si in ea iuris solemnitas est omissa, vel si fuit seruata, & eos constiterit esse læsos, tam super illa quàm super alia portione paterna, in integrum eosdē restituant, dummodi quod offerunt, duxerint faciendū. No. q frater pro fratre sine mandato admittitur ad impetrandum. Item si iuris solēnitas in ɔ̄ctu minoris non seruatur, nullus est ɔ̄ctus in præiudiciū minoris. Idem est in cōtractu ecclesiæ. Si vero iuris solemnitas interuenit, & læsus sit minor vel ecclesia, subuenitur eis per beneficiū restitutionis in integrū.

archiepiscopum Toletañ. & te frater archiepiscope [a] super primatia [a] solenniter contestata, fuit peremptorius terminus assignatus: & infra. ¶ Verum elapso termino constituto, post expectationem non modicam, comparuerunt procuratores [b] vestri; sed quia non attulerant depositiones testiū, & alia munimenta [c], dilationem cum instantia postularunt. Postquam vero contra † eos interlocuti fuimus super dilatione petita [d], tandem indulgeri ecclesię Bracharen. dilationē propter instructionem causæ, per auxilium restitutionis in integrum postularunt, exhibentes super hoc ex parte vestra speciale mandatum [e]. Nos autem vsque ad octauas Pentecostes, per restitutionis beneficium id vobis duximus [f] indulgendum †.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Restituitur minor in eo quod contraxit vel omisit, si probat ex inde se læsum, & sit infra tempora restitutionis petenda.*

CAP. VIII.

Constitutus † in pſentia nostra magister Guill. pro se ac fratre [g] suo I. canonico Parrosineñ. † exhibita nobis petitione monstrauit, quod † eis in minori constitutis ætate, ac eorum matre (cuius successores [h] existunt) rebus humanis exempta: quondam Guil. pater ipsorum quasdam possessiones vtrique [i] cōmunes quibusdam vendidit, pro quadam pecuniæ quantitate, ac (vt huiusmodi venditio robur firmitatis haberet) emancipauit eosdem [k] †, & fecit eos contractui consentire. Quare supplicauit vt vel venditionem [l] eandem, mandaremus nunciari nullā [m], vel cum [n] adhuc existant infra tempus [o] ad obtinendum beneficium in integrum restitutionis indultum, & infra annū & diem à tempore contractus, ipsis tamquam proximioribus competeret super alia portione ius offerendi emptoribus pretiūm, iuxta municipij Parrosinen. † consuetudinem [p] approbatam, quod hactenus omiserunt, dignaremur eis super vtroque (cum in hoc non modicum lęsi noscantur, & emptoribus portionis eiusdem, vel eorum successoribus pretium sint offerre parati) per idem beneficium subuenire. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si præmissa inueneritis veritate subnixa, vel venditionem

c ¶ *Munimenta.*] Munimenta dicuntur quibus causa munit & instruitur: vt testes, instrumenta, confessiones, & quicquid aliud quod adiuuet causam.
d ¶ *Petita.*] denegando ipsam eis: vt infra paret.
¶ *Glos. seq. ponit alio casus, in quibus requiritur speciale mandatum.*
e ¶ *Mandatum.*] In hoc casu nō vř generale sufficere mandatū procuratoris simpliciter constituti ad causam. ff. de minori. illud [1] §. si talis. Et quidā alij casus sunt in quibus nō sufficit generale mandatū, vt in causa suspecti tutoris. de procur. non solū. §. vlt. Alius qñ aliquis reliquit duos procuratores omnium rerū suarum, tunc alter ab altero nō potest exigere sine speciali mandato. ff. de procu. l. qui duos. Aliꝰ est ī interdicto de liberis exhibēdis. ff. de li. exhi. l. 3. ff. de pcu. Pōponius. in prin. Quintꝰ est in transactione. ff. de procu. l. mandato. & in alio casu procurator nō potest deferre iuramentum sine speciali mandato vel recipere. ff. de iureiu. l. iusiurandum. §. procurator. & in acceptilatione. ff. de acceptilation. l. 3. de hoc dixi ş. c. proxi. qualiter locum habeat in alio casu, exigitur speciale mandatum. ş. de rescript. c. nonnulli.
¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*
f ¶ *Duximus.*] Et ita aliquid conceditur hic vna via, quod alia via denegatur. contra ş. de procu. tuæ. cum suis concor. ibi positis. Sed illa intelliguntur de iure communi: vt si in iure communi aliquid vna via prohibetur, & alia via eodem iure debet prohiberi. hic vero secus.

¶ In antiquis codicibus vbo exceptio iniungitur eos.
¶ Ex hac l. arguit Io. 2. q. 5. quod de clāq generali mandato non delegatur dispēsatio. & de hoc in Spe. ne. 2. §. consequenter. ver. generaliter.
¶ Vide text. in l. si quando. & ibi Barto. C. de dilatio.
¶ Videto notas huius capitis.

Constitutus.] In prima ponitur partis petitio, super qua secundo dat iudices: ibi, *Quocirca mandamus.* Abbas Siculus.
Casus. Pater & mater magistri Guil. & Ioannis fratris ipsius canonici Parrosineñ. habebant quasdam possessiones cōes: matre ipsorum defuncta cui succedere debent, G. pater ipsorū eis in minori ætate constitutis, possessiones prædictas vtrique cōes vendidit pro certa pecuniæ quantitate: & quia vēditio hmōdi non valebat pro ea parte q̄ ex successione materna fratres cōtingebat pdictos, emancipauit eosdē, & fecit eos ɔ̄ctui consentire: præterea consuetudo est in Parrosineñ. municipio, q si aliquis vendat possessiones suas alicui extraneo à consanguinitate sua, ille qui est proximior venditori, vsq; ad annū & diē à tēpore venditionis pōt offerre pretium emptoribus, & illi tenentur recipere pretiū, & restituere rem pretiū offerenti: magister Guil. pro se & Ioan. fratre suo accessit ad dñm Papā, & exposuit ei prædicta, petens à dño Papa quòd cū adhuc existerent infra tēpus ad obtinendum beneficiū restitutionis in integrum, vt venditionē prædictam pro ea portione quæ ex successione materna contingebat eosdē, faceret nunciari nullam, vel per beneficium restitutionis in integrū ꝯ ipsam vēditionē subueniret eisdē: in alia portione paterna petebant sibi per idē beneficiū subueniri tamq̄ pximioribus ad offerendū pretiū emptoribus, iuxta consuetudinē municipij Parrosineñ. quod hactenus omiserunt, cum in hoc enormiter lædantur, & ipsi parati sunt offerre pretium emptoribus, vel eorum hæredibus: Vnde mandat Papa quibusdā,

¶ Parosineñ.
¶ Ferenca.
¶ Hic in vulgata habetur dicto. al. quia nec forte citationis admittit, nec habens mandatū ipsi.
¶ *Glos. seq. ponitur per quæstionem.*
g ¶ *Fratre suo.*] & merito, cum sit coniuncta persona. ş. de rescript. c. nonnulli. & etiā ad agēdum admittitur, dum tñ contraria voluntas non appareat. ff. de procu. l. sed & hæ personæ. & l. Pomponius. §. vlti. & in causa restitutionis non admitteretur ad agendum, nisi constaret de volūtate ipsius. ff. de minori. l. patris 1. responso.
h ¶ *Successores.*] quia filius succedit etiā matri ab intestato [a] siue ex testamēto. C. de bo. ma. l. 1. pater vero habet vsumfructum in cuius potestate est: qui omnē diligentiam tuendæ rei debet habere: alienare tamen rem filij vel donare non potest. C. eod. tit. l. 1. & 2.
¶ *Glos. seq. signat contrarium & soluit.*
i ¶ *Vtrique.*] scilicet patri & matri, quas possessiones de cōi pecunia emerūt. simile j. de dona. inter vi. & vxorem. c. significauit. Sed ɔ̄ vř: quia quicquid habet vxor, totū præsumitur esse de bonis mariti. C. de dona. inter vi. & vxo. l. si vxoris. & ff. de dona. inter vi. & vxorem. l. Quintus Mutius. Illud verum est quando non constat vnde res illæ processerunt. Sed hic cōstat, quia vt dixi, de pecunia communi emptæ vel vtrique communiter legatæ fuerunt. & hoc certum erat.
k ¶ *Eosdem.*] Hoc ideo dicit: quia dum filius est in potestate patris, alienare, vel aliàs disponere de rebus suis non potest, nec agere pro his, nec ei tunc temporis currit præscriptio: vt C. de bon. ma. l. 1. & C. de anna. excepe. l. 1. §. vlti. Ideoque emancipauit eos: vt consentirent, & ratam haberent venditionem eandem quo ad partem maternam, in qua debebant succedere matri.
l ¶ *Venditionem.*] Quatenus contingebat eos de bonis maternis: in alia parte quo ad partem patris petebant restitui ad ius offerendi pretium, & si venditio de bonis maternis teneret, petebant restitui similiter contra eam.
m ¶ *Nullam.*] quasi factam à minore xxv. ann. si iuris solemnitas non fuit seruata.
n ¶ *Vel cum.*] supple, si iuris solemnitas fuit seruata in venditione.
o ¶ *Tempus.*] scilicet quatuor annorū. C. de temp. in integr. rest. l. vlti. est & hic arg. q vltra quadriennių non detur restitutio. Bern.
p ¶ *Consuetudinem.*] Cōsuetudo [1] erat approbata illius loci, quòd si quis rem communem cum alio, vel rem suam venderet extraneo, vel alicui magis remoto: qui proximior est illi alienanti, a tempore contractus, vsque ad annum & diem & post, potest offerre pretium emptori, quod soluit pro re illa, & ille tenetur recipere pretium, & restituere rem: & isti fratres omiserant offerre pretium infra annum, & diem pro re patris alienata, cum ipsi essent proximiores, & ad hoc offerendum petebant restitui, vt rem patris rehaberent.

¶ Infero ꝙ qualitas clericatus & canonicatꝰ non liberat quem à patria potestate, sed sola episcopatus dignitas. in Authent. cōlli. quas dignit. §. palam. & Authen. dignitas. C. de episc. & cle.
¶ Parosineñ.
[a] Ex senatusɔ̄sulto Orficiano etiam si alieno iure sit subiectus & præferunt consanguineos matris. & eadē ratione succedit nepos & pronepos auiæ & proauiæ maternæ. Instit. de senatusc. Orfi. §. 1. & §. 1. & 2. C. ea. l. 1. Ioan. And.
[1] Vide Matthæum de Afflictis decis. 223. & notas huius capitis.

prædictam, quo ad partem ex successione materna ipsos contingentem, nullam nunciare curetis, si in ea debita [a] iuris solemnitas est omissa: vel si forsitan interuenerit, & eos læsos esse constiterit [b], tam super ea quàm super residua portione, dum tamen quod offerunt duxerint faciendum, auctoritate † nostra in integrum restituere studeatis.

¶ Idem.

¶ Restitutio in integrum postulanda est ab ordinario administrationem habente, vel à delegato ab eo, siue hæc causa sit specialiter delegata, siue incidat in causa generaliter sibi commissa. Ab ordinario vero administrationem non habente, vel à delegato peti non debet, nisi veniat incidenter in causa. Arbiter autem de causa restitutionis non cognoscit, nec potest assumi in maioribus causis.

CAP. IX.

Causa restitutionis in integrum, coram iudicibus ordinariis administrationem habentibus [c], vel delegatis ab eis tractari poterit & finiri †, siue hoc ipsis delegatis [d] specialiter demandatū fuerit, siue in † cōmisso eis negotio contingat incidere huiusmodi quęstionem. ¶ Delegati vero ab ordinariis qui administrationem non habent [e], sed tantummodo facultatem iudicandi, seu arbitri, de hac causa cognoscere nequeunt, nisi corā eis mota fuerit incidenter [f]. In matrimoniali [g] quoque liberali, vel criminali causa cum maiores iudices exigant, arbiter nequit assumi.

¶ Idem.

¶ Restitutio denegata ecclesiæ, vlterius sibi non conceditur, nisi ex noua causa: restituitur tamen ad appellandum à sententia denegationis

CAP. X.

Beneficio restitutionis in integrum ecclesiæ tuæ in alio iudicio denegato [h], restitutio

a ¶ *Debita.*] Quia si habebant curatorem, & eius auctoritas non interuenit, ipso iure nulla fuit vēditio. C. de in integr. resti. minorū. si curatorem. & si decretum non interuenit siue auctoritas prætoris, non tenet venditio seu consensus subsequens, quia tutor & curator alienare rem minoris sine auctoritate prætoria non potest. C. de prędi. mino. si decre. non alienan. l. 1. & 2. & l. minorū. & l. si quidem. & in pluribus legibus ibidem. Si vero isti nullum habebant curatorem, & 3xerunt vel consenserunt auctoritate prętoris vēditioni factæ à patre, obligantur. sed si læsi sunt [i], restituuntur: vt l. prædi. si curatorem. in fi. & ita si solemnitas iuris est omissa, nulla fuit vēditio, & sic etiā nulla pnunciabitur. si solēnitas seruata fuit & pbauerint se læsos, restituentur tam 3 venditionē contingentē ipsos ex successione materna, quam etiā ad ius offerendi in venditione paterna.

b ¶ *Constiterit.*] Probabunt ergo isti se minores & læsos, aliàs nō audirentur. ff. de iureiur. nam postea. §. si minor, quo probato restituent tam contra venditionē quam ad ius offerendi.

C ¶ *Causa restitutionis.*] Tria sunt dicta principalia. Secundum: ibi, *Delegati*. Tertium: ibi, *In matrimoniali*. Abbas.

Casus. Quia beneficium restitutionis extraordinarium est, & non datur nisi deficiēte iure communi, dubitari poterat quis dare possit beneficium restitutionis: & ideo Papa ostendit in capitulo illo qui iudices hoc facere possint, hoc modo: Quidam sunt iudices ordinarij habentes administrationem, isti possunt causam restitutionis in integrum examinare ac finire. Item delegati ab his hoc idem facere possunt, siue hoc ipsis delegatis commissum fuit specialiter, siue in ipso negotio incidat quæstio restitutionis. Item quidam alij sunt ordinarij, non habentes administrationem. & arbitri de hac causa cognoscere nō possunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter. In fine dicit quòd in causa matrimoniali, liberali, & criminali, arbiter assumi non pōt cum huiusmodi causæ maiores iudices exigant. Not. q arbitri incidenter cognoscunt de causa restitutionis. Item in tribus casibus hic signatis arbiter assumi non potest.

¶ *Glossa sequens recitatur per quæstionem.*

c ¶ *Habentibus.*] sicut est epi, potestas & huiusmodi: & alij etiam minores ordinarij contentiosam iurisdictionem habentes, qui præsunt alicui vniuersitati, qui habent administrationem cum iurisdictione. ff. de postulan. l. 1. §. vlti. & C. vbi & apud quos. l. vlt. 11. q. 1. de persona. ff. quod cuiusque vniuer. l. vlti. & alij etiam minores ordinarij contentiosam iurisdictionem habentes.

¶ *Glos. seq. obijcit & soluit, solutioni opponit, & tripliciter respondet.*

d ¶ *Delegatis.*] Et sic delegati ab ordinarijs hoc edicto possum cognoscere de causa restitutionis, siue principaliter mādetur eis, siue incidenter eis contingat quæstio restitutionis, & multo fortius delegatus à principe sicut hoc totum traditur C. vbi & apud quos restit. in integr. postu. l. vlti. quæ ponit totum tenorem huius decret. Sed vī q esse non possit, scilicet q ordinarius possit alij demandare cognitionē istam: quoniā in integrū restitutio causę cognitionē desiderat. ff. de in integ. resti. l. 3. & 3. eo. c. tum ex litteris. & ff. de minori. l. in causæ. §. causa. sed quæ officio iudicis ex causa cognita expediuntur, alteri demandari non possunt. ff. de offi. procon. l. nec quicquam. §. vbi decretum. Sol. restitutio in integrum competit iure magistratus. & transit cognitio restitutionis siue specialiter siue generaliter committatur. C. vbi & apud quos. l. vlti. sed ea quę cōpetunt iure magistratus, delegantur. ff. de offi. eius cui man. est iurisdictio. l. 1. respon. 2. Sed 3dicit lex quia ea q magis sunt imperij quàm iurisdictionis, magistratus facere non potest. Sed restituere est magis imperij quàm iurisdictionis: ergo non permittitur magistratibus. ff. ad muni. l. ea quæ. ergo multo minus possunt delegare. Potest sic responderi; omnia quæ competunt iure magistratus, delegari possunt, sed non omnia quæ delegantur specialiter, competunt iure magistratus, vt in hoc exemplo: & in mero imperio, cuius cognitio specialiter demandatur, si contingit præsidem abesse: vt in l. prædicta. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdictio. l. 1. Vel dici potest delegari non cuilibet, sed magistratus municipali. Verius est quod hodie huiusmodi cognitio possit delegari: vt C. vbi & apud quos. l. vlt. & hic, & l. ea. quæ corrigitur.

¶ *Glossa sequens recitatur per quæstionem.*

e ¶ *Non habent.*] Vt illi qui dantur à principe ad aliqua officia exercenda, puta vt cognoscāt de appellationib⁹, vel de sententijs, vel ēt de alijs quæstionibus, si qui volūt se subijcere eorū iurisdictioni, possum cognoscere de in integr. restit. & de alijs causis, sed neminē cōpellere possunt corā se litigare. & de talib⁹ potest intelligi. ff. de iud. l. 1. ver. vel aliam iurisdictionem, & e. C. de iud. rem non nouam. vel vt possint dare tutores & curatores, vel emancipare, isti dicuntur ordinarij sine administratione à talibus delegati. & arbitri de restitutione cognoscere nō possunt principaliter si directe agatur de restitutione: quia nec talia iudex sine administratione etiam si esset ad hoc electus à partibus, posset committere causam restitutionis, sed maiores tantum.

f ¶ *Incidenter.*] Principaliter enim isti cognoscere nō possunt de restitutione, cū causa ista requirat maiores iudices, qui hoc ex officio suo faciāt: si autē inciderit quæstio restitutionis in negotio, de quo compromissum est, vel quod est alijs delegatis commissum, possum tunc de restitutione cognoscere. sic C. de iudi. l. quotiens. & C. de ord. iud. l. 1. ibi enim iudex cognoscit de exusa status incidenter, qui aliàs cognoscere non valet. Nec dr̄ arbiter tunc facere extra cōpromissum: quia huiusmodi restitutio non est alia cā siue negotium ab eo de quo cōpromissum est, sed oritur ex illo, & ei cohæret de quo compromissum est, [a] vtputa si omisit probationem, arbiter potest de hoc cognoscere, vel de similibus quæ incidunt in causa.

¶ *Glo. seq. successiue signat duo contraria, & soluit.*

g ¶ *In matrimoniali.*] Causæ enim matrimoniales per iudices discretos [l] debēt tractari, qui potestatē habeant iudicandi. j. de consang. & affi. c. ex litteris. & est expressum 3. de transact. c. vlt. vbi de hoc. Itē causa liberalis & criminalis maiores iudices requirunt. ff. de arbi. l. nō distinguemus. §. Iulianus. & §. de liberali. Vnde sumptum est hoc. Arg. 3. ff. de iis qui no. infa. l. quid ergo. §. ex compromisso. vbi dr̄ q sententia arbitri non infamat. vnde vr̄ q possit cōpromitti de crimine, quod dicit lex illa, quid ergo. §. ex compromisso. non intelligitur de famoso delicto, sed de tali quod nullo modo infamat, & quia non per omnia sententia est, vt ibi dr̄: hic vero & in l. non distinguemus. intelligitur de famoso delicto, de quo arbiter assumi non potest. Item arg. 3. j. de præsum. litteras. sed ibi non fuit simpliciter arbiter; quia retinuit sibi delegatam potestatem.

B ¶ *Beneficio.*] Casus. Lata fuit sententia 3 ecclesiam, à qua sniā non fuit appellatum: ecclesia 3 sententiam illam petijt beneficiū restitutionis in integrū: negata fuit restitutio: petijt iterum in alio iudicio restitutionē: quæritur vtrum debeat audiri? Respondetur q denegari debet ecclesiæ beneficiū restitutionis, præterquam ad appellandum, nisi nouis defensionibus ad huiusmodi beneficiū sit admittenda, sed restitui debet ad appellandum. Nota q 3 sententiam latam in vno iudicio, non datur restitutio in alio iudicio, nisi ad appellandū. Itē q de nouo emergunt, nouo auxilio indigēt.

h ¶ *Denegato.*] Si aliquis petat restitutionem in integrum, & contra ipsum lata fuit sententia denegando restitutionem, si iterum petat restitutionem, denegari debet: tamen potest restitui ad appellandum contra sententiam à qua non appellauit: quia denegata fuit restitutio: vt hic dicitur, & C. si sæpius in integr. restitut. postul. l. 1.

i Læditur minor aut in iudicio aut in contractu. de hoc 86. dis. 3 religiosi. Ioan. And.

† In vno antiquo ita: ipsos ex successione materna, &c.

† Vide l. si ... C. vbi & apud quē.

† In antiquis deest distinctio.

a Concor. l. inter litigātes ff. ad munic. & in l. fi. C. vbi & apud quem.

l Id est, est efficacia... concil. Trident. sess. 24. sit. de sacramento matrimonij canon. vltimo.

Restitutio in integrū an possit examinari per delegatum.

(præterquam ad appellationem omittam) videtur eidem ecclesiæ posse negari, nisi nouis[a] defensionibus ad huiusmodi sit beneficium admittenda.

TITVLVS XLII.

De alienatione iudicij mutandi causa facta.

Alexander tertius.

Is in quem facta est alienatio rei causa mutandi iudicij, conuenitur per rescriptum impetratũ contra alienantẽ.

CAP. I.

EX † quorundã relatione audiuimus, quòd cũ aliqui litteras commissionis à nobis impetrant, aduersarij, (vt mandatum nostrum eludant) antequam litteræ ad iudices perueniant, vel etiam postea, priusquam citentur ab eis, in vocẽ appellationis prorumpunt: & infra. Nos igitur contra prædictam calliditatem & versutiam prouidere volentes[b], Mandamus, quatenus si aduersarij eorum pro euacuando nostro mandato taliter appellauerint[c], aut de possessione, de qua controuersia vertitur[d], commutationem fecerint[e] †, vel se malitiose duxerint absentandos[f]: eos qui in possessione se ingesserint: appellatione cessante cogatis sub vestro examine iuris æquitati parere.

Grego. ix. abbati sancti Nicolai, & decano Furneñ. Morinensi diœce.

Clericus causa mutandi iudicium, non debet recipere cessionem à laico.

CAP. II.

EX parte Scabinorum † Hipretis † fuit propositum, quod inter laicos eiusdem loci quæstionibus emergentibus dirimendis per iudicium seculare, quidam clerici sibi dono vel pretio ab aliquibus laicorum ipsorũ cedi faciunt actiones: vt aduersarios ad ecclesiasticum forum trahant[g], & prædam ex huiusmodi commercio assequantur: & infra. Cũ igitur cessiones & emptiones

---

a Nouis.] Tunc enim propter nouas defensiones iterum auditur. C. si sæpius in integr. resti. postu. l. 1. 2. & 3. ex illis tribus legibus sumptũ est qđ hic dicitur. Sed qualiter intelligas quod dicit, nouis defensionibus? Nouæ dicuntur defensiones siue quæ tunc erãt, sed allegatæ non fuerunt, quia occultæ erant: siue quæ postea emerserunt.[1] Sed quidam intelligunt de omissis primis tantum quasi non possint de nouo aliç superuenire, quod credo verius: & ita pp nouas defensiões q̃ tunc erãt, admittitur iterũ ad beneficium restitutionis, non obstãte qđ in alio iudicio fuit denegatũ. Sed ℨ vř: quia ex noua causa recusat iudex post litẽ cõtestatã. š. de offi. deleg. c. insinuãte. sim. j. de excep. ca. pastoralis. & 4. q. 3. ca. si testes. §. si q̃s testib⁹. & q̃ de nouo emergũt, auxilio indigẽt. ff. de inter. actio. l. de ætate. §. ex cã. princeps vero etiã ℨ res bis iudicatas restitutionem in suo auditorio admittit. ff. de mino. minor autem magistrat⁹. arg. š. eo. tum ex literis. itẽ vř quòd pluries possint dari. ff. de mino. l. & si sine. §. restitutus. vbi sæpius restitutus fuit minor. Sol. Potest dici q illud speciale est in hæreditate, vel etiã ibi nõ fuit denegata, sed sæpe concessa, puta, petij restitui in integrũ ℨ sentẽtiam, cõcessa fuit mihi: iterum lata fuit sñia ℨ me in principali, iterũ dabitur mihi in integrũ restitutio, non ℨ primam sententiã, sed ℨ secundã, qđ nõ põt fieri nisi i casu. C. de bon. q̃ libe. l. vlt. §. vbi autẽ. hic vero fuit denegata, vnde ammodo non auditur, nisi nouæ defensiones, &c. & est speciale quod dicitur in §. vbi autem. propter paternam verecundiam, & ne leges ludibrio fiant. Bernardus.

[1] Facit l. 2. & ibi doct. C. si sæpius resti. in integ. post.

[a] Post concil Lateran. sub Alexã. iij. par. 49. cap. 5 & ca. 3. eiusd. tit. in 3. compil.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTAN. &c.

Supra visum est de beneficio seu remedio restitutionis, per quod prouidetur læsis tam minoribus quàm ecclesiis & maioribus ex causa. Nunc cõpetenti ordine annectit aliud remediũ, per quod prouidetur illis, in quorum præiudicium est facta rei alienatio, causa futuri iudicij mutãdi. Abb.

De hac materia tractatur 11. q. 1. c. vlt. & in multis capitulis.

EX quorundam.] Prima pars narrat factum ℨ quod secundo prouidet: ibi, *Nos igitur.* & est casus singularis. Abb. Siculus.

CASVS. Aliqui impetrant litteras ℨ aduersarios suos, aduersarij illi antequam litteræ ad iudices perueniant, vel etiam postea, vt mandatum apostolicum eludant, antequam citentur, appellant, aut cõmutationẽ faciunt de possessionibus super quibus cõtrouersia verti speratur. Significatũ fuit hoc dño Papæ, mandat Papa q̃busdã, quaten⁹ si aduersarij illorũ taliter appellauerint, aut de possessionibus, de quibus controuersiã sperant, commutationẽ fecerint, vel si etiã malitiose se absentauerint, illos qui in possessionibus se ingesserint, cõpellant sub eorũ examine stare appellatione remota. Nota q rescriptum extenditur ad eos de quibus in ipso mentio facta non fuit, & conueniuntur per illud, sed hoc est propter dolum & fraudem ipsorum, beneficio huius decretalis.

b *Volentes.*] quia malitijs hominũ est obuiandum. sim. š. de rescrip. sedes. cum suis concord. & ff. de rei vend. in fundo.

c *Taliter appellauerint.*] Tali appellationi nullatenus est deferẽdum, cum non nisi à manifesto grauamine sit appellandum. j. de appellationibus. vt debitus.

d *Vertitur.*] idest verti sperat, aliàs ptinet ad titulũ de litigiosis.

Glo. seq. ponit contra quem detur hoc edictum. item quod ad translationem possessionis pertinet. Item tria quæ in eo requiruntur, scilicet quod sit iudicium futurum, quod dolo fiat, & quod intersit. Item duos casus quibus cessat, signat contrarium, & soluit.

e *Commutationem fecerint.*] in transferẽdo seu alienando rem in aliam personã causa mutandi iudicij. Et ex hoc edicto datur actio tam contra alienantem quam contra emptorem, vt quem volueris possis conuenire. C. eo. tit. l. vnica. contra alienantem datur actio in factum ad interesse. ff. eo. l. 1. & l. 3. §. opus. vers. ex quibus. cõtra emptorem datur rei vẽdicatio: vt hic, in fin. & C. eo. l. vnica. item non solum ad translationem dominij ptinet hoc edictum, sed etiam possessionis. ff. eo. l. non solũ. Item nota q tria necessaria sũt ad hoc vt ex hoc edicto actio competat, quòd sit alienatio facta causa mutandi iudicij futuri, & nõ eius quod iam fit. ff. eo. tit. ex hoc edicto. §. ait prætor. Futuri iudicij ideo dicit: quia si fiat alienatio rei litigiosæ, incidit in edictum de litigiosis. C. de liti. l. vlt. & hoc debet fieri libello principi dato, & per eum reo insinuato. in Authen. ibi posita. C. de liti. unde res alienari nõ põt sine pœna litigiosi: vt C. de liti. l. vlt. j. vt lite pendẽ. ecclesia sanctæ Mariæ. Itẽ quod dolo fiat alienatio ratiõe loci & personæ: quia potẽtioribus pares esse non possumus, &c. vt duriorem aduersariũ constituat etiam alteri⁹ prouinciæ, & qđ mea intersit. ff. eo. l. 1. 2. & 3. in princ. & l. nõ solũ. §. hæc actio. & dat ad interesse: vt dixi de offic. iud. quanti interest actoris. & si quas forte fecerit expensas, vel aliã incommoditatẽ passus sit. ff. eo. l. 3. §. opus. in fin. & l. non solum. in fin. Item qui ex necessitate alienat, hoc edicto non tenetur. ff. eo. non solum. §. si quis.[a] Item si paratus sit subire iudicium ac si possideret. ff. eo. quia etiã in fi. Item notandum q hic fit prorogatio iurisdictionis delegatæ de persona ad personam, etiam inuita altera parte. & est contra id quod habes š. de offi. deleg. P. & G. vbi dicitur, q delegata iurisdictio nõ põt prorogari ad personas alias quàm in rescripto cõtineatur: sed hoc est speciale in odium illorum: quia eis inuitis hoc fit, cum alias prorogatio fiat de cõsensu partiũ. š. de offi. deleg. de causis. & ff. de iud. l. 2. §. si iudex. de hoc dictum est š. de offi. deleg. P. & G. & est prorogatio iuris, beneficio huius decre. cum aliàs rescripta nõ possint progari ad psonas, q̃ ibi nõ ɔtinent: vt io c. P. & G.

f *Absentandos.*] Qualiter contra tales sit procedendum, dicitur š. de offi. deleg. consultationibus. & j. vt lit. non contest. quoniam. §. in alijs. Bernard.

EX parte.] Duæ sunt partes. Prima ponit querelam. Secunda prouidet: ibi, *Cum igitur.* Abb. Siculus.

CASVS. Apud Hipretum aliquando emergunt quæstiones inter laicos eiusdem loci, quæ dirimi debent per iudicium seculare: quidam clerici faciunt sibi cedi actiones ab aliquibus laicis dono vel pretio, vt aduersarios trahant ad ecclesiasticum forum, & sic prædam ex tali commercio assequuntur: Scabini, id est, officiales eiusdem loci significauerunt hoc dño Papæ: vnde super hoc scribit quibusdam dicens, q huiusmodi cessiones & emptiones fiunt prohibentur per leges, ita q iactura causæ afficiunt illos qui aduocant sibi patrocinium potẽtiorum: & odiosæ sunt huiusmodi cessiones: quia ex cupiditate procedunt. vnde mandat quibusdam, quatenus, prædictos clericos compescant ab huiusmodi præsumptione per censuram ecclesiasticam. Nota hic q clerici conuenire possunt laicos corã ecclesiastico iudice. sed hoc est de consuetudine illius loci.

Glo. seq. arg. ano. & si. sol. contrarium.

g *Ecclesiasticum forum.*] In hoc facit ad titulum: quia per hoc mutatur iudicium. per ea enim quæ sequuntur, spectaret ad titulũ, ne liceat potentioribus. & ad titulum, mandati. & sic materiæ legũ diuersorum titulorum hic comprehenduntur. Item est hic arg. q clerici aliàs possunt laicos conuenire in foro ecclesiastico. Itẽ arg. ex hac decre. q clerici maiores reputantur quàm laici, & est de consuetu-

---

[e] Vide textum l. 3. cum glo. & not. C. de litigio.

[f] Scabinos vocant Belgæ, & alij populi scæ torum seu pedorẽ magistratum.

[†] Hipreñ.

[a] Ponit casum in eo qui propter inualitudinẽ vel ætatem, vel occupationẽ aliquã lite in alũ transtulit. Leon. Aud.

consuetudine illius loci, quòd clerici trahere possunt ad ecclesiasticum forum laicos, aliàs de iure non.

¶ *Gol. seq. de cessione actionis distinguit, aut fit in vltima voluntate, aut inter viuos ex pacto. secundo casu aut fit potentiori, aut non potentiori: & hoc casu aut est dubitata, aut indubitata: & secundo casu aut est vera, aut simulata, aut dubitat.*

litium legitimæ prohibeant sanctiones [a], ita quod iactura causæ afficiant [b] illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter aduocare præsumunt†, & ex eo sint etiam odiosæ, quod ex fonte cupiditatis videntur procedere: Mandamus, quatenus clericos memoratos à præsumptione [c] huiusmodi, per censuram ecclesiasticam compescatis.

TITVLVS XLIII.

De arbitris.

¶ Ex concilio Africano†.

¶ *Arbitri sunt in dispari numero assumendi, & eis discordantibus statur sententiæ maioris partis.*

CAP. I.

SAnc: & infra. ¶ Si autē ex communi placito episcoporum inter quos causa versatur, arbitros elegerint: aut vnus eligatur, aut tres [d]: vt si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum [e] †.

¶ Alexan. iij. Eboracēs. archiepiscopo.

¶ *Nullum est arbitrium seu arbitramentum, continens peccatum, per partes non remissibile.*

CAP. II.

NOn † sine multa necessitate A. presbyter nobis proposuit, quòd cū in ecclesia sancti Alphridi, per manū R. archidiaconi de Suella psonæ illius ecclesiæ † capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo M. nepos eius, qui sibi in ecclesia iā dicta successit: eundem presbyterum capellanū ibidem iterum ordinauit [f]: & infra. ¶ Cum autem idem presbyter extra prouinciam exulans, de suo beneficio non posset iustitiam obtinere, nec suā vlterius inopiam sustinere, per dolum [g] & fraudem ipsius M. ab eo est sacramentum [h] extortum, vt arbitrium clericorum duorum exinde susciperet & seruaret: qui iam dicto M. fauentes [i] †, presbytero præceperunt, vt quinque [k] marchas

Cessio actionum quando fieri possit, & quando nō.

† Vide l. pen. ff. de ali. tutele. mu. causa fact. & l. 1. & 2. & ibi Bartol. C. ne liceat poten.

a ¶ *Sanctiones.*]C. man. l. penult. & vlti. Et nota q̄ huiusmodi cessiones quandoque tenent, quandoque non tenēt. Si cessio actionis fit in vltima voluntate, tenet cessio. ff. de leg. 3. nomen. & in casib' C. man. p diuersas. & l. ab Anastasio. nisi res vel actio legata sit litigiosa. C. de liti. q cūq;. & in Auth. nunc si hæres. sed legatari' potest adesse liti ne colludat, vt ibi di. Si vero ex pacto, siue inter viuos fiat cessio vel donatio potētiori, nulla est: nec agere potest ille ex ea cessiōe: immo iactura causæ afficiuntur q hoc faciunt: vt hic dicit. & C. ne lic. pon. l. 1. & 2. & l. fi. Si vero fiat cessio nō potētiori. si actio sit dubitata, i. in iudiciū deducta, non tenet cessio: non tā admittit actio; si agit ille q cessit; in casib' oō tenet. C. de liti. l. 2. & l. vlti. Si vero actio sit idubitata, id est, oōdū i iudiciū deducta, tenet. C. de hære. vel acti. ven. per to. Item distingue verū etiā sit simulata. qa tunc nulla est. C. plus va. qd agit. p tot. & dr̄ simulata si id actū est inter cedētē & illū cui fit cessio. Si vero dubiū sit an sit simulata vel vera, psumit q sit simulata, ex eo q actio p parte donata, p parte vendita vr̄. C. man. l. vlti. & in tali casu nō agit is cui ceditur, nisi ad id quod dedit in superfluo: nec is cui cessit, nec is cui ceditur, vt ibi dr̄. §. si quis. Item præsumitur si modicum pretium datur, & hic non agitur nisi ad id quod dedit, & ex quantitate pretij simulata præsumitur. Item si dubitatur an sit vera vel simulata, psumitur simulata, in quo casu loquitur C. mand. l. penult. exceptis quibusdam casibus ibi positis.

† Concilium Africanum cap. 28. concil. Mileuitanū cap. 24. Burchard' lib. 1. decret. ca. 68 Iuo par. 5. cap. 176. & cap. 4. tit. de foro cōp. in 1. comp.

¶ *Glo. seq. rect. per duas q. an ipso iure, & de quibus potentioribus, &c.*

b ¶ *Afficiant.*]C. ne lic. poten. l. 1. & 2. & dicas afficiāt per sniam, nō ipso iure, vt patet per l. prædictam. C. ne lic. pot. vbi dicit, iactura causæ mulctentur, id est, afficiantur per sniam, intelligendū est, huiusmodi cessiones odiosæ sunt: quia de vitio cupiditatis procedunt: vt hic, & C. ne lic. poten. l. vlt. Et no. q titulus iste de alie. iudi. & c. intelligitur de potentioribus, qui non sunt in aliqua dignitate siue administratione, sed titulus ille, ne liceat potentioribus, patrocinium litigatoribus impertiri, intelligitur de potentioribus qui sunt in dignitate siue administratione constituti, & eodem modo intelligitur lex illa. C. quod met. cau. si per impressionem. & tamen sub isto tit. interseri breuiter naturam huius titu. ne liceat. & de materia illius ot. mandati. vt dicitur in prima notula.

c ¶ *A præsumptione.*] Sic patet q clerici non debent recipere huiusmodi cessionem: quia si simulata sit cessio, non valet. C. mand. l. pen. & si esset vera cessio vel datio, præsumitur nihilominus in fraudē facta, & auaritiæ causa: clerici enim ab illicita negotiatione prohibentur. 14. q. 4. clerici. & c. canonum, quia sic negotiari iā facto clerico non licet. 88. dist. fornicari.

DE ARBITRIS.

¶ *Supra visum est de præparatorijs iudiciorū: modo de ipsis iudicijs erat videndum. Sed quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum: vt l. 1. ff. de arbit. præmisit compilator istam rubricam. Ita communiter continuatur. & in C. & ff. seruatur iste ordo. nam præmittitur tit. de arbitris, & postea sequitur de iudicijs. Et quid sit arbitrium dic vt not. per Innocen. & alios in cap. Quintanallis. de iureiur. Abb. Siculus.*

De hac materia tractatur 2. q. 6. c. siquis episcopus. §. arbitrarq. & c. à iudicibus. & §. seq. 3. q. 7. c. infamis. §. ita. prope finem.

SAnc.]Casvs. Statuit concilium Africanum, q si inter epos causa vertitur, & ipsi super hoc voluerint eligere arbitros: aut vnum eligant, aut tres, quorum triū sequantur sententiam, aut duorum. Nota quòd arbitri in impari numero eligi debent.

¶ *Glo. seq. reddit causam, & quæstionem soluit.*

d ¶ *Vnus eligatur aut tres.*] Vn' vero aut tres sunt eligēdi, & nō duo: quia res fere sine exitu futura est pp naturalē hominū facilitatē in dissentiendū. ff. de arbi. l. item si vnus. §. principaliter. tā si cōpromittatur in duos, tenet arbitriū. & si nō ɔcordauerint, cogendi sunt, vt vel ɔcordēt vel tertiam psona assumant: vt ibidem dicitur. & s̄. de of. del. suspicionis. §. vlt.

† Vide l. item si vn'. & l. si in tres. ff. eod.

e ¶ *Aut duorum.*]Sufficit duorū snīa præsente tertio, licet ille dissentiat: eo vero absente nō valet. ff. eod. l. si in tres. nisi in cōpromisso expressum sit, vt duo sine tertio procedant. ff. eo. non distinguemus. §. cū in plures. sic obtinet in iudicibus. s̄. de offi. deleg. prudentiam. & de vtrisq; hic cauetur. s̄. de offi. deleg. vno delegatorum seu arbitrorum.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cōpilatiōe.

† Vox. ecclesiæ, deest in aliquot vetustis.

NOn sine.] Non valet arbitriū simoniacū vel dolosum. In prima parte ponitur facti narratio. In secūda causæ commissio: ibi, *Quoniam igitur.* Abbas.

† Aliàs ijs eidem presbytero.

Casvs. Alanus presbyter institutus fuit capellanus in ecclesia sancti Alphridi per archid. de Suella, eodem archi. mortuo M. nepos ipsius, qui archi. in ipsa ecclesia successit, eundem presbyterum capellanū iterum instituit ibidem, & illum fecit postmodum prædicta ecclesia spoliari. Tandem per fraudem & dolum ipsius M. extortum fuit ab ipso iuramētum, vt arbitrium duorū clericorū susciperet & seruaret: & illi arbitrati fuerunt, q ipse M. dicto presbytero quinque marchas argenti persolueret, & toti cederet quæstioni. Vnde presbyter ista significauit domino Papæ: & ipse scribit super hoc archiepiscopo Eboracen. dicens q non decet aliquatenus sustinere, vt quod perperam arbitrati sunt, relinqui debeat incorrectum: mandans quatenus si præfati clerici confessi fuerint se tā nequiter arbitratos fuisse, vel aliàs de hoc constiterit, dictum presbyterum ab illo iuramento absoluat, & ipsum restituat ad ecclesiam suam: vel si arbitriū ipsum fuerit æquitate subnixum, vtramq; partē ad ipsius obseruationem compellat. Not. q arbitrium inique latum non valet. Itē super re spirituali compromitti potest in clericum.

f ¶ *Ordinauit.*]id est, institutionem prædictā confirmauit ad cautelam supple, & illum fecit postea prædicta ecclesia spoliari.

g ¶ *Dolum.*] Dantem causam contractui, vnde non tenuit. ff. de dolo. & eleganter. † secus esset si incidit in contractū. ff. de act. emp. & ven. Iulianus. §. si venditor. & sim. s̄. de renunc. sane. vbi dolose ille inductus fuit, vt eorum misericordiæ se subijceret.

† Vide de emp. & ven. cum dilecta. super vlt. gl. & in ea. gl. vide §. si venditor. Ioan. And.

h ¶ *Sacramentum.*] quod interueniret o arbitrio siue in cōpromisso prohibetur. C. eod. ot. Auth. decernimus. ex quo tamen interuenit seruandum est, dummodo arbitrium sit licitum vel æquum, vt hic, in fi. & j. eo. cum tempore.

i ¶ *Fauentes.*]Et ita per gratiam arbitrati sunt, vnde competebat huic exceptio doli, si ageret ex illo arbitrio. C. eo. arbitrorum. non obstante ipsorum iuramento: quia iuramentum ad hoc non extenditur, nisi ad ea quæ legitime arbitrarentur, aliàs illicitum esset, & non seruandum. j. de iureiur. quanto. & c. Quintauallis.

k ¶ *Quinque marchas.*] Et sic continebat simoniacam prauitatem. s̄. de pact. cum pridem. & s̄. de transac. præterea 1. & 2. & c. constitutus. & ideo arbitrium non valuit, nec etiam poena si esset apposita committeretur, si non staretur tali iniquo arbitrio. ff. eod. non distinguemus. §. cum quidam.

¶ *Glos.*

¶Glos. sequens signat contrarium, & soluit. Ioan.

a ¶ *Cognouerint.*]id est, confessi fuerint corã archiepõ; & ita credit illis in iure in eo qđ male fecerunt. arg. ĩ. de elect. cũ dilecti. arg. tñ ȝ. j. de testib. sicut. sed hoc vr̃ admitti pp inopiam probationũ, quoniam forte per alios constare non poterit, vt in decr. cum dilecti. & arg. ad hoc. C. de hæreti. l. penulti.

b ¶ *Absoluas.*] supple, & ipsum absolutum testificas, & potest exponi, absoluas, id est, absolutum ostendas: qa iuramentum non extenditur ad istũ casum, vt dictum est. & ita retractatur arbitriũ superioris auctoritate: vt ĩ. c. prox. sed nõ fuerunt isti veri arbitri, sed mali cõpositores, & arbitratores: & ideo dictũ eorũ boni viri arbitrio põt corrigi. ff. p soc. societatẽ. aliàs inique sententiæ arbitri statur. ff. eo. diẽ. §. stari. sed in hoc casu nõ valeret sñia talis ppter simoniam.

PEruenit.] Arbiter sua auctoritate spiritualia laico adiudicare non potest. ita communiter summatur. Primo ponit factũ. Secundo corrigendum committit: ibi, *Vnde.* Abbas Siculus.

CASVS. Guil. clericus quandam sororem suã tradidit in vxorem G. de Callis, pmittẽs eidẽ G. qđ annuatim daret eidem quinque solidos sterlingorũ: super eidẽ quinque sol. orta fuit discordia inter eos. Vnde super hoc compromiserunt in quatuor personas, quę taliter arbitratæ fuerunt, qđ idem G. perciperet annuatim decimas, quas Guil. habebat in parochia de Callis pro quinque solidis prædictis. Significatum fuit hoc dño Papæ: qa huiusmodi arbitriũ in posterum ecclesiæ posset esse damnosum. mãdat Papa cuidam, quatenus si est ita, præmonitum G. moneat & compellat, vt prędictas decimas liberas omnino dimittat, nec huius occasione aliquid sibi vlteri9 propter hoc vendicare præsumat, & clericum illum moneat, vt cum eodem G. amicabiliter conueniat. Nota quòd factum prælati in damnum ecclesiæ valere non debet, nec delictum personæ in damnum ecclesiæ debet redundare.

Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.

Vide notas nostras in hũc locũ.

Id est, ecclesiastica districtione, vel disciplina.

ab eodem susciperet, & toti cederet quæstioni. ¶ Quoniam igitur nõ decet te aliquatenus sustinere, vt quod perperam arbitrati sunt, debeat incorrectũ relinqui, Mandamus quatenus si se cognouerint [a] præfati clerici rã nequiter arbitratos fuisse, dictum presbyterum ab obseruantia iuramenti, auctoritate nostra prorsus absolnas [b]: vel si arbitrium ipsum noueris ęquitate subnixum, ad obseruantiã ipsius vtramque partem appellatione remora compellas.

¶Idem.

¶Arbiter assumptus in patrimoniali causa clerici nõ potest adiudicare rem ecclesiæ possidendam, etiam ad vitam clerici. hoc dicit, & est casus notabilis.

CAP. III.

PEruenit † ad nos quòd cum G. de Cal. sororem G. clerici duxisset in vxorem, idem G. fidei interpositione firmauit, quod quinque solidos sterlingorũ † annuatim daret eidem. vnde cum super eisdem quinque solidis inter ipsos cõtrouersia mota fuisset, in quatuor cõpromisere personas; quæ taliter arbitratæ fuerunt, quod idẽ G. decimas [c] quas in parochia de Cal. præfatus G. habere dignoscitur, pro quinque prætaxatis solidis perciperet annuatim. Vnde quoniam huiusmodi arbitrium ecclesię posset in posterum perniciosum existere [d]: Mandamus quatenus, si ita inueneris, prænominatũ G. diligenter commoneas: & eccles. † dis. compellas: vt prælibatas decimas liberas omnino dimittat, nec sibi occasione huiusmodi aliquid vlterius vẽdicare [e] præsumat. Clericum vero moneas, vt cum eodem G. amicabiliter studeat conuenire.

c ¶ *Decimas.*]id est, fructus decimarum.

¶Glos. seq. recitatur per quæstionem vel obiectionem.

d ¶ *Existere.*] In hoc arbitrium posset esse in posterũ damnosum ecclesiæ: quia occasione illius arbitrij iste G. vellet decimas illas post decessum illius clerici retinere, & ita ecclesiæ præiudicaret: quia & si non de iure, de facto tamen damnum sustineret: & compelleretur litigare cum illo, & expensas facere: quia interest ecclesiæ ne sumptibus vexetur. ff. de minori. minor a xv. annis.

e ¶ *Aliquid vlterius vendicare præsumat.*]Occasione huiusmodi arbitrij nil potest vendicare ab ecclesia, vel decimas illas retineret: quia non licuit illi clerico conditionem ecclesiæ facere deteriorẽ. ĩ. de donationibus. cap. fraternitatem tuam. nec alienare potuit rẽ ecclesiæ in damnum ipsius ecclesiæ. 12. q. 2. sine exceptione. & ita ipso iure non tenuit arbitrium. sic ergo ad factum tantum respicit reuocatio huius arbitrij.

DIlecti filij.] Clerici de temporalibus compromittere possunt in mulierem, aliàs de consuetudine iudicantem. Ioan. And. Prima pars narrat factum. Secunda dat iudiciũ: ibi, *Quamuis.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter abbatẽ & cõuentũ de Scarduna Cistercieñ. ordinis ex vna parte, & hospitalarios ex altera, vertebatur qõ super vsuario cuiusdã nemoris: in reginã Francorũ fuit cõpromissum, vtrinque sub certa pœna: Ipsa auditis causæ meritis per diffinitiuã sñiam, arbitriũ pmulgauit de cõsilio quorundam epõrum: hospitalarij intelligentes qđ fœminæ secũdũ regulã iuris à ciuilibus officijs sint remotę, & etiã si inter libertos suos audiẽtiã susceperint, ex illarũ sententia nec pœna committitur nec datur, ipsius arbitriũ obseruare contemnebant: pp qđ monachi dño Papæ sũt conquesti. Vnde super hoc scribit quibusdam dicẽs, licet fœminæ (vt dictũ est) à publicis officijs sint remotæ, quia tñ iuxta cõsuetudinem approbatã, quæ pro lege seruatur, in partibus Gallicanis, hmõi fœminæ præcellentes habent ordinariã iurisdictionẽ ĩ subditus suos, mandat Papa istis iudicibus, quatenus cõpellãt hospitalarios p pœnã in compromisso appositã ap. re. vt arbitriũ ipsum sicut prouide latũ est, & ab vtraq; parte sponte receptũ, obseruent: præcipue cũ epõrum præsentia & cõsilio fuerit roboratũ. Nota qđ cõsuetudo dat iurisdictionẽ personæ, quæ aliàs est inhabilis ad iudicandũ. Item ecclesia, & viri etiã religiosi possunt petere pœnã.

f ¶ *Vsuario.*]id est vsu, Quid sit vsus, habes Insti. de vsu & hab. ĩ prin.

¶Innocentius tertius cancellario, & magistro Loth. canonico Parisiensi.

¶In mulierem singularem tamquam in arbitratricem compromitti non potest, secus si mulier habet aliàs iurisdictionem de iure communi vel consuetudine. nam tunc etiã super rebus temporalibus ecclesiæ potest in eam valude compromitti. hoc dicit clare.

CAP. IIII.

DIlecti † filij abbas, & conuẽtus de Scarduna Cistercieñ. ordinis sua nobis querela monstrarunt, quod cum inter eos ex vna parte ac hospitalarios ex altera, super vsuario [f] cuiusdam nemoris quæstio verteretur: in reginam [g] Francorum fuit compromissum vtrinque: quæ causæ meritis intellectis arbitrium duxit per diffinitiuam sententiam promulgandum: & infra. ¶Quamuis autẽ secundum regulam iuris ciuilis, fœminæ a publicis officijs sint remotæ [h]: & alibi [i] † dicatur, quòd licet summæ opinionis existant, si arbitrium in se susceperint, vel, si patronæ inter libertos suos interposuerint audientiã, ab omni sint † iudiciali examine separandæ, vt ex earum prolatione nulla pœna [l] aduersus earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur: quia tamen iuxta consuetudinem [k] approbatam, quæ pro lege seruatur in partibus Gallicanis, fœminæ præcellentes in subditos suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur, Mãdamus quatenus hospitalarios, vt arbitriũ ipsum, præsertim cum episcoporum fuerit præsentia & consilio roboratum, sicut prouide latum est, & ab vtraque parte sponte receptum, obseruent,

Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.

L. vltima. C. de arbit.

Aliàs sunt.

g ¶ *Reginam.*] arg. qđ de rebus ecclesiasticis possit cõpromitti in laicũ. arg. ĩ. eo. per tuas. arg. ȝ. ĩ. eo. contingit. vbi dr̃ de hac materia.

¶ Glo. seq. ponit regulam, & tres casus excipit.

h ¶ *Sint remotæ.*]Verum est qđ fœminę à ciuilibus officijs sunt remotę. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. & 33. q. 5. mulierem. & ff. de re iudi. l. 2. nisi princeps scienter eis delegauerit causam. 2. q. 5. Mennam. & 23. q. 4. si qs. 12. q. 2. cũ deuotissimã. & arg. ff. de re iudi. quidã. tamen in veteri lege populũ iudicabant. 15. q. 3. §. 1. Item tutelam gerere põt si renunciat Velleiano, & secundis nuptijs. in Auth. de hære. quæ ab intestato deferuntur. §. ex his. colla. 9. item constituitur procuratrix à domino Papa. ĩ. de confir. cum dilecta.

l ¶ *Nulla pœna.*] simile C. eod. l. vlti.

¶ Glos. seq. arguit, allegat quinque iura.

K ¶ *Consuetudinem.*] Et ita est arg. qđ cõsuetudo dat iurisdictionẽ, & derogat iuri scripto. arg. ĩ. de consue. ex litteris. C. de eman. l. 1. & vlt. & C. quæ sit lon. con. l. 2. & 11. dist. in his.

¶Glos.

¶ *Glo. seq. arg. allegat quatuor iura, in contrarium allegat 3. primo dat unam solutionem. secundo distinguit triplicem poenam. In fine quaerit, arguit negatiue, & soluit.*

a ¶ *Per poenam.*] sic ergo religiosi viri possunt petere poenam conuentionalem[1], 24. q. 2. quaecumq. & 12. q. 2. eps qui mancipiû. & 23. dist. quamq. & 21. q. 5. si qs cuiuslibet. arg. 3. j. de dolo & contumac. c. 1. & 2. & j. de poe. suâ. & 12. q. 2. fraternitas. Dic q poenam à iure permissam petere possunt, vt 16. q. 1. statuimus. & 1. q. vlt. quotiens. & c. sancimus. in fi. 10. q. vlt. c. vlti. & satis vr q possunt petere poenâ per iura priora, nisi auaritiae causa extorqueant, vt j. de simo. nemo. arg. Vel melius dicas, q si poena apponitur loco interesse, secundum hoc potest petere poenam quanti sua interest[a]. ff. de empt. & ven. prędia. sed si poena apponitur loco contumaciae: tunc pôt peti poena & res. ff. de col. bonorum. l. 2. §. si cum duob. & ff. de tab. exhi. locum. §. condemnatio. si autê apponit in fraudem vsurarû, peti non potest. j. de emp. & vê. ad nostrâ. & ff. de acti. empto. & ven. Iulian[a]. §. idê Papinianus. Et ita isti p poenam côpellendi sunt stare arbitrio, vel etiâ per res depositas, vt eas darent victori. ff. eod. litigatores. §. q dergo. siue ergo poena promissa fuit à parte parti, siue pmissa ipsi arbitro, qa tunc côpellitur mihi cedere actionê, quia quod causa mei fit, meû est. ff. de eden. praetor. §. 1. & si contemplatione alicuius aliquid fit, eius est periculum. ff. de pręscr. verb. si gratuitam. §. vlt. Sed nûquid poena recepta potest peti vt stetur sniae? Arg. q non. ff. eo. l. 2. & C. eod. l. 7. & 2. quia 3riat actiones intendit, & ideo non audit. arg. 3. de electio. cû inter R. & B. & C. de fur. l. 1. & j. de appel. solicitudinê. & in Auth. de iudi. §. quia vero. coll. 6. vbi de hoc dr expresse. & hoc est verû nisi in côpromisso dictû sit, vt poena soluta stetur arbitrio. ff. de transa. l. pe. & C. de transa. cum proponas. & 25. q. 2. quaecumque. vbi de hoc. & praedicto c. qui mancipium.

[1] Ad hoc facit Sylues. quest. 5. q. semper sic scribitur. cauetur non seruantem arbitrium solitum sub poena. ad idê. j. eod. per tot. Io. And.

[a] Vide Innoc. in c. finâ j. de poena.

† Pigrauia.

† Pigamia.

† Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.

per poenam[a] in compromisso statutam, appellatione postposita compellatis.

¶ Idê abbati & côuentui de Pigrauia† .

¶ *Ecclesia exempta non potest in praeiudicium exemptionis compromittere. hoc dicit, & clare.*

CAP. V.

CVm † tempore C. Papae praed. nostri: & infra. ¶ Super controuersijs quae inter te & Merseburgen. episcopum, & quosdam tuos monachos vertebantur, te promisisti arbitriû Magdeburgen.[b] archiepiscopi seruaturum: & infra. ¶ Quia legitime constitit, quod fide[c] hinc inde data, compromissum est in archiepiscopû memoratum, Nos arbitrium ab ipso prolatum decernimus obseruandum[d], illis dumtaxat capitulis[e] exceptis, quae contra libertatem ipsius monasterij & duarum capellarum eiusdê, in arbitrio sunt expressa: ¶ Cû & si sponte volueris, de iure tamen nequiueris[f] sine licentia Romani pont. renunciare priuilegijs vel indulgentijs libertatis[g], quae monasterium illud indicant ad ius & proprietatê Romanae ecclesiae pertinere† .

¶ Idem episcopo sancti Andreae, & abbati de Bechor.†

¶ *Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso: ideo coram eo non fit reconuentio.*

CAP. VI.

CVm † dilectus filius: & infra. ¶ Vtrum coram arbitris reconuentioni fit locus, postulasti per sedem Apostolicam explicari. Nos igitur respondemus, quòd licet in iudicio conuenientem reconuenire valeat, is qui coram iudice conuenitur: coram arbitris tamen reconuenire non potest[h]; cum arbitri iudicare non valeant, nisi[i] de his tantum, super quibus in eos extiterit côpromissum.

C *Vm tempore.*] Minor ecclesia in praeiudicium Papae, de libertate côpromittere non potest. Et diuiditur: nam in prima recitat factû compromissi. In secunda laudû latum: quod pro parte approbat, & pro parte reprobat: ibi, *Quia legitime*. In tertia rationê reprobationis: ibi, *Cum & si*. Abbat.

CASVS. Abbas de Pigrauia priuilegia & alias indulgentias à sede Apostolica tempore Celestini meruit obtinere, pp qd eps Mersburgen. dioecesanus eius 3 ipsum grauiter est cômotus, vnde abbas super controuersijs quae inter ipsum ex vna parte, & epm & quosdam monachos ipsius abbatis ex parte altera vertebatur, pmisit se arbitrium Magdeburgen. archiepi fide hincinde data seruaturum: Archieps arbitrium sub certa forma, super controuersijs illis promulgauit, pronuncians q abbas renûcierpriuilegijs & indulgentijs libertatis: Demû orta est discordia inter ipsos occasione huiusmodi arbitrij, pp quod ipse abbas, & procuratores epi, ad sedê Apostolicam accesserunt: Papa examinato côpromisso & arbitrio, qa constitit ei legitime, q fide hinc inde data côpromissum fuit in archiepm praedictû, arbitriû ipsum decernit obseruandû, exceptis capitulis illis, quae 3 libertatê ipsius monasterij & duarum capellarum eiusdem, in arbitrio sunt expressa: quia etsi sponte vellet abbas illis renonciare, de iure tñ nô posset renunciare priuilegijs vel indulgentijs libertatis, sine licêtia Romani Pontificis, quae indicât monasteriû ad ius & proprietatê Romanae ecclesiae pertinere. No. q iuramentum quatenus tangit ius alterius, non tenet. Itê arbitriû pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item exempta non potest renunciare priuilegio libertatis sine licentia illius cui subest.

¶ *Glo. sequens no. in iudicium compromissi, signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Magdeburgen. archiepiscopi.*] Ex hoc vr quòd ordinarius possit esse arbiter[3]. arg. 3. de elect. causam quae. & in Auth. vt differêtes iudices. §. si vero contingit. coll. 9. itê & delegatus. j. de praescript. litteras. & j. de praeb. nisi. & j. eo. cum olim. lex tamen vr 3dicere. ff. eo. sed & si in seruû. §. 2. & 3. q. 7. c. infamis. §. tria. ver. si quis vero. sed hic solum prohibet quòd ordinarius non potest iubere vt partes in se compromittant. ff. de tut. & cura. l. 4. §. praetor.

[3] Contrarium cum gl. & Bart. in Auth. si vero contigerit. C. de iudic.

c ¶ *Fide hinc inde data.*] sic j. eod. ex parte. & C. eo. ne in arbitris.[4] sed iurare arbiter nô debet. C. eo. Auth. decernimus. secundû quosdam. sed verius est quòd nec etiam partes.

[4] Ibi partes iurant stare in arbitrio. Ioh. And.

d ¶ *Obseruandum.*] metu poenae, si apposita fuit. j. eod. c. proxi. vel metu iuramenti. 22. q. 1. omne quod. & 6. q. 4. quod bene semel. idem esset si neutrum praedictorum interuenisset, si partes arbitrio côsensissent, vel verbis intra x. dies nô côtradixissent. C. eod. cum antea.

† Hinc videtur inferri, quòd ecclesia exempta non potest renunciare priuilegio libertatis contra l. si quis in conscribendo. C. de pact.

† Bechor.

¶ *Glossa sequens not. pro parte, &c. alleg. iura duo ra, signat unum contrarium, & soluit.*

† Cap. 5. eod. tit. in 3. compil.

e ¶ *Capitulis exceptis.*] No. q arbitrium p parte tenet, & pro parte nô tenet. sic j. de praeb. dilectus. & c. nisi. & 2. q. 6. post appellationem. §. si quit ex pluribus. licet videatur q arbitri snia non debeat p parte valere, pro parte nô. ff. de arbi. quid tñ. in princi. Sed illud obtinet vbi simul de pluribus debuit ferre sniam, & non tulit de omnibus. sed in vno capitulo nô potest tenere pro parte. ff. sa. erc. in hoc iudicio. Sic & sententia pro parte tenet, & pro parte non, immo corrigitur. j. de test. Raynutius. & c. Raynaldus.

f ¶ *Nequiueris.*] arg. ff. de lib. ext. si vsumfructum. & l. 1. & 2.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Libertatis.*] nec etiam poterat arbiter in hoc interuenire: quia in causa liberali arbiter interuenire non potest. ff. eod. non distinguemus. §. de liberali. & 3. de in integr. restitu. causa restitutionis. in fin. Sed contra. j. de praescript. cum olim. Sed quantum ad se, potuit renunciare, & non quantum ad Papam priuilegijs libertatis: vt j. de re iud. suborta. & j. de donat. inter dilectos. alij tamen priuilegijs bene posset renunciare. j. de priui. si de terra. & c. accedentibus.

C *Cum dilectus.*] Coram arbitro non habet locum reconuentio. commotus diuisio. Secunda: ibi, *Nos igitur*. Abbas.

CASVS. Reus conuentus in iudicio potest reconuenire actorem suum: quaerebatur vtrum coram arbitris locum haberet reconuentio, sicut in iudicio, cum arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta: Respondet Papa quòd licet in iudicio conuentus reconuenire valeat conuenientem: tñ coram arbitris reconuentio locum nô habet: quia arbitri iudicare non possunt nisi de his tantû super quib. in eos extitit compromissum. Not. q reconuentio coram arbitris fieri non potest.

¶ *Glossa sequens ponit quatuor vel quinque casus, in quibus non procedit reconuentio.*

h ¶ *Non potest.*] Cessat reconuentio coram arbitro: vt hic dicit. Itê in criminibus non habet locum reconuentio. 3. q. 11. cap. 1. quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui. Item in causa spoliationis. j. de resti. spo. ex conquestione. & melius j. de or. cog. super spoliatione. nisi de alia spoliatione vbi est hoc expressum. Item in omni momentanea possessione. C. qui legiti. perso. l. vlt. Item in spoliatione facta ecclesijs & ecclesiasticis viris. arg. j. de iure patrn. relatum. §. ad hoc. & est expressum. ff. de iudic. l. 2. §. item si agatur.

¶ *Glos. seq. potuisset apertius veritari distinguendo cum Ioan. & Vincen. quod arbitraria & iudiciaria côuentiût in principio, medio & fine causae.*

i ¶ *Nisi de his.*] Vel eis cohaerentibus, sine quibus causa commode expediri non potest: vnde potest statuere diem solutioni faciendae. ff. eod. si cum dies. §. vlt. & l. quid tamen. §. solutioni & l. Celsus. Item potest cognoscere de causa in integrum restitutionis, quę incidit in negotio de quo compromissum est 3. de in integ. rest. causa restitutionis. Sed nunquid potest cognoscere super petitione dupli? vt ff. ad leg. Aquil. inde Neratius. §. penult. Videtur quòd sic: qa sequitur ex delicto in arbitrio commisso. Sed contra. arg. est quòd non

¶ Idem rectori, & fratribus hospitalis sancti Bartholomæi Lucani.

¶ *Qui per arbitrium tenetur eligere cū aliquorū consilio: tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur.*

CAP. VII.

Cum† olim super eligendis in hospitali vestro rectore & fratribus, inter vos & Priorem sancti Bartholomæi Lucañ. coram iudicibus delegatis quæstio verteretur, & vtraque pars in eos compromittens[a], ipsorum arbitrium se promisee rit seruaturam: super prolato ab ipsis arbitrio vtrinque dubitatio est exorta, quam petistis per sedem Apostolicam declarari. ¶ Nos igitur publico instrumēto arbitrium continente diligenter inspecto, cognouimus, quòd secundum formā arbitrij, Prior sancti Bartholomæi Lucañ. tenetur habere cōsilium† cum familia hospitalis eiusdem, & tractare cum ea de inueniendo rectore. Propter quod dicimus, quòd nisi Prior super inueniendo rectore tractauerit cum familia hospitalis, & ipsius consilium requisierit, non habet potestatem eligendi rectorem: & si alio modo cum elegerit, eius electio haberi debet irrita & inanis. Verum† habito cum familia super hoc consilio & tractatu, Prior libere potest rectorem eligere, dumtaxat idoneum, siue concordet siue discordet[b] familia cum ipso, super inuentione rectoris.

¶ Idem in concilio generali †.

¶ *De rebus spiritualibus in laicum cōpromitti non potest.*

CAP. VIII.

Contingit† interdū, quòd cum actori: & infra. ¶ Ad hæc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus[c] compromittatur in laicum: quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

¶ Idem Pisano archiepiscopo.

¶ *Auctoritate iudicis causa etiam delegari potest de causa spirituali in clericum & laicum compromitti: & si arbitrium est à partibus receptum, debet à partibus executioni mandari, licet per generalem procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit apposita, agitur ad pœnam, aliàs ad interesse. hoc dicit, generaliter inhærendo littera.*

non cognoscit super pœna cōtum eis. ff. eo. quid tñ. §. vlt. arbitria tñ redacta sunt ad similitudinem iudiciorum. ff. eo. l. 1. Circa istam materiam not. q̄ arbitria stricta via incedunt. nil enim extra cōpromissum facere pōt arbiter. ff. eo. nō distinguemus. §. vlti. nā solum id venit in arbitriū, de quo dictū est vt veniat. ff. eod. si cū dies. §. plenū. saluo eo quod dr̄ in principio notulæ: sed in iudicio veniunt omnia quæ expresse nō prohibentur. j. de can. pos. cū ecclesia. & ff. de iud. solemus. Itē arbiter non potest punire contumaciā litigatoris, nec testes potest cogere. ff. eod. quid tñ. §. 1. nisi in casu quē habes s̄. de of. deleg. suspiciōis. & hoc est verū q̄ non pōt punire contumaciā nisi in compromisso hoc actū sit. ff. de iudi. l. 2. §. vlti. & ff. eod. non exomnibus.[1] quæ intelligitur s̄m illā de iud. quia arbiter nullā habet iurisdictionem. ff. de re iudi. prætor. Item arbiter nō potest pronunciare nisi vtraque parte præsente, nisi hoc inter litigatores conuenerit. ff. eod. diem. §. si quis litigatorum. Item non pōt citare partes nisi ad locum in quo cōpromissum factū est. ff. eo. si cū dies. §. si arbiter. Item arbiter non potest delegare arbitrium. ff. eo. in compromissis. & l. non distinguemus. §. quæsitū. Item satisdatio nō præstatur corā arbitro: quia sufficit pœnæ compromissio. in Auth. de litt. §. ad excludendas. in fi. coll. 8. Itē in arbitrio nō pōt mora purgari vbi dies præfixus est ab homine. ff. eo. Celsus. secus in iudicijs. C. de fi. inst. sancimus. & ff. si q̄s can. & si post tres. Item sñia arbitri non infamat. ff. de ijs qui no. insa. quid ergo. §. ex compromisso. & hoc ideo: quia non potest cognoscere de crimine quod infamet. ff. eo. non distinguemus. §. Iulianus. & s̄. de in inte. resti. causa. in fin. in his omnibus discrepant arbitria à iudicijs. Itē & in alio si partes renunciant appellationi, & pactū faciunt de non recedendo ab arbitrio, nihilominus recedere possunt. C. eo. l. pen. secus circa iudicia. C. de temp. app. l. vlt. in fin. & in quibusdā cōueniunt, quia per vtrunque interrumpitur præscriptio. C. eo. l. vlti. in fin. & quantum ad iuramentum calumniæ. C. de iur. calum. l. 1. & 2. §. sed quia.

Cap. 4. eo tit. in 3. compil.

[1] Vide de hac materia Albericum in repertorio. cap. 1. de hæret. lib. 6. q. 10. & in tract. de agnosc. assertio. q. 36.

Dic p̄ l. illā q̄ contumaciam pu nire nō potest mulctā do: bene tamen in expensis condemnando. Ioan. And.

Cvm olim.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, Nos igitur.

Casus. Inter Priorem sancti Bartholomæi Lucani ex vna parte, & rectorem & fratres hospitalis sancti Bartholomęi ex altera, super eligendis rectore & fratribus in ipso hospitali quæstio vertebatur: super hoc commissa fuit causa quibusdam iudicibus, tandē vtraque pars in ipsos iudices compromisit, & ipsi protulerunt arbitrium, super quo vtrinque dubitatio est exorta, quam petiuerūt per sedem Apostolicam declarari: dominus Papa viso instrumento arbitrium continēte, ac diligenter inspecto, inuenit q̄ prior sancti Bartholomęi secundum formam arbitrij tenetur habere consilium cum familia hospitalis, & tractare cum ea de inueniendo rectore: propter quod dicit Papa, q̄ nisi Prior tractauerit cum familia hospitalis, & ipsius consilium requisierit super inueniendo rectore, non habet potestatem eligendi rectorē: & si elegerit, electio irrita erit: sed habito consilio & tractatu cum familia super hoc, Prior libere poterit eligere rectorem, siue concordet, siue discordet familia cum ipso rectore. Nota quòd forma arbitrij seruanda est. Item aliquis tenetur requirere consilium alterius, sed non tenetur illud sequi.

a ¶ *Compromittens.*] sic s̄. eod. cum tempore. vbi de hoc.

¶ *Glos. sequens primo hanc interpretationem adducit ad duo. secundo obijcit, & soluit.*

b ¶ *Siue discordet.*] Per interpretationem huiusmodi arbitrij, possumus illud decretum interpretari. 63. dist. obeuntibus. Plerumque enim tenetur quis quærere consilium: sed non tenetur sequi illud. j. de regu. licet. C. de iure emphy. l. vlt. ff. de adminis. tutorum. quidam decedens. §. Papinianus. ff. vbi pupil. educa. debe. l. 1. Item & secundū hanc interpretationem videtur intelligenda illa decret. s̄. de elect. cum in veteri vbi de hoc. Sed videtur q̄ superfluum[a] sit petere cōsilium, quod quis sequi non tenetur. arg. C. de proba. ad probationē. Sed certe potest esse quòd tale consilium sit vtile: quia potest mouere Priorem ad aliquid faciendum, quod forsitan per se non fecisset. arg. 31. dist. Nicęna. & ff. eo. itē si vnus. §. vlti. aliàs est lex, & incipit, si in tres. Et quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur. 20. dist. de quibus. & C. de fideicom. l. vlti. ad fin. & arg. ad hoc. 64. dist. extra conscientiam. Et diligens inquisitio facienda est in electionib[b]. s̄. de electio. cum terra. Et habito consilio deliberet an expediat et sequi consilium. ff. manda. l. 2. in fin. Et præterea sufficit quòd ita scriptum est. ff. qui & à quibus prospexit. & 6. q. 3. scriptum est in lege. & j. de præscriptio. ad audientiam. Et quia istud arbitrium approbatū fuit à partibus, ideo seruandum est.

Non est superfluū, quia vt ait Seneca in lib. de 4. virtutibus. Prudētis est proprio suo minus cōfidere.

Alias non: Verū habito fratrum. & familiæ super hoc consilio & tractatu.

In conc. generali Lateran. cap. 40.

Cap. 2. eo. tit. in 4. compilatione. & reliqua pars huius capitis habetur in c. cum. contingat. j. de dolo & contu.

Contingit.] Casus vt. Prohibet & in hoc capitulo ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum. Nota quòd non valet compromissio facta in laicum de rebus spiritualibus.

¶ *Glo. seq. fortificat textum per tria iura, allegat quinque iura in contrarium, soluit distinguendo ciuiles & spirituales causas: laicos solos & mixtos clericis auctoritate Papæ & inferiorum.*

c ¶ *Spiritualibus.*] Sic enim patet quòd de rebus spiritualibus in laicum compromitti non potest etiam incidenter: quia laicus de talibus cognoscere non potest. j. qui fil. sint legit. lator. Et ecclesiastica negotia tractare non debet laici. j. de iudic. decernimus. Et de vniuersa ecclesia male iudicat qui quærit iudiciū laicorū. 11. q. 1. placuit Sed s̄. 2. q. 7. nos si. & 16. q. 1. plures. 32. dist. c. præter hoc. §. verū. & 2. q. 5. Mennā. nam & in infamē compromittitur. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. in fi. Dicas q̄ de rebus mere ciuilib' quibus nullum spirituale est annexum, bene potest compromitti in laicū. arg. huius cap. cum enim tantū p̄hibeat de spiritualibus: de temporalibus permittit. arg. quia quod de vno prohibetur, de altero conceditur. 25. dist. qualis. j. eod. exposita. Si vero compromittatur in laicum de rebus etiam spiritualibus, non tenet arbitrium, vt hic. Sed si compromittatur in clericum & laicum, auctoritate tamen superioris videtur q̄ valeat, tum quia non simpliciter in laicum: tū quia auctoritate superioris. j. eo. c. proxi. aliàs auctoritate propria hoc facere non possent, & magis dignum trahit ad se minus dignum: vt sic potius res valeat quàm pereat. j. de consecr. eccl. vel alta. quod in dubijs. & j. de verbo. signific. abbate. sed in laicum tantum cōpromitti etiam auctoritate episcopi non potest, sicut credo, nisi auctoritate Papæ, vt 32. dist. in. cap. præter hoc. §. verum. 2. q. 5. Mennam. & c. nos si. ea. causa. q. 7. quia episcopus etiam causam spiritualem laico committere non posset, cum ius spirituale non cadat in laicum. 96. dist. bene quidem. & arg. s̄. de elec. sacrosancta. & cap. Massana.[3] Vnde dico quòd laicus de rebus spiritualibus nullo modo iudicare potest nec principaliter nec incidenter. Et quòd ecclesiasticis personis tantum causa spiritualis sit committenda. est arg. s̄. de offi. deleg. cum te consulente. & c. super quæstionum. §. fin. versi. quòd si.

[3] Per quē sta patet q̄ causā sup electione prælati vel clerici nō possit in laicū cōpromitti solū. Ioan. Ioan. And.

Per

CAP. IX.

Per tuas litteras intimasti, quòd cum super excutione arbitrij, quod inter hospitalarios sancti Ioannis & plebanū de Pisciat, super hospitali sancti Allucijt latū erat, à nobis litteras accepisses: & infra. ¶ Plebanus proposuit, quòd† ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum[a], non tamen ei mandauit, vt sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere super eo. Et præterea procurator iam dictus de assensu canonicorū[b] suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitriū non valere: præsertim cum procurator fines mandati[a] excesserit, & arbitrium fuerit per vnum clericū & duos laicos promulgatum, licet ipsi de assensu Genuen.† archiepiscopi, cui causa commissa fuerat, arbitrium protulissent: & infra. ¶ Super quo fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd si ex parte plebani arbitrium receptum fuerit, indistinctè ratum[d] haberi debet; ac per hoc iuxta tenorem mandati Apostolici executioni mandari. Si vero receptum non fuerit, refert, vtrum fuerit, vel non, de obseruando ipsum pœna statuta. Et quidem si pœna fuerit apposita, agi potest ad pœnam: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter quòd staretur sententiæ, fuerit compromissum: procurator ad interesse poterit conueniri†: quia iuramento suo seipsum personaliter, non ecclesiam poterat obligare. Quod autem à duobus laicis & vno clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obuiare videt̃, cū auctoritate[e] dicti archiepiscopi factum sit, cui causa de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

¶ Honorius tertius archiepiscopo Coloniesi.

¶ *Si per duos electos ad eandem prælaturam, in discordia compromittitur in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromissum: ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super iure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem. hoc dicit.*

CAP. X.

Ex parte tua nostris est auribus intimatum, quòd va-

Per tuas.] In prima parte ponitur consultatio. In secunda diffinitio, aliàs distinguens responsio: ibi, *Super quo*. Abbas Siculus.

Casus. Inter hospitalarios sancti Ioanis, & plebanum de Piscia super hospitali sancti Allucij quæstio vertebatur: causa super hoc fuit cōmissa Genuen̄. archiepō. Tādem ρcurator plebani cū parte altera, auctoritate Genuen̄. archiep̄i iudicis delegati compromiserunt de quæstione illa in vnum clericum & duos laicos iuramento à procuratore plebani interposito: illi ρtulerunt arbitrium: hospitalarij impetrauerūt lis seras ad archiepm̄ Pisanum super executione arbitrij, cum plebanus nollet arbitrium obseruare, plebanus coram archiepō proposuit q̄ ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum, non tñ ei mandauit vt sine speciali mādato compromittere posset, vel transigere: & procurator ille de mandato capituli sui non fuerat constitutus, & ideo dicebat arbitrium non valere, cū procurator fines mandati excesserit: & præterea arbitriū illud fuerat per vnum clericum & duos laicos promulgatum, & ideo etiam non valebat. archiep̄s super his cōsuluit dñm Papam: rñdit Papa, q̄ si ex parte plebani arbitrium receptum fuit, indistinctè ratum debet haberi, & executioni mādari s̄m formā mandati Apostolici: Si vero non fuit receptū, distinguit̃ vtrum fuerit de obseruando ipso pœna statuta, vel non: si pœna fuit apposita, potest agi ad pœnā: si nulla fuit pœna statuta, sed simpliciter ρmissum fuit q̄ staretur sñiæ arbitrorū. procurator ad interesse poterit cōueniri: quia iuramento suo seipsum ρsonaliter obligauit, & nō ecclesiam: qđ aũt à duobus laicis, & ab vno clerico dr̃ esse latum, nō nocet: cū auctoritate dicti archiep̄i factū sit, cui causa de qua compromissum est, fuerat delegata. Nota q̄ ρcurator generaliter ad agendū vel defendendū datus, non potest cōpromittere vel trasigere sine speciali mādato. Itē ρcurator de consensu capl̄i constitui debet. Itē ρcurator fines mandati non debet excedere: qđ si fecerit, ecclesia vel dñs nō tenetur, nec ei nocet: vt hic patet. Item iuramentum ρsonale est, & ideo non obligat aliū q̄ iurantem. Item in laicū & clericum de re sp̄uali & auctoritate superioris potest cōpromitti, vt hic videt̃.

¶ Cap. 1. eod. in exemplar.

¶ Pisa

¶ Albatij

¶ In aliquot vetustissimis exēplarib[9] ita: quòd licet ad causam tractandā, procuratori suo dedisset generale mandatum & c. quæ lectio planior est.

¶ Ianuen̄.

a ¶ *Generale mandatum.*] Bene allegabat: qa licet haberet generale mandatum, transigere tñ non poterat seu componere. ff. de procu. mandato. & C. de transact. transactionis. Sed si clausula de rato fuit apposita, tunc vr̃ q̄ transigere possit, aliter non: quia adiectio illius clausulæ aliquid operatur. arg. ff. de vsur. si stipulatus. & j. de religio. domi. cum dilectus. & vr̃ expressum s̄. de transac. contingit. Sed obstare videtur. ff. mand. creditor. §. vlti. Dic de hoc vt notatur in prædicto c. cum dilectus. & vt dixi s̄. de transact. cōtingit. in gl. quæ incipit, notat, in fine.

¶ *Glo. seq. cum seq. ordinatim iustificat primam, secundam & tertiam allegationem plebani.*

b ¶ *Canonicorum.*] Vnde non valuit qđ per eum factum fuit, si cōsensum canonicorū non habuit. s̄. de procu. c. 1. & capl̄m sine consensu prælati agere non potest. j. de iudic causam quæ. De hac materia dictum est s̄. de rescript. edoceri. & s̄. de procur. c. 1.

c ¶ *Fines mandati.*] Vnde non valuit quod vltra fecit. s̄. de offic. delega. cum olim. & C. de procur. si procurator. & ff. manda. si diligenter.[s] & s̄. de rescriptis. cum dilecta.

[s] Sequitur. Enim mandati custodiendi fiant. Io. An.

¶ *Glo. seq. iustificat mandatum Papæ, dicens id sumi ex tribus legibus, in j. quarit opponendo, & soluit.*

d ¶ *Ratum haberi debet.*] Licet procurator non habuisset mandatū ad hoc, ex quo tñ clerici ratū habuerunt arbitrium, est obseruādū: & valet. ff. de ρcu. mandato. & s̄. de transact. contingit. Idem esset si egressus fuisset fines mandati. ex quo ratum habuit dñs factum procuratoris. s̄. de offi. deleg. cum olim. Idem esset & si nullū mandatum habuisset, postq̄ ratum habuerunt qđ eorum noīe fecit. ff. de iudic. licet verum. ideoq; debet arbitrium executioni mandari, vt hic dicit. Et qđ dicit̃ hic, colligitur de tribus legibus. Si enim arbitrium à partibus approbatur, vel etiā silentio decē dierū, ex eo datur actio, & exceptio. C. eod. cum antea. Si vero arbitrium non fuit receptum, & pœna fuit apposita: tunc agitur ad pœnā. C. eod. l. 1. & ita ρ pœnam ad seruandū arbitrium quis compellitur. s̄. eo. dilecti. Si nulla fuit pœna statuta, sed simpliciter cōpromiserant stare arbitrio, agi potest ad interesse ex stipulatu. & hoc vlti mū colligitur. ff. eod. diem. §. vlt. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. vlt. vnde iste ρcurator tenet̃ s̄m istam distinctionē ad pœnā, vel ad interesse, eū ipse seipsum etiā suo iuramento ρsonaliter obligauit, si non habebat ad hoc mandatū. Sed qualiter agit̃ ɔ̄ procuratorē, cum ipse non intenderit se obligare, nec aduersarij intendebant eū sibi obligare? Sed ideo cōuenitur, qa se obtulit defensioni alienæ, cum nō haberet mandatum sufficiēs ad hoc. ff. de procura. Plautius. & licet pars aduersa non intenderat eum sibi obligare: tñ obligatur, vt dicit lex: quia sæpe extra id quod agitur nascitur obligatio. ff. commod. si ia. in fine.

¶ Vide l. Plautius. ff. de procuratio.

¶ *Glossa sequens notat, quòd delegatus, &c. signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Auctoritate.*] Et ita auctoritate superioris potest compromitti in laicum & clericum simul de rebus spiritualibus. de hoc dictū est, s̄. cap. proxi. Item vr̃ hic q̄ delegatus mandauit sñiam arbitrā executioni, & si ipse nollet procedere, q̄ delegatus possit arbitrum cōpellere, & nō ordinarius. arg. C. de iudicis. l. vlt. arg. cōtra. j. de foro cōpetenti. si quis contra. Sed hoc verum est qñ delegatus datur vel ad exequendum arbitrium[a], vel ad compellendum arbitrum: aliàs ordinarius debet compellere arbitrum vt procedat. ff. eod. l. 4. §. ait prætor. Bernar.

[a] Vel cum arbiter assumptus sit ad cognoscendū de recusatione legati. s̄. de offi. deleg. suspicionis. Ioan. And.

Ex parte.] Morte alterius compromittentium expirat compromissum. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, *Breuiter*. Abbas Siculus.

Casus. Vacante ρpositura sancti Cuneberti in Colonia, canonici eiusdem ecclesiæ vota sua diuiseruot in duos: quidam elegerūt H. de Iuliaco, & quidam alij elegerunt C. de Lombardia: Postmodum cum partes essent in ρ̄sentia Colonien̄. archiepi, & tractarent sup huiusmodi electionibus, in ipsum super hoc fide ρ̄stita cōpromiserunt: qui causæ meritis diligenter auditis & intellectis, diem ad ferendā diffinitiuam sñiam partibus assignauit: pendente dilatione alter electus H. de Iuliaco de medio est sublatus: Archiep̄s hoc audito, canonicis prohibuit, ne pendēte sua sñia ad aliam electionem procederent, sed quidam eorū nihilominus B. Colonien̄. canonicū in ρpositum elegerunt: die ergo quo debebat ferri sñia, partibus coram archiepō constitutis, dictus B. allegauit, q̄ archiep̄s vlterius procedere non debebat, eum ρ mortem alterius compromittentis videatur compromissum finitum: archiep̄s consuluit super hoc dñm Papam. Rñdet Papa, quòd licet compromissum per mortem ipsius H. sit finitum, prius tamen de meritis prioris electionis cognoscere debuit, quàm processus fieret ad secundam: quia dictus C. superstes ius habet: secundus vero non. Not. quòd finitur compromissum per mortem alterius compromittentis, secus in iudicio.

a ¶ *Diuiserunt.*] quod non est nouum nec reprehensibile. 8. q. 1. non est nouum. & 63. dist. c. vlt.

b ¶ *Fide præstita.*] de qua habes s. eod. cum tempore. secundum leges non debent iurare, sed pœnā possunt partes apponere. in Auth. de iudi. §. quia vero. colla. 6. & C. eo. Auth. decernimus.

cante præpositura sancti Cuneberti † in Colonia, canonici eiusdem ecclesiæ vota sua diuiserunt [a] in duos, videlicet H. de Iuliaco †, & C. de Lombardia: & infra. Cumque postmodum tractaretur super electione huiusmodi, & partes essent in tua præsentia constitutæ, in te demum super hoc fide [b] præstita cōpromittere curauerunt: qui causę meritis diligenter inspectis, ad proferendam diffinitiuam sententiam, diem ipsis cōsentientibus præfixisti. Interim vero præfato H. ab vna parte electo sublato de medio, supradictis canonicis inhibere curasti [c], ne tua pendente sententia, procederetur ad electionem aliam faciendā: quorum quidam nihilominus B. Colonien. canonicum elegerunt. Die igitur quo sententia proferri debuit, in tua præsentia partibus constitutis, dictus B. allegauit [d] quòd procedere vlterius non deberes. Quapropter tibi edoceri à nobis humiliter postulanti, breuiter respondemus, quòd licet arbitrium [e] sit finitum per mortem ipsius † H. prius tamen de primæ electionis meritis debuisti cognoscere [f], quam processus fieret ad secundam: nam si dictus C. superstes in electione ius habet, secundam constat penitus non valere.

¶ Galiberti

¶ Vilium.

c ¶ *Curasti.*] & bene: quia pendēte electione illius superstitis, nō est alia electio celebranda. s. de electio. considerauimus. & illa electio primo debuit reprobari q̄ fieret transitus ad secundam. j. de concessione præbendæ. post electionem. ad fin. & s. de electionib⁹. auditis. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. ponit duo quæ fortificāt allegata per B. & ea respondet.*

d ¶ *Allegauit.*] & male, vt declarant sequentia: quia primo constare debuit de hac electione: vt dictum est in prima notula. sed mouit eum forte quia dicit lex quòd mortuo altero ex litigatoribus, qui dederat fideiussore iudicio sistendi causa, prætor non debet eum iubere ammodo exhibere. ff. qui satisd. cogan. si decesserit. & sententia lata post mortem litigatoris non valet. ff. de re iudi. in summa. §. vlti. & l. seq. Sed hoc non est verum generaliter, immo sententia debet ferri post mortem, saltem propter accessoria. ff. de rei vend. vtique. & mortuo eo qui appellauit, necesse est hæredibus causam finiri. C. si penden. appel. mors interuc. l. 1. quasi per to. Ita & hic necessaria est sententia quantum ad canonicos, qui quasi hæredes sunt quo ad ius eligendi, si alterius electio cassetur, & quantum ad alium electum, vt sciatur an sua electio sit canonica, per mortē alterius non perdit iste ius suum, nec acquirit si ius non habebat: ideoque debuit iudex causam finire anteq̄ sic tertius eligeretur vt de omnibus constaret. Sed illa videbatur melior allegatio, q̇ vlterius non procederet: quia cum ipse cognosceret tamq̄ arbiter ex cōpromisso. & compromissum finiatur morte litigatoris: vt hic dicit. & ff. eo. diem proferre. §. 1. & l. sed interpellatur. vlterius cognoscere nō debebat. Sed licet sit finitum cōpromissum p mortem alterius, tñ procedere potest, cum sit iudex ordinarius suo iure, pp rationem quæ redditur s. & in ipsa littera inferius: nec vt verus arbiter cognoscebat. arg. j. de præben. nisi. quia de matrimonio carnali in arbitrum compromitti non potest. s. de transac. c. vlti. & s. de in integ. resti. c. penul. in fine. & hic de matrimonio spirituali agitur: aliàs arbiter post mortem alterius litigatorum non procederet, nisi iterum compromittatur in ipsum à successoribus, per leges prædictas proxime.

¶ Vide l. diem proferre. §. 1. & l. sed interpellatur. ff. eo.

e ¶ *Arbitrium.*] id est, compromissum. ff. eod. diem. §. 1.

f ¶ *Cognoscere.*] vt ordinarius, vt dixi: aliàs si ordinarius nō fuisset, non posset cognoscere, vt dictum est. Et sic habes, quod in ordinarium potest compromitti. s. eod. cum tempore. vbi de hoc.

E *Xposita.*] Communis est diuisio. Secunda: ibi, *Licet autem*. Abbas Siculus.

CASVS. Inter epm Feltren. & Beluen. ex vna parte, & ciues Teruisinos ex altera, super districtu seu iurisdictionibus & rebus alijs quæstio vertebatur, quæ per sniam Host. epi Apostolicę sedis legati fuit terminata: tandem occasione ipsius sententiæ, quędā discordiæ ortæ fuerunt inter eos: sup quibus discordijs partes cōpromiserunt in ducem Venetorum; vt eius arbitrium seruaretur, obsides sup hoc ab vtraq; parte recepit: Papa insup eidem duci mandauit, vt ad cōponendum interponeret partes suas. Idem dux 5 sniam legati iniquum promulit arbitrium: Eps Feltren. conquestus fuit dño Papæ; & ipse scribit quibusdam iudicibus super hoc dicens, q̇ licet eidem duci litteras suas misisset, vt ad componendum interponeret partes suas, nō tñ fuit suæ intentionis immutare sniam legati, vel suscitare quæstiones per eum sopitas: Vnde mandat quatenus non obstantibus litteris illis, quicquid per pdictum ducem factum inuenerint 5 sententiam p dicti, debeāt in irritum reuocare, districtius prohibentes eidem, ne vlterius in cōpromisso procedat, & compellentes eundē per censuram ecclesiasticam, ad restitutionē obsidum datorum vt ipsius arbitrium seruetur. Nota recurrendum esse ad intentionem scribentis. Item arbiter de alio arbitrari non debet nisi de quo compromissum est: quod si fecerit, non valet: & ita forma compromissi seruanda est.

¶ Idem electo † & abbati sancti Zenonis & C. canonico Veronen.

¶ Alias electo abbati.

Arbiter post rem iudicatam super discordijs nouis assumptus, non potest per suum arbitrium sententiam immutare, etiam si de componendo inter partes mandatum acceperit à Papa.

CAP. XI.

EXposita nobis Feltren † & Beluen. † electi petitio continebat, quòd cum causa quæ inter antecessorem suum ex parte vna, & ciues Teruisinos ex altera, super districtu & rebus alijs vertebatur, per sententiam Hostiensis episcopi tunc Apostolicæ sedis legati fuerit terminata: & infra. Tandem super quibusdam discordiis quæ hincinde videbantur exortæ [g], in ducem Venetorum tamquam in arbitrum, cum parte altera compromisit [h]: & infra. ¶ Licet autem eidem duci litteras nostras miserimus, vt ad componendum inter partes laborare deberet, cum tamen intentionis [i] nostræ non fuerit immutare sententiam ipsam, vel sopitas per eam querimonias suscitare, Mandamus quatenus (præfatis litteris non obstantibus) quicquid per prænominati ducis arbitrium, contra ipsius legati sententiam inueneritis esse factum, in irritum reuocetis [k], ei districtius inhibētes, ne vlterius

¶ Feltren. ¶ Filtren.

¶ Belun. ¶ Beluen.

g ¶ *Exortæ.*] Ex hoc patet q̇ compromissum non fuit factum super ijs quæ in sententia continebantur, sed super discordiis quę postea ortæ sunt.

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit.*

h ¶ *Cum parte altera compromisit.*] supple, in ducem. qui 5 sniam veniens iniquum arbitriū promulgauit: & sic potest cōpromitti in laicum de rebus ciuilib⁹, vt hic dicitur, sed non de spiritualibus: vt s. eod. contingit. vbi de hoc. Sed qualiter potuit compromitti in ducem de his super quibus sententia lata erat? nam trāsactio siue cōpositio fieri debet de re dubia, & lite incerta. ff. de transactionib. l. 1. sed cum res hic certæ erant per sniam, à qua non fuit appellatum nec supplicatum: ideo transigi siue compromitti non potuit. ¶ C. de transact. si causa. & ff. de transactionibus. etiam post rem. & ff. de cōd. indebiti. eleganter. §. si post. Ad q̇d cōpromissum fuit hic de certa re? hæc dubitatio soluitur in littera: quia non fuit compromissum ad hoc vt sententia mutaretur, sed vt illi duo duce mediante, desisterent ab iniurijs quas faciebant episcopatibus illis, vt infra sequitur.

¶ Host. habet hunc obiectioni de certa ... hoc cōpromissum ad valuisse. Ioan. And.

i. ¶ *Intentionis.*] Semper recurrendum est ad intentionem scribentis, vt hic dicit, & s. de procu. petitio. & s. de offi. ord. licet. & s. de vsu pal. ex tuarum. & j. de præben. cum causam. & c. vlt. quia eius est interpretari cuius est condere. j. de senten. excom. inter alia. & 21. q. 1. c. sicut. §. ex his. & C. de legibus. l. vlt.

¶ *Glossa seq. obijcit, & soluit.*

k ¶ *Reuocetis.*] Sed vr q̇ arbitrium tale non sit reuocādum, siue sit æquum siue iniquum. ff. de arbi. diem. §. stari. Dicas ergo q̇ siue qs fuerit arbitrator siue amicabilis cōpositor, non est standū iniquo arbitrio, sed reducendum [a] est ad arbitriū boni viri. ff. pro so: l. societatē. §. arbitrorū. imo & si iurasset, debet reuocari. j. de iureiur. Quintauallis. & ff. de ritu nup. quanq̄. ff. de oper. lib. si libert⁹. siue etiam arbiter fuerit. & eodem modo non est standum iniquo arbitrio. s. eod. c. 1. & 2. & ꝑterea ideo reuocat, q̇a iam latum erat 5 sniam directe, sed super hoc non fuerat compromissum, vt snia reuocaretur per arbitrium ſm q̇ in littera dicitur: & arbitriū non extenditur nisi ad ea tantum de quibus cogitatum est & expressum in compromisso. s. eo. cum dilecti. vbi de hoc. Ber.

[a] De malitiis huc spectantibus vide Spec. tit. de arbit. §. vlt. & Dynum in c. scienti. de reg. iur. lib. 6.

¶ *Glo. seq. allegat tres concor. & duo iura in contrarium, & soluit.*

a ¶ Obsidum.

a ¶ *Obsidum.*] Sic ĩ.de iureiur.ex rescripto.& 33.q.vlti.vt pridem.& ff.qui test.facere pos.obsides. Sed ɔ̃dicunt leges: quia liberi homines obligari non possunt.C.quæ res pig.obl. pos.qui filios.& ĩ.de pign.lator. Solũ obsides bene dari possunt: vt dicunt iura primo inducta: nec dicuntur obligari loco pignoris, sed tenentur obsides, vt fiat quod inter partes conuenit: & ita cum solutum sit arbitrium & reuocatũ, debent obsides restitui: q sublato principali, & accessorium.ĩ.de fide instr. inter dilectos.ĩ.de foro compe. si diligenti.

Vide notam per Do. in c. rescripto. & ad hoc in c. de pigno.

INnotuit.] Non valet cõpromissum de incerta persona in arbitrum assumenda. hoc dicit, quo ad titulum. Primo ponit factum. Secundo dat iudices: ibi, *Ideoque*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidã laicus C. nomine impetrauit litteras cõtra Guli. laicum super quadã summa pecuniæ, ad quosdam iudices delegatos, coram quibus dictus Guli. conuentus in causam, tandem fuit à partibus in duos arbitros cõpromissum, ita q si illi duo adinuicem discordarent, tertium adderent iudices nominati, retenta penes se potestate compellendi partes ad obseruãdum arbitrium, per dictos arbitros promulgãdum. sed cum dicti arbitri non possent esse cõcordes, dicti iudices tertiũ adiunxerunt, qui cum altero illorum dictum Guli. condemnauit: idẽ Guli. à dictis iudicibus compellebatur sententiã obseruare: inde sentiens se aggrauari, ad sedem Apostolicã appellauit, sed ipsi eius appellatione contempta, tulerunt excõicationis sententiam in eundẽ: vnde mandat Papa, quatenus si ita est, dictam sententiam denuncient esse nullam, cum iure sit ciuili statutum, vt compromissum de incerta p̃sona assumenda in arbitrũ non teneat. Nota q compromissum de incerta persona in arbitrũ assumenda non tenet. Item sententia excommunicationis post legitimam appellationem lata, nulla est.

obseruantiam.

in compromisso procedat, eundem ad restitutionem obsidũ[a] occasione illius compromissi sibi datorum, vt ipsius arbitriũ seruaretur, per censuram ecclesiasticam compellentes.

¶ Gregorius nonus decano, & magistro P. canonico sancti Petri Attrebaten. diœcesis.

¶ *Non valet compromissum factum in duos siue plures, hoc adiecto, vt in casu discordiæ eligatur tertius per eosdem, vel alios. h.d.*

CAP. XII.

INnotuit nobis Gulielmo laico conquerente, quod cum O. laicus, ipsum super quadam summa pecuniæ coram iudicibus auctoritate Apostolica conuenisset, tandem fuit à partibus in duos arbitros compromissum, sic tamen quòd si illi duo adinuicem discordarent, tertium adderent iudices nominati, retẽta penes se compellendi partes ad obseruandum arbitrium per dictos arbitros promulgandum nihilominus potestate[b]. Cumque tertius arbiter à iudicibus prædictis electus, cum altero duorum, ipsum parti alteri condemnasset: idem ex eo sentiens se à prædictis iudicibus grauari, quòd ipsum ad obseruantiam † huiusmodi arbitrij compellebant, nostram appellauit audientiam, sed ipsi appellatione contempta, excommunicationis tulerunt sententiam in eundem. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si est ita, cum legali[c] sit prouisione statutum, vt compromissum de incerta persona in arbitrum assumenda non teneat, dictam excommunicationis sententiã denuncietis penitus nullam esse †.

¶ Idem abbatissæ, & conuentui Iotren.

¶ *Valet compromissum factum in vnũ vel in plures, vt ipsi per se causam diffiniãt, vel per alios, quos ipsi elegerint. hoc dicit secundum intellectum quem sensit glo. hic, & Inno. in cap. præcedenti, qui placet mihi. Panormi.*

CAP. XIII.

CVm à nobis petitur: & infra. ¶ Ex parte vestra fuit propositum, quod olim inter vos & Senonen. archiepiscopum quæstione suborta, super eo quòd idem archiepiscopus asserens monasterium vestrum metropolitico iure sibi subesse, procurationes & res alias exigebat à vobis. Tandem in R. sancti Angeli diaconũ Cardinalem tunc Apostolicæ sedis legatum à partibus concorditer[d] cõpromisso: & promisso sub certa[e] pœna, quòd arbitrio

missum, licet fuerint postmodum concordes in assumenda tertia persona, non tamen tenuit arbitrium, & sic nec sentẽtia etiam excommunicationis pp hoc lata. Et sic est arg. q si principale non tenet, nec accessorium. ĩ.de fo. compe. si diligenti. & ĩ.de fi. instru. inter dilectos. & C. de legi. non dubium. Item est arg. quòd ab initio non tenet, postea nõ conualescit. ff. de reg. iur. quod in initio. & 16.q.3.c.placuit.§.potest.ver. quòd si priuatus. Item est argu. hic q licet res ad eum casum perueniat à quo potest habere initium, tamen non valet. hic non valuit compromissum: quia tertius arbiter incertus erat. Sed manifeste contradicit. ĩ.de appellat. cum speciali. vbi dicitur quòd duo arbitri sunt eligendi; & si concordare nõ possunt, assumant tertium: & si tertius arbiter incertus est, qualiter respondebis? Potest dici q illud est speciale in causa recusationis: quia illi arbitri non dñr veri arbitri, immo quasi naturam iudicum sapiunt: quia iurisdictionem videntur habere. argum. š. de offic. deleg. suspicionis. Vel dicas q non est contra. ibi enim statuit ius, q duo arbitri eligantur à partibus, qui de suspicionis causa cognoscant: & si illi duo non concordant, ipsi arbitri eligant tertium. š. de offic. deleg. suspicionis. sed partes non eligãt illos, vt si discordes fuerint, eligant tertium: sed simpliciter eligant duos, nulla mentione habita de tertio. & ius ostendit ibi quid facere debeant partes, & quid postea ipsi arbitri, cum in fine non potuerunt concordare; & etiam quod dicit hic, respicit ipsum factum, vt si tertius eligatur incertus, non teneat compromissum, vt hic factum fuit. Si dictum fuisset hic q certam personam eligerent, si discordassent, tunc valeret. ff. eo. l. ite si vnus. §. si in duos.

Vide l. itẽ si vnus. §. si in duos. ff. eod.

¶ *Glo. seq. dat simile de iudice. secunda pars reci. per q. an potuerint delegati sibi retinere executionem arbitrij.*

b ¶ *Potestate.*] Sic etiam cõpromittitur in iudicem retenta delegata potestate. ĩ.de præbend. nisi. & ĩ.de præsumpt. litteras. & tunc iudex potest vti delegata iurisdictione si expedierit, & arbitraria potestate, vt in decret. nisi. sed hic non poterant retinere huiusmodi arbitrij executionem, nisi per prorogationem iurisdictionis de consensu partium, quæ hic interuenit. sed hic non valuit prorogatio: quia non valuit compromissum de incerta persona assumenda, & sic non poterat fieri executio, licet intenderent prorogare iurisdictionem delegatam de vno negotio ad aliud. Bernar.

¶ *Glo. seq. dat simile de iudice, procuratore, & tutore: signat contrarium decre. prox. & remittit: elicit tria argumenta: signat contrarium decre. cum speciali. & dupliciter soluit.*

c ¶ *Legali.*] vt ff. eod. item si vnus. §. si in duos. quia compromissum de incerta persona non valet, vt ibi dicit: quia in assumẽda illa tertia persona, isti iudices poterant dissentire, & sic res sine exitu futura est. arg. ɔ̃. ĩ. cap. proxi. Sed ibi soluitur. Et sic iudex certus esse debet, alias non valet commissio. š. de rescrip. ad hæc. & sic procurator certus esse debet. ff. de procu. l. 1. sic & tutor incertus dari non potest. ff. de test. tute. tutor incertus. & l. duo sunt Titij. & Instit. de leg. §. tutor. & ideo cum à principio non tenuerit compro

CVm à nobis.] Primo ponitur factum. Secundo confirmatio: ibi, *Nos igitur*. Abbas Siculus.

CASVS. Inter abbatissam & conuentum Iotren. monasterij, & archiepiscopum Senonen. vertebatur quæstio, super eo quòd idem archiepiscopus dicebat monasterium ipsum metropolitico iure sibi subesse, petens propterea ab ipso monasterio procurationes & res alias. Tandem concorditer à partibus cõpromissum fuit in R. sancti Angeli diaconum Cardinalem Apostolicę sedis legatum: & compromissum fuit sub certa pœna, q præcise parerent arbitrio seu ordinationi eiusdem, vel duorum mediatorum, quos idem Cardinalis super hoc deputaret: Legatus super hoc deputauit magistrum P. capellanum domini Papæ, & I. archidiaconum Senonen. mediatores: & ipsi ordinando & diffiniendo causam huiusmodi terminauerunt: postmodum petiuerunt partes à domino Papa, vt ordinationem & diffinitionem prædictam confirmaret: & ipse quod per dictos mediatores super hoc factum fuit, confirmauit. Nota q hęc decret. non ɔ̃dicit iuri: quia licet incerto arbitrio compromitti non possit: tñ sic potest compromitti q valeat arbitrium, qđ laudatũ fuerit arbitratu Cardinalis. ff. de arbitris. si sta.

d ¶ *Concorditer compromisso.*] Et sic de re spirituali potest in ecclesiasticam personam compromitti; quod verum est. š. eod. contingit. vbi de hoc.

e ¶ *Sub certa pœna.*] supra eodem, dilecti. cui tantum metus pœnæ stabitur: vt ibi, & C. eodem. l. 1. & sic religiosi possunt

exigere pœnam. qualiter & quando hoc liceat, dicitur supra eodem .dilecti.

Glo. seq. duo notat & remittit.

a *Mediatorum.*] sic videtur, ꝙ arbiter incertus possit assumi: quia hic non fuit expressum de mediatoribus istis: vnde signatur contra. s. cap. proxi. ff. eod. ité si vnus. §. si in duos. Sed dicas quòd Cardinalis non fuit assumptus vt verus arbiter, nec illi mediatores, sed potius fuerunt amicabiles compositores, qui de plano, & sine ordine iudiciario, & sine aliqua cognitione partes concordauerūt. & hoc patet ex verbis illis; arbitrio seu ordinationi: & ex eo quod dicit inferius; ordinãdo & diffiniendo. vnde quod factum fuit per legatum, siue per illos, quos ad hoc mediatores elegit, tenet. Vel si fuerunt arbitri, adhuc cessant contraria: quia hic non fuit compromissum factum de incerta persona, sed partes dederunt potestatem legato vt ipse eligeret arbitros seu mediatores, & ipse elegit certos, & hoc non est contra iura superius signata: & ideo Papa confirmat ordinationem illorum, quia nec Cardinalis poterat discordare: sed in superiori decre. potuerunt discordare, & ita non contradicit. Bernardus.

seu ordinationi eiusdem, vel duorum mediatorum[a]; quos idem super hoc deputaret, præcise parerent: magister P. capellanus noster, & I. archidiaconus Senoneñ. mediatores ab eodem super hoc deputati legato, ordinando & diffiniendo causam huiusmodi terminauerunt. Nos igitur, quod per prædictos mediatores super hoc actum est, auctoritate Apostolica confirmamus.

Compromissum.] Casvs. Quæritur an compromissum in arbitros extendatur ad compromittentis hæredes? Et respondeo ꝙ non, nisi in compromisso de hæredibus sit cautum. Not. ꝙ compromissio non transit ad successores, nisi de ipsis facta fuerit expressa mentio.

Glo. seq. facit quinque. Primo dicit vnde sumi potuit cap. Secundo ponit differentiam inter iudicia & compromissa: & causam reddit. Tertio dat simile in pacto. Quarto dicit quod si alter cõpromittentis solum expressit hæredem. Quinto notat, & dat simile de morte arbitri.

b *Hæredes.*] hoc sumptum est de legibus illis. ff. eodem. diem proferre. §. 1. & l. sed & interpellatur. §. si ab altera parte. secus est in iudiciis. iudicium[1] enim transfertur ad hæredes, quamuis de hæredibus mentio nõ fiat. C. de iur. cal. Authen. principales. & hoc ideo qa arbitria stricti iuris sunt; compromissum vero non extenditur nisi ad ea tantum, de quibus expresse in compromisso cauetur. s. eod. cum dilecti. & ff. eodem. non distinguemus. §. de officio. nec ad alias personas: vt in legibus prædictis. sic pactum personale non extenditur ad hæredes quandoque. ff. de pact. idem in duobus. §. personale. & l. iurisgentium. §. pactorum. si alterius partis tantum hæredis mentio etiam fiat, morte nihilominus soluitur compromissum. vnde ex vtraque parte debet fieri mentio hæredum, aliàs non transit ad hæredes, vt dicit lex pdicta, sed & interpellatur. §. si ab altera. vnde melius diceretur in compromittentium hæredes: & ita soluitur compromissum per mortem alterius compromittentis. s. eodem. ex parte. & per mortem alterius arbitrorum. supra de offic. de leg. vno. Bernardus.

[1] Et in iudicio semp succedit, etiãsi nihil sit dictũ. l. 2. ff. de pen. stipul. in arbitrio suc cedit si fuerit dictum. In societate vero non succedit hæres, quibus in actione succedat. l. nemo potest. ff. pro socio.

[2] Vide l. ve... C. de contra & commit. stipulat.

Idem.

Compromissum ante sententiam latam, finitur morte alterius compromittentium, vnde non transit in hæredes compromittentium, nisi de eis sit cautum in compromisso: hoc dicit, comprehendendo mentem capituli.

CAP. XIIII.

Compromissum non extenditur in compromittentis hæredes[b], si de ipsis nõ caueatur ibidem[2].

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS.

¶ *Supradictum est de præparatorijs iudiciorum: nunc de ipsis iudicijs est videndum. Vel sic: In proximo præcedenti tit. dictum est de arbitris, verum quia arbitria sunt reducta ad instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbi. ideo de his subdit.*

De hac materia rubrica habetur 2. q. 1. & 5. q. 4. 14. q. 1. 15. q. 7. 16. q. 6. 30. q. vlt. §. hinc etiam vsque ad fi. & habetur in Sexto, & in Clemen.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

De iudicijs.

¶ Ex concilio Africano†.

¶ *Contumax in non comparendo vel non respondendo excommunicari potest: beneficio autem priuari non debet. h. d. Abb. Sicu.*

† Ex concilio Africano cap. 54. refert Burchard⁹ lib. 3. decret. c. 181. & Iuo par. 3. cap. 197. & c. i eod. tit. in 1. compil. & vide notas huius capitis.

DE Quoduultdeo Potest multipliciter summari, secundum varios intellectus. Et primo sic: Qui promisit non declinare iudicem, pœnitere non potest. Vel ad eundem intellectū sic, & clarius: Pactum de non declinando iudice aliàs suo, qui exceptione legitima repelli poterat, est irreuocabile. Diuiditur in tres partes secundum And. In prima ponitur facti narratio. In secunda iuris dispositio. In tertia incidentis quæstionis decisio. Secunda: ibi, *Placuit*. Tertia: ibi, *Nam*. Abbas Siculus.

† Hinc videtur inferri quod ad validitatem citationis oportet, quod fiat annunciatio in iudicio, ad instantiam partis. l. ad peremptorium & ibi Bar. ff. eod.

CAP. I.

DE Quoduultdeo[a] Centuriensi episcopo, quem[b] cū aduersarius ipsius, eum petijsset ad concilium introduci†, interrogatus[c] an cum eo vellet experiri[d]; primo id promiserat, & altera die respondit hoc sibi non placere[e], atque discessit: ¶ Placuit, vt nullus eidem communicet, donec[f] satisfactione præmissa fuerit absolutus. ¶ Nā adimi[g] sibi episcopatum[h] ante causæ eius exitum nulli potest iure videri.

¶ Ex synodo Eugenij Papæ†.

¶ *Laici ecclesiastica negotia tractare non debent, sed prælatorum iudicio disponuntur. hoc dicit. Abbas Siculus.*

† Eugenij ij. in synodo Remēsi cap. 4. & c. 2. eod. tit. in 1. compil.

CAP. II.

DEcernimus, vt laici[i] ecclesiastica tractare negotia non præsumant[k]. Sed† episcopi, abbates, archiepiscopi†, & alij ecclesiarū[l] prælati, de negotiis ecclesiasticis (maxime de illis quæ spiritualia esse noscuntur) laicorum iudicio non disponant: Nec propter eorum prohibitionem, ecclesiasticam dimittant iustitiam exercere.

† Et, in multis antiquis.

† In antiqua compilatione: archidiaconi. Sed in emendatis non est. Raymundo habetur, archiepiscopi.

¶ Alexan. iij. illustri† regi Angliæ.

† illustrissimo.

f Vtraque pars.] Honestum & iustũ est illud, vt ambæ partes si præsentes sint, eligant iudicẽ cõiter, vt hic. & 2. q. 6. placuit. arg. ȷ̃. ȷ̃. de offic. dele. cũ R. sed illũ intelligo qñ altera pars est absens, vel cũ non vult concordare reus, vt ibi dr̃: aliàs iniquũ esset illud qđ daret ad voluntatẽ alterius altero præsente: & sic obseruatur i curia Romana. ȷ̃. 11. q. 1. c. iudices. & 15. q. 7. c. si autẽ. sed illa intelligunt in criminali, & nõ tenet hodie.

Ex concilio Parisiensi [‡].

Iudex secularis, si clericum per se distringit, vel condemnat, excommunicari debet.

CAP. II.

NVllus iudicum [g], neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut minores [h] [†] ecclesiæ, sine permissu [i] pontificis, per se distringere aut [k] condemnare præsumat. Quod si fecerit, [l] ab ecclesia Dei, cui iniuriam irrogare dignoscitur, tandiu sit sequestratus [m], quousque reatum suũ cognoscens, emendet.

NVllus iudicũ.] Duo facit. primo prohibet. secundo adiicit pœnã: ibi, Quod si. Ab. Sic. Casus. Statuit cõcilium Parisieñ. q̃ nullus iudex secularis, ecclesiasticã personã præsumat distringere vel cõdẽnare: qđ si fecerit, ab ecclesia cui fecit iniuriã, tandiu maneat sequestratus quousq; satisfaciat. Not. q̃ seculares iudices, ecclesiasticas personas iudicare vel condemnare non debent. Itẽ qui iniuriam facit ecclesiæ, communione ipsius priuari debet.

g Iudicum.] scilicet, secularium.

Glo. seq. quærit, & soluit.

h Minores.] Quos appellat hic minores? Potest dici q̃ scholares, siue seruientes ecclesiæ deputatos ad eius obsequium: quia illi eodem priuilegio censentur. arg. 12. q. 2. ecclesiarum seruos.

i Sine permissu pontificis.] Hic vacat arg. à contrario sensu, vt probatur j. eod. significasti. vbi de hoc.

k Aut condemnare.] nisi forte in causa reconuentionis, quia bene rñdere tenentur de ciuili, sed non de spirituali, vt dictum est ȷ̃. c. proxi. & ȷ̃. de iudi. at si clerici. c. vlt. Arg. j. de mutu. peti. c. 1. 2. & 3. q. 8. c. accusatores. §. cuius in agendo. C. de senten. & interlocu. omnium iudicum. cum Papinianus. in Auth. & consequenter. sed in criminali non habet locum reconuentio coram iudice seculari, nec etiam coram quocunque, vt dictum est ȷ̃. tit. proxi. at si clerici.

l Cui iniuriam.] Qui iniuriã facit ecclesiæ, debet priuari cõione ipsius. 17. q. 4. sicut antiquitus. nec ad supplicãdũ debet admitti vbi sacrilegiũ cõmittere non dubitauit. ea. cau. q. 4. frater & coepiscopus. 12. q. 2. de viro nefando. vt sic puniatur in quo peccauit. sic j. de increpat. pastoralis. in fi. & ȷ̃. de offi. deleg. cũ olim. & ȷ̃. de trãsla. quãto. & ȷ̃. de tempo. ord. litteras. & j. de Iudæ. ad liberandum. & j. de immu. eccle. c. fi.

m Sequestratus.] per sententiam. simile 30. dist. quasi p totũ. Ber.

Ex concilio Africano [†].

Ratione rei de qua agitur, sortitur quis forum ibi vbi res est. Sic communiter summatur.

CAP. III.

SAne si episcopi inter quos causa vertatur, sint diuersarum prouinciarum: ille Primas [n] det iudices, in cuius prouinciæ [o] est locus, de quo contenditur.

SAne si.] Eps ratione rei conuenitur coram archiepiscopo, in cuius ꝓuincia res sita est. hoc dicit magis specifice. Abbas Sicu. Casus. Si duo epi diuersarũ prouinciarũ sup aliqua possessiõe vel loco adinuicẽ cõtendant; ille Primas, vel patriarcha, vel archieps, in cuius iurisdictione est locus de quo cõtenditur, cognoscat, vel det iudices q̃ causam dirimãt. Not. q̃ ratione rei sortit qs forũ.

n Primas.] Et hoc intellige cum ipse non potest [3] siue non vult per seipsum cognoscere.

o Prouincia.] Sic patet q̃ sub illo iudice agere debet actor in cuius prouincia res est litigiosa: vt ex ipsa re sortiatur forũ. ff. de cẽn. forma. §. si vero. & j. eo. c. vlt. & 11. q. 1. experientiæ. & C. vbi in rẽ act. actor. & C. de ꝓdi. mino. si ꝓdiũ. & C. de præscri. lon. tẽp. l. 1. & l.

S[I quis contra.] Coram suo epo conueniendus est clericus: qui si recusatur, dabit delegatum partibus non suspectum. sic solet cõiter summari. Sed Panor. summat aliter ꝯsiderata potius mente legis, q̃ cortice. Eps, si recusatione ꝯ eũ proposita ad arbitros venire non uult, etiam potest partiũ non requisito consensu, causam principalem alicui non suspecto committere, cuius sententiam execu tioni mandabit. Et secundum intellectũ meliorem diuiditur, quia primo prouidet qñ iudex vt suspectus recusatur à reo. Secundo qñ delegatus in locum recusati recusaẽ ab actore: ibi, *Aut si*. Tertio prouidet circa executionẽ: ibi, *A quibus*. Ab. Siculus.

Casvs. Dicitur hic quòd si aliquis causam habuerit ꝯ clericũ, coram epo suo eum cõueniat: & si eps tamquã suspectus fuerit recusatus, committat alij causam ipsam: sed si actor recusauerit illũ cui eps causam commisit, eps det aliquem, qui partes compellat vt concorditer iudices eligant, ne possint postea recusare; & idem esset si reus recusaret illũ executorẽ: & quod per illos fuerit diffinitum, per epm executioni mandatur lege seruata. Not. ꝙ ordinarius potest recusari. Itẽ delegatus epi suam sententiam non potest executioni mandare: vt hic colligitur. contrarium notauit io glo. in hoc c. signata.

Greg. † Bonifacio defensori Corsicæ.

Episcopus vt suspectus recusatus, de cuius suspicione notorie constat, potest dare delegatum partibus non suspectũ: cuius sententiam poterit per se executioni mandare.

CAP. IIII.

SI † quis cõtra clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat: qui si vt suspectus [a] fuerit recusatus, executor [b] ab eo deputetur. Aut si hoc actor [c] refugerit, ab eodem episcopo est deputandus: qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere: A quibus quicquid fuerit diffinitum, ipsius solicitudine [d] (seruata lege [e]) modis omnibus compleatur.

Alexander tertius †.

Super re ecclesiæ vel clerici, potest laicus coram ecclesiastico iudice conueniri; sed si probabiliter negat rem esse ecclesiæ vel clerici; ad iurisdictionem ecclesiasticam declinandam, cõuenitur coram suo iudice.

CAP. V.

SI clericus laicum de rebus suis, vel ecclesiæ impetierit, & laicus res ipsas non ecclesiæ aut clerici, sed suas proprias asseuerat †: debet de rigore iuris ad forensem iudicem trahi: Cum † actor forum rei [f] sequi debeat: Licet in plerisque partibus aliter de consuetudine [g] habeatur.

Idem.

Si quæstio feudalis est inter clericum & laicum, cognoscet dominus feudi: sed eo negligente cognoscet delegatus Papæ, etiam ante negligentiam datus. hoc dicit, secundum lecturam glo.

CAP. VI.

EX † transmissa nobis insinuatione B. C. & VV. militum ecclesiæ tuæ, intelleximus, quod cum R. [h] de Cassauille, eos super quadam possessione coram Treceñ. episcopo traxisset in causam, nobilis vir de Cãpis eorũ dominus [i], sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de seculari feudo in iudicio [k] ecclesiastico responderent: & infra. Per dominum feudi causam iubeas terminari †. Et si ipse malitiose distulerit [l], tu ei debitum finem imponas.

a [Vt suspectus.] Quid tenendũ sit, cũ iudex ordinarius recusatur vt suspectus, plene dicitur j. de appella. cum speciali. quæ videtur hanc decre. interpretari. & illi standum est.

Glo. seq. post principium quærit ad quem appelletur, &c.

b [Executor.] id est, delegatus: quia ordinarius cũ fuerit recusatus, debet causam committere personæ neutri parti suspectæ, vt dicit constitutio illa. j. de appel. cum speciali. & 5. q. 6. placuit 5. & 11. q. 1. peruenit. Sed si appelletur à tali delegato, ad quem appellabitur? Potest dici ꝙ ad Papam, cum ad ordinarium recusatũ non videatur appellandum, nec ad metropolitanũ omisso medio: quia talis appellatio nõ tenet. j. de app. dilecti. sed satis posset appellari ad epm non obstante tali recusatione; non ꝙ ipse cognoscat, sed vt alij personæ non suspectæ committat. arg. 5. c. prædicto. placuit 5.

c [Actor.] supra dixit ꝙ reus potest recusare ordinarium, & actor similiter, vt hic dicit: & tunc eps committit alicui, ꝙ cõpellat partes eligere iudices super causa illa. quibus eps committet causam. hoc ipsemet facere posset: sed causa vitandæ suspicionis hoc dictũ est. Eiusdem iuris credo esse siue reus, siue actor recusauerit ordinarium: & est simile huic 11. q. 1. peruenit. Vel sic potest intelligi qđ dicit; si hoc actor, & c. id est, si actor recusauerit istum executorem ab epo datum, tunc eps debet aliquem eligere, qui cõpellat partes vt in aliquẽ cõueniãt, ne postea ipsum valeãt recusare. 5. de of. dele. super quæstionũ. §. 1. idẽ esset si reus recusaret istũ executorẽ.

d [Ipsius solicitudine.] Hoc ideo dicit: quia delegatus ab ordinario non potest suam sententiam executioni demandare, sed ille ordinarius illam debet exequi. ff. de re iudi. à diuo Pio. 1. rñso. nec potest possessionem dare. ff. de iur. om iud. iubere. Sed non credo illã subtilitatem seruandam, quin possit exequi suam sententiam: quia ex quo causa sibi cõmittitur, intelliguntur sibi omnia esse commissa, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur; & sine quibus causa expediri non potest. 5. de of. deleg. preterea. & c. suspicionis. & lex illa, à diuo Pio. & hæc decre. non prohibent hoc, licet dicatur in eis ꝙ ordinarius hanc sententiã exequatur: & hoc etiã notauit Io. 2. q. 6. quisquis. Sed si velles hoc seruare, posset dici ꝙ hoc habet locũ cũ ordinarius est præsens, sed eo absente delegatus vel officialis eius exequatur suas tuas, alias perniciosum esset hac subtilitatẽ seruare. Ber.

e [Seruata lege.] quæ loquitur de tempore executionis sententiæ, quæ facienda est in personali actione post quatuor menses. C. de vsur. rei iudi. l. vlt. & ff. de re iudi. l. 2. & 3. §. si quis. Bernardus.

S[I clericus laicum.] Laicus à quo clericus vel ecclesia rem vendicat: debet coram iudice laico conueniri. Sic cõiter summatur. Primo ponit dictũ. Secundo rationẽ dicti: ibi, *Cum actor*. Tertio localem contrariam consuetudinem: ibi, *Licet*. Abb. Siculus.

Casvs. Si clericus conueniat laicum de rebus suis vel ecclesiæ, & laicus dicat res illas suas, tunc actor forũ rei sequatur, licet de cõsuetudine alicubi aliter obseruetur. Nota regulam generalem, actorẽ forũ rei sequi debere: in quibusdam partibus aliter de consuetudine seruatur.

f [Actor forum rei, &c.] Hæc regula generalis est. j. eod. c. cum sit. & 11. q. 1. experientiæ. & c. seq. & 3. q. 6. c. 2. & c. neminem. & C. de iurisd. om. iud. in criminali. & C. vbi in rem actio. l. vltima. & ff. de alienatione iud. mu. causa facta. quia etiã, in prin. & in Auth. vt cle. apud proprios epos. coll. 6. fallit hæc regula 10 casibus notatus j. eod. cum sit. & c. licet. & c. ex tenore.

g [De consuetudine.] Talis consuetudo ꝯ omnia iura prædicta est, sed introducta est propter negligentiam laicorum in exhibenda clericis iustitia. j. eod. cum sit generale. & cap. licet. & c. ex tenore. sed Papa siue sint negligentes, siue nõ, quotidie concedit litteras clericis contra laicos super quacunque quæstione: & ita assumit sibi iurisdictionẽ aliorum, contra id quod dicit 5. tit. proxi. nouit. in prin.

E[X transmissa nobis.] Quæstio feudi debet per dñm terminari: qui si negligit, ecclesiasticus iudex alias superior eius hoc faciet. ita cõiter summatur. Vel summa sic, secundum alium intellectũ: Quæstio feudi debet terminari per dñm feudi immediatum. & hæc lect. incidit cũ prima, sed est magis clara & not. Et primo ponitur partis conquestio. Secundo: ibi, *Per dominum*, Papæ prouisio. Abb. Sicul.

Casvs. Quidam nomine R. de Cassauille coram Treceñ epo. traxit in causam B. C. & w. milites cuiusdam epi super quadã possessione: quidam nobilis vir de Campis eorum dñs, sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de seculari feudo in ecclesiastico iudicio responderent, cum paratus esset eidem R. iustitiam exhibere: episcopus Treceñ. eos reputans contumaces, tulit excõmunicationis sententiam in eosdem, propter quod milites conquesti sunt domino Papæ: Vnde mandat episcopo istorum militũ, ꝙ ipse causam illam iubeat per dñm feudi terminari: & si ipse malitiose distulerit, episcopus idem causam ipsam terminare procuret. Not. causam feudi per dominum ipsius feudi terminari. Item propter negligentiam seu malitiam amittit quis iurisdictionem.

h [R.] Forte clericus erat iste R. quia aliàs Papa non dedisset ei litteras: quia licet concedat clerico ꝯ laicum, non tamen concedit laico cõtra laicum, dummñ habeant alium superiorem, cum cõsuetudo curiæ sic se habeat, nisi de cõsuetudine, & sponte se subiiciãt iurisdictioni ecclesiæ. sic potest intelligi 5. de arb. innotuit. & consimilia. & 5. c. proxi. in fi.

i [Dominus.] quo ad feudum illud, aliàs videtur quòd erant milites ecclesiæ, vt 5. dicitur in littera.

k [Ne in iudicio ecclesiastico responderent.] Quod quidem facere potuit, cum Papa talem prohibitionem admittat. qualiter causa feudi debeat tractari, dicitur 5. titulo proxi. cæterum.

l [Distulerit.] Et sic per negligentiam iudicis secularis, iurisdictio quæ prius erat inefficax apud delegatũ, modo est efficax. sic j. eo. licet. & c. ex tenore. sic etiam delegatus per negligentiam perdit iurisdictionem, & transfertur ad ordinarium. 5. de officio ordinarij, significauit. 5. de offi. deleg. prudentiam. §. sexta. in fi. Bernard.

Verum

¶ Idem.

¶ *Per dominum feudi secularem siue ecclesiasticum quaestio feudalis terminari debet, etiam si vasalli sint clerici; & si plures praetendantur domini, non potest vnus cognoscere, maxime alio absente, an feudum ad eum pertineat. hoc dicit, secundum lecturam magis notabilem.*

CAP. VII.

VErum † quoniam de quibusdam feudis, aduersus præpositũ quæstio mota fuit [a]: Statuimus, vt ex quo episcopus fuerit in ecclesia consecratus [b] †, de feudis [c] ipsis, sub suo iudicio cognoscatur, si ad ecclesiasticam cognitionem [d] pertineant: alioquin [e] imperiali beneplacito, sicut iustum fuerit, relinquatur.

¶ Lucius tertius.

¶ *Malefactores ecclesiarum in vtroque foro conueniri possunt.*

CAP. VIII.

CVm † sit generale vt actor forum rei [f] sequatur: & infra. ¶ Verum quoniam seculares iudices in exhibenda iustitia personis ecclesiasticis, sæpe in iudicio sunt remissi [g], in fauorem ecclesiæ est introductũ, vt malefactores [h] suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores, possint sub quo maluerint iudice conuenire †.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Causæ clericorum secundum iura, nõ secundum consuetudines laicorum terminantur. Vel sic: In loco temporalis iurisdictionis ecclesiæ, causæ clericorum sunt secundum ius canonicum terminandæ. hoc dicit, secundum glo. & vtrunque summarium recipit determinationem.*

CAP. IX.

QVod † clericis: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si quas causas pecuniarias, clerici Parisius commorãtes, habuerint cõtra aliquos [i], vel aliqui contra eos, ipsas iure canonico decidatis †.

¶ Innoc. iij. Vercellen. episcopo.

¶ *Laicus laicum super re ciuili coram iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi in defectu iustitiæ secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.*

CAP. X.

LIcet † ex suscepto: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si quando à laicis Vercelleñ. litteras super rebus præcipue quæ forum seculare contingunt, à sede Apostolica contigerit impetrari, sublato appellationis obstaculo, decernas

VErum.] Dñs feudi siue sit ecclesiasticus siue secularis, causam feudalem cognoscit. sic communiter summatur. Primo ponitur factum. Secundo statutum: ibi, *Statuimus*. Abb. Siculus.

Casus. Vacante quadam ecclesia, mota fuit quæstio à quodam super quibusdam feudis aduersus præpositũ, pertinẽtibus ad proprietatẽ vacantis ecclesiæ: dubitabatur quid fieri deberet de huiusmodi quæstione: consultus Papa statuit, quod ad præsens supersedeatur huic quæstioni, quousq; eps fuerit ibi electus & confirmatus; & si feudũ illud ad ecclesiam pertineat, epi beneplacito relinquatur sicut iustum fuerit: quòd si ad ecclesiã non pertineat, imperiali beneplacito relinquatur. Not. ex hac decretali bonum arg. quod vacante ecclesia iurisdictio epi ad capitulum non pertineat. Item causa feudi per ipsius dominum debet expediri.

¶ *Glo. seq. reddit duplicem rationem quare differtur quæstio in tempore futuro.*

a ¶ *Quæstio mota fuit.*] Vacante ecclesia, vnde nõ erat qui de illa quæstiõe posset cognoscere, nec tunc aliquid fieri potest in præiudiciũ vacantis ecclesiæ. j. ne se. va. per totum. Vnde præpositus non tenebatur nec debebat respondere de feudo ecclesiæ coram alio iudice. §. e. proxi. & §. tit. proxi. cæterum. Et ideo Papa mãdat, quod differatur quæst. illa quousque ecclesia prælatum habuerit.

b ¶ *Consecratus.*] Idem esset si electus esset & confirmatus: quia tunc habet plenã administrationem, quantũ ad ea quæ ptinent ad iurisdictionem. §. de elect. c. transmissam. arg. ad idem. §. de transla. inter corporalia.

c ¶ *De feudis.*] supple, cognitio de feudis.

¶ *Glo. seq. reco. per q. quod, s. si episcopus feudi dominus negligit, &c.*

d ¶ *Cognitionem.*] quia forte dicebatur ab aduersarijs, quod nõ erat feudum ecclesiæ, sed potius imperatoris: vnde dicit hic sub conditione, & si eps esset negligens in quæstione feudi pcedere, secularis iudex postea procederet: sicut econuerso. §. eo. c. proxi. nõ enim cognitio feudi ecclesiastici semper ad iudiciũ ecclesiæ spectat: vt not. §. ot. prox. cæterũ. Sed § vt potius quod secularis iudex non possit supplere negligẽtiã epi, sed per Papã tunc supplenda est illa negligentia: quia non ad iudicem secularẽ de hac causa pertinet, etiã si laici sint. arg. §. de iudi. cæterum.

e ¶ *Alioquin.*] i. id est, si ad ecclesiam non pertineat.

CVm sit generale.] Primo ponit regulã. Secũdo casum exceptũ, & triplicem ipsius causam. Abbas Siculus.

Casus. Primo præmittit Papa regulam generalẽ, scilicet, quod accusator forum rei sequatur, quia iudices seculares remissi sunt & negligentes in reddenda iustitia personis ecclesiasticis: statutũ fuit fauore ecclesiæ, vt rectores ecclesiarũ malefactores suos q. sacrilegi sunt censendi, possint conuenire sub quo iudice voluerint ecclesiastico vel seculari. Not. regulã, actor forum rei debet sequi. Item propter negligentiam iudicis secularis deuoluitur iurisdictio ad ecclesiasticum. Item sacrilegi coram ecclesia sunt conueniendi, & in electione est prælatorũ sub quo iudice eos velint conuenire.

f ¶ *Forum rei.*] supra eod. si clericus. & in concor. ibi positus. & C. de iurisd. om. iud. iuris ordinem

g ¶ *Remissi.*] In quo casu possunt per excõicationem compelli iustitiã exercere. 23. q. 5. administratores. immo iudex qui negligit facere iustitiã, litem facit suam. 23. q. 2. dñs noster. & 3. q. 7. qui sine peccato. arg. in Auth. vt diffe. iu. §. hoc autẽ. coll. 9. & C. de app. si appellationem. Et si per dolum, vel grauam, vel inimicitiam iudicauerit, in veram litis æstimationem condemnari debet. ff. de iudi. si filiusfamil. Bernardus.

¶ *Glo. seq. tractat de pœna, & foro sacrilegorũ. Secundo ponit quinque crimina ecclesiastica. tertio arguit à contrario.*

h ¶ *Malefactores.*] id est, raptores rerũ ecclesiasticarũ & inuasores. 12. q. 2. ne de viro. Et isti qui sic bona ecclesiarũ arripiũt, tanq̃ sacrilegi iudicantur, & possunt excõicari vsq; ad cõdignã satisfactionẽ. 12. q. 2. nulli liceat ignorare. & c. quicũq;. & c. prædia. & est expressum. j. eod. c. conquestus. & quasi homicidæ reputantur. 12. q. 2. qui abstulerit. & q̃a isti sacrilegiũ committũt, vt dicunt iura prædicta, coram ecclesiastico iudice sunt trahendi: cũ istud crimen sit ecclesiasticum, vt hic dr. & hoc sacrilegium quãq; per iudicem secularẽ puniatur. C. de episco. & cleri. si quis in hoc genus. Itẽ crimẽ vsurarum. j. de vsu. cum tu. hæresis, simoniæ, periurij, & adulterij: hæc pertinent ad ecclesiam, & consimilia. & de quocunque peccato. §. de iu. nouit. & hoc quod hic dicit, introductũ est in fauorem ecclesiæ. Et quia hoc dicitur specialiter de malefactorib' quod possint cõueniri sub quo iudice velint: secus vt intelligendum de aliis, quod coram suo iudice sint trahendi, dummodo ibi possint suã iustitiã consequi, vt dr §. eo. ex trãsmissa. quia qd de vno conceditur, de alio phiberi videtur. 25. dist. qualis. cũ suis concor. nisi consuetudo contrariũ inducat, vt dicitur §. eo. si clericus. in fi.

QVod clericis.] Diuiditur: quia primo ponitur decisa cõquestio. in secunda mandatum: ibi, *Mandamus*. Abbas Siculus.

Casus. Mandat Papa, quod si clerici Parisius cõmorantes causas pecuniarias habuerint contra alios, vel alij contra eos, iure canonico decidantur. Not. qd dicitur in ista decretali, speciale est Parisius, & fauore vniuersitatis introductum.

i ¶ *Aliquos.*] etiã laicos. & est speciale Parisius, vbi eps habet temporalẽ iurisdictionẽ, & gerit vicẽ comitis: vnde & præco banũ ibi nũciat noĩe epi & regis. aliàs laici debẽt in causis pecuniariis corã suo iudice ɔueniri, nec tractaret ibi causa iure canonico, sed ciuili, vel iure municipali, & sic causæ tractant inter clericos & laicos quos ɔueniũt, vel si ɔueniant iure canonico nõ obstãte ɔsuetudine.

LIcet ex suscepto.] Diuiditur. Primo ponit dictũ cũ sua modificatione. Secundo: ibi, *Liceat*, prouidet § grauamina consulũ. Tertio: ibi, *Si vero*. prouidet § recusationes ipsorum. Abbas Siculus.

Casus. Quidam laici Vercellenses super quæstionibus, quæ forũ ecclesiasticũ non contingunt, litteras impetrabant § alios laicos fatigantes eos laboribus & expensis, & iurisdictionem consulum Vercelleñ. eneruantes, cum ipsi parati essent conquerentibus iustitiam exhibere: Vnde consules Vercelleñ. significauerunt hoc domino Papæ, & ipse super hoc mandat episcopo Vercellen. quatenus si aliquando à laicis Vercelleñ. super rebus quæ forum seculare contingunt, litteras contigerit à sede Apostolica impetrari, illas decernat irritas, & inanes, dummodo consules, & commune Vercelleñ. de se conquerentibus iustitiam exhibeant: & si aliqui corã consulibus fuerint aggrauati, ad ipsum episcopum sicut hactenus seruatum est, vel ad sedem Apostolicam poterunt appellare, hoc præsertim tempore quo imperio vacante, ad superiorem secularem non possunt habere recursum: si vero consules iustitiæ, tanquam suspecti fuerint recusati, coram arbitris à partibus electis de causa suspicionis agatur: quæ si probata fuerit, ad ipsum episcopum vel ad Papam pro iustitia recurratur. Nota quod litteræ Apostolicæ taque

a Cap. 5. eo. tit. in 2. compilat.

b In codi. Barbe. tur ... consecratus, vel confirmatus, de feudis, &c.

c Cap. 4. eo. tit. in 2. compila.

a Nec obstat §. ut. 2. c. qualiter. quod intelligitur in actionibus personalib. non feudalibus.

Vide etiam ... de sent. & re iud. lib. 6.

Vide § si quis in hoc genus & l. placere. C. de epi. & cle.

e Cap. 5. eod. tit. in 2. compila.

f De materia huius gl. 2a vide Bernardinum Diaz in pract. crim. canon. c. 81, 82, 85, 86, 87 & 106

g Hinc infertur quod statuta laicorum non ligant clericos. vide Bart. in l. 1. C. de sum. trinit.

h Cap. 10 eo. tit. in 3 compilat.

S ...

auctoritate nostra irritas & inanes, dummodo Consules & Commune, de se conquerentibus in iudicio seculari, exhibeant iustitiæ complementũ a. ¶Liceat tamen ipsis qui sub eisdem Cõsulibus taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint prægrauari, ad tuam (sicut hactenus seruatum est) vel ad nostram, si maluerint †, audientiam appellare: hoc præsertim tempore, quo vacante b imperio, ad iudicem secularẽ recurrere nequeunt, qui, à superioribus in sua iustitia opprimuntur. ¶Si vero Consules iustitiæ tamquã merito suspecti fuerint recusati, coram arbitris communiter electis, de causa suspicionis agatur: quæ si probata fuerit esse iusta, ad te, vel ad nos c pro iustitia recurratur: sicut superius est expressum.

¶Idem archidiacono †, & thesaurario Turonensi.

¶Vidua laicum coram iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi super causa ecclesiastica, vel in defectum iudicis secularis.

CAP. XI.

Ex† tenore litterarum comitis Britãniæ, nostris est auribus intimatum, quòd cum causam, quæ inter mulierem nobilem F. & I. de Meduano, super hæreditate sua noscitur agitari, vobis commiserimus terminandam, ipse comes eidẽ mulieri, cum tam ipsa, quàm prædictus I. essent de foro ipsius, mandauit, vt causam deferrẽt ad ipsum, promittens eidem, quòd faceret ei iustitiæ plenitudinem exhiberi d †: & infra.

¶Nos igitur attendentes, quòd sic sumus viduis in iustitia e debitores, quòd aliis iniustitiam facere non debemus, Mandamus quatenus, nisi sit talis causa, quæ ad ecclesiasticum f iudicem pertinere noscatur, ei supersedere curetis: dummodo per iudicem secularem, suam possit iustitiam obtinere: alioquin non obstante ipsius contradictione, causam ipsam ratione præuia termineris g.

¶Idem Pisano archiepiscopo.

¶Clericus non potest constituere sibi iudicẽ laicum, etiam si proprium iuramentum, & aduersarij consensus accedat.

CAP. XII.

SI† diligenti & infra. ¶Asseruisti te vsque ad hæc tem-

---

tratæ super his quæ ad forum ecclesiæ non pertinent, sunt in pendenti, nec proceditur per eas quousque secularis iudex negligens apparuerit in iustitia exhibenda: & sic pp negligentiam iudicis secularis ecclesia se de his intromittere potest. Itẽ vacante imperio ecclesia supplet vicem imperij, & ad eã appellatur vacante imperio. Item iudex ordinarius potest recusari: quia isti consules ordinarij sunt, licet contra opinionem legistarum: vt C. de iur. om iudi. l. nemo.

a ¶*Iustitiæ complementum.*] Ergo quousque ad sniam peruenit, semper est in pendẽti an valeat rescriptum j. c. prox. & s. eo. ex transmissa. quandoque enim rescriptum est in pendenti. s. de rescript. si autem.

¶*Glo. seq. ad casum quem ponit littera, addit quinque casus, quibus, &c.*

b ¶*Vacante imperio.*] Iste est ergo vnus casus in quo iudex ecclesiastic potest se immiscere seculari iurisdictiõi, scilicet cũ superior non inuenitur. Alius est cũ iudex secularis negligit facere iustitiam: vt hic, versi. dummodo, &c. & j. cap. proxi. & c. 2. arg. 23. q. 5. administratores. Tertius 1 est, cũ aliquid ambiguũ fuerit & difficile, & inter iudices variatur. j. q. fil. sint leg. c. per venerabilem. circa medium. Quartus est in omni crimine ecclesiastico, puta, vsura, sacrilegio, & similibus: vt 6. q. 2. c. 1. & 12. q. 2. nulli liceat. & j. de vsuris. quoniam. Quintus est cũ per denunciationem criminis causa defertur ad iudicẽ ecclesiasticum. s. tit. prox. nouit. Item ratione connexitatis, vt in dote. j. de donationibus inter virum & vxorem. de prudentia.

ADDITIO Istos casus cum multis aliis comprehendit Hostien. his versibus:

Hæreticus, simon, fœnus, periurus, adulter;
Pax, priuilegium, violentus, sacrilegusque.
Si vacat imperium, si negligit, ambigit, an sit
Suspectus iudex, si subdita terra, vel vsus.
Rusticus, & seruus, peregrinus, feuda viator.
Si quis pœniteat, miser aut sit, causaque mixta.
Si denunciat ecclesia, quos iudicat ipsa.

c ¶*Ad te, vel ad nos.*] Contra j. de appel. cum speciali. & s. eo. si qs contra clericum. vbi ordinarius recusatus committit causam. Solutio. Illa continet ius commune: & quod hic dicit, locale est. De recusatione iudicis ordinarij & delegati, & de illis habes j. de appel. secundo requiris. & c. cum speciali.

Ex *tenore.*] Diuiditur. nam in prima ponitur Comitis cõquestio. In secunda Papæ prouisio. Secũda: ibi. *Nos igitur.* quæ tria facit. reddit causam, supersederi mãdat, duos casus excipit. Abb. Siculus.

CASVS. Inter nobilem mulierẽ F. viduam, & I. de Meduano, super hæreditate ipsius mulieris qõ vertebatur: causa super hoc fuit cõmissa archiepõ & thesaurario Turonensi: Comes Britanniæ sub cuius iurisdictione pars vtraque consistit, mulieri prædictæ mandauit, vt causam deferret ad ipsum, promittẽs eidem quòd faceret ei iustitiæ plenitudinem exhiberi: & quia iudices nihilominus procedebant in causa, comes hoc significauit dño Papæ: ipse vero cõsiderans q viduarum taliter debet iustitiam defensare, q aliis non debeat iniustitiã facere, mandat eisdem iudicibus, q nisi talis causa sit quæ ad ecclesiasticum forum pertineat, ei debeãt supersedere, dummodo per iudicem secularem suam possit iustitiã obtinere: alioquin non obstante cõdictione ipsius Comitis, causam ipsam præuia ratione terminare procurent. Nota q propter negligentiam iudicis secularis, transfertur iurisdictio ad ecclesiasticum iudicem. Item causa viduarũ principaliter ad forum seculare pertinet. Item litteræ quæ ab initio effectum non habent, tractu temporis incipiunt habere effectum.

d. ¶*Exhiberi.*] Et quia iudices nihilominus procedebant in causa, Comes significauit hoc domino Papæ.

¶*Glo. seq. notat causas viduarum non pertinere, &c.*

e ¶*In iustitia.*] simile j. de donat. inter vir. & vxo. nuper. Per hoc patet q causa viduarũ non pertinet principaliter ad ecclesiasticũ iudicem, licet pertineat ad ecclesiam quantũ ad protectionẽ: vt 87. dist. c. 1. & 2. immo ad iudicium seculare spectãt 2. primo causæ viduarũ, pupillorum, & orphanorum. 23. q. 5. regum. & q. 3. ab imperatoribus. & C. qñ imper. inter pup. l. vnica. secundario quãm ad defensionem ad ecclesiã spectant. 23. q. 5. administratores. & j. de censi. licet. & causa viduarũ & aliarum miserabiliũ personarum spectat ad ecclesiam vbi agitur de iniuria, siue de violẽtia eis illata. 24. q. 3. si quis de potentibus. Et sic intellige. j. eod. ex parte. vbi Papa cõmittit causam viduæ super violentia irrogata. & sic põt intelligi j. de verb. sign. super. §. vlt. & præcipue circa dotes, vt in pdicta decre. nuper. causa pœnitẽtium ad ecclesiam pertinet. 11. q. 1. aliud. hæresis, simoniæ, adulterij, cum agitur ad separationem matrimonij. j. vt lit. non contest. c. 1. & s. de procu. tuæ. & aliæ de quibus dicetur in seq. nocula. & indirecte ratione peccati omnes causæ pertinent ad ecclesiam, vt s. titul. proxi. nouit.

f ¶*Ecclesiasticum iudicem.*] Sicut sunt causæ matrimoniales. 3 s. de offi. deleg. causam matrimonij. & j. de consangui. & affini. ex litteris. Item causa natiuitatis alicuius. j. qui fil. sint legiti. lator. & c. causam. Item iurispatronatus. s. de iud. quãto. Item decimarum. j. de deci. per totum. Item causa vsurarum. j. de vsur. quoniam. & per totum. & alia plura, vt dictum est s. eod. cum sit. & cap. licet.

¶*Glos. seq. vers. per quest. an scilicet commutatio negligente procedant isti delegati virtute primarum vel secundarum, &c.*

g ¶*Termineris.*] Per litteras prius impetratas, vt incipiant valere ex nunc quo ad effectũ. s. de offi. deleg. c. 3. §. 1. ff. de leg. 3. l. 1. §. 1. C. de dona. inter. vir. & vxo. donationes. & s. de rescrip. eam te. Interim enim iurisdictio dormit. sic s. de rescri. pastoralis. in fi. Videtur enim committi causa sub conditione, si iustitia coram seculari haberi non possit. arg. j. de iureiuran. quemadmodum. sicut cognitio principalis causæ sub conditione committitur in causa appellationis. j. de appella. vt debitus. sic s. de offi. deleg. insinuante. & ff. de iure dot. stipulationem. Quòd autem litteræ, quę ab initio nõ valent, postea conualescant, est arg. s. de rescri. si autem. j. de conuer. coniu. placet. ff. de iniust. rup. & irri. test. cum in secundo. ff. de lib. & posth. si quis posthumos. in prin. & ff. de pig. act. si in rem. §. vlt. & s. de elect. quòd sicut. arg. contra. s. de elect. dudum. vbi de hoc. & j. de proba. post cessionem. Item hic habes quòd iurisdictio perditur per negligentiam. sic s. de offi. dele. prudentiam. in fine. & s. de offi. ordi. significauit. & cap. licet. 4 & sic litteræ istæ sunt in pendenti quousque appareat de negligentia iudicis secularis. s. eo. c. proxi. sicut in pendenti est, an in senatusconsultũ Macedoniano commissum sit. ff. ad Macedonianum. l. 1. §. si pendeat.

SI *diligenti.*] Pars huius j. de præscri. si diligenti. Diuiditur in tres partes. in prima ponitur falsa opinio archiepiscopi Pisani. In secunda ipsius impugnatio: ibi, *Immemor.* In tertia conclusio: ibi, *Manifeste.* Abbas.

CASVS. Quidam clericus Pisanus contraxit cum aliquo, promittens eidem ad certum terminum soluere certam pecuniæ quantitatem, alioquin posset eum conuenire coram iudice seculari, & clericus

---

† vel ne. s ini.

† Alias archiepiscopo.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compil.

1 Dicit per hoc facere ad quęstionem de dua bus quartis. not. j. de test. Raymũdus. q scilicet in ambiguitate opinionum legistarũ statur interpretationi canonicæ. Ioan. And.

2 Quid ergo specialis in istis, cum istud relequis sit cõe? de hoc 87. dist. per quę. vide Matthæum de Afflictis in constit. regni Neapo. lib. 1. tit. 7. & Guidonẽ Papæ decis. 166.

3 Vide l. 1. §. post opera & ff. de de nou. oper. nũ. & l. 3 ff. de iud. per Bart.

† Cap. 4. eo. tit. in 3. compil.

† Concilii Tridentini sess. 24. canone 12.

4 Facit in Authen. de defens. ciuitate. §. oportet. in gl. iurisdictionẽ et non collo. 1. & ibi Bart. & de iur. omnium iudicum.

pora tenuisse, quòd licitum sit clerico renunciare saltem in temporalibus causis iuri suo, & sibi laicum iudicem constituere, præsertim vbi aduersarij voluntas accedit: ac tenere iuramentum super hoc interpositum, respondisti. ¶ Immemor constitutionis † qua cauetur, pacto priuatorum [a] iuri publico minime derogari. Cũ igitur hoc ius in Mileuitanensi † & Carthaginẽsi cõcilijs [b] sit specialiter promulgatũ, ne clerici [c] clericos relicto suo põtifice, ad iudicia publica pertrahant [d]; alioquin causam perdant [e], & à cõmunione [f] habeantur extranei: & tam episcopi [g] quàm diacones, seu quilibet clerici in criminali seu in ciuili negotio, si derelicto ecclesiastico iudicio, publicis iudicijs se purgare [h] voluerint, etiamsi pro eis sit lata [i] sententia, locum suum amittant, & hoc in criminali

ricus promisit ei respondere sub illo, iuramento interposito: dubitatum fuit, an posset sic renũciare iuri suo, saltem in temporalibus, & iudicem laicum sibi constituere, & an iuramentum teneret: super hoc consultus fuit archiẽps Pisanus, qui fuerat doctor legum: & ipse rñdet, q; vsque ad tempora illa tenuerat, q; licitum sit clerico renunciare iuri suo, saltem in temporalibus, & sibi laicum iudicem cõstituere: & iuramentũ super hoc præstitum seruandum erat. Responsio & opinio archiẽpi peruenit ad Papam: vnde scribit eidẽ archiẽpo, referẽdo sibi opinionẽ suam, qualiter asseruit q; licitũ erat clerico renunciare, saltem in temporalibus iuri suo, & laicum iudicẽ sibi constituere, & q; iuramentum super hoc præstitum erat seruandum, oblitus constitutionis illius, quę dicit, q; pacto priuatorum iuri publico non derogatur: & q; non potuerit renunciare, nec laicum iudicem sibi cõstituere, ostendit per ɔcilia Mileuitanen. & Carthaginen. In concilio Mileuitanen. ɔtinetur, q; clerici non protrahant clericos ad iudicia publica, relicto pontifice suo: quod si fecerint, causam perdant, & à cõione habeãtur extranei. Et in concilio Carthaginen. dr̃, q; tam epi, quàm diacones, & quilibet clerici in criminali seu ciuili negotio, si derelicto iudicio ecclesiastico, voluerint se purgare publicis iudicijs, etiã si pro eis lata fuerit sententia, locũ suũ amittant, & hoc in criminali actione: in ciuili vero, perdant quod euicerint, si locũ suũ obtinere voluerint. Ex quibus ɔcilijs manifeste apparet, q; clerici, nec inuiti, nec volentes, possunt pacisci vt secularia iudicia subeant: quia hoc non est beneficiũ personale cui renũciari possit, sed potius toti collegio ecclesiastico publice est cõcessum, cui pactum priuatorũ derogare non potest, & iuramentum super hoc præstitũ licite seruari non potest, q; ɔ statuta canonica illicitis pactionibus informatur. Not. q; ius publicum pacto priuatorum non tollitur. Item clerici neque in criminali, neque in ciuili possunt laicum iudicem eligere, suo derelicto: qđ si fecerint, puniũtur, vt hic dr̃. Item ius istud publicum est, & ideo nullus ei renunciare potest. Item si principale non tenet, nec accessorium. Item iuramentum contra canones præstitum, non tenet.

¶ *Glos. seq. ad id quod dicitur hic ius publicum non tolli pacto priuatorum, alleg. 12. iura pro concor. In ɔtrium allegat 11. iura. Sol. distinguẽdo inter ius publicũ fauorabile tantũ, & fauorabile & odiosum, exponit exẽpla. Subdit etiã quatuor rationes quare clericus non consentiat in non suũ iudicem, dicens secus de laico in ciuilibus; dicit deinde aliud in arbitris.*

a ¶ *Pacto priuatorum.*]Sic ergo patet q; priuatorũ pacto iuri publico non derogatur. ff. de pact. ius publicum. & l. inter debitorẽ, [a] ɔ. de arb. cũ tempore. & j. de sen. excom. contingit. 1. nemo enim ius publicum remittere potest aliquibus pactionibus: nec mutare formam antiquitus constitutam. ff. de admi. tut. quidã decedens. & j. de testa. requisisti. & nemo põt facere q; leges in testamẽto suo locum nõ habeant. ff. de lega. 1. nemo. & ff. ad l. Fal. q; de bonis. §. 1. & C. de ɔdi. inser. l. 2. & C. de iura. calum. l. vlti. §. sed quia. & 10. q. 1. sic quidã. ff. de postu. quos prohibet. j. de except. c. exceptionẽ. arg. ɔ. ff. de pact. pacisci. & l. pactũ inter hæredes. ff. à quib. appe. nõ licet. l. 1. in fin. & §. 1. & C. de tempo. appel. l. vlti. in fin. & ff. de seru. l. 1. & ff. de mino. si iudex. & j. de reg. ad Apostolicam. & j. de priuileg. si de terra. & c. accedentibus. & C. de pactis si quis in ɔscribendo. vbi vr̃ expressum. & j. eod. dilecti. super hac ɔtrietate dicas q; illi iuri quod est tantũ introductum in fauorem aliquorum, bene potest quis renunciare: sed si aliquod ius introductũ est in fauorem quorundã pro publica vtilitate ipsorum, & odio aliorũ, nullus potest tali iuri renunciare: tale est hoc de quo hic agitur: quod introductum est non tam in fauorem clericorum, q̃ in odiũ laicorum: ipsi enim clericis oppido sunt infesti: vt 2. q. 7. laicos. & c. laici. & tale est illud 17. q. 4. si quis suadente. quia ei renunciare non potest. j. de sent. excõ. contingit. Sicut potes videre in simili. mulier põt renunciare Velleiano: quia in fauorẽ ipsius tm̃ introductũ est. ff. ad Velle. l. vlt. §. pe. & C. eo. tit. l. iubem9. pp infirmitatem sexus. C. ad Vell. si fine. & ff. eod. l. 2. §. verba. sed Macedoniano nõ potest renunciari: quia illud in fauorem quorundã introductum est: & in odium creditorum. ff. ad Maced. sed & si pater. in fi. similiter beneficio restitutionis non põt renunciari: quia tam in fauorẽ quàm in odium introductũ est: licet sit arg. ɔ. ff. de minor. si iudex. [a] Item & alia ratio consueuit assignari, quare non possit clericus in aliũ iudicem consentire: quia præiudicatur epo suo, sine cuius consensu iurare non potest, nec alium iudicem habere. 15. q. 1. clericum. & 3. q. 6. non liceat. j. de iura. calum. c. 1. in fin. Item ab alio non potest recipere ordinem, nisi ab episcopo suo, ergo nec iudicium, quod est maius. Sic argumentatur canõ. 9. q. 2. nullus Primas. & j. de pato. c. 3. Item non potest ab alio prælato petere animæ iudiciũ quod est occultum: multo fortius non potest petere iudicium personæ j. de pœn. & re. omnis vtriusque. & de pœn. dist. 6. placuit. sic posset contingere, quòd omnes subditi episcopi alium sibi iudicẽ eligerent. Laicus vero bene potest aliũ iudicẽ sibi eligere in ciuili negotio. ff. de iud. l. 2. & 3. sed in criminali nõ. 11. q. 1. si quis cum clerico. & C. de iurisd. om. iud. in criminali. clerici tamen arbitros bene possunt eligere præter consensum episcopi. ɔ. de arbi. c. 1. & 2. & inc. dilecti. & per totum titu. Item dixi quòd illi priuilegio, si quis suadẽte, renunciare non potest, tamen clericus verberatus à laico, vel ab alio, potest ei remittere iniuriam quantum ad se, sed non quantum ad ecclesiam. 23. q. 4. si is qui. 63. distin. Salonitanæ.

b ¶ *Concilijs.*]quæ concilia tu habes 11. q. 1. inolita. & ca. placuit. quorum verba hic ponuntur.

c ¶ *Ne clerici.*] Hic ponit tenorem illius c. inolita.

d ¶ *Pertrahant.*]& sic trahũt inuiti, & ideo punitur ille q. eos trahit, & sic loquitur c. inolita. in actore.

e ¶ *Causam perdant.*] Sed nunquid per sententiam, an ipso iure? H. dicebat q; ipso iure perdit causam: sed videtur potius quòd per sententiam. arg. prædicti c. inolita. vbi dicit: cõueniat, & causam perdat. & C. de iur. om. iud. in criminali. vbi dicit: actor actione causę mulctetur, reus pro condemnato habeatur. & arg. prædicti ca. placuit. vbi dixit, locum suum amittat. quod verius videtur op. [a] ad hoc arg. j. de excess. prælato. grauem. hoc dicit Io. H. contra. Sed nunquid intelligimus hanc pœnam imponendam statim, vel post conuentionem, vel post litis contestationem, vel tantum si perseuerat vsque ad finem causæ? Et videtur certe quòd postquam vocatus est ad iudicium. 11. q. 1. inolita. vbi dicit; ad iudicia publica non pertrahant: si contra fecerint, causam perdant. & cap. placuit. vbi dicit; qui de seculari iudice poscit auxilium, &c. & C. de iurisd. omni. iud. in criminali. vbi dicit; qui inuocauerit in vetito examine. Sed videtur q; ante litis contestationem possit pœnitere, nec incidit in pœnam. ff. rem ra. hab. amplius. & ff. de in ius voc. l. quamuis. [ſ] & ff. de iur. om. iud. si conuenerit. Et arg. illius cap. placuit. vbi dicit; si crimen fuit intentatum, vel ciuilis causa commota: per quæ verba innuitur, quòd lis fuit contestata. immo etiam vr̃ quòd quandocunque ante sententiam licitum sit pœnitere. arg. ff. de inof. testa. Papinianus. §. meminisse. & C. de his quib. vt indig. alia causa. & ff. quod metus cau. si cum exceptione. §. hæc actio. & §. satis. Hug. dicebat, quòd hic nõ est locus pœnitentiæ: benignius tamen est, & tutius dicere, quòd ante litis contestationem sine pœna desistere põt. arg. illius cap. placuit. quia promptiores esse debemus ad misericordiam q̃ ad rigorẽ. ff. de actio. & obli. l. Arrianus. Post litem vero contestatã non potest vitare pœnã. arg. prædictarũ legũ, amplius. & l. quamuis. & l. si ɔuenerit. Sed in causa spirituali sola depositio querimoniæ sufficit, vt ab ecclesia tamq̃ membrum putridum abscindatur, & beneficia alijs conferantur. j. de excessibus præla. grauem. Sed potest dici, quòd illud est propter excessum nimium, eo quòd in suum episcopum tantum facinus attentare præsumpsit, vt merito augeri debeat pœna. ff. de re mili. omne delictum. §. 1. sed de rigore debent puniri, qui in vetitum examen alios trahunt.

f ¶ *A communione.*] sacramentorum: quia in pœnam remouebuntur à sacramentis ad tempus. argu. 2. q. 6. catholicus. vel potius à cõione, id est, officio & bñficio, si cleric9 est, priuet. vt dicit Hug. sed nimis rigida esset hæc pœna, nec etiã talis expositio ɔsonat literæ: & ita dicit q; non perdit locũ suũ, si perdere vult qđ euicit. Et hucusq; loquitur in actore: sequentia verba; & tam epi, &c. in reo.

g ¶ *Tam episcopi.*] Hic ponit tenorem illius cap. placuit.

h ¶ *Purgare.*]Et sic loquitur in reo. cap. placuit. & ideo quia sponte elegit vetitum iudicium, punitur: & expone, purgare, id est, examinare causam suam. Et dic quòd voluerint cum effectu, id est, fecerint quòd examinaretur ibi causa: nam si inuiti traherentur, non punirentur. arg. contra ɔ. de iudi. at si clerici. & 11. q. 1. si qui clericorum.

ADDITIO. Vnde versus:

Clerice, si quæris examen quod prohiberis;

Et deponeris, & causa destitueris.

i ¶ *Pro eis sit lata.*] Sed quid si ɔ eos lata sit? Videtur q; nõ teneat: quia

[†] Alias iur. constitutionis illius.

[a] Verba quæ hoc loco tribuuntur concilio Mileuitano habetur in concilio Toletano 3. ca. 13. reliqua in concilio Carthaginensi. 3. ca. 9. & vide notas huius capitis.

[†] In concilio Toletano 3. c. 13. hæc continentur.

[a] Et melius ff. de regu. iur. l. neque pignus. §. priuatorũ. Ioan. And.

[a] Vide Speculat. par. 2. tit. de testi. §. nunc. §. qualiter, circa fin.

[a] Arg. ad hoc C. de assert. tol. l. 1. in fi. & C. de nat. qui aliquid ante ... Io. Andr.

[ſ] Libertus cadit pœna, si desistit à vocatione patroni in ius ante litẽ contestatam. Ioan. Andr.

quia sententia à non suo iudice lata nõ tenet. ʒ. de iudi. at si clerici. 11. q. 1. si q. clericorũ. satis patet qd dicẽdũ sit: nã si obtineret, sñia non valeret. Sed si ʒ eos lata est, de iure tenere non deberet: tamen quantũ ad se, & in odiũ illorum seruabitur talis sñia, & compelletur ad hoc propter culpam suam, immo multo fortius pro condemnato debet haberi. arg. ʒ. de renuncia. quod in dubijs.

actione; in ciuili vero perdãt[a] quod euicerint si locum[b] suũ maluerint obtinere†: Manifeste[c] patet, quòd non solum inuiti, sed etiam voluntarij, pacisci non possunt vt secularia iudicia subeant, cum non sit beneficium hoc personale, cui renunciari valeat, sed potius toti collegio ecclesiastico publice sit indultum: cui priuatorum pactio derogare non potest. Nec iuramentum[d] licite seruari potuit, quod cõtra canonica statuta illicitis pactionibus informatur.

¶ Idem Beluacen. episcopo.

¶ Clerici super excessibus coram suo episcopo conueniri debent, non coram his quibus seruiunt, nisi consuetudo vel priuilegium aliud inducat.

CAP. XIII.

CVm† contingat interdum: & infra. ¶ Insuper postulasti, an cum aliqui clerici deputati seruitio capituli Beluacen. aut aliorum clericorum tuæ diœcesis, super excessibus impetuntur, sint cogendi coram te, vel potius coram illis quibus seruiunt, querelantibus respondere, cum illi sibi iurisdictionẽ huiusmodi vendicare contendant, licet illos excommunicare non valeant, vel aliàs etiam coërcere. Super quo taliter respondemus, quòd ad te (vtpote ordinarium) de talibus debent conquerentes habere recursum: maxime[e] si super his impetuntur, quæ in tua noscuntur diœcesi commisisse. Nisi forte hi quibus delinquentes ipsi deseruiunt, ex indulgentia, vel consuetudine[f] speciali, iurisdictionem huiusmodi valeant sibi vendicare.

¶ Concor. Id quod no strum. ff. de regu. iur. & l. 1 ff. solu. matr.

¶ Glo. seq. iura dicit, sine de qua causa, prim. ent ap plicetur, medium quod cũ vterque sint in culpa.

a ¶ *Perdant quod.*] id est, rem quæ ab eis petebat. de qua fuerunt absoluti, & habebuntur p condemnatis: & res ista dabitur actori, cui facta est iniuria: q a reus aliter se conueniri non patiebatur: quia forte potens erat, & actor ipsum timebat, vnde non audebat illum cõuenire coram suo iudice, & sic actor inuit⁹ & coactus cõuenit illum. Sic in præsenti casu actor perdit qđ euicit, & datur reo, qui inuitus tractus fuit ad iudicẽ alienum. Sed si vterq; fuerit in culpa: tunc debet dari illi ecclesiæ cui facta est iniuria, & iurisdictio eius spreta. Et qđ dicit: perdant qd euicerint: intellige cum causa est propria clerici. ſ secus si negotium sit ecclesiæ: quia delictũ personæ, & c. 16. q. 6. si episcopum.

¶ Cap. 1. eo tit. in 4. compilat.

¶. Concor. per. in l. nã aliter. ff. de lega. 3.

b ¶ *Si locũ suum.*] ecce, reus habet electionem, vt vel perdat causam, vel amittat locũ. Si potius vult perdere locũ, nunquid habebit quod euicit? Sic, si actor fuit in culpa, aliàs nõ: quia factum illius non debet obesse actori innocenti. & sic est casus, in quo tenet sententia à nõ suo iudice lata.

¶ Glos. seq. quærit, arg. affirmatiue, soluit contrarium, & remittit.

c ¶ *Manifeste patet.*] Hic ergo patet arg. ex præcedentibus cõcilijs, q nec inuiti, & hoc ex concilio Mileuita. 11. q. 1. inolita. nec volẽtes. & hoc ex concilio Chartag. placuit. pacisci possunt vt iudicia secularia subeant. Sed nunquid tacite possunt renunciare suo foro, rñdendo coram laico? arg. quòd sic. 3. q. 6. pulsatus. nã & Papa renunciat suo foro. 2. q. 7. nos si incompetẽter. & q. 5. mandastis. multa enim possumus tacite, ad quæ nõ possumus nos pacto adstringere. ff. de procur. l. filiusfamilias. §. veteranos. & C. de pact. l. vlt. & C. de iuramen. calum. l. 2. in fi. Dicas q neque tacite neque expresse potest clericus alium iudicem constituere, immo in ecclesiasticã personam sine licentia speciali episcopi sui consentire non potest, nec illum in iudicem eligere: vt 3. q. 6. non liceat. j. eod. significasti. vbi determinatur ista dubitatio, vt ibi dicit.

Clerici neque tacite neque expresse possunt suo foro renunciare.

¶ Glos. seq. notat, & dupliciter probat, arg. quòd si principale, &c. alleg. in contrar. deinde ad casum conuersum pro & contra. in fin. vbi dicitur, quòd vbi factum lege prohibente non tenet: non tenebit stipulatio, mandatum vel iuramentum adiectum.

d ¶ *Iuramentum.*] Sic ergo patet q si ʒctus non tenet siue pactum, iuramentum de obseruando ipsum ʒctum vel pactum, non tenet neque obligat. C. de legibus. non dubium. & quia iuramentum ʒ bonos mores, & vim legum, & auctoritatem iuris nullius est momenti. ff. de legatis primo. si quis inquilinos. §. si quis. & quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. 22. q. 4. inter cætera. & j. de iureiur. quanto. Item arg. q si principale non tenet, nec accessorium, vt C. de vsuris. eos. & C. depositi. l. si deposita pecunia. & l. prædicta, non dubium. & j. de fide instrum. inter dilectos. & quia idem iuris est in principali & accessorio. ʒ. de offi. dele. prudentiã. in fi. arg. ʒ. j. de iureiur. debitores. & c. cum contingat. Similiter quod iuris est in accessorio, & in principali. arg. 23. q. 1. paratus. versus finem. ver. nam si Christiana. in fin. aliàs est capitulum. arg. ʒ q aliud est in accessorio, quàm in principali. ff. de pact. l. 3. arg. ʒ q sublato accessorio, tollitur principale. ff. de pact. l. 2. arg. ʒ. C. de remis. pign. creditricem. Item signatur contra. j. de iureiu. cum contingat. vbi iuramentũ super contractu contra legem facto præstitum, seruatur, & ibi de hoc. Bernardus.

CVm contingat.] Sunt duæ partes, consultatio, & responsio. Secunda: ibi, *Super quo.* Abb. Siculus.

CASVS. Aliqui clerici deputati sunt seruitio capituli Beluacẽsis, aut seruitio aliorũ clericorũ Beluacen. diœcesis: clerici isti sic ad seruitiũ deputati cõmittũt excessus aliquos: quærit eps Beluacẽsis, vtrũ clerici isti cum impetuntur super excessibus suis, ꝯueniendi sint coram ipso, vel potius coram illis q bus seruiũt: cum illi quibus seruiũt hmòi iurisdictionẽ vendicare ꝯtendant, quamuis eos non possint excõicare, vel alias coercere. Ad hoc rñdet Papa, q corã epo Beluacen. tanquã ordinario ꝯueniendi sunt, maxime super ijs q̃ in sua diœce. commisisse dicunt, nisi forte illi quib⁹ ipsi delinquẽtes deseruiũt, ex indulgentia speciali vel ꝯsuetudine, vendicent sibi huiusmodi iurisdictionem. No. quòd priuilegium & ꝯsuetudo derogant iuri cõi, & in criminibus. Item solus eps cognoscit de criminibus in diœcesi sua cõmissis de iure communi, nisi consuetudo vel priuilegium sit in contrarium. Item episcopus solus est ordinarius in diœcesi sua.

¶ Cap. 1. eo tit. in 4. compilat.

¶ Idem.

¶ Episcopus delicti condemnat clericũ de delicto, sed non priuat beneficio alibi existente: sed episcopus beneficij priuabit, quasi exequendo condemnationem iudicis delicti. hoc dicit secundum vnum intellectum. Secundum alium intellectum hoc dicit: Episcopus delicti condemnat clericum de delicto, priuando beneficio alibi sito, sed executio realis fit ab episcopo beneficij.

CAP. XIIII.

POstulasti † per sedem Apostolicam edoceri, vtrum sacerdos habẽs ecclesiam in vna diœcesi, & residens in eadem, domicilium vero patrimonij ratione in alia, ibi delinquens, ab eo in cuius diœcesi habet patrimonium, pro delicto ibidẽ commisso debeat iudicari: præsertim in causis quæ officij sui seu beneficij priuationẽ exposcunt? ¶ Ad quod breuiter

e ¶ *Maxime.*] idest, tãtũ. sic 11. q. 3. si qs eps dãnatus. nã im ab illo puniẽdus est vbi deliquit. 6. q. 3. placuit. j. de rapt. c. 1. vbi de hoc. Vel dic q licet alibi possit excõicari, non tñ ab alio põt deponi q̃ à suo diœcesano, sec⁹ si ciuiliter ageref de bñficio. j. eo. postulasti. Qñ reus sit remittẽd⁹ [a] ad suũ iudicẽ, dř 3. q. 6. c. 1. & j. de rap. c. 1.

¶ Glo. seq. not. alle. ʒ iura. secundo obijcit, & soluit per iura similia.

f ¶ *Vel consuetudine.*] Not. q ꝯsuetudo [ʒ] dat iurisdictionem. 9. q. 3. ꝯquestus. ʒ. de arb. dilecti. C. de eman. l. 1. & vlt. & ʒ. de offi. ordi. irrefragabili. Sed qualiter põt in hoc casu priuilegiũ vel ꝯsuetudo dare iurisdictionẽ, cũ nemo sibi vel suis ius dicere possit. ff. de iur. om. iud. qui iurisdictioni præest. & C. ne quis in sua cau. ius sibi dicat. l. vnica? Sed dic q dñs familiæ potest habere ordinariam iurisdictionẽ super familiã suam, sicut magister super discipulos suos, vt in ꝯsti. Frideri. C. ne fi. pro pa. Authen. habita. sicut eps in suos canonicos, & sicut pater super filiũ suum: vt 3. q. 7. infamis. §. tria. circa fi. & 23. q. 4. duo ista nomina. & si suspectus fuerit dominus, petat actor ei aliquem associari. 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. vel eligat arbitros. ʒ. eo. l. si quis contra clericum. & 11. q. 1. peruenit. j. de appel. cum speciali.

a De hoc articulo copiose Couarruuias in pract. quæstio. cap. 1. & Guido Papæ decisio. 291. & dixi late super Directorio Inquisitorum. lib. 3. Schol. 45.

ʒ Vide Accursium in l. more maiorum ff. de iurisd. omn. iud.

POstulasti.] Hoc cap. legitur principaliter duob⁹ modis. Primo q eps delicti fert sñiam tñ super crimine: sed eps beneficij fert sententiam priuatoriam beneficij. Secundo legitur, quòd eps delicti fert sententiam etiam super beneficio. Sed realis executio, vt possessionis subtractio, debet fieri per iudicẽ beneficij. Diuiditur in duas partes. Primo ponit quæstio. Secundo solutio: ibi, *Ad quod.* Abbas. Pars huius decret. j. de homi. postulasti.

CASVS. Ecce aliquis sacerdos habet ecclesiã in diœcesi Bon. in qua residet, domicilium vero ratione patrimonij sui habet in diœcesi Mutin. & ibi deliquit: quærit à quo epo p delicto ibi cõmisso debeat

respondemus, quòd per episcopum in cuius diœcesi deliquit[a], sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo in cuius diœcesi beneficium obtinet, erit quo ad illud executio facienda[b].

¶ Honorius tertius archiepiscopo, decano, & archidiacono Turonensi.

¶ *Miserabilis persona potest laicum interdicto vnde vi, coram iudice ecclesiastico conuenire, etiam si res subtracta dicatur feudalis.*

CAP. XV.

Ex parte B. quondam Angliæ reginæ fuit propositū, quòd cum nobilem virum G. detentorē castri Segrey, ratione dotalitij[c] pertinentis ad ipsam, quo per eum, vel eius complices[d] contra iustitiam fuerat spoliata † auctoritate bonæ memoriæ Ioannis Papæ præd. nostri coram vobis traxisset in causam: Dictus nobilis excipiendo proposuit, quod litteræ Apostolicæ non valebant, pro eo quod castrum Guargiæ, vbi est eius domicilium principale, consistit in diœcesi Rodoñ. quæ vltra duas dietas à Turonis est remota. Verum replicatum fuit ex parte reginæ, quòd idem nobilis Turonis satis poterat conueniri, cum non solum in Rodoñ. diœcesi, sed etiam in Andegauensi[e] diœcesi existat, eo † quòd & castra & redditus plures habet in ipsa: & castrum de quo quæstio vertitur, in eadem est diœcesi[f], quæ à Turoñ. nequaquam vltra duodecim leucas † distat. Idem quoque adiecit, quod cū dicta regina, ius suum coram domino feudi prosequi debuisset †: litteræ Apostolicæ non valebant, cum non faciebant mentionem quòd dominus feudi fuerit requisitus, & ipse in exhibenda iustitia, extiterit negligens vel remissus: subiiciens quòd eædem litteræ, falsitate expressa fuerant impetratæ: eoquòd suggestum fuerat castrum illud ad eādem reginā ratione dotalitij pertinere, cū nec ab initio, nec durante matrimonio, à viro sibi fuerat in donationem propter nuptias assignatū. Ad hoc autē fuit ex parte ipsius reginæ responsum, quòd vidua spoliata, irrequisito feudi domino, spoliatorem seu detentorem rei, coram ecclesiastico iudice poterat conuenire, cuius interest viduas defensare: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit dictum nobilem, terram & mā sionem habere in Andegauensi diœcesi, in qua interdum consueuit commorari, & ipsam diœcesim vltra duas à Turoñ. non distare dietas, & in eadem litigiosam rem esse, non obstantibus exceptionibus aliis[g], quæ in petitorio potius quàm in possessorio, (quod regina contra eundem nobilem intentabat) locum habere videntur, in ipso negotio iuxta priorum continentiam litterarū, ratione præuia procedatis.

debeat iudicari, præcipue in causis quæ officij vel beneficij priuationem inducunt. Respondet quòd per epm in cuius diœce. deliquit, sententia in eundem clericum debet promulgari, sed per illum epm in cuius diœcesi habet ecclesiam, sñia debet executioni mandari. Not. quòd rōne delicti efficitur quis de foro alterius. Item per aliū fertur sententia, & p aliū executioni mandatur.

a ¶ *Deliquit.*]& ita delictū dat iurisdictionē. ĩ. eo. c. vlt. & 6. q. 3. placuit. & epus iste i cuius diœcesi deliqt debet ferre sñiam ɔ̃ ipsū sup crimine, & nō sup ecclesia: & hæc sententia lata sub vno, facit fidem in alio iudicio. simile 24. q. 1. subdiaconus. & 11. qō. 3. statuimus. ff. de iureiurando. si duo patroni. C. de liber. cau. iubemus.

a Concor. tex. in l. relegatorū §. 1. & §. interdicere. & seq. cum § est quodam gen. & ibi Bart. et d. interd. & relegatis.

b ¶ *Executio facienda.*] Ille enim iudex in cuius diœcesi est res; in qua fieri debet executio, debet sententiam mandare executioni: & sic ille epus cui subest illa ecclesia istius clerici, priuabit illum per sententiam ab alio epo latam. arg. ff. de re iudi. à diuo Pio. §. in criminibus. si crimen magnū est, ille iudex exequatur sententiam, vbi delictū est perpetratum. ĩ. de rapt. c. 1. & ff. de re militi. desertorem. in prin. & in Auth. vt nulli iud. §. si vero quis comprehensorum. coll. 9.

† Vide l. 3. §. domū ff. de sep. viol. & l. 1. subornus. C. de sac. san. eccle.

Ex parte.] Sunt duæ partes. In prima, partis conquestio. In secunda iudicum instructio: ibi, *Mandamus.* Prima subdiuiditur. Primo ponit causæ commissionem, & rei vocationem. Secundo: ibi, *Dictus.* rei exceptionē, & actoris replicationē ad illam. Abb. Siculus.

† Aliis imo eo quòd in ipsa diœcesi.

Casus. B. regina quōdam Angliæ, impetrauit litteras ad iudices delegatos, ɔ̃ nobilē virum Guli. qui ɔ̃ iustitiam spoliauerat eam castro Segrey pertinente ad eam ratione dotalitij: coram quibus dictus nobilis excipiendo proposuit, quòd litteræ non valebant, pro eo quòd castrum Guargiæ, vbi est eius domiciliū principale, consistit in diœcesi Rodoñ. quæ distat à Turonensi vltra duas dietas: Cōtra hoc ex parte reginæ fuit replicatū, quòd nobilis ille Turonensis bene poterat cōueniri: quia & in Rodonensi & Andegauensi diœcesibus existit, & castrū de quo quæstio vertitur, in diœcesi Andegauensi existit: quæ non distat à Turonensi vltra duas dietas; præterea idem adiecit, quòd ipse corā dño feudi debuit conueniri, & ideo litteræ Apostolicæ non valebāt cum non faciant mentionem quòd dñs feudi fuerat requisitus, & in exhibendo iustitiam, fuerat negligens vel remissus. Insuper dicebat, quòd litteræ expressa falsitate fuerant impetratæ, ex eo quòd suggestū fuerat castrum illud ad reginam illam ratione dotalitij pertinere, cum nec ab initio, nec durante matrimonio, sibi à viro in donationem propter nuptias fuerit assignatum. Contra ista ex parte reginæ fuit responsum, quòd vidua spoliata, irrequisito dño feudi, spoliatorē seu detentorem rei coram ecclesiastico iudice, cuius interest viduas defensare, bene poterat cōuenire; iudices super propositis dubitarūt, vnde regina dño Papæ prædicta significauit; vnde mandat iudicibus prædictis, quatenus si constiterit dictum nobilem, terrā & mansionem habere in Andegauensi diœcesi, in qua interdū habitare consueuit, & ipsa diœcesis à Turonēsi non distat vltra duas dietas, & in eadē diœcesi res litigiosa existit, in ipso negotio iuxta tenorem priorum litterarum præuia ratione procedant, non obstātibus aliis exceptionibus, quæ in petitorio potius quàm in possessorio, qđ regina ɔ̃ dictum nobilem intentauit, locum habent. Not. quòd causa viduarū quo ad possessorium, pertinet ad ecclesiam. Itē not. quòd dietæ computātur à diœcesi, in qua res litigiosa existit. Item causa feudi quoad petitorium iudicium, coram dño feudi tractari debet. & ista tria requirūtur coram delegato, quòd habeat domiciliū infra duas dietas à iudice delegato, & quòd res litigiosa sit infra eandem diœcesim.

† Leuca meta & vulgaris apud Hispanos, continet 3. stadia, siue quatuor milliaria Italica.

c ¶ *Dotalitij.*] id est, donationis ppter nuptias; mulier enim dʒ dotem dare viro, vir autem dʒ dare vxori donationem propter nuptias. ĩ. de dona. inter virū & vxo. nuper. in fin.

† Vide. §. 3. cum notaris de prohib. feud. alienat. per Feder. cui lat. 10. & authē de quo fbo. §. si vero.

d ¶ *Complices.* Not. quòd tenetur quis hoc interdicto siue quia fecit, siue complices eius ipsi mandato, siue etiam ratū habuerit. ĩ. de restit. spoli. cum ad sedem. & ff. de vi & vi arm. cū à te. & l. 3. §. cum procurator. quia facientes & consentientes pari pœna puniuntur. ŝ. de offi. deleg. c. 1. & 2. q. 1. notum. in fine. & tenētur etiam alia ratione, si rē illam scienter recepit à deiectore. ĩ. de rest. spo. sæpe contingit. & ŝ. tit. proxi. quia V.

e ¶ *Andegauensi.*] Potest enim quis habere domicilium in diuersis locis. ff. ad muni. assumptio. §. iuris prudentibus. & l. filii §. senatores. & ff. de sena. senatores.[a] veruntamen sola possessio domus, quæ comparat in alia ciuitate, non facit domiciliū. ff. ad muni. libertus. §. sola dom⁹. nisi eam inhabitauerit: vnde dicit ĩ. in qua interdum consueuerat habitare; sed desinit esse municeps adeptus senatoriam dignitatem. ff. ad muni. municeps. Sed hoc verum est quantum ad munera, non quantū ad dignitatē: vt ibi dicit.

a Dicit innocen. idē si haberet ibi magnā partem bonorum suorum: vel larem, id est, familiam, vel si nihil habet, ibi tamen assidue conuersatur. c. vbi sena. vel clag. l. 2.

f ¶ *In eadē est diœcesi.*] i. Andegauen. Hoc enim sufficeret solū si corā ordinario Andegauen. quæstio ista mota fuisset: quia ratione rei de qua quis cōuenitur, sortitur quis forum. ŝ. eo. sane. ĩ. eo. c. vlt. & C. vbi in rem act. l. actor. etiam si res sit mobilis. ff. de iudi. quod legatur. & de hoc dicitur ĩ. eod. c. vlt.

¶ *Gl. seq. not. ex tex. lucus gl. litteras impetratas ɔ̃ laicū, &c. signat ɔ̃tra, et soluit. Secūdo not. quod causa viduarū, etc. remittit. Tertio declarat quare nō sunt recipiēda vlt. exceptio. Vltimo obiicit ad dominationē istius reginæ. Io. An. dicendit. Sed Panor. expedit hāc gl. per quatuor oppositiones.*

g ¶ *Exceptionibus aliis.*] scilicet, quòd castrū illud assignatum non fuit ipsi in donationē pp nuptias à viro. Itē & alia, quòd dñs feudi non fuit requisitus anteq̃ litteras impetraret. istæ exceptiones locū non habent in possessorio, sed in petitorio locū habent: vt hic dicit. Et sic vʒ quòd litteræ impetratæ ɔ̃ laicum non valeāt, nisi primo iudex secularis fuerit requisitus & negligens, siue fuerit dñs feudi, siue alius iudex; nisi de hoc in litteris fiat mentio: cū hæc exceptio in petitorio locū videatur habere. vnde signatur ɔ̃rīū ŝ. eo. ex tenore. & c. licet. & c. ex trāsmissa. & ĩ. tit. prox. cæterum. vbi expresse videtur quòd non sit necesse de hoc facere mētionem: sed sufficit quòd supersedeat litteris, dummodo dñs feudi vel alius secularis velit & paratus sit iustitiam exhibere: & postquam constiterit de negligentia, procedant alij. Sic ergo intellige quod hic dicit: quæ potius in pe-

Litteræ cōtra laicum à Papa impetratæ an valeant.

titorio locum habere videntur: vt scilicet non procedat delegatus p litteras impetratas super proprietatis iudicio, si dñs feudi, vel etiã alius secularis paratus sit iustitiam exhibere: & ita litterę ab initio suspensæ manent. Postquam vero apparuerit de negligentia iudicis secularis siue dñi feudi, ex tunc incipiunt habere effectum, sed ex toto non eliduntur secundũ q hic iste nobilis intendebat. De hoc dictum est s. de officio delegati. significantibus. Item est argu. ex hac decre. q causa viduarum pertinet ad ecclesiam: quia hic dñs Papa audit viduam istã non obstantibus exceptionibus pdictis. Dic de hoc vt dixi s. eod. ex tenore. Item hæc exceptio: q castrũ nõ fuerit in donationem propter nuptias assignatum: merito debuit reprobari, quia erat quęstio principalis, si regina ageret de proprietate, vnde nõ debebat proponi in modum exceptionis: hoc enim debebat probare regina, si principalr ageret petitorio iudicio. Et illud scias, q illud qd venit in principali quęstione, non debet proponi in exceptione dilatoria, qa talis exceptio non impedit litis contestationem: vt hoc traditur in quadam decre. Innoc. iiij. in concilio Lugduñ. de litis cõtest. quę incipit: exceptionisa peremptoriæ. nisi in casibus ibidem contentis: quia exceptio est actionis exclusio, vt peremptoria. ff. de excep. l. 2. siue iudicis siue actoris repulsio, sicut sunt dilatoriæ. j. de excep. pastoralis. & j. de appell. secundo requiris. Sed quare appellatur mulier ista in principio, & hic regina, cũ rex qui fuit maritus ipsius, mortuus sit? potest & debet; sic appellari, quousque nupta fuerit viro inferioris dignitatis. ff. de sena. fœminæ. & C. de nup. cum te. & ff. ad municipalem. l. filij. §. vidua.

¶ Etiam ex post facto, puta, quia incepit cognoscere secularis i. & postea tepescit secundum Ion. & facit qd no. s. eod. licet. in 1. glo. Io. An.

a Habetur eod. tit. lib. 6.

¶ Vide Guidonem Papæ decision 179. & 189.

¶ Gregorius nonus fratri Palmerio canonico sanctæ trinitatis.

¶ *Laici vsurpantes iura ecclesiastica, velut sacrilegi per iudicem ecclesiasticum compelluntur.*

CAP. XVI.

Conquestus est nobis Bononien. episcopus, quod Potestas & commune Bononien. temporalem iurisdictionem, quæ in quibusdam castris & villis, ecclesiæ Bononien. competit pleno iure [a]: & in cuius quasi possessione [b] fuisse ac esse dignoscitur, per violentiam vsurpare præsumunt: & infra, ¶ Cũ autem valde sit iniquum, vt ea quæ collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus ecclesiis, vel relicta, aut eis iustis modis alijs acquisita, aliis vsibus applicari: propter quod merito inuasores [c] ipsarum rerum, tamquam sacrilegi sunt anathemati vsque ad satisfactionem congruam supponendi: & infra, ¶ Mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam cessare ipsos ab huiusmodi, & satisfacere de præteritis damnis & iniuriis, appellatione remota, compellas.

Conquestus est.] Primo ponitur querela epi. Secundo iudicũ datio, quam primo iustificat: ibi, Cum autem. Abbas Siculus.

Casvs. Potestas & commune Bononiensis, per violentiam vsurparunt iurisdictionem temporalem in quibusdam castris & villis quę pertinent pleno iure ad Bononiensem ecclesiam, & in cuius quasi possessione ecclesia ipsa erat: propter quod Bononiensis eps cõquestus fuit dño Papæ, vnde causam commisit cuidam iudici, mãdans eidem, q cum iniquum sit, ea quæ pro remedio peccatorum venerabilibus ecclesijs sunt relicta, vel aliter iuste acquisita, humanis vsibus applicari: inuasores ipsarum rerum tamquam sacrilegi sunt excommunicandi, vsque ad debitam satisfactionem. Vnde si constiterit ei de præmissis, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam, cõpellat inuasores prædictos ab huiusmodi cessare, & de præteritis damnis & iniuriis satisfacere cõpetenter. Not. q ecclesia potest conuenire malefactores suos coram iudice ecclesiastico, cum sint sacrilegi: quod crimen ecclesiasticum est. Item quod semel Deo dedicatũ est, amplius ad humanos vsus applicari non debet. Item monitio debet præcedere vindictam.

a ¶ *Pleno iure.*] id est, quo ad spiritualem & temporalem iurisdictionem.

b ¶ *Quasi possessione.*] Hoc ideo dicit: quia iurisdictio & omnia iura incorporalia, & seruitutes non possidentur, sed quasi possidentur [4], sic j. de causa possessio. cum ecclesia. & habes hoc ff. de vsucap. sequitur. §. si viam. quia incorporalia corporaliter apprehendi non possunt. Possessio vero corporalis dicta est quasi pedum positio. ff. de acquiren. possessio. l. 1. Ber.

c ¶ *Inuasores ipsarum rerum.*] Sic patet, q inuasores rerum ecclesiasticarum tamquam sacrilegi sunt vsq; ad satisfactionem excommunicandi. quicquid enim datum est ecclesiæ pro remedio peccatorum, ad humanos vsus non debet amplius applicari, vt hic dicit, & j. de rerum permuta. iniustum videtur. sic 12. q. 2. nulli liceat. quicunque prædia. qui abstulerit. & c. 1. de illis capitulis hic fit mẽtio, & de hoc quod dictum est s. eod. cum sit. Istos inuasores potest ecclesia sub quo maluerit iudice conuenire: vt s. eo. cum sit generale. & isti non sunt excommunicati ipso iure, sed sunt excommunicandi, quousque satisfecerint tam de iniuriis, quàm de damnis, vt hic patet: imo iniuriam ecclesiæ factam prælatus remittere non potest. 23. q. 4. si is qui. & 63. distinct. Salonitanæ.

¶ Et ideo interdictũ vnde vi. vel vti possidetis non competit in eis, sed quasi vti possidetis. ff. de se. qui. quotiẽs vel competit actio ex canone. 3. q. 1. redintegranda. secũdũ Gof. Ioan. And.

¶ Idem episcopo Dulmeñ.

¶ *Priuilegiatus vt non teneatur respõdere nisi in certo loco: si in alio loco respondere vel soluere promittit, ibi poterit conueniri, & etiam vbi habet domicilium, secundum Ioan. Andr.*

CAP. XVII.

Dilecti filii I. & A. ciues Romani, sua nobis petitione monstrarunt, quod cum abbati sanctæ Genouefæ Parisiensis super quadam pecuniæ summa, contra [d] R. prædecessorem tuum litteras impetrassent: tu proponi fecisti, quod omnibus Anglicis est a sede Apostolica indultum, vt super causis pecuniariis, citra mare conueniri non possint: propter quod idẽ abbas in negotio non processit. ¶ Verum quia & si fuisset priuilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se certo loco [e] respondere vel soluere aduersarijs promiserunt: cum

Dilecti filij I. & A. ciues Romani,] Priuilegiũ alicui cõcessũ, vt non teneatur nisi certo loco respondere, non extenditur ad locũ, vbi ex aliqua causa de iure communi conueniri potest. & est casus not. Diuiditur. Primo ponitur querela actoris, quæ cõtinet causæ commissionem, & rei exceptionẽ. Secundo ponitur mandatum factum reo cum comminatione & prouisione si non pareat; ibi, Verum. Abbas.

Casvs. Quidã ciues Romani I. & A. quandam quantitatem pecuniæ mutuauerant epo Dulmensi, qui promisit eisdẽ dictã pecuniã soluere certo loco, videlicet citra mare. Sed qa dictus episcopus pecuniam vt promisit non persoluit, impetrauerũt litteras contra dictum episcopum ad abbatem sanctæ Genouefæ Parisieñ. abbas citauit successorem dicti episcopi Dulmensis, qui mutuũ contraxit: coram quo ex parte ipsius epi fuit excipiendo propositũ, q omnibus Anglicis à sede Apostolica est indultum, vt super causis pecuniariis citra mare conueniri non possint: propter quod abbas non processit: Vnde illi mercatores significauerunt hoc dño Papæ, & ipse scribit episcopo Dulmen. dicens, quòd & si fuisset tale priuilegium concessum, non tamen prodesset illis qui aduersariis certo loco soluere promiserunt: quia & ibi & vbi domicilium habent, possunt conueniri: & ideo mandat eidem, quatenus dictis mercatoribus satisfaciat de dicta pecunia cum iustis & moderatis expensis, & congrua satisfactione damnorum, cessantibus vsuris: alioquin mandat dicto abbati vt in negotio sibi commisso procedat, non obstante dicta indulgentia, iuxta traditam sibi formam. Nota q successor potest conueniri per litteras impetratas contra prædecessorem, licet antecessor citatus non fuerit. Item licitum est cuilibet renunciare iuri, quod pro se introductum est: & ita ista indulgentia non continet ius publicum.

¶ *Glo. seq. recitatur per modum obiectionis, quomodo conuenitur per rescriptum non nominatus in illo, soluit & remittit.*

d ¶ *Contra.*] Licet proprium nomen antecessoris sit expressum: ad successorem tamen extẽditur rescriptum: & hoc ideo, quia nomine ecclesiæ, & pro ipsius ecclesię vtilitate mutuum contractũ hic fuit [5] & ideo successor conuenitur per rescriptum impetratum contra antecessorem, nec obstat expressio nominis: quia vna persona intelligitur. de hoc not. s. de rescriptis. significauit.

¶ *Glo. seq. primo ponit dictum, de quo remittit. secundo soluit contrarium de decretali, si diligenti, & ibi remittit.*

c ¶ *Qui se certo loco.*] Qui certo loco soluere promittit, & non soluit, tenetur aduersario ad interesse, pro eo q non soluit loco promisso, si sua interest, q ibi non fuit satisfactum. ff. de eo quod cer. loco. l. 1. de hoc dictum est s. de offic. delega. P. & G. Per hoc enim q certo loco soluere promisit, renunciasse intelligitur indulgentię concessę Anglicis: qd facere potuit, cũ tamẽ in fauorem cuiuslibet & singulariter concessa fuerit: cũ non sit tale priuilegiũ, quod sit publicũ vtilitate & auctoritate: vnde quilibet ei iuri quatenus tangit personam suam, potest renunciare. C. de pact. l. si quis in conscribendo. j. de reg. ad apostolicam. De hac materia dictum est satis s. eod. si diligenti.

¶ Vnde si tenetur successor sicut filius & heres de solu. c. 1. hoc dictum gloss. quę fuit ad dictio placuit G. Na. In. & Host. & q lis nõ fuisset hic contestata, patet: quia nõc propo nebantur dilatoriæ: quæ non proponuntur post litem. j. de re iu. cum. Non enim semper expressio facit rescriptum personale: sicut de pactis not. j. de instru. cũ venissent. Ioan. And.

a ¶ Vbi

a ¶ *Vbi domicilium.*] & sic duobus locis poterat conueniri, scilicet vbi promisit, & vbi habet domicilium. j. eo. c. vlti. & s. eo. c. ex parte. sic est in electione creditoris, vbi malit ipsum conuenire. sim. s. eod. cum sit.

¶ *Glos. seq. tractat quales expensæ veniant, & remittit. secundo quærit quomodo probentur expensæ & damna, & soluit.*

ibi & vbi domicilium[a] habet, valeant conueniri †: Mandamus, quatenus eidem de pecunia ipsa cum iustis & moderatis expensis[b], & congrua satisfactione damnorum (vsuris omnino cessantibus) satisfacias, vt teneris: Alioquin eidem abbati nostris damus litteris in mandatis, vt in commisso sibi negotio (proposita ex parte tua indulgentia non obstante) iuxta prioris mandati nostri tenorem, sine dispendio moræ procedat.

¶ Idem Abbati Trecen.

¶ *Quamquam laici possint iurisdictionem non sui iudicis prorogare, clerici tamen non possunt, nisi episcopi diœcesani consensus accedat, & iudex, cuius iurisdictionem prorogare volunt, sit ecclesiasticus.*

CAP. XVIII.

Significasti † nobis, quòd P. clericus ad petitionem C. mercatoris, se tuæ iurisdictioni subiecit, si in termino nunc elapso de pecunia mutuata non satisfecisset eidem: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd licet priuatorum consensus[c], eum qui iurisdictioni præesse dignoscitur, sibi possit iudicem constituere: clerici[d] tamen in iudicem non suum, (nisi forte sit persona ecclesiastica, & episcopi diœcesani voluntas accedat) consentire non possunt.

b ¶ *Cum iustis & moderatis expensis.*] Expensæ istæ moderatæ debent esse. j. de sequestra. ad hoc. j. de dol. & contu. finem. & c. cum dilecti. & j. vt lit. non contest. quoniam. §. in alijs. & non superfluæ siue delicatæ. ff. de pigno. act. si seruos. in fi. & ff. de dam. infect. per quos. §. vlt. & l. seq. de hac materia dicitur j. de dol. & contu. finem. & c. cum dilecti. & damna quæ sustinuit, reficere debet. j. de fideius. peruenit. Sed qualiter probabuntur expensæ & damna illata propter hoc? Expensæ probabuntur per iuramentum illius qui eas fecit præmissa taxatione à iudice, sicut hic bene probatur. C. de iud. sancimus. & s. de proc. constitutus. & s. quod vi metusve causa. c. vlti. & C. vnde vi. si quando. & 2. q. 1. in primis. vbi statur iuramento præmissa taxatione. licet illa loquatur in alio casu. De damnis siue interesse dic, quòd debent probari per testes, Institu. de verb. obl. §. non solum. & ideo vtile esset certam summam adijcere: quia difficile est probare interesse. ff. de præto. stipu. l. vlt. §. non solum. & iudex hoc interesse inquirere debet per suam subtilitatem. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. l. vnica. Et ita hoc est notatu dignum, quòd expensæ & damnum datum per dolum siue per violentiam vel rapinam, postquam constiterit de violentia per testes, probatur per iuramentum, vt dicunt iura prædicta. s. quod met. caus. cap. vlti. & l. si quando. C. vnde vi. & c. in primis. & l. sancimus. interesse vero aliunde veniens per testes probandum est.

Significasti.] Clericus sine diœcesani episcopi licentia, iurisdictioni non sui iudicis se submittere non potest. Communis diuisio. Secunda: ibi, *Inquisitioni.* Abbas.

CASVS. Quidam clericus tenebatur C. mercatori in quadam pecuniæ quantitate, clericus iste subiecit se iurisdictioni Trecen. abbatis, si in termino dato sibi à mercatore non satisfecisset eidem: terminus ille elapsus fuit, nec satisfecit: quærebatur vtrum abbas posset exercere iurisdictionem in illum clericum, & vtrum potuerit se subijcere iurisdictioni abbatis? Respondet Papa, licet priuatus consensus eum qui præest iurisdictioni possit suum iudicem constituere, tamen clerici in non suum iudicem consentire non possunt, nisi forte sit persona ecclesiastica, & voluntas diœcesani episcopi accesserit. Nota quod clerici non possunt consentire in iudicem non suum, nisi in alium clericum: & de voluntate episcopi: aliàs non possunt.

c ¶ *Priuatorum consensus.*] vt C. de iurisd. om. iudic. priuatorum. & l. 1. dum tamen ex certa scientia, & non per errorem. ff. de iuds. l. 2. & 3. ff. de iurisdi. om. iud. si per errorem.

¶ *Glo. seq. format primo & vltima duas quæstiones, in media signat contrarium, & recitat primo contrarium, secundo vltimam quæstionem, tertio primam, & omnia satis clara.*

d ¶ *Clerici tamen in iudicem non suum.*] Hic expresse patet quod clericus in non suum iudicem etiam ecclesiasticum, sine consensu expresso sui episcopi consentire non potest. sic 3. q. 6. non liceat. & 9. q. 5. c. 1. & 2. quod si fecerit, sententia non tenet, vt in proximis c. 9. q. 2. c. 5. & 2. & 6. q. 3. denique. Sed nunquid clerici qui consentiunt in iudicem ecclesiasticum non suum, cadunt propterea à iure suo, sicut cum trahunt vel trahuntur ad seculare iudicium. s. eo. si diligenti. & 11. q. 1. inolita. & c. placuit? Non credo, quòd in casu isto debeat perdere causam, licet sententia lata sit pro ipso, vel contra ipsum: quia non tantum deliquit, quantum cum iudicem laicum sibi constituit; nisi velis dicere, quod in odium ipsius, episcopus habeat eam ratam qui eum dimisit, sine cuius licentia hoc facere non potuit; & hanc ignominiam vel contumeliam irrogauit. ff. de arbi. litigatores. C. de iureiur. si quis. aliàs putuer, puta dicitur 3. q. 6. non liceat. Clericus enim non potest venire contra sententiam: quia videtur habere tacitum pactum in se, ne vlterius petat: sicut acceptilatio inutilis. ff. de pact. si vnus. §. pe. ff. de accepti. si acceptolatum. Episcopus vero si vult, potest talem sententiam ratam habere. arg. s. de renun. quod in dubijs. Sed contra hoc quod hic dicit, videtur contra 3. q. 6. pulsatus. vbi videtur dari optio clerico pulsato coram non suo iudice an velit ibi respondere vel non: Ibi dicit, pulsatus si voluerit taceat. Sed ibi non habet locum. arg. à contrario sensu, cum alia iura contradicant. 3. q. 6. non liceat. & hic. & ita tollitur hoc arg. à contrario sensu. Vel intellige illud c. pulsatus. cum iste habet consensum episcopi: quia & tunc adhuc habet optionem, nec potest compelli. Sed nunquid potest clericus consentire in laicum iudicem de consensu episcopi? Videtur quod sic. 11. q. 1. clericum nullus. ibi dicit: nullus præsumat clericum apud secularem iudicem episcopo non permittente pulsare, ergo de consensu episcopi videtur quod possit. Sed non credo,[a] quia nec consensus episcopi sufficit. hic, supple. in cap. clericum. maxime, quia nec de consensu episcopi potest. Sicut enim clericus huic priuilegio quod introductum est in fauorem totius ordinis clericalis, renunciare non potest; ita nec episcopus potest huic priuilegio renunciare, vel consentire, vt clerici hoc possint, nec potest eos compellere ad hoc, cum eadem ratio sit hinc inde; quia episcopus priuilegium clericorum minuere non potest, sicut nec posset facere quòd aliquis clericus verberaretur sine sententia excommunicationis. arg. j. de sentent. excommun. contingit. De hac materia dictum est satis s. eod. si diligenti. Bernardus.

Concor. l. 2. & 3. ff. de iud. & Cy. C. eod. l. vnica. & ibi B. C.

Dictio, cuiusdam, deest in manuscriptis.

Alias alio.

Alias illo.

a Non est concedendum quod no. s. tu. proxi. c. 2. quia aliud est delegare, aliud iurisdictionem prorogare, vnde in delegata appellatur ad delegantem, in ordinaria prorogata ad superiorem. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ *Legitime citatus tenetur coram iudice citante causam prosequi, non obstante quòd post citationem mutauerit forum.*

CAP. XIX.

Proposuisti nobis, quòd quidam subditus tuus, ad petitionem cuiusdam † aduersarij sui, à te legitime citatus[e], ad causam, quia postmodum iurisdictionis alterius esse cœpit, tuum intendit iudicium declinare. ¶ Porro tuæ prudentiæ dubium esse non credimus, quòd is in prædicta causa, ius reuocandi forum non habet, quasi ab altero † iam præuentus.

¶ Idem.

¶ *Quisque clericus potest in curia Romana conueniri, licet aliàs specifice forum ibi non sortiatur; habet tamen ex causa ius reuocandi domum.*

Proposuisti.] Si citatus ad causam postea mutat forum, in causa illa coram primo iudice respondere cogetur. h. d. Communis diuisio. Secunda: ibi, *Porro.* Abbas.

CASVS. Quidam subditus Bonon. episcopi legitime citatus fuit ad causam, ad petitionem aduersarij sui, postmodum factus fuit alterius iurisdictionis, propter quod intendebat eius iudicium declinare: quæritur an possit? Respondet quòd ille in causa prædicta ius reuocandi forum non habet, quasi ab alio iam præuentus. No. quòd per solam citationem perpetuatur iurisdictio quantum ad causam illam pro qua quis citatus est.

e ¶ *Citatus.*] sic ff. de iud. si quis postea. vnde hæc sumpta est, & l. vbi cœptum est. ff. de iurisd. omn. iudi. cum quædam. sic ergo patet, quòd per solam citationem perpetuatur iurisdictio tam ordinarij, quàm delegati: vt hic, & in prædictis iuribus: vt s. de offi. deleg. c. gratum. & c. licet. & s. de offi. leg. c. fin. & per solam citationem, seu conuentionem præuenitur iurisdictio. j. de appella. vt debitus. & s. de rescrip. cap. capitulum sanctæ crucis. in quibus habes, quòd qui primo litteras præsentauit facta citatione, obtinere debet iudices suos, non obstante quòd alter prius litteras impetrauit, qui litteras suas non præsentauit. Qui ergo conuenitur coram aliquo iudice competenti, necesse habet vsque ad finem persistere, etiam si mutauerit forum: quia præuentus est per hanc conuentionem, vt hic dicit,[a] & patet hoc per iura prædicta.

a Intellige vt maior sit dubitatio, de illo qui aliàs non tenebatur ratione rei vel alterius fori coram primo iudice respondere: sed solum ratione domicilij. Ioan. And.

Licet.] Clerico in curiam Romanam conuento non cōpetit declinatoria fori: posset tamen sibi ex causa competere ius reuocandi domum. h. d. Et primo ponit quatuor modos sortiendi forū. Secundo addit quintum cū modificatione ibi: *Quia tamen.* Abbas.

Casvs. Quidam eps apud sedem Apostolicā constitutus, cōuentus fuit ab aduersario suo, ipse dicebat q non tenebatur respondere: cum propter hoc vocatus non fuerit, nec ibi contraxerit, vel domicilium habuerit, nec possessiō de qua ipse conueniebatur, erat ibi; ex quibus causis sortitur quis forum: super hoc scribit Papa capitulo ipsius epī dicens, q licet ex causa aliqua de prædictis, ex quibus q̄s sortitur forum, eps illorum apud sedē Apostolicam cōuentus nō fuerit: quia tñ Romana ecclesia omniū ecclesiarum mater est & magistra, eps prædict' recte potuit conueniri, vt ibi aduersario responderet: nisi pro alia iusta & necessaria causa venisset; quam si tūc allegasset, ius reuocādi domū saluum fuisset eidē. Nota, quòd ex quatuor causis hic positis, potest quis in foro alio conueniri.

CAP. XX.

Licet ratione [a] delicti, seu cōtractus [b], aut domicilii [c], siue rei de qua contra possessorem [d] causa mouetur: quibus forum regulariter quis sortitur, episcopus vester apud sedē Apostolicam conuentus non fuerit: ¶ Quia tamen omnium ecclesiarum mater est eadem & magistra, rite compelli potuit [e], vt ibi suis aduersarijs responderet: nisi pro alia iusta & necessaria causa venisset, quā si tunc allegasset, ius reuocandi domum saluum fuisset eidē.

TITVLVS III.

De libelli oblatione.

¶ Ex concilio apud sanctū Medardū [†].

¶ *Actor tenetur in scriptis libellum porrigere. Vel sic: Iudex non debet admittere actorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis offerat. h. d. per alia verba.*

CAP. I.

Ignarus [†] episcopus dixit: Habetis libellum reclamationis [f], vel postulationis? Illi responderunt, se præ manibus nullū habere libellum, Ignarus episcopus dixit [†]: oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem, reclamationem vestram, libelli serie declarare, eamque vestris manibus roboratam, synodo porrigere, vt tunc vobis canonice valeat responderi. Et tunc ipsi fratres, libellum conscribentes, porrexerunt.

Item dominus Papa ordinarius iudex est omnium ecclesiarum, & clericorum. Item si quis ad Romanam curiam pro causā iusta & necessaria sit vocatus, non tenetur tunc ibi respondere nisi voluerit: sed habet ius reuocandi domum.

¶ *Glo. seq. cum tribus seq. & principio vltimæ recitari solent textualiter. Et deinde vltima quærit quæ sit iusta causa reuocandi domum. Et glo. ponit sex exempla, declarans, &c.*

a ¶ *Ratione delicti.*] Not. q ratione delicti efficitur quis de iurisdictione alterius. sic j. de rap. c. 1. & 3. q. 6. ibi, causa. & 2. q. 1. si peccauerit. & 6. q. 3. placuit. & C. vbi de crimi. agi opor. Auth. qua in prouincia. & C. vbi sena. vel cla. l. 1. & s. eo. ti. postulasti. & ff. de accu. l. vlti. & l. si cui. §. idem imperator. & ita delictum dat iurisdictionē ei qui aliàs eam non habet. Item delictū tollit priuilegiū: vt in prædict. Auth. qua in prouincia. & 11. q. 3. priuilegium. Quid iuris sit de priuilegiatis, dicitur j. de priuile. ex tuarum. & pro delicto conuenitur quis vbi domicilium habet, vel vbi inuenitur. C. vbi de crimi. agi opor. l. 1. et si crimen graue sit, remittitur puniendus ad iudicem vbi deliquit. in Auth. vt nulli iud. §. si vero quis cōprehensorum. coll. 9. & ff. de re militari. desertorem. & ff. de custo. & exhi. reo. l. solent.

b ¶ *Seu contractus.*] Hoc nomen, cōtus, largissime sumitur. siue sit verus contractus, vel quasi cōtus, vel aliud vnde obligatio oritur. ff. de iudi. hæres absens. §. 1. & l. omnem obligationem. & l. interdum. §. vlti. & hoc intellige siue inueniatur, siue non. debet enim illuc remitti sicut in criminibus dicitur: cum in hoc parificentur. in Auth. vt omnes obe. iudi. in 2. coll. §. hæc considerantes. coll. 5. In delictis enim hoc seruatur. in Authen. vt nul. iud. §. si vero quis comprehensorum. & §. seq. coll. 9. Quidam tamē dicunt illum esse conueniēdum, si ibi inueniatur vbi contraxit, per l. hæres. in prin. Item vbi quis soluere promisit, potest conueniri. s. de offi. deleg. P. & G. & s. eod. dilecti. quod dicit litera ista: ratione contractus: intellige secundum quod traditur expresse in quadam decretali Innocentij iiij. quæ incipit, Romana. eo. tit. §. contrahentes. [lib. 6.]

c ¶ *Aut domicilij.*] ratione domicilij sortitur quis forum: & ibi potest conueniri. s. eod. dilecti. & ff. de iudi. hæres absens. §. proinde. Et potest quis habere domicilium in pluribus locis [a] s. eo. ex parte. & ff. ad mun. assumptio. §. iuris prudentibus. De hoc dictum est s. de rescrip. dilectus filius.

d ¶ *Contra possessorem.*] Ratione possessionis, de qua quis conuenitur, sortitur quis forum, & coram illo iudice conueniri debet, in cuius iurisdictione res est. s. eo. sane. & etiā vbi habet domiciliū. & C. vbi in rē actio. l. fi. & s. eo. ex parte B. etiā si res sit mobilis. arg. C. vbi in rē act. l. vlt. & ff. de iud. quod legatur. §. si autē. Quidam tamē dicunt hoc habere locum tātum in rebus immobilibus.

e ¶ *Compelli potuit.*] cum dñs Papa sit iudex ordinarius singulorū, nullum fori priuilegium poterat allegare. 9. q. 3. cuncta. & Roma cōis patria est omniū. ff. ad mun. Roma. ergo nullus declinare potest forum eius. vnde ille compellitur ibi suis aduersarijs respōdere: nec ius reuocādi domum haberet, nisi pro alia iusta causa & necessaria venisset, vt dicit littera ista, puta, si fuisset vocatus à principe pro publica vtilitate. in Authen. de san. epis. §. si vero epi. coll. 9. Item clerici legati nō tenētur rñdere: nisi tunc ibi contraxissent, vel si in delegatione deliquissent, vel rem aliquam tunc emissent; nam tūc rñdere tenebuntur: aliàs daretur eis occasio res alienas deferēdi domū. ff. de iudi. non abàs. 2. rñ. & §. 1. & l. seq. Item qui causa dicendi testimonium ibidem vocatus est, vel qui iudicandi causa ibi accersiti sunt, vel qui causa exercendæ appellationis illuc venerunt, vel causa reddēdæ tutelæ istæ personæ habent ius reuocādi domum, si non ibi cōtraxerunt vbi conueniuntur, & hoc totum dī ff. de iudi. l. 2. §. legatis. & §. seq. Sed legati non tenentur respondere nisi de his tantum quæ tempore legationis suæ cōtraxerunt: vt ibi dicitur. Item si legati agant: tūc tenentur se defendere, si recōueniant, nisi agant pro iniuria sibi illata: vt ea. l. §. sed si agant. si quis allegauerit talē causam, non compellitur respōdere: vt hic patet, & hoc est expressum j. de dilatio. exposuit. vbi qui vocatur à principe pro vtilitate Romanæ ecclesiæ, habet ius reuocandi domum.

DE LIBELLI OBLATIONE.

¶ *Supra visum est de foro competenti, & an & quādo forū possit declinari: Verum quia rei ad iudicia vocati si non declinant forum, petunt sibi edi libellum, vt sciant quid & qualiter petatur, & super quo debeant respondere: ideo competenti ordine subijcit istam rubricam.*

De hac materia habetur 2. q. 8. per totum. & 3. dist. Maximianus. Abbas.

Ignarus.] Non diuiditur, quia ponit vnicam facti narrationem. Abbas.

Casvs. Quidam [g] fratres in concilio conquerebantur de quibusdam aduersarijs suis. Ignarus eps dixit: Habetis vos libellum reclamationis vel postulationis vestræ? fratres illi responderunt se nullum habere libellum. Ignarus eps dixit: oportet vos habere reclamationem vestram in serie libelli, & synodo porrigere, vt vobis possit canonice responderi: & tunc fratres illi, conscripserunt, & synodo porrexerunt. Not. q libellus semper dandus est aduersario, & sic libellus videtur esse principium ordinis iudiciarij: vt sine eo nullum sit iudicium.

¶ *Glo. seq. recitetur per modum summæ, quærendo de 7. scilicet quot sunt species libellorum: quid sit libellus, cui offeratur, qualiter, quando, quis sit eius effectus: & an sit de substantia, &c.*

f ¶ *Libellum reclamationis.*] No. q duplex est libellus. Est autem libellus conuentionalis, seu postulationis, qui datur in ciuilibus quōnibus. j. eo. c. vlti. de quo hic intelligitur. Et est libellus accusationis, qui datur in criminalibus actionibus: vt 2. q. 8. descripta. §. libellorum. & j. de accu. per totum. & 2. quæst. 1. legum. Est ergo libellus scriptura in qua continetur res quæ petitur, & causa petendi, & nomen actoris & rei, & coram quo iudice, vt j. eod. per totū. & sic patet q semper offerendus est libellus iudici, & per ipsum reo, vt ipse reus possit deliberare: vt 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. & in scriptis debet dari: vt hic patet, & in Auth. offeratur. C. de li. cōte. & j. de prob. quoniam contra. & in principio litis per prædictā Auth. offeratur. Not. tamen arg. contra 11. q. 1. si quis cum clerico. Sed illud obtinet in modicis & vilibus causis, vbi scriptura non requiritur. Item contra. j. de do. & contu. prout. & illud intellige q libellus antea datus fuerat: & per talem libellum sic oblatum iudici, & postea reo, actio annalis perpetuatur. C. quando libel. princ. da. lit. contest. fa. l. 2. & rem litigiosam facit subsecuta per executorem conuentione: vt C. de litigi. Auth. litigiosa. & interrumpit præscriptionem. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. sicut. Sed numquid libelli oblatio est de substātia ordinis iudiciarij? Videtur quòd sic: quia

Medardi monasterium est in vrbe Suessionensi. vbi id concilium habitum est, refert Burchard' lib. 2. decret. ca. 192. suo par. 6. cap. 269 cap. 1. eo tit. in 1. compil. & vide notas huius capitis.

Conuenit l. fancimus. C. de pœ. & Albo. d. Ro. fa. in rn. C. ne fil. p patre. Adde pleniorem glossā in c. licet. & in c. ad abolēd. j. de hæres. vbi est ratio cur ob delictū perdatur priuilegium.

Vt sacerdos domicilium habet in loco beneficij, & in loco patrimonij. s. eo. postulasti. vagabūdus vero ibi dicitur domicilium habere vbi inuenitur, vt no. in l. 1. C. vbi d' crimi. agi oportet.

In vet. exemplari leg. G. Item sunt ei ignari in bente.

Vide l. si quando. C. vnde vi. & l. la. homani. dig. C. de acc. & in Authen. de iud. §. oportet.

Facti speciem nudam percipimus ex integra, quam ignominiosi in loco supra citamus.

De materia huius glossæ vide Decium in l. ane decem. tit. ff. de reg. iud. com. 16. & Iasonem Clausum in præf. cum. §. lam. q. 2a.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Cum agitur reali, non sufficit rem generaliter peti, sed debet ita specificari, vt euitetur obscuritas & æquiuocatio.*

CAP. II.

Significantibus[a] † T. & R. fratribus nostro fuit Apostolatui declaratum, quòd cum inter ipsos ex vna parte, & V. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis tracti fuissent in causam: oblato eis libello: ipsi (cum plures terras haberent) vt terra illa super qua quæstio vertebatur, ostenderetur eisdem, a iudicibus postularunt: quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam prouocarũt. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, si quid post appellationem huiusmodi noueritis attentatum, &c.

¶ Greg. nonus archipresbytero † ciuitatis Nouæ, & M. ca. Culmesi. †

¶ *Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.*

CAP. III.

Dilecti filij fratres ecclesiæ sanctæ Mariæ de Hispida, sua nobis petitione monstrarunt, quòd cum Prior & conuentus sanctæ Mariæ ad Carceres, ipsos super quadam pecuniæ summa, coram Priore sanctæ trinitatis Veroñ. auctoritate Apostolica conuenissent: ex parte ipsorum fuit excipiendo propositum, quòd cum dicti

quia cõcilium istos fratres noluit audire nisi primo libellum scriberent. & optimum arg. j. de probat. quoniam contra. & per libellum apparet de modo agendi secundum quẽ semper debet formari sñia. j. de simo. licet Hely. j. de acc. qualiter & quãdo. & p Auth. prædictam, offeratur. optime videtur probari, vbi dicit. Litis autem contestatio 3 hoc indultum habita pro nihilo est. Et sic videtur q̃ sit de substantia, sicut & litis contestatio. j. de lit. contest. c. vnico. & s. de elect. dudũ 2. Dicunt tñ quidã q̃ non est de substantia iudiciarij ordinis oblatio libelli: & sic potest omitti tacite, sicut consueuit dici de iuramento calumniæ. Alij 3 q̃ non valet quicquid factum est, & hoc per iura prædicta, nisi sit vilis causa, vt dictum est: quod melius videtur iure canonico. Ista enim principalia sũt, libell⁹, qui est principiũ & fundamentum causæ, litis contestatio, & q̃ sñia feratur in scriptis.

¶ Vide Lã francum in c. quoniã. §. probationes. j. de proba. & quærentis hic agitur de libello incerto & obscuro. vide etiã Iasonem in §. sed istæ. Instit. de actio. Decid. in c. dilecti. j. de iud. & Paulum de Castro con. 141. & Alexan. consil. 151. & 154. in 2. volum.

ADDITIO. Quæ debent in libello cõprehẽdi habes his versibus:

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & a quo
Recte compositus quisque libellus habet.

Vel sic, & clarius.

Conuenti nomen, & nomen conuenientis,
Iudicis & nomen scribes, causamque petendi:
Et quascunque petit res, istas scribere debes.

Significantibus.] Diuiditur. Nam in prima ponitur appellãtis narratio. In secunda appellationis commissio. Secunda, ibi: *Quocirca.* Abbas.

CASVS. Duo fratres I. & A coram iudicibus delegatis à quodam V. nomine, tracti fuerũt in causam: oblatus fuit eis libellus, in quo petebatur ab eis quædam terra: ipsi cum plures terras haberent, petierunt à iudicibus, vt terram illam super qua conueniebantur, facerent designari, quod ipsi facere denegarunt; propter quod ad sedem Apostolicam appellarunt. Mandat Papa, quatenus si est ita, quicquid factum est post appellationem, debeat in irritum reuocari. Nota quòd cum agitur rei vendicatione, semper designanda est res, quæ petitur certo loco, & etiam finibus certis.

¶ *Glo. seq. duo facit. Primo tractat qualis declaratio libelli fiat in iudicijs singularibus, vniuersalibus, & generalibus. Secundo an libellus possit mutari. Ioan. And. Panormit. diuidit istam gloss. in 5. partes. In prima ponit practicam libellandi in actionibus singularibus. Secundo in vniuersalibus. Tertio in generalibus. Quarto quærit an libellus possit mutari, corrigi, seu emendari, vel aliquid de nouo accumulari. Quinto quærit an eo casu quo mutatur, sint dandæ nouæ induciæ.*

¶ *Glo. seq. ponit 8. vel 9. interrogationes que fiunt ante litis contestationem, subdens quod generaliter vbicunque, &c.*

b ¶ *Interrogationibus, & responsionibus.*] Oĩa quæ in iudicio fiunt, sunt redigenda in scriptis. i. de proba. c. quoniam cõtra falsam. Quædam vero interrogationes faciendæ sunt ante litis contestationem, quæ nõ debent omitti ante litis contestationẽ; reus debet interrogari an possideat rem quæ petitur ab eo: & pro qua parte: vel si desijt dolo possidere. ff. de interrog. actio. l. q. seruũ. §. i iure. ff. de rei vend. l. q. petitorio. & si qs rñdeat se non possidere, cũ ipse possideat: si actor hoc ꝓbauerit, res auferẽda est illi: & debet dari actori: quis non ꝓbet rem suam esse. ff. de rei vẽd. l. vlt. aliàs est periculi. hæc interrogatio omitti non debet, ne iudicium delusoriũ sit. j. vt lite pẽdente, c. ecclesia S. Mariæ. Et aliæ interrogationes plũres faciendæ sunt: puta, an sit hæres: vel quota ex parte sit hæres: & an in potestate seruum habeat cuius noĩe noxali iudicio agitur. Itẽ an quadrupes quæ damnum dedit, sit eius. Item an ex testamẽto sit hæres. Item an ædes sit sua ex qua damnũ timetur: q̃ colliguntur ff. de interroga. actio. l. qui interrogatus. & l. si qs in iure. & l. seq. & l. si defensor. §. illud q̃rit. & l. non alienum. Item q̃ rñdeat cuius ætatis sit reus, si de ea dubitet. ff. eod. l. de ætate. Item q̃nq; & ante litis contestationẽ, & post litis contestationẽ vbicunq; æquitas mouet iudicem, e debet interrogare. ff. eo. vbicunq;. & 30. q. 5. iudicantẽ. pars ad interrogationem aduersarij rñdere non cogitur: a tamen si respõderit, tenet responsio. ff. eod. si sine. & j. de do. & contuma. c. prout. & certum debet respondere. ff. eod. de ætate. §. nihil. Ber.

[margin: ¶ Alias, M. — a Vel assessore: quia & ipse partis opus interrogationis. — Ad possidendũ bene. …]

partem alterã a respondere: ac interrogationibus, & responsionibus b redactis in scriptis, & lite corã nobis plenissime † contestata, fecimus calumniæ iuramentum ab ipsis procuratoribus vtrinque præstari.

¶ Gregorius nonus episcopo Beluacen.

¶ *Episcopus iurat de calumnia (si per seipsum elegit litigare) propositis tantum non tactis euangeliis. Si vero per syndicum litigat, per illum poterit iurare, hoc dicit.*

CAP. VII.

Cum in causa pecuniaria, quam inter te & R. † motã esse proponis, non per te, sed per syndicum vel actorem elegeris litigare, per illum c quidẽ præstandum erit calumniæ iuramentum; quod si per teipsum d, propositis tantum, sed non tactis euangeliis, (sicut in dicendo testimonio) à te videtur huiusmodi iuramentũ exhibendum: & infra.

¶ *Actor refutando iuramentum calumniæ sine causa, cadere debet ab instituta actione, reus autẽ debet haberi pro confesso. hoc dicit.*

¶ Pœna e vero recusantis hoc iuramentum cum præstandũ fuerit, est vt actor ab instituta cadat actione, reus autẽ haberi debeat pro confesso.

C *Vm in causa.*] Eps per alium agens causam propriam ꝑ illum iurat de calumnia: si per seipsum agit, ipse iurat propositis sed non tactis euangeliis. ita summat Ioan. And. sed mihi non placet q̃ tex. restringatur ad causam ꝓpriam, quinimmo potius innuitur contrarium. Et duæ sunt partes. secunda: ibi, *Pœna.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter ep̃m Beluacen. & quendam R. noĩe, quædã causa pecuniaria vertebatur: quęsiuit eps vtrum in causa ipsa deberet ipse de calumnia iurare? Rñdet q̃ si ꝑ syndicum vel actorem elegerit litigare, ꝑ ipsum ꝓstandum erit iuramentum: si vero ꝑ seipsum litigare voluerit, ipse idem eps præstare debet huiusmodi iuramentum, propositis ante ipsum euangeliis, sed non tactis: sicut in ferendo testimonio fieri consueuit. In fine dicit, q̃ pœna illius qui hoc iuramentum ꝓstare non vult, est vt actor, cadat ab instituta actione: reus vero pro confesso habeatur. Nota q̃ eps in propria persona si vult potest tractare causam suam, & tunc iurat de calumnia, sed non tangit euangelia propter reuerentiam episcopalem. Item si non vult iurare de calumnia, amittit causam.

c ¶ *Per illum.*] Istud regulare est. i. c. proxi. & c. in pertractandis. & c. imperatorum. & i. eod. c. 1.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

d ¶ *Per seipsum.*] Ex quo assumpsit officium in se, debet iurare de calumnia, cũ sit accessoriũ sine quo nõ potest causa expediri. arg. i. de offi. deleg. c. præterea. & c. prudentiam. & in hoc ei defertur: q̃ a non tangit sacra, sicut & in testimonio. 11. q. 1. imperator. & C. de episc. & cleri. Auth. si iudex. & 10 Auth. de sanc. epis. §. nulli vero. coll. 9. & 2. q. 5. quia de causa. q̃nq; tñ tangit sacra. 1. q. 7. quoties. & C. de san. epis. Authen. sed iudex. Sed i. eod. c. 1. vbi dr̃ q̃ eps iurare non debet, sed alijs hoc officium delegare, non est ꝯ: quia nõ dr̃ ibi q̃ non debeat iurare, sed dicitur q̃ non debeat compelli; vt ibi dicitur.

ADDITIO. Hodie vero nouo iure debet iurare in animã propriã, & in animam sui capituli: vt dicit illa decre. i. de testibus. pręsenõũ. lib. 6.

¶ *Glossa seq. querit, & soluit.*

e ¶ *Pœna.*] Sic i. eod. c. imperatorum. & C. eod. tit. l. 2. in Auth. vt litig. iur. in exor. lit. §. si autem. in fin. coll. 9. vo de sumptus est §. tit. Sic actor qui non vult iurare, cadit à causa. Sed nunquid ipso iure, an ꝑ sententiam? Dicas q̃ per sñiam iudicis, quia iudex ꝓcedit contra illum ac si nihil probasset, reum absoluendo. & eodem modo de reo. C. eo. Auth. principales. in fine. Bernar.

[margin: ¶ Post concil. Lateranẽ sub Alex. iij. par. 1. cap. 5. vbi est interra facti species. — Vide l. proper. addi. §. & si quidem. adde hic Host. en sem. & alios latius hunc articulũ disputantem.]

TITVLVS VIII.

De dilationibus.

¶ Alex. iij. Cantu. & Vigorñ. episcopis.

¶ *Summa sic (ne videatur conuenire rubricæ de appellationibus.) Citatio vocatoria cum peremptoria non debet esse nimis breuis, maxime vbi de rebus ecclesiasticis agitur, nisi necessitas aliud suggerat.*

CAP. I.

Dilecti † filij abbas, & monachi de H. nobis insinuare curarũt, quod cum causa quæ vertitur inter ipsos & moniales de Ledeñ. super ecclesia de Alteñ. decano & archidiacono Linconñ. commiserimus terminandam: ipsi timentes se à iudicibus aggrauari, eo quòd ad primam citationem terminũ sibi nimis f breuem & peremptorium statuerunt †, ad nostram audientiam duxerũt appellandum: & infra. ¶ Quia vero non spectat ad iuris ordinẽ, diem peremptorium g, maxime cum de rebus ecclesiasticis agitur (nisi forte necessitate vrgente) taliter maturare. Mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritũ, si qd inueneritis post appellationẽ huiusmodi attẽtatũ: in causa iuxta priorũ tenorem litterarũ procedatis.

DE DILATIONIBUS.

¶ *Quia iudicio cœpto solent litigantes inducias petere quandoque ad positiones: quãdoque ad probationes faciendas: ideo, &c. Et aduerte secundũ Gof. quòd licet rub. sit generalis, tamen decre. huius tit. loquuntur de dilationibus quæ dantur ante litem contestã. tantum. Et sic not. quòd rubrum quandoque est generalius nigro.*

De hac materia habetur 3. q. 2. & 3. & 7. q. 2. per totum. Abbas Sicul.

[margin: ¶ Vide l. contumacia. ff. de re iud. & l. tres denunciationes. C. quo & quando iudex.]

D *Ilecti filij.*] Si detur nimis breuis terminus peremptorius vbi non subest necessitas, licite appellat. Et sunt duæ partes. In prima appellantia prosecutio. In secunda ipsius appellationis commissio. Secunda: ibi, *Quia vero.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter abbatẽ & monachos de Hen. ex vna parte, & moniales de Ledeñ. ex altera, super ecclesia de Alten. corã decano & archidiacono Linconiensi à sede Apost. delegatis, q̃stio vertebatur: iudices ꝑdicti ad petitionẽ monialiũ citauerunt monachos & peremptorie, & nimis breuem terminum statuerunt: abbas & monachi timentes se à iudicibus aggrauari, eo q̃ prima vice terminum peremptoriũ & nimis breuem statuerunt, ad sedem Apost. appellauerunt: rescribit Papa iudicibus, dicens: quia non spectat ad iuris ordinem diem peremptorium taliter maturare, & ꝓcipue cum agitur de rebus ecclesiasticis, nisi necessitas immineret. Vnde mandat Papa quatenus si est ita, quicq̃d factum est post illã appellationẽ, totum debeat in irritum reuocari, & iuxta priorũ continentiam literarum in causa procedi. Nota q̃ prima vice peremptorium proponi nõ debet, nisi ex magna causa, & appellatio propter hoc facta valet, vt hic patet.

f ¶ *Nimis breuẽ.*] Sed quẽ terminum dicis nimis breuẽ, cum hic nõ exprimatur quot dierũ terminũ iudices statuerũt? hoc relinquo arbitrio iudicis inspecta qualitate negotij, & locorum distantia. j. de appel. cum sit Romana. ADDITIO. Circa medium. versi. quicunq;. & in Auth. de litig. §. si vero causam. coll. 8.

¶ *Glo. seq. tract. per quæstionem. Nunquid ex causa, &c. soluit quod sic. quod probatur per duo similia. In §. instruit iudicem.*

g ¶ *Peremptorium.*] Quod esse nõ debet, immo trib⁹ edictis vel vno peremp-

¶ Celestinus tertius.

¶ *Induciæ deliberatoriæ denegantur reo, si per litteras citatorias plene potuit instrui, & deliberare super eo de quo quæritur.*

CAP. II.

PRæterea † adiecisti; quòd cum causæ tibi à sede Apostolica delegantur, & in litteris citatoriis rescriptum Apostolicum inseris, vt eo viso deliberare [a] valeat, qui ab altero cõuenitur: & infra. ¶ Quia igitur quid agendum sit in hoc casu, desideras edoceri, taliter respondemus: quòd reo ad iudicium legitime cõuocato, si ex rescripto sibi trãsmisso plene [b] potuit instrui super eo, de quo in iudicio conuenitur, induciæ deliberatoriæ nõ sunt vlterius indulgendæ: sed procedendum potius est ad examinationem causæ, & finem ei debitum imponendum.

¶ Honorius tertius Ferẽtino † episcopo.

¶ *Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui positi in libello, nouæ induciæ deliberatoriæ dandæ non sunt, si per expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa, vel generalitate. h.d.*

CAP. III.

LItteræ tuæ ac petitio presbyteri † sanctarũ Priscæ & Aquilæ de vrbe, nobis exhibitæ continebant; & infra. ¶ Idem presbyter contra nobiles viros A. & G. libellum ecclesiæ suæ nomine obtulit, continentem, quòd pensio de possessionibus soluta non fuerat ipsi ecclesiæ, élapsis iam tribus annis [c] & vltra. Nobilibus vero ipsis petentibus, vt explicaret ipsis spatiũ, quod per hanc adiectionẽ [& vltra] significari volebat: & ipso presbytero exprimẽte, quòd septem annis fuerat in dictæ pensionis solutione cessatum: iidem dicentes libellum esse huiusmodi expressione mutatum, longiores ad deliberandum petierunt inducias: quas quia denegasti eisdẽ, ad nostrã audientiã appellauerũt. ¶ Nos igitur appellationẽ huiusmodi friuolã reputantes, Mãdamus, quatenus ea nequaquam obstante, in negotio ipso ratione

peremptorio qđ continere debet tñ tempus quantum tria edicta. 24. q. 3. de illicita. circa medium. versi. quicunq;. & in Authen. de litig. §. si vero casu. coll. 8. & ff. de re iud. cõtumacia. & ff. de iudi. ad peremptorium. & l. nonnunq̃. vnde quia nimis breuem terminum statuerunt, iusta fuit causa appellandi. ex causa tñ peremptorium istud potest moderari sicut iudex viderit expedire. ff. de iudi. l. nõnunq̃. & s. de offi. deleg. cõsuluit. circa fi. & hic: versi. nisi forte. sicut tẽpus qđ datur cõdẽnatis, arbitrariũ est. j. de re iudi. qđ ad cõsultationem. & ff. de re iud. l. 2. sic & tẽpus appellationis põt moderare iudex. j. de appell. cũ sit Romana. & c. cũ speciali. & q ex causa nimis breuem terminum peremptoriũ statuerit, exprimere debet causam i citatione, vt pars illa causam non habeat appellãdi. s. de i integ. resti. tũ ex litteris. ĩ fine.

PRæterea.] Cõmunis diuisio. Secũda: ibi, Quia. Abbas Siculus.

CASVS. Aliqua causa cõmissa est alicui iudici delegato: ipse citat reum: & in litteris citationis inserit tenorẽ rescripti, vt reus eo viso deliberare valeat super eo, de quo conuenitur: reus in termino ɔstituto, & libello sibi oblato petit inducias ad deliberandum: actor dicit q non est audiendus, quia bene potuit deliberare si voluit in spatio dilationis; quæritur quid iuris sit? Rñdet q si reus ad iudicium vocatus potuit instrui sup eo de quo cõuenitur, ex rescripto sibi cõmisso, induciæ deliberatoriæ non sunt ei vlterius indulgendæ, sed procedere debet iudex in negotio sibi cõmisso. Nota q iudex delegatus tenorem rescripti debet inserere in litteris citationis: & illæ induciæ tunc erũt deliberatoriæ, ita q reo ad terminum veniente recepto libello statim debet rñdere, nec habebit inducias ad deliberandum, si ex rescripto instrui plene potuit. quia non debet certiorari qui certus esse potuit & noluit.

a ¶ *Deliberare valeat.*] simile 3. q. 3. offeratur. & in Authẽ. de litig. §. omnem. colla. 8. Bernard.

¶ *Glo. seq. tractat quomodo littera plene instruat, vt dicit tex. & de dilationibus testium, & quomodo dentur & qualiter.*

b ¶ *Plene potuit.*] quia in litteris continetur quid velit petere, & causa petendi, & qualiter agere velit; & res à parte specificatur. qđ facere debet qui aliquid petit. s. de libel. obla. c. 2. & 3. vbi de hoc. & ff. de rei vendi. si in rem. sed raro cõtingit q p litteras Papę omnia sic specificentur. sic & in criminali debet apponi in litteris citatoriis quicqđ reo obiicitur, vt paratus veniat. 5. q. 2. si Primates. Quidã vero ad cautelam in fine citationis apponũt libellũ actoris, vt sic plene deliberare possit: & si tunc p litteras vel libellũ, plene instrui potuit, non debet alias inducias deliberatorias habere [f], qa potuit plene esse instructus, nisi forte ad q̃rendum aduocatum, & ɔsilia amicorũ. 3. q. 3. de induciis. & ff. quib. ex cau. ma. l. ab hostibus. §. sed qđ simpliciter. sed in hoc casu cum ad libellũ debeat rñdere de ipso facto, non dabuntur induciæ ad q̃rendũ aduocatũ. arg. s. de iudi. c. pastoralis. quia p factũ ipsum de quo agitur debet scire vtrum verum sit qđ ab eo petitur vel non. aliàs enim dilatio semp danda est ei qui vocatur ad iudicium. 3. q. 3. offeras. sed actori dilatio ab initio dari non debet, quia instructus venire potuit. 3. q. 3. spatium. versi. ei aũt. Item dantur dilationes gratia testiũ vel instrumentorum q̃que sm distinctionem illius legis. C. eod. l. 4. & 3. q. 3. §. spatium. dilationes istę hodie videntur arbitrariæ, vt iudex considerata locorũ distantia, & tpis qualitate, inducias ɔcedat. arg. j. de appel. c. cũ sit Romana. c. cũ speciali. vltra mediũ. & j. de re iud. qđ ad cõsultationẽ. nisi forte illis de quibus dr. 3. q. 3. §. spatium. & C. eodem. l. 1. In illis induciis non debet iudex maiorem dilationem dare: sed illas bene potest abbreuiare, vt ex illa litera patet. In pecuniariis causis tñ vna dilatio debet dari, & illa sine causæ cognitione: secunda vel tertia danda non est, nisi causa cognita. ff. eod. l. vlt. & l. oratione. In criminali dantur duæ actori, tres reo. ff. eod. l. vlti. Et dilatio dari debet iudice sedente pro tribunali: & vtraque parte præsente: & causa cognita de plano vel semiplene. 3. q. 3. §. spatium. versic. a iudice. Et data dilatione iudicis officiũ conquiescit donec tempus dilationis effluxerit. C. eod. l. siue pars. & j. de appella. c. significante. Item iudex debet dare dilationem quandoq; ad malitiam rei conuincendam. j. de do. & contu. cap. prout. & cap. cum olim. versi. volentes. Item potest facere gratiam etiam post peremptorium. s. de offic. delega. c. consuluit. vltra medium.

LIttera tuæ.] Per declarationem libelli per quem natura negotii non mutatur, nouæ dilatoriæ non dabuntur. h.d. Ioan. And. Diuiditur. nam in prima ponitur iudicis consultatio, & appellantis petitio. In secunda: ibi, Nos igitur. responsio, & appellationis repulsio. Abbas Siculus.

CASVS. Inter presbyterum sanctarum Priscæ, & Aquilæ de vrbe, & quosdam nobiles A. & G. coram episcopo Ferentino super possessione quarundam possessionum quęstio vertebatur: presbyter nomine ecclesię suę obtulit libellum prædictis nobilibus, continentem, q pensio de possessionibus quibusdam pertinentibus ad ecclesiam suam, ipsi ecclẽsiæ soluta non fuerit iam tribus annis, & vltra: ipsi nobiles petierũt explicari spatium, qđ p hãc dictionẽ [& vltra] significare volebãt: & presbyter expressit, q septem annis elapsis fuerat in solutione prædictæ pensionis cessatum: iidem nobiles dicentes libellum esse per huiusmodi expressionem mutatum, longiores petebant inducias ad deliberandum: & quia iudex hoc denegauit, appellarunt. Papa vero appellationem huiusmodi friuolam reputans, mandat epõ, quatenus ea non obstãte ɔcedat in negotio ipso iuxta priorẽ continentiã litterarum. Not. q pp leuẽ expressionẽ in libello factã non debet quis habere nouas inducias: cũ in prima dilatione deliberare potuit. Itẽ not. q oẽ verbũ dubiũ in libello declarari debet.

¶ *Glossa sequens tractat de emphyteuta ecclesiæ: priuati conductore ad tempus longum, & rei fiscalis. Secundò ostendit, quòd si declaratio aliquid addidisset, vt si peteretur pensio, deliberatoria dari debuisset.*

c ¶ *Tribus annis, & vltra.*] Si quis [3] non soluit pensionem rei ecclesiasticæ in emphyteusim datæ p biennium, cadit à iure suo. 10. q. 2. §. hoc ius porrectum. versic. qui rem huiusmodi. & j. de loca. c. penul. & vlti. hodie vero potest emphyteuta purgare morã, si celeri restitutione sibi prospexit: vt in dictis decret. In re priuati requiritur trienniũ. C. de iure emphy. l. 2. Idem est si colonus cessauerit in solutione pensionis p biennium in re sibi locata. ff. locati. quæro. §. inter locatorem. & hoc cum ad longũ tempus fuit locatio facta. Pro re autem fisci similiter cadit à iure suo. ff. de pub. & vect. l. vectigalia. §. nondum solutis. tñ sine auctoritate principis agri publici reuocari à curatore fisci nõ possunt, qui perpetuo locati sunt. ff. de pub. & vect. cotem ferro. §. agri. Hæc aũt adiectio [& vltra] nisi aliter exprimeretur, ad modicum tempus refertur. ff. de verb. signifi. hæc adiectio. & licet per hanc adiectionem [& vltra] non constet de certa quantitate temporis: [4] nil nocet quantum ad iudicem & reum: quia certi sunt super hoc quod dixit, post triennium. quod tempus sufficit ad condẽnationem: quod patet per iura pdicta. vnde superflue additum fuit [& vltra] & pro nihilo petebatur determinatio illius, quantũ ad rei restitutionẽ: vnde non debuit eis dare tẽpus vlterius ad deliberandũ: quia plene potuit instrui p libellum primũ sine vlla adiectione. s. c. pxi. Si vero pensio tñ subtracta peteretur: quæ diceretur non soluta tribus annis, & vltra, tũc bene peteretur, vt determinaretur illud, vltra: quia quantũ ad illud tempus

¶ Secundũ conditionẽ causæ personarũ & tẽporis. Ioan. And.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 2. compilat.

¶ Aliàs nuo casu.

¶ Aliàs Florentino.

¶ Abbas Ferentino.

¶ Aliàs habebit saltẽ ad deliberãdum super exceptione libelli, immo secundũ Host. hoc oblatio libelli extra iudiciũ facta sufficeat ad denegandas deliberatorias: nõ tñ ad ferendam sententiam secundum Inno. immo esse necesse q libellus iterũ in iudicio offeratur parti. C. de lit. contesta. l. vnica. & Authẽ. offeratur & præsente aduersario. 3. q. 9. charte quia nec datur dilatio à iudice prouidẽte, ad hoc. C. de adulte. inter maritũ. ibi, quib. in publico certa colitas, &c. Ioan. And.

¶ Ecclesia sancti Pauli in vrbe Roma fuit abbas vnus, & huius ecclesiæ deseruiunt. 7. presbyteri Cardinales, quorũ vnus est presbyter Cardinalis sanctæ Priscæ, ergo hic non archipresbyteri legẽdũ. sed presbyteri. tamen archipresbyter legi in omnibus manuscriptis.

[3] Vide tractatum Clari tract. de Emphyteusi q. 8. & seq. & Antonium Gomezium tom. 2. variarum resolut. cap. 3.

[4] Concordat furti & de in. lit. rum. & l. ab hostib. §. sed q simpliciter. & ibi glo. §. ea qui ea. ma.

tempus non potuit deliberare reus, per primum libellum: & ideo facta expressione illius tpis, debet habere inducias ad deliberandum. ff. de testa. hæredes palam. §. quod vero quis. si per primū libellum deliberare non potuisset: sed hoc satis potuit deliberare. 3. q. 3. offeras. de hoc dixi s. de libel. obla. c. pen. & sic patet, q vbi qs plene potest instrui per primum libellum, licet aliquid addatur quod non mutet naturam negotij, non habebit nouas inducias. Ber.

a ¶ *Procedas.*] Et ita qñ appellatio frustratoria est, remittitur ad eum à quo appellauit. j. de appel. cum in ecclesia. & c. vt debitus. & in expensis debet condemnari: vt ibi dicitur.

Exposuit nobis.] Si post citationem ad causam reus pro publica vtilitate vocetur, cie eum ducitur peremptorium, & habebit nouas inducias. Ita cōmuniter summatur. sed ista summatio est nimis generalis. quid enim si causa non est ardua, & reperitur citatus in loco iudicij post expeditionem publicæ vtilitatis: vel fuit vocatus eo tēpore quo iam deliberauerat: vel potuisset iam deliberare si voluisset? Certe teneretur respondere: vt satis innuitur ex ratione literæ. Diuidit quia prima pars narrat factum. secunda: ibi, *Nos igitur*, interloquitur, & prima continet plura, vt in ea patet. Abbas.

Casus. Inter Bituricenses & Burdegalenses archiepiscopos vertebatur quæstio super iure primatiæ: Papa citauit Burdegalensem archiepm vt ad initium quadragesimæ per se vel idoneū rñsalem ad præsentiam suam accederet: quem terminum sibi peremptorium assignauit Bituriceñ. archiepo super iure primatiç rñsurus. postmodum vero dictus Burdegaleñ. pro subsidio Ro. ecclesiæ vocatus ad præsentiam dñi Papç psonaliter accessit: dictus Bituriceñ. in curia constitutus postulauit instanter, vt Papa in negotio primatiæ procederet. Burdegal. ad propria rediens quendam constitutit procuratorem, qui saluis exceptionibus sibi competentibus, in rñdendo & defendēdo oīa faceret, q̄ ipsemet Burdegaleñ. facere posset. Bituriceñ. archieps petiit, vt dictus pcurator rñderet eidem: ille excipiēdo proposuit, se ad hoc non teneri: quia pro alia causa, scilicet, pro publica vtilitate dictus Burdegaleñ. vocatus fuerat qualiter p absente debuit reputari: & priuilegium reuocandi domum haberet: & adhuc non deliberauerat cum suffraganeis suis & aliis, quorum ɔsiliū causa ista requirit: nec habuerat tempus in quo ad vtrumq; negotium potuerit esse paratus; ex aduerso fuit rñsum, q cum ipse prius vocatus fuisset super quæstione præmissa, non fuit intentionis Papæ primum mandatum per posterius reuocare: & tantū tempus habuit, q bene potuit deliberare super vtroq; negotio. dñs Papa de consilio fratrum suorum dilationē adhuc sibi concessit vsq; ad festum Natiuitatis dñi. Not. q qui ad curiam Romanam vocatus est propter publicam vtilitatem eccle. Rom. non tenetur tunc suis aduersariis respondere: licet Papa sit ordinarius omnium, sed habet ius reuocandi domum.

b ¶ *Peremptorium.*] Sic enim iudex propter distantiam viarum ex causa prima vice potest peremptorie citare. s. de in integ. restitu. tum ex litteris. in fi. & s. eo. c. 1. Ber.

c ¶ *Personaliter.*] cum quis personaliter vocatur per Papam, non sufficit mittere procuratorem. s. de maiori. & obe. c. vlt. & j. de do.

præuia procedas[a], iuxta priorum cōtinentiam litterarum.

¶ Grego. ix. Abbati. Aquæviuæ Turonē. diœces. & archid. Turoneñ.

¶ *Si citatus in causa ardua, de longinquo vocatur pro publica vtilitate, etiā ad locum iudicij, ita quòd infra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparendum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperiatur in loco iudicij, sed habebit nouas inducias. hoc dicit notabiliter.*

CAP. IIII.

Exposuit nobis Bituricensis archiepiscopus: & infra. ¶ Burdegalensi archiepiscopo dedimus in mandatis†, vt super iure primatiæ, quam in eo & in prouincia sua dictus Bituricen. archiepiscopus se habere proponit, ad initium proximæ præteritæ quadragesimæ (quod ei terminum peremptorium[b] assignauimus) per se, aut per procuratorem idoneū, se conspectui nostro præsentaret†. Cumque postmodum personaliter[c] vocatus pro ecclesiæ Romanæ subsidio, ad nostram audientiam† accessisset: dictus Bituriceñ. archiepiscopus apud sedem Apostolicam constitutus, postulauit instanter, vt in eodem negotio procedere deberemus. Idem vero Burdegalensis archiepiscopus ad propria rediens, constituit pro se procuratorem in ipso negotio: qui (saluis[d] exceptionibus sibi competentibus, in respondendo, & defendendo, ac aliis) omnia faceret, quæ in propria erat persona facturus. Petente ergo archiepiscopo supra dicto, vt præfatus procurator responderet eidem: ille excipiendo proposuit, se ad hoc non teneri, cum pro alia maiori causa, pro publica scilicet vtilitate[e], dictus Burdegalensis vocatus, pro absente reputari debuerat†, & reuocandi domum priuilegium† habuisset. Nondum etiam super hoc deliberauerat cum suffraganeis[f] suis, & aliis, quorum consilium tam ardua causa requirit: nec tempus[g] habuerat in quo ad vtrumque negotium valuerit (sicut expediret) esse paratus. Sed pars altera econtra respondit, quod cum super quæstione prædicta prius fuerit euocatus, nostræ intentionis non fuerat primum mandatum per posterius reuocare; temporis quoq; spatium habuerat tam prolixum, vt potuisset si voluisset, super causa deliberare prædicta, sicut fecerat cum quibusdam: & commode vtrique negotio imminere[h]: & infra. ¶ Nos igitur de consilio fratrum nostrorum, vsque ad proximum† venturum festū natiuitatis Dominicæ, dilationem adhuc sibi duximus indulgendam[i].

& contra. cum dilecti. arg. sic: cum alicui aliquod negotium personaliter committitur, alij committere non potest. s. de offi. delega. quoniam Apostolica. §. is autem. & s. de rescri. cum dilecta. tamen delegatus nō potest iubere partes coram se personaliter comparere: nisi id in rescripto contineatur: nisi in casibus quos habes j. de iudiciis. [lib. 6.] iuris esse ambiguū. quæ est Innoc. iiij. in concilio Lugduneñ.

¶ *Glos. seq. tractat per quæstionē, an procurator vel simpliciter constitutus domum reuocet, vel declinet forum: & tenet quòd sic: quia &c.*

d ¶ *Saluis exceptionibus.*] & ita protestatio valet. supra de electio. Cumana. vbi de hoc. & s. quod metus cau. perlatū. aliàs si hoc non dixisset, videretur consentire vt responderet aduersario, nec haberet ius reuocandi domum, vt videtur. Sed certe contrarium credo. a si enim simpliciter constituisset illum procuratorem, posset opponere exceptiones domino competentes: immo ad hoc tenetur: exceptio enim quæ cōpetit reo, competit fideiussori. ff. manda. quia de mutua. aliàs est l. idemque. §. generaliter. & si scienter illam omittat, imputatur ei. ff. de excep. omnes exceptiones. & ff. de fideiuss. ex persona. & procurator ad ea omnia intelligitur constitutus, quæ ad causam spectare videntur. arg. s. de offi. deleg. præterea. & c. cū olim 1. & ff. de procura. ad legatū. & l. ad rem mobilem. & ita ad cautelam quandoque talia dicuntur, vtilior tamen est protestatio: vt cum aliquid proponitur protestatur sic, saluo iure meo, vel, saluis alijs exceptionib' mihi competentibus. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. si debitor. §. 1.

e ¶ *Vtilitate.*] Cum enim Burdegal. pro publica tantum vtilitate vocatus fuisset ad illum terminum, non debebat tunc conueniri, immo ius reuocādi domum habebat. in Auth. de san. epi. §. si vero epi. coll. 9. Item pro alia causa iusta ius habet reuocādi domum. s. de fo. comp. c. vlt. vbi de hoc. & plures aliæ causæ sunt ex quibus ius reuocandi domū qs habet. ff. de iud. l. 2. §. legatis. & 5. q. 2. c. 1. & ideo induciç proroganttur huic: vt dicit in fi. aliàs officium suū esset damnosum ei, quod esse non debet. ff. de fur. si seruus cōis. §. quod vero. & ff. quemadmodū testa. aperi. sed & si quis. & ff. quib. ex cau. ma. l. videlicet. & 4. q. 3. §. vēturis. nec debet damnū ɔsequi vnde pmiū meretur. j. de fideiuss. peruenit. & s. de tenū. sane. Ber.

f ¶ *Cum suffraganeis.*] cum quibus, & etiam cum capitulis cathedralium ecclesiarum debet deliberare, cum eorum intersit. s. de ma. & obe. c. vlt.

Additio. Vnde appellantur induciæ ad tractandū super iure primatiæ. vt sequitur. & quia quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari, vel reprobari. s. de off. archidi. ad hoc. Vel dic q ideo dandæ sunt induciæ, scilicet pp causam superuenientē, propter quam nouæ induciæ dandæ sunt. ff. de interroga. actio. de ætate. §. ex causa. aliàs dandæ non sunt, s. eod. c. secundo & tertio.

g ¶ *Nec tempus.*] scilicet sufficiens: ideo ampliantur ei induciæ super hoc, vt sequitur.

h ¶ *Imminere.*] id est, intendere & deliberare. sic exponitur. ff. dist. consequens.

i ¶ *Indulgendam.*] scilicet suffraganeorum nomine: & ita intelligitur. s. de resti. in integ. coram. in fi.

¶ Vide de actione. §. Labeo cum glo. ff. pro so. & l. 3. in fin. cū. glos. ff. solu. ma.

¶ quasi dicat, ideo amitti debet iura sua.

¶ Aliàs, primum.

Dixit Vin. q valet in hoc q confessio facta praemissa exceptione dilatoria non valet ff. mã. delegatur.

¶ Hç tres glossulæ nō sunt Bernardi, nec habentur in vetustis exēplaribus.

¶ viso

DE FERIIS.

¶ *Viso supra de dilationibus, quæ dantur à iudice: videndum est de dilationibus, quæ dantur à iure: ideo, &c. ita continuat Gof. & alij. Vel dic, quod feriæ largo modo sunt dilationes: ideo &c.*

De ferijs causarum & alijs colendis, habetur 15. q. 4. & de conse. distinct. 3. cap. 1.

De ferijs autem nuptiarum, habetur 33. q. 4. Abb.

TITVLVS IX.

De ferijs.

¶ Ex† concilio apud Compendium.

¶ *Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non debet: sed de vespera in vesperam debent celebrari.*

CAP. I.

OMnes dies Dominicos[a] à vespera in vesperam, cũ omni veneratione decernim⁹ obseruari, & ab omni illicito opere abstinere: vt in eis mercatum minime fiat, neque placitum: neq; aliquis ad mortem[b] vel ad pœnam iudicetur: nec sacramẽta (nisi[c] pro pace, vel alia necessitate[d]) præstentur.

¶ Alexander tertius.

¶ *Festorum principium & finis fieri debet secundum ipsorum magnitudinẽ, & consuetudinem regionis. hoc primo. In præcipuis festis, & intra Pascha & Pentecosten, non fit solemnis genuũ flexio. Si tamẽ tũc clerici, vel episcopi ordinentur, secundum ordinationis modũ genua flectuntur. hoc secundo. Romana ecclesia speciale festum de Trinitate nõ facit: seruatur tamen de hoc cuiusque ecclesiæ consuetudo. hoc tertio.*

CAP. II.

QVoniam† in parte: & infra. ¶ Licet scriptum[e]† sit, de vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra: festorum tamen principium & finis, iuxta eorum qualitatem, & diuersarum regionũ consuetudinem debet attendi: & sicut magnitudo dierum exigit, prius[f] incipere & tardius terminari: & infra. ¶ Diebus autẽ Dominicis, & alijs præcipuis[g] festiuitatibus, siue inter Pascha & Pentecosten, genuũ† flexio nequaquam debet fieri: nisi aliquis ex deuotione id velit facere in secreto[h]. ¶ In consecrationibus† autem episcoporum, & clericorum ordinationibus, consecrans & consecratus tantum, genua flectere possunt: secundum quod consecrationis modus requirit. ¶ Præterea festiuitas sanctæ Trinitatis secundum consuetudines[i] diuersarum regionum à quibusdam consueuit in octauis[k] Pẽtecostes, ab alijs in Dominica prima, ante aduentum Domini celebrari. Ecclesia[l] siquidem Romana in vsu non habet, quòd† in aliquo tẽpore huiusmodi celebret specialiter festiuitatem: cum singulis diebus Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, & cætera similia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis.

¶ Idem Tribarien. archiepiscopo†.

¶ *Propter necessitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem Dei operi seruili intendere: maxime circa rem tempore perituram. hoc dicit.*

CAP. III.

LIcet† tam veteris, quàm noui testamenti pagina, septimum diem[m] ad humanam quietem specialiter deputauerit: & tam eũ quàm alios dies maiestati[n] altissimæ deputatos: necnon natalitia sanctorum martyrum[o] ecclesia decreuerit obseruanda: & in his ab omni opere seruili cessandum: & infra. ¶ Indulgemus vt liceat parochianis vestris, diebus Dominicis, & alijs festis

---

Casvs. Dicitur hic, quòd omnes dies Dominici sunt à vespera in vesperam feriandi, & ab omni opere seruili obseruandi: nec in eis mercatũ, vel placitũ fieri debet: nec aliquis ad mortem, vel ad pœnã sanguinis iudicari: nec sacramenta præstari debent, nisi pro pace vel magna necessitate. Not. quòd omnes dies Dominici sunt feriãdi. Item iudiciũ mortis vel sanguinis die Dominico exercerι nõ debet. Itẽ multa in necessitate licet, quæ aliàs nõ liceret.

a ¶ *Omnes dies Dominicos.*] Sic j. eo. c. vlti. & C. eo. tit. omnes. quod dicit de vespera sabbati, non seruatur quantũ ad causas. Immo potest iudex procedere vsq; ad illã horã, qua possit perficere qđ incumbit ante noctis tenebras. j. de of. delega. consuluit. Sed quantum ad celebrationẽ officiorũ hoc dicitur. j. c. proxi.

b ¶ *Ad mortem.*] maxime quia nec aliqua causa tunc tractari debet, nisi pietas hoc suadeat. j. eod. c. vlt.

c ¶ *Nisi pro pace.*] Pro pace quidẽ omni die iurari potest, cum sit opus pietatis. 22. q. 1. omne quod. arg. j. eo. c. fina.

d ¶ *Necessitate.*] puta pro fide, pro obedientia, pro fama. s. de ele. significasti. vbi de hoc.

Additio. Et isti casus cum quibusdã alijs patent in his versibus:

Pax & fama, fides reuerentia, cautio damni.
Defectus veri, sibi possunt magna caueri.

QVoniam.] Tria sunt dicta: sm: ibi, *Diebus*. tertiũm: ibi, *Præterea*. Abb. Siculus.

Casvs. Primo dr̃ quòd in festis celebrandis, dierũ magnitudo & regionis cõsuetudo attẽdi debet. Scđo dr̃, quòd dñicis diebus & alijs præcipuis festiuitatibus, & à Pascha vsq; ad Pẽtecostẽ nullus debet flectere genua: nisi ex deuotione velit in secreto. Tertio dr̃, quòd in cõsecrationibus episcoporum, & ordinationibus clericorum, consecrans & consecratus tantũ genua flectere debent. Quarto dr̃ quòd festum sanctæ Trinitatis secundum diuersarum regionum consuetudines, diuersis temporibus anni celebratur: ecclesia siquidem Romana festũ sanctæ Trinitatis aliquo tpe specialiter nõ celebrat, cũ singulis diebus Gloria patri, &c. & similia dicãtur ad laudẽ Trinitatis. Not. quòd consuetudo regionũ in festis celebrandis debet attẽdi. Item consuetudo Ro. ecc. non est semper in omnibus seruanda.

e ¶ *Scriptum sit.*] Ergo ita seruandum est. 6. quæstio. 3. scriptum est. ff. qui & à quib. ma. prospexit.

¶ *Glo. seq. ponit, 5. diuersos modos, quibus dies incipitur & finitur.*

f ¶ *Prius incipere.*] Dies incipit & terminatur diuersis horis diuerso respectu: incipit in vesperis quantum ad officij celebrationem, vt hic, & canonicam computationem à fictione iuris. 75. dist. quod à patribus. quo ad iudiciũ incipit in mane, & terminatur in fine diei, ante noctis tenebras. j. de offi. dele. consuluit. & in Auth. de iudi. §. sedebunt. coll. 6. quo ad contractus media nocte terminatur & incipit: vt in decre. cõsuluit. & ff. eod. titu. more. quo ad esum carnium post cœnam. de conse. dist. 3. de esu. quantũ ad obseruationem treugæ in ortu solis. j. de treu. & pa. c. 1. & secundum consuetudinem locorũ consideratur hoc. 76. dist. in vtinam.

g ¶ *Præcipuis.*] Quæ enumerantur de cõsec. dist. 3. c. 1. & j. eo. c. vlt.

¶ *Glo. se. signat cõtrariũ.*

h ¶ *In secreto.*] Arg. j. 30. dist. c. vlt. & 76. dist. scire. sed illa cõtraria intelliguntur cũ determinatione ultius.

i ¶ *Cõsuetudines.*] Simile 12. dist. illud. & c. illa & 76. dist. vtinam. & j. de sepulturis. certificari. & sic consuetudo cuiuslibet loci seruabitur.

¶ *Glo. seq. cum seq. duo contraria signat.*

k ¶ *In octauis.*] Argu. j. eod. capellanus. vbi dicitur quòd Pentecostes caret octauis.

l ¶ *Ecclesia siquidem Romana.*] Et sic est arg. quòd cõsuetudo Romanæ ecclesiæ nõ est ab alijs obseruanda. arg. 11. dist. quis nesciat. arg. contra. 12. dist. nouit. & c. non decet. Bernar.

LIcet tã veteris.] Propter necessitatẽ diebus festis piscari licet; seu licet intendere rei tempore perituræ. Et Primo ponit diuinum præceptum. Secundo pp necessitatẽ dat indulgentiam contra illud, cum determinatione: ibi, *Indulgemus*. Abb.

Casvs. Dicitur hic, quòd licet tam in veteri quàm in nouo testamẽto, septima dies data fuit ad requiem, & ecclesia festa sanctorum martyrũ decreuit obseruanda: indulget tamen dominus Papa quibusdam piscatoribus, quòd diebus Dominicis & alijs festis minoribus, ingruẽte necessitate possint capturæ piscium intendere: ita quòd de captura illa ecclesijs circumpositis, & pauperibus congruam faciat portionem. Not. quòd dies Dominicus deputatus est ad requiem. Item necessitas facit licitum quod aliàs est illicitum.

m ¶ *Septimum diem.*] Vetus testamentum ad litteram præcipiebat sabbatum custodiri. Nouum vero spiritualiter illud seruat, primam diem pro septimana celebrando, sicut enim carnalia sacramenta ad litteram seruare non possumus: ita nec sabbatum ad littera licet seruare. de conse. dist. 3. peruenit ad me.

n ¶ *Maiestati.*] j. eod. c. fi. & C. eod. omnes dies.

o ¶ *Martyrum.*] j. eod. c. fi. & de conse. dist. 3. c. 1.

Burchar. lib. 2. decret. cap. 81. hoc par. 4. cap. 16. & cap. 1. eo. tit. in prima compilatione. Et pro intelligentia huius tituli de feriis vide Cn. ... lib. 4 varia. resolut. cap. 19. vide etiã notas huius cap.

Gene. 2. Exo. 16. & 20. Leui. 23. Nom. 28. Deute. 5.

Cap. 1. eo. tit. in 1. cõpilatione.

a Quia quo ad ordinationem vespere ... dies.

Centum Rectiones quando & qualiter sit ... vide Burchard. lib. ...

Alias, consecrationes.

Et sic ... Alias, vt.

In plerisque antiquis codicibus, episcopo, legitur, non archiepiscopo.

Cap. 1. eo. tit. in 1. compilatione. ... vide Arnaldus Arbernaus in Rub. de feriis ... lib. 4. varia. resolut. cap. ... addit notas huius capi. ...

Verbum, celebrando, deest in vetustis codicibus.

a ¶ *Maioribus.*

a ¶ *Maioribus.*] Vt puta natiuitatis Domini, diei Epiphaniarum, Paschatis, Ascensionis Domini, & Pentecostes.

b ¶ *Alecia.*]Genus piscis est, & raro & certis dieb⁹ apparet. ideoq; propter necessitatem facilios indulgetur Dominicis diebus, vt captioni intendant. sic enim propter necessitatem, vel pietatem potest eodē die iudicium exerceri. j. eo. c. vlt. & ff. eo. tit. l. solet. & l. penulti.

c ¶ *Ecclesijs circumpositis.*] Quibus propter eandem necessitatē, cōgruā faciant portionē, & præcipue illis i quarum territorio captio facta est: quia quasi decimæ prædiales esse censentur: vnde saltem pro decima parte eis soluāt. j. de dec. ad Apostolicę.

CApellanus.]Cōis diuisio. secunda: ibi, *Quia ergo.* Abb. Sicul.

CASVS. In canonib⁹ dī, q̄ nuptiæ celebrari non debent in tribus hebdomadis ante festū beati Ioannis Baptistæ. Quidam dicebant septimanas illas sine aliqua interpellatione continuandas ipsi festo. Alii volunt facere interuallum inter ipsum festū, & illas hebdomadas: & ob reuerētiam festiuitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ festiuitas Pentecostes solet in septimanis ipsis interuenire q̄nq; : & sic à trib⁹ diebus Rogationū, ante Ascensionem Dñi vsq; ad octauū diē post Pentecosten, computatis illis septimanis illo tm̄ tēporis spatio nuptias celebrari non p̄mittunt: postea vero nullatenus nuptias impediunt celebrari: quæsiuit quidam ep̄s per capellanū suū, quæ istarum opinionū melior esset. Rūdet Papa, q̄ consuetudo est Ro. ecclesię, vt quocūq; tempore matrimonium ɔ̄hatur, per consensum legitimū de præsenti: tñ à Septuagesima vsq; ad vij. diem post Pentecosten nuptiæ celebrari non siniuntur: & postea sine differētia celebrantur: siue sint tres septimanæ vel plures ante festū beati Ioannis: & ideo posterior sententia meliori & subtiliori ratione iuuatur: & siue secundum canones à Septuagesima vsq; ad octauam Paschę, siue post vij. diē festi Pentecostes nuptiæ suspēdātur in Dominica quæ sequitur, & deinceps licite celebrantur. Not. q̄ illa sententia semper debet obseruari, quæ meliori ratione & subtiliori iuuatur. Item consuetudo Romanæ ecclesiæ debet seruari.

(præterquam in maioribus [a] anni solemnitatibus) si alecia [b] terræ se inclinauerint, eorum captioni, ingruente necessitate intendere: ita quód post factā capturam, ecclesijs circumpositis [c], & Christi pauperibus, congruam faciant portionem.

¶ Clemens iij. alias Celestinus.

¶ *Tres septimanæ, quibus canon prohibet fieri nuptias, ante festum Ioannis Baptistæ, non continuātur festo: sed intelligitur de septimana Ascēsionis cum duabus sequentibus.*

CAP. IIII.

CApellanus † tuus (frater episcope) coram nobis ex parte tua proposuit, quód cum statuta [d] canonica declarent, nuptias tribus septimanis † ante festum natiuitatis † beati Ioannis Baptistæ minime celebrari debere: quidam hebdomadas illas, absque interpellatione continuandas [e] intelligunt. Alij [f] vero inter festum & ipsas volētes facere interuallū, illud dicunt ob reuerētiam festiuitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ in septimanis istis solet interuenire quandoque: & sic à tribus diebus rogationū ante Ascensionem Domini inchoantes, vsque ad octauum diem post Pentecosten (illis hebdomadis computatis) illo tantum spatio temporis celebrari nuptias † non permittūt, earum celebrationem ab inde nullatenus inhibentes. § Quia ergo consulti fuimus, vtra istarum opinionum potior videatur: nobis & fratribus nostris apparuit, quód licet ea sit Romanæ ecclesiæ consuetudo, vt quocunque [g] tempore matrimoniū contraharur †, consensu [h] interueniente legitimo de præsenti: quia tamen a Septuagesima vsque ad septem † dies post Pentecosten celebrari nuptiæ non siniuntur, & postea etiam tribus septimanis vel pluribus, ante festiuitatem sancti Ioannis, sine differentia celebrantur: posterior sententia meliori & subtiliori [i] nititur ratione: & siue secundum canones à Septuagesima vsque post octauas Paschę: siue iuxta consuetudinem ecclesię Romanę vsque post † septem dies festi Pentecostes (quod caret octauis) nuptię suspendātur: in Dominica quæ sequitur, & deinceps possunt licite celebrari.

¶ Gregorius nonus.

§ *In ferijs introductis in honorem Dei & sanctorum, nisi ob necessitatem vel pietatem iudicium exerceri non potest etiam de consensu partium. ferijs tamē introductis fauore hominum, partes renunciare possunt.*

CAP. V.

COnquestus est nobis: & infra. § Quamuis nō prorogari [k], sed expediri deceat † quæstiones: debet tamen iudicialis strepitus diebus cōquiescere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noscūtur esse statuti: scilicet † natalis Domini, sancti Stephani, Ioannis Euāgelistæ, Innocentium, sancti Syluestri, Circuncisionis, Epiphaniæ, septem diebus Dominicæ Passionis, Resurrectionis cū septem sequentibus, Ascēsionis, Pentecostes cum duobus † qui sequū tur, natiuitatis Ioannis Baptistæ, festiuitatum omnium Virginis gloriosæ, duodecim Apostolorum, & præcipue Petri & Pauli, beati Laurentij, dedicationis beati Michaelis, solemnitatis omnium Sanctorum, ac diebus Dominicis, cęterisque solemnitatibus, quas singuli episcopi in suis diœcesibus cum clero & populo duxerint solemniter venerandas: quibus [l] vtique solemnibus fe-

coniungantur) prohibentur. simile j. de matrimo. contracto cōtra interdictum ecclesiæ. c. 1. & secundum hoc intelligitur 33. q. 4. nō oportet 1. & 2. & c. seq.

ADDITIO. vnde versus: *Ecclesiæ vetitum nec non tēpus feriatum, Impediunt fieri: permittunt facta teneri.*

h ¶ *Consensu legitimo.*] s. mutuo: quia solus cōsensus facit matrimonium. 27. q. 2. sufficiat. & j. de sponsalibus. c. si inter virum & vxorē.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*

i ¶ *Subtiliori.*] Subtilitas hic commendatur: sed alibi non excusat errantes in fide. 24. q. 1. schisma. Alibi etiā subtilitas perniciosa est. C. ad Trebel. sancimus. & j. de iud. dilecti. & cap. examinata. nec de apicibus iuris est disputandum. ff. man. si fideiussor. §. quædam.

COnquestus.] Diuiditur: quia duo cōtinet dicta. secundum: ibi, *Licet diebus.* Abbas.

CASVS. Quæsitū fuit qui essent illi dies quibus ob reuerentiā Dei iudiciorū strepitus cōquiescere debet: & vtrū partes renonciare valeant ferijs illorum dierum? Rūdet Papa, q̄ licet non prorogari, sed expediri debeant quęstiones: tñ diebus illis qui ob reuerentiā Dei statuti sunt, iudiciorum strepitus conquiescere debet. & enumerantur hic dies illi: & illis vtique diebus solemnibus vsque adeo ab huiusmodi conuenit abstinere, vt etiam partibus consentientibus, nec processus tunc habitus, nec sententia diebus illis promulgata valeat, nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat; illis autem ferijs, quæ gratia messiū vel vindemiarum introductæ sunt, possunt partes renūciare, vt tunc iudicialis p̄cessus & sententia valeat. Not. q̄ ferijs introductis ob reuerentiam Dei, nullus potest renūciare, nisi necessitas vel pietas aliud inducat. Itē necessitas vel pietas nō est sub lege. Itē alijs ferijs potest renunciari.

k ¶ *Non prorogari.*] j. de do. & contu. finem. & c. venerabilis. & C. de iud. properādum. circa princ. & boni prætoris est lites diminuere. ff. si cer. petatur. quidam. & j. de re iud. iurgantium. nec permittere debet prætor partes ad arma vel rixā venire, quas potest sua iurisdictione compescere. ff. de vsufruct. l. si cuius. §. æquissimum.

d ¶ *Statuta canonica.*] 33. q. 4. non oportet 2.

e ¶ *Continuandas.*] Ipsi festo beati Ioannis.

f ¶ *Alij vero.*] In his vero quę ad solemnitatē spectant, diuersa tenere non est peccatū: quia vnaquæq; prouincia abundat in suo sensu. 76. dist. vtinā. & 12. dist. illud. & nulla. & j. de sepul. certificari. 35. distinct. nouit.

g ¶ *Quocunque tempore.*] Et ita quolibet tempore potest matrimonium ɔ̄hi: sed nuptiarum solēnitas tantū his diebus (nē carnaliter

¶ *Glo. seq. tractat de triplici feria solemni, subdens quod feria introducta fauore hominum renunciari possunt: & ex causa eo tempore procedi.*

l ¶ *Quibus vtique solemnibus ferijs.*] Not. quód feriæ dierum præcedentium introductæ sunt ob reuerentiam Dei, vt hic dicit in prin. & C. eod. tit. omnes dies. & l. dies festos. & solemnes feriæ appellātur. Aliæ etiam feriæ dicuntur solemnes ob reuerentiam principis & honorem: vt dies natiuitatis suę: vel dies principij de imperio. C. eo. omnes. Item & aliæ feriæ dicūtur solemnes, vt tempus messium,

¹ Sequitur quā messis & vindemiarum tempore iura dicere. hoc quæ tēpore, vel ciorum pertinere sunt. Io. And.

² Cap. 4. eo. tit. in 2. compilat. & vide Burchardū lib. 9. decret. cap. 11.

³ In omnibus manuscriptis legitur, hebdomades.

⁴ Ver. natiuitatis, deest in antiquis, iam in codice Barbatus ita legitur hæc periodus: nuptias tribus hebdomadis ante festiuitatē Beati Ioannis Baptistæ, minime &c.

⁵ Vide cōcilium Tridenti sessio. 24. in doctrina de sacramento matrimonij, cano. 11. & eod. sessio. de reformat. matr. c. 10. concil. Laodicen. c. 52.

⁶ De hac re vide quid postea concilium Tridentinum sess. 24. in decreto de reformatione matrimonij, c. 1.

⁷ Alias ad septimum diem.

⁸ Concor. tex. in l. 1. §. huius. ff. de iust. & iure.

⁹ Alias post septimum diem.

¹⁰ Alias, debeant.

¹¹ Pro intelligentia, & de veritate huius textus aduersus hæreticos vide Thomam Valdensem lib. 1. c. 141. de sacramētalib. adde Arnaldum Albertinū in Rub. de hæret. lib. 6. q. 12. §. quintus et tot nu. 13. & seq & Conarruuiam lib. 4. c. 19. variar. resolut. adde notas nostras in hoc cap.

¹² Alias sunt cum duobus diebus, qui subsequuntur.

ſtrim, & tempus vindemiarũ, de quibus hic inferius ſequitur. & ff. eod. tit. l. 1. & iſtæ feriæ inducuntur ad requiem laboris, vt quieſcant tunc homines à cauſis: & iſtæ feriæ inducuntur varijs temporibus ſm̃ diuerſitatem locorũ: quia quidã tardius colligunt meſſes ſiue vendemiã: quidã citius. ff. eo. l. præſides. Ferijs introductis ob reuerentiam Dei partes renunciare nõ poſſunt, vt hic dicit expreſſe: alijs autem ferijs introductis ob fauorem hominũ, bene poſſunt partes renunciare, vt hic in fi. compelli tñ nõ poſſunt niſi in caſibus. ſ. de iudi. ſignificauerũt. & ff. eod. l. 1. §. vlt. & l. ſeq. aliàs non valet ſententia: vt ff. eod. l. 1. & iſtę feriæ omnes continuæ ſunt, & computantur in anno vel biennio appellationis proſequẽdæ: & quolibet die feriato poteſt quis appellare, ſed non proſequi appellationem. C. eod. l. 1. tẽpore meſſium vel vindemiarum nẽq; cõpelluntur aliqui ad iudiciũ venire. ſ. de iudi. c. vlt. ſaltem vt litem conteſtẽtur: puta, ſi actio vel res ſit tẽpore peritura, puta, actio furti, iniurię damni, & aliæ, vt ſ. de iudi. ſignificauerunt. & ff. eod. tit. l. fi. §. ſed excipiuntur. & l. 2. & 3. Ea vero quæ pertinent ad pacem vel concordiam, quolibet die feriato poſſunt expediri. C. eod. l. vlt. puta, tranſactiones, pacta: vt ibi.

riis (niſi neceſſitas[a] vrgeat, vel pietas[b] ſuadeat) vſque adeo conuenit ab huiuſmodi abſtinere, vt conſentientibus etiam partibus nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, quam cõtingit diebus huiuſmodi promulgari. ¶ Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum vel meſſium ob neceſſitates hominum indulgentur, procedi valeat, ſi de partium proceſſerit voluntate.

TITVLVS X.

De ordine cognitionum.

¶ Clemens iij. Alatrino † epiſcopo.

¶ Contra mulierem vendicantem aliquem in maritum, admittitur exceptio conſanguinitatis: quæ prius diſcutienda eſt, quàm ſuper matrimonio pronuncietur; & ſufficit ſuper ipſo principali pronunciare. hoc dicit.

CAP. I.

INtelleximus † quòd cum quędam mulier, peteret quendam in virum, teſtes ad ſuæ intentionis aſſertionem induxit: per quos pars viri futurum ſibi præiudicium metuens, exceptionem conſanguinitatis obiecit, ex qua intendit, petitionem mulieris elidi: & infra. ¶ Inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum, quòd cum exceptione probata, quæſtio principalis perimatur, ante eſt cognoſcendum[c] de ipſa, quàm ad diffinitionis articulum procedatur: quo facto, virum ab impetitione mulieris (prout expoſcit ratio iuris) abſoluas.

a ¶ *Neceſſitas.*] puta ſi eſſet res tempore peritura. exempla plura habes ff. eodem. l. 1. 2. & 3. & vbi res celeritatem deſiderat. ff. de damno infect. l. 1.

b ¶ *Pietas.*] puta cauſa debiliũ vel miſerabilium perſonarũ: quia in operibus miſericordię dierum diſtinctio non eſt habenda. argumenta 76. diſtin. vtinam. & de conſecratione, diſtinctione 5. nunquam. & ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. ff. de relig. ſumt. perſonæ. in fine. Bernardus.

Vnde verſus. *Hæ faciũt cauſas feſtis tractare diebus:*
Pax, ſcelus admiſſum, manumiſsio, res peritura:
Terminus expirans, mora teſtis abeſſe volentis.
Cumque poteſtatis patria vos filius exit.

DE ORDINE COGNITIONVM.

¶ Quia lite conteſtata, præſtito iuramento, datis dilationibus ab homine & a iure ſolent reis ſuas quæſtiones proponere; de quibus quo ordine ſit cognoſcendum, poſſet merito dubitari: ideo, &c.

De hac materia habetur 2. q. 2. & 3. q. 2. & q. 1. Abb. Sicul.

¶ *Intelleximus.*] De peremptoria exceptione ante ſententiam iudex cognoſcit: ſed ſufficit ſuper principali pronunciare. Continuatis diuiſio. ſecũda: ibi, *Inquiſitioni.* Abbas.

Sed si palliũ ſpedior, ille tenet mihi ad intereſſe. ff. qb. ex cau. ſpoſ. eaſ. l. pe. Et hoc ſi ſoluendũ fuerit, alias intelligor poſſidere. ff. de eo per quem factũ erit. l. vlt. 1. rũ. & ff. de dolo. & eleganter. §. ſi dolo.

¶ *Gl. ſeq. habet quatuor part. prima ro. p q. an p lapſum anni ipſo iure an per ſententiam quis fiat poſſeſſor: & quod ipſo iure alle. duo iura & duo ſimilia. In contrarium allegat decre. & l. cui ſtatim reſpondet. Demum ſoluit diſtinguendo reales a perſonalibus. Secundo quaerit quod de ſpiritualibus, vt ſi petatur eccleſia. Reſpondet diſtinguendo. Tertio tractat an miſſus in poſſeſſionem vtatur fructibus, & dicit quod ſic poſt ſecundum decretum: poſt primum non: excipit tres caſus. Quarto quaerit an miſſus in poſſeſſionem, &c. ſoluit quod ſecundum canones, & 1. alio, per ſecundum ll. in reali.*

ctus vſq; ad litem conte. poſtea ſup proprietate audietur, ſi poſtea agere voluerit q poſſeſſioné amiſit. Et q ex primo decreto nõ vtaẽ fructibus, probatur ff. qui. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. in princ. ſed poſt ſm decretũ vtiẽ fructibus. ff. vt in poſ. le. is cui. §. qui legatorũ. in fin. ſecus tñ eſt in petitione hæreditatis: vbi quis propter tumiam contumaciam conſequitur fructus. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. vltim. Similiter cũ venter mittitur in poſſeſſioné, vtitus fructibus. ff. de ven're in poſ. mitten. l. 1. §. t. & ff. ſi mulier. ven. no. in poſſ. calum. cauſa eſſe de. l. 1. §. intereſſe. Similiter cũ impubes et Carboniano edicto mittitur in poſſeſſioné. ff. de Carb. edic. ſed ſi is. §. 2. Itẽ qd dices ſi miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, eiciatur, an poſſit petere reſtitutionem? ¶ Videtur quòd non, præcipue ſecundum iura canonica, cum non poſſideat, ſed tantum cuſtodiam habeat: vt ſupra dictum eſt: quia non ſufficit pbare deiectionem: niſi probet poſſeſſionem: vt ſupra de offic. deleg. conſultationibus. & ſupra de teſtiu. ſpol. olim. vnde non poſſet agere vti poſſidetis. ff. vti poſ. ſi duo. §. creditores. Sed dicas q poteſt petere reſtitutioné cõditionaliter ex illa. l. C. de ꝑto. pig. l. vlt. ſm illos qui dicũt q ſtatim eſt verus poſſeſſor, ſaltẽ in actione reali, q a non vr quæſtio, cũ habeat veram poſſeſſioné, licet commutabilem.

constituatur [a] elapso anno, possessor.

¶ Gregorius ix. archiepõ Burdegal.

¶ *Si reus non inuenitur, sufficit publice citationem ad ecclesiam suam proponi.*

CAP. X.

VEnerabilis frater noster: & infra. ¶ Volentes finem [b] imponi litibus, ne immortales existant: Mandamus, quatenus ad initium proxime [c] venturę quadragesimę, (quod tibi peremptorium terminum duximus assignandum) super iure Primatię, quod Bituricen. archiepiscopus, in te ac in prouincia tua se habere proponit, per te vel per procuratorem [d] idoneum sufficiẽter [e] instructum, ad litem contestandam, & ad alia omnia negotia [f] peragẽda, quę necessaria decisioni negotij videbuntur, nostro te conspectui repręsentes. ¶ Nos vero nihilominus archidiacono Transuigen. & magistro M. canonico Turonen. dedimus in mandatis, vt & ipsi ad eundem terminum, auctoritate nostra, iuxta præmissam formam, te peremptorie citare procurent: & si non poteris inueniri, faciant vt citationis edictum, per ipsos, vel alios [g],

a ¶ *Constituatur.*] Non determinatur hic an ipso iure per lapsum anni constituatur verus possessor, an per sententiã iudicis [1]: & vr expressũ, q ipso iure anno elapso sit verus possessor. ꝫ. de offi. or. pastoralis. ver. verumtñ. & j. tit. prox. c. 1. & est simile: quia transcursus anni priuat aliquẽ stipendio suo, si tanto tpe steterit excõicatus. 11. q. 3. rursus. & transcursus anni constituit aliquem [2] hæreticum. j. de hęre. excommunicamus. §. qui autẽ. Sed ꝫ vr, quia post annũ impetratur ſm decre. j. tit. pxi. c. 1. & ff. de dam. insec. si finita. §. Iulianus. Sed illud loquitur in psonali actione. Ad hoc dicas, q in realibus actionibus non habet locum ſm decretum, nec est necesse, sed solũ transcursus anni facit aliquem possessorẽ: vt in decre. pastoralis. nisi quis ad cautelam [3] impetret illud: sed in psonalib' actionibus necesse habet impetrare ſm decretũ: quia alias intelligitur non possidere. j. de proba. ex litteris. & sic non præscriberet. Sed hoc non obtineret vniformiter in omnibus: quia in causa noxali, & in causa damni infecti ſm decretum constituit aliquem dñm si reus erat dñs: sed si non erat dñs, constituit verũ possessorẽ: & dat ei causam pręscribendi siue vsucapiendi. ff. de dam. insec. si finita. §. Iulianus. & ff. de acqui. pos. possideri. in fi. & ff. de noxa. & generaliter. sed in alijs personalibus ſm decretũ constituit aliquẽ possessorem: vt ꝫ. vt lit. non contest. qm. in fin. ſm intellectũ quem posuit ibi Io. in hoc scilicet, vt exoneretur ab onere probandi debitũ: sed nõ pręscribit: quia qñcũq; dñs offert debitũ, restituetur ei res sua: nisi distracta sit auctoritate iudicis: vt C. de distract. pig. si priusquam. Alium intellectũ diximus ibi. Sed nunquid idem iuris est in spiritualibus causis (vt si petatur ecclesia vel præbenda ab aliquo, & reus intra annũ non compareat) vt post annũ actor verus sit possessor, & sic pręscribat ecclesiam vel præbendã, cũ actor nunquã institutus fuerit forte in ecclesia? Dico q si petatur ecclesia tamquã proprietas, vel aliud spirituale elapso anno verus est possessor, & præscribere potest. j. tit. proxi. c. 1. si vero petatur ecclesia tamquam beneficiũ siue præbenda, non habet ibi locum præscriptio: quia titulus non præscribitur: sola enim possessio non facit aliquem decurionem, sed canonica electio. ff. de decu. Herennius. arg. j. de insti. ex frequẽtibus. [4] Qui enim dicit se pręlatũ ecclesiæ vel canonicũ, non prodest probare præscriptionem, nisi ostẽdas titulũ siue libellũ suæ ordinationis. 2. q. 1. legũ. & j. de præb. dilecto. & ꝫ. de procu. ex insinuatione. nec obstat j. de iure pat. cura. quia præscribitur ibi ecclesia tamquã proprietas, vt dixi, non tamquam prælatura: nũquã enim ſm iura canonica per ſm decre. datur ius præscribẽdi, nisi adsit bona fides, vt j. de præscr. vigilanti. & c. si. sed cũ aliquis mittitur in possessionem beneficij, qui nullum titulũ habet, nunq̃ potest habere bonã fidem: & ideo nõ pręscribit: quia in huiusmodi spiritualibus bona fides & iustus titulus requiritur. j. de pscri. si diligenti. Quid ergo operaẽ ſm decr. in hmõi spũalibus? Forte vt possit vti fructibus, & vt possit pręscribere ꝫ omnem agentem, si haberet bonã fidẽ, & aliquẽ titulũ: non tñ pscribit ius platoræ vel pbendæ, sed pscribit ꝫ agentẽ tñ. Hodie vero ille qui agit ꝫ alium possessorem super dignitate, personatu, vel beneficio ecclesiastico obtinendo, non debet mitti in possessionem causa rei seruandæ pp contumaciam partis aduersæ: ne per hoc ad eam ingressus pateat vitiosis: sed in eo casu lite non contest. liceat iudici negotiũ terminare. vt in cõcilio Lugdunẽ. de eo qui mit. in posses. causa rei seru. ca. eũ q. [lib. 6.] Et illud scias, quia missus in possessionem ex primo decreto, nõ vtitur fructibus, immo eos conseruare debet, vt ipse restituat eos cũ ipsa re, si infra annũ reus recuperat possessionẽ. j. de sequestra. c. 2. si nõ recuperat rem suã infra annũ in actione reali, habebit oẽs fru-

V ¶ *Venerabilis.*] Diuidit. nã primo ponit duplicem citandi formã. Primam quam facit iudex per litteras. Secundam, quam cõmittit alteri faciendam. Et de facto huius decret. habetur in c. fin. de ma. & obe. & latius in c. fi. de dilationibus. Abbas Siculus.

Casus. Inter archiepm Bituricen. & archiepiscopũ Burdegalen. quæstio vertebatur de iure Primatiæ: ad petitionem Bituricen. mãdauit Papa Burdegal. vt ad initium primę quadragesimæ, peremptorie ad præsentiam suam per se vel per procuratoẽ idoneum accederet, rñsurus dicto archiepiscopo Bituricẽ. super iure Primatię: qd se proponit habere in puincia Burdegalen. ad litẽ contest. & ad alia omnia quę ipsi causæ fuerint necessaria: & insuper mãdat quibusdam, vt ad eundem terminũ sub forma præmissa & peremptorie citent eundem: & si non poterit inueniri, ad ecclesiam suam trinæ citationis edictum publice proponant, vel proponi faciant. Not. procuratorem talem mittendũ qui possit litẽ contestari, & alia omnia necessaria causæ expedire. Item si aliquis non inuenitur ad locũ vbi habitare consueuit, trinę citationis edictum debet proponi, & vltimum peremptorium.

b ¶ *Finem.*] Sic [5] ꝫ. eo. finẽ. & ꝫ. de pcura. cõstitutis. & C. de agri. & cen. lib. 11. & C. de iudi. properandum. in princ. & ideo vsque ad trienniũ restringuntur lites ſm leges: vt in pędictal. properãdum, ne immortales existant, vt ibi dr. Secundũ iura canonica non finitur instantia iudicij elapso triennio. ꝫ. de iudi. venerabilis.

c ¶ *Proxime.*] & si hoc non fuisset appositum, de proxima intelligeretur. ff. de verb. obl. eum qui calendis. in prin. Ber.

d ¶ *Procuratori.*] Melius [7] dixisset actorẽ, quia hæc erat causa vniuersitatis. ꝫ. de syndi. c. 1. ff. de mu. & ho. munerũ. §. defensores. in gl. eligunt. ff. qd cuiusq; vniuer. iẽ eorũ. §. actor. Et mirũ est q interueniat pcurator in hoc casu. cũ agaẽ causa status: ꝫ id qd habes 2. q. 6. si qñ. Dic q si aliquis petit aliquẽ in seruũ, põt agere per pcuratorẽ. 54. dist. siequẽs. in glo. actores. Is aũt de cuius statu agitur. si est in possessione libertatis, potest se defendere per pcuratorẽ. C. de asser. tol. l. 1. ĩ prin. si aũt sit in possessione seruitutis, & pclãmet etiã ad libertatẽ, nũ aget p pcuratorẽ: vt i l. pdicta. Nec obstat huic distinctioni. ff. de pcu. nõ solũ. §. si status. quę dicit, q in causa stat' põt interuenire procurator, siue ex seruitute proclamet in libertatẽ, siue ex libertate petaẽ in seruitutẽ. loqẽ. n. in pcuratione pcuratoris ad peculiaria negotia. ff. de pcu. l. seruũ quoq;. in pri. e. tĩ. de pc.

e ¶ *Sufficienter instructum.*] Sufficiens dr qui ad agendum & defendendum & respondendum constitutus est legitime. de hoc dictũ est ꝫ. de procu. c. 1. & c. accedens. & c. mandato.

f ¶ *Alios.*] Ex [8] forma rescripti hic defert alijs, cum tantũ factũ demandetur. ꝫ. de offi. deleg. c. vlt. in fin. Vel dic q possunt citare per se vel per nuncios suos. fiunt enim citationes vel per nuncios, vel per epistolã, vel per edicta, q in publico pponũtur. intelliguntur enim citare ipsi qñ p alios citãt. arg. ff. de cõstit. pec. l. & licet.

¶ *Glo. seq. alleg. concor. & ibi remittit, Secundo quærit an teneatur venire non veniens, &c. arg. quid sic, demum arg. contrarium, & illud tenet.*

a ¶ *Ecclesiam.*

Possessor verus an efficiatur per lapsum anni missus in possessionem.

[1] Præsumptione iuris & de iure, vt dixi plene lib. 2. in Directorio Inquisitor. Schol. 61 & li. 3. Schol. 32.

[2] Dicunt quidam, & male, hanc cautelam esse damnosam. de quo vide in Spe. de secun. decre. §. videndum. versic. hoc quoq;. Io. And.

[3] Et j. de reg. iur. c. 1. lib. 6. Ioan. And.

[4] Vt quia dicit se ad venturum, vt ibi not. ad quod facit de sen. exc. pometasibi. §. secu. li. 6. Io. And.

[5] Vel, ad portas, dixit in omnibus manuscriptis.

[6] De hoc in Spec. de pri. decr. §. iam de eo. Qui ver sed quid si nulla. Quid si index tractat de missio obcras ad legitimae tauit. de missio ad contra rem, cum perchas exceptio, vt de post. tamen. In de dilat. cap. 1 in magna glo. ver. vel dat melius. Io. And.

[7] De materia huius glossæ, & quis ordo in causis iudicandis & expediendis obseruari debeat, pręcipue facit concilium Tridentinum sessio. 24. in decretis de reformatione c. 10. & sessio. 25. de reformat. c. 10.

[8] Hęc glossa nõ est Bernardi, nec habetur in vetustis decretalium exemplaribus.

[9] Hæc glossa nõ est Bernardi, nec reperitur in vetustis exemplaribus.

a ¶ *Ecclesiam.*] Sic ergo debet citari qui personaliter nõ inuenitur. s. eod. causam quæ. vbi satis dr̃ de hac materia. Sed quid fiet si reus non veniat, & iudices impediti etiam si venissent, procedere non potuissent; nunquid tenebitur saltem ad expensas? Vr̃ q̃ sic: quia contumax est: aduocati enim non est contemnere auctoritaté prætoris. ff. de iud. si quis ex aliena. & ff. de re iu. contumacia. nec prodesse vr̃ si casu processus iudicis impeditur, sicuti si facto fecerit, nõ vr̃ obtemperare voluntati. ff. de condi. & demon. l. 2. in fi. certus enim casus debet esse ad hoc vt nõ veniat. arg. ff. de bo. pos. s̃m tabu. l. 1. §. 1. ver. sciendum tñ. & licet mea non intersit: teneor tñ venire. ff. si qs cau. si eũ. in prin. arg. s. ff. si quis cau. l. 2. §. si qs in iudicio. 1 in fi. & ff. si quis in ius vo. non ierit. l. 2. in fin. quia nihil interest actoris reũ non venisse: vt ibi. ff. de iud. non vr̃. & ff. de pecu. eo tempore. & ff. de arbi. si cũ dies. §. si arbiter. ver. sed si in aliquem. Et hoc verũ est q̃ non tenetur venire.

apud ecclesiam tuam[a] publice proponatur.

TITVLVS XV.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

¶ Alexand. iij. Priori & fratribus de Guiseburch.†

¶ *Missus in possessionem ex primo decreto in reali per lapsum anni veram & incõmutabilem illius rei possessionem acquirit: licet passus missionem, habuerit infra annum voluntatem cautionem præstandi, quam tamen non deduxit ad effectum suo defectu. h. d. secundum verum intellectum.*

CAP. I.

Constitutist in presentia nostra R. canonico vestro, & responsalib' prepositi de Berif. super possessione ecclesiæ de Lamẽto (in quã causa rei seruande[b] fueratis inducti) hincinde fuit coram nobis aliquandiu disputatum: tandem ex vtriusque partis assertione[c] tenuimus, quòd licet causa rei seruandæ tantum, in eiusdem ecclesiæ possessionem inducti fueritis, infra annum tamen altera pars standi iuri non præstitit cautionem, licet voluntatẽ[d] † prestãdi habuerit, & vos eã parati[e] recipere fuissetis. ¶ Ideoque decernimus, vt ammodo possessionem præscripte ecclesiæ (saluo iure[f] quòd idem præpositus in petenda ecclesia habere dignoscitur) absq; contradictiõe qualibet habeatis[g]. Vt autem nostre diffinitionis sententia inuiolabiliter obseruetur, eam Apostolico duximus patrocinio roborandam.

¶ Cle. iij. episcopo, & archidiacono Eboracen.

¶ *Tempus annale non currit missionem passo, si infra illud cautionem iudicibus, vel alteri eorum alijs absentibus obtulit: licet per eos seu per eum recepta non fuerit. Et est casus notabilis secundum hunc intellectum.*

CAP. II.

Cvm † sicut accepimus, inter P. subdecanum †, & abbatissam & conuentum sanctę Trinitatis, super ecclesia de

DE EO QVI MIT. In poss. causa, &c.

¶ *Quia per contumaciam sæpe peruenitur ad missionem in possessionem, ideo congrue post præcedentem ista annectitur. Et quamuis in rubro fiat duntaxat mentio de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ tamen in nigro tractat etiam de interpositione secundi decreti per quod trãsfertur vera possessio: vt in cap. 1. Ex quo collige, quòd nigrũ quandoq; est generalius rubro, concordat de officio deleg. cap. 1. lib. 6. referendo rubrum ad 1. fina. eod. tit. Abb. Siculus.*

Constitutis.] Actor missus in possessionem post annum efficitur verus possessor, licet reus infra annũ cautionem præstare voluerit. h. d. Primo narrat factum. Secundo interloquitur: ibi, Ideoq;. Abb. Sic.

Casvs. Prior & canonici de Guiseburch habebant questioné cũ preposito de Berif. super ecclesia de Lamento: ad petitionem prioris, causa commissa fuit quibusdam iudicibus: sed quia prepositus fuit cõtumax, missi fuerunt Prior & fratres in possessioné ecclesiæ prædictæ causa rei seruandæ: ĩfra annum p̃positus non recuperauit possessioné, vnde anno elapso partes propter hoc accesserunt ad Papam: in cuius præsentia super possessione prædictæ ecclesiæ fuit aliquandiu disputatum: tandem per confessionem vtriusque partis constitit Papæ q̃ licet in possessioné causa rei seruãdæ dicti Prior & fratres fuissent inducti, tñ altera pars ĩfra annum non p̃stitit cautionem standi iuri, licet voluntatem habuerit, & ipsi causam parati fuerant recipere: Vnde Papa adiudicauit possessioné dictæ ecclesiæ prædictis fratribus, saluo iure proprietatis ipsi præposito. Not. q̃ non sufficit voluntas in casu isto sine facto. Itẽ qui non recuperat possessionem propter contumaciam amissam infra annum, post annum non recuperat ipsam: tamen de proprietate auditur.

b ¶ *Seruanda.*] super possessione, super qua agebatur tamquã super proprietate, secus si agatur super beneficio vel dignitate. j. iñ concil. Lugd. eod. tit. cum qui. [lib. 6.]

c ¶ *Assertione.*] C. si per vim vel alio modo. l. 2. & ita per cõfessiones partiũ constitit de meritis causæ: & ideo ex confessione proceditur ad sententiam. s. de transact. præterea 2. §. respondemus, & s. de testi. spo. cum ad sedem. ad fi. 2 quia confessus in iure, pro iudicato habet. j. de cõfes. cũ super. & c. sequenti. & C. d cõfes. l. vnica.

¶ *Glo. seq. ponit brocar. de voluntate an habeatur pro facto, alleg. ad negatiuam vnum tex. vnam decre. & tres leges. ad affirmatiuam quatuor canones, & das duas solu.*

d ¶ *Voluntatem.*] non tñ studiosam, seu cum effectu: quia per eum stetit, & non per iudicem vel per aduersariũ: aliàs si stetisset per iudicem vel partem aduersam, non imputaretur ei. j. eod. c. proxi. immo & si iudicẽ habere non potest, corã publicis & honestis personis debet cautioné offerre ac præstare, vt postea non currat annalis præscriptio: vt s. de offi. ordi. pastoralis. in fi. & j. eo. cum venissent. Item est arg. q̃ voluntas sola non sufficit sine effectu. j. de re iud. cum aliquibus. & ff. de consti. pecu. promissor. §. cõstituto. ff. de re iud. l. 4. §. ait prætor. & 86. dist. non satis. & ff. qui mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. si voluntate. arg. s. 32. q. 5. nec solo. & c. qui viderit. de pœ. di. 5. c. quisquis. §. si quis cum telo. 14. q. 5. si qd inuenisti. Sol. vbi de necessitate opus est facto, non sufficit voluntas si factũ adimpleri potest, aliàs volũtas reputatur pro facto: vt in c. non satis. Vel aliter vbi quis habet voluntatem faciẽdi bonum: sufficit sola volũtas, si nõ potest facere illud. 3 sed si volũtatem habet malefaciẽdi, & per eũ nõ stat, puta quia procedat ad actũ exteriorem, ei imputatur. 4 de pœ. dist. 5. si quis cum telo. & in pluribus ll. ibidem: aliàs sola voluntas non imputatur, quia cogitationis pœnã nemo meretur. de pœ. dist. 1. cap. cogitatio.

¶ *Glo. seq. in prin. format duas quæstiones: prima quod si passus missionem non valet propter impotẽtiam præstare cautionem? Respondet quòd ei non imputabitur. Secundo, cui sit præstanda hæc cautio? Respondet quòd parti, hoc verum in districtu iudicis.*

e ¶ *Parati.*] Si vero non fuissent parati eam recipere, non noceret præposito. arg. ff. de leg. commisso. si fundus. in fi. §. in cõmissoria. vel si eam prestare non posset, non imputaretur ei: quia inanis est actio, & c. ff. de dolo. nam 18. & s. de testi. spo. olim 2. & j. de solu. Odoardus. præstat ergo quam potest, scilicet iuratoriam. 5 j. de do. inter vi. & vxo. & de do. post diuor. resti. per vestras. §. si. & C. de epi. & cle. Auth. generaliter. & in Auth. vt nulli iu. §. si vero. coll. 9. sed illud protestetur. j. de app. c. vlti. Item habes hic, q̃ parti præstanda est cautio ista, quod est verum: & ideo si non potest iudex haberi: præstetur parti. Et iudici etiam potest præstari parte absente. j. eo. c. 2. & 3. & s. de offi. ordi. pastoralis. Si autem neuter potest inueniri, præstabitur alicui honestæ personæ, quæ recipiat cautionem nomine aduersarij.

Additio. Sic j. de conuer. coniuga. c. vlt.

f ¶ *Saluo iure.*] super proprietate. Sic s. vt lit. nõ contest. quoniã. §. quod si. in fi. & s. de do. & contu. prout. in fi.

g ¶ *Habeatis.*] Hic sumitur arg. q̃ secundum decretum necessarium sit in reali actione; sed ideo datum fuit secundum decretum: quia dubitabatur super cautione an infra annum præstita fuisset, & ideo reuocabatur in dubium inter partes. & de hoc satis dictum est s. titu. proxi. contingit.

Cvm sicut.] Si non stetit per reum quo minus caueret infra annum, actor per lapsum anni non efficitur verus possessor. Diuiditur. nam in prima facti narratio. In secunda causæ commissio, ibi, *Discretioni*. Abbas.

Casvs. Inter abbatissam & conuentũ sanctæ Trinitatis ex vna parte, & P. subdecanum ex altera, coram abbatibus Thaurinen. & de Corinth. & archidiacono Chim. iudicib' delegatis, super ecclesia de Capit. quæstio vertebatur, propter contumaciam P. subdecani: iudices miserunt moniales in possessionem rei petitæ, causa rei seruandę: Sed cum hoc ad subdecani notitiam peruenisset, ad

archid.

a Vide l. si repetendi. C. de condi. inde. & l. prætor. & ibi Bar. ff. de noui ope. nuncia.

1 45. dist. duæ sunt. Seneca. 14. ad Lucil. Magna pars bonitatis est velle fieri bonum. Ioan. And.

4 Hierony. ad Gellantiam dicit quantum ad præditã rationem pertinet: non potuit qui noluit ... dispositum. Ioan. And.

a Cap. 1. eod. tit. in 2. compilatione.

b Aliàs, subdiaconum

5 Obliget etiam ipsam rem quam tenet parat, quod potest possit eum obligare se ad pœnam pecuniariam de præsum. literas. ver. quo electa. vel priuationis beneficii. de ele. cum dilecti ad hoc secundarium. Host. Ioan.

Capit. † quęstio verteretur: de Thaurino † & de Corinth. abbates, ac archidiaconus Chima. à sede Apostolica delegati, moniales ipsas rei seruandæ causa, in possessionem rei petitæ [a] miserunt; vnde cum hoc ad † subdecani notitiam peruenisset, ad archidiaconum prędictum accessit: & offerens ei sistendi iudicio cautionem (quoniam abbas de Corinth. profectus erat in Angliam, & Abbas Thaurinen. viā fuerat vniuersæ carnis ingressus) possessionem infra annum sibi resignari cum instantia postulauit, sed nō [b] potuit obtinere: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si est ita, sistēdi iudicio ab eo cautione recepta [c], ei possessionem restitui faciatis: nec obstare volumus, quòd annus elapsus esse proponitur, si per eum non steterit [d], quo minus infra annum, & possessionem receperit, & dederit cautionem.

¶ Innocen. iij. Vrbinati, & Senogolen. episcopis.

¶ Si passus missionem, repetens possessionem allegat se contumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum præstita cautione, & dilata condemnatione expensarum, quam euitat, si postea constiterit eum non fuisse cōtumacem.

CAP. III.

Cum † venissent ad Apostolicam sedem abbas sancti Angeli, & P. Gal. idem P. proposuit, quòd † prędictus abbas eum super quadam possessione, coram Ioanne Apostolicæ sedis legato traxit in causam: & infra. ¶ Verum legatus ipse causam commisit iudicibus, secundum ius & bonam terræ consuetudinem † terminandā: qui cū secundum ius tantum vellent procedere, præfatus P. nostram audientiam appellauit: sed iudices nihilominus partē aduersam in possessionē rerum petitarum inducendā causa custodię [e] decreuerunt: ita quòd si vsque ad annum & diem præstaret sistendi iudicio cautionem, & parti alteri triginta libras restitueret [f] pro expensis, reciperet possessionem eandem. Cumque G. sedis Apostolicę legatus infra annum fuisset terram illam ingressus, ipse cautionem standi iuri obtulit [g] coram eo, & possessionē sibi restitui postulauit, paratus expensas restituere factas in lite: quę sex librarum summam (sicut asserit) non excedunt: sed abbas triginta librarum sibi restitui petit quantitatem: & infra. ¶ Nos igitur ipsum P. cautione [h] præstita, in possessionem credimus † reducendum: Hoc etiam decernentes, vt si consuetudinem, quam allegat, laudabilem esse constiterit (quia ex hoc sequitur eum rationabiliter [i] appellasse) ad restituendas expensas nullatenus compellatur: alioquin (cū ex hoc appareat eum frustratorie appellasse) ad restitutionē

archid. prædictum accessit, offerēs ei standi iudicio cautionē, qm abbas de Corinth. profectus erat in Angliam, & abbas Thaurinen. viam fuerat vniuersę carnis ingressus: possessionem tñ infra annū non potuit obtinere: vnde dictus P. post annum accessit ad Papā, petens sibi super hoc prouideri, cum per ipsum non steterit quo minus possessionem recuperasset infra annum: mandat Papa quibusdā quatenus si est ita, recipiant à reo cautionem stādi iuri, & ei restituāt possessionem, nō obstāte eo, q annus est elapsus: si per eum non steterit quo minus infra annum & possessionē receperit, & dederit cautionē. Not. q si per me non steterit quo minus faciā quod debeo, nō est mihi imputandū. Itē si nō possum habere copiā iudicis nō currit mihi tempus annale.

a ¶ *Non potuit.*] Sic ī. vt lit. non conte. qm. §. in alijs. & j. eo. c. vlti. C. de his qui ad eccle. confu. præsenti. §. cū autem.

¶ *Gl. fo. signat* ꝯrium *de l. tutor qui. & soluit.*

b ¶ *Sed non potuit obtinere.*] Sed nec debuit, cum plures fuissent iudices, ipse solus restitutionem dare non poterat: quia solus non habebat iurisdictionē. ī. de offi. dele. causam matrimonii. & c. vno delegatorū. & 2. q. 6. c. ei qui. §. item si plures. ar. ꝯ: quia cum res esset tēpore peritura, archidiaconus poterat se intromittere: sic apparet in tutoribus. ff. de admini. tut. tutor qui. §. 1. c Sed non est verum, vt dictū est, cum non haberet iurisdictionē, poterat tñ cautionem recipere ab ipso nomine aduersarij, non tamquam iudex, sed tamquā honesta persona, & sic non curreret tempus. ī. de offi. ord. pastoralis. §. verūtamen. de hac cautione dictum est in proxi. c. ī. eo.

c ¶ *Recepta.*] Et ita qd non potuit facere primo, modo facere debet, vt possessionem recuperet. sim. j. c. 1. sic etiam si ad terminum venire, aut etiam soluere non potuisti, non tñ post terminum eris à solutione absolutus. ī. de do. & contu. cū dilecti. §. præterea ver. si enim. ff. de arbi. Celsus. §. 1.

¶ *Gl. ista notat quòd si p me, et c. signat* ꝯriū *de decretalis par. & soluit.*

d ¶ *Non steterit.*] Not. q si p me non stat quo minus faciam quod debeo, non est mihi imputandū. sic ī. de rescri. si autē. & c. plerūq;. §. 1. ibi, postquā copiā. & ī. vt lit. non cōtest. qm. circa prin. & j. de appellat. ex insinuatione. ibi, absq; damno. & 2. q. 6. anteriorum. §. ad hoc. & j. de app. ex ratione. arg. ꝯ. ā. c. proxi. sed ibi voluit solūmodo, sed non cum effectu, & voluntas ibi stetit in suis terminis. hic vero voluit & obtulit, sed defuit qui reciperet, & absente illo qui fuit causa custodiæ in possessionem missus, ex causa necessaria possessio restitui non debet. j. de verbor. signi. dilecto.

Cum venissent.] Si reus ꝯ quem facta est missio in possessionem, doceat se contumacem non fuisse, non condemnabitur ad expensas. Primo ponit factum coram Papa narratum querelæ vel appellationis remedio: Secundo dat iudices: ibi, *Nos igitur.* Abb. Sic.

Casvs. Abbas sancti Angeli causam habebat super quadā possessione ꝯ P. Gallen. legat⁹ illius prouinciæ causam illā ꝯmisit quibusdā iudicibus, sm ius & bonā cōsuetudinē illius terræ terminandā: sed cō iudices vellent procedere in re sm ius, præfatus P. ad sedem Apostolicam appellauit, sed nihilominus iudices partē aduersam in possessionē rerū petitarum causa rei seruandæ mitti decreuerūt, ita q si vsq; ad annū & diē præstaret cautionē iudicio sisti, & parti alteri trigita libras restitueret p expēsis, reciperet possessionē eādē: postmodū legatus ille recessit, & alter legatus infra annū terrā illā est ingressus, corā quo dictus P. obtulit cautionē standi iuri & possessionē sibi restitui postulauit, paratus restituere expensas vsq; ad sex libras. sed abbas volebat trigita: & sic ann⁹ elapsus est: vnde q̄stio ista ad dñm Papam est delata, corā quo hæc & alia pposita fuerūt: dñs Papa decreuit illū P. in possessionē reducendū præfata cautione præstita, statuens vt si consuetudo quam allegabat, laudabilis fuerit, ad expensas restituendas nō cōpellatur: quia ex hoc apparet q bene appellauit: si vero consuetudo laudabilis non fuerit, appellatio nō tenuit vnde ad moderatas expensas restituendas abbati, quas constiterit ipsum pp hoc fecisse, condemnatur. Not. q non obstat elapsus anni ad recuperandā possessionem, sed infra annū nō stat per eum qui amisit eam. Itē appellatio legitima impedit traditionē possessionū; & si nō est legitima, non impedit quo minus detur.

e ¶ *Causa custodia.*] At. q non sit possessor, sed tm custos. sic j. eo. c. pro.

¶ *Glo. seq. vers. per q. an bene fecerit iudex condēnando ad expensas tempore remissionis. Et dicit quòd non, duplici ratione.*

f ¶ *Restitueret.*] Hic male pronunciauit, quia primo debuit ei de expensis constare, saltem per iuramentū. C. de iu. sancimus. 2 præmissa taxatione. ī. de pro. cu. constitutis. & hic in fine dicit, quas abbatem constiterit propter hoc fecisse. vnde perperam processit, quia non debuit condemnare eum ad voluntatem abbatis: vnde Papa non stat illi condemnationi. Præterea condemnatio expensarum debet fieri tempore præstandæ cautionis, quo recuperat possessionem. ī. vt lit. non conte. quoniam. §. in alijs. & j. de sequestra. c. 1. & hic in fi.

¶ *Glo. seq. vers. per q. an offerens cautionem coram legato, per id renunciauerit appellationi ad Papam interiectæ. arg. pro & contra, & soluit. quærit demum; nunquid appellatio profuit? & respondet.*

g ¶ *Obtulit.*] Per hāc oblationē cautionis interrūpit prescriptionē annalē. ī. de offi. ord. pastoralis. in fin. & ī. c. pxi. Et per hoc vī renunciasse appellationi, & ratā habuisse sententiā iudicū illorū, ex quo acquieuit illi. arg. ī. de of. dele. gratū. & j. de testi. cū venissent. & arg. ff. de iud. l. verū. & ff. rē ra. ha. l. 3. §. falsus. sed ꝯ innuit, l. q Papa mandat inquiri de appellatione: quare per hoc non intelligitur renūciasse. Dicas, ex quo aduersarius noluit recipere cautionē, & restituere possessionē, statim licuit ei prosequi appellationē: & ita cū per eū non steterit quin dedisset cautionē, & recepisset possessionē, sed potius per aduersariū & per iudicē, ei circa possessionem recuperandā obesse non debet: vt ā. c. prox. Quid ergo profuit ei appellatio? Multū profuit: quia si appellatio sua fuit legitima, nō condemnabitur in expensis: si non fuit legitima, condemnabitur in expensis tñ necessarijs, quas propter hoc constiterit abbatē fecisse, vt dicit in fi. si tñ non appellasset, simpliciter restituisset expensas.

h ¶ *Cautione.*] sufficienti. j. de sequestra. c. 1. in fin.

i ¶ *Rationabiliter.*] Cum hic Papa iubeat inquiri de appellatione, patet

¶ Alias, Col.

¶ Alias in: Teutsch & de Colle abbates, & Archidiaconus Chimensis alias in: Thaur. & de Lomit abbates, ac archidiaconus Chimen.

¶ In codice Barbatiæ ita ad eosdem subditos suos.

¶ In tutoribus loquitur, quod officium quilibet exercere insolidum, ne vtilitas personarum cui dati sunt, impediatur. ff. de admi. tuto. si plures, deinde vero si vni commissa cura, reliquo nihil potest. ī. de offi. dele. prudentiā. Iohan. And.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat. Et de intellectu vide Decium in c. ecclesiæ sanctę Mariæ. de consti. & in c. consultationibus de offic. deleg. & Romanū singul. 414.

¶ In codice Barbatię ita: quod eum defunct abbas esset super quadam possessione coram legato ... terrę causam.

¶ Infra, q consuetudo terrę legitima ... concor. l. & ibi P. de bel. per. C. y. & Doctor. l. de sum. tri. & deficiente terræ consuetudine, vbi ad quam in recurrendū consuetudinē, vnde ... per glossā in c. consuetudo. dist. 1. & in cap. 1. de iudi. del. 12.

¶ In codice Barbatię legitur: decreuimus. in contextu, credimus, habetur.

a Ibi iudex arbitrarias impensas & de illis debuit post iuramentū. Io. And.

Præscriptio annalis interrumpitur per oblationem cautionis.

patet ꝙ non recessit ab ea per oblationem cautionis, sed hoc fuit culpa aduersarij, qui eam noluit recipere: quod profuit huic appellanti in hoc, quia non condemnabitur in expensis si legitime appellauit: & sic satius fuisset illi accepisse moderatas expensas.

a ¶ *Illarum.*] Et etiam ad eas quas fecit in rebus, quarũ possessionem tenebat, consequãdis: etiam si non expediebat facere illas dum tñ credebat expedire. ꝟ ff. de bo. auct. iud. pos. prætor ait. §. qđ ait prætor. aliàs, generale est; vt non sufficiat credere & expedire, nisi in veritate expediat. ff. de neg. gest. sed an vltro. §. 1. in fin. vtiliter enim debet cœptum esse negotium, licet non spectemus euentũ: vt hic dicit.

cogatur expensarũ illarum a, quas abbatem constiterit propter hoc necessarias b in lite fecisse.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Contra absentem, qui non dimisit procuratorem, facta citatione domi, nulla defendente, fit missio. h. d. supplendo ad litteram, maxime. vt dicitur in glo. Et est verus et notabilis intellect⁹.*

CAP. IIII.

SI aduersarius tuus post citationis c edictum, ad remota loca se transferẽs, procuratorẽ legitimum non dimisit: & denunciatione publice facta domi d, non apparet qui defendat e eundem: iure petere potes, vt in possessionem earum terrarum, de quibus quęstio vertitur, causa custodiæ inducaris †.

TITVLVS XVI.

Vt lite pendente nihil innouetur.

¶ Alexander iij. Eboracen. archiep̃o.

¶ *Priuilegium etiam à principe impetratum, per quod priuatur quis sine causæ cognitione lite pendente vsu possessionis, tamquam surreptitium non valet, seu tamquam rationi obuium est reuocandum.*

b ¶ *Necessarias.*] Necessariæ expensæ dicũtur, impensæ sine quibus deterior esset res, si non fierent, aut etiam periret. ff. de verb. signi. impensæ. & ff. de pignor. ac. si necessarias. & ff. de impen. in re. do. fa. impensæ. & duabus legibus sequen. de hoc dictum est s. tit. proxi. c. finem litibus.

SI *aduersarius.*] Si reus citatus se absentat, nec ꝓcurator nec alius eum defendit: mittitur actor in possessionẽ rei petitæ causa custodiæ. h. d. inhærendo litteræ, ꝙ reus fuit prius personaliter citatus, & postea se absentauit. Primo ponitur thema ex quo quæstio. Secundo, solutio: ibi, *Iure petere.* Abbas Siculus.

Casus. Aliquis citatus fuit ad causam: post citationẽ absentauit se, nullũ dimittens procuratorẽ: Quæritur qualiter ꝯ ipsum sit procurandũ? Rñdet, ꝙ denunciatio ad domũ ipsius legitima debet fieri: & si non apparet qui defendat eũ, actor in possessionẽ rei petitæ causa rei seruãdæ potest induci. Not. ꝙ quilibet tenet̃ dimittere ꝓcuratorẽ, qui eũ defendat: aliàs proceditur ꝯ ipsum, vt hic dicitur.

¶ *Glo. seq. dat duos intellectus ad textum. Panor.*

c ¶ *Citationis.*] Hoc ideo dicit: quia si ante citationem, & non in fraudem se absentaret, non daretur restitutio possessionis ꝯ ipsum: licet pręsens vellet probare spoliationem & possessionem. s. de offi. deleg. consultationibus. sed missio in possessionem causa custodię, nihilominus fieri debet. & ita quod dixit; post citationis edictum, idem intelligo etiam ante citationem: quia debet dimittere procuratorem, qui ad loca remota se transtulerit. De hoc dictum fuit s. de offi. dele. consultationibus. vnde supple hic, maxime.

d ¶ *Domi.*] Sic s. de do. & contu. causam quæ. vbi de hoc s. & c. venerabilis. & ff. ex quib. cau. ma. item ait. §. hoc autem. & l. sequẽti. & j. de cle. non resi. ex tuæ. Ber.

e ¶ *Qui defendat eundem.*] Ergo si appareat qui defendat eundem, audiendus est. ff. de procuratoribus. seruũ quoq;. §. publice. & l. absens. & C. eod. exigendi. præstita satisdatione, vt in lege, exigendi. & ff. de in ius vocando. neq;. §. qui in ius. & ille qui defendit, id facere debet qđ dñs in lite faceret, & cauere idonee, id est, iudicatũ solui. ff. de procuratoribus & defensorib. sed & hæ personæ. §. defendere. & appellare tenetur si ꝯ ipsum pronunciabitur. s. de procuratorib. non iniuste. & j. de appellationib. si iustus. ff. de negot. gest. l. liberto. §. vltimo. & ita quilibet tenetur mittere procuratorẽ qualitercunq; sit absens, 2 aliàs requisitis amicis & facta denũciatione si non defenditur, proceditur ꝯ ipsum: vt hic dicit, & ff. ex q. cau. ma. Itẽ ait prætor. §. vlti. & l. sequen. & s. de do. & contu. causam quæ.

VT LITE PENDENTE NIHIL, &c.

¶ *Visum est supra de quadam innouatione quæ fit contra absentes contumaces: quia fit missio in possessionem quandocunq; proceditur ad excommunicationem, vel ad sententiam diffinitiuam. Sed ne crederet aliquis quod eodem modo circa statum causæ pendentis posset aliquid innouari, vt innouatio fiat circa statum eorum; ideo annectitur hæc rubrica. Et not. quòd hæc rubrica formatur negatiue: ex quo infertur quod regulariter lite pendente nihil est innouandum. Quando autem dicatur lis pendere, quo ad materiam huius titu. vide tex. not. in c. 2. eod. tit. & ibi glo. & 11. q. 1. cap. vltimo & 16. q. 4. volumus. Abbas.*

CAP. I.

A † Memoria nostra non excidit: & infra. ¶ Statuimus, vt litteræ prohibitiõis f nostræ, quas ad petitionem archiepiscopi Cantuarieñ. tuæ fraternitati direximus, nullum tibi pręiudicium g faciant, quo minus tibi & successoribus tuis liberum sit (quemadmodum vobis est beneficio priuilegiorum Apostolicæ sedis indultum, & tu & prædecessores tui consueuistis facere) ante vos per totam Angliam deferre crucẽ h, quousque diffinitiua sententia decernatur, an ecclesia tua de iure i † hoc debeat habere.

¶ Clemens iij. †

¶ *Accusatus de adulterio ad separationem tori, non debet lite pendente priuari possessione coniugali.*

CAP. II.

LAudabilem †: & infra. ¶ Quæris quando matrimonium accusare contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum: & infra.

A *Memoria nostra.*] Lite pendẽte reus cõmodo possessionis suæ priuari non debet. Primo decise ponit querelam. Secundo prouidet: ibi, *Statuimus.* Abbas.

¶ *Glo. seq. ponit casum.*

f ¶ *Littera prohibitionis.*] Eboraceñ. archiepiscopus ex priuilegio Apost. sedis faciebat crucem portare ante se per totam Angliã, Papa ad petitionẽ Cantuarieñ. archiepi prohibuit ei per litteras suas, ne hoc faceret, donec cognosceretur an hoc faceret de iure: sed quia Papa priuauerat illum sine causæ cognitione, dicebat archiepiscopus Eboraceñ. ꝙ nõ debuit prohiberi ante causę cognitionem: Vnde Papa statuit, ꝙ non obstãte illa vel aliqua probatione, faciat ante se portare crucem per totam Angliam, quousq; constituerit an de iure hoc facere debeat. Bernardus. Not. ꝙ lite pendente non est alicui auferenda possessio. Abbas Siculus.

g ¶ *Præiudicium.*] Et ita qđ illicite factũ est, potest licite reuocari. 35. q. 9. qđ qs commisit. & c. sententiam Romanæ sedis. & sapientis est reuocare qđ praue fecit. 22. q. 4. magnæ. & ff. de re iudic. qđ iussit. & errorẽ suũ quilibet emendare tenet̃. j. de ac. qualiter & qñ 1. j. de sen. excõ. sacro. §. si vero. & de app. cũ cessante. & in Auth. de nupt. circa prin. per vnam columnã. coll. 4. Ex quo Papa reuocat qđ iniuste fecit: multo fortius & alij hoc facere debẽt: immo & qđ bene factum est, si incipiat esse occasio mali, destruendum est. 63. dist. c. quia sancta. §. verum. & 2. q. 1. certe ego sum.

¶ *Glo. seq. not. incorporalia quasi possideri: possessorem non priuari, et in casu allegat horum concordantias.*

h ¶ *Deferre crucem.*] Not. ꝙ incorporalia possidentur, vel quasi possidentur, vt hic. & 84. dist. quisquis. & s. de causa pos. & ꝓprie. cũ ecclesia. §. nos igitur. i fi. & j. de pręscrip. si diligenti. circa medium. ff. de visuca. l. 4. §. si viam. ff. de acqui. re. do. seruis. §. 1. Itẽ pater, ꝙ lite pendente non debet quis priuari sua possessione. 16. q. 4. volumus. & j. de priuile. dudũ. & C. de proba. l. 2. & C. de rei ven. l. vlt. & in Auth. in medio litis sacras iussio. nõ fieri. §. illud quoq;. coll. 8. & ff. de peti. hære. diuus pius. & 8. q. 4. nonne. & j. tit. prox. c. 2. & ꝑ totũ, nisi aliàs suspectus esset de dilapidatione. 3. q. 2. quia ea. & j. de simo. licet Hely. & ff. qui satisda. cog. si fideiussor. §. vlti. & j. tit. proxi. c. 2. & 3. & 2. q. 6. quotiens a.

i ¶ *De iure.*] Not. ꝙ quatuor patriarchales 3 sedes vbiq; possunt crucem ante se portare, præterquam in vrbe Romana, vel in præsentia Papę, vel ipsius scilicet Papæ legati. j. de priuil. antiqua. alij vero non, nisi in prouincia sua: & nisi hoc alicui per priuilegiũ speciale sit cõcessum, vt hic dicitur; & ita qđ dicit de iure, id est, de priuilegio speciali: & hoc iure cognoscitur qualiter fuerit cõcessum, vtrum per surreptionẽ & in preiudicium alterius, vel non, quia sic nõ debet valere. ar. s. de vsu pallij. ex tuarũ. & s. de of. or. licet. & ff. ne qđ in lo. pu. l. 2. §. si qs à principe. qa in præiudiciũ alterius dari nõ debet priuilegiũ: vt in d. §. si qs à principe. & s. de cõsue. cũ oli.

L *Audabilem.*] Lite pendente super coniugio, non interdicitur cõiugibus carnale commercium. h. d. Primo ponitur cõsultatio, Secundo respon. ibi, *Ad quod.* Abb. Siculus.

¶ Cap. 1. eo tit. in 1. compilat. Et adde notas huius capitis, in quibus cõtra hæreticos defendit tuæ cõmunicando gestã di crucem vbi plurima d cruces signa.

¶ Hodie d iure possũt archiepi crucẽ ante se deferre per quæuis loca, etiam exẽpta sua prouinciæ, quouis priuilegio obstãtio non obstante. Clement. vltima de priuileg. & quod dicit hic glossa in verbo d iure procedit de iure antiquo.

¶ Aliàs Cœlestinus iij.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 1. compila.

¶ De his quatuor patriarchis, eorũq; nominibus & dignitate vide Cassaneum in catalogo gloriæ mũdi, par. 4. cõsideratione 9.

CASVS. Aliquis accusat matrimoniũ propter consanguinitatem vel aliud perpetuũ impedimentũ; quæritur an statim carnale cõmerciũ sit suspendendũ? & videtur q alteruter coniugũ priuari nõ debet iure qđ habet in altero, ante finem causæ. Not. q lite pendente vxor debito iure priuari nõ debet. Item not. q ille qui ad mandatũ ecclesiæ soluit debitum vxori, sibi præiudicium non facit.

† Aliàs, Ad quod tibi breuiter, &c.

¶ *Glo. seq. alleg. 12. contra s. 5. decre. 4. can. et 3. leges, demum signat contrarium, & remittit, ibi signat aliud, & soluit.*

a ¶ *Probatam.*] s. de off. deleg. causam matrimonij. j. đ duor. pro. & s. de re. spo. ex cõquestione. & 8. q. 4. nonne. & 17. dist. §. hic etiã. & 16. q. 4. volumus. & 15. q. vlt. c. vlti. & s. de in integ. resti. cũ venissent. & s. e. proxi. & C. de rei ven. res alienas. & C. de proba. l. 2. & C. de libe. causa. non ideo. 1 arg. ꝫ. j. de re iud. tenor. Solu. ibi, & j. de reg. veniens. Itẽ arg. ꝫ. s. de rest. spo. litteras. ad fin. Vnde nõ fuit plena restitutio, sed id ideo est, quia habebat incõtinẽti probationes: nec sunt ꝯtra: quia ibi agitur possessorio, hic non. vnde non debet alteruter priuari, & c. illo tit. qui conscius est impedimenti, non debet exigere, nec reddere: vt in decre. litteras. Ber.

1 Quæ prouocat in libertatem: si non probat possessor in possessione tuebitur. tot. And.

Ad quod† breuiter respondemus, quòd coniugum alteruter accusatus, ante probatã[a] accusationem, iure quod habet in altero, priuari nõ potest.

¶ Innoc. iij. abb. & conuentui sancti Siluestri.

¶ *Qui rem litigiosam alienauit, ita quòd rehaberi nõ potest, debet æquiualentem substituere in locum illius, quam alienare non poterit. hoc dicit cum seq.*

CAP. III.

ECclesia† sanctæ Mariæ in Via lata, contra Ioannem de Ateia (qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra iustitiam detinere) mouit sub L. iudice quæstionem: & infra. ¶ Prohibemus, ne possessiones quę successerunt[b] in locum & ius illarum, quas ab Io. de Ateia ecclesia sanctę Mariæ petierat, in monasterium vestrum ab eodẽ Io. lite pendente translatas, alienare interim præsumatis †: vt si ecclesia sanctæ Mariæ de vitio litigiosi[c] contractus, vel de proprietate voluerit experiri (ne si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret[d], monasterio vestro minime possidente) sit quod euincere valeat & habere.

† Huc referas c. 10. s. de cõstit. & vide c. 1. in. de restitutione spoliato[rum?] ... cõpilatio. vnde facile intelliges hoc fragmẽtum. & c. qđ proxime [se]quitur.

ECclesia.] Hæc decre. & sequens de eodem facto loquuntur: & aliqua ponuntur ibi, quæ præcesserunt tempore, aliqua posita hic. Et de hoc eodẽ facto loquitur c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & male potest intelligi vna sine aliis. Et ideo glossa hic ponit casum, & seriem facti ad oẽs tres decre. Et si vis habere seriẽ facti prout cõtigit, ordo est, vt primo legatur ista decret. vsq; ad versicu. *Prohibemus.* secundo decret. sequens vsque ad fin. tertio illa, scilicet, de cõsti. quarto iste versi. *Prohibemus.* Et hoc ideo, quia principiũ huius c. ponit principiũ & originẽ huius negotij vsq; ad versi. *Prohibemus.* & sub illa dictione, *& infra.* quæ pcedit versi. *Prohibemus.* decidit qualiter facta alienatione rei litigiosę in monasteriũ, monasteriũ fuit de facto spoliatũ per senatorẽ occasione statuti, de quo in glossa. & tradita fuit possessio ecclesiæ sanctæ Mariæ: quæ etiã fuit postmodũ de facto spoliata per quendam consiliarium Capitolij: & restituta fuit illa possessio de facto monasterio: qua restitutione facta, monasteriũ illam possessionem titulo locationis transtulit in quendam potentem, ita q de facto haberi non poterat. Primo incœpit iudice coram Papa ecclesia sanctæ Mariæ petere restitutionem ꝯ factum illius consiliarij: sed quia illa possessio haberi non poterat de facto, vt s. dixi, & multa de facto fuerunt innouata: Papa prouidit prout habetur in decret. seq. & restituit ecclesiæ sanctę Mariæ possessiones[1] subrogatas in locũ illius, seu illarũ quæ haberi non poterant: post quę petiit secundo monasteriũ restitutionem illarum possessionum occasiõe spoliationis factæ per senatorẽ: & Papa monasteriũ restituit, vt dr in decret. ecclesia. de cõstitu. qua restitutione facta, Papa timens ne monasteriũ illas possessiones subrogatas alienaret, sicut fecit de principalibus: mandauit monasterio, prout dicitur hic in versi. *Prohibemus.* Et ex his iuncta glossa 1. habes clarissime seriem & ordinem negotij. Et hæc decre. non potest commode diuidi propter mixturam facti: de qua s. Abbas.

CASVS ad[a] vtramq; decretalem Ecclesia sanctæ Mariæ in Via lata, mouit quæstionẽ ꝯ Ioannem de Ateia super quibusdam possessionibus corã L. iudice lite contest. idẽ Io. possessiones illas transtulit in monasteriũ sancti Siluestri: demũ senator Romanus occasiõe cuiusdã statuti (in quo continebatur, q si quis rẽ litigiosam transferret in aliũ lite pen. possessio auferat possessori, & daretur petitori) spoliauit monasteriũ possessionibus illis, & eas restituit ecclesię sanctæ Mariæ: postea sententia senatoris fuit reuocata, & spoliata fuit ecclesia sanctæ Mariæ, & monasteriũ restitutũ. Lite illa pendẽte Celestinus reuocauit causam ad præsentiam suã: non obstante illa reuocatione, diuersę sententiæ latæ fuerunt per senatores, quãq; pro ecclesia, quãq; pro monasterio. vltimo corã Innocentio petebat ecclesia sanctæ Mariæ restitutionem illarũ possessionũ, quibus iniuste fuerat spoliata, per quondã consiliarũ Capitolij. dominus Papa reuocauit in irritum quicquid actum fuerit ab aliis, postquam Celestinus reuocauit negotiũ ad curiam suã: & restituit ecclesiã sanctæ Mariæ: & quia possessiones illæ fuerunt obligatæ alij titulo locationis, post restitutionẽ factã ab Ioan. de Ateia, nec monasteriũ poterat recuperare eas, vt ecclesiã restitueret, præcepit Papa quòd Monachi alias possessiones æquiualentes prioribus substituerẽt loco priorũ: quod & factum fuit arbitrio bonorum virorum: & illæ substitutæ erant pignori obligatæ: & Papa fecit illas liberari à creditoribus, qui dño Papæ instrumẽta pignoris reddiderũt. Demũ monasteriũ petiit restitutionem illarũ possessionũ ꝯ sententiã senatoris, & Innocentius ipsum restituit ꝯ sñiam senatoris, præcipiẽs vt possessiones illæ substitutæ nõ debeãt alienari, vt ecclia si voluerit agere de proprietate, vel de vitio litigiosi ꝯtus, sit quod euincere valeat, & habere. Not. q res quę succedit in locũ alterius, eodem iure censetur cum illa. Itẽ lite pendente res quæ fit litigiosa, in aliũ transferri non debet.

a Hic casus ... [illegible]

† Vide not. in l. Fulcinius §. quod si autem, & ibi Bart. ff. quib. ex cau. in pos. eat.

¶ Idem.

¶ *Idem dicit quod in præcedenti.*

CAP. IIII.

ij ECclesia sanctæ Mariæ: & infra. ¶ Possessionem qua fuerat, pͤtermisso iuris ordine, prędicta ecclesia spoliata[a], sibi

¶ *Glo. seq. arg. quòd res, &c. & signat contrarium.*

b ¶ *Successerunt.*] Hoc ideo dicit, quia possessiones sup quibus cõtra Ioannem de Ateia mouit ecclesia quęstionem, monasterium sancti Siluestri locauerat alij, locationis titulo, quas monasterium receperat à Ioãne de Ateia lite pen. vt j. e. proxi. & hic dr. vnde monasterium, quia non potuit illas possessiones reuocare, alias possessiones æquiualentes prioribus substituit in locum illarum. & est hic arg. quòd res quæ succedit in locum alterius, eodem iure[3] cẽsetur cum illa. arg. j. de vsur. cum tu. in fin. & in glo. fi. & 93. dist. cap. vlti. & 94. distin. cap. 1. & ff de leg. 3. fideicommissa. §. 1. si rem suam. ff. de leg. 2. imperator. in fi. & l. seq. & ff. de dona. inter virũ & vxo. l. vxor marito. [4] Arg. ꝯ. ff. de fur. qui vas. §. vlti.

¶ *Glo. seq. tractat quæ sit pœna litigiosi contractus: quod sit vitium litigiosi: casus quibus cesset in speciali & vniuersali iudicio.*

c ¶ *Litigiosi.*] Pœna litigiosi contractus est, q emptor sciens rem litigiosam, pretium amittat, & rem restituat, non vt cedat lucro alienatori, sed pretium, & alia tanta quantitas ab eo qui alienauit, dabitur fisco. Ignorans, pretium recuperat à venditore, & tertiam partem pretij: quia ei nõ manifestauit rem litigiosam fuisse. Et eodem modo punitur dator & donatarius sciens vel ignorans, secundum q traditur C. de litigi. l. vlti. Vitium litigij dr, cũ quis rẽ litigiosam in iudicium deductã, de cuius dominio mouetur quæstio inter actorem & reum, transfert in alium lite pen. siue sint res, siue actiones. [5] C. de litig. l. vlti. in prin. & in Auth. ibi posita. Tamen in aliquibus casibus qui ponuntur in ipsa lege, potest res litigiosa alienari, scilicet nomine dotis, donationis ante nuptias, transactionis, & diuisionis rerum hæreditariarum factę, vel per legati vel per fideicommissi causam: & hæc locum habẽt in specialibus iudiciis. In vniuersalibus vero cum agitur de hæreditate, prætor permittit quãq; fieri alienationem, s. pro impensis funeris, pro solutione debiti, pro cibariis familiæ. ff. de peti. hæredi. diuus. Et ita ecclesia sanctę Mariæ poterat agere de vitio litigiosi contractus contra Io. de Ateia, qui transtulit possessiones illas in monasterium, lite pendente ad pœnam: & ad ipsam rem contra monasterium: vt in l. prædicta. C. de litig. l. vlti.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

d ¶ *Laboret.*] Sed qualitèr potest hoc esse, quòd in vanum fit talis actio, cum si monasterium offerat se liti, condemnabitur in expensis ac si possideret. ff. de rei vendica. is qui se. & ff. de petitio. hæredi. qui se liti. & cum dolus pro possessione habeatur. ff. de regu. iur. parem? Dic quòd cessant illæ leges in ecclesiasticis negotiis, ne delictum personæ, & c. 16. quæst. 6. si episcopũ. & infra de excep. cum venerabilis.

ij ECclesia.] Nota[6] quòd postquam superior reuocat ad se negotium: quicquid fit postea ab inferiori, non tenet: vnde reuocari debet saltem de facto. Item cum res restitui non potest, in alio æquiualenti fieri debet restitutio.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Reuocauit,*

¶ Quia sub rogatum ... per naturã ... in locum subrogat. de quo ... in locis legalibus.

a Loquitur hic ... ex pecunia sibi donata per coniugẽ: ... habet vsum ... Ioan. And.

5 Host. dicit q hoc habet locũ in reb. aut possibus tantum mobilibus & immobilibus, sed nõ in incorporalibus, nec hypothecaria actione. in Auth. de litig. §. ad hoc. sed non simpliciter interdicit ... litigiosam. C. & ff. de litig. l. 1. Io. And.

6 Secus ... in quibus casibus ... præcedentis decretalis ...

a ¶ *Reuocauit.*] tanquam à non suo iudice factum: quia senatores non debuerunt postea se intromittere. s. de of. dele. licet. & 2. q. 1. nomen. 3. q. 6. multum stupeo. arg. contra. s. de offi. or. significauit. sed illud ideo fuit: quia delegatus non procedebat, & altera pars remanebat in manifesto delicto.

b ¶ *Assignastis.*] Et sic monasteriū incidit in vitium litigiosi 3ctus: vt s. ti. prox. vt Io. fecit. vnde ne in monasteriū conueniretur de vitio litigiosi 3ctus, Papa æquiualentes possessiones fecit illis substitui: & ita non præiudicat ecclesiæ sanctæ Mariæ: cū monasterium paratum sit suscipere iudiciū in re æquiualēti. sim. ff. de alie. iu. mu. causa fac. quia etiam. in fi. & offi cio suo inflixit eis hanc pœnā, & merito: quia dolo desiit possidere monasteriū. dolus enim facit eum haberi pro possessore. ff. de rei ven. qui in petitorio. 1 & ff. ad exhiben. Iulianus. 1. responso.

c ¶ *Poteratis.*] quia forte conductores potētes erant.

d ¶ *Assignari.*] à monasterio: & cauere etiā debebant, ꝙ non essent alijs obligatæ. arg. ff. de pig. ac. creditor. ff. de rei ven. si post acceptū.

¶ *Glo. seq. alleg. concor. signat contraria, & soluit.*

e ¶ *Resignauerunt.*] Eo enim ipso vt res liberata. arg. s. de pact. cū pridem. §. ille. ff. de leg. 3. qui chirographū. ff. quæ res pigno. ob. pos. l. 2. ff. de pa. l. 2. in fi. C. de sol. pecuniæ. C. de do. l. 1. C. de remis. pig. creditricem. arg. s. s. de renun. sane. & c. veniēs. & ff. de pact. l. 3. vbi dr quòd licet pignus restituatur, non vt remmitti debitum: sed secus est si restituat chirographū. vt in primis ꝯcor. quia ille cui fit restitutio, vtilitatem debet vnde habere, ex chirographo nullam vtilitatem consequitur, si debitum nō intelligatur remissum: sed ex pignore sic: quia potest vti pignore. vnde pignus sæpe restituitur precario propter vtilitatem, sed chirographum nunquam: & ideo debitum, quod ibi continetur, intelligitur esse remissum.

restitui postulabat† : & infra. Nos quicquid ab aliis factum fuit (postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negotium reuocauit [a]) irritum decernimus & inane : & infra. Verum quoniā præfatam possessionem, post restitutionem vobis factam ab Ioan. de Ateia, alij locationis titulo assignastis[b], neque restituere poteratis[c] ecclesiæ spoliatæ: loco ipsius tantundē possessionū æquiualētium, ad arbitrium bonorum virorum, ipsi ecclesiæ fecimus assignari[d]; quas, quoniā alii fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus à creditoribus, qui nobis instrumentum pignoris resignauerunt[e].

¶ Honorius iij. Cancellario, Cantori, & A. canonico Parisieñ.

¶ *Lis decidenda est secundum iura existentia tempore controuersiæ, non autem secundum priuilegium impetratū lite pendente, nisi de litis pendentia mentionem faciat.*

CAP. V.

Dilectus filius magister A. persona ecclesiæ de Basseuilla†, exposuit coram nobis, quòd cum inter prædecessorē suum ex parte vna, & Priorem ac monachos de Basseuilla ex altera, super decimis noualiū infra fines parochiæ suæ consistentium, quæstio emersisset, ea pendente coram iudicibus delegatis, abbas & conuentus maioris monasterij Turoñ. qbus subsunt Prior & monachi supradicti, pro se ac mēbris suis, obtinuerunt à sede Apostolica indulgentiam[f], super perceptione huiusmodi decimarū: cuius prætextu Prior & monachi, supradictas decimas sibi vendicare contendunt, licet in indulgentia, de dicta quæstione facta mentio nō fuisset. ¶ Ideoque mandamus, quatenus eisdem iudicibus iniūgatis, vt (indulgentia non obstante prędicta) in negotio ipso procedant iuxta traditam sibi formam.

Dilectus filius.] Non obstat priuilegium impetratum lite pendente, de lite non habita mentione. In prima ponit partia querelam. In secunda prouidet: ibi, *Ideoque.* Abb.

Casvs. Inter magistrū A. rectorē ecclesiæ de Basseuilla, & antecessorē ipsius ex parte vna, & Priorem & monachos de Basseuilla ex altera, quæstio vertebatur super decimis noualium parochiæ ipsius rectoris: lite pen. corā iudicibus delegatis, abbas & conuentus maioris monasterij Turoñ. (quibus Prioribus monachi prædicti subsunt) pro se & membris suis obtinuerunt à sede Apost. indulgentiam super huiusmodi decimarum perceptione, nulla mentione facta in ipsa, de huiusmodi quæstione: occasione huiusmodi indulgentiæ Prior & monachi prælati, decimas ipsas sibi vendicare contendunt; cū iudices super hoc dubitarēt, dictus rector hoc significans domino Papæ: vnde mandat quibusdā iudicibus, quatenus eisdem iniungant, vt indulgentia non obstante prædicta, in negotio ipso procedant iuxta traditam sibi formam. Not. ꝙ lite pen. priuilegium vel indulgentia super re litigiosa impetrata mētione nō habita de quæstione, non valet.

¶ *Glossa notat quòd priuilegiū, & c. alleg. quatuor concor. et tria similia.*

f ¶ *Indulgentiam.*] Sic ergo patet ꝙ lite pēdente, priuilegium siue indulgentia super re litigiosa veritate tacita impetrata non tenet, nec valet. sic j. de testi. causam 2. & j. de priui. dudū. & s. eo. à memoria. arg. & in Auth. i. medio libet sacras iussiones nō fieri. §. si vero.[a] & §. illud quoq;. colla. 8. sic & priuilegium non valet tacita compositione, obtentum. j. de deci. ex multiplici & priuilegiū, post sententiam. impetratum super re iudicata non tenet, vel rescriptum ad eam retractandā. C. vt lit. pen. l. 2. Itē nec cōfirmatio de re litigiosa. j. de confir. vti. vel inuti. c. 1. sic & res ipsa litigiosa in nullam debet trāsferri ꝑsonam. 11. q. 1. c. fin. quod tamen fallit in casibus, qui notantur s. eo. ecclesia. & C. de litig. l. vlti.

a Si dum dicitur causa, impetrarur pragmatica sāctio, vel qd simile, iudex illud respicere non debet, sed debet eo non obstāte causam diffinire. Io. And.

TITVLVS XVII.

De † sequestratione possessionum & fructuum.

In non nullis antiquis tit. De sequestratione possessionū & fructuū alias: possessionis.

¶ Innocentius iij. Mediolañ. archiepiscopo.

¶ *Res in quam facta est missio, non debet sequestrari, etiam si missus inde fuerit violenter eiectus. Vel notabilius sic: Sequestrum factum loco missionis propter scandalum euitandum, reuocari debet oblata cautione, & restitutis expensis.*

CAP. I.

Ad † hoc, vnxit nos Deus: & infra. ¶ Abbas de Regula† nobis exposuit, ꝙ cū M. prædecessor tuus super causa, quæ inter ipsum, & monasterium suū fuerat agitata, obtinuisset Veronensi episcopo litteras destinari: & ipse super iudicio possessorio partim pro monasterio, partim pro archiepiscopo sententiā protulisset: procuratore ipsius monasterij quęstione de proprietate postmodum intentare volente, archiepiscopus iurisdictionem episcopi opposuit expirasse: asserens causam possessionis tantum, & nō

DE SEQVESTRAtione possessionum & fructuum.

¶ *Viso quòd lite pendente nil sit innouandum: quia per hoc dubitari poterat, nunquid per hoc sequestrationis actus sit prohibitus: ideo, &c. Et de hac materia vide plene per Ioan. And. in regula, locupletari. de regu. iur. lib. 6. Abbas Siculus.*

De hac materia habetur 2. q. 7. quoties. 77. distin. episcopus.

Cap. 1. eo tit. in 3. compilat.

Alia, de Strogula.

Ad hoc vnxit. Propter contumaciā rei, res ab eodem petita sequestrari non debet. sic summat Io. An. & cōiter omnes; quæ summatio non placet Panormitano. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponit processus narrationem. In secūda pronunciationē: ibi, *In eum.* In qua duo facit, primo reuocat sequestrationem: secundo iubet expensas restitui, & caueri tibi. *No autem.*

Casvs. Inter episcopum Mediolañ. & abbatem de Regula super quibusdam possessionibus quæstio vertebatur, quæ ad petitionem archiepiscopi simpliciter commissa fuit episcopo Veroñ. coram quo intentauit archiepiscopus iudicium possessoriū, & ipse partim pro monasterio, partim pro archiepiscopo sententiam promulgauit: quo facto procurator monasterij iudicium proprietatis voluit intētare super illis possessionibus, de quibus archiepiscopus obtinuerat in iudicio possessorio, sed archiepiscopus respondet, iurisdictionem episcopi expirasse, asserens causam possessionis tantum & non proprietatis fuisse commissam: & ipse quia semel officio suo functus fuerat, super proprietate vlterius cognoscere non valebat. Sed cum archiepiscopus nollet procuratori monasterij respondere, episcopus propter contumaciam archiepi-

scopi,

proprietatis fuisse commissam: & quia super possessione pronunciauerat, semel functus officio [a] suo, super quæstione proprietatis deinceps cognoscere non valebat: & infra. Sed iudex actorem in possessionem (quæ fuerat per ipsum archiepiscopo adiudicata) propter eiusdē contumaciam mitti decreuit, à qua tamen archiepiscopus violenter monasteriū eiecit [b]: & infra. ¶ Celestinus Papa prædecessor noster, sic suum interpretatus fuit rescriptum, quod tam causa possessionis, quàm proprietatis, fuerat iudici delegata: cū absolute & indistincte [c] commissa fuerit, & eius cōtinentia diuidi non deberet: prælibatam quoque possessionem pro suo abitrio [d] sequestrari [e] præcepit, iniungens Reginen. & Mutinen. episcopis, vt de causa possessionis & proprietatis plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent: & possessionem ei parti postmodum resignarent, quæ obtineret de proprietate triumphū: & infra. In eum statū continentiā causæ reducimus in quo fuerat, cum prædictus prædecessor noster causam proprietatis & possessionis Regin. & Mutin. episcopis cōmisit: mandato sequestrationis penitus reuocato: & infra. ¶ Ne autem monasterio videamur in suo iure deesse, moderaras expensas [f] (ex quo episcopus Veron. ipsum in possessionem induci decreuit, vsque ad satisfactionis tempus oblatę [g]) propter hoc [h] factas, sibi restituendas esse cēsemus: & à te sufficientem [i] præberi standi iudicio cautionem.

¶ Honorius iij. Priori † Deben. & Decano de Calin.

¶ Si missus in possessionem causa custodiæ fructus dissipat, dissipati reuocātur, & cum alijs sequestrantur.

CAP. II.

Dilectus † filius R. rector ecclesiæ de Bethusia, sua nobis petitione monstrauit, quòd cum inter ipsum ex parte vna, & abbatem & conuentum de Cisteria † ex altera, super eadē ecclesia, coram abbate de Sibiton. & eius collegis quæstio verteretur, & iudices ipsi prędictos abbatem & conuentum, in possessionem ipsius ecclesiæ, causa custodię induxerūt: qui fructus medio tempore perceptos, pro suę distrahunt [k] libito voluntatis † ¶ Quo circa mandamus, quatenus si est ita, facientes fructus sequestrari, [l] prædictos, si quid de ipsis per eos distractū inueneritis, in statum pristinū reuocetis.

scopi, misit monasteriū in possessionem, quę fuerat per ipsum archiepo adiudicata causa rei seruandæ: Sed archieps monasterium ab illa violenter eiecit; causa ista postmodum delata est ad dñm Papā C. cum super hoc aliquandiu fuisset disputatum, C. sic fuit interpretatus suū rescriptū, q tam causa possessionis q̄ proprietatis iudici fuerat delegata: cum absolute & indistincte commissa fuisset, & continentia causæ diuidi non deberet, prædictam quoq; possessionem pro arbitrio suo sequestrari præcepit apud Vercellen. & Nouarien. epos, dans in mandatis epo Regino & Mutin. vt de causa possessionis & pprietatis plene cognoscerēt, & deciderent eandem, & possessionem illi parti assignarent, quæ obtinebit in proprietate. Tandem partibus comparentibus coram epis Regino & Mutin. infra annum à tempore datæ possessionis per episcopū Veronensem, archieps Mediolan. cautionē obtulit standi iuri. Tandem cum ipsi epi non processissent in causa, partes ad dñm Innocentium habuerunt recursum, coram quo prędicta & alia multa allegata fuerunt: qui reduxit causam in eum statum in quo fuerat, cū C. causam proprietatis & possessionis commisit Regino & Mutin. episcopis, mandato sequestrationis penitus reuocato: & ne dñs Papa monasterio in suo iure deesset, statuit q archiepiscopus restituat monasterio expensas moderatas, ab eo tēpore quo eps Veronensis, ipsum monasterium in possessionem mitti decreuit, vsque ad tempus satisfactionis oblatę corā Regin. & Mutin. epis propter hoc factas, & q archiepiscopus præstet cautionem sufficientem iudicio standi. Not q quādo causa simpliciter & indeterminate committitur, iudicium possessorium & petitorium commissum intelligitur: & si actor intētauit possessorium, & obtinuit, reus etiā potest intentare petitoriū super possessionibus in quibus succubuit coram eodē iudice: quia continentia causæ diuidi non debet. Itē sequestratio fieri non debet. Item expensæ refundendæ sunt, factæ à tēpore datæ possessionis vsq; ad tēpus oblatæ cautionis, quæ factæ sunt pp̄ter hoc.

a ¶ *Officio.*] Allegabat legem illam. ff. de re iudi. iudex. & s. de of. deleg. in literis. & male, quia illud locū habet cū pronūciatur sup proprietate, & non sup possessione: vel si hoc tm̄ esset ei cōmissum.

¶ Glo. seq. formas duas quæstiones.

b ¶ *Eiecit.*] Sed nunquid anno elapso erit possessor? Dictum est de hoc s. de dolo & contu. contingit. Item, nunquid abbas posset petere restitutionem tamquam spoliatus? & ibidem de hoc dicit.

¶ Glo. seq. distinguit an simpliciter commissa sit causa possessionis tantū.

c ¶ *Indistincte.*] Nota q sic committitur causa simpliciter, puta: cōmittimus tibi causam, quæ inter tales vertitur, super talibus rebus. tuoc tam causa possessionis quàm proprietatis commissa intelligitur, vt hic dr. & arg. C. de rei ven. ordinari. & s. de causa pos. pasto ralis. & s. de testi. significauerunt. sed si causa possessionis tantū cōmissa est, non possunt cognoscere de proprietate, quia cui cōmissa est causa violentiæ tantum, de proprietate cognoscere non pōt, & vno & eodem tempore causa possessionis & proprietatis diuersis iudicibus committi non debet: quia continentia causæ diuidi non debet, vt hic dicit. & C. de iud. nulli. & s. de cau. pos. c. s. sicut causa proprietatis & vsusfructus apud eūdē iudicē sunt tractandę. ff. de lib. cau. si pariter. s & ff. de q. re. ad eūdē iudicē eat. l. s. & a.

d ¶ *Arbitrio.*] In hoc ipso Celestinus peccauit: quia non debuit facere sequestrationem nisi in casibus, qui notātur j. eod. c. proxi. & vlti. vnde reuocauit sequestrationem: vt j. patet.

e ¶ *Sequestrari.*] Hoc ideo fecit, quia cū res apud sequestrum deponitur, neuter litigantiū possidet illā rem. ff. depositi. l. licet. §. rei depositę. nisi hoc dictum sit in sequestratione, vt tantū causa custodiæ deponatur apud sequestrum. ff. de acquir. pos. interesse puto. & sic possessio postea restituitur illi qui obtinet in proprietate, vt sequitur: q proprietas trahit ad se possessionē. s. de causa pos. cum dilectus. Et sequestratio ista facta fuit apud Vercellen. & Nouarien. epos.

f ¶ *Expensas.*] Sic s. de eo qui mit. in pos. cum venissent. in fi. & s. de dolo. cum dilecti. in fi. & c. finem. vbi satis de hac materia.

g ¶ *Oblatæ.*] coram Regin. & Mutin. epis. nam archieps Mediolanen. obtulit cautionē standi iuri infra annum super possessionibus illis, de quib' abbas fuit missus in possessionem causa rei seruandæ, per epm Veronen. sed archiepiscopus abbatem expulit de possessione, vt dictum est.

h ¶ *Propter hoc.*] id est, propter vitium contumaciæ. C. de in. sancimus.

i ¶ *Sufficientem.*] Not. q in casu isto sufficiēs cautio est præstanda, s. pignora vel fideiussores. ff. mā. si mandatu. §. vlt. & non nuda, i. sola pmissio: vt dixi s. vt lite nō cōtest. quoniam. §. in alijs. & C. de verb. sign. §. sancimus.

Dilectus.] Primo ponit querelam rei passi missionem: secundo dat ei iudices. Abbas.

Casus. Abbas & conuentus de Cisteria impetrarunt litteras ad quosdam iudices delegatos, c rectorem ecclesiæ de Bethusia super ipsa ecclesia: iudices quia rector prædictus contumax fuit, monachos induxerunt in possessionem ecclesiæ ipsius, causa custodiæ: & quia monachi fructus prædictæ ecclesiæ medio tempore perceptos distrahebāt, dictus rector significauit hoc domino Papæ. vnde mādat, quatenus si est ita, fructus prędictos faciant sequestrari: & si quid de ipsis distractum est, faciant in pristinum statum reuocari. Not. casum in quo fit sequestratio: & hoc ideo, quia fructus debent restitui, si reus infra annum recuperauerit possessionem.

K ¶ *Distrahunt.*] Not. q ille qui mittitur in possessionē causa custodiæ, siue agatur reali actione, siue etiam personali, infra annum nō facit fructus suos. sed custodire eos debet, non distrahere: vt si infra annum reus recuperare voluerit possessionem, restituantur ei fructus: expensę tamen necessariæ pro fructibus percipiendis factæ, primo debent deduci: quia illæ in nullo casu prohibentur. ff. fa. ercisc. fundus. s. respon. in fi. Si vero non veniat infra annum, tunc primo anno elapso lucratur omnes fructus. de hoc dictum est s. de do. contingit. & hoc in reali.

¶ Glo. seq. ponit regulam, & xi. casus exceptos.

l ¶ *Sequestrari.*] Not. q possessor lite pendente non debet remoueri de possessione, nec ab ea sequestrari: vt s. c. proxi. & 16. q. 4. volumus. & 8. q. 4. nonne. & C. de proba. l. s. & s. ut. proxi. per totū. & C. de prohi. sequestra. l. vnica. Quandoque tamen fit sequestratio in casibus, vt cum quis dilapidat fructus quos seruare debet: vt hic, & in c. seq. Item cum appellatur ab executore meru, tunc sequestratio fit rei immobilis, & fructus etiam rei immobilis sequestrantur apud possessorem, remanente iure possessionis. C. quorum app. non reci. ab executore. Item cum persona à qua res mobilis petitur, suspecta est. ff. qui satisda. cogan. l. si fideiussor. §. vlt. Item si timetur

a Concor. l. si ita. & ibi Barto. ff. de legat. 1. & l. alio. ff. de alimen. & cib. legat.

g Hoc patet in antiqua decretali, quam Innocentius huius capitulis.

† Alibi m: Priori de Bean. & Decan. de Dalunth. alibi: Calinth.

† De materia huius c. vide Felin. post Innocent. Andr. in c. examinata. s. de iu. ad de Sonnd in regula 418 verbo sequestra- tio. & seq.

† Glossaria.

† Adde ista verba importare liberū arbitriū. concor. l. s. ff. de re. mil. & ibi. Bart.

† Pone casum qui obtra illum q de libertate litigat, concurrat vsufructuarius. & proprietarius. Ioh. And.

si timetur de dilapidatione. ff. de ap. imperatores. in fi. Itē si quis p̄clamet in libertatē, sequestrātur res eius. C. de asser. tol. l. 2. §. 1. & C. qui. ad li. procla. nō licet. l. 2. & 3. & C. de or. cog. l. vlt. Itē si colonus velit possessiōēs ꝯductas deserere: .C. de agr. & cē. l. vlt. lib. 11. Itē si maritus vergat ad inopiā, sequestratur dos. ff. sol. ma. si cū dotē. §. si vero. & C. de iure dot. in rebus. in fi. in Auth. de æqua. do. §. illud quoq;. coll. 7. Itē si timetur de sæuitia viri, nec potest ei caueri. ā. de restit. spo. literas. ad fin. aut etiā cū timet sponsam corrumpi. j. de spon. eū locū. Itē cū aliquid est ablatū illi q est de familia iudæis. ff. de offi. præfi. senatuscōsulto. in fi. Item pp contumaciam. ā. de do. & contu. ex litteris. & hoc fit vt mitius agatur cū contumace: vt ibi dicitur.

A B eo.] Casvs. Aliquis appellauit a sñia ꝯ ipsum lata, ipse cœpit dissipare fructus possessionis, dr̄ q fructus sunt ab ipso sequestrandi, quousque appellatiōis causa fuerit terminata. Nota casum in quo fit sequestratio.

a ¶ *Si dissipentur.*] Sic C. quorum ap. non recī. ab executore. & ff. de ap. imperatores. in fi. vn de hæc decret. sumpta est 2. de hoc satis dr̄ ā. cap. proxi. & secundum hanc decre. intellige quod dicitur 2. q. 6. quotiens 2. & hoc ideo quia si confirmabitur sententia, debet fructus perceptos post litem non contesta. restituere cum ipsa re. C. de rei ven. certum.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Si reus possessor appellat à sententia contra eum lata, licite rei petitæ fructus sequestrantur, si dissipātur ab eo.*

CAP. III.

A B eo qui à sententia prouocauit, fructus possessionis (si dissipētur[a] ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.

TITVLVS XVIII.

De confessis.

¶ Clemens tertius.

¶ *Ad solum dictum confitentis crimē proprium, non est alteri infligenda pœna aliqua: infamato tamen est indicenda purgatio.*

CAP. I.

CVm monasteriū: & infra. ¶ Eos, quorum suggestione scelus homicidii, presbyter † se perpetrasse proponit, nisi alijs modis[b] verum esse constiterit, nulli censemus pœnæ subdendos †: cum † secundum vtriusque iuris statuta, de se confessi[c] super aliorū conscientijs interrogari nō debent †: & (crimine læsæ maiestatis excepto) de reatu proprio confitentis periculosa confessio nō est aduersus quemlibet admittenda. ¶ Si tamen eos infamia[d] huiusmodi laborare cognoueris, singulis eis (adiunctis tribus † socijs sui ordinis) purgationem iniungas.

¶ Inno. iij. canonicis de Bethlehem.

¶ *Si de crimine contingente causam principalem, constat contra aliquem per eius confessionem, punitur pœna ordinaria, etiam si directe contra eum non agatur. h. d. secundum glo. Et est casus not. & verus in se. Vel summa sit, secundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam sensit glo. licet non perfecte explicet: Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, potest iudex ordinarius nouum inchoando processum, illum punire pœna ordinaria. hoc dicit singulariter. Abbas.*

CAP. II.

CVm † super electione Bethlehemitanæ ecclesiæ inter R. & P. quæstio verteretur: & infra. ¶ Quoniam V. canonicus Bethlehemitanus fuit in iure confessus[e], quòd pro præstando alterius ele-

DE CONFESSIS.

¶ *Supra visum est de modis quibus ordinatur iudicium: restabat videre de modis quibus causa instruitur, & sic de meritis causæ: vt de probationibus in genere & in specie: & quia per confessionem aduersæ partis releuatur litigans ab onere probandi, cum confessio nō sit proprie probatio, sed probationis releuatio: ideo tractaturus auctor de probationibus, præmisit de confessis: quia vbi adest confessio, non est necessaria probatio. Vel continua magis ad proximā sic: Supra visum est de modis procedendi contra contumacem, veruntamen quia quandoque, & vt plurimum partes sunt in iudicio, & aliqua confitentur quæ non subijciuntur oneri probandi, aliqua vero negant quæ subijciuntur probationi: ideo auctor prius præmisit de confessis, secundo de probationibus: cum ad probationes recurratur deficiente confessione. Abb.*

De hac materia tractatur 15. q. 3. & q. 6. & q. 8. per totum. & 2. q. 1. nos in quenquam. & in alijs capitulis.

CVm monasterium.] Ei qui crimen proprium confitetur, non creditur ꝯ eos quos dicit fuisse criminis suggestores. h. d. duo facit: nā primo instruit iudicem in absoluendo non infamatos, & reddit causam. secundo instruit de purgatione infamiæ: ibi, Si tamen. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam presbyter confessus fuit se cōmisisse homicidiū ad suggestionē quorundā: quærebatur vtrū illi ad confessionē sacerdotis sint puniendi de illo homicidio? Rñdet q nō, nisi aliter hoc verū esse constiterit: qa vt dicūt iura canonica & ciuilia, nulli de se confesso credendū est ꝯ alios (excepto crimine maiestatis) confessio ꝯfitentis de se, nō est aduersus alios admittēda. Si tñ illi de hoc infamati sunt, cū tribus socijs sui ordinis (cū quibus se purgare debēt) purgēt. Nota q nulli de se confesso credi debet in præiudicium aliorum. Item confessio criminosi, non est contra alium admittenda. Item infamatus debet se purgare.

b ¶ *Alijs modis.*] scilicet legitimis & euidētissimis probationibus, & luce clarioribus. C. de proba. l. vlt. 2. q. vlti. sciant. & 5. q. 6. Epiphanium. vel per propriam confessionem in iure factam. j. c. prox. & 2. q. 1. nos in quenquam. vel per euidentiam facti. j. de coha. cle. & mu. c. vlt. & ā. de resti. spo. cum ad sedem.

¶ *Glo. seq. al. tractatur, & alium casum excipit, & hoc in fine determinat.*

c ¶ *Confessi.*] Nulli ergo de se confesso super crimine aliorum creditur. sic j. de testi. veniens 1. & 15. q. 3. nemini. & 3. q. 11. neganda. & C. de accu. & in scrip. l. fin. & hoc generale est, præterquam in crimine læsæ maiestatis, vt hic, & in prædicto c. nemini. & c. veniens. Item auditur confessio vnius latronis cōtra alium. C. de ser. prouinciarum. & C. de fal. mone. l. 1. in gl. immunitatem. & ff. de custo. & exhi. reorum. l. diuu[f]. Hadrianus. §. 1. & ff. de quæstio. l. 1. §. si qs. istis qui de se confitentur, creditur non quantum ad cōuincendum, sed quātum ad præsumptionē. vñ si adsūt aliæ præsumptiones, valent: aliàs p se nō sufficerēt.

d ¶ *Infamia.*] de qua debent se purgare cum tertia manu sui ordinis, qui sint honesti, & conuersationē ipsius agnoscāt: aliàs si defecerint, tamquam conuicti puniantur. j. de purg. c. cū P. & c. cū dilectus. & j. de simo. insinuarum. aliàs si infamati nō essent, nō indiceretur eis purgatio pp talem confessionē. 2. q. 5. si legitimi. De hac materia plenius tractatur j. de pur. cano. cum P. & ca. cum dilectus. & 2. q. 5. presbyter si à plebe.

CVm super.] Qui in iure cōfessus est se simoniacum, ab officio & beneficio deponitur. ita summat Io. And. sed hæc summatio est nimis generalis. Diuiditur. nam primo ponitur depositionis causa. Secundo deponit: ibi, Nos. Abbas.

Casvs. duo electi fuerunt in ecclesia Bethlehemitana: in examinatione illarum electionum V. Bethlehemitanus canonicus fuit in iure confessus, quòd pro præstando consensum electioni alterius, recepit obligationem quingentorum Sarracenorum, & mediator fuit simoniacæ prauitatis: vnde dominus Papa deposuit ipsum per diffinitiuam sententiam ab omni officio & beneficio ecclesiastico. Not. quòd simoniacus deponi debet, vt hic dicitur.

¶ *Glos. seq. post prin. dupliciter obijcit, & tripliciter respondet.*

e ¶ *Confessus.*] Et coram iudice suo. ā. de iud. at si clerici. aliàs ergo confessio non præiudicat quantum ad pœnam vel condemnationem: præiudicat tamen quantum ad suspicionem. j. de exces. præla. quàm sit graue. Sed nonne iste fuit testis: qualiter ergo punitur pœna ordinaria, contra illud ā. de ord. cog. cum dilectus ad fi. j. de exce. denique. in fi. præterea sine accusatore non debet quis puniri. j. vt eccl. benefi. vt nostrum. in princ. ff. de min. & ho. rescripto. §. si quis.[g] potest dici quòd iste vel fuit denunciatus, vel inquisitio contra eum facta fuit. sic ā. de elect. per inquisitionem. vel hic ex officio suo processit dominus Papa, & in odium criminis. arg. 3. q. 9. nihilominus. & C. de proba. iubemus. & C. de testi. nullum. etenim crimina vndecunque claruerint, punienda sunt. 24. q. 3. ecce. Vel ideo punitur: quia crimen istud contingit principale negotium. sic j. de except. cap. 1. in fin. & hoc videtur verius, quia dicebatur ab aduersario quòd simoniace facta fuit electio: & quia electionem examinat, de omnibus inquirere debet, de meritis personæ, de modo electionis, de studio eligentium[g], & sic crimen illud contingit factum principale. ā. de electio. cum terra. & cap. super eo. & cap. scriptum est. & c. nihil est. de his omnibus inquirit iudex ex officio suo, de meritis electi, & eligentium. & iste fuit vnus de electoribus, & ideo merito puniri debuit si commisit in ipso negotio vitium simoniæ, siue de hoc actum fuisset[h] siue non, cum ex officio hoc etiam fieri debeat. ā. de elect. cum nobis

 olim.

Debent dicere si confessus nō ... in aliis ... Ann.

Vnde re... Io. Anc. ...

In aliquo antiquis: ...

Vide ... Ann. ...

Alijs. quia.

f Ibi latrones interrogat de socijs & receptatoribus. Ioan. And.

a De hoc articulo vide plene per Antonium Gomezium tom. 3. varia. resolut. ca. 12. & Iulium Clarum in pract. crim. §. fin. q. 21.

a In c. inter solicitudinem. j. de pur. can. 1. compurgatores assignantur: sed dicas quod tantum nūc numerū iudicis arbitrio relinquitur, iuxta qualitatem criminis infamiæ & delinquentis vt dicit lib. 2. adnot. in Directo. In quisitorū. Schol. 11. vbi plenissime differit de hac materia.

a Cap. vnū ... 3 compilat. Et quæ sub hoc, infra, hic desiderātur, inuenies etiā ... cap. cum sit per. de causa possess. & proprie.

a Accusationem nō habens, honorib' phiberi non debet. Io. An.

g Concor. l. de minore. §. plurimum. & ibi Bal. ff. de quæstio.

h Hoc verū secundum Ian. vbi de crimine cōstat p ipsius cōfessionē: 2 verum de hac materia vide hic plenius per Ioan. And.

olim.§. his igitur. vbi de hoc. & sic punitur aliquis super eo de quo non agitur contra eum directe, in odium criminis: vt innuit littera sequēs, §. Nos quoniam vitiū huiusmodi persequi, &c. & est arg.j.de testi.tā litteris. sic & maritus punitur de lenocinio, licet contra eum directe non sit actum.ff.de adul.l.1.§.si publico.

ctioni consensu quingentorum Satracenorum [a] obligationem receperat, & mediator extitit simoniacæ prauitatis: ¶ Nos (quoniam vitium huiusmodi persequi volumus, vt debemus) ipsum per diffinitiuam sententiam duximus ab omni beneficio & officio ecclesiastico deponendum.

¶ Gregorius ix. B. iudici Viterbiensi.

¶ *Confessio facta in iure per œconomum ecclesiæ, nocet ipsi ecclesiæ: potest tamen reuocari, si ante finitum negocium doceatur per errorem facti emanasse. h. d.*

CAP. III.

EX parte abbatis & conuentus monasterij sancti M. fuit propositum, quòd cum inter ipsos ex parte vna, & V. nomine suæ vxoris ex altera, coram te quæstio verteretur, œconomus monasterij memorati, quædam per errorem facti fuit in iure confessus [b], ex quibus † timet sibi præiudicium generari. ¶ Cum igitur negotio nondum finito, nemini noceat error [c] facti, Mandamus, quatenus si de huiusmodi potuerit errore docere, prouideas, vt nullum sibi super hoc præiudicium generetur.

a ¶ *Satracenorum.*] Exponunt quidam, dando eorum regi, vt electioni præstaret assensum, vel potius p seipso recepit illam obligationem vt ipse consentiret; sic sola talis obligatio simoniam inducit, licet non receperit id quod venit in obligationem quia in talibus nulla pactio vel cōuentio debet interuenire. 1. q. 3. quàm pio. §.fi. & j.d pact. pactiones. & j.de simo. c. pe. & est moneta, quæ sic vocatur.

E *x parte.*] Confessio per errorē facta nō nocet, si ante finitū negotium de errore facti emanasse doceatur. h.d. Ioan. And. Prima pars narrat factum. secunda prouidet iudicem instruendo: ibi, *Cum igitur.* Abbas.

Casus. Inter abbatē & conuentū sancti M. ex parte vna, & V. nomine vxoris suæ coram iudice Viterbien. quæstio vertebatur: syndic[us] monasterij ↄfessus fuit quædam in iure p errorem, ex quib[us] monachi timent sibi præiudiciū generari: abbas & conuentus significauerunt hoc dño Papæ petentes sibi ↄ huiusmodi confessionem prouideri. Scribit Papa illi iudici Viterbien. dicēs, q negotio nondum finito error facti nemini nocet: vnde mandat eidē, quòd si de huiusmodi errore poterunt edocere, nullum sibi super hoc præiudicium generetur. Nota q error facti non nocet, dummodo ante sententiam error probetur.

¶ *Glos. seq. ponit differentiam huius rubricæ ad rub. de inter. act. Secundo ponit nouem quæ requiruntur vt confessio noceat. Tertio quæ sint partes iudicis in confessum. In fine addit decem casus: in quo non persistit.*

b ¶ *Confessus.*] Not. q rubrica ista siue titulus: de ↄfessis: locū habet post litē contesta. sed edictū de interrogatorijs actionibus locū habet & ante litē cōtesta. & post: q̄a iudex quotiens & qñcunque æquitas mouet ipsum, debet interrogare partes. ff. de iterr. act. vbicunque. & 30.q. 5. iudicantē. & in casib[us] qui notati sunt s. de iur. calū. cum causam. & etiā postq̄ est ↄclusum in causa. j. de fide instru. cū Ioannes. §. verū. Ad hoc enim vt ↄfessio p̄iudicet alicui exiguntur plura; q sit maior xxv. an. quia minor potest restitui ↄ confessionem. ff. de min. non omnia. & ff. de confes. certū. §. in pupillo. Itē q̄d sponte & non coactus. 15.q.6.c.1. & 31.q.2. Lotharius. §. præterea. & ff. de quæsti. l. 1. 1. rñ. & §. diuus 2. Itē q ex certa sciētia: q̄a si errat in ↄfitendo, & pōt pbare se errasse, nō nocet: vt hic, & C. de iur. & fac ign. error facti. & ff. de ↄfes. nō fatef. Itē q ↄ se cōfiteat: q̄a cōfessio p se non pdest. 14.q.2.§.2. & ff. de inter. act. de ætate. 1. rñ. Itē in iudicio & corā suo iudice, aliàs nō p̄iudicat: vt s. de iud. at si clerici. & C. eod. l. vnica. Qñque tñ confessio extra ius facta valet, vt si quis confiteat debere se ex certa causa, puta emptionis, vel locationis, vel alia causa consimili, si probetur confessio ista per testes qui fuerunt præsentes in confessione, condemnabitur ex ea. C. de non nu. pe. l. generaliter. & l. aduersus. & ff. de pba. cū de indebito. §. vlt. & j. de fi. instr. si cautio. & 3.q.9.§. si debitum. Item quod aduersarius sit præsens: aliàs non nocet. ff. de interr. act. l. vlt. & ff. eo. certum. §. si quis. Item requiritur q non sit ↄ rerum naturam, vt si confiteor me interfecisse hominem q viuit. ff. ad leg. Aqui. inde Neratius. §. vlt. & hoc si probo eum viuere qui mortuus est, vel si confiteor illum esse filium meum, qui est maioris ætatis q̄ ego. vel si quis confiteatur factum cuius nomine actio cum alio esse non potest. ff. de inter. act. si is cuius. & l. confessioni-

bus. Item q non sit ↄ ius, C. de libero homine ↄ: aliàs non nocet. ff. de pac. iuris gentiū. §. & si stipulatio. & §. prece. & j. de pa. pactionis. & j. de condi. appo. si conditiones. & 35.q.2. solet quæri. Item q de re litigiosa: vt ff. de inter. act. confessionibus. Item in confesso nullæ sunt partes iudicis in cognoscendo, sed in sententiando sic: quia debet ferre sententiam ex illa confessione. ff. ad leg. Aquil. p inde. & j. de transac. præterea. Item si quis confiteatur se seruum, talis confessio nō nocet ei: vt C. de lib. cau. interrogata. lex ista fauore libertatis intelligitur de cōfessiōe facta apud iudicē, sed nō in iudicio liberalis causæ, aliàs contraria esset lex illa, iubemus. eo. tit. in fi. B.

Additio. Vnde vers[us]:

Maior, sponte, sciens, ↄ se, vis ius fit, & hostis.

Certum, lisque fauet, ius nec natura repugnat.

c ¶ *Error facti.*] Error facti excusat, si pbetur nondū finito negotio: vt hic, & in l. prædicta, error. & j. de sent. excō. sacro. Error vero iuris non excusat. C. de iur. & fac. igno. l. 2. & l. cū quis. & sic patet q confessio syndici potest reuocari. Item & cōfessio aduocati reuocat. j. de cen. olim. vbi de hoc.

TITVLVS XIX.

De probationibus.

¶ Greg. Tancredo † regi Vincestriæ.

¶ *Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur. ita communiter summatur.*

CAP. I.

EX epistolę verbis: & infra. ¶ Tua excellentia postulauit; vt Imperatori scriberem, quatenus † pacta in chartophylacio [d] requireret, quæ dudum inter Iustinianum principem & prædecessores tuos fuerunt emissa, vt ex his colligeret, quid tibi seruare deberet. ¶ Sed ad hoc faciendum vehementer obstitit, quia nulli [e] dicendum est; ea quæ cōtra [f] te sunt, apud temetipsum debes documēta requirere, in mediumque proferre.

DE PROBAtionibus.

¶ *Continuata fuit s. in precedenti tit. sed magis specifice dic: Supra visum est in proxi. tit. de confessionibus, per quas aduersarius releuatur ab onere probandi: Veruntamen quia parte negante habet asseuerans probare. 6. q. vlt. accusator. merito subijcit de proba. & præmittit primo genus, vt postea facilius descendat ad species, sicut etiam fecit compilator ff. & C.*

De hac materia habetur 6. q. vlt. §. his ita respondetur, vsque ad fin. q. 24. q. 3. de illicita. 44. dist. multis.

E *x epistola.*] In prima parte ponitur petitio. In secunda ipsius repulsio: ibi, *Sed ad hoc.*

Casus. Inter Iustinianum principem & antecessores Tancredi regis, quædam pacta facta fuerunt, in quibus continebatur, quòd antecessores ipsius Tancredi, & ipse quædam obsequia debebant Imperatori, in quorum possessione erat Imperator: Iste rex Tancredus ignorabat illa pacta: vnde petijt à domino Papa Greg. vt scriberet Imperatori, vt ipse inquireret pacta illa in chartophylacio suo, & faceret inde copiam sibi, vt per hoc colligeret quid deberet facere Imperatori, & quid Imperator ei seruare deberet: Super hoc respondet Papa regi Tancredo dicens, q illud facere non potest, quia nulli dicendum est, Ea quæ contra te sunt, apud teipsum debes requirere documenta, & in medium proferre. Nota quòd reus non tenetur dare actori instrumenta sua contra se, sed actor debet habere suas pbationes; nec econtra actor tenetur dare reo instrumenta defensionis: communia tamen instrumenta alter alteri dare tenetur.

d ¶ *In chartophylacio.*] Chartophylacium dicitur locus seu armarium vbi chartæ vel instrumenta ponuntur, & conseruantur.

¶ *Glo. seq. cum seq. signat & soluit duo contraria.*

e ¶ *Nulli dicendum.*] reo, scilicet, nisi sit vsorius eis. ff. de eden. l. 1. §. edenda. vel nisi sint communia. j. de fid. instru. G. perpetuus. nam argentarius & publicus exactor rationes contra se tenetur edere. ff. de iur. fis. in fraudem. §. ex his bonis. & §. seq. hic enim reus Imperator erat in possessione obsequiorum præstandorum à rege. Arg. contra. 45. distinct. qui syncera. vbi dicitur quòd conuincere debemus Iudæos ex codicibus suis, & illi nostri sunt: quia continent vetus testamentum.

f ¶ *Contra te.*] Simile C. de testi. nimis graue. & C. de edē. q accusare. & 4.q.3. qui incēdit. Arg. ↄ. C. de eden, non est nouū. & l. iustum

ſtum eſt. Sol. verũ eſt illud ꝙ nullus ſua propria inſtrumẽta tenetur dare aduerſario, vt ipſe vtatur eis, & præcipue quæ faciũt ꝯ ipſum: ꝯ iia hic ſignata non ſunt contraria. leges illæ, non eſt nouum. &, inſtũ eſt. loquuntur de rationibus cõibus: lex illa de eden. qui accu ſare. loquitur de inſtrumentis proprijs, vt probatur C. de eden. ea quæ. ſecundum vnum caſum. Intelligunt alij aliter leges illas, prout ibi conſueuit notari.

debet ac defendere. Item promptiora ſunt iura ad abſoluendum quàm ad condemnandum. Item cum probationes æquales ſunt, abſoluitur reus niſi in libertate. Item qui obijcit præſcriptionem, eam probare debet.

S *Icut conſuetudo.*] Non valet conſuetudo vltra probationem plenã exigens iuramẽtũ. h. d. Primo narrat ꝯſuetudinẽ, quã ſecundo improbat: ibi, *Nos cum.* Abb.

CASVS. Conſuetudo erat in quadã terra, ꝙ cum aliquis intentionẽ ſuam fundauerit teſtib⁹ vel inſtrumentis, nihilominus deferebatur ei ſacramentũ, qḋ ſi præſtare nollet, fides probationibus ſuis non habebatur. Dicit Papa ꝙ ad huiuſmodi iuramentũ, recurrendũ eſt tunc demum, cũ aliæ legitimæ probationes deeſſe noſcuntur: vnde talem conſuetudinem reprobat. Nota iuramentum in defectum probationum eſſe præſtandum. Item conſuetudo hic non præiudicat iuri.

a ❡ *Cum aliæ.*] C. de iureiu. in bonę fidei. ff. de iureiu. admonendi. ꝯ. de procu. ex inſinuatione. & C. de fi. inſtru. l. vlt. habito tñ reſpectu ad qualitatem perſonarũ, & quantitatẽ cauſæ. C. vnde vi. ſi quando. & j. de iureiu. c. vlt. & ff. d legi. tut. legitimos.

❡ *Glo. ſeq. arg. & illud declarat Io. An. i nouella.*

❡ Alexander tertius.

❡ *Actor qui plene probauit, non debet compelli iurare.*

CAP. II.

S Icut[a] conſuetudo laudabilis: & infra. ❡ Sane quoniam apud vos conſuetum eſſe didicimus, vt cum aliquis intentionem ſuam fundauerit inſtrumentis aut teſtibus, ei ſacramentum nihilominus deferatur: quod ſi ſubire noluerit, fides probationibus non habetur. ❡ Nos (cum tunc demum ad huiuſmodi ſit ſuffragium recurrendum, cum aliæ[a] legitimæ probationes deeſſe noſcuntur) talem conſuetudinem[b] reprobamus.

❡ Lucius tertius Ciſtreñ.† epiſcopo.

❡ *In communi iudicia probant actor & reus; & ſi pariter probant, reus abſoluitur, niſi fauorabilem cauſam foueat actor.*

CAP. III.

E X† litteris tuis intelleximus; te & archidiaconum confines habere prębendas in villis, quas ſinguli ſingulas poſſidetis: & prętextu terminorũ inter vos controuerſiam agitari, eo quòd dicas eum antiquos fines egreſſum, partemque tui fundi occupaſſe; illo in contrarium aſſerente, ſe partem eandem fundi poſſediſſe quadraginta annorum ſpatio inconcuſſe: tu autem quod per idem tempus quiete illam poſſederis aſſeueras: quare vtrum incumbat petitori vel poſſeſſori probatio, quæſiuiſti. ❡ Ad quod ſcire debes, quòd iudicium finium regundorum[c] tale eſt, vt in eo vtraque perſona vices duorum[d] habeat, videlicet actoris & rei: Vnde[e] hincinde teſtes produci poſſunt ad cognitionem iudicis inſtruendam: quibus examinatis, iudex quos præcellere intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittat. ❡ Quòd ſi ambarum partium teſtes ſint æque idonei, poſſeſſoris teſtes[f] præferentur: cum promptiora[f] ſint iura ad abſoluendũ, quàm ad condemnandum: præter quam in liberali[g] cauſa, in qua ſi vtriuſque partis teſtes æquales fuerint, pro libertate[h] ſententia proferetur. nam poſſeſſori[i] probationem aliquando dari, iuris manifeſti eſt: cum iure cautum ſit, quòd qui obiecerit præſcriptionem longiſſimi temporis (quam nemo recte obiicit, niſi qui poſſidet) & eam probauerit, in cauſa debeat obtinere.

c ❡ *Finium regundorum.*] Licet prædia eccleſiæ propria non ſint clericorum, agere tamen poſſunt finium regundorum, cum habent ius i illis, ſcilicet vſumfructum. ff. finium regun. l. 3. §. finium.

❡ *Glo. ſeq. declarat quomodo intelligatur in communibus iudicijs, &c. ſecundo ponit brocar. an vnus fungi poſſit vice duorum, alleg. pro 8. iura. & 9. contra. & dat duas ſolutiones.*

d ❡ *Vices duorum.*] Hoc iudicium duplex eſt, quia vterque actor & vterque reus hic cenſetur: vnde vterq; duplex ſacramẽtum calumniæ præſtabit, ſicut reus & actor: nõ tñ iurabit niſi ſemel. ff. ſi. ercisc. inter cohæredes. §. qui familiæ. ille tamen principaliter actor dicitur, ꝙ primo ad iudicium prouocauerit. ff. de iud. in omnibus. ſi non apparet quis primo prouocauerit, forte dirimatur quis actor dici debeat. ff. de iudi. ſi cum ambo. & ꝓ tãto dicitur actor, quia primo iurat, & poſtea iurant ſui teſtes. ſic obſeruatur in conuentione & recõuentione. Itẽ arg. eſt hic, ꝙ vna perſona vicem duarum ſuſtinet. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer. itẽ eorũ. §. ſi decuriões. 21. q. 1. relano. de conſe. diſt. 2. nec Moyſes. ff. de adop. ſi cõſul.

b ❡ *Conſuetudinem.*] Et eſt argu. quòd conſuetudo non pręiudicat ſcripto iuri. ꝯ. de conſuet. cum venerabilis. & c. vlt. & 11. diſt. conſuetudinis. hoc eſt verum vbi conſuetudo obuiat rationi; vt hic, & in pœe. cap. hæc enim conſuetudo eſt contra ordinem iudiciorum: vel ibi conſuetudo introducta eſt per errorem. ff. de lega. qḋ nõ ratione. alter ſi conſuetudo rationabilis eſſet, & præſcripta, bene præiudicaret iuri ſcripto: vt ꝯ. de conſue. c. vlt. in fi. vbi de hoc. & ff. de leg. de quibus. & 55. diſt. catholica. & c. 10 his. & talis conſuetudo præcipue reprobatur, quia ex quo ſemel iuratũ eſt de calumnia, a principio ſaltem in cauſa ciuili, non fuit amplius iurandũ. 1 C. de iura. calumnię. Auth. hoc ſacramentum. & in Auth. de ijs qui ingredi. ad appella. §. 2.

E *X litteris.*] Cõis diuiſio. Secunda: ibi, *Ad quod.* Abb. Siculus.

CASVS. Eps Bononien. & archidiaconus eius confines habebant præbendas in villis ſiue terris, quas habebant prætextu terminorum ſiue finium: inter eos orta eſt controuerſia. Dicebat eps archidiaconũ fines antiquos egreſſum, & occupaſſe partẽ fundi ſui: Archidiaconus in ꝯrium aſſerebat ſe partem eandẽ ſpatio quadraginta annorum inconcuſſe poſſediſſe: & eps eodem modo dicebat ſe eandem partem per idem tempus poſſediſſe: quęritur, cui incũbat probatio, vtrum poſſeſſori an petitori? Reſpõdet Papa, quòd iudiciũ finiũ regundorum tale eſt, vt in eo vtraque perſona vices habeat duarum, actoris videlicet & rei: vnde hincinde teſtes produci poſſunt ad fidem faciendam iudici: & illos admittat, qui melius probauerint: & ſi teſtes vtriuſque partis æquales fuerint, teſtes poſſeſſoris præualebunt: quia promptiora ſunt iura ad abſoluendum, quàm ad condemnandum, præterquam in cauſa liberali, in qua ſi teſtes ęquales fuerint, pro libertate ſententiabitur. In fine reſpondet quaſi tacitæ quæſtioni. Diceret aliquis, quare debet probare poſſeſſor? & ipſe reſpondet: Iure cautum eſt, probationẽ aliquãdo dari poſſeſſori: quia & qui obiicit præſcriptionem, & eam probauerit, obtinebit: ſed nemo eam obiicit, niſi qui poſſidet. Not. ꝙ in iudicio de finibus, vterq; dr̃ actor & reus: vnde vterque probare

30. q. 1. ad limina. ff. de ſtip. ſer. l. 1. §. ſeruus cõis. 14. q. 3. vnio. ff. de act. & obl. actionis verbo. §. mixte. arg. ꝯ. 16. q. 1. presbyteros. C. de aſſeſ. nemo. 89. diſt. ſingula. & ff. de reg. iur. in pari. ꝯ. de pb. quia in tñ, & c. de multa. ff. de pac. ſi plures. & ff. ad Treb. ille à quo. §. tempeſtiuum. & 89. diſt. ad hoc. Sol. prima reſponſio caſualis eſt, & obtinet cauſa neceſſitatis & vtilitatis: ſecus de iure regulari, vt dicitur in cõtrarijs. vel refert, vtrum iuriſdictio ſit gratuita, vel contentioſa: ſi gratuita, poteſt vti vice duorum. ff. de adop. ſi conſul. & ff. de offi præſi. l. 2. ſi contentioſa, non poteſt. 4. q. 4. c. 5. & 2. q. 1. in primis.

e ❡ *Vnde.*] id eſt, quia vterque eſt actor & reus. vel vnde, i. quia vterque aſſirmat ſe poſſidere, & ad ſe pertinere.

❡ *Glo. ſeq. dat 5. concor. textus, alleg. 4. iura, & ſoluit.*

f ❡ *Promptiora.*] Sic ꝯ. de fi. inſtrumen. inter dilectos. in fin. ff. de actio. & obligatio. Arrianus. & ff. de pœnis. reſpiciendũ. & arg. 50. diſtin. ponderet. in fi. & 26. q. 7. tempora pœnitudinis. Arg. contra. ff. de officio præſidis. obſeruandum. in fi. & 28. diſt. quia ſunt. 81. diſt. ianus Daniel. & 50. diſ. poſtquam. Sol. qḋ hic dicitur. & in ſimilibus, locum habet in dubijs & obſcuris: ſed vbi notũ eſt factũ, ſit condemnatio, niſi ex cauſa fiat diſpenſatio.

g ❡ *In liberali.*] & in querela inofficioſi teſtamenti. ff. de inoffi. teſta. ſi pars iudicantium. & in cauſa matrimoniali, 33. q. 2. ſi quis acceperit. & in dote. Vnde verſus:

Stat teſtamentum libertas, coniugium, dos;
Si ſunt æquales qui producuntur vtrinque.

Et iſtos quatuor caſus habes ꝯ. de re iud. c. vlt.

h ❡ *Pro libertate.*] ff. de manumiſ. l. antepenu. ff. de re iud. inter pares. & ff. de reg. iur. libertas. 12. q. 2. cum redemptor.

i ❡ *Nam poſſeſſori.*] Reſponſio ad tacitam quæſtionem. ſi quæreret aliquis, quare debet probare archidiaconus, cum ſit in poſſeſſione? Reſpondeo, quia qui excipit de præſcriptionibus, ipſe probare debet. ff. de probat. in exceptionibus. Sim. C. de præſcr. xxx. vel xl. annorum. male agitur. 16. q. 4. volumus.

❡ Cap. 1. co. tit. in 1. compilatione.

❡ Alias, ꝙ iuramentum.

❡ Alias: He lien. epo. alias, incipit inter habentes, Lucius iij. Ciſtrẽſi legendum Alexander iij. Caſtreñ Decano, vt poſt concil. Lateran ſub Alexã iij. par. 18. cap. 1. Habetur c. 1. co. tit. in 1. compilat.

❡ Alias: Ex litteris tuæ fraternitatis.

❡ De caſſibus: ſecus in iuramento de calumn. ꝯ. de iu. cal. c. 1. in fi. Io. And.

Hoc verũ qñ inter ſe agunt ita ꝙ nihil de petitæ poſſit eccleſiæ: ſi vero contra extraneũ, neceſſariũ eſſet procurato riũ eccleſiæ, cui ꝓ id po terat deperire: vt dicit in ver. Ioan. And.

❡ In multis antiq. vol. teſtes, nõ habetur.

Quia vero teſtes poſſeſſoris præferuntur, ideo manet in ſuo loco poſſeſſor. quod docet Iuſtiniaꝰ Inſti. de interdi. §. retinendæ in hęc verba: cõmodũ autẽ poſſidẽdi in eo eſt, qḋ etiã ſi eius res non ſit, qui poſſidet, ſi modo actor nõ potuerit ſuam eſſe probare remanet in ſuo loco poſſeſſio, ꝓpter quã cauſam cum obſcura ſunt vtriuſque iura, cõtra petitorem iudicari ſolet. Inſti. ibi.

PRopofuisti.] In virginitate probanda, attestatio matronarum assertioni viri præfertur. Communis diuisio. secunda: ibi, *Videtur*. Abbas Siculus.

CASVS. Inter O. virum, & S. mulierem corā delegatis iudicib^9 matrimonij qō vertebatur: coram quibus mulier pponebat se nec à viro cognita, nec potuisse cognosci: qđ iam pprium iuramēto q̃ iuramētis septē mulierū probauit, quæ per aspectū corporis eam esse virginem asseuerant, viro p suum iuramentū ɔ̃triu asserente: quæritur cui sit fides potius adhibenda? Rñdet, ꝙ iuramēto puellæ, & testimonijs illarum septem mulierū potius est credendum. Not. pbationē p aspectum corporis, præualere iuramento viri, carnalē copulā asserentis.

a ❡ *Potuisse.*] propter viri frigiditatē. 33.q.1. requisisti. vel pp maleficiū viri. ea. causa. & ea. q. si per sortiarias. & j. de frigi. & male. laudabilem. & cap. vlt. & in Auth. de nup. §. p occasionem. coll. 4.

b ❡ *Per aspectū.*] Quiq; tñ pbatio ista fallit, qa oculus & manus obstetricū sæpe fallitur. 27. q. 1. nec aliqua. & j. de frigi. fraternitatis. & j. eo. causam matrimonij.

❡ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

c ❡ *Puellæ.*] Arg. ɔ̃ 33. q. 1. si qs acceperit. ibi, credit iuramēto viri. & j. de desp. impu. ɔ̃tinebatur. & in Auth. de nu. §. p occasionē. coll. 4. sed illa locū habēt cū mulier nō pbat ɔ̃triū p aspectum corporis. hæc probatio pfertur iuramento viri, vt hic dicit in fi. Arg. Insti. de gra. cog. §. item consobrini. & arg. 35. q. 5. ad sedem. 3. q. 9. testes.

❡ Cap. ss. no. tit. in 2. compil. Et ad intellectū huius cap. & glossæ hic, vide Dñicū Soto li. 4. sen. dist. 34. q. 1. ar. 2. vbi plene & elegāter.

❡ Propter impotentiā co. tus mulier repudiat virum etiam inuitum. Ioan. And.

❡ Alias, testimonijs.

❡ Cap. 1. no. tit. in 2. compil.

a Sententia glossæ, & vera talis est: si mulier q̃ dicitur nō pe... corrupta ... (illegible)

❡ Grego. viij. præposito sancti Cataldi.

❡ *Non creditur marito asserenti etiā cum iuramento, vxorē se cognouisse, si vxor per matronas attestantes per ipsius corporis aspectū probat contrariū.*

CAP. IIII.

PRopofuisti †. quòd causa matrimonij, quę inter O. de Casanoua, & S. mulierem vertitur, tibi fuit de mādato Apostolico delegata: cumque partes essent in tua præsentia constitutę, mulier proposuit, se nec à viro cognitam, nec potuisse [a] cognosci: quod tam proprio iuramento, quàm testimonio septem mulierū probauit quæ per aspectum [b] corporis, eam esse virginem asseuerant: viro per iuramentum suum cōtrarium asserente: & infra. ❡ Videtur igitur nobis, quod iuramento puellæ [c], & testimonio † illarum septem mulierum fides est potius adhibenda.

❡ Clemens tertius.

❡ *Singulares de vniuersitate, possunt ad commodum vniuersitatis reprobare instrumentum falso confectum nomine vniuersitatis.*

CAP. V

TErtio † loco fuit à nobis ita quæsitum: Ecce quidā regularis sigillo capituli, quoddam instrumentum cuidā amico suo signauit; in quo facta ei alienatio quarundam rerum ecclesiæ immobilium continetur: Quo exhibito in iudicio, procurator vniuersitatis, illud asseruit de assensu conuentus non fuisse confectum [d], & adulterinum vel furtiuum esse sigillum †. Cumque fratres ad perhibendum testimonium produxisset, iurati [e] dixerunt, quod quotiens de hoc inter fratres aliqua erat mentio, consilium totius conuentus, & vox fuit vnanimis, quod nolebant alienationem rerum illarum, sed res domus integras conseruari volebant. ❡ Sed quoniam contra hoc nihil pars aduersa probauit, respondemus secundum assertionem testium [f] tantummodo iudicandum.

❡ Idem.

❡ *Vbi agitur de matrimonio contrahēdo, probato impedimento, & publicatis attestationibus, alij testes super defectu impedimenti admittendi nō sunt.*

CAP. VI.

IVrauit† quidam (vt asseris) se quandam in vxorem legitimam accepturum: quam cū vellet traducere, quidam iuramentis secundū morem exhibitis, legitime probauerunt, ipsos in quinto consanguinitatis gradu sibi inuicem attinere.

TErtio loco.] Probatio testium præfertur instrumento. sic cōiter summaś. Primo ponit qō. Secūdo rñsio: ibi, *Sed quoniā*. Ab. Sic.

CASVS. Quidam canonicus regularis sub noie capituli sui, fecit quandā alienationē quarūdā rerū ecclesiæ immobiliū cuidā amico suo. & instrumētū alienationis signauit sigillo capituli: p quod instrumētū ille amicus dicebat in iudicio intentionē suā fundatā: pcurator monasterij asserebat instrumētū illud de ɔ̃sensu capituli non fuisse confectum, & adulterinum, vel furtiuum esse sigillum, & ad hoc probandum induxit fratres illius vniuersitatis in testes, qui iurati dixerunt, ꝙ quotiens de hoc inter fratres mentio erat, ɔ̃silium totius conuentus, & vox fuit vnanimis, ꝙ nolebant alienationem illarum rerum, sed illas integras seruari volebant; sed ɔ̃ hoc pars aduersa nihil pbauit: quæritur cui pbationi sit standum? Rñdet ꝙ secundum assertionem testium est iudicandum. No. ꝙ testes præualent instrumento. Item negatiua hic indirecte probatur. Item monachi & clerici pro ecclesia sua possunt testificari.

d ❡ *Confectum.*] Ad hanc negatiuam probandam admittuntur fratres indirecte, prout sequitur in littera. sic j. de testib. ex tenore. & C. de contrahen. stip. optimam. aliàs negatiua directe non posset probari. ɔ̃ de hoc dicitur š. de elec. bonæ 1. & quia hic arguebatur de falso instrumento, edendus dies est, & consul. arg. C. de contrahen. stip. optimam. & j. de fide instru. inter dilectos.

e ❡ *Iurati.*] Bene dicitur, iurati, quia nullus creditur nisi iurato. j. de testi. fraternitatis. & c. nuper. & c. tuis. & 4. q. 3. c. si testes. §. iurisiurandi. nisi a partibus fuerit ei remissum. vt in ca. tuis. & tertio in tali casu admittuntur fratres illius monasterij, quia ea quæ in capitulo aguntur, per alios probari non possunt, quia extranei ad capitula non consueuerunt admitti. j. de testib. veniens 2. in fin. C. de repu. consensu. §. super plagijs. & C. de quæstio. interrogari. ff. ad Sylla. si quis in graui. §. si pupillus. & §. seq. & l. 1. §. si vir.

❡ *Glo. seq. no. testes instrumento præferri, alleg. l. & decre. Secundo alleg. duas ll. quod æquantur. Tertio alle. 4. ll. quod præferuntur instrumenta testibus. Soluit distinguendo. primo modum procedendi. secundo qualitatem negotij. tertio eius vetustatem vel nouitatem. quarto numerum testium. quinto an instrumētum sit priuilegiatum.*

f ❡ *Testium.*] Sic ergo testes præferuntur instrumento, & merito, quia potius credendum est viuæ voci, q̃ mortuæ. in Auth. de fide instru. §. si vero. coll. 6. Itē testes præualent instrumento. j. de fide instru. cum Ioannes. §. porro. Sed ɔ̃ videtur, ꝙ æqualem vim habent in exercendis causis testes, & instrumenta, & indicia cum instrumentis. C. de fi. instru. in exercendis: C. de rei vēd. indicia. & C. qui po. in pig. ha. scripturas. Itē ɔ̃: quia fides instrumentorum præualet testibus. ff. de proba tio. Celsus. & l. cum de indebito. §. vlt. & C. si minor se ma. dixerit. si alterius. in fin. §. 1. & C. arb. tut. l. vlt. Super hoc potest dici, quòd si in modū exceptionis obijciatur falsitas instrumēto, vel quòd sub conditione debuit fieri, vel defectus, vel quòd plus contineatur ibi, q̃ dictū fuerit, vel cōsimile, vel etiam falsitas bene pōt hoc probari per testes. & præualebunt testes. j. de testi. ex tenore. & C. de contrahen. stip. optimam. j. de fi. instru. cum Ioannes. arg. C. de prob. cum precibus. & hic. Et illud quod dicitur, æqualem vim habent in causis testes & instrumenta: illud verum est quando ab eadem parte inducuntur: quia tam per testes quam per instrumenta probat quis suam intentionem. sed si ex vna parte inducuntur testes, & ex alia parte instrumenta contra testes, tunc considerabit iudex naturam negotij & qualitatem: nam quædam sunt, quæ melius probantur per testes quàm per instrumenta: quædam econtrario melius per instrumenta quàm per testes: vt arbitria, & sententia, & processus aliquis. arg. j. eo. qui contra falsam. Itē considerabit iudex vtrum factum sit antiquum vel propinquum. in antiquis [4] enim magis credendum est instrumentis, quia memoria hominum labilis est. j. vt ec. benefi. vt nostrum. si sit nouum potius testibus creditur. arg. ad hoc. ff. de proba. si arbiter. & l. Celsus. ff. de arb. & j. eo. cum causam. quia testes consueuerunt fidem suam variare ex temporis diuturnitate. ff. ad Car. l. 3. §. duæ. & ff. de dam. infec. qui bona. §. vlt. alias est lex. & incipit, in causa. & qđ dixi, ꝙ contra instrumenta testes recipiūtur, illud intelligendum est, ꝙ per bonos testes, & idoneos sine suspicione: nec videt ꝙ tunc sufficiant duo vel tres testes, imò plures, ad minus quatuor. tabellio enim æquiualet vni testi, & plus: & instrumentum duobus ad minus. arg. j. de fi. insti. cum Ioannes. q a duo testes ad minus in instrumento scripti esse debent: quia in ore duorū, vel triū, &c. j. de test. in omni. & c. licet. & 4. q. 3. c. si testes. §. vbi numerus. & sic per plures & honestiores debet fieri talis reprobatio. arg. j. de test. in nostra. quandoque tamen ɔ̃ instrumentū non admittuntur testes: vt ɔ̃ inuentarium publice factum: vt in l. prædicta. C. arb. tu. l. vlt. & in alio casu. ta. lis in confessione quę fit à muliere, & in instrumento quo confitetur se recepisse pecuniam pro intercessione. C. ad Velleia. antiquæ.

IVrauit.] Communis diuisio. secunda: ibi, *Quæ vero*.

CASVS. Quidā iurauit, ꝙ quādā acciperet in vxorē, sed dū vellet eam traducere, quidā iuramētis fm morē exhibitis, legitime in iudicio pbauerūt illos quinto ɔ̃sanguinitatis gradu adinuicē attinere

❡ Dicit in ... (illegible)

possent directe pbare negatiuam: per ea quæ pleno scripsi š de ele. bonæ 2. in 1. gl. Io. And.

❡ Vide tex. in l. qui de tom. §. incertū. ff. de rei ven.

❡ Cap. 4. eo. tit. in 2. compil. Et pro intelligentia vide Dominicū Soto lib. 4. senten. dist. 40. art. 1. Adde cōcil. Trident. sessio. 24. cano. 1. & in eadē sessio. in decreto de reformatione matrimonij. cap. 1. & 5.

4. De hoc articulo vide lampet Aymonem Crauettam in suo trac. de antiquitate tempo. ...

nere testiũ partibus publicatis, q̃ si alius volebat probare, q̃ nullo consanguinitatis gradu se attingut; quæritur q̃d in hoc casu sit agẽdũ: Rñdet q̃ standũ est probationi priori. No. q̃ testibus publicatis etiã in causa matrimoniali sup eod. articulo, nõ sũt alii testes recipiẽdi.

¶ Glo. seq. not. signat contrariũ, ponit op. Vin. dat traslatio, contra secundam opponit, et op. ponit, & ad contrariũ remittit.

a ¶ *Partibus.*] Sic patet q̃ publicatis attestationibus sup eodẽ articulo nõ sunt testes vlterius in 3riũ admittendi, nec etiã alij testes ad idẽ probandũ. j. de test. fraternitatis. nã ante apturã testium vtraq; pars suos testes debet inducere super eodẽ articulo: secus si super alio, vel sup non pẽdẽte ex priori: sic bene admittuntur, vt in d.c. fraternitatis. & j. de fi. instr. cũ Ioannes. Itẽ signatur 3. j. de test. series. & c. cũ in tua. in fi. & j. eod. causam matrimonij. vbi publicatis attestationibus recipiũtur testes ad reprobandũ consanguinitatẽ, & hic nõ recipiuntur. Audiui Vin. dicentẽ quòd illa non tenebat: dicit enim q̃ testibus publicatis tamquã sunt super eodẽ articulo siue ab eo qui illos induxit, siue ab alia parte testes vlterius inducendi. Et idẽ mihi vr. Potest dici super isto 3rio, q̃ illa decre. series. loquitur in matrimonio iã 3cto. vnde admittũtur ibi testes in fauorẽ matrimonij ad ostendendũ q̃ non sit ibi cõsanguinitas. vnde strictius est ibi agendũ q̃d tolerabilius est aliquos 3 sta tuta hominũ, & c. j. de testi. licet ex quadã. Hæc decre. loquitur in 3hendo: vnde hic nullũ periculũ est super prohibitione istorũ ne coniungãtur: vnde ante aperturã priorũ debuit probari in 3riũ, sed in separatione matrimonii iã 3cti potest esse periculũ, quare ibi admittuntur etiã post sententiã: quia sententia 3 matrimoniũ lata nõ trãsit in rẽ iudicatã, & reuocatur falsitate probata. j. de re iu. lator. & c. consanguinei. multo fortius debet audiri ante sententiam. Aliã pugnare potes aliam rationẽ, vt nõ sit 3 illud q̃d dictũ est; testibus publicatis non sunt alij inducendi: in decre. series. ideo admittuntur testes post publicationẽ: quia ante publicationem ignorabat pars illa quæ petit hoc, quæ personę positæ fuissent in primo gradu, & ideo post publicationem admittuntur, aliàs non deberent admitti: sed certe adhuc non videtur ratio ista sufficiens: quia pars illa quæ accusabat matrimonium, dixit illos cõsanguineos: sed hoc potuit scire altera pars: & sic cessat rõ illa. Propter hoc dicunt quidam, quod speciale est in causa matrimonij. ad hoc præstat optimum arg. j. eo. causam matrimonij. sed 3riũ illius decre. series. soluit ibi. Vel dic q̃ vnus tantum hoc iurare volebat: & probatio vnius insufficiens est. & ideo nõ auditur, 3 plures maxime, & sic 3dicit illa decr. series. & hoc colligit apte ex antiquis decre. sed cõpositores huiusmodi compilationis voluerunt hoc mutare quod de iuramento vnius dicebatur: quia illud nullam habet dubitationem.

¶ Alias hic nullo eos se consanguinitatis gradu attingere.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 3. compil.

¶ Vide Lã. quia in hoc genus. C. de epis. & cler. & in l. si qua per calumniam. & ibi Bal. Pe. de Bel. peruta. & Cyn.

¶ Hoc placet Host. de iure scripto propter anima periculum, quod non tacta fit hæc sententia in rem iudicatam.

¶ Quia vero requisisti à nobis quid agendum sit, cũ quidam alius probare velit contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, & partibus[a] publicatam, nullo † eos sese cõsanguinitatis gradu cõtingere: respondemus, quòd stãdum est probationi priori.

¶ Innocentius tertius Archidiacono Parisieñ.

¶ *Si per litteras ordinarij probatur quis excommunicatus, à procuratione repellitur. hoc dicit, & hæc summatio conuenit textui, & titulo: & nullam patitur calumniam, & ideo eam tene.*

CAP. VII.

POst † cessionem: & infra. ¶ Cum igitur per litteras[b] iudicis ordinarii (quibus standum est †, donec probetur contrariũ) nobis constiterit, quòd V. excõmunicatus[c] erat cum procurationis officium assumpsit. Ipsum tamquam procuratorẽ nõ duximus admittendũ.

POst cessionem.] Per litteras ordinarij probatur quis excõicatus, nisi 3rium doceatur. ita summat Io. And. verumtamen hæc summatio omnis generalis est. Do. A. summat aliter, & eius summatio nec cõgruit titulo, nec attingit principalem materiã capituli: dicit enim sic: Procurator excõicatus tẽpore assumptionis mandati, ab agendo iudicialiter repellitur. hęc summatio potius cõgruit tit. de sen. exc. vel tit. de iud. cũ nullam mentionẽ faciat de probatione, maxime quę fit per litteras, super quarum effectu pendet principaliter prolixa & subtilis materia huius c. Diuiditur compendiose in duas partes. In prima ponit repulsionis causam. In secunda repulsionem: ibi, *Ipsum.*

CASVS. Aliquis dum erat excõicatus, fuit cõstitutus procurator in quadã causa: ille comparuit in iudicio: obiectũ fuit ei q̃ nõ erat admittendus, cũ eo tempore quo datus fuit procurator, excõicatus erat, & hoc probatũ fuit per litteras ordinarij sui, q̃a litteris ordinarii standũ est donec probetur 3rium: dñs Papa ipsum tamq̃ procuratorem non admisit. Not. q̃ eo tpe quo quis est excommunicatus, non potest constitui procurator: & si constituatur, non valet, etiam si postea fuerit absolutus.

¶ Hanc innocentia in loco à me inuenio capitulo optatam.

¶ Glo. seq. not. per modum quæstionis.

b ¶ *Litteras iudicis ordinarij.*] Ex hoc vr̃ q̃ litteris epi creditur tamquam publico instrumento, & q̃ sigillo epi creditur, licet nõ adsit sigillum capituli. 19. q. 3. statuimus. & 11. q. 3. curæ. 18. dist. de cõcilus. j. de fideiuss. peruenit. & j. de fi. instr. c. 2. & 20. q. 1. vidua. tñ creditur litteris epi sigillatis sigillo ecclesię. 73. dist. in noĩe dñi. in fine. & sigillũ alieni iudicis fidẽ facit. 98. dist. c. 1. & 2. & alieno annullo signari potest testamẽtũ. Insti. de test. §. possunt. & C. de testa. si vnus. & instrumentis regis siue principis fides adhibetur. j. de fi. instr. cũ dilectus. Sed 3 vr̃, quia viua vox potior est q̃ mortua. in Auth. de inst. cau. §. si vero. coll. 6. sed verbo epi non creditur. 6. q. 2. si tñ. & c. placuit. & j. eo. quoniam 3. ergo multo minus litteris ei⁹. nec Papa ei credit, si dixit se excõicasse alium. j. de test. cũ tu. qñq; enim eulogia ex mala fide scribuntur. ff. de custo. & exhi. re. diuus. nec scripturæ tabellionis credit nisi habeat testiũ subscriptionẽ, vt in Auth. de hære. & fal. §. hinc nobis. coll. 1. & s. de pen. c. 1. & j. de fi. instr. c. 2. & in Auth. de instr. cau. §. sed & si instrumẽta. & §. si q̃s igit. coll. 6. H. dicit q̃ semp statur sigillo epi: quia vicẽ habet publici instrumenti, per iura prædicta. Alij dicunt q̃ non creditur chartæ vel instrumẽto epi: nisi sit redactũ in publicam formam. in Auth. vt nulli iudi. §. si quis vero. coll. 9. & C. de dona. in donationibus. j. de fide instr. inter dilectos. vel saltem non est credendum nisi habeat subscriptionẽ testium, si nõ sit ibi vsus tabellionum. 16. q. 3. c. placuit. §. potest. vers. is autem. in fi. Dicas q̃ hodie circa iudicia non creditur verbo epi siue alterius iudicis, siue litteris suis, nisi habeat testiũ subscriptionem, vel quatenus constat legitimis documentis. j. eo. quoniam 3. & j. de testi. cum à nobis. Circa alia vero quæ in figura iudicij ordinarii non facit eps: bene creditur litteris eius secundum q̃ dicit hic. & 11. q. 3. curæ. Præcipue in sentẽtia excõicationis standũ est litteris epi, quia excõicationis sententia lata à iudice suo, siue sit iusta, siue iniusta tenet. 11. q. 3. c. 1. & 2. & ideo litteris cuiuslibet prælati creditur: & alij tenentur illum vitare, vt in c. curæ. quia in hoc cõsulitur animæ, cũ sit medicinalis. 2. q. 1. multi. & j. de sen. excom. cum medicinalis. [lib. 6.]

c ¶ *Excommunicatus erat.*] Et ita tempus procurationis factæ attendendum est sicut tempus electionis. s. de elect. dudum. vbi plura sunt arg. de tempore inspiciendo, & est arg. quòd excõicatus ad impetrandum non est admittendus: & si impetraret, non valerent litteræ, si postea probaretur excommunicatus. Ber.

¶ Idem Abbati & conuentui Cassen. †

¶ *Si rogatus restituere totam hereditatem, eo sine liberis decedente inter monasterium, euanescit fideicommissũ, & hereditas applicatur monasterio: nec ad inualidandum ingressum sufficit probare minorem ætatem tempore ingressus, si ex aduerso geminatus probetur ingressus. hoc dicit, intelligendo quòd substitutio fuit fideicommissaria. Si vero fuit directa, summa sic: Substitutio facta filio eo decedente sine liberis, euanescit per ingressum monasterij: & tunc adde id quod est in primo summario ibi: nec ad inualidandum, &c. vsque ad finem, & vterque intellectus est verus in se. Dico tamen quòd primus est verior, quòd hic fuit substitutio fideicommissaria: licet dominus Ant. hic dicat quòd fuit compendiosa.*

CAP. VIII.

IN † præsentia G. sancti Hadriani diaconi Cardinalis G. & B. fratres, vestro syndico

IN *præsentia.*] Dubia probatio non releuat probantem. sic summatur cõiter. Diuiditur principaliter in tres partes. In prima processus narratio. In secũda: ibi, *Dilectus.* auditoris diffinitio. In tertia, ibi: *Nos igitur.* diffinitionis cõfirmatio. Prima subdiuiditur in quatuor. Nam primo ponitur actoris petitio. Secunda: ibi, *Verum.* rei responsio, & reconuentio. Tertia: ibi, *Ad hoc.* actoris replicatio. Quarta: ibi, *Verum.* rei replicatio. Abbas Siculus.

CASVS. Inter G. & B. fratres ex vna parte, & monasterium Casamarij ex altera, vertebatur q̃ō super bonis quodã A. fratris dictorũ G. & B. datus fuit eis quidam Cardinalis auditor: coram quo fratres proponebant, q̃ cum A. frater ipsorum cõderet testamentum, M. filiũ suũ sibi hæredẽ instituit, & ei præcipit, vt si absque liberis moreretur, ad ipsos bona deuoluerentur ipsius, vnde postulabant omnia illa sibi restitui, quę id monasterium de bonis, illius detinebat, & petebant monasterium cõpelli, ne de cætero ipsos super bonis molestaret: Syndicus vero monasterii proposuit ex aduerso, q̃ prædictus M. se & sua obtulerat monasterio, vnde petebat omnia q̃ de bonis ipsius M. inuaserant, restitui monasterio, & super aliis eis silentiũ imponi. Ad hoc pars dictorũ fratrũ replicabat, q̃ dictus M. oblationis suę tpe fuerat minor ãnis, & illud fecerat feruore infirmitatis, & post 3ualescẽtiã q̃d fecerat, reuocauit: vñ cũ sine liberis decessisset, ad ipsos bona ipsi⁹ erãt deuoluta. ad hoc rñdebat Syndic⁹ monasterij

¶ Alias Cassinensis. Alias, Casamarij.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat. Si de materia huius c. vide Bart. & Doctores in Auth. ingressi. & sup. c. de sac. eccle. vbi plene.

¶ Dicit hic Ho. q̃ speciale est in aliis iudiciorum, q̃ credatur tabellioni sine subscriptione. de hoc j. eod. quoniam. Ioan. And.

¶ Aliã, eis.

¶ Et tẽpus quo accusatus iuuenis obiulit. ff. de pub. iu. is qui. iouidum Vin. Ioan. And.

monasterij, quòd licet dictus M. de monasterio recessisset, eidem obtulit postmodum se & sua, firmans proprio iuramento, q vlterius contra oblationem suam non veniret: vnde cum idem M. bis obtulerit se & sua monasterio, nec ex aduerso probetur q tempore vtriusque probationis fuerit minor annis, talis probatio monachorum probationē nō elidit: quia & si fuit minor annis tempore primæ oblationis, tempore secūdæ maior potuit extitisse; pterea verbū illud, minor annis: duobus modis potest intelligi: vnde verbū dubiū stetioni monasterij nō nocebat, cū infra xxx. annos teneret donatio, maxime iuramento firmata; nec intelligendus erat dictus M. sine hærede decedere, qui monasterium sibi instituerat hæredē. His & aliis consideratis H. sancti Eustachij diaconus Cardinalis, videns q syndicus monasterij plene fundauerat intentionē suam, & ex aduerso nihil probatum fuerat, de mandato dñi Papæ sententiam promulgauit: prædictis G. & B. silentium imponens super his, quæ à monasterio postulabant, & cōdemnauit eosdem ad restitutionem illorū, quæ de bonis prędicti M. occuparāt: & dñs Papa hāc sententiam cōfirmauit. Not. q non dicitur decedere sine hærede, qui monasterium sibi hæredem īstituit. Item verbū illud, minor annis: duobus modis intelligitur: & ideo dubia probatio, non dr̄ probatio: quia qui sic probat, non constat de qua ętate sit probatum, & ideo clara & certa debet esse probatio, & non dubia.

Glo. seq. in prin. & in §. circa substitutionem factam sub conditione, si sine liberis vel pure, not. 5. Medium distinguit inter rogatum restituere hæreditatem, & rogatum restituere quod supererit.

b *Se & sua.*] Ista duo requirebantur a, quia sua sine seipso donare non poterat; quia illa restituere tenebatur: & licet dñs sit, tñ commode inde testari non potest. C. communia de leg. l. vlti. ff. ad Trebel. quidam. §. si quis filium.

c *Secunda.*] Not. q præsumitur maior, nisi probetur minor. C. de in integ. resti. mino. si minorem. ff. de iure iur. nam postea. §. si minor. Bernar.

constituto coram ipso fecere proponi: quòd cum quondam A. frater ipsorum conderet testamentum, M. filium suum sibi hæredem instituit: & pręcepit, vt si absque liberis a decederet, ad eos bona deuoluerentur ipsius: vnde illa quę de bonis ipsius, vestrum monasterium detinebat, sibi restitui postulabant: & petebant vos super hoc à sua molestatione compesci. Verum syndicus ipse proposuit ex aduerso, quòd prędictus M. monasterio vestro obtulit se & sua: vnde† vniuersa quę habuerat, erant ad monasterium deuoluta† . quare vniuersa quę ipsi de bonis eius inuaserant, restitui monasterio vestro petebat, & super cętetis silentiū illis imponi. Ad hęc autē pars altera replicauit, quod dictus M. oblationis suę tempore fuerat minor annis, & quod voti† facti pœnitens, quod feruore† infirmitatis fecerat, post conualescentiam reuocauit: & infra. Vnde cum sine liberis decessisset, ex testamento patris ad ipsos erat eius hæreditas deuoluta. Verum syndicus respondere curauit, quòd licet dictus M. de monasterio fuisset egressus, eidem postmodum se [& sua b†] obtulit humiliter & deuote: & quòd nec contra oblationem suam veniret, iuramento firmauit. ¶ Quare cum constet quòd idem M. bis monasterio vestro contulit se & sua, nec ex aduerso probetur quòd vtriusque oblationis tempore fuerit minor annis, probationem vestram huiusmodi exceptionis probatio non elidit: cum & si primę oblationis tempore fuerit minor annis: secundæ c tamen potuit maior extitisse. Pręterea cum verbum illud; minor annis: duobus potuerit modis intelligi, cum & qui minor est quatuordecim annis, & qui vigintiquinque dici soleat minor annis, intentioni vestrę verbum dubium d non nocebat, cum infra vigintiquinque annos teneret donatio iuramento firmata e. ¶ Sed & si teneret quod factum fuerat à dicto A. quia tamē intelligendū nō erat sine hærede decedere, qui monasterium sibi hęredē instituit f† , hoc monasterio nō nocebat: & infra. ¶ Dilectus filius H. sancti Eustachij Cardinalis, attendens quòd syndicus vester intentionem suam plene fundasset, & quòd nihil fuisset ex aduerso sufficienter probatum, cum & si ostensum esset per testes, quòd M. suę oblationis tempore fuerit minor annis: vtrum tamen primæ vel secundę oblationis tempore minor fuerit, & quot annis minor, non fuisset expressum, de mandato nostro sententiam protulit: & prædictis G. & B. silentium imponens super his, quæ à monasterio postulabāt, eos ad restitutionem illorum quę de bonis prædicti M. propria temeritate inuaserat, condemnauit. Nos igitur sententiam ipsam auctoritate Apostolica confirmamus.

Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit, secundo arg. tertio quarit obiiciendo, & soluit.

d *Verbum dubium.*] Sed nōne verbū dubiū in iudicio interpretandum est ꝯ reū? ff. de verb. obli. inter stipulātem. §. 1. ff de iud. si qs intentione. ff. de reg. iu. l. in ambiguis. & s. de rescrip. cum adeo? sed istud est hodie propter religionē, pro qua multa statuta sunt. ff. de reli. & sum. fu. sunt personæ. sicut qñq; propter dotem. ff. de iure dot. in ambiguis. vel istud non fuit verbū actoris, sed testium. Et est arg. q verbum testis ambiguū, p reo sit interpretandum, vt hic. & s. eo. ex literis. & j. de fi. instru. inter dilectos. in fi. Et est notabile q dictū testis dubiū semper ꝯ eum q produxit, est interpretandū: & est ratio: quia qui probat, clare & aperte debet probare. qđ si nō faciat, nō prodest talis obscura pbatio. j. de testi. cum tu. vnde reus absoluitur, vt ibi & hic. sed quare nō quæritur secundo de ætate à teste, vt certificetur iudex saltem. sed certe iudex q testē ipsum examinauerat, debuit quęrere ab ipso: & etiā post aperturam testiū ex officio suo potest quærere interpretationem à teste sui dicti, cū ipse debeat interrogare quotiescunque necesse fuerit. ff. de inter. act. vbicūq; & cuncta rimari. 30. q. 5. iudicantem. & j. de fi. instr. cū Ioannes. & est expressum, quòd testis qui confuse dixit testimoniū, iterū sit examinandus. j. de test. cū clamor. sed ad petitionē partis nō debet hoc facere, & hoc pp periculū subornationis. g

e *Firmata.*] Vnde contra proprium iuramentum etiam non debet audiri. C. si aduer. vendi. l. 1. & C. si aduer. dona. l. 1. & in consti. imperatoris, sacramenta puberum. Ber.

Glo. seq. in versi. instituit, distinguit, quòd rogatur quis restituere priuato vel ecclesiæ, & primo casu aut monasterium ingreditur, aut fit clericus. vltimo quarit, & soluit.

f *Qui monasteriū instituit.*] Ingressus monasteriū fingit̄ habere hæredē, cū rogat⁹ est restituere priuato, vel cū et priuat⁹ est substitutus. Si aūt rogatus est restituere loco religioso vel eccliæ, vel expēdere ī pias causas, nō euanescit substitutio p igressū monasterij. in Auth. ꝺ san. epi. §. sed hęc pñti. coll. 9. vñ sumptū fuit illud Auth. C. ad Treb. Auth. nisi rogati. Si vero ille q rogat⁹ est restituere hæreditatē vel legatū, fiat clericus, exigunt̄ duo. s. vt substitutio euanescat: vt ppetuo ēt maneat ī ecclia, & relictū expēdat̄ ī pias cās; vt in pdi. Auth. dr̄, p igressū monasterij substitutio euanescit, ita q teneat monachatus, aliàs nō euanescit substitutio nisi fiat monach⁹. Sed q̄d si tradit se & sua alicui ecclię seculari, nūq̄d euanescit substitutio? arg. pd. Auth. vī q sic, fauore ecclę, nec credo q euanescat nisi i casu p.d. Auth. nec extēdo ad aliū casū; g licet q̄dā dicāt ꝯ. B.

a *Absque liberis.*] Similis substitutio habetur. j. de test. 1 Raynutius. & c. Raynaldus. vnde not. q cum talis conditio apponitur; si sine liberis decedat, volo vt hæreditas perueniat ad talem, etiam si naturales habeat filios, euanescit substitutio. ff. ad Trebel. ex facto. §. si quis rogatus. & ff. de leg. 2. cum pater. §. volo. l. Lucius. §. vlti. Item si filius fuerit natus, & ille pręmoriatur, vī sine liberis decessisse. j. de test. Raynutius. & ff. ad Trebellia. ex facto. §. penultimo. Si autem dicatur; si sine hærede decesseris, substituo talem nomine hæredis: soli filij intelliguntur. ff. eo. ex facto. §. vlt. Item si non habeat filium, sed habeat nepotē ex filio, substitutio euanescit. C. de cōdi. inser. l. 2. & C. de insti. & substi. generaliter. Et hic scias q qui rogatur restituere hęreditatē alij, nil potest alienare. C. cōia de leg. l. vlt. nisi in casibus qui notātur in Auth. ibi posita. quartam tñ p Trebellianū potest retinere sibi. & si filius sit rogatus, etiā Falcidiā cū quarta potest retinere. j. de test. Raynutius. & c. Raynaldus, vbi vtraq; quarta retinetur. Si vero rogatus est restituere quicquid superest de hæreditate, tunc ad minus quartam reseruabit substituto. C. ad Treb. Auth. si rogati. Itē licet pure quis rogatus sit alicui restituere hæreditatem nulla facta mentione de filiis, si tñ postea habuerit filios vel nepotes, substitutio euanescit. C. de fideicom. cum acutissimi. C. de instit. & substi. generaliter. ff. de condi. & demon. cum auus. Ioan.

licet.

¶ Consentiat textus in Auth. ingressi C. de sacrosanct. eccle. & cap. quia ingredientibus. 19. q. 3.

¶ Hanc ter. dicunt hic Abb. & Fel. esse singularem ad hoc q quis potest in vita se priuare potestate testandi, s. per ingressum monasterii.

¶ Dictio, vnde, deest in nonnullis manuscriptis.

¶ Aliàs timore.

¶ Hæc duo verba: & sua, desunt in scriptis, q solū habet vous vel iusiu.

¶ Et propter ea quæ ibi tradit plenissime Guilelm⁹ Benedictus hoc caput illustrans, ad v. i dem.

¶ Incipit do ab vi... mo. An.

¶ Hic vero q̄ ... dicit de hoc vt not. Spec. restitu. sp. cū ad ... Ioan. And.

¶ Vide l. si quid. & l. si pupillum. C. de pupi. aru.

¶ Consent. text. in l. produci. & ibi Bart. ff. de testi.

¶ Nec ad aliud tendat nisi secūdo. Matth. qui tenet hic, q cum Auth. illa ponat terminos qñ aliud est ex conditioné apponēda: & alius in cuius persona apponatur, puta, hæres vel legatarius: si vnus ꝺ se loqueris apponeres conditioné legando vel donando, si decedat sine filijs, intelligitur ꝺ veris, nec erit locus Auth. Hoc declarans in Spe. de sta. mo. super ver. & fo. Io. And.

Licet.] Interdicto, vti possidetis, obtinet qui iustiorem titulũ ꝓbat. ita cõiter summatur, sed certe hæc summatio est nimis generalis, & videtur requirere titulũ in hoc interdicto, ꝯ id qđ habetur Insti. de interdict. §. retinendæ. Diuiditur decre. ista in quinque partes. In prima processus decisa narratio. In secunda: ibi, *Porro.* Fauentinorum exceptio ꝯ testes ecclesiæ, ipsius rñsio, Papæ interlocutio, & interlocutionis ratio. In tertia: ibi, *Post hoc.* corruptiõis & falsitatis noua exceptio, ipsius probationis & reprobationis cõmissio. In quarta: ibi, *quamquã.* testes Fauentinorũ impugnat. primo probatorios. secundo reprobatorios. In quinta: ibi, *Ex pmissis.* allegando ꝯcludit p ecclia. Abb. Siculus.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 3. compil. Et de iurisdictu vide Fernandũ Vasquium lib. 2. c. 36. controuersiarum vsu frequentiũ, adde Parpurarũ consilio 81. volum. 2.

¶ Alias, quo.

Casus. Inter archiepm Rauennatẽ. ex vna parte, & cõe Fauentiæ ex altera, qđ vertebatur super iurisdictione, honore, ac districtu in villa sancti Petri, ac quibusdã castris & terris alijs, quæ de iure ad Rauennatẽ. ecclesiam pertinebant: procuratores vtriusq; partis, ppter hoc ad sedẽ Apo. accesserunt: lite cõtest. super prædictis, per procuratores prædictos & iuramento calumniæ præstito: quia vtriq; parti erat plurimum onerosum, testes ꝑducere corã Papa, mandauit Papa epõ Placentino, vt infra tres menses testes reciperet, quos vtraq; pars tã super principali negotio, quàm in ꝑsonas testium duceret producẽdos, statuendo partibus terminum, in quo cũ attestationibus apud sedẽ Apost. se repræsentent: Tandẽ partes cum attestationibus comparuerũt coram dño Papa: attestationibus publicatis syndicus Fauẽtinorum ꝓposuit, se velle in ꝑsonas testiũ ex parte altera ꝑductorum quædã obijcere & ꝓbare: Syndicus archiepi econtra rñdit id fieri non debere: Papa interloquendo decreuit ipsum non esse audiendum, cum intra tres mẽses, prout in litteris dñi Papæ mandabatur, id facere nõ curauerit: Post hoc syndicus pdictus obiecit in testes pdictos, quòd corrupti falsa dixissent: Papa dicit quòd talis exceptio non solum ante sñiam, sed etiam post potest opponi: quamuis crederetur quòd talis exceptio, per excogitatã malitiam ad differendum negotium proponeretur, eam admisit. mandans quibusdam iudicibus: vt testes quos super hac exceptione procurator Fauẽ. duceret ꝑducendos, reciperent infra mensem, indulto extunc altero mense ꝓcuratori ecclesiæ Rauennatẽ. infra quem ad reprobationẽ illorum testes ꝑduceret coram eis: Iudices prædicti, receptis testibus pdictis, attestationes ad dñm Papã remiserunt ꝓut receperant in mãdatis. Post hoc dñs Papa examinauit testes hinc & inde ꝑductos, & quamuis pars Fauẽtinorũ multos testes ꝑduxerit super negotio principali, vix tñ ex illis sex tantummodo remanserunt: quia quidã sibimet ꝯdicũt in serie sui dicti: & quidã alij sunt in suis testimonijs singulares, & alij qui inducti fuerãt ad reprobandũ testes ecclesiæ Rauennat. plures reprobãtur: q2 sibi inuicẽ ꝯdicunt. & alij, licet pauci numero, malæ famæ sunt & opinionis; ex alia causa etiam repelluntur: q2 non ꝓbant id ad qđ eorũ syndicus se adstrinxit, videlicet ꝙ corrupti falsa dixissent: quia & si de corruptione aliqua videantur dixisse, de falsitate nihil dicunt. Ex pmissis apparet euidẽter, ꝙ ecclesia ꝑ testes plures, quibus potius lux veritatis assistit, sufficienter ꝓbauit, quod à lx. annis & citra supradicta loca possedit: per qđ patet, ꝙ si Fauenti. à quinquaginta annis citra, (vt testes sui videntur deponere) aliqua percipiunt in locis pdictis, illa inceperunt percipere sine iusto titulo, cũ duo insimul & eodẽ modo, in solidũ eãdem rẽ possidere non possint, & Fauẽ. non ostendãt: sed ex priuilegijs imperatorũ & Romanorũ Pon. ꝯcessis ecclesiæ Rauẽ. colligit manifeste, possessionem ecclesiæ in pdictis iustam fuisse: & ita per cõsequens apparet, ꝙ Fauen. minus iuste & sine titulo, aliqua in locis pdictis occuparunt: quia vero syndicus ecclesiæ petijt cõe Fauẽtiæ à vi turbatiua seu inquietatiua super præmissis ꝓhiberi, Papa vidẽs in hoc casu non sic esse locũ interdicto, vti possidetis, ita possideatis, cũ ꝓbationes ecclesiæ Rauennatẽ. longe sint potiores, & ideo sit in interdicto superior, condemnauit cõe Fauentiæ ipsi ecclesiæ super iurisdictione, honore, atque districtu, & alijs generaliter pertinentibus ad hoc in locis prædictis, quo ad possessorium iudiciũ, quo tñmodo actũ est, sibi ꝑpetuũ silẽtiũ imponẽs: & ꝓhibẽs eidẽ, vt neq; per se, neq; ꝑ alios super pdictis ꝓsumant aliquaten[a] ecclesiã molestare. Not. ꝙ exceptio falsi ante sñiam & post põt opponi. Itẽ testis q̃ ꝯdicit sibi, nõ valet. Itẽ testis si singularis nõ valet. Itẽ testibus malæ famæ, nõ est redẽdum, vel saltẽ modica fides est adhibẽda. Itẽ qui adstrinxit se ad plura ꝓbanda, nõ sufficit si alterum ꝓbat. Itẽ duo i simul eandẽ rem & eodem modo insolidũ possidere nõ possũt. Itẽ in interdicto, vti possidetis, vincit q̃ possessionẽ & titulũ ostendit.

¶ Idem.

¶ Si actor & reus in interdicto retinendæ possessionis probant, obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maxime iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. hoc dicit notabiliter, & probatur satis hoc summarium in versiculo, ex præmissis. põderato versiculo, maxime.

CAP. IX.

Licet† causam, quæ inter ecclesiã Rauennatem, & cõmune Fauentiæ super iurisdictione, honore, ac districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod† de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat: & infra[a]. ¶ Porro attestationibus publicatis, syndicus Fauentinorum proposuit, se velle in personas testium ex parte altera productorum, quædam obijcere ac probare: œconomo ecclesiæ asserente id fieri non debere. super quo interloquẽdo decreuimus ipsum nullatenus audiendũ: cũ infra triũ mensiũ[b] spatiũ, in nostris litteris cõprehensum, testes huiusmodi producere nõ curauerit: infra quẽ terminũ pars vtraque testes inducere† potuit, tã in personas testium, quàm super negotio principali. ¶ Post hoc idem obiecit in testes prædictos, quòd corrupti falsa dixissent. Vnde quia talis exceptio non solũ ante, sed etiã post sententiam potest opponi[c], licet nonnulli crederent, Fauentinorum partem exceptionẽ huiusmodi per excogitatã malitiã[d] ad impediẽdũ processum negotij obiecisse: quia tamen nolumus à iuris tramite declinare, magistris G. & T.† ꝓcipimus, vt testes quos super hac exceptione procurator Fauẽtinorũ duceret producendos, infra mensem, recipere & examinare curarent, de singulis circũstantijs[e] † subtiliter

¶ Alias, producere.

a ¶ *Et infra.*] [a] Sub isto. infra, fuit lis ꝯtest. corã domino Papa: vt ĩ. de iura. calum. cum causam. cuius pars hæc est. & commissa fuit receptio testium iudicibus, & testibus receptis remiserunt ad Papam depositiones eorum. ĩ. de testibus. cum causam.

[a] Hæc glossa non reperitur in antiquis exemplaribus.

¶ Glo. seq. notat terminũ præfigi posse productioni testium, inducit quatuor similia.

¶ Alias, A.

b ¶ *Trium mensium.*] Nota ꝙ iudex ex officio suo potest præfigere terminum productioni testium. ĩ. de testi. in nomine domini. Item ad exceptiões. ĩ. de exce. pastoralis. Itẽ ad accusationẽ matrimonij. ĩ. de clande. despon. cũ inhibitio. Item ad accusandum. ĩ. de accu. licet. & C. qui accu. non pos. si ea quæ. & ĩ. de fi. instru. accepimus. Item vbi impeditur status alicuius. C. de inge. diffamari. Ioan.

¶ Vide etc. in l. vbicunque. ff. de interac. cum alijs similibus.

¶ Glos. sequens Primo allegat duas concordantias, & distinguit an fuerit vel non mota quæstio falsi. Secundo ponit opinionem, quòd falsitatem testium sine corruptione probare non sufficit, demum ponit contrariam, quam approbat. Tertio tractat an corruptio sine falsitate sufficiat. & arg. pro & contra. Vltimo no. quòd sententia per falsas probationes lata tenet, et ponit tres modos retractandi.

c ¶ *Oppon.*] Sic ĩ. de procu. in nostra. & C. de fal. querelam. Distinguitur tñ, quia aut quæstio de falso mota fuit in iudicio, aut non. Si fuerit mota, nunquam postea prætextu falsi retractatur sñia [2]. C. si ex fal. instr. l. 1. & 2. in fi. nisi appellatum sit: tunc enim potest opponi in causa appellationis. C. de fi. instru. l. vlti. in fin. & testes possunt produci. C. de tempo. appel. per hanc. in fi. Sed si nunquã fuit quæstio falsi mota, licet tunc non sit appellatum: non tñ transit in rem iudicatam vsque ad xx. annos. C. de fal. querelam. & ĩ. de excep. cum venerabilis. Et nota ꝙ secundum quosdam non sufficit probare testes esse falsos, nisi probentur corrupti. arg. ff. de re iudi. diuus. quæ loquitur in eodem casu cum hac decretali. Alij probabilius dicunt, vt Ioan. & B. ꝙ sicut sufficit probare instrumentum esse falsum. C. si ex fal. instru. l. penult. & vlti. sic & testes, cum habeãt hincinde parem vim. C. de fide instr. in exercendis. & facit ad hoc ff. de exceptio. qui agnitis. & C. de transa. si ex falsis. Sed nunquid sufficit probare testes esse corruptos? Arg. ꝙ sic. 2. q. 6. cap. ei qui. §. diffinitiua. ver. venales. C. quando prouo. non est neces. venales. & ĩ. de testi. sicut. Econtra videtur ꝙ non, quia non sufficit probare corruptionem, nisi & iudex secutus fuerit dicta corruptorum testium. ĩ. de re iudicata. cum I. & A. C. si ex fal. instru. falsam. similiter non sufficit probare falsitatem nisi probetur iudicem secutum fuisse illam, vt patet per prædicta iura [3]. Item nota ꝙ sñia quæ lata est per falsos testes, vel per falsa instrumẽta, bene tenet, sed retractanda est. ff. de re iudi. diuus. & potest retractari per in integr. resti. vsque ad quadriennium [4] implorato iudicis officio, vel per actionẽ in factũ vsq; ad triginta annos. vel si criminaliter agatur, vsq; ad viginti annos. C. de fal. querelã. ĩ. de excep. cũ venerabilis.

[2] De hoc In Spe. de re scri. præsen. § 1. versic. in fin. vbi etiã tractat an sit idem in falsitate rescripti & instrumentũ procuratorij. & de rescripto plene dixi post Innoc. ĩ. de rescri. super litteris. Io. And.

[3] Concor. ff. si ptor. §. Marcellus. ff. de iudic. Bar. in l. diffinitio. ff. de re iudi.

[4] C. de in integ. resti. l. si. Io. An.

Additio. Vnde versus.

Accusas agis in factum per i, o, reuocabis,
Falsum, viginti, triginta, quatuor annis.

d ¶ *Malitiam.*] Si de hoc constaret, condemnari deberent ad expensas. ĩ. de dolo & contu. finem. vbi de hoc.

e ¶ *Circumstantijs.*] Sic ĩ. de testi. cum causam. & 3. q. 9. nihilominus. arg. & 4. q. 3. testes.

a ¶ *Reproba*

a ¶ *Reprobationem.*] Nota quòd possum reprobare testes aduersarij mei: & tres reprobationes possunt fieri, & non vltra. ĩ. de testib. licet dilectus.

b ¶ *Contradicant.*] Vnde non valent. 3. q. 9. nihilominus. & 4. q. 3. c. si testes. §. item qui falsa. & ĩ. de appella. solicitudinem. 23. q. 7. quod autem. & C. de liberal. cau. cũ precum.

c ¶ *Singulares.*] Sic ŝ. de elect. bonæ. & ĩ. de accus. cum dilectus.

d ¶ *Expresse.*] Criminibus expresse non probatis.

e ¶ *Opinionis.*] Quod constiterit per attestationes ex parte archiepiscopi exhibitas contra illos: vt ŝ. dixi. & ille etiam qui examinat testes, debet significare iudici quanta fides sit testibus adhibẽda. ff. de testi. l. 3. & ĩ. de fideiussoribus. constitutus.

f ¶ *Modica.*] Non tñ ex toto nulla. ĩ. de simo. ꝑ tuas. quæ tamen in alio casu loquitur.

g ¶ *Testes.*] Qui inducti sunt ad falsitatem ꝓbandam.

¶ *Glo. seq. notat, quòd si quis se adstringit ad duo, &c. inducit vnam decretalem, & duas leges. ad contrarium inducit vnam l. & duas decretales. Secundo quærit quomodo falsitas testium probetur, & respondet dupliciter. Tertio quærit an altero probato, &c. & respondet.*

h ¶ *Se adstrinxit.*] Sic videtur ꝙ si aliquis se adstringat ad duo probanda, quorum alterũ per se sufficeret, ꝙ tunc non sufficit ꝓbare vnũ, nisi impleuerit intentionem suam ad quam se obligauit. C. de rei vendicatione. l. vlt. arg. ŝ. de causa possessionis. cum ecclesia. & ff. de excusatio. tut. qui testamento. Arg. contra. ĩ. de appellatio. significauit. in fi. ĩ. de præbend. cum iamdudum. & arg. ad hoc. ff. de cõd. & demonst. falsa. & ex eo quod dicit, adstringit: videtur expressum quòd sufficeret alterum probare, nisi specialiter se obligasset: quod verum est, vt supra dictum est. Pla. fuit in contraria opinione. Sed quomodo potest probare testes falsum dixisse[i]? Respondeo indirectè, exemplum patet. ĩ. de testib. ex tenore. & ca. series. & C. de contrahen. stipulatio. optimam. Vel potest probare per alios testes quòd corrupti fuerunt pretium inde recipiendo. Sed ponamus quòd probatum à parte fuit alterum istorum tantum, nunquid iudex sententiabit ad dictum ipsorum qui falsum testimonium obtulerunt, nec alij testes adsint, quorum testimoniũ sequatur iudex? Satis videtur quòd sic, ex eo quod dicit, & sibi imputet quòd ad vtrunque se obligauit: quia per hoc voluit fidem adhibere falsis vel corruptis, obligando se ad vtrunque: secus crederẽ si alicui obijcerẽtur plura crimina, vt ab ecclesia repellatur sub hac forma: quia iudex sibi ex officio suo posset illum repellere, cum probatum esset furtum, vel homicidiũ, licet aliud crimen nõ probetur: dum tamen vtrunque per se sufficiat ad priuationem: quia crimina vndecunque claruerint, puniẽda sunt. 24. q. 3. ecce. de hoc dixi ŝ. de rescrip. ex parte.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

i ¶ *Eodem modo.*] Bene dicit, eodem modo. ff. de acquir. pos. possideri. §. econtrario. nam vnus potest habere ciuilem, & alius naturalem possessionem. ff. de preca. & haber. §. eum qui. sic, ff. commoda. si vt certo. §. vlt. Sed contra. ff. vti possid. l. 3. in prin. vbi dicitur, ꝙ vnus iustam habet possessionem, & alius iniustam: vt ff. qui satisda. cog. sciendom. §. si fundus. & ff. de iuredo. quamuis. & C. de iure dot. in rebus. Ex quibus colligitur, quòd maritus est dominus rerum dotalium, & vxor[a] similiter. hoc verbum, eodem modo, soluit contrarietatem.

¶ *Glo. seq. obijcit opi. ponit, quam reprobat, & soluit.*

k ¶ *Titulum.*] Sed quare tenentur isti ostendere titulum, cum probent se possedisse, & possessor non compellitur dicere titulum suæ possessionis. 2. q. 5. §. 1. & 6. q. vlt. accusator? Propter hoc dicunt quidam, quòd vbi possessor petit se non inquietari, debet probare titulum. arg. ĩ. de præscrip. si diligenti. & ĩ. de deci. dudũ. & C. de præscrip. longi temp. diuturna. sed hoc non est verum. ad hoc enim valet assignare titulũ, cũ agit interdicto vti possidetis. vt per hoc videatur habere potiora iura: quia qui potiora iura habet, obtinet i hoc interdicto: cũ enim habeat titulum, patet ꝙ nec vi, nec clam, nec precario possidet: vnde obtinebit. Insti. de itẽrdi. §. retinẽdæ. verũtñ in hoc ĩterdicto nõ est necesse ꝓbare, ꝙ q̃s iuste possideas, sed sufficit ꝙ nec vi, nec clã, nec ꝑcario ab aduersario possideat. ff. vti possidetis. si duo. in prin. & l. 2. hoc autem quod nec vi, nec clam, nec precario, &c. ad tempus litis cõtestatæ referendũ est. Instit. de interdictis. §. hodie.

l ¶ *Occupasse.*] Et ideo præscribere non potuerunt: quia in occupatis & inuasis, non currit ꝑscrip. 93. distin. illud. & 16. q. 3. licet. & ĩ. de pręscri. quoniam.

m ¶ *A vi turbatiua.* Nota ꝙ multiplex est vis, de quibus dicitur ŝ. quod metus causa. ad audientia. & ibi videas[3]. Dicitur tamen vis turbatiua qñ turbaẗ possessio, & in dubium reuocaẗ quis possideat: & illa spectat ad interdictũ, Vti possidetis, & in rebus immobilibus: vel ad interdictũ, Vtrobi, in rebus mobilib[us] tñ.

¶ *Ex glos. seq. colligas de interdicto, Vti possidetis, quibus fietur, contra quos, pro quibus rebus, & quomodo in eo sententietur.*

n ¶ *Vti possidetis.*] Quandoque[4] tamen locus est huic interdicto in casu vbi vnus possidet, & alter inquietat eum in possessione. nõ tamen iudex debet pronunciare: Vti possidetis, ita possideans, sed ne inquietet possessorem. ff. vti possidetis. l. 1. §. vlt. & C. eod. uni. l. vnica. Redditur enim hoc interdictum inter eum qui possidet, & eũ qui non possidet, sed inquietat. ff. vti possi. si duo. §. 2. in casibus vero vincit vterque: scilicet vbi redditur inter duos possidentes, vnum ciuiliter, alterũ naturaliter, vt fructuarius & proprietarius, & neuter possidet ab alio vi, vel clam, vel precario: & tunc debet iudex pronunciare, Vti possidetis, ita possideans: non tamen ita confuse sub illis verbis, vti possidetis, &c. quia sic daret gladium vtrique parti, sed debet examinare qualitates possessionum & probationum, & distinguere eas in sententia sua sic: probasti te habere possessionem proprietatis ciuilẽ, & ego pronuncio te ita possidere, vti possides. & tu probasti te esse in possessione vsusfructua naturalis, & ego pronuncio te possidere vti vsufructuarium, id est, vti possides, & ita possideas. argumen. Institu. de actio. §. curare. Si autem non liqueat ei de qualitatibus possessionum, non ferat sententiam. vnde si vterque dicit se insolidum possidere naturaliter & ciuiliter, & vterque probat, si etiam vnus probat melius: iudex proferat pro eo sententiam. argumen. hic. Si vero probationes pares sint, videtur innuere littera ista, quòd iudex ita debeat probare, Vti possidetis, ita possideatis: vt dicunt quidam. sed non videtur hoc habere rationem: quia sic, quod impossibile est probauerunt, scilicet vtrumq; insolidum possidere, vt hic. & ff. de ꝑcario. duo. ff. de acq. pos. possidere. §. econtrario. ergo cũ nõ sit maior

inquirentes: indulto extunc altero mense procuratori ecclesiæ supradictæ, infra quẽ, si vellet, ad† reprobationẽ[a] testiũ illorum, produceret testes corã eis: & infra. ¶ Quamquam autem pars Fauentinorum testes multos produxerit super negotio principali, vix tamen ex illis sex remanserunt concordes, cũ alij sibimet in serie sui testimonij cõtradicant[b]: & quidam† alij sint in dicto sui testimonij singulares[c]. Ad reprobandum vero quosdam testium ecclesiæ Rauen. & si ex parte Fauentinorum quidam sint testes inducti, plures tamen illorum reprobantur, quia sibi inuicem euidentissime contradicunt: quidam vero alij pauci numero, quamuis non reprobentur expresse[d], vsque adeo tamen malæ famæ sunt, & leuis opinionis[e], quòd eorũ dictis nulla vel modica[f] est fides adhibenda†. Ijdẽ quoque testes[g] Fauentinorum generaliter repelluntur, quia non probant illud ad quod probandum eorũ syndicus se adstrinxit[h], videlicet, quod corrupti falsa dixissent: quoniam & si de corruptione videantur aliquid dicere, de falsitate penitus nihil dicunt†. & infra. ¶ Ex præmissis igitur euidenter apparet, quòd ecclesia per testes numero plures, quibus potius lux veritatis assistit, qui etiam aptiora negotio, & vero proximiora in suis testimonijs expresserunt, sufficienter ostendit, quòd à sexaginta annis & citra, cum omni iurisdictione, honore, atque districtu loca supradicta possedit: per quod patet, quòd si cõmune Fauentiñ. à quinquaginta annis citra (sicut videntur testes eorum deponere) aliqua seruitia in locis perceperunt supradictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere incœperunt: cum duo insimul eandem rem, & eodem modo[i] insolidũ possidere non possint; maxime† cum ijdẽ Fauentini iustum possessionis titulum[k] non ostendant: & ex priuilegijs Imperatorum & Romanorũ Pontificũ ecclesiæ Rauennateñ. cõcessis, euidentissime colligatur, possessionem ipsius ecclesiæ in prædictis locis, iustam fuisse. ¶ Cũ ergo constet Fauentiñ. ab eo tẽpore, quo se possedisse probare cõtẽdũt, minus† iuste, ac sine titulo, aliqua in prædictis locis temeritate propria occupasse[l]: & œconomus eiusdẽ ecclesiæ petierit, à vi turbatiua[m], seu inquietatiua super præmissis cõmune Fauentiñ. prohiberi: nos cognoscẽtes in hoc casu non sic locũ esse interdicto, Vti possidetis[n], vt di-

Marginal notes:

¶ In pluribus antiquis iuncad reprobationẽ illorũ, testes produceret coram eis.

¶ Aliàs ita & quidã alij sunt in dicto, &c. in nonnullis antiquioribus ita: & quidam alij sunt iudicio sui testimonij singulares.

¶ Aliàs: habenda.

¶ Vide l. Celsus. ff. de arbi. & l. ditius & ibi Bart. ff. de rẽ iudi.

[i] Cum publicatis attestationibus nõ possunt testes super principali induci, ꝓp quod dixi ŝ. iux. hoc fieri posse ꝑ dicta aliorũ testiũ iã ꝓductorũ an te publicationem, vel per suã propria dicta si sibi contradicunt; vel per instrumenta. Ioã. And.

[a] Similiter tex. §. si fundus colligitur, ꝙ vterq; possidet. tum fuit sẽq; duo dñi: alter specialiter ꝓ sione pater & filius. ff. de lib. & posthu. l. in suis. secundum Host. Ioan. And.

¶ Aliàs & maxime.

Vt in vno vestustissimo tã: tantum iuste ac sine iusto titulo.

[3] Hic dixit ꝙ ista hic nocuerat. Ioan. And.

[4] Aliàs, bene tñ, &c.

Vti possidetis si fuerit inter ea rum, qualiter erit sententia ꝓferenda.

cere debeamus [a], Vti possidetis, ita possideatis: cum probationes ecclesiæ longe sint potiores [b], & ideo sit in interdicto superior: commune Fauen. [c] tibi condemnamus, super iurisdictione, & honore, atque districtu, & alijs ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis quo ad possessoriũ iudicium, quo tantummodo actum est, perpetuum silentium imponẽtes: & prohibentes eidem, vt neque per se, neque per alios super his præsumat Rauennat. ecclesiam, aut habitatores prædictorum locorum aliquatenus molestare †.

Idem.

Si qui nominent aliquem filiũ, & ita communiter reputatur, non creditur postea alteri eorũ iuranti contrarium.

CAP. X.

Per † tuas nobis litteras intimasti, quod cum T. Tiburtinus ciuis quandã per septennium habuerit concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadem, ac ipsa postmodum diuertens ab eo, ad ipsum non post multum tempus † redijsset, filium quem reuersa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse: & infra.

† Vide l. generaliter. C. de non nume. pec. & l. eam. & ibi Bart. ff. de tal.

3 De pœnis periurorũ vide Bald. in l. iusiurandi. C. de reb. cred. & late p Gundonem Papæ decisio. 178.

4 Concor. tex. in l. si quis ad se. C. ad legẽ Iul. de vi publ.

5 Hoc fauori fed lit tera nõ de falsitate, sed corruptione loquuntur vt dixit in tex. Sed qñ migrauerint ad secunda vota cũ maiori discussione recipientur testes. & difficilius retractabit. sola secũdũ Innoc. sed H. dicit qñ nõ migrauerint imponetur illis pœnitentia tñ tamen de periurio sed vtroque casu fiet inquisitio. Io. An.

testimonium vlterius admitti non debent. j. eo. testimonium. 6. q. 1. quicunq;. & 22. q. 5. si quia conuictus. & c. paruuli. & 2. q. 7. nō potest. in pñtia enim creditur, vt imungatur eis pœnitentia. in iudicio enim eis credi non debet ꝯtrium in eũdem casum. s. de probatio. per tuas. & C. de non nu. pecu. l. generaliter. Ber.

¶ Idem †.

¶ Socius criminis & muneris non testificatur etiam in crimine simoniæ. & vnius testimonium non sufficit ad condemnationem.

CAP. X.

VEniens † ad nos L. presbyter sua relatione monstrauit, quòd ei obiectũ fuit, quòd in ecclesia de Oueñ. canonicũ non habuisset ingressum: quia promisisset vnicuiq; parochianorum quinque barillos vini remittere [a], qui sacerdoti ibi pro tempore seruienti, consueuerant pro beneficio dari. Verum cũ duo apparuissent, qui iurati deposuerunt prædictum presbyterum talem fecisse promissionem, & cum altero illorum [b] pactum illud factum fuisse, tu de presbytero pront ordo rationis † exigit iudicasti [c]. ¶ Et nos tuam sententiam commẽdamus, eo quòd ille qui eodẽ erat infectus crimine, inde contra eum testificari nõ † posset: nullique de se cõfesso [d], aduersus alium in eodem crimine sit credendum, nec vnius testimonium [e] ad condemnationem sufficiat alicuius.

[Margin: † Alias Idẽ Antiocheñ. archiepiscopo. Alias Archiepiscopo.]
[Margin: † Cap. 9. eo. tit. in 3. compil.]
[Margin: † Alias, in-ala.]
[Margin: † De hoc articulo vide late per Amentum Gomezium tom. 3. va. resolut. cap. 12. & per Iulium Clarum in pra ctic. crim. §. fin. q. 22.]

VEniens ad nos.] Primo ponit petitionem presbyteri. Secundo illam exaudit: ibi, Et nos. Abbas Siculus. CASVS. Obiectũ fuit cuidam pñsbytero L. nomine, q in ecclesia de Oueñ. canonice nõ fuisset ingressus, quia pmisit vnicuiq; parochianorum suorum, remittere quinq; barillos vini, q pro beneficio dari consueuerunt sacerdoti in ipsa ecclesia deseruienti: ad hoc pbandũ duo fuerunt testes inducti, qui iurati deposuerunt pñsbyterum pdictũ talem fecisse pmissionem; quorum alter cũ pdicto presbytero fecit dictam promissionem: iudex qui de causa cognoscebat, dictum presbyterum absoluit, quo facto pñsbyter ad dñm Papam accedens, pdicta oĩa ei exposuit cum ipsa sñia: Papa rescribens eidem iudici confirmat sñiam ipsius, ex eo q ille qui eodẽ erat infectus crimine, ꝯ illũ testificari non potuit, et nulli de se confesso aduersus alium est credendum, & dictum vnius testis nõ sufficit ad condemnationem alicui[s]. Not. q nulli de se ꝯfesso, ꝯ alium est credendum. Item ad dictum vnius non est aliquis puniendus. Item idẽ est remittere, & dare, quia vtrumque simoniam inducit.

a ¶ *Remittere.*] Qui debitum remittit, dare ĩtelligitur. 8. q. 3. talia. & ff. de calum. quinetiam. & ff. de condi. causa data. si mulier.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit. secundo quærit, affirmatiue soluit contrariũ.*

b ¶ *Illorum.*] Sed cum crimen simoniæ sit crimẽ exceptum, quare non admittitur quilibet etiam particeps criminis s'm quod fit. 79. dist. si quis Papa. 15. q. 3. nemini. s. de confes. c. 1. Dicas q tales psonæ viles nullo modo sunt admittendæ in accusationem clericorum, aut in testimonium. nisi accusatus malæ famæ & opinionis antea extitisset: vt 2. q. 1. in primis. in fi. & j. de simo. p tuas. Præterea hic erat vnus testis idoneus, nunquid p eum & p famã posset condemnari de tali crimine? Vr q sic: quia fama cum aliis probat. 4. q. 3. c. si testes. §. item sæpe. Sed non est verum, quia in crimine aptissimæ debent esse probationes. C. de proba. l. vlt. & 5. q. vlt. Epiphanium. quia vbi ꝯ salutem hoĩs agitur, strictius & cautius pceditur. C. de app. addictos. secus in ciuili causa, i qua sufficit psumptio vnius testis cum iuramento. arg. C. de re. cre. in bonæ fidei. s. de proba. sicut ꝯsuetudo. pensatis negotiis cum circũstantiis psonarũ & causæ j. de iureiur. c. vlt. in fi. & ff. de legit. tuto. legitimos.

c ¶ *Iudicasti.*] absoluendo illum.

¶ *Glo. seq. not. quòd socius, & c. signat contrarium & soluit.*

d ¶ *Confesso.*] Sic ergo patet, q socius criminis non admittitur in testimonium in eodem crimine. 4. q. 3. c. si testes. §. item liberi. sic s. de confes. cap. 1. vbi de hoc. & testis qui non solum in eodẽ crimine fuit, sed si consimili morbo laboret, non est admittendus. j. eod. personas. fallit tñ: quia qñq; admittitur socius: vt 6. q. 1. §. verum. versic. si quis. & 79. distin. si quis Papa. Solui consueuit quòd socij criminis & muneris non admittuntur: vt hic, sed criminia tñ admittuntur in exceptis criminibus, vt ibi: sic & quandoq; ad detegendam conspirationem, socij & iurati ad testimonium admittuntur. j. de testi. cogen. cap. vlt.

ADDITIO. Vnde versus: *Per testem socium sceleris simonia probatur, Muneris & sceleris socius testis reprobatur.* vide c. 1. eo. tit. lib. 6.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Testimonium.*] Sic patet q vnius testimonium nõ valet. j. eo. licet. & 4. q. 3. c. si testes. §. item vnius. 33. q. 2. admonere. ff. de quæstio. maritus. arg. ꝯ. 8. q. 3. talia. ff. de do. pleg. Theopõpus. 86. dist. tanta. & 28. dist. de Syracusanæ. & 97. dist. nobilissimus. Sol. sæpe adhibet fides vni extra iudiciũ. 22. q. 4. innocẽs. dictũ vnius in iudicio psumptionẽ inducit. Lex illa, Theopõp[us], intelligitur cũ testator voluit ei fidẽ adhiberi.

¶ Idem abbati † san. L. & priori san. C.

¶ Attestationes in vno iudicio receptæ fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas coram alio iudice.

CAP. XI.

CAusam † quæ: & infra. ¶ Discr. vestræ mandamus, quatenus susceptis attestationibus vtriusque partis, quæ ab aliis iudicibus [f] sunt receptæ, causam ipsam sine debito terminetis.

[Margin: † Alias sub abbati sancti Benedicti, & Priori sanctæ Crucis.]
[Margin: † Cap. 10. eo. tit. in 1. compil. Et de materia vide Alexandrũ consil. 58. lib. 2. Iasonẽ & alios in l. si apud quem C. de edendo.]

CAusam quæ.] CASVS. Attestationes receptæ corã primis iudicibus, dandæ sunt iudicibus aliis, q-bus causa postmodum ꝯmittit. Nota q attestationes vnius iudicij, in alio iudicio locũ habẽt.

f ¶ *Iudicibus.*] Sic s. de proba. c. vlt. sic attestationes & acta in vno iudicio recepta, valent in alio. i Authen. de testi. qm multæ. coll. 7. & attestationes coram arbitris receptæ valent corã aliis iudicibus. j. eo. psentata. & C. de test. l. vlt. & C. de arbi. l. pen. in fi. Iudex ad quẽ causa defertur, debet habere acta oĩa prioris iudicis. s. ti. proxi. qm. & c. vlt. Et si testes apud primum iudicem nõ sunt publicati, adhuc alij possunt induci. j. eodẽ. cum causam.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo, & Vigor. episcopo.

¶ Clerici non sunt à ferendo testimonio in causa ecclesiæ suæ sine rationabili causa repellendi.

CAP. XII.

CVm † nuncius: & infra. ¶ Non lateat prudentiam vestram, quòd clerici non sunt à ferendo testimonio super negotio ecclesiæ suæ (nisi alia rationabilis causa impediat) repellendi [g].

[Margin: † Cap. 11. eo. tit. in 1. compilat. & post concil. par. 8. cap. 3.]

CVm nuncius.] CASVS. Clerici non debent repelli à ferendo testimonio i causa ecclesiæ suæ, eo q clerici sunt: nisi aliud impediat. Not. q illi qui sunt de vniuersitate, possunt ferre testimonium in causa ecclesiæ.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ Crimẽ nunc probatum repellit testẽ, aliàs de illo crimine non damnatum.

CAP. XIII.

SVper † eo quod quæsiuisti, vtrum testes sint reproban-

[Margin: † Cap. 12. eo. tit. in 1. compilat. & post concil. Lateraneñ. sub Alex. 3. par. 8. cap. 4.]

¶ *Glo. seq. alleg. tres concor. & tria iura in contrarium soluit. Secundo quærit, alleg. 3. ad negatiuam, & alia 3. ad affirmatiuam: ponit opinionẽ, vltimam soluit, & pro contraria solutione se remittit.*

g ¶ *Repellendi.*] Imo non sunt admittendi: 4. q. 2. sup prudẽtia. & s. eod. insuper. vbi de hoc. & Instit. de re. di. §. vniuersitatis. & §. nullius aũt. ff. de re. di. l. in tantum. §. 1. arg. ꝯ Instit. de testat. §. licet. & C. de testi. oĩbus. & 4. q. 3. c. si testes. §. nullus. quia causa ecclesię satis vr sua. Sol. in causa ecclesiæ vel vniuersitatis qui dicit testimonium, pro nullo de vniuersitate hoc facit, ergo nec p se. arg. 12. q. 2. qui manumittitur. Sed pone q aduersarius petat clericos i testimonium de ecclesia p se induci ꝯ ipsam ecclesiam, nũquid debẽt compelli? Vr q non. s. de postu. c. vlt. in fin. & filius ꝯ patrem non compellitur, quia non ꝯpellitur ꝯ alios inferiores sibi coniunctos. 4. q. 3. §. item lege Iulia 2. Sed iste est filius [i] ecclesiæ quæ ipsum dño sociauit. j. de pœ. pñsbyteri. ergo nõ ꝯpellitur ferre testimoniũ ꝯ ipsam. Item nemo debet petere ab aduersario suo instrumẽta ppria. s. de probat. c. 1. & C. de testi. nimis. & 4. q. 3. §. qui intendit. Sed ꝯ vr q possit, quia ecclesia potest ipsum inducere pro se, ergo tenetur illum recipere ꝯ se. 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus. 19. distin. si Romanorum. & actoris, & rei æqua debet esse conditio. s. de mut. pe. cap. 2. & testis pro vtraq; parte debet ferre testimoniũ. 14. q. 5. non sane. & nihil debet licere actori quod reo nõ liceat. ff. de reg. iur. non debet. Quidam dicunt q non debet compelli clericus ferre testimonium ꝯ ecclesiam suam: tñ si ecclesia ipsum inducit pro se, tunc tenetur & compellitur dicere pro aduersario. ff. de eden. l. 1. §. edenda. & sic intelligitur qd dr: testis pro vtraque parte debet ferre testimonium. Alij dicunt q verius vr, q bene debeat compelli ad hoc, non obstantibus ꝯriis signatis, quia non tangunt hunc casum, quia causa ecclesiæ non est proprie clerici, & tacere veritatem, peccatum est. 11. q. 3. quisquis. nec ob. arg. infra eod. veniens. in fi. vbi de hoc.

[Margin: i De carnali est prohibitio & edictali: de testibus prohibitorum. j. eod. l. c. Io. And.]

SVper eo.] Communis diuisio. Secunda: ibi, *Respondemus.* Abbas. CASVS. Testes recepti sunt in aliqua causa criminali siue ciuili: opponuntur eis crimina, vt à testimonio repellantur; quæritur quid iuris sit? Respondet, quòd si de criminibus illis antea

non sunt conuicti vel confessi, si modo inde conuincantur, non sunt in testimonium admittendi, quod dicitur hic, intellige prout traditur. j. eo. testimonium. Not. q obtẽtu criminis repellitur testis à testimonio etiam ĩ criminali: qđ verũ est si in crimine pseueret.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Confessi.*] si ante accusationem institutam ꝯ eos conuicti vel confessi fuerunt, si adhuc in crimine perseuerẽt, repelluntur. j. eo. testimonium. vbi hæc materia plenius expeditur. ꝯrium signatur 4. q. 3. §. item lege Iulia 1. & ff. de iis q no. infa. athletas. §. calumniator. sm leges damnatus tñ repellitur à testimonio; sed sm canones repellitur, siue iam cõdemnatus sit, siue ei probari possit & probetur.

di in causa criminali vel ciuili, quibus ab aduersa parte crimina opponuntur: Respõdemus, quód si etiã ante non sunt conuicti vel cõfessi[a] de criminibus illis, dummodo inde conuincantur, in testimonium nõ debent admitti.

¶ Idem Salernitano archiepiscopo.

¶ *Laicus in criminali non testificatur contra clericum, accusat tamen pro sua vel suorum iniuria.*

CAP. XIIII.

DE † cætero laicos in accusationem vel testimoniũ contra clericum, in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonũ[b] manifestius edocet: Nisi forte suam[c] vel suorum iniuriam prosequantur. Nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

DE cætero.] Primo ponit regulam; à qua secũdo excipit: ibi, *Nisi.* exceptionem determinat: ibi, *Nec tunc.* Abbas.

Casvs. Quærebatur, vtrum laici recipiendi sint in accusationẽ vel testimoniũ ꝯ clericos. Rñdet q sm canones nõ sunt aliquatenus admittendi, nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur, & tunc ad testimonium nõ sunt admittendi, sed ad actionem possunt admitti. Not. q nullus repellitur à prosecutione iniuriæ suæ, vel suorum etiam ꝯ clericum, nisi esset excommunicatus.

b ¶ *Canonum.*] quos habes 2. q. 7. c. 1. 2. & 3. & 6. q. 1. beatus. & 11. q. 1. c. 2. & j. de accusa. cũ P. Manconella.

¶ *Glo. seq. addit alium casum, & remittit.*

c ¶ *Suam.*] & in exceptis criminibus vbi admittuntur laici ꝯ clericos etiam viles qñq;. j. de simo. tanta. Quando & qualiter laici admittantur in accusationem vel testificationem clericorum, dicitur j. de accus. cum P.

¶ Idem eidem.

¶ *In causis ecclesiasticis & ciuilibus, possunt fieri tres productiones testium. quarta autem non admittitur absque solemnitate legali. Et super dictis testium post ipsorum publicationem potest publice disputari. hoc dicit, secundum lecturam communem, & verbis textus congruentem.*

CAP. XV.

IN † causis ecclesiasticis vel ciuilibus vltra tertiam productionem[d], non debẽt testes produci, nisi adhibita quadam solemnitate, quæ in legibus inuenitur expressa. Et super dictis testium cum fuerint publicata, publice potest disputari.

IN causis.] Duo sunt dicta, secundum: ibi, *Et super.* Abbas.

Casvs. In causis ecclesiasticis non debent testes produci vltra tertiam productionem, nisi adhibita solemnitate legali, vt traditur j. eod. vltra. Nota q quarta productio non debet dari, nisi cũ iuris solemnitate.

¶ *Glo. sequens ponit 2. lect. circa productionem de qua hic loquitur: & primam approbat.*

d ¶ *Productionem.*] i. dilationẽ, quia in vna dilatione plures posset pducere testes, quolibet die dilationis posset pducere, hodie vnũ, cras alium, & sic vsq; ad vltimam diem dilationis. Finita prima dilatione iusta causa allegata, iudex sc̃dam dilationẽ dabit, & iterũ tertiam: quartam non dabit nisi cum iuris solẽnitate. prout traditur j. eo. vltra tertiam. & in Auth. eo. nt. §. quia vero. coll. 7. versi. si vero. Et hoc intellige anteq̃ renunciauerit productioni testium, quia non posset postea audiri. j. eod. de test. in fine. nec danda est semper quarta productio, si iudex viderit eam denegandam, vt effrænatam multitudinem testiũ cõpescat. j. eo. significauerunt. Immo ex eadẽ causa posset denegare tertiam & secundam, dũmodo in prima dilatione sufficientes testes produxerit. j. eo. de testibus. Et nisi quarta productio, id est, dilatio detur cessante causa p̃dicta, scilicet effrænata multitudine: appellatio pp hoc emissa tenet, vt in d. decre. significauerunt. Vel dic q tertia pductio fieri debet sub vna dilatione. tñ vt prius dixi, seruatur de facto, & ita consuetudo interpretatur primam expositionem, quæ est optima legum interpres. ĩ. de consue. cum dilectus. & hoc notat dominus Azo, secundum l. B. C. eod. tit. l. vlti. Bernar.

¶ Idem in præposito, & canonicis Embrudeñ. † ecclesiæ.

¶ *Si quis probat actum gestum post appellationem, & aduersarius probat quód ante, præfertur prima probatio: & actus iudicatur non tenere, nisi secundus probet quód ante omnem appellationem.*

CAP. XVI.

CVm † tu fili præposite cum quibusdam canonicis tuis, & archiepiscopus vester essetis in nostra præsentia constituti: & infra. ¶Cum constet testes vestros iurasse, quód post appellationem, excommunicationis sententiam tulerit: & archiepiscopi testes similiter iurasse, quod ante appellationẽ: Nos dicta testium benigne[e] interpretari volentes, ne periurii reatu notentur: quia vtrumq; esse potuit, & quód post primam appellationẽ, & ante secundam; sententia lata fuerit, eandem sententiã decernimus non tenere.

CVm tu fili.] Si fieri potest concordanda sunt dicta testium, quæ videntur contraria. Primo decis. narrat factum. Secundo diffinit: ibi, *Cum constet.* Abbas.

Casvs. Quidã præpositus & canonici sui ex vna parte, & archiepiscopus ipsorum ex altera, super quadã sentẽtia excõicationis causam habebant adinuicem: ex vtraq; parte testes producti fuerunt: tandem causa delata est ad dñm Papam: vnde ipse testibus examinatis dicit, q testes capituli iurati dixerunt, q sententia excõicationis lata fuit post appellationem, & testes archiepiscopi similiter iurati dixerunt, q sñia lata fuit ante appellationẽ: Papa vero dicta testiũ volens interpretari benigne, ne de periurii reatu notentur, decreuit sententiam illam nõ tenere: quia vtrumque esse potuit, scilicet q & ante sententiam fuit appellatum, & super illa deponunt testes capituli, & post eandem iterum fuit appellatũ, & sup illa deponũt testes archiepiscopi, & sic diuersum tẽpus impedit ꝯdictionem testium. Nota q in benigniorẽ partem semper facienda est interpretatio. Itẽ, testes semper debent (si possunt) cõcordari propter periurium.

¶ *Glo. seq. not. testes concordandos, &c. Secundo arg. duo. tertio obiicit & soluit.*

e ¶ *Benigne.*] Not. q testes, si potest fieri, ad concordiam sunt reducendi, ne periurii reatu notentur; & si non ad litteram, saltem quo ad spiritualem intellectum. 11. q. 3. antecessor. & c. q pdecessor. & 8. q. 1. in scripturis. sic & Euangelistæ reducuntur ad concordiam. de poen. dist. 1. periculose. 32. q. 7. q autem. & oĩa testimonia sequenda sunt si potest fieri. 4. q. 3. si testes. Item est hic arg. q dubia probatio non prodest ei qui eam inducit. sic ĩ. de probat. in p̃sentia. Itẽ arg. q in dubiis pro reo iudicari consueuit. j. de sid. instr. inter dilectos. in fi. & ĩ. de proba. ex litteris. ff. de reg. iur. semper in dubiis. Sed vr̃ q in tali dubio potius debuit Papa interpretari q esset excõicati: quia hoc esset securius pp periculum aiæ: nam excõicatio est medicinalis. 2. q. 1. multi. & ideo traditur quis satanæ, vt spiritus eius saluus fiat in die dñi. 11. q. 3. audi denique. & ad cautelã saltem absoluatur, aliãs debuisset saltem mandasse illos absolui. j. de app. ad præsentiam. & j. de sen. excom. per tuas. Sed hoc dictũ fuit pp testes, ne de periurio notarentur saltem de facto: quia licet testimonium reprobetur, testes tñ inter infames quasi ex falso testimonio non habentur. ĩ. de ord. cogni. cum dilectus. & ff. de iis qui no. infa. Lucius. sed tñ re ipsa & opinione hominum non fugiunt infamiæ notam. ff. de obse. à lib. & libertis pa. præstan. l. 2. & j. eo. testimonium. & sic prouidet tam in testibus q̃ in canonicis, cum ipsi potuerunt postea ad cautelã facere se absolui, 1 sim. j. de appel. ad præsentiam. Et quia potuit esse q pluries fuerit appellatum: vt sequitur. & hæc sententia fuit potior & benignior.

¶ Idem episcopo Placen.

¶ *In causa appellationis super nouis capitulis tantum testes noui & veteres producuntur, iuramento secundum morem prius recepto.*

CAP. XVII.

FRáternitatis † tuæ litteris nos consulere voluisti, vtrũ recipiẽdi sint noui testes super

FRaternitatis.] In prima parte ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, *Dicimus.* Consultatio est bimembris. Et secundum membrum: ibi, *Et an.* Abbas.

Casvs. Sententia lata est in aliqua causa: in qua renunciatũ fuit testibus

testibus vtrinque, & conclusum in causa: appellatũ fuit ab illa sñia: quæritur vtrũ in causa appellationis noui testes possunt recipi sup quæstione iudicata; & vtrum testibus in prima causa receptis, liceat aliquid de nouo proponere sup ipsa quæstione? Rñdet Papa, q si in causa appellationis noua capitula oriuntur, sup quibus partes voluerint testes inducere, vel p iam receptos aliquid probare, bene sunt recipiendi solummodo sup nouis capitulis, receptis primo iuramentis s̃m formam nouorum testium. Not. q post aperturam testiũ siue in causa principali, siue in causa appellationis; non sunt recipiendi testes super eodem capitulo, super quo testes publicati sunt: sed super nouo bene recipiuntur.

a ¶ Renunciatum.] Maxime quia si non esset renunciatum expresse, ex quo publicatæ fuerunt attestationes, non possunt postea alij testes super eisdem capitulis induci. j. eod. de test. c. intimauit.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ Receptos.] Et sic patet, q idem testis pluries potest recipi cõtra aliquem. Sed ꝫ videtur 4. q. 3. c. placuit §. item in criminali. ff. eo. produci. Contraria loquũtur in criminali: & ibi qui semel tulerit testimonium ꝫ aliquẽ, presumitur inimicus ei', si iterum velit ꝫ ipsum testificari t. j. de accusat. meminimus.

¶ Post concil. Lateranẽ. par. 8. cap. 11. & c. 19. eod. tit. in 1. compil. Et de materia vide Oldradum consil. 107. & 160. & consil. 90. & 97.

quæstione iudicata, in qua testibus renunciatum a constet vtrinque. Et an testibus in prima causa receptis, propter causam appellationis liceat super quæstionibus iudicatis aliquid noui proponere: & infra. ¶ Duximus tibi respondendum, quòd in appellationis causa, si noua contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit nouos testes inducere, vel per iam receptos b aliquid comprobare, eos credimus posse recipi super nouis c dumtaxat capitulis: receptis prius ab ipsis, secundum formam recipiendorum testium, iuramentis d.

¶ Idem Exonien. episcopo.

¶ *Qui iurauit testimonium non dicere, testificari compellitur, si testificationes publicatæ non sunt.*

CAP. XVIII.

INtimauit † R. presbyter †, quòd G. † clericus capellanum eius & alios quamplures de testibus suis iuramento constrinxit; quòd testimonium, consilium, & auxilium contra ipsum non præberent eidem: Ideoque iniungimus, vt si testimonium eorum e † publicatum non est: nec est abrenunciatum testibus: eos qui sunt iuramento f adstricti, & alios (si necesse fuerit) idoneos, in testimonium recipere non postponas.

¶ Vox, presbyter, deest in antiqua.

¶ Aliàs, V.

¶ illorum.

¶ *Gl. seq. signat contrarium de duabus legibus in concor. alleg. Authen. & ponit responsionem Legistarum ad illam, quam responsionem reprobat, & legibus predictis respondet.*

c ¶ Nouis.] pendentibus ex veteribus, & quæ ex illis oriantur. j. de fid. instr. cum Ioannes. & C. de temp. ap. per hanc. & in principali causa apertis attestationibus super nouo capitulo orienti ex primis recipiuntur testes. j. eod. series. & c. ex tenore. Sed ꝫrium videntur dicere leges: quia etiam sup eisdem capitulis in causa appellatiõis noui testes recipi possunt. C. de app. eos. §. 1. & 2. C. de temp. ap. p hãc. & sic etiam obseruatur in iudicio seculari. Sed Auth. dicit ꝫriũ, & ꝯcordat huic cap. q postq̃ aliquis dicit testificata, non potest vlterius testes ꝓducere super his, sup quibus ĩtroducti sunt. in Auth. eo. §. quia vero. coll. 7. sed dñi legum satis friuolam adhibent solutionem: Intelligunt enim Auth. in eadem causa ante sñiam diffinitiuam, & leges istas in causa appellationis: sed ratio prohibitionis remanet in eadẽ causa appellationis, quæ fuit in principali, scilicet periculum subornationis: & ideo quia causa remanet eadem vtrobiq;, eadẽ debet esse prohibitio vtrobiq;: & vbi est eadẽ ratio, idẽ iudicium habendum est. s. de transla. inter corporalia. ff. ad legem Aquil. illud. & alibi, quotiens vitium ex vna radice nascitur, consequens est vt eadem lege tollatur. C. de nup. si libertam. Vnde dicendum est, q apertis attestationibus vlterius non recipiantur sup eisdẽ articulis alij testes. & leges ꝓdictæ recte possunt intelligi, vt habeãt locum sup nouis articulis pendentibus ex prioribus, & sic concordabunt iuri canonico. & Authen. predic. §. quia vero. in quo non distinguitur vtrum in causa principali, vel in causa appellationis.

a Das'sequentia solutio, q contraria loquuntur super eodẽ capitulo: istæ sup diuersis secundum Host. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem, scilicet quæ sit forma iuramenti testis, de qua supra loquitur, & quæ capitula contineat.*

d ¶ Iuramentis.] Aliter enim non admitterentur nisi à partibus remissum fuerit. j. eo. tuis. Forma vero s̃m quam iurare debent, talis est. Iurabunt enim q dicent totam veritatem iudici, vel cui commiserit, quam nouerint de re illa sup qua iurãt. 3. q. 9. hortamur. a & in Authen. eod. tit. §. 1. Item q nullã interserant falsitatem. 2. q. 4. nullam. & 3. q. 9. pura. Item q pro vtraque parte dicent veritatẽ quam sciunt. 14. q. 5. non sane. Item q dicent oẽm veritatem, siue interrogati siue non. arg. j. de acc. cum dilectus 1. Itẽ q non pretio nec amore, nec timore vel odio, seu pro alio commodo testimoniũ dicent. j. eo. quotiens. j. eod. licet 2. §. testes. Tanc.

a Vbi patet q iurare debet iudici e... an vero præsentibus ... vide qd ... scripsi in § loquitur. infra ... Ioan. And.

INtimauit.] In prima parte ponitur conquestio. In secunda prouisio: ibi, Ideoque. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam R. noĩe habebat causam cum V. clerico: Idem quendam suum capellanum, & alios quamplures iuramento adstrinxit, q ꝫ ipsum V. p dicto R. nõ ferrent testimonium, nec cõsilium vel auxilium præberent eidem: Vnde cõquestus fuit dño Papæ: mandat Papa, q si testimonium aliorũ testium ꝓductorum non est publicatũ, nec abrenunciatũ testibus, iudex recipere non postponat illos qui sunt iuramento adstricti, & alios si necesse fuerit in testimonium. Not. q iuramentum illicitum nõ repellit à testimonio. Item attestationibus publicatis sup eodẽ capitulo, non sunt alij testes recipiendi. Item postq̃ renunciatum est ꝓductioni testium, non sunt vlterius admittendi.

e ¶ Eorum.] scilicet testium, qui iam erãt inducti & recepti. nam si dicta illorum publicata fuissent, nec isti, nec alij, reciperentur vlterius: vt s. cap. proximo dictum est.

¶ *Glo. seq. ponit duplicem lecturam. Prima quod isti iurati deponant. Secunda quod super subtractione. & primam approbat.*

f ¶ Iuramẽto.] Eo enim ipso q voluit subtrahere copiam probationis aduersario suo, ꝓsumitur iniquam causam fouere, & experiri debet in se iudicis auctoritatẽ elusam. 3. q. 7. c. infames. ver. si quis aũt. & j. tit. ꝓxi. peruenit. Ideoq; non obstante iuramento tali, qđ iniqua fuit extortũ, iurabunt dicere veritatẽ sup negotio principali, cum illud iuramentũ illicitũ fuerit, & sine peccato seruari nõ posset g, cum celare veritatem sit peccatum mortale. 11. q. 3. quisquis. j. de cri. fal. c. 1. & denunciandi sunt illi q iuramento nõ teneri. j. eo. constitutus. & est expressum j. de accu. olim. Temerarium enim iuramentum non repellit a promotione. j. de iureiur. sicut 1. ergo nec à testimonio, vt hic dicit. Aliter tñ alij intelligunt, q isti non debent iurare super principali, sed solummodo ad detegendum tantæ calliditatis commentum. j. tit. proxi. peruenit t. sed illud ibi exponitur. Credo cũ standum quod primo dixi.

¶ Martu.

¶ Post concil. Lateranẽ. sub Alexand. iij. par. 8. cap. 11. & c. 19. eod. tit. in 1. compil.

t De hoc vide Spec. eod. tit. §. penult. vers. qd si q. sed melius D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1. ad secundũ arg. adde quæ dixi lib. 2. commentar. in Directo. Inquisitor. Schol. 15. §. vltimo.

¶ Idẽ abbati & fratribus de Martura †.

¶ *Publicatio vel renunciatio testium in certis capitulis, non præiudicat volenti testes producere in alijs. hoc dicit quo ad titulum.*

CAP. XIX.

CAusam † quæ vertitur inter vos, & plebanum & clericos sanctæ Mariæ de Martu. commisimus iudicibus terminandam: cumque vtraque pars in eorum esset præsentia constituta, & testes essent hinc inde recepti, & eis ab vtraque parte renunciatum, & attestationes etiam publicatæ, quoddam priuilegium nuper à nobis impetratum in medium protulistis: & infra.

CAusam, quæ.] Cõis diuisio. Secunda: ibi, Iudicibus. Abbas Sicul'.

CASVS. Inter monachos de Martu. ex vna parte, & plebanũ & clericos eiusdem loci ex altera quæstio vertebatur, quæ fuit cõmissa quibusdam iudicibus, coram quibus testes fuerunt hinc & inde recepti, & renunciatum productioni testium, & attestationes etiam publicatæ. Tandem monachi quoddam priuilegium impetratum lite pendente produxerunt in medium, per quod iuri alterius partis generari ꝓiudicium videbatur: Iudices sup hoc dubitantes cõsuluerunt dñm Papam sup hoc, scribit Papa ipsis monachis dicens, q ipse mandauit iudicibus vt recipiant testes idoneos, qui producti fuerunt sup aliis capitulis, si qua fuerunt, & alia ab his sup quibus testes recepti fuerũt. & eorum attestationes publicatæ, non obstantibus aliquibus capitulis nouiter impetratis p nuncios monachorum quæ contineantur in priuilegio, vel aliis litteris sibi concessis, postq̃ causa ipsa eisdem iudicibus cõmissa fuit, quæ videantur ꝓstare impedimentum alteri parti, & causam ipsam cõcordia vel iustitia mediante decidant. In fine mandat monachis, quòd priuilegium illud p nuncium suum ad ꝓsentiam suam trãsmittãt: quia Florentinus eps significauit dño Papæ, q quædam capitula ꝫ rationem erant ibi conclusa. Not. q attestationibus publicatis non sunt vlterius testes alij recipiendi sup eisdem capitulis, vel etiam renunciatum. Item lite pendente priuilegium in præiudicium alterius partis impetratum nullam de lite faciens mentionẽ, non valet, & eo non obstante iudices procedere debent.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas, & secundam approbat.*

a ¶ *Aliis capi alii.*] nouis scilicet, pendentibus tñ ex antiquis. & est arg. q pariter in causa consultationis sicut in causa appellationis, possunt testes induci super nouis capitulis, quamuis attestationes sint publicatæ. Vel intellige sup capitulis antiquis, sup quibus nondum fuerant aliqui testes recepti: & hoc verius videtur. Cum enim plura capitula siue negotia penitus diuersa committuntur, bene possunt testes recipi & publicari sup vno, & non super alio, postea possunt recipi super alio, & possunt etiã tractari diuersis tpibus. ff. de arbit. quod tamen. primo responso.

¶ Iudicibus ipsis mandauimus, vt super aliis capitulis[a], si qua alia fuerint ab his super quibus testes recepti sunt, & eorũ attestationes publicatæ, testes (si qui idonei producti fuerint) recipiant: & (nullis capitulis nouiter[b] à nobis per vestros nuncios impetratis, quæ contineantur† in priuilegio vestro, vel in aliis litteris, quas vobis indulsimus, postquam causam ipsam eisdem commisimus[c], prædictæ plebi in hac causa impedimẽtum præstantibus) concordia, vel iustitia mediante decidant. ¶ Quia vero Florentinus episcopus intimauit quędam capitula eidem priuilegio esse inserta, quæ obuia rationi[d] videntur, illud ad nostram præsentiam cum vestro nuncio transmittatis.

b ¶ *Nouiter.*] Nota, q lite pendente priuilegiũ seu indulgentia impetrata super re litigiosa in prędiudicium alterius partis non valet: vt hic patet, & ĩ. vt lit. pen. c. vltim. vbi de hoc. & in Auth. in me. lit. sa. ius. non fieri. §. si vero. coll. 8. & infra de priuileg. dudum.

c ¶ *Commisimus.*] Arg. q postq̃ causa commissa est iudicibus, res presumitur esse litigiosa, ita vt indulgentia siue priuilegium super ea impetratum non valeat. ff. de excu. tuto. tutor petitus. in principio.

¶ *Glossa seq. obycit, & soluit.*

d ¶ *Rationi.*] Sed quare dicit obuia rationi, cũ priuilegia indulgeãtur contra ius cõe. 3. distin. priuilegia. & 7. q. 1. petisti. & 16. q. 1. non statim. & c. non exemplo. 16. q. 1. hinc est. & 1 no. distin. ꝫ morem. & C. de legi. l. 3. in fi. ff. ad munici. l. 1. C. de thesau. l. vnica. lib. 10. vnde sic debet exponi, obuia rationi. i. consuetudini, & rationabili cursui priuilegiorum obuiare videbantur, quod esse nõ debet: nec valent priuilegia, quæ nimiũ lædunt. arg. ĩ. de deci. suggestum. & ĩ. de verb. sign. quid per nouale. & arg. C. de pre. impe. offe. quotiens. & l. nec damnosa. Ber.

¶ Idem Nouiceñ. episcopo.

¶ *A testimonio repellitur simili morbo laborans.*

CAP. XX.

PErsonas † ecclesiarum: & infra. ¶ Verum si coram te, vel alio quolibet negotia ventilẽtur: nolumus vt aliqui morbo consimili[e] laborantes, si certum sit, aut legitime super hoc possint conuinci, si ab alterutra parte testes adducti fuerint, in testimonium admittantur.

¶ Idem in concilio Lateran.

¶ *Christianus contra Iudæum intestem admittitur.*

CAP. XXI.

IVdæi† siue Sarraceni: & infra. ¶ Testimonium quoque Christianorũ aduersus Iudæos in omnibus causis (cum illi aduersus Christianos, testibus suis vti præsumant[f]) recipiendum esse censemus. Et anathemate decernimus feriẽdos, quicunque Iudæos Christianis voluerint in hac parte præferre: Cum eos Christianis subiacere[g] oporteat, & ab eis pro sola humanitate foueri[h].

¶ Idem Matthæo Cardinali.

¶ *Testimonium matris est suspectum, vbi filia petit in virum aliquem se maiorem. Et ad dictum solius matris de impedimento deponentis impeditur mã trimonium, sed contractum non dissoluitur.*

CAP. XXII.

SVper † eo quod à nobis tua deuotio postulauit, vtrum viro negante se mulierem affidasse, ipsius mater mulieris, & altera mulier possint ad testimonium recipi: Consultationi tuæ taliter respõdemus, quòd † cum[i] mater filiæ incrementum & honorem videtur diligere, vbi vir superior est, diuitiis, & nobilitate, potentia, vel honore, testimonium eius videtur esse suspectũ: & ideo non esse aliquatenus admittendũ. ¶ Super illa vero quæstione

Tertio addit causam: ibi, *Cum eos.* Abbas.

CASVS. Dr̃ q testimoniũ Christianorũ aduersus Iudæos recipiẽdum est in qualibet causa, cũ ipsi Iudæi aduersus Christianos suis testibus vti pſumãt: & qui Iudæos volunt Christianis in hac parte pferre, sunt excõicãdi, q̃a Iudæi debẽt subiacere Christianis. Nota q Iudęi subiacẽt Christianis, sed non contra. Nota, testimoniũ Christianorũ ꝫ Iudæos indistincte admittendum.

¶ *Glo. sequens signat contrarium.*

f ¶ *Præsumant.*] de facto: quia de iure nullus infidelis contra fidelem debet admitti in testimonium. 2. q. 7. si hæreticus. &c. non potest. & 23. q. 4. ipsa pietas.

g ¶ *Subiacere.*] 23. q. vlti. dispar. & melius ĩ. de iudic. cum sit. & 54. distin. nulla. & 17. q. 4. constituit.

h ¶ *Foueri.*] 86. distin. pasce.

SVper eo.] Duo sunt dicta, & qdlibet subdiuiditur: vt per se patet. Abbas.

CASVS. Aliqua mulier petiit aliquem in virum: vir negat q ꝫxerit cum ea: mulier vult pbare intentionem suam per matrem, & per alteram mulierem: quæritur vtrum mater sit admittenda in testimoniũ pro filia? Rñdet Papa, mater vr̃ diligere incrementum filiæ, ac honorem: & ideo vbi vir superior est diuitiis, nobilitate, potentia vel honore, suspectum est testimonium eius; & ideo non est aliquatenus admittendũ. Secundo ponitur alia quæstio. Aliqua mulier vult ꝫhere cum aliquo: mater alterutrius dicit q sunt cõsanguinei: quæritur an sint ꝫiungendi vel non pp solum dictum matris? Rñdet Papa, q si matrimonium non est ꝫctum inter eos: matre asserente illos esse consanguineos, non debent coniungi. Si vero iam ꝫctum est matrimonium, nõ debent separari sine iuramento plurium personarum. Nota q pater vel mater potest admitti in hoc casu vel repelli, secundum distinctionem hic positam. Item ad dictum vnius impeditur matrimonium contrahendum, sed nõ dirimitur iam contractum.

¶ *Glo. seq. fortificat tex. signat contrarium, & soluit.*

i ¶ *Cum mater.*] Et ita vr̃ q pater & mater non possunt ferre[3] testimonium in causa filij. 4. q. 3. c. si testes. §. item testis idoneus. Et quia causa filij, causa patris esse vr̃: quia damnum & emolumentũ ad eum pertinere videt. arg. 5. q. 6. biduum. ver. palam. & in causa sua nullus idoneus testis est. 4. q. 3. §. nullus. & arg. 3. q. 5. c. 1. & pater & filius pro vna psona reputantur. 35. q. 3. ꝫdicimus. §. hac auctoritate. & C. de ipu. & aliis substi. l. vlt. I. fi. Inst. de inuti. stipu. §. ei q. Arg. ꝫ. 35. q. 6. consanguineos. & ĩ. qui ma. accu. pos. vr̃. Sol. Pater & mater & cæteri consanguinei bene admittuntur ad cõiungendum matrimonium, siue etiam ad disiungendũ pp consanguinitatem fauore matrimonij, vt dicunt duo vltima ꝫria. illi etiã sunt cæteris pferendi: vt ibi dr̃. Sed quod hic dr̃, intelligitur de his parẽtibus, qui suspecti sunt, vt littera dicit: vt si alter superior est potentia, diuitiis, vel honore, pater & mater alterius non est admittẽdus: aliàs vbi æqualitas est, vel modica etiam excellentia[4], admittunt: vt dicunt vltima ꝫria, & hoc in matrimoniali causa: in aliis vero causis pater pro filio, vel econuerso non recipitur: vt dicunt iura pdicta. & illa decr. videtur in fi. quæ tamen loquitur in coniungendo vel disiungendo propter consanguinitatem: vt ibi dicitur.

PErsonas.] CASVS. Sic pone casum fm q loquit hæc decre. Vacat aliqua ecclesia: filius prælati decedentis, vel vicarij, vel etiã alius: cum platus ad quem spectat institutio ecclesiæ dicit se ius habere in ecclesia, appellat, ne prælatus ordinet ecclesiã: Dicit Papa q si coram isto epo vel etiam alio huiusmodi negotia ventilentur, non vult vt aliqui morbo consimili laborantes, si hoc certum sit aut probari possit, in testimonium admittantur, si ab altera parte adducti fuerint. Per illud verbum, huiusmodi, quod erat in antiqua decretali videbatur hæc decret. locum habere in similibus causis. Sed in ista decre. non est illud verbum, huiusmodi. sed simpliciter dixit, negotia, vnde videtur intelligenda decr. in omnibus causis, vt quicunq; habet simile negotium, non admittatur in testimoniũ similis causæ. Not. q qui consimilem causam habet, in causa consimili testis esse non debet.

¶ *Glo. seq. allegat tres concor. & inducit aria similia.*

e ¶ *Morbo consimili.*] Sic 4. q. 3. c. si testes §. liberi testes. & ĩ. eod. veniens. & ĩ. de confes. c. 1. vbi de hoc. Sic & iudex qui habet cõsimilem causam, potest recusari.[a] ĩ. de iudic. causam quæ 2. sic & qui in crimine detinetur, non potest alium denunciare vel accusare: vt 3. q. 7. qui sine. &c. postulatus. §. porro. in fin. 1. q. 1. multi. circa prin. & ĩ. de spon. cum in tua. nec potest alium corripere qui in simile delictum corruerit 15. dist. cap. vlti. & 26. dist. vna tantum. sim. 42. dist. §. 1. & 61. dist. in sacerdotibus.

IVdæi.] Primo ponit dictum. Secundo addit pœnam: ibi, *Et anathemate.*

a ¶ Firma-

continentur.

Idem videtur Hostien. si mo in proprio principis [illegible] Ioan. And.

Notabene.

Cap. 4. tit. de appellat. in 1. compilat. & post concil. Lateranen. par. 10. c. 1.

a Sed an talis similitudo causæ repellat testem? vide Goff. velle q sic in Spec. eo. tit. §. 1. versi. mi quod habet. sed Hostie. putat hoc absurdũ, nisi esset sol vel vehementer suspectus [illegible] Ioan. And.

Et dicit. Lateranen. sub Alex. iij. c. 16 & cap. 5. [illegible] Ioan. And.

Cap. 4. eo tit. in 4. compil.

quæ

De hoc articulo [illegible] Ioan. And.

Quia [illegible] Tanc Ioan. And.

quam fecisti, an mulier coniungenda non sit viro, pro eo quòd sola mater alterutrius, eos esse consanguineos confitetur: Respondemus, quòd si non est firmatum matrimoniũ inter eos, matre asseuerante ipsos † esse cõsanguineos, non debent coniungi: quia præsumptio est nõ modica, quod se linea consanguinitatis attingãt. Si vero matrimonium est firmatum [a], nõ debet sine plurium iuramento dissolui.

¶ Idem.

¶ Ad decisionem causæ maxime pro parte Iudæi, non sufficit regulariter minus testimonium, quàm duorum probatæ vitæ & laudabilis cõuersationis.

CAP. XXIII.

Licet† vniuersis: & infra. ¶ Quia non est licitum alicui Christiano, & multo minus [b] crucis Christi inimico, vt causæ suæ vnius tantum quasi legitimo testimonio finem imponat: ¶ Mandamus, quatenus si inter vos & quoscunque Iudæos emerserit questio, in qualibet causa Christiani, & maxime clerici, non minus quàm duorum vel trium virorũ, qui sint probatæ vitæ, & fidelis conuersationis [c], testimonium admittatis: Iuxta illud Dominicũ: In ore duorum [d] vel trium testiũ stat omne verbum. Quia licet quædam [e] sint causæ, quæ plures quàm duos exigant testes, nulla est tamẽ causa † quæ vnius [f] testimonio (quamuis legitimo) terminetur.

¶ Idem Firmano episcopo.

¶ Non sunt idonei testes, quos actor de familia sua produxit.

CAP. XXIIII.

IN litteris †: & infra. ¶ Quidam nobilis tui episcopatus, quandam sibi legitime copulans, cũ eam in domo fere per septennium tenuisset, cõsobrinam [g] patris eius antequam eã duceret se asseruit cognouisse: ad quod probandum testes de familia [h] sua tres produxit. Respondemus igitur, vt (si res ita se habet) pro illorum testimonio ipsum ab vxore nulla ratione diuidi patiaris †: nec contra ipsos aliquos audias, nisi probatæ essent vitæ [i] & opinionis, de quibus verisimile non esset, quod deberent pro aliquo deierare.

¶ Vrbanus tertius.

¶ Donec attestationes fuerint publicata, et eis renunciatum, produci possunt testes: postea vero non super eodem capitulo, sed super alio sic. hoc dicit, quo ad titulum.

CAP. XXV.

CVm† venisset ad Apostolicam sedem magister M. nobis exposuit, quòd Lucius Papa

---

a ¶ *Firmatum.*] id est, cõtractum p consensum mutuum de pñti: tũc enim separari non posset ad dictum vnius testis: quia in nulla causa dictum vnius sufficit. j. c. proxi. & ĩ. c. veniens. & 4. q. 3. c. si testes. §. item vnius vero. alias ɔhere non debent, quia ad dictũ vnius impeditur matrimonium ɔhendum. j. de spon. preterea 2. Item & sola fama impedit. j. de consang. sup eo. multa enim impediunt ɔhendum, quæ non dirimũt iam ɔtũ. j. de iureiur. quẽadmodum. & sic nõ oĩa quę impediunt ordinandum, deijciunt iam pmotum. 15. q. 1. §. vlt. & j. de reg. c. ad apostolicam. & j. de accu. c. super his.

Licet.] Iudæus nil potest probare minus q̃ per duos testes fideles & honestos. Et facit quatuor. pmittit causã dicti, ponit dictum: ibi, *Mandamus*. quod pbat auctoritate: ibi, *Iuxta*. soluit obstaculum: ibi, *Quia licet*. Abb. Sicul°.

Casvs. Dicit in hac decre. q nulli Christiano, & multo minus Iudæo licitum est causam suam pbare per vnum testem. vnde si quæstio aliqua emerserit inter aliquos Christianos & Iudæos, non minus q̃ duorum vel triũ testiũ testimonium admittat, qui sint pbatæ vitæ, & fidelis conuersationis: qa vt Dñs dicit, In ore duorũ vel trium testiũ stat oẽ verbum; tñ quædã causæ sunt quæ plures q̃ duos requirũt, sed nulla est, quæ vnius testimonio quantumcunque legitimo terminet. Not. q vbi numerus testium non exigitur, duo vel tres sufficiunt. Item vni in piudicium alterius non est credendũ.

b ¶ *Multo minus.*] Arg. à maiori. sic 43. dist. dispensatio. & 11. q. 1. magnum. sic 32. q. 5. si Paulus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

c ¶ *Conuersationis.*] Et ita Iudæus de iure non admittitur ɔ Christianum ad testimonium. arg. 2. q. 7. si hæreticus. & cap. nõ potest. & cap. pagani. & 23. q. 4. ipsa pietas. Arg. ĩ. eod. Iudæi. non est contra: quia ibi factum recitatur, s. q illi vt præsumunt, sed illud de iure fieri non debet.

¶ *Glo. seq. exponit affirmatiuam negatiue, & dat simile per contrarium subdens quatuor casus, in quibus non sufficiunt duo testes.*

d ¶ *Duorum vel trium.*] id est, non paucorum prout sequitur, & sic affirmatiua exponitur p negatiuam. 35. q. 3. æqualiter. ff. de manumis. l. 4. in prin. ff. de dolo. l. non debet. in fi. ff. de leg. 2. cum pater. §. rogo. & l. cum quidam s. & econtrario negatiua exponitur per affirmatiuam, non suum. i. alienum. C. vnde vi. l. cõquerebatur. sic exponunt quidam dist. 1. omnes leges. naturale est trãsire per agrũ alienum, id est, non suum.

e ¶ *Quædam.*] Quædam sunt causæ, quæ plures testes requirunt, sicut testamentum, vbi requirũtur septem testes. C. qui test. fa. pos. l. hac consultissima. & C. de test. l. si vnus. & puberes debent esse testes. C. de testa. l. hac consultissima. In codicillis quinq; requiruntur. C. de codi. l. vlt. Itẽ in dona. causa mortis quinq; testes requiruntur. C. de do. causa mor. l. vlt. Et in casu quẽ habes 2. q. 4. præsul. & cap. nullam. Item quinq; requiruntur cum quis debitum in scriptis vult probare se soluisse. C. eod. tit. l. testium.

¶ *Glo. seq. soluit tria contraria.*

f ¶ *Vnius.*] Hoc verum est in alterius pïudicium. Et sic non obstat de conse. dist. 4. cum itaque. §. paruulos. vel vbi quis non habet ius pesendi. ĩ. c. proxi. & j. de spon. preterea 2. tñ vnius testis pũmptionẽ inducit, sed non facit probationẽ. 20. q. 3. pñs. ff. quẽadmo. test. aper. l. 1. in fi. & ff. de do. p̃le. Theopõp°. sed ibi testator hoc voluit.

IN litteris.] Cõis diuisio. Secunda: ibi, *Respondemus*. Abbas Sicul°.

Casvs. Quidam nobilis ɔxit matrimonium cum quadã muliere, cui fere per septennium cohabitans, consobrinã patris ipsius mulieris anteq̃ eam duceret, se asseruit cognouisse, vnde petebat separari ab ipsa, ad quod pbandum induxit tres testes de familia sua: quæritur an tales testes sint admittendi? Rñdet Papa, q si res ita se habet, pro illorũ testimonio ab vxore separari non debet, nec aliqui admittantur nisi sint pbatæ vitę & opinionis, de quibus non sit verisimile, q debeat pro aliquo deierare. Nota q ɔ matrimonium familiares non admittuntur: quia præsumptio est ɔ eos, & propter periculum animæ.

g ¶ *Consobrinam.*] Allegabat primum genus affinitatis in tertio gradu, quod habet prohibitionem vsq; ad quartũ, olim vsq; ad septimum. 35. q. 3. c. 1.

¶ *Glo. seq. in prin. et in fi. non admitti testes familiares dicit, & qui sint familiares, & mediũ signat contrarium, & soluit.*

h ¶ *De familia.*] Testes quos accusator de familia sua producit, non valent. ff. eod. l. penul. & domesticus siue familiaris non est admittendus. C. eo. tit. lib. 1. Dicũtur familiares de q. bus legitur. C. de iis q ad eccle. confu. l. vlti. §. 1. ver. sane. & 3. q. 9. c. 1. & 3. & c. accusator. & 4. q. 3. c. placuit. §. itẽ in criminali. ver. item etiam iure ciuili. & in alio ver. item testes. Arg. ɔ. 14. q. 3. super prudentia. & ĩ. eod. insuper. & c. cum nuncius. cum suis cõsimilibus. Sol. domestici appellantur pprie q bus imperari potest rõne patriæ vel dñicæ potestatis: vt io l. præsenti, quales credo hic fuisse. Contraria non obstat, quia in alio casu loquuntur, & illud est a iure pmissum fauore ecclesiæ: quia non ferunt testimoniũ pro aliquo singulari. Familiares appellãtur consanguinei, colonus, ascriptitius, mercenari°, filius in potestate, libertus & seruus, & oẽs habitantes in domo. Sed illi quibus imperari põt, nullo modo admittunt: alij cum distinctione affectionis: vt pp hoc ɔ eos pũmatur vel non: vt dicit Hug. 3. q. 5. in summa. & c. 1.

i ¶ *Vitæ.*] Not. in matrimonio separando pcipue testes esse admittendos, qui sunt probatæ vitæ & opinionis. j. de cõsang. ex litteris. qa tolerabili° est aliquos ɔ statuta hominũ dimittere copulatos, q̃ coniunctos legitime ɔ statuta dñi separari. j. eod. c. licet. in fi. Ber.

CVm venisset.] Istud capitulum habet vnum dictum in principio, quod non facit ad materiam, & potuisset hoc omitti. Et sunt duæ partes. In prima partis conquestio. In secũda dat iudices: ibi, *Mandamus*, quibus tria mandat. Secunda: ibi, *Quæstiones*. Tertia: ibi, *Si qua vero*. Abbas Siculus.

Casvs. Inter abbatẽ de Sicolano ex vna parte, & magistrũ Martinum ex altera controuersia sup pluribus articulis vertebatur, quã Lucius Papa commisit quibusdam iudicibus fine debito terminandam. Iudices tulerunt sententiam super quibusdam articulis pro magistro M. dicebatur q sententia non valebat, cum esset lata post appellationem interpositam occasione mortis delegantis. Respondebatur ex parte magistri M. q appellatio illa non impedit quo minus sententia debeat confirmari, cũ post illam appellationem egerit, & testes produxerit, & sic appellationi renunciauit, &

In quibus casibus sufficiat vnius testis, vide per Nellũ in suo tractatu de testibus.

Cap. 1. tit. de foro competent. in 3. cõpil. Et quatenus loquitur de vni° aut plurium testimonio, vide Nellum tract. de testib. & Iacobũ Nouellum regula 219. incip. testes duo. & plene per Antonium Gabrielũ lib. 1. com. conclu. tit. de testibus, conclu. 2.

Matth. 18. Luc. 17.

De hac materia notatur supra de electio. c. cum in cunctis.

Concor. l. 3. § si ea l. eq. & ibi Bart. ff. de iureiur.

Probat semiplene. Ant. Gomezium tam 3. varia. resolut. cap. 12. num. 2 divi p̃ene lib. 3. com. in Direct. Inqui. schol. 148. & hoc vult.

Vox. tam. si. decst in multis antiquis.

Cap. 5. eo. tit. in 2. compila. Et de materia vide plene p Antonium Gabrielũ lib. 1. com. conclusion. tit. de testib. cõclu. 10 & p intellectu vide quæ dixi lib. 3. in Directoriũ Inquisitor. Schol. 154.

Vide l. 3. §. familiæ. ff. vi bono. rap. & l. pnũciatio §. 1. ff. de verbo. sign.

Cap. 25. eo. tit. in 2. compil.

Familiares, & domestici, qui dicantur.

citatio

citatio iudicium vel mortem delegantis præuenerit. Mandat Papa, quatenus si sñia illa fuit canonice promulgata, iudices illã confirment, non obstante appellatione pdicta, cum post appellationem illam egerit & rñderit, & testes pduxerit citatione facta ante mortem delegantis: alias vero q̃stiones super quibus testes pducti fuerunt, & publicatæ attestationes: vel etiã si renunciatum sit, hincinde testibus nullis aliis receptis sup eodem capitulo ab alterutra parte sm tenorem illarum attestationum debeant terminare; & si aliæ q̃stiones fuerint sup quibus testes non fuerunt recepti vel renuociatũ eisdem, audiant quæ hiocinde partes ppponere voluerint, finem debitũ imponentes eisdem. Not. q qui post appellationem pducit testes, vel stat iuri, tacite renũciat appellationi. Item post publicatas attestationes licet altera pars nullos pduxerit, non sunt alij testes inducendi. Idem si renũciatum est hinc & inde: aliàs bene possunt admitti.

Sidolañ.

illa, in antiquis.

Dictio, hic, deest in antiquis.

Vide l. si exhẽdatus. & l. si propo nas § 1. ff. de inoff. test. & l. 2. C. de iure dot.

Aliàs, super eodem negotio.

Dictio, quæstiones, deest in plu ribus antiquis.

prędecessor noster causam, quę inter ipsum & abbatẽ de Sicolañ. †vertebatur, commisit iudicibus fine debito terminandam: & infra. ¶ Mandamus, quatenus, si sententiam illorũ noueritis canonice promulgatam, eam auctoritate Apostolica confirmetis [a]: nec appellatio illam †impediat, quę hic † interposita dicitur occasionẽ mortis prædecessoris nostri; cũ postea egerit [b] & responderit, testesq; duxerit producẽdos †. ¶ Quæstiones quoque alias super quibus testes fuere producti, & depositiones publicatæ eorum, vel renunciatum fuit testibus hinc & inde, nullis aliis ab alterutra parte super eodẽ † receptis, secundum tenorem ipsarum mediãte iustitia [c] terminetis. ¶ Si quæ [d] vero fuerint quæstiones †, super quibus vel testes non fuerint producti, vel renunciatum [e] eisdem, audiatis si qua hincinde proposita fuerint, finem illis debitum imponentes.

¶ Clemens tertius.

¶ *Potest reus producere testes ad probandum contrarium eius quod actor probauit, si publicatio attestationum non est facta, consuetudine contraria non obstante. hoc dicit, secundum notabiliorem lecturam.*

a ¶ *Confirmetis.*] Hæc confirmatio hĩ perinde ac si per Papam facta fuisset. arg. C. de ve. iu. enu. l. 1. §. sed neq;. in fi.

¶ *Glo. seq. alleg. 6. concor. Secundo arg. quod mortuo delegante, &c. dicens quosdam hoc tenere, sed glo. tenet & probat contrariũ, & ad hãc decre. respõdet.*

b ¶ *Egerit.*] s. de offic. deleg. gratũ. ff. de pact. tale. §. 1. ff. ad Mace. si filius. C. de re iudi. l. ad solutionem. & j. de re iudic. q ad consultationem. & ff. de mino. si filius. Arg. ex hoc loco q mortuo etiam mandatore re integra possunt pcedere iudices de consensu partium: & hoc concedunt quidã. Contra dico, q partes non possunt ammodo eis dare iurisdictionem ex lineris illis, cũ iurisdictio iam sit finita p mortẽ mãdantis. arg. op. s. de offi. deleg. significantibus. quia actio semel extincta, amplius non reuiuiscit. de conse. dist. 4. quis. & ff. de solu. l. quæ res. §. aream. C. de remis. pig. cum ex causa. & priuatorum consensus eum non facit iudicem qui nulli præest iudicio. C. de iur. om. iud. priuatorum. & hoc pbatur ff. si cer. pet. l. eius qui in pvincia. versic. nam & si ibi in hoc nũmos, &c. & qd dicit, postea egerit, scilicet post appellationem. s. de offi. deleg. gratum. & intellige q citatio facta fuit ante mortem delegantis, vt dicit illa decr. gratum. & sic perpetuata fuit iurisdictio: vt ibi dr̃. hęc decre. loquitur de eodẽ facto cũ illa gratũ.

Delegatus mortuo mãdatore re integra nõ potest procedere, etiã de partium consensu.

Dicit 1 magister G. q ipso iure non expirat mandatum morte mandatoris, sed p exceptionem. vnde quæ p exceptionem expirãt, possunt à partibus relaxari; ideo potest iudex procedere, & valet si nihil opponat. arg. ff. de bon. pos. l. 6. & l. pen. j. de re iud. inter. arg. de hoc plura inuenies s. de rescrip. in c. ad audientiam. in vlt. glos.

Dicit, & c. hæc quæ sequuntur, vsq; in finẽ glossulæ nõ habentur in antiquis exẽplarib⁹. est tñ additio ob hinc plusq̃ centum annos facta.

c ¶ *Iustitia.*] quæ tribuit vnicuique quod suum est. Insti. de iusti. & iur. 1. respon. & 12. q. 2. cum deuotissimam.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

d ¶ *Si quæ.*] Cum dicit primo, q sñia cõfirmetur, quare dicit hoc? Dicas q plura ca. & penitus diuersa erant, & sup quibusdam fuit lata sententia, super quibusdam non. sic s. eod. causam quæ.

e ¶ *Renunciatum.*] Si renuociatum fuisset, licet nullos testes produxerit pars illa quæ renunciauit, non est vlterius ad hoc admittenda [a], quia licitum est cuilibet renunciare iuri suo. 7. q. 1. q̃ periculosum. & C. de pac. l. si quis in conscribendo. Arg. ad hoc q non est licitum redire ad hoc qd semel renunciauerit. C. de re. cre. l. si quis iusiurandum. & remittentibus actiones suas non est amplius recursus dandus ad eas. ff. de ædil. edi. quæritur. §. si venditor. vel etiam si aliqui recepti fuerint, & renũciant productioni, alios postea inducere non possunt. j. eo. de testibus.

a Nisi esset talis cui cõpeteret restitutionis beneficiũ: vt minor, vel ecclesia. j. de resti. in integ. audi. §. secundũ Tanc. Ioh. And.

S[s] *ries.*] Legitur variis modis, sed duobus modis summari potest p Doctores sm duos intellectus cõiores. Et primo sic. Publicatis attestationibus potest falsitas primorum testium cõprobari. hæc tñ lectura simpliciter nõ est vera, vt probat Panor. Secundo sic. In causa matrimoniali publicatis attestationibus potest falsitas primorum testium etiam directe probari, si super directa vel indirecta pbatione nõ potuit pars ante publicationem instrui. Panor. aũt summat, & tertio modo nõ ponendo aliquam specialitatem in causa matrimoniali, temperãdo primum summariũ sic: Publicatis attestationibus, potest falsitas primorum testium etiam directe probari, si super directa vel indirecta pbatione nõ potuit pars ante publicationem instrui. Communis diuisio. Secunda: ibi, *Præsenti*. Abbas Siculus.

Cap. c. eo. tit. in 2. compil.

CAP. XXVI.

SEries † tui rescripti nobis aperuit, quod cum nuper inter filios quorundam nobilium tuæ ciuitatis, coniugalis quæstio tractaretur: & infra. Pars quæ matrimonium accusabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter prædictos esse firmiter asserebant, in primo gradu [f] ponendo duas personas, B. videlicet & I. dicentes illos esse fratrem & sororem: pars autem opposita id falsum esse dicebat, B. scilicet esse sororem I. ad corroborandam assertionem suam, tam testes offerẽs, quàm publicum instrumentum [g]. Vnde quia pars accusantium testes illos non esse recipiendos proponit, & tu non esse consuetudinem ecclesiæ affirmas, vt post receptos testes qui consanguinitatem secundum formam canonum computant, alii ex opposito admittantur. ¶ Præsenti pagina respõdemus, quòd si non est aliud canonicum quod obsistat, non obstante illa consuetudine, vt pote iuri [h] contraria, testes recipere non omittas.

CASVS. Filij quorundam nobilium cõtraxerunt ad inuicem matrimonium: Tãdem pars vna matrimonium accusauit, & testes pduxit legitimos, qui consanguinitatem inter pdictos firmiter asserebant, ponentes duas psonas in primo gradu, B. videlicet & I. dicẽtes illos esse fratrem & sororem: Pars aduersa dicebat id falsum esse, B. scilicet esse sororem I. & ad hoc pbandum inducebat testes & publicum instrumẽtum: Sed pars illa quæ matrimonium accusabat, dicebat testes illos non esse recipiendos: & iudex etiam dicebat, q non erat cõsuetudo ecclesiæ suæ, vt post testes receptos & publicatos, qui consanguinitatem computant, alij ex opposito admittantur. Iudex q̃siuit quid sibi esset agẽdum? Rñdet Papa, q si non est aliud quod impediat, non obstante illa consuetudine iuri cõtraria, testes illos admittat. Nota q testibus publicatis contra matrimonium, alij testes admittuntur ad probandum q primi falsum tulerunt testimonium, quia & post sententiam etiam admitterentur, cum per illos ecclesia decepta fuisset: & ita sententia cõtra matrimonium lata non transit in rem iudicatam, quin semper audiatur volens probare contrarium.

f ¶ *In primo gradu.*] Sufficit enim in computatione cõsanguinitatis incipere a primo gradu, licet de stipite nihil dicant. j. de consanguinitate. & 35. q. 5. c. 1. & j. de diuor. c. porro. & j. eo. c. licet.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

g ¶ *Instrumentum.*] Sed qualiter p instrumẽtum poterat probari, q B. & I. non fuissent frater & soror, quia de consanguinitate non potest instrumentum fieri, vt vi? Credo q instrumentum illud non inducebatur directe sup consanguinitate, sed indirecte forte in instrumento continebatur sic, sup aliquo cõtractu B. & I. eius filia promiserunt aliquid facere, & sic dicebantur pater & filia, vel appellabantur in instrumento patruus & nepos: & sic inducebatur [1]: & instrumentum bene poterat produci post aperturam testium semp antequam renuociatum sit vel conclusum in causa. j. de fide instr. cap. cum dilectus. Bernard.

1 Vel forte de natalib⁹ illi⁹ I. tractã fuerat instrumentũ, in quo continebat⁹ q̃ B. ex qua illam susceperat: & quo anno & die nata fuerat, secũdũ Host. alleg. c. de insp. l. pen. ff. qd met. cau. l. sed & q̃dem. §. 1. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. primo adiuuat tex. & improbat consuetudinem. Secundo ponit opi. Vinc. contrariam. Tertio illam reprobat, & dat huic decre. duos intellectus. vlti. signat & soluit contrarium.*

h ¶ *Iuri contraria.*] Bene dicit, iuri cõtria, quia huic obijciebatur q testes alterius partis falsum dixerant: vt s. dixi. & ad falsum probandum non solum post publicationem testiũ, immo etiam post sñiam testes sunt admittendi. s. de proba. c. licet. etiã vsq; ad xx. ann. j. de excep. cũ venerabilis. & j. eo. ex tenore. & s. eo. sicut. & j. de re iud. c. lator. & c. cõsanguinei. sic etiã instrumentũ põt pbari falsum. C. de cõtrhen. st. optimam. Vinc. & alij dicunt, q hæc consuetudo consonat iuri,

sonat iuri, quia post publicationē testiū non sunt alii testes in cōtriū vel ad idē inducendi. arg. s. eo. fraternitatis. Et Vinc. dixit, q hæc nō erat decre. sed salua pace ipsius in hoc non bene dixit, quia in alio casu loquitur hic, quia agitur de falso, vt dictū est; nec propter hāc decre. offenditur regula illa, qua ipse dixit, q post publicationē testium non sunt vlterius testes admittendi; quia illud locū habet qñ super eodē capitulo inducuntur, sup quo alii inducti fuerūt: quia illud non licet nec ei qui eos induxit, nec aduersario. s. eo. fraternitatis. & in Auth. de testib. §. quia vero. coll. 7. & illa regula generaliter vera est. Quidam[s] tñ dicunt, q non obseruatur in causa matrimoniali: & ibi non possunt recipi etiā super eodē capitulo: & dicunt illud esse speciale i fauorē matrimonij. Arg. ad hoc. j. de spon. sicut. in fi. j. de consan. & affini. ex litteris. sed ibi testes non fuerant recepti. s. de probatio. causam matrimonij. & quia post sententiā auditur, ergo multo fortius ante sententiā. sententia enim cōtra matrimoniū non transit in rē iudicatā. De hoc dī etiā s. de pba. iurauit. Hic non poterat omitti ista probatio sine periculo animæ: ibi poterat omitti sine periculo: qa nullum peccatum in non contrahendo, sed in separādo periculum est, si non sunt consanguinei.

¶ Cap. 4. eod. tit. in 2. compila. Et de intellectu videto notas nostras in hac decretali.

¶ Sola fama carnalē copulā non probari est not. glo. in l. 4. § 1. cū not. ff. de testib.

¶ Hostien. hic dicit q quicquid alii scribāt, & quicquid seruetur de quo stilo iudici non est curandum. de stilo cum caustam. de mente iuris hoc ē, q in causa matrimoniali publicatis attestationibus sup eisdem capitulis etiam in eadem instātia, licet testes producere per rationē quæ sequitur in gl. quia hoc licet post publicationē, & post sententiā. Io. And.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Carnalis copula probatur per conueniens testimonium de visu. idem in testimonio auditus, quod adminicula & fama coadiuuant.*

CAP. XXVII.

PRæterea †cum quis accusatur aliquam cognouisse: an sint testes interrogandi de visu, aut sola viciniæ fama sufficiat, vel si iuratis testibus sit credendum, qui se carnalis copulæ conscios[a] esse fatentur, sed de visu[b] nihil affirmant:† ? Respondemus, quòd si testimonium conueniens de visu reddatur, vel etiam de auditu[c], & præsumptionem violentam fama consentiens subministret, ac alia legitima adminicula suffragentur, standum est testimonio iuratorum. Etenim circumspectus iudex atque discretus, motum animi sui, ex argumentis & testimoniis, quę rei aptiora esse compererit, confirmabit.

PRæterea.] Cōis diuisio. Secunda: ibi, *Respōdemus.* Abb. Siculus. CASVS. Aliquis accusatur q ipse cognouit aliquā mulierē: quæritur an testes qui ad hoc probandū inducuntur, sunt interrogādi de visu, vel si etiā sufficiat sola viciniæ fama, vel vtrū sit credēdū testibus, qui carnalis copulæ dicūt se esse conscios, sed de visu nihil dicunt. Cōsultus Papa rñdet. q si testimoniū cōueniens reddatur de visu vel etiā da auditu, & fama violenta pſumptionē subministret, & alia adminicula adsint, stādū est testimonio iuratorū, qbus oībus consideratis iudex cōnfirmabit motū animi sui ex argumētis & testimonijs, q negotio aptiora cōpererit, & sic formabit sniam. Not. q ex multis pſumptionib9, & ex fama fit pbatio sufficiēs: & q non psunt singula, multa simul collecta valent, & pbationē faciūt.

¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*

a ¶ *Conscios.*] Sed quomodo sunt conscij nisi viderint: quia forte ab eo audierūt: quia illud dicimus scire, quod ab aliis audiuimus. 22. q. 5. hoc vi. Vel quia viderunt solū cum sola in lecto, vel nudū cum nuda, sed nō viderūt eos carnaliter cōmisceri. j. de præsump. tertio. & ideo dicit: sed de visu nihil affirmant.

b ¶ *De visu.*] hoc est si vidissent illos carnaliter commisceri.

¶ *Glo. seq. quærit an fama cum auditu, & c. alleg. ad negatiuam, & affirmatiuam soluit, dando tres lecturas huius capitulo.*

c ¶ *De auditu.*] quia forsitan testes distabāt tenui pariete à cōmiscentibus, audiendo eos simul cōmisceri, sed nō videbant. Sed nūquid fama in tali testimonio de auditu sufficit, vt debeāt separari? Non vr: quia testimonium de auditu non habet locū in hoc casu, quia fama per se nihil probat, licet præsumptionē inducat. ª arg. j. de eo qui cogn. cōsan. vxo. suæ. super eo. ad fi. nec dr firmāre, sed potius infirmare. 4. q. 3. c. si testes. §. itē sæpe. Contra vr, quia violēta præsumptio loco pbationis habetur, præcipue in hoc casu. 32. q. 1. dixit dñs. Et arg. ad hoc. j. de accu. repellantur. Sol. intelligūt quidam hanc decre. cū agitur ad matrimonium impediendū, puta aliquis volebat cōtrahere: obiiciebatur q non poterat, quia ille cognouerat consanguineam illius cū qua cōtrahere volebat, q in tali casu leuis pbatio sufficit vnius testis, vel etiā sola fama impedit. j. de spō. præterea. & j. de consan. super eo. & s. eo. super eo. in fin. & improprie ponitur verbū illud, accusatur. in prin. & sic exponitur, accusatur. i. denunciatur[b] quia quod non est, non potest accusari, sed denunciari potest ad impediendū matrimonium. j. de despon. impu. ad dissoluendū. & secundū hoc planū laus est. Vel potest intelligi cum maritus accusat vxorem de adulterio ad tori separationē, & ipsa excipiendo accusat eū aliquā cognouisse: vt eū à sua intentiōe repellat. j. de adul. c. pen. & vlt. 32. q. 6. nihil iniquus. Vel simpliciter potest intelligi cū vxor accusat maritū de adulterio ad tori separationē, dicēs eū aliquā cognouisse. & hoc vr verius, & vtroq; illorū casuū vr satis probari adulteriū per hmōi testimoniū de auditu: quia audiebant eos cōmisceri iuxta tenuē parietē. Et si fama publica consentiat, & alia adminicula suffragentur, prout sequit in litera, satis intelligitur esse probatū: quia oia illa faciunt probationē sufficientē. j. de præsum. literis. & cap. tertio. Ex his aūt oībus, iudex confirmabit motū animi sui. s. de renun. in præsētia. & 4. q. 3. si testes. & ff. d testi. l. ob carmē. §. si testes. Et est hic arg. q qñ non prosunt singula, multa collecta simul iuuant: vt in prędictis decre. litteris. & c. tertio. & s. de proba. c. cū causā. vbi de hoc. Ber.

¶ Concor. tex. in l. fi. & ibi Bar. ff de hære. insti. & in l. cum quidam. § cū decurr. ff. de acq. hære.

¶ Vel, id est per accusationē impeditur secūdū Vin. Ioan. And.

¶ Innocentius tertius consulibus & populo Beneuentano.

¶ *Vnius iudicis verbo non creditur: scripturæ vero eius per testes reprobari possunt. fallit hoc in Papa. ita communiter summatur.*

CAP. XXVIII.

CVm. †à nobis: & infra. Et canonica[d] & ciuilia[e] iura sequentes, districtius inhibemus, ne vnius[f] iudicis, quantæcunque fuerit auctoritatis, verbo credatur in causis: siue super testamentis, siue quibuslibet aliis contractibus quęstio agitetur. Nec scriptum[g] eorū (nisi testium adminiculo fulciatur) eam obtineat firmitatem, quin ei possint & debeant duorum vel trium testium bonorum testimonia[h] præualere: Salua in omnibus sedis Apostolicę auctoritate[i].

CVm à nobis.] Sunt tres partes. Secūda. ibi, *Nec scriptum.* Terna ibi, *Salua.* Abb. Siculus. CASVS. Quærebatur vtrū dicto seu verbo iudicis credatur i causis? Cōsultus Papa rñdet, q scdm iura canonica & ciuilia, verbo vnius iudicis non est credendum in causa, siue super testamētis, siue quibuslibet aliis cōtractib9 quæstio agitetur: nec scriptum illorū eā obtinet firmitatē, quamuis testiū adminiculo fulciatur, quin possit reprobari per testimonia duorū vel triū testium bonorum, salua in oibus auctoritate sedis Apostolicæ. Not. q vni iudici non creditur in causa in pīudiciū alterius. Item scriptura iudicis potest reprobari per testes.

¶ Cap. 1. eo tit. in 3. compilat. Et de materia huius decretalis vide plene per Antonium de Butrio supra de arbitris. c. non sine.

d ¶ *Canonica.*] Vt 6. q. 2. c. si tantum. & c. placuit. & de probatio. c. quoniam contra.

e ¶ *Ciuilia.*] C. de arbi. l. ne in arbitris. §. sin autem. ª & 4. q. 3. c. si testes. §. item vnius. & C. de testi. l. iurisiurandi.

¶ *Glo. seq. quærit, arg. affirmatiue, soluit distinguendo.*

f ¶ *Vnius.*] Sed quid si essent plures, nunquid crederet eis? Arg. q sic. s. de elect. cum dilecti. & j. de accu. c. cum dilectus. In iudicio si dicant se aliquid fecisse in prejudicium alterius partis negātis, non creditur eis: nisi quatenus constiterit legitimis documentis. s. de probatio. c. quoniam. in causa vero appellationis, in defectum probationis, si super iis quæ corā eis acta sunt inducerentur tamquam testes & iurati, vt si dubitaretur de processu: satis possent admitti, arg. prædictarum decre. cum dilecti. &, cum dilectus. ibi creditur eis, sed super principali non. 2. q. 6. statuendum.

¶ Non creditur verbo arbitri, qui dicit sua. Io. An.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

g ¶ *Scriptum.*] Hic dr q non statur scripturæ epi vel iudicis, quia possit probari cōtrium, nisi habeat testiū subscriptionē. Cōtra signatur s. de proba. post cessionem. & 11. q. 3. curę. & j. de fide instru. c. 2. super hoc dicas vt dictum est s. de proba. c. post cessionē. Ber.

g ¶ *Scriptum.*] Factum non per manum tabellionis: quia potest reprobari per duos vel tres testes, quamuis adminiculo testium fulciatur, vt hic patet: secus esset de instrumento per manum publicā facto, ibi ad minus quatuor essent necessarij, prout no. s. de proba. tertio. in glo. quæ incipit, sic ergo. Vel dic, nisi testiū adminiculo, & c. quia si testium adminiculo fulciatur, tūc non poterit per duos vel per tres testes reprobari, sed per quatuor vel plures: & sic ęquiparaf istrumēto tabellionis manu publica facto. ar. j. de fi. instr. c. 1.

¶ *Glo. seq. argumentatur a contrario, &c.*

h ¶ *Testimonia.*] Sic scriptura iudicis potest reprobari per testes: sed si publica est, æqualem vim habet cū testibus. C. de fide instru. c. in exercendis. Et sic vr ex eo qd dicit, nisi testiū adminiculo fulciatur, q si scriptum iudicis habet testium subscriptionem, q non valet reprobari per testes, sed non est verum: quia quantumcunque authenticū sit instrumentum, potest reprobari: vt j. de fi. instru. c. cū Ioannes. & C. de proba. l. cum precibus. & s. de proba. tertio. vbi plene de hoc not. Arg. contra. j. de præscrip. c. ad audientiam. vbi potius statur priuilegio quàm testibus. sed ibi ab eadem parte introducuntur priuilegia & testes. & expone, nisi, id est, quamuis.

i ¶ *Sedis apostolicæ auctoritate.*] Et ita vr q non requiratur subscriptio in litteris dñi Papæ. & q cōtra eas non admittatur probatio. argu. C. de testa. omnium. nisi essent taliç. Sed cōtra vr q in litteris domini Papæ sub-

pæ subscribūt Cardinales. 25. q. 2. cū redēptor. & 35. q. 9. qđ qs. In priuilegio subscribunt Cardinales, in alijs literis non subscribūt.

De testibus.] In prima decisa ponitur consultatio. In secunda, responsio: ibi, *Consultationi*. Et responsio est bimembris. secundum membrum prosequitur: ibi, *Si vero*. Abbas.

nes: vt hic patet. Istud tñ stultum reputo, q aliquis probet peremptoriam exceptionem antequam sciat si aduersarius probauit intentionem suam: quia si aduersarius non probauit, non indiget aliqua exceptione. si probat, tunc demum potest & debet vti sua exceptione, cum sit alius articulus. C. de except. l. si quidē. sicut vides

¶ Idem Tyreñ. † episcopo.

¶ Testi super dilatoria inducto, non creditur super principali, nec cogitur deponere: secus si super peremptoria: tunc enim cogi potest vt iuret deponere super toto.

CAP. XXIX.

De † testibus [a]: & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si testes sint inducti ad exceptionem dilatoriam solummodo probandam, cum super ea tantum iurauerint dicere veritatem, super principali, nec debent audiri, nec cogi testimonium perhibere, vt pote super quo deponerent non iurati [b]. ¶ Si vero cum ad probandam exceptionem peremptoriam, ab alterutra partium inducuntur, reliqua pars super principali negotio, etiam eos deponere forte petierit, & vt cogantur super toto negotio dicere veritatem, sacramento eos postulauerit obligari: ad id sunt sine dubitatione cogendi [c]: nisi forsan sufficiens [d] productio testium super principali iam facta fuerit, vel renunciatum testibus †, vel depositiones testium fuerint publicatę [e].

¶ Idem Helieñ. & Cistreñ. episcopis, & archidia. de Norboñ.

¶ Dicta testium non sunt ad petitionē tertij publicanda. Et is qui produxit testes coram certis iudicibus, non potest ad eundem effectum coram iudicibus alijs illos producere, sed illorum attestationibus debet esse contentus.

CAP. XXX.

Cōnstitutus [f] † in præsentia nostra procurator magistri R. proposuit, quod cū decanus & capitulum Eboraceñ. ei tum auctoritate Lateraneñ. † concilij, tum priuilegij [g] proprij ratione, archidiaconatum Richemundię canonice contulissent, magister H. qui archidiaconus Richemundiæ nominatur, ipsum eo post appellationem ad nos interpositam spoliauit. Cumq; prædictus † R. ad indices super restitutione sua commissionis litteras impetrasset, memoratus H. litteras reuocatorias [h] impetrauit: & infra.

Tirieñ.
Tireñ.
Tireñ.
Tireñ. archiepo. in vno vetustissimo.

Casus. Aliquis trahit aduersarium suum in causam, reus obijcit exceptionem dilatoriam, inducit testes ad causam probandam iuramento præstito: pars altera petit eos cōpelli vt deponant super negotio principali: quæritur vtrū sint ad hoc cogendi? Rñdet Papa, q si testes inducti sint solūmodo ad exceptionem dilatoriam probandā, cum super illa tm iurauerint dicere veritatē, super negotio principali nō debent audiri, nec cōpelli ad testimoniū perhibendū: quia deponerent non iurati. Si vero inducūtur ad exceptionem peremptoriā probandam, & altera pars petat vt super negotio principali deponant, & vt iurent super illo dicere veritatem, sunt sine dubitatione ad hoc cogēdi, nisi forte sufficiens productio super principali iam sit facta, vel nisi sit renunciatum productioni testiū, vel nisi depositiones testiū sint publicatæ. Not. q non valet dictum testis si deponat super quo non iurauit. Itē testis iurare debet super toto negotio dicere veritatem, qui inducitur ad peremptoriā exceptionē probandā, si hoc fuerit petitū: nisi in tribus casibus hic contentis. Item peremptoria exceptio potest opponi & probari postquam renunciatum est productioni testiū super negotio principali. Item potest opponi post testium publicationē.

Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat. Et de materia vide Specul. tit. de teste. §. 1.

a ¶ *De testibus.*] inducti & iurati.

¶ *Glo. seq. coadiuuat tex. quærit & soluit.*

b ¶ *Non iurati.*] Hoc [a] ideo dicit, quia cum producebātur ad probandā dilatoriam, iurauerūt super illa tm, vnde si postea petatur q deponant super principali, nō debent cogi ad idem, nec etiā sponte si vellent: quia non iurauerunt super hoc: vnde non valent dicta eorum super illo. ff. de peti. hære. l. si quis libertatem. §. vlti. C. qui le. perso. l. vlti. & facit ad hoc ff. de iureiur. si duo patroni. §. idem Iulianus. in fi. vnde si testes inducti super possessione deponant super proprietate, non prodest [a] per iura prædicta. Et est arg. ad hoc. s. de cau. pos. pastoralis. sed si peteretur, vt deponerent super principali, cum inducebantur ad probandam dilatoriam: nūquid sint cōpellendi? Ad hoc dicas, q si inducūtur super exceptione dilatoria, quæ proponitur ante lit. contest. tunc non debent adstringi iurare super principali: quia lite non contest. testes recipi non debent. s. vt lit. non contest. quoniam. & per totum.

De materia huius glossæ late Specula. tit. de teste. §. 1. versi. item quod deposuit super alio.

Sicut sententia vel pactum inter certas personas & super certis rebus, alijs personis vel super alijs rebus non nocet. j. de re iud. c. penul. de off. ord. c. dilectus. ff. de pac. l. si vnus §. ante omnia. sic dicendū est de testimonio: vt hic. & j. c. pen. & c. veniēs. Ioan. And.

Additio. Si vero post exceptionem dilatoriam, quæ proponitur post litem contestatam, tunc recipi debent.

c ¶ *Cogendi.*] quia ex quo pars aduersa approbat illos pro se, & cōtra se tenetur recipere illos. 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testib'. & propter connexitatem causæ. j. de do. post diuor. resti. de prudentia.

d ¶ *Sufficiens.*] Ex quo sufficiens productio testium facta est, non sunt alij admittendi: vt hic patet. vnde & quarta dilatio tunc denegaretur. j. de test. c. significauerunt.

¶ *Glo. seq. not. peremptoriam probari, &c. & rationem reddit. Dicit etiam quod prius probari posset, sed illud reprehendit.*

e ¶ *Publicatæ.*] Sic patet q attestationibus publicatis potest obijci exceptio peremptoria, & probari. C. de excep. si quidem. & C. de proba. exceptionem. nouus enim articulus est exceptio peremptoria, & ideo probari potest apertis attestationib' principalis causæ, & etiam in causa appellationis. j. eod. ex tenore. & s. de do. & contu. finem. s. eod. fraternitatis. j. de fide instr. cum Ioannes. & C. de temp. ap. per hanc. vt si obijciatur præscriptio vel pactū de non petēdo, vel res iudicata potest etiam probari ante apertas attestatio-

in teste q reprobari debet & potest post publicationem: & illa est exceptio peremptoria. j. eod. præsentium. & s. eo. c. ex parte A. Idem est & si volo pbare testes falsum dixisse, quia hoc possum post apertiram testium. s. de probat. licet. & s. eo. series. & j. eo. ex tenore. Et no. hic tres casus, in quib' testes publicatis attestationibus non recipiuntur super eodem capitulo, si renunciatum est, si sufficiens productio facta est: si publicatio sit facta: Ex hoc intellige cum idem est modus agendi: quia secus est si alio modo agatur. j. eo. tit. c. veniens. & j. eod. cum in tua. Item in alio si inter alias personas agatur. j. c. proxi. In tribus tamen casibus exceptio peremptoria lit. cō test. impedit, si quis eā opponere voluerit, & probare, videlicet si de ipso negotio sit iudicatum, transactum, vel sit finitum: vt in concilio Lugduneñ. de lit. contest. c. exceptionis.

Vide tex. in Auth. iubemus. & ibi Bart. C. de iud.

Si intelligas. i. dilatio. Adde quartam. & effrænata multitudo secundum Gof. j. eod. c. cum causam & c. significauerit. Io. An.

Cap. 5. eod. tit. in 3. compila.

Sub Alexan. iij. c. 5. habetur tit. de concession. præbē. cap. 2.

Aliàs, prædictus magister R.

Constituunt.] Attestationum publicatio non fit ad petitionem tertij, & pars apud quam depositæ sunt attestationes, non potest vlterius testes producere. Prima pars processum narrat. Secunda interloquitur, & interloquendo committit. Secunda: ibi, *Notas*. Et quia littera est multum inuoluta, pone casum in terminis sic vt sequitur. Abbas Siculus.

Casus. Vacante archidiaconatu Richemundię, archiepiscopus Eboraceñ. ad quem pertinet collatio eiusdem, tūc absens contulit archidiaconatum illum magistro Ho. decanus & capitulum Eboraceñ. credentes potestatem conferendi deuolutam ad eos auctoritate Lateraū. cōcilij, tum etiam auctoritate priuilegij sui, archidiaconatum ipsum contulerunt magistro Rogerio, & ipsum induxerunt in possessionem ipsius. Sed magister Honorius post appellationem spoliauit eundem, propter quod magister R. ad dñm Papam accedēs super restitutione sua ad iudices litteras impetrauit: Sed magister Hono. accessit ad curiam, & impetrauit litteras reuocatorias: vnde procurator R. ad dominum Papam accedens, prædicta ex parte R. proposuit: post prædicta postulauit Hono. vt dñs Papa quasdam attestationes faceret aperiri, quæ in causa eadem fuerant receptæ: Procurator R. respondit illas non esse aperiendas, cum testes non fuissent inducti in hac causa, sed in causa illa quæ inter archiepiscopum Eboraceñ. & eundem R. vertebatur: dñs Papa noluit eas aperire, sed causam commisit quibusdam iudicibus, ita scilicet quòd si constiterit eis dictum Hono. testes pro se coram alijs iudicibus delegatis produxisse, sit contentus attestationibus illis depositis apud ipsum: alioquin si nullos produxit, eo non obstante quòd testes illi quorum dicta Hono. petijt aperiri, producti fuerunt coram iudicibus illis, si pro dicto Hono. producti fuerint, ad testimonium admittantur. Nota quòd eadem causa inter plures personas, & coram diuersis iudicibus potest tractari: & attestationes receptæ in vno iudicio non valent in alio, nisi partes consentirent: vt hic patet. Item alter qui causam agit, posset se opponere coram alijs iudicibus pro iure suo: & res inter alios acta, alijs non prodest nec nocet.

f ¶ *Constitutus.*] Decre. illa loquitur de materia illa, de qua loquitur de conces. preben. post electionē. & ex illa potest colligi casus. Archiepiscopus Eboraceñ. absens concesserat archidiaconatum Richemundiæ magistro Hono. capitulū Eboraceñ. magistro Rogerio.

g ¶ *Priuilegij.*] j. de conces. præben. c. post electionem.

h ¶ *Reuocatorias.*] Non tamen recessit de curia.

a ¶ *Prædictus* H.

a ¶ *Prædictus H.*] qui litigabat cum procuratore magistri Rogerij in curia: vt sequitur statim in littera.

b ¶ *Archiepiscopum.*] Inter archiepm & magistrũ R. causa super hoc eodẽ negotio agitata erat corã alijs iudicibus: & testes fuerũt ibi recepti: archieps dicebat ad se pertinere collationem archidiaconatus. R. dicebat q pertinebat ad capitulũ à quo fuerat institutus: attestationes istas petebat H. aperiri, & ideo Papa noluit eas aperire: vt sequitur in ver. nos eas aperire. Et sic patet per hoc, q testes recepti in vno iudicio non faciunt fidem in alio, nisi inter easdẽ personas. qñq; tñ testes recepti coram arbitro valent coram iudice. arg. C. de arbi. l. pe. sed illud inter easdem partes secundũ distinctionem illius l. C. de testi. l. vlti.

a Hic est casus huius decretalis, quẽ ponit Bern.

2 Sicut fit aliud ratione personæ, sic etiam causæ secũdum Host. Ioan. And.

Inter alia postulabat prædictus[a] H. vt faceremus depositiones quorundam testiũ aperiri: sed procurator prædictus aperiendas eas nõ esse dicebat: cum non in hac causa fuissent inducti, sed in ea quæ inter Eboracen. archiepiscopum[b], & eundem R. vertebatur: & infra. ¶ Nos eas aperire noluimus, sed causam duximus vestro examini committendam, ita quod si vobis constiterit præfatum H. testes pro se coram episcopo & decano Lincoñ. & te fili archidiaco. delegatis[c] iudicibus produxisse[d]: attestationibus apud eum depositis[e] sit cõtentus: alioquin[f] eo non obstãte, quòd testes illi coram iudicibus ipsis & te fili archid. fuere producti[g] pro dicto H. si producti fuerint, ad testimonium admittantur.

c ¶ *Delegatis.*] à legato Apostolicæ sedis, qui causam illis commisit.

d ¶ *Produxisse.*] super causa quæ inter ipsum Ho. & archiepm, & magistrum R. vertebatur. Ex hoc probatur, q si duo litigant super aliquo, & tertius veniat dicens se habere ius in illa re, & petat se admitti, audiendus est, cum sua intersit.

e ¶ *Depositis.*] Eo ipso q attestationes fuerũt apud ipsum depositæ, nõ potest vlterius alios producere: quia psumitur didicisse testificata[3]. Si vero apud iudices remansissent, tunc posset alios testes producere, cũ illorũ attestationes non fuerunt publicatæ. j. eo. cũ causam. §. vlti. nec renunciauerat productioni testium. quidam supplẽt hic; apud eũ depositis & publicatis, & sic planũ est: qđ verius vr.

3 Quod est verum, nisi attestationes causæ & sigillatæ apud ipsum fuissent depositæ & ipse sic eas nõ scrutaretur secundũ Ho. Ioan. And.

f ¶ *Alioquin.*] id est, si non fuerint ab ipso producti, & depositi apud ipsum & publicati.

g ¶ *Producti.*] non ab Honorio in hac causa, sed ab archiepiscopo: quorum supra petiit Honorius publicationem, sed non obtinuit. Et est arg. hic, q res inter alios acta nõ nocet alijs. j. de fi. instru. c. inter. & j. de re iud. c. penul.

PRæsentium.] Ponit regulam, & tres casus excipit à regula, & ad secundã determinationem subdit. Secũdus: ibi, *Nisi forsan*. Tertius: ibi, *Vel ostendere*. Determinatio: ibi, *Cæterum*. Regula est ista, q post publicationẽ attestationũ non potest obiici in personas testiũ, scilicet eorũ qui deposuerunt. Primus casus à regula exceptus est, q potest obiicere post publicationem, si iurat q malitiose ad hoc nõ procedit. secundus & tertius sunt faciles in tex. Abb. Sicul.

Casus. Quia post publicatas attestationes frequenter obiiciebatur in personas testiũ malitiose causa differendi negotiũ, statuit Papa, vt si aliquis post publicatas attestationes in personas testium obiicere voluerit, tunc demum id ei liceat, si iuramẽto firmauerit, q ad hoc ex malitia non procedat, nisi ante publicationem illud fuerit protestatus, vel nisi ostendere potuerit q post publicationem didicerit quod obiicit in personas. Sed si aliquis fuerit protestatus se velle repellere personas testium post publicationes ipsorum, si quid pro ipso dixerint, de facili non credatur. Not. q non creditur iuramento alicuius q malitiose non procedat. Item ex eo qđ quis impugnat, non debet commodum consequi.

¶ *Glo. seq. tractat quod producens, licet non reprobet personam, reprobat tamen dictum: & ponit diuersitatis rationem quare aliud in instrumẽto.*

h ¶ *Si quis.*] scilicet ꝫ quem producuntur testes. qui enim producit testes, ꝫ personas eorũ dicere non potest, nec in sua causa nec in alia, nisi ex noua causa. sed in dicta eorũ bene potest dicere: quia sibi ipsis in serie sui testimonii ꝫdicunt, siue pro se inducti sunt in causa, siue ꝫ se in alia. 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus. Et est ratio: quia cũ produco testem, personam eius approbo, & ideo ꝫ personam eius dicere non possum: & ideo si approbo illũ pro me, & teneor recipere ꝫ me. 19. dist. si Romanorũ. sed qđ sit dicturus ignoro, & ideo i dicta dicere possum si video q ꝫdicit sibi ipsi, vel etiã alijs testibus meis, vel si facit pro aduersario meo.[4] est in argu. ꝫ hoc in fin. Sed quid si produxit instrumenta? Non potest aliquid dicere ꝫ illa: quia diligenter debuit prouidere instrumentum an faceret pro se, vel ꝫ se, antequam produceret illud: sed in teste istud præuideri nõ potest: quia frequenter mutãr ex eo quod dicunt se scire quod nesciunt, & qñq; dicunt se nescire quod sciũt, & econuerso. & hæc est causa quare diuersæ scripturæ ab eadem parte prolatæ inuicẽ sibi derogãt. C. de fi. instru. l. scripturæ. & hoc habes j. de fi. instru. imputari. potest tñ quis dicere se nolle vti instrumento producto si arguatur falsitatis. C. de fi. instru. l. 3.

4 Aliâs, nu tant.

¶ Idem.

¶ *Publicatis attestationibus non opponitur in personas testium: tres casus excipit, et ad secundum determinationem subdit.*

CAP. XXXI.

PRæsentium[h] auctoritate statuimus, vt si quis[h] post depositiones testium publicatas, obiicere voluerit in personas[i] eorum, ei tunc tandem id liceat, cum iuramento[k] firmauerit, quòd ad hoc ex malitia non procedat: Nisi forsan ante publicationem id fuerit protestatus: Vel ostendere poterit, quòd post publicationẽ didicerit[l], quod obiicit in personas. ¶ Cæterum cum quis personas testium se velle post publicationem depositionum repellere, fuerit protestatus[m], si quid pro ipso dixerint, de facili non credatur.

¶ *Glo. seq. ponit sex exempla, &c.*

i ¶ *In personas.*] Obiicere potest quis in personam testis, q sit periurus, infamis, conspirator, inimicus, q sit corruptus, q sit seruus, & multa alia posses super hoc inuenire exẽpla. de hoc melius di j. eod. testimonium. Ber.

¶ *Glo. seq. continuat textum in hoc quod dicit, probationem fieri per iuramẽtum, per rationem, et tria similia. Dicit demum huic locum esse cum de calumnia non est iuratum, ponit opi. contrariam, tamen primã approbat, et phat.*

k ¶ *Iuramento.*] Iuramẽtũ est hic legitima probatio: quia quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus. j. de scru. c. vnico. & j. de præsumpt. cap. dudum. & C. qui milit. non possunt. super seruis. lib. 12. sic etiam conscientia vel fides probatur per iuramentum. j. de senten. excom. c. si vero aliquis. sic j. de excep. cap. pastoralis. Item per solum iuramentũ probatur amissio rerũ. j. quod met. causa. c. vlt. Et qđ hic dicit de iuramento isto præstando, locũ habet in causis, vbi de calũnia nõ iuratur, sed de veritate dicenda. Quod in his causis præstari debet, habes j. de elec. c. dudum. & j. de iureiuran. c. ex litteris. & ita iuramentũ de veritate dicenda non excludit sacramentũ de calum. super emergenti exceptione: vt hic patet. & j. de elect. c. cum dilectus. & j. de resti. spol. c. litteras. Si vero iuratũ esset de calumnia, non est aliud iuramentũ postea præstandũ. C. de iura. calum. Auth. in hoc sacramento. & in Auth. de iis qui ingre. ad appel. §. vlt. vbi hoc expressum est ad fin. coll. 5. vnde sumpta fuit Authẽ. Quidam dicunt[5] quòd in qualibet causa hoc iuramentũ est præstandum, siue iuratum sit de calumnia, siue de veritate dicenda, & est speciale: & surgit hoc ex quadam præsumptione: quia cum nihil dixerit ꝫ testes, cum producebantur testes, & postea cum publicantur: quodammodo videbãtur approbare testes. vnde postea per sacramentum tollitur illa præsumptio. simile j. eo. c. vlt. & j. de excep. c. pastoralis. sed ibi non credo q sufficeret præmittere protestationẽ, licet sufficiebat hic. sed quod prius dixi verius credo: vt dixerunt T. & G. & Vincen. olim. sed modo mutatur. vt dr. & q locum habeat tantum hæc decre. vbi de calumnia non iuratur. argu. optime probatur. ff. de pœn. sanctio legum. vbi dr: cũ noua lex statuitur, ad eas species pertinere non vr, quibus ipsa lege pœna specialiter addita est. nec verisimile est delictũ vnum eadem lege varijs æstimationibus coerceri: & ex præsumptione prædicta statutum fuit, vt post publicationem iuretur q ex malitia non procedat, cum protestatio non processerit. & hoc vbi de calumnia non fuit iuratum.[6]

l ¶ *Didicerit.*] Hoc difficile est probare nisi per iuramentum. sic j. de excep. pastoralis. & sufficit hoc iuramentũ sicut in proxi. casu.

¶ *Glo. seq. coadiunat textum tribus rationibus, obijcit, & soluendo ponit duas lecturas illius ver. de facili. Quod approbo, non reprobo.*

m ¶ *Protestatus.*] Per hanc protestationẽ vr q noluit fidẽ adhibere dictis illorũ testium ꝫ se: non ergo debet habere pro se. 19. distin. si Romanorũ. & 3. q. 8. §. cuius in agendo. j. đ cen. c. cũ olim. C. de solu. l. penulti. sic C. ad leg. Corne. de fal. l. qui falsas. & ff. de inoffic. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. & C. de ijs quib. vt indi. alia. & est absurdum redire ad hoc cui renunciatũ est. C. de rebus credito. l. si quis iusiurandũ. Sic econuerso semel probatũ reprobare nõ possum. 8. quæst. 2. dilectissimi. ff. de nego. gest. l. Pomponius. ff. de adul. l. si vxor. j. de iureiuran. c. quemadmodum. Sed non vi, q intellectus talis probabilis sit: quia licet reprobem personã, non ideo videor reprobare dictũ: sicut econuerso licet approbẽ personã, nõ tñ approbo dicta. 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus[7] & propter ea sola protestatio si amplius non sit processum, nõ obest: quia licitũ est desistere qñcunq; ante sententiã, vt dicunt iura prædicta, scilicet l. qui falsas. & §. meminisse. l. alia. Et ita sola protestatio non nocet, si

Cap. 4. eo tit. in 3. compilat. Et de materia vide plene per Antonium de Butrio in c. ex parte. supra eo. & per Lapum allegat. 72.

5 Inno. & Host. Nec obstabat secundum ipsos aut præalleg. quod fallit in casibus in quibus à iure exprimitur q iuretur de malitia, vt dic idẽ in non expressis vbi iudici videbatur illud exigendũ. de iur. calum. c. 2. in fi. Io. an. And.

6 Concor. glo. hæ. in l. 1. §. 1. ff. de mu. & Bal. in l. fi. ff. de in lit. iuran.

7 Facit in fi. l. cum te. & ibi Bal. in fin. C. quod met. causa. & l. si quis ex

cet, si non fuit processum ad actum, quin credatur si pro ipso dixerint: & si processum fuit ad reprobationem, & non obtinuit, si dixit pro ipso, nō prodest. Et expona de facili non credatur, id est, nullo modo credatur. simile 2. q. 6. biduum. ver. si aduersarius. vbi habes: difficile est vt hoc audiatur, id est, nullo modo audiatur. C. ad legem Corne. de fal. l. imperator. & 47. dist. quantumlibet. & 1. q. 1. principatus. Vel intellige quod dicitur de facili non credatur, quia ab initio antequam deponeret, praestatus fuit quod licitum esset in personas obijcere: tunc enim praesumptio est contra testem, quod criminum timore aliquid dixerit pro ipso, ne postea obijceretur ei crimen: & tunc, si dicat aliquid pro ipso, de facili non credatur, nisi habito respectu ad qualitatem personae ipsius testis, vt puta si est talis, & ita honestus quod propter hoc nulla suspicio est contra ipsum, quod aliquid diceret timore alicuius criminis: tunc creditur ei. si vero sit suspecta persona, vt timore illo praesumptio sit contra illum, tunc non creditur ei; vel de facili nō credatur sine aliis adminiculis, sed cum illis bene creditur: & sic dupliciter potest intelligi quod dicitur de facili non credatur. Bernardus.

Lingonien. & Eliensib. episcopis.

Cap. 5. eo tit. in 3. compil. Et de materia vide Romanum singul. 162. incipien. duo testes. & Consent. singul. 152. incipien. duo testes verbo testis.

¶ Idem Londoñ. & Helieñ. episcopis.

§ Si actoris & rei testes contraria deponunt, fidem sibi non derogāt, sed praeualent digniores, & verisimiliora deponentes: & si in ceteris est disparitas, praefertur numerus.

CAP. XXXII.

IN nostra praesentia: & infra. § Cū igitur hinc plures, inde vero sint testes numero pauciores producti, quos non solum diuersa, sed aduersa [a] penitus in quibusdam constat testimonia reddidisse: quia etiā ad multitudinem tantum respicere non oportet, sed ad testiū qualitatem, & ad ipsorum deposita, quibus potius lux veritatis assistit, ex quibus motū [b] animi sui conuenit iudicem informare: Mādamus, quatenus si testes vtrinque producti eiusdē honestatis & aestimationis extiterint: cum constet testes monachorum esse testibus archidiaconi numero pauciores, pro archidiacono [c] sententiam proferatis. § Si vero testes ex parte monachorum producti, tantae praeeminentiae fuerint, quod eorum auctoritas aliorū sit merito multitudini praeferenda [d], ab impetitione archidiaconi absoluatis eosdem.

IN nostra.] Si testes à diuersis producti deponētes contraria, sint aequalis honestatis, statur maiori numero: aliàs praeualere poterit paucorū auctoritas. Praemittit factū, & diffinitionis causam. Secūda: ibi, *Mandamus*, dat mandatū bimembre. Secundū: ibi, *Si vero*. Abbas Sicu.

CASVS. Quidam archidiaconus habet controuersiam cum quibusdam monachis, quae cōmissa fuit quibusdam iudicibus lit. contest. plures testes hinc & inde recepti fuerunt, quibus examinatis iudices dubitauerunt qualiter deberent ferre sniam: Consuluerunt dñm Papam remittendo sibi attestationes: dñs Papa diligenter testibus examinans rescribit iudicibus illis: cum plures testes tam ex parte archidiaconi quàm ex parte monachorum sint producti, quos non solum diuersa, sed aduersa penitus constat testimonia reddidisse, non tñ ad multitudinem testium respicere oportet, sed potius ad qualitatem testium, & ad dicta ipsorum, quibus potius lux veritatis assistit, ex quibus iudex motū animi debet informare: mandat Papa iudicibus, quatenus si testes vtrinque producti sint eiusdem honestatis & existimationis, pro archidiacono sniam proferant, cum plures testes produxerint quàm monachi. Si vero testes monachorum tantae praeeminentiae fuerint, quod auctoritas eorum aliorum sit multitudini merito praeferenda, absoluant monachos ab impetitione archidiaconi. Nota quod non semper debet iudex ad multitudinem testium se referre, sed potius ad honestatem & opinionem testium, qui verisimiliora negotia dicant, & ita non semper statur maiori parti. Item cum testes sint eiusdem existimationis, tunc standum est numero testium.

¶ Glo. seq. circa contrarietatem testium distinguit, demum quaerit, & soluit distinguendo. finis vero per quaestionem.

a ¶ *Aduersa.*] Super contrarietate testium ita distingue: Si vnus testis contradicit sibi expresse, nō valet. 3. q. 9. pura. 23. q. 7. qd aūt. j. de appel. solicitudinem. C. de lib. causa. l. cum precum. & s. de proba. c. licet. nisi incontinenti hoc fecerit corrigendo dictū suum. j. tit. praeterea. Idem vt si testis pro parte dicit falsum, vt in nullo valeat dictum suum. 9. dist. si ad scripturas. & 4. q. 3. c. si testes. §. qui falso. vel varie. & s. de cau. posses. cum ecclesia. & 3. q. 9. pura. Si vero vnus testis contradicit pluribus, talis contrarietas non obstat: quia dictum vnius testis non probat aliquid. 33. q. 2. admonere. & s. eod. cap. veniens. & c. licet. nisi forte contradicat pluribus testibus, cum quibus est scriptus in aliquo instrumento. ff. quemad. testa. aper. l. 1. in fin. Si vero plures testes contradicant pluribus, si sunt oēs ex eadem parte, dicunt quidam quod non valent. arg. j. de proba. c. licet. sicut contingit in diuersis scripturis. j. de fid. instr. c. imputari. C. de fid. instru. l. diuersae scripturae. Si aūt contradicant testibus alterius partis, valet testimonium plurium. sed hoc non placet: licet enim testes inducti ex eadem parte contradicant sibi, non tñ succumbunt talia testimonia, licet ita sit in instrumentis: quia testes non potuerunt prouidere, vt dixi s. eod. cap. praesentium. Dicas quod si testes contradicant testibus suis ex eadem parte, siue ex aduersa, primo concordabit iudex contrarietatem illam si potest. arg. s. eod. cum tu. & de poen. dist. 1. periculosae. j. de verb. sign. nihil obstat. & 11. q. 3. antecessor. & s. de obser. cum dilectus. nisi manifesta sit contrarietas. 3. q. 9. nihilominus. 35. q. 6. de parentela. & si manifesta sit contrarietas, valet testimonium plurium, nisi ex altera parte tanta sit dignitas, vt merito debeat praeiudicare numero, vt hic inferius dr, vel nisi verisimiliora [b] loquantur, & plura probent. 4. q. 3. si testes. & s. de probatio. cap. licet. versic. fin. Si vero testes ex vtraque parte omnino sint pares, pro reo fertur snia. s. de proba. cap. ex litteris. & j. de fide instru. c. inter dilectos. in fi. nisi in quatuor casibus; in causa matrimoniali, liberali, & dote, & testamento: ff. de re iudi. l. inter pares. & j. de re iudic. cap. vlti. vbi habes illos quattuor casus. s. de probatio. cap. ex litteris. & 33. q. 1. si quis acceperit. & ff. de inoffi. testa. l. si pars. Si autē neuter possideret, sed vterque petit rem ab alio, scilicet à tertio, si probationes sint hincinde omnino pares, res diuidatur, si potest. arg. j. de praesump. afferte. si res est indiuisibilis [§], iudex pōt gratificari cui vult. arg. j. de paro. c. si eps. & j. de iure patro. cum aūt. & 63. dist. si forte. vel diuidatur res sorte. 26. q. 2. sors. & ff. de iudic. sed cum ambo. Si vero testes contradicunt instrumento: aut contradicunt instrumento in quo scripti sunt, aut alij in quo scripti non sunt. Si contradicunt instrumento in quo scripti sunt, praeualent testes instrumēto. s. de proba. tertio. Et arg. ad hoc. ff. quemad. testa. aper. l. 1. in fi. & in Auth. de fid. instru. §. si vero aliquid. Si vero contradicant instrumento in quo non sunt scripti, dic vt s. de proba. tertio. Sed quid vbi duo petunt eandem vxorem, & aequaliter probant? vr quod detur ei cui consentit. C. de nup. l. viduae. & 1. q. vlt. sancimus. si aūt non vult cōsentire in aliquē, detur ditiori & meliori, si aeque sint per oia pares sorte alteri detur per iura praedicta. 21. dist. cleros. Si vero testes inducti sunt iam ad probandum aliquem articulū, & alij postmodum inducuntur in contrarium indirecte, statur secūdis. j. eo. c. ex tenore. & s. eo. series. & arg. C. de contrah. stip. l. optimam. sed hoc intelligo verum, quia secundi sunt plures & meliores. & si aequales numero, recurratur ad dignitatem vt hic, aliàs staretur potius primis: quia potius praesumitur subornatio in secundis, quàm in primis. Ber.

b ¶ *Motum.*] s. de renun. cap. in praesentia. & 4. q. 3. si testes. & s. eo. c. praeterea.

c ¶ *Pro archidiacono.*] s. eo. cum tu. arg. contra ibi praesumitur, quod vtraque pars verum dixit: quia illa dicta simul poterant esse vera, hic vero non, ideoque recte statur maiori parti.

d ¶ *Praeferenda.*] vel saltem coaequanda: quia tunc iudicabitur pro reo: vt dictum est in prima notula. Quod hic dicitur recurrendum est ad dignitatem personarum, vt auctoritas praeferatur multitudini, ex altera parte intelligitur quando numerus in modicum excedit. s. de electio. cap. ecclesia vestra. si enim multum excederet, tunc praefertur numerus. Argu. contra s. de elect. c. dudum. simile 19. distin. in canonicis. Sed in qua quantitate praeferemus auctoritatem vel numerum? Istud erit in arbitrio iudicis discreti aequitate inspecta: quia declarari, vel regula de facili dari non posset. ff. de diuer. & temp. praescript. de accessionibus.

¶ Idem Priori sancti Fridiani Lucañ. & magistro G. canonico Pisano.

§ Ad probanda impedimenta electi, laici & feminae admittuntur (adde) & testes de auditu, & fama sufficienter non probant.

CAP. XXXIII.

TAm litteris vestris, quàm depositionibus testium intelleximus, nihil esse contra

TAm litteris.] Primo ponit, quod probauerunt testes contra electū. Secundo prosequitur articulum bigamiae: ibi, *Quod vero*. Tertio ponit poenam archipresbyteri & sacristae: ibi, *Archipresbyterum*. Abbas Siculus.

CASVS. Ecclesia Lucana vacāte, quidā fuit electus in epm. Contra istam electionem archidiaconus Lucanus, & G. sacrista, & quidam alij se opponebant, vnde denunciauerunt quędam impedimenta dño Papae contra electum, & quod contraxerat matrimonium cum vidua: dñs Papa super his commisit inquisitionem. Item archid. & G. sacrista praedicti litteras sub noie maioris partis capituli contra electū miserunt dño Papae. Capitulum hoc intelligens, significauerūt Papae litteras illas de conscientia capituli non emanasse, sed falsae erant: & de hac falsitate Papa mandauit inquiri; iudices super his receperūt testes, & dū vellent recipere testes super eo quod electus matrimonium dicebat contraxisse

De intellectu & materia huius glossae vide glossam finalem in c. ecclesia il. 2. de electi. & glossam plenissimam in §. nunc aūt quaerit. 62. dist. & glossam in c. si testes. 4. q. 3. verbo: varietas. adde glossam in c. epo solu. dist. 9.

Verisimilationis

a Pura iuri esse contraria: & vide quod dicit de praesum. ... super verbo, cum ... Ioan. And.

Cap. 6. eo. tit. in 3. compil. Et forte hunc textum vide ... in c. ... de appellation.

[illegible] ... Ioan. And.

graues extiterint, quibus fides sit merito adhibenda, & ante litem motam [a] testificata didicerint ab antiquioribus quidē suis [b], nō vtique ab vno [c], cum non sufficeret ille si viueret: sed duobus ad minus: nec ab infamibus & suspectis, sed à fide dignis, & omni exceptione maioribus: cum satis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur auctores [d]. Nec tamen si vnus à pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint quod testātur, tamquam plures, & idoneis testes debent admitti, cū secundum ordinem solitum iudiciorum non sufficiat vnius testis assertio, etiam si præsidali refulgeat dignitate, & actus legitimi [e] sint infamibus interdicti. ¶ Testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes, quòd ad ferendum testimoniū in causa ipsa odio, amore, timore, vel commodo nō procedāt, personas expressis nominibus, vel demonstratione [f], vel circumlocutione sufficienti designent, & ab vtroq; latere singulos gradus [g] clara computatione distinguant: & in suo nihilominus iuramento concludant, se accepisse à suis maioribus quod deponunt, & credere ita esse. Sed nec tales sufficiant, nisi iurati deponant se vidisse personas, vel saltem in vno [h] prædictorum graduū cōstitutas pro cōsanguineis se habere. Tolerabilius est enim, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quàm cōiunctos legitime, contra statuta Domini separare.

¶ Honorius tertius præposito Molisij Firman. diœcesis.

¶ Post publicationē ad petitionē producentis interrogari non debent testes, nisi quando dolo, vel negligentia examinatorum, super omnibus capitulis interrogati non fuerint.

CAP. XLVIII.

PEr † tuas nobis litteras intimasti, quòd cum causa quæ super quibusdā terris vertitur inter canonicos Sancti Petri ex parte vna, & G. Sancti † Simonis ex altera, tibi fuisset ab Apostolica sede commissa, dictus G. tribus mensibus post testiū publicationem elapsis, testes suos interrogari postulat iterato: & infra. ¶ Nos igitur respondemus, illum non esse super hoc de cætero audiendum [i], nisi forsan à principio illos interrogari [k] super certis capitulis postulasset, idq; malitiose, vel negligenter fuerit prætermissum.

¶ Idem Vall. Oleti & Sacramentiæ abbatibus Palētinę & Segobiēs. diœcesis.

¶ Testes probatorios & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, sed reprobatorios reprobatoriorū non licet.

CAP. XLIX.

iij LIcet † dilectus filius noster L. tituli Sāctæ Crucis presbyter Cardinalis, quē pro-

dicuntur hic qui non sunt leues: puta homo bonę famæ & opinionis, & antiquus homo. sicut benemerit[9] dr qui nōdum demeruit. ff. de legatis 2. cū pater. §. rogo. & l. cū quidā. & s. de seru. cap. vnico. vel seniores hic appellantur graues, ad quos recurritur deficientibus testibus de parentela. 35. q. 6. cap. 1. & senibus in dubijs & antiquis factis maior fides adhibetur. ff. de fi. instru. l. vlt. & ff. famil. ercis. si quæ sunt. & ff. de leg. 3. si chorus. §. 1.

a ¶ *Motam.*] Secus esset si post motā: tunc enim non admitterentur.

b ¶ *Suis.*] Qui etiā alijs præferuntur in consanguinitate computanda: quia ipsi melius sciunt suam genealogiā. j. qui maior accusar. pos. vs. & 35. q. 6. cap. 1. & 2. & non ab extraneis scisit: quia illi non sciunt ita.

¶ Glos. seq. primo reddit rationem textus. Secūdo querit, ar. & soluit. secūdo soluit aliud dubiū. Tertio argu. inducit simile: allegat contrariū, & soluit.

c ¶ *Ab vno.*] quia ille nō sufficeret: & oēs illi qui causam habent ab vno, pro vno solo reputantur. ar. 1. q. 1. cito. ff. de pdi. & demon. cui fundus. i si. sed [1] à duobus ad minus debēt audiuisse. Sed quid si illi duo audiuissēt ab vno? Non vr q valeat? & secūdum hoc iudex ascēderet in infinitum. hæc quæstio nō procederet: sufficit ergo quòd audiuerint à senioribus suis de illa cōsanguinitate: & si vellēt testificari de eo quod audiuerunt à quibuscunque alijs, locū haberet obiectio [2]. Item & si plures essent testes, & qlibet eorū audiuisset ab alio quàm alter, non valebit testimoniū, nisi quilibet illorum audiuisset à pluribus, à duobus ad minus, vel nisi omnes ipsi coniunctim audiuissent à duobus. & ita est arg. q ille non debet admitti cuius auctor repellitur: sicut scripta illa non debent recipi cuius auctor reprobatur. j. de hæret. fraternitatis. Argum. cōtra. j. qui maior accusare pos. cum in tua. Sed illud locum habet in accusatore, hoc in teste.

[1] In multis antiquis exēplaribus, hic incipit alia glossa sup verbo sed à duobus ad minus.

[2] Ho cōtra maxime nō de facili scire possit testes à quo vel à quib[9] habuerunt illi qui sibi detulerunt nec hoc prætextu est probatio neganda: dūmodo honesti sint testes. Ioan. And.

d ¶ *Auctores.*] Argu. q infamia nō inducit purgationem, quæ ab inimico actore vel à leuibus personis processit. 11. q. 1. in cunctis. & j. de accusationibus, qualiter & quando 2.

e ¶ *Actus legitimi.*] quia personis vilibus & indignis portæ dignitatis non debent patere. j. de excess. prælat. inter dilectos. & C. de dig. neque famosi. lib. 12. & C. de infamibus. l. vnica. lib. 10. & ar. 32. q. 5. præceptum.

f ¶ *Demonstratione.*] Sic s. eo. quotiens. & j. de consangui. & affinitate. tua nos. & s. cum in tua.

¶ Glossa sequens querit & soluit. Iterum queris; ponit opinionem Ioannis, & contrarium soluit.

g ¶ *Gradus.*] Sed nunquid tenetur probare de stipite? Non, quia de illo non reperitur cautum, sed tantum de lateribus: vt s. eod. series. & canon ponit fratres pro stipite. 35. q. 5. c. 1. & c. parentelæ. sufficit ergo incipere à fratribus. j. de consangui. & affin. tua. Sed quid dices si quidam testes probant de vno latere, & alij probant de alio latere tantum: nunquid probata est hæc consanguinitas? Ioan. dixit q talis probatio sufficit: & hoc probat taliter, si probatur de Martino q sit filius Ioannis, per consequens probatur q Ioannes est pater Martini. Item si alij testes probant q Bertha est filia Ioannis: per consequens probatur q Ioannes est pater Berthæ. cum ergo iudici constat, q Ioannes est pater Martini, item constat ei q est pater Berthæ: ergo constat ei, q Martinus & Bertha sunt frater & soror, & sic probata est consanguinitas illorum. hoc concedebat Ioan. & ita non semper requiritur, q testes ab vtroque latere notam habeant consanguinitatē. Item si quis vult improbare consanguinitatem, sufficit q interrumpat primum gradum. s. eod. series. sed hoc non credo, nec discedo ab hac littera, & ab illis iurib[9]. quæ dicunt, q ab vtroque latere testes debent computare consanguinitatem. arg. 35. q. 6. de parentela. & s. eo. quotiēs. & j. de cōsanguinitate & affinitate. tua. & s. eod. cum in tua. Ber.

h ¶ *Vno.*] siue ppinquo, siue remoto.

PEr tuas.] Communis diuisio. Secunda, ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Inter canonicos Sancti Petri ex parte vna, & G. Sancti Simonis ex altera, coram iudice delegato super quibusdam possessionibus quæstio vertebatur: dictus G. tribus mensibus post testium publicationem elapsis, petijt iterū interrogari testes suos: quærit iudex q d sibi super hoc esset agēdum? Rndet Papa illum non esse de cætero audiendum, nisi forte super certis articulis à principio petijsset illos interrogari, & iudex id negligenter vel malitiose prætermisisset. Nota negligentiam vel malitiam iudicis parti nō debere obesse, quo minus post aperturam testium iterum interrogentur.

† De intellectu & exeditione huius textus vide Paul. de Castro cons. 169. in cap. In causa de quo queritur & Io. And. in c. cū causam quæ inter archiepiscopum. s. eo. quē sequit Alex. consil. 104. incip. [illegible] vol. 5.

† Dictio, Sācti, deest in omnib[9] manuscriptis.

¶ Gl. seq ponit rationē dicti, & subdit vnam intelle[c]tum, reprobans moram quorundam.

i ¶ *Audiendum.*] Cum attestationes sunt publicatæ, nō sunt testes amplius interrogādi: quia timeretur subornatio testium. in Auth. eo. tit. §. quia vero. coll. 7. & s. eod fraternitatis. & ideo cum possint testes noui induci, nec interrogationes aliquæ sunt faciendæ, vt s. eo. cōstitutus 2. Ante aperturā testium bene potest testis iterū dicere, & etiā corrigere dictū suū, dum tamē incōtinenti. j. tit. proxi. præterea. & iudex ex officio suo etiā post aperturam testiū, si testis obscure protulit testimoniū suum, pōt interrogare iterū testem. j. eod. cum clamor. & ff. de interrogatoria actione. vbicunque. sed hic loquitur cum pars plura capitula dedit, super quibus petijt ab initio testes interrogari: & si negligenter vel malitiose iudex omisit, non debet illi obesse malitia vel negligentia iudicis: vnde iterum debent deponere super illo articulo.

k ¶ *Interrogari.*] immo vr q de iure mero iterū sunt examinandi, non obstāte publicatione, cum sit aliud capitulū ab illis super quibus publicatio facta est [3] s. eod. causam quæ. & cap. cū venisset. super illo vero articulo super quo testes recepti sunt, nullæ interrogationes eis publicatis sunt faciendæ: nisi iudex ex officio suo, vt dixi, illas viderit faciendas [4]. quidam hoc faciunt de cōsuetudine etiam ad petitionem partium: sed illa consuetudo contra ius est. Bernardus.

† Dispositio hui[9] decretalis an habeat locū in causa summaria, vide per Baldū in c. veniens 2. s. eod.

[3] Forte facta erat publicatio, q aliqui fuerūt interrogati, aliqui non. Ioan. And.

[4] De hoc s. eo. tit. in 4. glos. in Authen. eo. tit. §. 2. in glos. immo videl. Io. An.

iii LIcet dilectus.] Nouū est quod inducit hæc decr. prius nullo iure aperte prōsum, & hoc dicit in summa. Testes super principali productos reprobare licet, & reprobatorios iterum reprobare, & vlterius non est reprobationi locus. Vel summa clarius sic comprehendendo vtrunque intellectum; vt in rubro. Diuiditur, in prima processus narratio. in secunda causæ commissio. Secunda; ibi, *Mandamus quatenus.* Abbas.

Casus. Inter Burgensem episcopum ex vna parte, & clericos Sanctæ Mariæ de Castro Soret ex altera, coram Cardinali Treceñ. Sanctæ crucis quæstio vertebat: procurator epi proposuit se adhuc velle dicere ꝫ personas testium productorum, super negotio principali: mandat Papa quibusdam iudicibus, quatenus recipiāt testes, quos partes producere voluerint ꝫ psonas testium productorum super negotio principali: & si rursus illos pars altera, vel vtraque voluerit reprobare, ꝫ illos ꝓbationes admittant, ita ꝙ vltra non liceat partibus ad reprobationē testium aspirare: ne diutius negotium prorogetur, si producendi quartos contra tertios, & sic deinceps partibus licētia tribuatur. Nota duas reprobationes testium fieri posse, & nō vltra: ne in infinitum negotium prorogetur.

curatoribus Burgeñ. episcopi, & clericorum sanctæ Mariæ de Castro Soret, dedimus auditorem, ea quæ procuratores ipsi proponere voluerunt, audierit diligenter: quia tamen procurator dicti episcopi contra personas testium productorum in principali adhuc se velle dicere † proponebat [a]: & infra. ¶ Mandamus, quatenus recipiatis testes, quos contra personas productorum super principali negotio partes duxerint producendos: quos [b] si rursus pars altera vel vtraque voluerit reprobare †, contra illos, probationes admittere procuretis, ita quòd vltra non liceat partibus ad reprobationem testium aspirare: ne, si producendi quartos cōtra tertios, & sic deinceps partibus licentia tribuatur, negotiū diutius ꝓtelari cōtingat.

¶ Idem præposito & magistro G. & R. Lauduñ. † canonicis.

¶ *Attestationes receptæ per arbitrū, fidem faciunt in iudicio, si testes mortui sunt. si viuunt, est in optione illius contra quem testes producti sunt, an velit attestationes recipere, an testes de nouo deponere. Et adde etiam si attestationes publicatæ sunt. & hoc vltimum non est in l. fin. C. eo. vbi ponitur casus huius decre.*

CAP. L.

PRæsentata † nobis Suessioneñ. archidiaconi petitio continebat, quòd cum inter R. quondam prædecessorem suū ex vna parte, & capitulum sancti Petri Suessioñ. ex altera, super iurisdictione, quam idem archidiaconus se in dicta ecclesia ratione archidiaconatus proponebat habere, quæstio verteretur; tandem cancellariū Parisieñ. & magistros R. Remeñ. & P. Briton. canonicos † super hoc arbitros elegerunt: qui cū suscepto arbitrio adeo in negotio processissent, quod productis testibus, & depositionibus publicatis, receptisque allegationibus vtrorumque, & actis omnibus redactis in scriptis, sigillorum suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberent, vnus ipsorum viam fuit vniuersæ carnis ingressus, & alius † in archiepiscopum [c] Ebreduneñ. † assumptus, qui distat per duodecim dietas & amplius ab eisdem. Vnde cum prædicto R. solo [d], minime arbitrari valente, videatur arbitrium [e] expirasse: ¶ Discretioni vestræ mādamus, quatenus causam iuxta huiusmodi acta [f] fine debito terminetis, optione capitulo reseruata, vt vel recipiant depositiones eorum, qui supersunt productorum testium, contra eos: vel eas respuentes consentiant, vt ijdem testes admittantur iterum: saluo iure quod in vtroque casu [g] eidem capitulo

a ¶ *Proponebat.*] quod ei licebat ꝑm tenorem illius decre. ŝ. eod. præsentium. & secundum ea quę ibi dicuntur: nisi ei terminus statutus fuisset, infra quem hoc facere debuit. ŝ. de probatio. licet.

¶ *Glos. seq. declarat quod hic dicitur de duabus reprobationibus, vtroque vel actore solo probante.*

b ¶ *Quos.*] scilicet illos qui inducti fuerunt ab vtraque parte ad reprobandos testes super principali ꝓductos. ista littera sic intelligitur: vtraque pars produxerat testes super principali: dicitur, si vtraque pars vult improbare testes inductos ꝫ se super principali, illud facere potest. & hæc est secunda productio testium, facta ꝫ principales ab vtraque parte. Item si pars altera vel vtraq; vult reprobare testes istos secūdo inductos, ad reprobationem principalium, illud potest. & sic est tertia productio ad reprobationem testium secundo loco inductorum. vltra vero ad quartam reprobationem aspirare non licet propter infinitatem vitandam: sicut vltra tertiam productionem quarta dilatio nō est danda. ĩ. eod. vltra. infinitas enim est vitanda: vt C. de sacrosan. eccl. vt inter diuinum. & vt sit litium finis. ff. pro socio. l. vlti. ff. de arbit. non distinguemus. §. quæsitum. & ŝ. de do. finem. ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si quis decem. & C. de iud. apertissimi. Aliàs nō videtur quòd possit intelligi quin alteri videretur fieri iniuria, puta si actor tantum induxerit testes, & reus velit eos reprobare, contra reum debet audiri: & ita est secunda productio. Itē & si actor vult reprobare testes rei, audiri debet [1]. & hæc est tertia productio, & sic nō licet reus vlterius producere. & sic remanet reus inferior [2] in reprobatione: & imputet sibi quòd non produxit testes in principali. Et hoc bene colligitur per quandam decre. extra compilationem, missam archiepiscopo Rothomagensi super quadam causa, quæ vertebatur inter abbatem & conuentum sancti Nicolai Andegaueñ. ex vna parte, & priorem & conuentum de Spaldig. Lincoñ. diœcesis ex altera: abbas qui fuit actor, produxit testes super principali negotio: Prior & conuentus admittuntur ad reprobādos testes abbatis productos super principali negotio, & abbas admittitur ad reprobandos testes partis aduersæ inductos, ad reprobationem testium abbatis, & vltra non proceditur ad aliquam productionem. quæ decr. incipit, præsentiū. & ponitur in isto tit. [lib. 6.] Vterque enim actor & reus duas tantum debet habere reprobationes [3], & hoc cum vterque produxit testes super principali negotio. in quo casu loquitur hæc decre. Ber.

P *Ræsentata.*] Diuiditur, nā in prima ponitur partis petitio. In secunda causæ commissio: ibi, *Discretioni.* Abb. Siculus.

† produ- cere.

† propo- nere.

† Vide l. nō possunt. & ibi plene Bar. ff. de legib.

† Londoñ.

† Pro intellectu huius decretalis, vide Innocentium in c. ex parte. ĩ. de arbit.

1 Concor. l. si qs fedm Cyn. & ibi Bar. C. eo.

2 Idem in actore, vbi solus reus probauit ꝑ testes in principali. Ioan. And.

3 Si vero actor solum probauit in principali, quilibet habebit vnam tantū. & sic semp in numero erit æqualitas. Ioan. And.

Casus. Inter archidiaconum Suessioñ. ex parte vna, & capitulū sancti Petri Suessioñ. ex altera, super iurisdictione quam idem archidiaconus se habere in dicta ecclesia ratione archidiaconatus dicebat, quæstio vertebatur: tandem vt ad concordiam peruenirēt, cancellarium Parisieñ. & magistros R. Remeñ. & B. Britoñ. clericos super quæstione illa arbitros elegerunt: q suscepto arbitrio vsq; ad sententiam processerunt: & cum sententiam ꝓferre deberent, vnus illorum decessit, & alius in archiepiscopū Ebreduneñ. est assumptus, q distat p duodecim dietas ab ipsis: & sic arbitrium expirauit, cum alter solus in ipso procedere non valeret: vnde petijt archidiaco. sibi super hoc ꝓuideri: mandat Papa quibusdā, quatenus causam ipsam secundum acta coram arbitris habita, debeant terminare, reseruata capitulo optione, vel recipiant depositiones eorum testium productorum, qui supersunt contra eos: vel si eas admittere noluerint, consentiant, vt ijdem testes iterum admittantur, saluo iure, quod in vtroq; casu competit ipsi capitulo tam in personas testium, quam in dicta. Nota ꝙ per mortem arbitrorum arbitrium est finitum. Item in optione est illius contra quē testes inducti sunt corā arbitris, si testes viuunt, admittere illorum attestationes, vel vt iterum inducantur coram iudice: & sic in casu isto testibus publicatis, iterū ijdem testes inducuntur. Item contra personas testium coram arbitris productorum potest opponi.

c ¶ *In archiepiscopum.*] Vnde non debebat compelli sententiam dicere. ff. de arbit. non distinguemus. §. sacerdotio [4]. & l. licet. & ff. de vacat. mune. l. prætor. 1. responso. in fin.

¶ *Glos. seq. voca. per q. cum hic dicatur, quod vnus ex tribus solus, &c.*

d ¶ *Solo.*] Nec etiam cum altero, nisi ex forma compromissi hoc facere possent: nam cum in tres compromittitur, non possunt duo tertio mortuo vel absente iudicare, nisi hoc incontinēti in compromisso sit actum. ff. de arbit. Pedius. in fin. & l. item si vnus. §. item si plures. & §. vlti. & l. sicuti. & l. non distinguemus. §. cum in plures. & ŝ. de offi. deleg. vno delegatorum. & ĩ. de testi. Raynutius. & cap. Raynaldus. sic etiam in delegatis. ŝ. de offic. deleg. cap. causam matrimonij. & cap. vnico. & ff. de re iud. c. duo. Bernardus.

e ¶ *Arbitrium.* idest, compromissum. cōpromissum enim per mortem alterutrius arbitrorum expirat. ŝ. de offi. deleg. vno. [5] arbitriū non posset expirare: quia non latum erat.

f ¶ *Acta.*] Sic patet, quòd testes recepti coram arbitro valent in iudicio. hoc est simpliciter verum de ijs qui iam sunt mortui: de alijs qui viuunt, est in optione illius contra quem inducuntur, vt depositiones eorum admittat, vel eis repulsis idem testes iterum producantur, vt hic dicit, & C. de testi. l. vlt. saluo iure obijciendi tam in personas testium quàm in dicta: vel in vtroque casu, vt in dicta l. vnde sumptum est quod hic dicitur. & idem C. de arbit. l. pen. in fi. & ŝ. eo. causam quæ inter archiepm. arg. sed ibi alius articulus est.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

g ¶ *Casu.*] scilicet cum vult attestationes illorum qui supersunt ratas habere: vel si vult ꝙ iterum producantur: vtroq; istorum casuum potest obijcere in personas eorum vel in dicta. Sed nunquid in personas eorum qui mortui sunt? Credo quòd possit obijcere, vt dixi

† clericos, legit in aliquot antiqu codicibus.

† alios.

† Ebreduñ.

† Ebredeñ.

4 Dicit P. ꝙ ibi lata ꝑ receptionē sacerdotij quasi erat fugi. & sic ꝑ iudicē laicū cōpelli non potest: ratio hic cessat, sic ergo natu, de qua dixi super ver. solo. Io. And.

5 Facit l. itē si vnus. §. itē si plures. & l. si in tres. & l. sicut ff. de arbit.

vt dixi §. vt lit. non contesta. quoniam. & est verum, sicut & in dicta eorum. C. eo. tit. l. vlti. Ber.

N[Vper nobis.] Communis diuisio. Secunda: ibi, *Respondemus*. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam presbyter A. nomine, ordinem fratrum Minorū intrauit causa probationis, & postmodum nulla facta pfessione exinde infra annum exiuit: sed fratres ipsum super hoc molestabant: vnde petijt à Papa sibi super hoc misericorditer prouideri: mādat Papa Ponetiē. epō, vt si res taliter se haberet, denunciaret illum ad obseruationē illius ordinis non teneri: coram episcopo Custos fratrum ad probandum, q̄ idem presbyter professionem fecisset, quosdam testes de ordine suo induxit: qui deposuerunt super hoc nō iurati, contradicente suo prædicto presbytero: vnde presbyter illud significauit domino Papæ, & ipse respondet episcopo, q̄ non est credēdū testimonio alicuius quantūcunque religiosus existat, in præiudicium alterius: nisi iuratus deponat. Nota quòd nulli credendum est in præiudiciū alterius nisi sit iuratus.

competit, tam in personas testium quàm in dicta.

Idem Perusi. episcopo.

Non creditur testi etiam religioso, qui sine iuramento deponit.

CAP. LI.

NVper† nobis A. presbytero supplicante innotuit, vt cum ipse ordinem fratrum Minorum causa probationis intrasset, Custos ad probandū quòd idem presbyter professionem fecisset: quosdam ordinis[a] sui testes induxit, qui deposuerunt super hoc (contradicente[b] dicto presbytero) non iurati: & infra. ¶ Respondemus, quòd nullius testimonio, quātumcumque religiosus existat (nisi iuratus[c] deposuerit) in alterius præiudicium debet credi.

Idem Corisopiten. & Trecoren. episcopis.

Diligenter & sigillatim examinandi sunt testes, supple etiam si agitur de vita & miraculis alicuius canonizandi. Abbas.

CAP. LII.

VEnerabili† fratre nostro episcopo & capitulo Corisopiten. † ac vniuersis abbatibus apud Cisterc. † in generali capitulo congregatis: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus testes, quos abbas & monachi† sancti Martini Cisterc. ordinis super vita & miraculis[d] piæ memoriæ M. abbatis, monasterij supradicti duxerint producendos, examinare sigillatim[e] curetis, cū ea diligentia[f], quæ solet & debet in receptione† testium adhiberi.

a ¶ *Ordinis sui.*] quod facere potuit. §. eo. cum nūcius. & c. insup. & j. de iureiur. & si Christ. in fi. 14. q. 2. super prudentia. & illi præcipue sunt admittendi: cum talis professio in eorum præsentia fiat: quę etiam per alios nō posset ita bene probari, qui ad talia non vocantur. §. eod. veniens, in fi.

b ¶ *Contradicente.*] Secus si volente & consentiente: quia tunc bene valet testimonium. §. eod. tuis.

¶ *Glo. seq. alleg. 3. concur. de iuramento. & 3. de vno solo. ad vtrunque signat contrarium de sex canonibus, & soluit. & dat casum exceptum.*

c ¶ *Nisi iuratus.*] Sic 4. q. 3. c. si testes. §. itē iurisiurandi. & C. eo. tit. iurisiurandi. & 3. q. 9. hortamur. & vni testi non creditur. §. eo. veniens. & c. licet vniuersis. siue sit iuratus, siue non in alterius pjudicium, vt hic, in fin. & 33. q. 2. admonere. Arg. contra quòd vni creditur etiam non iurato. 18. dist. de Syracusanæ. 86. dist. tanta. 8. q. 3. talia. & 97. dist. nobilissimus. & 23. q. 4. inter querelas. & 20. q. 3. præsens clericus. Sed in his non creditur nisi quo ad præsumptionem, sed ad plenam probationem non. Quandoque tamen bene creditur vni, quando non fit pręiudicium alicui, puta, vtrum aliquis sit baptizatus, vel vtrum esset ecclesia consecrata. de consecr. dist. 4. paruulos. & c. cum itaque. & vbi quis vult probare se egisse pœnitentiam per confessorem suum. & j. de simo. nemo. & arg. j. de poe. & remis. omnis vtriusque.

V[Enerabili.] In prima parte ponitur petitio. In secunda testium recipiendorum commissio: ibi, *Discretioni*. Abb. Siculus.

Casvs. Multi episcopi, & abbates, & alij viri religiosi apud Cister. in generali capitulo congregati, domino Papæ significauerūt, q̄ meritis bonæ memoriæ M. quondam abbatis sancti Martini ordinis Cistercien. Coriso. diœce. à domino multa miracula apparuerunt, vnde supplicarunt eidem, vt ipsum catalogo sanctorum faceret annumerari: Vnde mandauit quibusdam, vt diligenter veritatē inquirerent super vita & miraculis dicti abbatis, & eam sibi significarent: ipsi receperunt multos testes, & eos domino Papæ remiserunt: dominus Papa inuenit ex relatione ipsorum inquisitorum, q̄ testes illi non erant recepti secreto & sigillatim, cum ea diligentia quæ solet in testibus adhiberi: vnde non adhibuit fidem eorum dictis: & ideo mandat episcopis præsentibus, quatenus testes quos abbas & monachi sancti Martini Cisterc. super vita & miraculis piæ memoriæ M. abbatis monasterij supradicti, duxerint producendos, sigillatim & secreto examinare procurent, cum ea diligentia quæ solet & debet in receptione testium adhiberi. Nota q̄ testes sigillatim & secreto sūt examinandi, aliàs non valent.

¶ *Glo. seq. tractat quare copulat hæc duo inquirenda de vita & miraculis.*

d ¶ *Super vita & miraculis.*] Non solū de miraculis, sed etiam de vita est inquirendū: quia etiā miracula fiūt quandoq; p malos. nam Petrus faciebat miracula, & Simon magus faciebat multa: & magi similia Moysi: vt 1. q. 1. teneamus. & ante necesse est vt sciamus illa impetrasse de Deo, quæ martyres mandant. 50. dist. si quis præpostera. & j. de hære. cum ex iniuncto. & ad hoc vt aliquis pro sancto habeatur, pri' ab ecclesia debet approbari. j. de reli. & vener. sanct. c. 1. ne aliquis vanis figmentis decipi valeat: vt eo. tit. c. 2.

¶ *Glos. seq. inducit exemplum & rationem. & dat duo similia: scilicet de electione, & confessione.*

e ¶ *Examinare sigillatim.*] Secreto enim siue sigillatim testes examinandi sunt. arg. C. de testi. nullum. & j. de acc. inquisitionis. si etiā vota canonicorum in electionibus faciendis inquirenda sunt secrete. §. de electio. quia pp̄ter. sicut Daniel secreto & & separatim examinauit illos sacerdotes qui accusabant Susannam. Et ideo examinādi sunt secreto & separatim: quia vnus instrueret alium, & sequeretur dictum alterius. & ita non posset falsitas eorum facile deprehendi. sic etiam in præsentia quis debet solus suo sacerdoti confiteri peccata. j. de poe. & remis. omnis vtriusque.

f ¶ *Diligentia.*] quę solet adhiberi: immo etiam cum maiori: q. a circa maiora maius periculum vertitur, & ideo cautius est agendum. 42. dist. quiescamus. & 61. dis. miramur. & 7. q. 1. c. vlt. & ff. ad Carbo. l. 1. §. 2. ne aliqui vanis & falsis decipiantur figmentis: vt j. de reliq. & vene. sanct. c. 2. Ber.

Gregorius nonus.

Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit: supple tu, ex iudicis officio.

CAP. LIII.

CVm† clamor validus contra Acherontin.[g] archiepiscopum super simonia, & alijs criminibus ascendisset, Melfiten. & Ruben. episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent: & infra. ¶ Verum quia apertis attestationibus L. & G. super simonia ita deposuere confuse[h], quòd ex dictis eorū non potest veritas declarari: Mandamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter, & tam eorum, quàm aliorum quos receperitis, testificata, sub sigillis vestris nobis fideliter referatis.

Idem.

Perseuerans in crimine, etiam in ciuili repellitur à testimonio: emendatus vero non infamis admittitur in ciuili, & etiam criminali mota ciuiliter: fallit in periuro, qui in criminali repellitur.

C[Vm clamor.] Diuiditur: quia in prima ponitur querela. in secunda mandatum: ibi, *Mandamus, quatenus*. Abb. Siculus.

Casvs. Archieps Acherontinus super simonia & alijs criminibus erat apud dñm Papam multipliciter infamatus: vnde frequentibus clamoribus excitatus, dedit duobus epis in mādatis, vt super his diligenter inquirerent veritatem, & sibi quod inuenirent, rescriberent diligenter: ipsi super simonia & alijs excessibus testes receperunt, & eorum attestationes remiserunt dño Papæ: apertis attestationibus L. & G. super simonia ita confuse deposuerunt, q̄ ex dictis eorum veritas non poterat declarari: vnde iterum mādat Papa, quatenus testes illos examinēt diligenter, & alios qui super hoc sciuerint veritatem, & dicta illorum & aliorum quos receperint, sub sigillis suis dño Papæ remittant. No. q̄ iudex qui ex officio inquirit, iterum potest examinare testes, qui obscure dixerunt, post ipsorum publicationem: secus credo in ordinario iudicio.

g ¶ *Acherontin.*] De isto archiepiscopo habes j. de collus. cap. vlt.

¶ *Glos. seq. dupliciter obijcit. contra ob. alleg. & soluit.*

h ¶ *Ita deposuere confuse.*] Sed quare hic præcipit Papa apertis attestationibus illos iterum examinari, cum deberet fieri interpretatio contra illum, qui testes ipsos produxit. §. de probat. in præsentia. & obscuritas ei obesse potius debet, qui potuit eā apertius declarare. ff. de

¶ Videto præ alijs hic Guidonem Papæ, & de materia q̄d non credat' testi nisi iurato, vide Felinum in c. licet. de præsum. & Decium consil. 91. & consil. 150.

¶ Corisopiten.

¶ De materia vide late per Cassaneum in catalogo glor. mun. par. 3. considera. 47. 49. & 50.

¶ Crisopol.

¶ Cistercium.

¶ In codice Barbatiæ ... & monachi monasterij sancti Mart. Cisterc. &c.

¶ De materia huius glossæ quòd credat' vni testi, tractat Antoni' Gabriel lib. 1 com. concl. tit. de testib. concl. 1.

¶ De hoc j. eo. testimonium.

¶ Infra ... ordinis ...

nec ullum priuilegiū dare posset, secundum Inn. ad q̄d alle. Hos. de re. ec. non ali. c. si de deci. sua. Ioan. And.

¶ receptionibus.

¶ De hoc articulo vide D. Thomam 2. 2. q. 178. ar. 2.

¶ Vide Archidiaconū in c. vt officiū § verū. de hær. lib. 6. & Eymeri cū in Directorio Inquisitorū, par. 3. q. 62. & quæ ibi dixi lib. 3. ad Zenettū Schol. 119.

¶ Quot & qualia exigitur in canonizatiōe Sanctorū, late tradit Cassaneus in catalogo gloriæ mun. di. par. 3. cō. sideratione 59.

ff. de 3henda emptio. Labeo. & l. cum in lege. ff. de pact. veteribus. & verba interpretanda sunt 5 stipulatorem. ff. de verb. obligationib. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. & præterea timeri potest subornatio testium: & apertis attestationibus non sunt vlterius testes ijdem vel alij recipiendi super eodem capitulo: vt ſ. eo. fraternitatis. in tex. & in glo. & cap. ꝯstitutis 2. Arg. contra quòd obscuritas non nocet ei immo qd' vtile est ei, accipiendū est. ff. de iud. si quis intentione r. Dicas ꝙ iudex ex officio suo hoc facere debet, & præcipue hic, vbi agebatur ex officio iudicis per inquisitionem, nō ad petitionem alicuius, sed ad clamorem & famam. j. de collu. dete. cap. vlti. quod est pars istius, & maxime in crimine simoniæ, de quo fiebat inquisitio. Et ideo si obscure dixit,

De materia huius decret. vide Albericum tract. de statutis, par. 4. q. 71. & 72. & plene per Archid. in c. paruuli. 22. q. 5. hoc referas Burchardū lib. 1. decret. c. 164.

Vide de testib. spec. c. cum ad sedem super glos. 2.

CAP. LIIII.

TEstimonium † eius cui ab aduersa parte opponitur crimen, merito reprobatur in criminali causa, siue ciuili, si in ipso crimine perseueret [a]. ¶ Si vero sit de crimine emendatus [b], & cum non comitetur infamia, non est in causa ciuili, vel etiam cum de crimine ciuiliter agitur (præterquam pro reatu periurij [c]) repellendus. ¶ In criminali autem si in alio iudicio, instituta accusatione contra ipsum, de crimine conuictus extitit, vel confessus [d]: vel si nunc per exceptionem exinde conuincatur: aut grauata sit eius opinio [e] pro eo quòd quandoque fuit tali modo repulsus, quamuis in hoc casu [f] non excluderetur in causa ciuili [g], potest à testimonio (licet egerit pœnitentiam) remoueri.

¶ Idem.

¶ Quarta productio non est danda sine solemnitate legali, de qua hic.

CAP. LV.

VLtra † tertiam productio-

iterū examinetur testis & declaret, siue interpretetur dictum suum: quia in ambigua oratione spectatur sententia eius qui eam protulit. ff. de regulis iuris. in ambiguis orationibus. & qualitercunque potest iudex inquirere veritatem, inquirere debet. 30. q. 5. iudicantem. & ante publicationem, & post quandocunq, visum fuerit iudici, potest interrogare. ff. de interrog. act. vbicunque. & j. de fide instrum. cum Ioannes. versic. fin. & quia publicæ vtilitatis interest ne crimina maneant impunita. j. de sententia excommu. vt famæ. circa fin. ne ad malitiam quisquam prosiliat. C. de pœn. si operis. & magna ratio suadet ob maleficia pœnas solui. ff. de fideiusso. si à reo. §. illud quod. vnde talis confusio debuit declarari. ff. de testam. hæredes palam. §. qui vero. Bernardus.

T*Estimonium eius cui ab aduersa parte.*] Sunt duæ partes. Prima tractat de criminoso perseuerante. Secunda vero de emendato: ibi, *Si vero.* Secūda subdiuiditur. In prima tractat de emendato, qui ꝓducitur in ciuili vel in criminali mota ciuiliter. In secūda de illo qui ꝓducitur in criminali mota criminaliter: ibi, *In criminali.* Abbas.

CASVS. Testis inductus est in aliqua causa ciuili vel criminali: ab aduersa parte opponitur crimen ipsi testi vt à testimonio repellatur: probatum est crimen contra ipsum: quæritur an valeat testimonium eius? Dicit Papa, si testis adhuc in crimine perseuerat, siue causa ciuilis sit, siue criminalis, testimonium eius non valet. Si vero sit emendatus de crimine, & cum non comitetur infamia, nō debet repelli à testimonio in causa ciuili, nec in criminali, cum ciuiliter de crimine agitur, præterquā pro reatu periurij: quia periurus nullo casu ad testimoniū admittitur. In criminali vero causa si conuictus fuit de crimine in alio iudicio, instituta cōtra ipsum accusatione, vel modo etiā per exceptionē exinde conuincatur, vel si grauata sit opinio eius, pro eo ꝙ qñque fuit in tali modo repulsus: pōt remoueri à testimonio, licet egerit pœnitentiā; Sed in hoc casu vltimo cum sit grauata eius opinio, non repellitur in causa ciuili. Nota ꝙ testis qui crimine detinetur, secundum canones nō admittitur ad testimonium in aliqua causa; si est emendatus, admittitur cum distinctione prædicta.

a ¶*Crimine perseueret.*] Nota ꝙ testis qui in crimine detinetur, siue in ciuili causa, siue in criminali repellitur, vt hic patet: quia nō est credendum cōtra alios eis qui in criminibus implicantur. 3. q. 11. negandæ. & cap. non est. & q. 7. qui sine peccato. & cap. postulatus. & quamdiu in culpa fuerit, testimonium ferre nō pōt. 32. q. 5. præceptū. Nec criminosus criminosum accusare potest: vt in prædictis iuribus: quia de quo minus videtur, &c. 3. q. 7. ca. infames. §. porro. in fi. & 1. q. 1. multi. circa prin.

¶ Glos. seq. coadiuuat tex. in eo quod loquitur de emendato.

b ¶*Emendatus.*] vnde admitti debet, quia iam incipit esse quod nō fuit. 50. dist. ferrū. & dicit in canone, age pœnitentiā, & prima opera fac. 50. dist. quia tua. & c. dño sancto. & j. de simo. per tuas. & ff. de ædil. edict. qd' ita. & hoc in causa ciuili & criminali cū ciuiliter agitur, vt hic. & c. per tuas. ita ꝙ ex illo nō remāserit sub nota infamiæ acta pœnitētia: quia repellitur tunc ꝓꝑ infamiā 2. j. tit. pxi. præterea. puta si esset ꝯdemnatus de furto suo nomine: quia nō potest facere iudex quin ꝯdemnatum de furto suo nomine nō sequat infamia. ff. de furt. non pōt. Et alijs modis pōt notari: vt 3. q. 7. cap. infames. §. porro. in fi. Quia licet per pœnitentiam animas saluare possumus, infamiam tñ abolere nō possumus. 2. q. 3. Euphemiū. §. hinc colligitur. & sic pœnitentia non prodest eis, quātū ad hoc ꝙ actus legitimi sunt infamibus interdicti. ſ. eod. licet ex quadā. nisi prius fuerint in integrū restituti. 4. q. 3. ca. si testes. §. itē lege Iulia. 2. q. 3. c. si quem. §. præuaricator. in fi. & infamibus portæ dignitatis non debent patere. j. de exces. præla. inter dilectos. C. de infa. l. vnica. lib. 10. & C. de digni. neque famosis. lib. 12. & ferre testimoniū dignitas est. 32. q. 5. præceptum. Item pōt assignari ꝯtrium. j. de simo. per tuas. ibi dicitur ꝙ in crimine cum ciuiliter agitur, viles testes, & nō emendati recipiuntur. hic videtur à ꝯtrio sensu, ꝙ nō recipiantur. Solue, vt ibi dicitur.

Ciuiliter si ꝯtra secus sit de canonꝫ. secundū Inn. q dicit prin. ca intelligēdum de crimine, de quo testis non est cōdēnatus nec ipso iure infamis: quandoque horū esset, repelleretur etiam post sententiā et in ciuili. Fatetur ꝙ alij dicūt aliter. & de hoc 6. q. 1. c. 2. Io. And.

c ¶*Periurij.*] Periurus enim post quātamcunque pœnitētiā ad testimoniū amplius non recipitur: vt hic patet, & 6. q. 1. quicūque. & 22. q. 5. paruuli. & c. si qs. & ar. 2. q. 7. non pōt. & j. de ꝓsump. litteras [ʒ]. & qui scienter venit cōtra iuratam transactionem, infamis est. C. de transac. si quis maior.

ʒ Adde ꝙ nō quis efficitur infamis. l. 2. ꝙ maior. C. de transa. & l. quando. C. de dig. lib. 12.

d ¶*Confessus.*] Qui. n. in iudicio cōdemnatus fuit de crimine, sufficit ad hoc vt à testimonio repellatur in causa criminali, licet egerit pœnitētiam. nec necesse est vt amplius ꝯuincatur: vt hic patet. nec talis admittitur ad purgationem alicuius. j. de pur. can. constitutus. sic & j. de excep. denique. §. 1. vbi repellitur à testimonio qui conuictus fuerit de crimine, vel confessus. Et intellige §. illum secundū istam decre. vt repellatur in criminali causa, si egit pœnitētiam: si nō egit, repellatur etiam in ciuili, si in crimine perseuerat: vt ſ. diximus.

Vide Bal. & Iosn. in l. 2. § in ipso. ff. quod. sed. aper. & Gemmani in c. secundū. 29. dist. ad. de Bal. in l. 1. secunda. ff. de legib.

¶ Glossa sequens no. cum eius opi. &c. probat, & dat simile, demum arg. obijciendo, & soluit.

e ¶*Opinio.*] Sic patet ꝙ si opinio alicuius grauata est, ad testimonium admitti nō debet in causa criminali, cum sine omni infamia debeat esse testis. j. de excep. denique. & 2. q. 7. testes. & præcipue in causa criminali: vt hic. nec etiam tales admittendi sunt ad honores. 81. dist. tantis. & j. de accu. omnipotens. & j. eo. c. vlt. in nullo enim debet vacillare opinio ordinandi. 33. dist. laici. & argum. ad hoc. C. de procu. reum criminis. & ff. de decu. eos. Et est argum. ex hac littera, ꝙ rei siue sñia inter alios acta facit fidē in alio iudicio. sic 24. q. 1. subdiaconus. Sed hoc solum ꝙ in alio iudicio repulsus fuit, nō sufficit vt in alio repellatur, sed infamia inde orta ipsum repellit, alias iterū oporteret crimē probari ad hoc vt repelleretur.

¶ Glos. seq. quærit et soluit. Iterum quærit. arg. affirmatiue per duo iura, & soluit negatiuę. solutioni signat contrarium, solutionem coadiuuat, & remittit.

f ¶*In hoc casu.*] Scilicet qū grauata est eius opinio [q]. tunc enim propter hoc non repellitur in causa ciuili. & idem in duobus casibus præmissis. & idem est si de crimine ciuiliter agitur, dummodo emendatus sit de crimine: vt superius patet. Sed qualiter probabit ꝙ sit emendatus de crimine? Satis pōt probari per sacerdotem suū qui de ipso debet testimoniū perhibere. 50. dist. in capite. & 2. q. 1. si peccauerit. in fi. & j. de simo. nemo. Sed nunquid testis cui obijcitur crimen, pōt obijcere ꝙ obijciens sit criminosus? Arg. ꝙ sic. 24. q. 7. si hæreticus. quia tales litigatores digni sunt talibus testib'. C. de hære. l. pen. Dico ꝙ non pōt; quia iste causam suā prosequitur, & nemo prohibetur a prosecutione iuris sui, licet sit criminosus: vt 4. q. 6. omnibus. Nisi esset excōmunicatus, vel talis cui esset forum interdictum, vel infamis cui actus legitimi sunt interdicti. ſ. eo. licet. immo excommunicatus vel infamis non repellitur, cū sit reus: quia quælibet legitima defensio sibi reseruatur. j. de excep. cū inter. & quia contra testem directe non agitur, sed potius cōtra aduersarium, quia in testem actio nō dirigitur. ſ. de ord. cog. cum dilectus. in fi. pari ratione nec aduersarius meus potest mihi obijcere crimen propter hoc. Vnde si seruus vult probare, se contraxisse cum aliqua libera sciente eum seruum esse, cū in hoc casu habeat personam standi in iudicio, potest excipere contra testes aduersarij, ꝙ ipsi sunt serui, licet ipse laboret simili impedimento. Arg. cōtra. ſ. eo. personas. & 3. q. 7. iudicet. & 25. dist. primum. nam si seruus accusatur, eadem sibi cōpetit defensio quæ & libero. ff. de accusa. hos accusare. §. si seruus. Quādo crimina obijcienda sunt testibus, dicitur ſ. eo. præsentium. Ber.

q Alij exponūt in hoc casu. s. qū ꝑ exceptionē fuit repulsus in alio iudicio, & est de crimine emendatus, nec infamis est de iure. Ioan. And.

g ¶*Ciuili.*] Idem ꝙ si est de crimine, ciuiliter agatur.

V*ltra tertiam.*] Primo ponitur regula, secūdo exceptio: ibi, *Nisi.* Abbas.

CASVS. Aliquis tertiā habuit ꝓductionē testiū, adhuc petit quartam: quæritur vtrum debeat audiri? Rñdet Papa ꝙ nō, nisi præstito iuramento, ꝙ neq; per se, neq; per aliū testificata didicerit, nec per dolū aliquem aut aliquā machinationē quartā petit, sed quia illos habere non potuit, quos nunc producere intendit. Not. ꝙ præter iuramentum calumniæ; aliud iuramentum præstatur lite contest.

¶ Hæc glossa sola non habetur in antiquis codicibus.

a ¶ Pro-

a ¶ *Productionem.*] id est, dilationem. de hoc dictum est s. eod. in causis. & ibi recurre.

b ¶ *Iuramento.*] Hoc quod hic dicitur, sumptũ est de Auth. de test. §. quia vero. coll. 7. Sed quare iuratus iterũ, maxime vbi iuratũ est de calumnia, cũ iuramentũ illud extendatur ad omnia quæ postea occurrunt in causa. C. de iur. cal. Auth. hoc sacramẽtum. & in Auth. de iis q. ingre. ad ap. §. vlt. coll. 5. q a sæpiᵉ nõ est iurãdũ, vt ibi dr. Dicas q illud iuramentũ est aliud iuramentũ q̃ sit iuramentũ de calumnia: & ideo vnum aliud nõ excludit. Istud iuramentum est de veritate dicenda, quod patet ex ipsa littera, scilicet q debet iurare, q neque per se, neq; per alios didicit testificata, nec p aliquẽ dolũ hoc facit. Iuramẽtũ de calũnia est de eo qđ credit & æstimat. C. d iur. cal. l. 2. §. 1. & ideo istud iuramentũ præstatur. idẽ etiã est si causa talis sit vbi iuratur tantũ de veritate dicẽda: quia istud iuramentũ de veritate dicenda, nõ extenditur ad hoc, sed ad principale negotium tantum. Vnde quarta dilatio dari non debet sine isto iuramento, qualiscunq; sit, & causa, & psũptio est ȝ eũ, ex eo q tertio pducit: & ppea speciale est vt exigatur hoc iuramẽtum in hoc casu.

c ¶ *Testificata.*] Siue sua, siue alterius partis.

d ¶ *Percunctatus.*] i. perfecte scrutatus.

¶ In omni bᵉ manu ac quatuor vetustioribus exẽplaribus iuramen debent testes in causa p dominã dicto, vltericᵉ, quæ circumferus in vulgatis prorum est addita.

¶ Vide tex. i Auth. qui semel. C. de pba.

¶ Vide Burchardũ lib. 1. decretorum c. 164.

1 Secundũ Ho. deficit ratio: quia iuramentũ calumniæ non defendit, q dilationẽ petit superfluã. vnde dic q exigitur ad tollendũ mentis pensum ptionẽ, quæ est, q quis sit iuratum de calũnia, malitiose petatur hæc dilatio. Io. And.

¶ In aliquot vetustis desunt hæc duo verba: vel non.

nem non debent testes † produci in causa †. Nisi pręstito ab eo, qui hoc postulat, iuramento ᵇ, quòd neque per se, neque per alium, testificata ᶜ subtraxerit, vel fuerit percunctatus ᵈ: nec per dolum ᵉ aut artem aliquam, quartam productionem exposcat: sed quia quos desiderat de nouo producere, prius habere nequiuit ᶠ.

¶ Idem.

¶ *Accusatus criminaliter nõ admittitur in testem contra alium in causa criminali, sua accusatione pendente, nisi in exceptis criminibus.*

CAP. LVI.

NOn † debet quis in criminibus (Nisi forsan in exceptis) ad testificandum admitti, pendente accusatione ᵍ de crimine contra ipsum: cum etiam accusati (nisi prius se probauerint innocentes) ab accusatione ac susceptione ordinum repellantur.

TITVLVS XXI.

De testibus cogendis, [vel non †.]

¶ Alexan. iij. Papien. electo.

¶ *In causa ciuili monendi & inducendi testes sunt ad testificandum: & si se subtrahant odio, gratia, &c. compelluntur.*

CAP. I.

CAusam † matrimonij, quæ inter M. mulierem, & filium R. vertitur, commisimus iudicibus terminandam. ¶ Ideoque mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in suæ assertionis testimonium inuocatos, ne veritatem occultent ʰ, diligentius moneas & inducas. Si autem odio, vel gratia, vel timore ⁱ, se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram præfatis iudicibus, vel eorum † nuncio ᵏ, quem ad hoc miserint, ecclesiastica districtione compellas.

¶ Idem presbyteris Pontiæ †.

¶ *Vbi testimonium est necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis, & depositionis sententiam.*

e ¶ *Per dolũ.*] puta, expectat, q aliqs interim moriaẽ vel se absẽtet:

f ¶ *Nequiuit.*] Simile j. de exce. pastoralis. & s. eo. præsentiũ. sed si habere nequiuerit illos, ei obesse non debet, si per eũ non steterit. arg. s. de rescrip. si autẽ. & c. plerunque. & j. vt lit. nõ cõtest. qm̃. 1. rñ. & 2. q. 6. anteriorũ. §. ad hoc. & ita vr, q ẽt sine iuramẽto deberet amitti, qđ nõ est verũ: q a sine iuramẽto hoc ei credi nõ debet, maxime cũ ante tertiã pductionẽ hoc non fuerit ptestatus, vnde iurare tenetur pui hic cõtinef. Præterea hæc quarta pductio dari nõ debet, vbi sufficiẽs pductio testiũ facta fuisset. s. eo. significauerũt. immo nec secũda dilatio, nec tertia dãda esset, si sufficiens pductio facta sit. ⁴ nã in pecuniarijs causis vltra vnã dilationẽ dari nõ debet secunda dilatio. ff. de fer. l. vlt. nisi causa cognita, vt ibi.

NOn debet.] Primo ponitur regula & exceptio: ibi, *Nisi forsan.* Secundo probatur regula per duo similia: ibi, *Cum etiã.* Abb. Sic.

CASVS. Aliquis est accusatus de crimine, pendẽte accusatione ȝ ipsum petitur in testimoniũ in alia causa criminali: quæritur vtrũ debeat admitti? Rñdet q pendente accusatione ȝ ipsum, nõ debet admitti, nisi forsitan in exceptis: quia etiã accusati ab accusatiõe & ordinum susceptione repellũtur: nisi prius se probauerint innocentes. No. q accusatus de crimine pendente accusatione sua, non potest testis esse in criminali, nec accusare alium, nec ordinariᵃ.

¶ *Glos. seq. no. quod hæc tria, &c. & addit quartum. reliqua pars text. per tres quæstiones. prima, quid in ciuili. secunda, quid de exceptis criminibus. tertia, quid de condemnato qui appellauit.*

g ¶ *Pendente accusatione.*] Nota ergo, q cum aliquis accusatus est de crimine, statim grauata est eius opinio: vnde non potest in criminibus ad testimonium admitti, vt hic patet, & s. eo. testimoniũ. q a testes sine oĩ suspicione esse debent, & infamia. 2. q. 7. testes. & j. de excep. denique. Nec etiam potest promoueri ad ordinẽs, vt hic dr in fine. & 81. dist. tantis Daniel. & j. de accus. omnipotẽs. & 33. dist. laici. & ff. de decur. eos. Item nec potest alium accusare: quia non relatione criminis, sed innocẽtia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui. & hic in fi. Item nec põt constitui pcurator. C. de pcurat. l. reum. Item nec accusare. Ex hac enim decre. patet, q testimoniũ in criminali actione, accusatio & ordinũ susceptio pari passu incedũt, ex eo q accusatus pendente sua accusatione repellitur à testimonio ab accusatione & ordinũ susceptione. Præterea ex eo qđ dicit in principio in criminibus, patet q secus est in ciuili: quia tũc non obstãte accusatione, vr q interim possit admitti in testẽ in causa ciuili. s. eo. testimoniũ. & est verum si sit emẽdatus de crimine. & eũ nõ comitef infamia, vt ibi. arg. j. de simo. p tuas. qa licet accusetur, nõ statim reus est. 15. q. vlt. c. vlti. quia pendẽte accusatiõe remanet in officio suo, & interim subditi eius ei obedire tenenf. j. de accus. olim. & 8. q. 4. nõne. Item patet hic, q minus idonei testes quorũ opinio vacillare vr, admittũtur in exceptis criminibus ex eo qđ dicit: nisi forsan in exceptis criminibus: sed hoc forte est intelligẽdum ſm distinctionem illius c. 2. q. 1. in primis. vtrũ scilicet malæ famæ vel malæ opinionis: & tũc cum est malæ opinionis, admittatur: licet c. illud loquatur in accusatione, aliter admitti non debent. cum etiam si ciuiliter ageretur, nõ essent admittendi, nisi essent emendati, & cũ alijs adminiculis. j. de simo. per tuas. sed licet accusetur, non tñ statim reus est: vt s. dr. & ideo potest admitti in crimine excepto, cũ adhuc remaneat in statu suo. Item ex hoc c. & s. eo. testimonium. patet solutio quæstionis, quæ fieri consueuit si aliquis condẽnatus sit de crimine & appellet, vtrũ recipiendus sit in testem, si pendente appellatione inducatur. Et satis patet ex his duobus cap. qđ iuris sit, q in criminali nequaquã: in ciuili vero bene potest admitti: quia pendẽte appellatione non dicitur cõdemnatus. ff. de pœ. l. 2. §. vlt. & integer est status eius; vt interim fungatur honoribus. ff. nihil innouari ap. interpo. l. vnica. §. integer. & melius in §. si quis deportatᵘ. quia licet sit damnatus ⁶, adhuc non habetur infamis, ex quo appellationem suam prosequitur. ff. de ijs qui no. infa. furti.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 1. compil. Et pro intellectu textus, & glossarum vide præ cæteris Guidonem Papæ hic.

3 Scilicet si ille accusatus de crimine excepto. Ioan. And.

¶ Dictio, eorũ, deest in vetustioribus exemplaribus.

¶ In aliquot anti quis ita: Põtiæ. & Asyn. sed Assisij puto scribẽdum. aliàs Pontiæ, & Asilæ.

a Etiam de crimine famoso, vt in l. alle. in prin. I. An.

¶ Adde qđ debet pen & infra quæ tẽpora. p l. 1. C. de dilat. & 3. q. 3. c. induciæ. §. spatium.

¶ Hæ tres glossulæ nõ sunt Bernardi, nec habẽtur in vetustis exẽplaribus.

4 Denegaretur etiam secunda & tertia ei quã post primã permutaretᵘ esset dicta absolute quod innuit Inno. §. quia vero. secundum Ian. & Ho. Ioan. And.

DE TESTIBVS COGENDIS, VEL NON.

¶ *Quia officium testium quasi publicum est, & ad illud interdũ inuiti coguntur, ideo post tractatum de testibus, &c. sic continuat Ioan. And.*

Ego continuo sic: Visum est s. de testibus. sed quia posset dubitari vtrũ ad testificandum possint compelli, merito subditur ista. Abb. Siculus.

De hac materia habetur 2. q. 6. statuendum.

CAusam matrimonij, quæ inter.] In causa matrimoniali cogendi sunt testes ferre testimoniũ. ita cõiter summaẽ, sed nõ placet inquãtũ ponit specialitatẽ in matrimonio: q a sic loqui vdr iura in alia materia ciuili. In prima parte ponit causæ cõmissionẽ. In scda pruidet partibᵘ. ibi, *Ideoque.* Abb. Sicu.

CASVS. Quedã causa matrimonialis vertebaẽ inter mulierẽ & virũ suũ: commissa fuit iudicibᵘ, Mãdat Papa Papien. electo, quatenus moneat testes ad ferẽdũ testimoniũ, quos vtraque pars sibi duxerit nominandos. Si vero odio, amore, vel timore se subtraxerint, quo ad ferendũ testimoniũ corã prædictis iudicibus, vel nuncio, quem ad hoc miserint, cõpellat eos per ecclesiasticam censuram. No. testes compellendos, sed prius monendos.

¶ *Glo. seq. ponit duplicem causam compulsionis testium.*

h ¶ *Occultẽt.*] Sic 14. q. 2. q̃q̃. hęc em̃ ẽ cã quare testes cõpellũẽ, ne veritas occulteẽ, & ne malᵘ vt bonᵘ æstimeẽ: vt i c. q̃q̃. & q veritatẽ occultat, peccatũ cõmittit mortale ⁷. 11. q. 3. q sq s. ideoq; cõpelliẽ.

libras ex illis non immerito debebat compensare[a]. Tandem cum super hoc & quibusdam alijs articulis inter vos fuisset aliquandiu litigatum, iudices attestationibus publicatis, te sententialiter cõdemnarunt, vt eidem prædictæ domus possessionem vacuam[b] † traderes, à creditoribus liberatam: & infra. ¶ Cum igitur ab hac sententia ad nostram duxeris audientiam[c] appellãdum, & nos tam tibi, quàm prædicto Ioanni T. subdiaconum & capellanum nostrum dederimus auditorẽ: ex parte tua fuit propositum, supradictæ domus venditionẽ non puram, sed conditionalem potius extitisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominus testibus ad hoc probandum inductis: quod & si nouum esset capitulum, pendebat[d] tamen ex veteri: qui iurati deposuerunt, se interfuisse contractui inter te & prædictum Ioannem super eadem domo celebrato, pro qua centum octoginta librarũ pretium tibi fuerat constitutũ, tali videlicet adiecta conditione, vt tu domum ipsam inhabitares libere in vita tua, & post obitum tuum M. & R. natis tuis eiusdem Ioannis nepotibus[e] remaneret: cuius conditionis intuitu domum ipsam eidem Ioanni pro minori pretio vendidisti, cum à G. morandi pro ipsa ducentas libras potuisses habere. anni vero mensis & diei quo venditio facta fuit, ijdem testes se dixerũt minime recordari[f]. Dictus vero Ioannes venditionem non conditionalem, sed puram proposuit extitisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum: & infra. Tabellionem quoque qui confecerat instrumentum, & vnum ex testibus in instrumẽto subscriptis, ad id probandum induxit: & infra. ¶ Porro cum dubitatio fuisset exorta vtrius deberet probatio præualere: pro tua fuit parte propositum, quia & si eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium in litibus exercendis, non tamen quodlibet[g] instrumentum tanti debet esse momenti, vt trium vel plurium idoneorum testium depositionibus præferantur: & infra. ¶ Ad hoc autem idem Ioannes ex aduerso respondit, quòd cum intentionem suam per iam dictum fundauerit instrumentum, ac tu in modum exceptionis[h] venditionem ipsam non pure, sed conditionaliter celebratam esse proponas †, nec per testes ad hoc à te inductos de certo[i] fuerit tempore facta fides: & ideo non appareat quod super illa venditione deponant, quam constat per dictum instrumentum, determinato tempore fuisse contractam, huiusmodi probatio videbatur inefficax, ad intentionem contrariam elidendã. Verum responsionem istam esse proponebas inualidã: quoniam cum vtraque pars à nobis interrogata, fuisset in iure confessa, quòd vnica tantum venditio super domo cõtracta fuerit: & ex depositionibus testium liqueat vẽditionem conditionalem fuisse: ex vtriusque confessione colligitur, eiusdem domus venditionem conditionalem extitisse, non puram: non obstante quòd ipsa interrogatio facta fuerit postquã[k] à partibus extitit in causa conclusum. cum iudex (qui vsq; ad prolationem sententiæ debet vniuersa rimari) possit interrogare de facto, quotiens dubitationis aliqd occurrit †: & infra.

possum prosequi in causa appellationis quàm expresserim coram iudice à quo appellaui. ff. de appell. scio. §. quæsitum. ad fi.

Additio. Et hoc est verum in causa appel. à snia diffinitiua, sed sec° ab interlocutoria: vt j. de appel. vt debitus. & c. cordi. lib. 6.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

aduerso fuit rñsum, q cum ipse Io. intẽtionem suam per instrumentum probasset, & P. venditionem non puram, sed conditionalem fuisse proponeret, nec p testes P. de certo tpe fuerat facta fides: vnde non apparebat q super illa venditione deposuissent, & in instrumento certum tempus adijceretur, probatio ipsius P. inefficax erat ad intentionem 9triam elidẽdam: Sed dicebat, q rñsio ista inualida erat, qm vtraq; pars interrogata, confessa fuit in iure, q vnica venditio ipsius domus facta fuit in iure, sed p testes pbatur venditionẽ conditionalem fuisse: & sic p confessionẽ vtriusq; colligitur, venditionem domus 9ditionalẽ fuisse, non obstante q ipsa interrogatio facta fuit postq̃ fuit ĩ causa 9clusum: qa iudex vsq; ad plationem sñiæ pōt interrogare de facto quotiẽs dubitat: Istis oibus 9sideratis, dñs Papa de cõsilio fratrum, pnunciauit vẽditionẽ pdictã cõditionalẽ fuisse, & dictum P. non teneri ad ipsius domus possessionis traditionem, ipsi Io. sup hoc silentiũ imponendo, sñiam pdictorũ iudicum quo ad hunc articulũ infirmando, q̃uis aliàs iuste pnũciauerint: quia hæc exceptio non fuit pposita coram ipsis: quantum ad alios articulos cõfirmauit eandem. Nota q cõpensatio admittitur in iure. Item sup nouo articulo publicatis attestationibus testes recipiuntur. Item testes pferunt instrumento. Item exceptio pemptoria potest proponi in causa appellationis. Item iudex ex officio suo interrogare potest partes vbicunq; dubitat de facto vsque ad sñiam. Itẽ licet sñia lata ex noua allegatione cassetur, non piudicatur iudicib° q ipsam protulerunt. Item sñia pro parte tenet, & pro parte non tenet.

a ¶ *Compensare.*] Quæ cõpensatio admittenda fuit, si causa ex qua postulabat, liquida erat, aliàs nõ admittitur cõpensatio. j. de deposito. c. bona fides. in fi. vbi de hoc. & C. de compen. l. vlti.

b ¶ *Vacuam.*] Quod fieri debuit si pura fuit vẽditio. ff. de act. emp. & vend. l. 2. §. 1. & l. seq. & argu. ff. de vsur. l. si stipulatus. 1 & sic restitutio possessionis plene ac libere facienda est. s. de restit. spol. Pisanis. Bernard.

c ¶ *Ad nostram audientiam.*] Hic ideo appellatur ad Papã, q ciuitas Viterbien. subest dño Papæ etiam quo ad temporalem iurisdictionem: aliàs non appellaretur ad ipsum 2. j. de appell. c. si duobus.

¶ *Glo. seq. ratt. per obiectionem, & solutionem.*

d ¶ *Pendebat.*] Si enim capl̃m ex toto esset nouum, nõ penderet ex veteri, iudex appellationis non cognosceret, nec testes reciperet. s. de testi. & attesta. fraternitatis. & C. de temp. appella. per haec. & sic patet q in causa appellationis nouæ pbationes possunt induci super noua exceptione. C. sen. rescin. nõ pos. l. 2. nec aliam causam

e ¶ *Nepotib°.*] Sed quare iste Ioannes emebat domum illam pro filijs ipsius Petri nepotibus eiusdem Ioannis, cum ipsi filij debebãt illi Petro succedere. in Auth. de hære. quæ ab intesta. defer. circa prin. coll. 9. & Institu. de hære. quali. & dif. circa princ. & §. sed fui? Forte ideo facit, quia Petrus prodigus erat, & cõsumebat bona sua. vnde ne domus illa perueniret ad alios, voluit Ioan. puidere nepotibus suis.

f ¶ *Recordari.*] Et 3 tñ valuerunt dicta eorum, quæ aliàs nõ valuissent si de tempore ageretur. s. de testi. c. ex tenore.

¶ *Glo. seq. notat, quærit, & soluit, & remittit.*

g ¶ *Quodlibet instrumentum.*] Et ita patet q 9 instrumẽtum qoamcũq; publicum admittuntur testes, vt hic 4 quia p̃m testes pductos 9 instrumentum sniatur. ad idẽ inducitur. j. de præscr. ad audientiam. & C. de proba. cum precibus. Si quæris quot testes piudicent instrumẽto, potest dici q iiij. vel v. ad minus: quia auctoritas tabellionis vr æquiualere duobus testibus. s. de probat. qm̃ 9. & ipsum instrumentum valet duos testes: qa parẽ vim obtinet probatio testium vel instrumentorum. C. de fid. instru. l. in exercendis. vt hic deciditur. & sic patet q ad min° p quatuor meliores vel quinq; testes instrumẽtum reprobet. De hoc dictum est s. de proba. tertio. sed in casu isto testes non reprobãt instrumentum, sed addunt instrumẽto, quod notarius omiserat forte per obliuionem. Ber.

h ¶ *Exceptionis.*] Vnde non videbatur pro ipso sentẽtiandum. s. de or. cog. cum dilectus. j. de excep. c. denique.

i ¶ *De certo.*] Propter quod probatio insufficiens videbatur. s. de probatio. in præsentia. argu. s. eod. inter dilectos. & ff. de eden. l. 1. §. editiones.

¶ *Glo. seq. notat quid iudex, &c. dat simile, reddit duplicem causam, & demum determinat & remittit.*

k ¶ *Postquam.*] Et sic patet q iudex potest interrogare partes qñcunq; visum fuerit. ff. de inter. actio. l. vbicunq. & 30. q. vlt. c. vlt. sic etiam potest interrogare testes post publicationem si obscure dixerint, qñcunq; visum fuerit. s. de testi. cum clamor. quia veritas sæpius examinata magis splendescit in lucem. 35. q. 9. graue. quia officium iudicis est latissimum. ff. de iuris. om. iud. l. 1. sed ad petitionem partis non debet testes interrogare. arg. s. de proba. in præsentia. 5. de hoc dicitur 30. q. 5. iudicantem.

¶ *Glo. seq. arg. signat contrarium, remittit & soluit.*

l ¶ Procuo

† Quando dicatur vacua possessio, vide per Angelũ & legistas in l. in conuẽtionalibus. §. si quis vacuam. ff. de verb. oblig. adde glosã singularem in §. quod autem. Instit. de vsucapio.

† Si stipulatus sum rem dari & vacuã possessionẽ tradi, per actionem incertã ex stipulatione, veniunt fructus postea percepti: vt verba, & vacuam, &c. aliquid addant. Ioan. And.

2 Nisi iudex à quo appellatur, superiorem in temporalibus non cognosceret. j. qui fil. sint legi. per venerabilem. §. rationibus. s. de foro compe. licet. in Authen. vt diff. iudi. §. si vero contigerit. secũdũ Hostien. Ioan. And.

3 Hic glosulam non puto Bernardi, nec inuenio in antiquioribus.

† Infero q per compensationem vbi debet esse liquidũ admittitur recompensatio. l. si constat. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp.

4 Et sic reprobat opinio Lanfranchi Cremonen. q dicebat p testes nõ reprobari instrumentum, nisi essent suspectum, vel ex parte confectum, vel ex parte pductum & reddebat rõnẽ, quia memoria hominum labilis; nec cõiter testes ita sunt attenti sicut tabellio. quare plus creditur instrumento secũdũ eũ. Ioan. And.

† Vide tex. in l. vbicunque. cum glos. ff. de inter. act. l. 1. & 2. cod. tit.

5 Vbi de hoc in 4 gl. & s. de test. per tuas. Ioan. And.

¶De consilio fratrum nostrorum pronunciauimus [a], venditionem prædictæ domus fuisse conditionaliter celebratam, & te [ob † hoc] nullatenus obligatum ad traditionem ipsius: super hoc memorato Ioãni silentium imponentes. Sententiam vero iudicum prædictorũ, qui aliàs iuste pronunciasse noscuntur (cum huiusmodi [b] exceptio coram ipsis nec probata fuerit, nec obiecta) quo ad dictum capitulum infirmamus, eam quo ad alios articulos, [auctoritate † Apostolica] confirmantes.

¶ Honorius tertius.

¶ *Defectus litteræ non vitiat rescriptum.*

CAP. XI.

EX † parte charissimæ in Christo filiæ B. quondam Anglorum † reginæ fuit propositũ: & infra. ¶ Quia rescriptum Apostolicũ, pro eo quod in hac dictione, spoliarunt, hæc figura, o, deerat [c], asseritur vitiosum: Mandamus, quatenus hoc non obstãte in negotio ipso præuia ratione procedas.

¶ Gregorius nonus Priori sancti Bartholomæi, & decano de Arcubus Londoñ. †

¶ *Licite appellatur à iudice, qui parti hoc petenti non facit edi communia instrumenta.*

CAP. XII.

G † perpetuus vicarius ecclesiæ de Rechan nobis exposuit, quòd cum Prior & conuentus de Ledis, eum super decimis [d] coram iudicibus auctoritate Apostolica cõuenissent, & dictus G. super [e] similibus coram ipsis reconuenisset eosdem: quia dicti iudices copiã quorundam instrumentorum communium [f], quæ habebat pars altera, & per quæ intendebat intentionem suam super principali fundare, fieri non faciebant eidem hoc cum instantia postulanti, nostram audientiam appellauit: Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, & cætera.

¶ Idem.

¶ *Scriptura contraria ab eodem productæ, fidem non faciunt.*

CAP. XIII.

IMputari [g] † ei potest, qui contrarias [h] inter se scripturas in iudicio protulit, fidem sibi adinuicem derogantes: Cum

a ¶ *Pronunciauimus.*] Arg. q super exceptione incidenti sit pronunciandum. argu. ∫. ĩ. de ordi. cogn. c. 2. vbi de hoc, sed ratio quare pronunciatur hic sup hac, & non ibi, potest assignari. hic opposita fuit exceptio post sñiam: vnde super exceptione nondũ fuerat directe vel indirecte pronunciatũ: quare in causa appellationis debuit de ea pronunciari: q̃a de ea cognitum fuit: & ad hoc vt sciretur quare sñia reuocetur, sed cum opponitur ante sententiam, sup ea pnunciat indirecte, dum sententiatur super principali. Bernar.

¶ *Glo. seq. not. dat simile, signat contrarium, & remittit.*

b ¶ *Huiusmodi exceptio.*] Per hoc patet, q exceptio peremptoria omissa ante sñiam, potest opponi post sñiam in causa appellationis. C. sen. rescin. non pos. l. 2. aliàs nõ posset nisi p beneficium restitutionis: vt in l. pdicta. & ĩ. de priuil. cum olim. s. ∫. de in integ. restitu. suscitata. sic etiam in compẽsatione omissa ante sñiam, nihilominus actio remanet salua post sñiam citra aliquam appellationem [a], non obstãte re iudicata in prima petitione. ff. de compen. q in diem. §. 1. Arg. cõ ∫. ĩ. de re iudi. inter monasterium. Sol. vt ibi.

EX *parte.*] Communis diuisio. Secũda: ibi, *Quia.* Abb. Siculus.

CASVS. Quædam regina impetrauit literas quasdam sup restitutione spoliationis cuiusdã castri: in qbus deficiebat hæc littera, o, in hac dictione, spoliarunt: quæritur vtrum pp hoc rescriptum vitietur? Et rñdet Papa q non. Nota q pp modicũ defectum non vitiatur rescriptum: cum ex præcedẽtibus & subsequentibus possit cognosci mandatoris intentio.

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

c ¶ *O, deerat.*] Ex hoc vr̃ satis, q non debuit valere: quia in litteris dñi Papæ nihil debet diminutum esse. argu. ∫. de rescrip. c. cum à Deo. & cum multa maturitate ac deliberatione traduntur. 35. q. 9. Apostolicę. vnde nõ est verisimile, q aliqd vitium possit ibi remanere: sed pp tam modicum defectum nõ vitiatur, maxime si rescriptum in aliis appareat oĩno legitimum, cum fuerit vitiũ scriptoris, siue nimia occupatio: qđ nocere nõ debet. arg. C. de testi. l. errore. & l. ambiguitates. & l. qm̃ indignum. & C. de leg. in legatis. secus si esset ibi falsum latinum. ∫. de rescriptis. c. ad audiẽtiam. Et sic est notabile, q pp defectũ syllabæ, vel literæ [1] non vitiatur rescriptũ: sicut nec testamẽtum vitiatur, nec libertas minus debetur, licet erratum sit in syllaba. ff. de manumis. testa. l. qui habebat.

G *Perpetuus.*] In prima parte ponitur appellantis narratio. In secunda causæ commissio: ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

CASVS. Prior & conuentus de Ledis coram iudicibus delegatis traxerunt in causam G. ppetuum vicariũ ecclesiæ de Rechan super quibusdam decimis: Dictus vicarius reconuenit eosdem sup consimilibus quæstionibus, petens à iudicibus vt cõpellerent partem aduersam, vt faceret ei copiam quorundam instrumentorum communium, per quæ intentionem suam sup principali negotio probare volebat. & quia hoc fieri non faciebat eidem, sedem Apostolicam appellauit. Mandat Papa, quatenus si ita est, reuocato in statum debitum quicquid post appellationem, &c. Nota q instrumenta communia parti, pars exhibere tenetur. Item recõuentio in spiritualibus facienda est.

¶ *Glossa sequens obiicit. alleg. contra obiectionem, & remittit. & demum obiicit & soluit.*

d ¶ *Super decimis.*] Sed nonne iste vicarius si conueniebatur p decimis vicariæ suæ, debebat dñm in iudicium noiare? Ita vr̃, quia ipse dñs non est. ∫. vt lit. non contest. qm̃. §. penul. & C. vbi in rem act. l. 2. & ipse dñs debuit conueniri. arg. ∫. de pscrip. auditis. & 16. q. 3. inter memoratos. arg. q teneat rñdere, cũ ipse habeat ius in re. ∫. de ap. ad audientiam. sicut vsufructuarius tenetur ad refectionem domus & ad tributum. ff. de vsufru. l. vsufructu legato. §. fin. & l. seq. aliàs, §. hactenus. & C. eod. tit. eum. De hoc dictum est ∫. vt lite nõ contest. qm̃. §. pen. Sed intelligo, q iste vicarius habebat mandatũ generale vel speciale ad agendum & defendendum à rectore legitime factum, aliàs non fuisset admissus eo ipso q esset vicarius, cum non habebat administrationem, nec titulum sicut prælatus, nec præiudicaretur ecclesiæ per factum ipsius. Bernard.

e ¶ *Super similibus.*] Et etiam super dissimilibus poterat eos reconuenire, & ei tenebãtur respõdere. ∫. de mu. pe. cap. 1. vbi de hoc

¶ *Glo. seq. circa editionẽ distinguit instrumenta cõmunia & propria: & in his an vtatur necne: & cum vtitur, editur sine die & consule. fallit in casu.*

f ¶ *Communium.*] Not. circa exhibitionem instrumẽtorum. Et primo scire debes, q rescriptũ & oĩa acta causæ, cõfessiones & rñsiões, & attestationes & quæcũq; acta sunt in iudicio, peti possunt exhiberi vel condictione ex lege, vel iudicis officio. C. de eden. l. 2. Vel cõdictione ex illa decre. ∫. de pba. qm̃. & integraliter sunt exhibenda: quia cõia sunt. C. de eden. nõ est nouum. & l. vlt. & ff. eo. tit. prætor. §. 1. & l. si quis. §. rõne. & l. argentarius. 1. respon. & hic est expressum. Sed si instrumenta propria sunt, & actor petat à reo instrumenta, per quæ intentionem suam probare vult, non est audiendus: quia apud seipsum debet habere probationes suas. ∫. de proba. c. 1. & C. de eden. qui accusare. & actore non probante, reus debet absolui: vt in l. qui accusare. & ĩ. vt eccle. benefi. vt nostrũ. Et ita nec reus actori, nec actor reo tenetur exhibere instrumentũ ad fundandam intentionem aduersarij [i]. Si vero actor vel reus vtitur aliquo instrumento proprio, illud aduersario edi debet sine die & consule, ne pstetur materia fabricandi falsum. ∫. eo. contingit. & C. accepimus. & ff. quemad. testa. ape. l. 2. §. diem aũt. & ff. de eden. l. 1. §. editiones. Nisi vellet alterutra partium arguere instrumentum de falso: quia tunc integrum instrumentũ debet ei edi: vt ∫. eo. inter dilectos. & C. de contrahen. & commit. stipu. l. optimam. Bernar.

IMputari.] Imputatur producenti scripturas ʒrias in hoc, quia inuicem sibi derogant. h. d. Ponit primo dictum. Secundo ipsius rationem: ibi, *Cum eo ipsum.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis agebat ʒ aduersarium suum, puta petens ab eo aliquã pecuniam: ad suã intentionem probandam induxit duo instrumenta ʒria, quærebatur cui illorum, vel an neutri standũ esset? Rñdet Papa q istæ scripturæ ʒriæ fidem sibi adinuicem derogant, & sic non valent, & imputet sibi qui eas in iudicio protulit: quia in potestate sua fuit quam voluerat non pferre, debuit enim eas psuidisse, & alteram protulisse. Nota, qui ʒria allegat, non debet audiri, & imputet sibi qui causam suam male tractat.

g ¶ *Imputari.*] hæc decre. sumpta est ex illa lege C. de fide instru. l. scripturæ.

¶ *Glo. seq. primo declarat. secundo quærit & soluit.*

h ¶ *Contrarias.*] hoc verum est siue directe ʒriæ sint, siue indirecte. Directe, vt si induco instrumentũ in quo promisisti mihi soluere tali die x. & aliud exhibeõ, in quo continetur q ego feci tibi pactum de non petendo. Indirecte, puta si induco instrumẽtũ, in quo continetur q promisisti mihi soluere decem Bonoñ. tali die. Item pduco aliud, in quo cõtinet, q eadem die pmisisti mihi soluere x. Romæ [4]. istæ scripturæ licet non ʒdicant directe: tamen indirecte siue per

[Marginal notes:]

¶ Hæc duo verba: ob hoc desunt in vetustioribus codicibus.

¶ Hæc duo verba, auctoritate Apostolica, desunt etiam in vetustioribus.

¶ De materia vide Romanũ con sil. 148 adde Baldum in l. imperator ff. de stat. hom. & Iasonem in l. si quis mihi bona. ff. de acq hæred.

¶ Anglicanum.

¶ English.

1 Multa fortius in causa appellationis. & de hoc in Spec. de appellat. §. penul. ver. sic sed nunquid in cã. & vide qđ plene dixit de ord. cog. c. vlt. in magna gl. versi. & idem est q̃; cũ versic. seq. Ioan. And.

2 De hoc articulo vide notata p Hostien. & Doctores ĩ. de crim. fal. c. pen. & c. ex litteris. ĩ. de rescript. adde hic Ioan. And.

¶ De materia vide Fulgosiũ, Paulũ Castren. & Doctores in l. is apud quem. C. de edendo. ad. de Spec. tit. de instru. editione §. videndum.

¶ Vide Antonium de Butrio in c. in nostra. ĩ. de testib. et eũ. dẽ in c. ex tenore. ĩ. de rescript. adde de Zaz. & Salicetũ in l. scripturæ. C. de fide instru. Baldum in l. imperator 1. ff. de stat. hom.

1 Hodie vsurarij cũ de vsuris agitur, cogi possũt edere libros rationũ suarum: vt in concilio Vienẽ. de vsu. ex gravi. §. cæterum. Item hæretici. c. vt commiss. de hæret. lib. 6 & dixi copiose lib. 3. commen. in Directori. Inquisitor. Schol. 101.

4 Et vtraque personaliter facta fuit nõ altera p procuratorem nec obst. ff. de ver. obl. l. a. §. interdum. Io. An.

siue per obliquum cõtrariæ sunt, & ideo vna derogat alij, sic quandoque scriptura & factum sibi adinuicem derogare videntur, vel saltem alterum alteri. s. de ele. cum inter R. Sic ergo patet, q̃ qui contraria allegat, non est audiendus. j. de app. solicitudinem. circa fi. 33. q. 7. quod autem. & 8. dist. quo iure. & hoc locũ habet quando ab eadem parte producuntur, secus si à diuersis: quia tunc ei statur, quæ magis est sine suspicione, & quæ dignior est. C. de contrahen. stip. optimam. in fi. Sed nunquid est idem in testibus ab eadem parte productis? Dico q̃ non: quia in testibus non possum prouidere qd dicturi sunt, & ideo stabitur dignioribus: sed per instrumentum bene potuit prouidere quod magis expediret producere: vt hic dicit in fi. & sibi imputet q̃ minus diligens fuit: nã vigilantibus, non negligentibus iura subueniunt. ff. qui. ex cau. ma. non enim. & ff. de eden. l. veluti.

Conco. l. fi. plures. & ibi Bart. ff. de acro. & l. 4. §. eiusdem & §. scire po tes. ff. de testib.

De materia huius decretalis vide Bartolum in l. diuus. ff. de falsis. adde Alexan. cõsil. 18. in 4. volum. & consil. 13. incip. ex his quæ in themate. & cõsil. 138. incip. circa primam in 2. volum.

Si cautio.] Ponit dictum quod diuidit in duo membra, & secundum: ibi, *Sed si causam.* Abbas Siculus.

Casus. Aliquis agebat contra aliquem aduersarium suum, petens ab eo certam pecuniæ quantitatem: ad hoc probandum inducebat quoddam instrumentũ, in quo reus simpliciter confitebatur se debere quantitatem petitam, nullam causam exprimendo ex qua deberetur: quæritur an ex tali cautione reus sit condemnandus? Respondet quòd actor tenetur ostendere debitum quod in cautione illa continetur: Si vero causam reus expresserit in scriptura illa, propter quam scriptura illa facta fuit, suæ confessioni stabitur, nisi probet se id indebite promisisse. Nota q̃ causa semper est exprimenda, ad hoc vt ex confessione sua quis obligetur, aliàs non tenetur.

Vide plene per Matthæum de Afflictis super consti. Neapo. incip. Baiulos oẽs. notabili 13. & seq. adde Baldũ consil. 62. lib. 5. Alexan. consil. 136. & 131. lib. 1.

ipsius fuerit potestate, quam voluerat non proferre.

Idem.

Si in instrumento debiti exprimitur causa, condemnatur debitor, nisi probet indebitum: si non exprimitur, necesse est vt creditor probet id fore debitum.

CAP. XIIII.

SI cautio [a] †, quam à te indebite [b] proponis expositam, indeterminate [c] loquatur, aduersarius tuus tenetur ostendere debitum, quod continetur in ea. Sed si causam [d] propter quã huiusmodi scriptura processerit, expresseris in eadem, cõfessioni [e] tuæ statur: nisi probaueris te id indebite [f] promisisse.

Idem I. tabellioni.

Auctoritate ordinarij potest notarius tabellionis mortui notas in publicam formam redigere.

CAP. XV.

CVm † P. tabellio morte præuentus, quædam non perfecerit instrumenta, quæ in nota redacta fuerant ab eodem: Ad petitionem eorum ad quos pertinent, auctoritate ordinarij [g] iudicis poteris ea fideliter in publicam formam redigere: habitura per hoc perpetuam firmitatem. [h]

Idem.

Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate ordinarij, eandem vim habet cum originali.

CAP. XVI.

SI † instrumenta propter vetustatem [i], vel propter aliã iustam causam [k] exemplari petantur: Coram ordinario iudice vel delegato ab eo specialiter, præsententur: qui si ea diligenter inspecta in nulla sui parte vitiata repererit, per publicam personam: [l] illa præcipiat exemplari, eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.

a Si cautio.] Hæc decretalis sumpta est de l. illa. ff. de proba. cum de indebito. §. vlti. & dic, cautio, id est, scriptura: siue sit priuata, siue publica. Bernardus.

b Indebite.] Quia dicis q̃ non teneris ad id, super quo cautio exposita fuit.

c Indeterminate.] id est, non exprimens ex qua causa debeatur.

Glossa sequens exemplificat: quærit, & soluit arg. & remittit. iterum quærit, & soluit.

d Si causam.] puta, quia confessus fuisti mutuo recepisse pecuniam promissam: vel ex aliquo alio contractu antecedenti: tunc enim statur tuæ confessioni, quæ continetur in illa cautione: alioquin si causa non sit inserta, non poteris conueniri ex illa cautione. C. de non nume. pecu. generaliter. cum satis sit indignum, vt quod quisque sua voce dilucide protestatus sit: in eundem casum proprio infringere valeat testimonio. s. de proba. per tuas. & in l. prædi. generaliter. in fi. & arg. 1. q. 7. saluberrimum. & 27. q. 1. omnes fœminæ. quod si non promittat, sed confiteatur se debere mihi ex aliqua iusta causa præcedente, idem est ac si promittat, vt teneatur ex illa confessione: vt in l. prædicta, generaliter. in fi. & ita patet ex hoc, q̃ cõfessio extra iudiciũ facta, causa adiecta bene præiudicat ad probandum. De hac materia dictum est s. de confes. c. vlt. Item quid si me absente cõfiteatur se mihi debere? Talis cõfessio nõ nocet ad instar stipulationis; vt Insti. de inuti. stipu. §. item verborũ.

Glo. seq. notat confessionem stari: & ponit tres casus exceptos.

e Confessioni.] Sic ergo statur confessioni cõ se 6. fallit tñ quinque, vt in pecunia confessata; quia tunc potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ infra bienniũ. C. de non nu. pe. in cõ lib. in prin. & in dote. C. de do. cau. non nu. l. vlt. in Authen. ibi posita. Item fallit vbi statur secundæ confessioni, & non primæ. C. ad Velleia. Authen. siue à me.

1 Cremor. l. 1. & ibi Bart. ff. de leg. 1. & in l. cũ filius. §. 1. ff. de verb. oblig.

f Indebite.] Et ita admittitur probatio contra talem cautionem, licet causa subiecta fuerit, scilicet q̃ talis promissio indebita fuit, puta quia iam satisfecit ei: sicut qui dicit pecuniam indebitam se soluisse, illud probare tenetur. j. de solutionibus. c. vlt. & ff. de pba. c. cum de indebito. 1. responso.

CVm P.] Primo narratur factum, ex quo quæstio. secundo ponitur decisio: ibi, *Ad petitionem.*

Casus. Tabellio præuentus morte quædam instrumenta non perfecit, quæ redacta erãt in nota per eundem: quærebatur quid deberet fieri de huiusmodi instrumentis in notam redactis? Respondet Papa I. tabellioni, q̃ ad petitionem illorũ ad quos pertinent, auctoritate iudicis ordinarij poterit illa instrumenta in publicam formam redigere, per hoc perpetuo valitura, ac si à dicto P. completa fuissent.

g Auctoritate ordinarij.] Ordinarius ergo præstabit auctoritatem suam huic tabellioni, ad petitionem illorum quorũ sunt instrumenta, vt ea redigat in publicam formam: sic & si essent consumpta pp vetustatẽ, aut aliam iustam causam. infra cap. proxi.

h Perpetuam firmitatem.] vt hic dicit. sic & testamentum auctoritate ordinarij in publicã formã redigitur. C. de testa. testamenta. & l. consulta. & talis publicatio æquiualet testamento. C. eod. publicati. hoc tñ scire debes, q̃ tabellio dum viuit, non potest alteri committere completionem instrumenti: sed ipsemet debet complere instrumentum, prout in protocolo reperitur: nihil addendo vel diminuendo q̃ in protocolo continetur: vt in Authen. de tabel. coll. 4. post mortem vero fiat prout dicitur hic. & C. eod. tit. l. contractus. Ber.

De materia huius decretalis & glossarũ eius, vide l. si fontẽ in l. ſ. C. de iu. em phyt. Paulũ de Castro consil. 91. incip. super eo. Oldra. consil 324. incip. circa primũ. Alexan. consil. 4 incip. videretur in 2. volum.

SI instrumenta.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio: ibi, *Coram.* Abbas.

Casus. Aliqua instrumenta propter vetustatem, vel aliam iustã causam quasi consumpta sunt: petuntur exemplari: quæritur quid fieri debeat? Respondet Papa, q̃ præsententur coram ordinario, vel coram delegato specialiter ad hoc: ille postmodum inspiciat diligenter illa instrumenta, & si in nulla parte sui vitiata sint, præcipiat illa exemplari per publicam personam: & habebunt eandem auctoritatem cum originalibus. Nota ista duo capitula, quia frequenter locum habent.

i Vetustatem.] Propter vetustatem instrumenta & priuilegia renouanda sunt: vt hic, & j. de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. aliàs si vetustate consumerentur, nulla fides eis adhiberetur. s. eod. inter dilectos. sic & testes, ne probatio pereat, in publicam formam rediguntur. s. de testi. significauit. & s. vt lit. non contest. quoniam. 1. respon. & §. sunt & alij. & ff. ad leg. Aquil. in lege. C. de vsur. pupil. l. vlt. arg. Bernardus.

k Iustam causam.] puta, quia littera incipit deleri ex vitio chartæ vel encausti, q̃uis instrumentum de nouo sit factum, vel alio modo quod possit contingere de facto; ita tamen faciẽda est hæc renouatio, si adhuc sint ita integra q̃ non sit dubitatio de ipsorũ tenore: vt hic dicit: vel si essent pro parte iam cõsumpta, vt ex inspectione non possit deprehendi de fide ipsorũ, non sunt renouanda nisi prius per testes probaretur de integritate instrumentorum. j. de priui. cũ olim. & hæc innouatio debet fieri auctoritate ordinarij: vt hic dicitur. sic s. eo. c. proxi. Bernar.

Glo. seq. quærit, & soluit.

l Publicam personam.] Sic s. c. prox. & c. cum dilectus. Quid si publica persona non possit haberi? Satis credo q̃ per aliquam psonã honestam auctoritate iudicis rescribi possunt. arg. s. de probat. quia cõ: ita tñ q̃ sigillum authenticum apponatur, quod imponat fidem instrumento. s. eod. c. 2. & c. cum dilectus. alias posset deperire ius illius; quod esse nõ debet: immo curare debet iudex vt salua sit eorum probatio. ff. de testi. curent. Bernardus.

DE PRÆSVMPTIONIBVS.

Quia præsumptiones quandoque plene probant, quandoque semiplenam probationem faciunt, quandoque alias præsumptiones continent, vt patet infra in processu tituli: Ideo post tractatum de probationibus, de testibus, & de fide instrumentorum, annectit hanc rubricam, in qua tractatur de quadam specie probationis. Et vide ad materiã q̃d dixit Panor. in c. tertio loco. supra de proba. & mo. in c. ferrũ. 50. dist. Ab. Quod autem debet præsumi si clericus amplexetur mulierem. 11. q. 3. absit.

TITVLVS XXIII.

De præsumptionibus.

Salomon in parabolis †.

Sicut manifeste nocens est pœna obnoxius: ita & occultus, licet postea dicat se ioco fecisse.

CAP. I.

SIcut noxius est qui mittit lanceas & sagittas in mortẽ [a]; ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus [b], dicit, ludens [c] feci.

Idem †.

Ex violenta præsumptione fertur diffinitiua, & est casus notabilis.

CAP. II.

AFferte mihi gladium: Cũque attulissent, ait [d]; diuidite infantem viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autẽ mulier cuius filius erat viuus ad regẽ (commota [e] sunt quippe viscera eius super filio suo) obsecro domine, date illi infantem viuũ, & nõ occidatur: ecõtrario alia † dicebat: nec mihi [f], nec tibi sit, sed diuidatur. Respõdit rex, & ait: Date [g] huic infantem viuum, & non occidatur, hæc est enim mater eius [h].

Hieronymus super parabolis †.

Conuersatio in adolescentia facit præsumptionem in senectute.

CAP. III.

EX studiis suis intelligitur [i] puer. Quemcunq; enim virtutibus studere cum modestia continentiæ, auditioni sapientum, obseruantiæ mandatorum Dei, maxime simplicitati & humilitati videris, huius munda & recta opera intellige [k].

Bonifacius Papa episcopis Galliæ.

Præsumitur contra illum qui dilationibus subterfugit iudicium.

CAP. IIII.

NVllus † dubitat, quòd ita iudiciũm nocens subterfugit [l], quemadmodum vt ab-

S *Sicut noxius.*] Ludus noxius inducit præsumptionẽ fraudis. Vel sic: In dubio ĩ delictis præsumitur dolus. & aduerte quia verba tex. non sunt Papæ, sed Salomonis in parabolis, vt patet ex præscriptione; & habentur originaliter in parabolis in c. 26. & pone casum litteralem referendo consultationem ad Papam auctorẽ huius compilationis. & dicas sic: Quidã accessit ad Gregorium IX. quærẽs ab eo, Pater sancte, quidam intrauit domum cuiusdam qui reputabatur amicus suus, & clandestine quędam iocalia subtraxit, & reclusit sub mantello suo: cum autem dñs domus hoc detexisset, ille ad excusationem suam dixit q̃ iocose fecisset. vellem scire an ex confessione sua ille sit absoluendus? dñs Papa rñdet, q̃ huius solutio quæstionis ex dictis Salomonis in parabolis colligitur euidenter: qui inter cætera dicit, q̃ sicut noxius, id est nocens est is qui manifeste nititur nocere, licet forte non fuerit secutus effectus; ita is qui nocet occulte, licet in deprehensionis actu dicat q̃ iocose fecit, quasi dicat, q̃ sibi non est credendum, ex quo actus est in se nociuus. Abb.

a *In mortem.*] id est, vt mortem inferat, licet res non habuerit effectũ, ex quo processit ad actum. 51. dist. si quis post acceptum. & de pœ. distin. 1. si quis cum telo.

b *Deprehensus.*] in opere nociuo.

c *Ludens.*] licet hoc asserat, nõ excusatur, quia noxius ludus est culpa. ff. ad le. Aqui. nã ludus. cũ dabat operã illicitæ rei. 50. dis. clerico. & c. si quis voluntate. nam omne maleficium praue præsumitur actum. C. ad leg. Cor. de sica. l. 1. C. de iniur. si non conuictus.

ADDITIO. Et omne beneficium recte præsumitur actum.

A *Fferte mihi.*] Diuiditur: nam prima pars ponit factũ, ex quo secunda diffinit: ibi, *Respondit.* Et aduerte q̃ hæc dispositio siue decisio non fuit originaliter Papæ, sed Salomonis: & habẽtur hæc verba tertio Regum in c. 3. vnde hic in suprascriptione dr̃ idẽ, & habet respectum ad cap. proxi. & pone casum litteralẽ vt ibi dictũ est. Vel specialius sic: Quidam proposuit coram Romano ponti. an iudex valeat sententiam diffinitiuã proferre ex sola præsumptione vrgentissima? Rñdet Papa q̃ sic, & ad probandũ inducit auctoritatem & exemplũ Salomonis, qui ex sola præsumptione, iudicauit inter illas mulieres meretrices contendentes de filio. & vide latius hanc historiam in Biblia io loco præallegato. Abbas.

CASVS. Cũ duæ mulieres essent simul in quadã domo, & vtraq; haberet filium paruulũ infantem, contigit q̃ alter infans mortuus est: illa cuius filius erat mortuus, accepit filiũ alterius viuũ, & filiũ suum mortuũ latẽter posuit ad latus illius, cuius filius erat viuus: postmodum illæ duæ mulieres cœperunt contendere inter se: illa cuius filius erat viuus, petebat filium suum ab alia: illa rñdebat: filius tuus mortuus est, meus autẽ viuus: illa rñdebat eõ: Accesserunt ad regem Salomonem, & cœperunt cõtendere corã rege: cũ illa cuius filius erat viuus, nõ posset probare q̃ filius suus esset, voluit rex per præsumptionem inuenire cuius filius esset: dixit rex: Afferte mihi gladium: allato gladio ait: Diuidite infantem viuum, & date dimidiã partem vni, & dimidiam alteri. Illa cuius filius erat viuus, dixit regi: domine, date illi infantem viuũ, & non occidatur: econtra altera dicebat: nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur: Tunc ait rex: Date huic: scilicet quæ nolebat illũ infantẽ diuidi, viuũ: hæc est enim mater eius: & ita rex ad hanc præsumptionem rectam tulit sñiam.

d *Ait.*] scilicet, rex Salomon, sed non diffiniendo [1], sed potius tẽtando, causa inquirendi veritatem, cuius filius esset. nã non omnis vox iudicis auctoritatẽ continet rei iudicatæ. C. de sen. & interlo. om. iudi. ex stipulatione. & 3. q. 6. hoc quippe. in prin.

e *Commota.*] interpositio est.

f *Nec mihi.*] Hæc nõ fuit audiẽda, quæ nocere tantum voluit, & nõ prodesse: vnde malitiis eius non est indulgendũ. ff. de rei ven. in fundo. & ĩ. de rescrip. sedes Apostolica. & ĩ. de priuileg. ex parte tua 2. & ĩ. qui ma. accu. pos. significante.

g *Date huic.*] Hęc. n. fuit sentẽtia diffinitiua lata per solam præsumptionem. sic 32. q. 1. dixit dñs. hæc locum habẽt cũ violenta est præsumptio.

Glo. seq. quærit, & soluit, iterum quærit, arg. pro & contra, & soluit.

h *Hæc est enim mater eius.*] id est præsumitur ex dilectione vnius, & odio alterius. arg. 23. q. 4. ea vindicta. circa prin. [2] Sed si vtraque dixisset filium nolle interfici: tunc illi quæ erat in possessione adiudicaretur, nisi alia probatio interuenisset. Sed pone q̃ vtraque moriatur lite pendente, cui succedit iste? Vr̃ q̃ vtriq;. arg. ff. de re. dubi. qui duos. ff. de inoff. testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. arg. ꝯ q̃ neutri succedat. ff. de re. du. l. si fuerit. quoniã ponit impossibile quod est ꝯ naturam, scilicet se habere duas matres, vnde nõ est audiendus. ff. de inter. actio. coo fessionibus. §. 1. ff. quæ sen. sine appe. rescin. l. vltim. Item altera erat in possessione, ergo alteri incumbit probatio. ff. de probatio. ei qui dicit. pro hac parte standum est.

ADDITIO. Si vero de confessione neutrius constaret, dic vt no. ĩ. de testibus. in nostra.

E *X studiis.*] Primo ponuntur verba Salomonis in parabolis. c. 20. Secundo ponũtur verba Hieronymi illa exponentis: ibi, *Quemcunque.* Et pone casum vt in cap. præcedentibus, referendo cõsultationem ad Papam.

CASVS. Puer aliq̃s præsumitur q̃ bonus debeat esse ex actibus suis, q̃n videmus aliquem puerũ bona opera facere, puta libenter audit sapientes, studet virtutibus, audit mandata Dei. per ista signa exteriora præsumitur q̃ bonus futurus sit.

i *Intelligitur.*] id est præsumitur. & est arg. per exteriora præsumi de interioribus. 32. q. 5. qui viderit. & 50. dist. si quis diaconus.

ADDITIO. Versus: *Intima per mores cognoscimus exteriores.*

k *Intellige.*] id est præsume. nam pro certo non possumus scire, q̃ post illa tria quæ Salomon asserit difficilia, scilicet viam colubri super petram, viam aquilæ super cælum, viam nauis super aquas, quartum quasi reputat impossibile, viam viri in adolescentia sua tanquam inuestigari non possit [3]: tamen ex his argumentis bonam colligimus opinionem quousque appareat in contrarium. infra eodem. c. vlti. Bernar.

N *Vllus.*] Abbas antiquus dicit casum ponendum per decre. veritatis. de do. & conti. Abbas Siculus.

CASVS. Reus qui est in aliquo delicto de quo conuenitur, semper fugit, & nunquam vellet venire ad iudicium, & hoc ipso præsumitur ꝯ ipsum: & ille qui est innocens, libenter quærit vt absoluatur, nec aufugit. & ex hoc præsumitur q̃ sit innocens.

l *Subterfugit.*] Qui enim iudicium refugit, apparet eum de iustitia diffidum. 11. q. 1. Christianus. & 3. q. 9. decreuimus. & 74. dist. honoratus. Bernar.

n *Constaret.*

Cap. 16. Et c. 1. eod. tit. in 1. compilatione. Et de materia vide Alexan. & Iasonem in l. 2. §. hæc per bal. ff. quod cuiusq; vni uers. & plene per Felinum intractatus, qb co natus punniatur.

Scilicet Salomõ in iudicio duarum mulierum lib. 3. Reg. c. 3. & c. 2. eo. tit. in 1. compilatione. Et de materia vide Marsila. singul. 118. incipit. nota q̃ præsumptio.

[1] Quia talis res non recipiebat diffinitionẽ. C. eõ. vers. ind. posses sionum. secũdũ Vin. in. And. in nouel.

[2] Illa

Cap. 10. & c. 4. eo. tit. in 1. compilatione. Hic spectat illa quæ §. dictum. ff. de tut. & cur. dat ab his. & §. cursus in glo. de fictiuus. institus. de re. dicti.

Cap. 5. eo tit. in 1. compilat. Burchard. lib. 1. decr. cap. 161. & Iuo par. 3. c. 171. vide Baldum in cap. præsentia. supra. de probatio.

Et C. de inoff. test. mater. ff. qd me. cau. isti quidem vt. de & pietas paterna & filius capit consilium. ff. de adul. nec in ea le ge. ad fi. quia nullus est affectus qui vincat paternum. C. de cur. fur. l. vlt. post prin. io. A.

[3] Gl. est similis & fere de verbo ad verbum. insti. de testa. & in. §. latius que. in ver. aucti.

soluatur, qui est innocens quærit. confitetur[a] enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat.

¶ Gregorius in Homilia †.

¶ *Qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum affirmare præsumitur.*

CAP. V.

NOnne † bene dicimus[b], quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo. ¶ Duo[c] quippe ei illata[d] fuerunt: vnum negauit[e], alterum[f] tacendo[g] concessit.

¶ Idem † Maximo episcopo.

¶ *Ex præteritis præsumitur circa futura.*

CAP. VI.

MAndata † cælestia[h] efficacius gerimus, si nostra cũ fratribus onera partiamur[i]. Proinde super cunctas ecclesias Siciliæ te vices sedis Apostolicæ[k] ministrare decernimus. Quas non loco tribuimus, sed personæ[l]. Quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti conuersatione tua præsumamus.

¶ Idem †.

¶ *Ex vicinitate præsumitur notitia facti loci vicini.*

CAP. VII.

QVosdam †: & infra. ¶ Africa vero qualiter mortalitate, & languoribus vastetur, quanto viciniores[m] estis, credo[n] quòd subtilius cognouistis.

¶ Idem † Victori episcopo.

¶ *Præsumitur factum notum in vicino loco, quod est notum in remoto.*

CAP. VIII.

QVanto: & infra. Latere te in vicino non potuit[o], quod ad nos in longinquo peruenit.

¶ Hieronymus super Osee †.

¶ *Ex præteritis præsumitur circa futura.*

CAP. IX.

SCribam eis[p] multiplices leges meas. Ex prius datis, &

a ¶ *Confitetur.*] Interpretatiue. 11. q. 3. rursus. Tripliciter dicitur quis confiteri: Ore, 15. q. 6. c. 1. & 2. Rei euidentia, 58. di. priusquã. Contumacia, vt hic & 3. q. 9. decreuimus.

NOnne bene dicimus.] Qui tacet, consentire præsumitur. ita summat Io. sed hæc summatio est nimis generalis, & contra regulã, is qui tacet. de reg. iu. lib. 6. Primo ponuntur verba Euangelij. Secundo verba Gregorij exponentis seu inferentis ad decisionem quæstionis. Secunda ibi, *Duo quippe.* Abbas.

CASVS. Dum Iudæi disputabant cum Iesu, siue contendebant, dixerunt Iesu, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? Respõdit Iesus: Ego dæmoniũ non habeo. Dicit Grego. duo sibi illata fuerunt: per hoc q vnum negauit, de alio intelligitur confiteri tacendo. No. q q de vno negat, de alio tacendo cõfitet.

b ¶ *Nonne bene dicimus.*] verba sunt Iudæorum.

c ¶ *Duo quippe.*] verba sunt Gregorij.

d ¶ *Illata.*] id est ignominiose dicta sunt, vel iniuriose.

e ¶ *Vnum negauit.*] scilicet dæmonium habes.

f ¶ *Alterum.*] scilicet Samaritanus es, tacendo concessit.

¶ *Glo. seq. not. tacentem consentire. ponit quosdam casus exceptos. signat contrarium. dat duas solutiones. secundo arg. 4. iura allegat. ad casum conuersum alleg. duo.*

g ¶ *Tacendo.*] Not. q qui tacet, consentire videtur. 54. dist. si seruus. & 27. dist. diaconus. & 28. dist. diaconi. ff. de con. & demon. cum ita legatum. ver. quæ enim Titio. Fallit hæc regula in casibus. ff. de ser. vrb. præd. inuitum. ff. de fur. qui vas. §. vetare. & ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. sicut. §. nõ videtur. ff. de procu. filius familias. §. inuitus. alium casum habes 65. dist. c. vlti. 74. dist. c. 1. arg. cõtra. ff. de regu. iur. qui tacet. Dicas q qui tacet, non consentit vbi agitur de dominio rerum amittendo, nisi affinitas aliud inducat. ff. de donat. inter vi. & vxo. si seruus cõis. Vincen. Vel melius dicas q vbi per prohibitionem meam possum prohibere quod fit, & taceo: tũc taciturnitas pro consensu habetur. 54. distin. si seruus. Si vero per prohibitionem meam non possum prohibere quod fit: tunc nõ obest mihi taciturnitas, puta me inuito potes vendere rem meam. ff. de contrahen. empt. rem alienam. sic etiam videtur distinguere lex, sæpe. ff. de re iud. & 11. q. 3. quando. & j. de re iud. c. pen. tamen fallit hoc in casibus prædictis. Item arg. quod de vno negatur, de alio conceditur. 25. dist. qualis. 15. q. 3. ex eo. & ff. de iud. cum prætor. & 23. q. 2. lator. ff. de pact. dotalibus. ob res. §. 2. & ecõuerso. & qd de vno affirmatur, de alio negatur. ff. de condi. & demo. cum ita legatũ. & ff. de legi. & senatuscon. cum lex. & C. de procu. l. maritus. vbi de hoc. Bernar.

MAndata.] Quatuor facit. Primo præmittit exordium. Secundo subdit narrationem: ibi, *Proinde.* quam tertio determinat: ibi, *Quas non.* Quarto rationem subiungit: ibi, *Quia.* & in hoc vltimo facit iste textus ad tit. Et ideo vt reducas decreta. ad tit. potes ponere casum in terminis referendo consultationem ad Gregorium auctorem huius compilationis. Nã quærebatur an ex præteritis sit præsumendum circa futura, & Gregorius pro solutione inducit auctoritatem Gregorij, qui scribens Maximo episcopo dixit, vt habetur in tex. Abb. Siculus.

CASVS. Dominus Papa commisit officium legationis super omnes ecclesias Siciliæ Maximo episcopo, non loco, sed personæ illius episcopi, confidens de eo, ex eo q ex transacta vita illius didicit quid de subsequenti conuersatione ipsius præsumere possit, præmittens q dum onera sua cum fratribus partitur, mandata cælestia agere comprobatur. Nota ex præteritis præsumi de futuris.

h ¶ *Mandata cælestia.*] scilicet alter alteri onera portate. 50. dist. põderet. & j. de offi. archipresby. c. vlt.

ADDITIO. Sed ego non credo glos. verũ dicere, quia illud non refertur ad iniungentem onus, sed ad eum qui debet onus alterius subire. Papa autem hic loquitur de se: quare arbitror q Papa loquitur hic de mandatis cælestibus sibi tamquã vicario factis circa pascendũ populum Dei, quæ efficacius adimplet assumendo multos ad ministerium iuxta illud euangelicũ: Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate dñm messis vt mittat operarios in messem suam. 21. dist. §. 1. Abbas.

¶ *Glo. seq. arguit ad breuiar. allegat 5. iura. & vnum allegat in contrarium, & soluit.*

i ¶ *Partiamur.*] Not. arg. de officijs partiendis. 93. dist. diaconi. circa medium: ibi, sufficit huic ordini, & c. C. de asses. nemo. 16. q. 1. presbyteros. ff. de pac. si plures. 89. dist. singula. arg. contra. ff. de adoptio. si consul. Solu. prima regula generalis est: cõtraria tamen qñq; inuenitur, aut causa necessitatis vel vtilitatis concessa. 21. q. 1. relatio. 30. q. 1. ad limina. ff. de contrahen. emp. fistulas. §. fundum. & ff. de stipu. seruo. l. 1. §. cõmunis seruus.

k ¶ *Vices sedis Apostolicæ.*] Et tamen non poteris extendere manum ad ea quæ in signum vniuersalis dominij sunt Romano pontifici reseruata. j. de transla. c. 1. & j. de offi. leg. q translationem.

l ¶ *Sed personæ.*] Et ideo cum persona finitur. 7. q. 1. petisti. ff. de con. prin. l. 1. in fi. Si vero loco concedatur priuilegium, perpetuũ est. 16. q. 1. hinc etiã. & 55. q. 2. c. 1. & 2. ff. de iur. immun. l. 4. & j. de insti. cum venissent.

QVosdam.] CASVS. Casum sic ponit Abbas, q forte isti quibus scribitur, petebãt præbendas ibi, & erant ibi vicini, quos Papa noluit exaudire, cum terra ipsa satis oppressa esset à barbaris, quod ipsi vicini melius scire debebant ratione vicinitatis.

¶ *Duæ glossæ sequentes duo colligunt argumenta.*

m ¶ *Viciniores.*] Arg. q ex vicinitate præsumit pro aliquo, vel contra aliquem: & ideo scire præsumitur: vnde facile non creditur an contrarium. 16. dist. quod dicitis. & j. qui ma. accu. pos. cum in tua. & j. c. proxi.

n ¶ *Credo.*] id est præsumo. Et est arg. q vbi quis interrogatur an credit vel non, non est dandum tempus etiam ad liberandum: quia ex præsumptione informat suam credulitatem. Ber.

QVanto.] Pone casum litteralem fm Ioan. forte enim Papa reprehendit epm de negligentia circa correctionẽ delicti subditi sui, cuius clamor ad ipsũ Papã peruenerat: & q2 eps allegabat in hoc ignorãtiã, Papa sibi scripsit vt hic habetur. Abb. Sic.

¶ *Glo. seq. ponit dictum, cui alle. contrarium, soluit distinguendo.*

o ¶ *Non potuit.*] i. præsumitur non potuisse, immo contra præsumptionem iuris bene admittitur probatio in contrarium. ff. quod me. cau. non est verisimile. & 85. dist. proposuisti. & j. qui ma. accus. pos. cũ in tua. ff. de proba. qui testamentũ. Arg. contra 11. q. 1. si qui clericorũ. Circa huiusmodi præsumptionem dicendum est, q temeraria repellatur. 6. q. 1. oues. probabilis præsumptio inducit qñq; expurgationẽ. j. de pur. ca. per totum. violenta præsumptio qñq; sufficit ad condẽnationem. j. eo. afferte. & 35. q. 1. dixit dominus.

ADDITIO. Vnde versus. *Tu suspensus eris, si causa probabilis extet; Si violenta, rues, non te temeraria tanget.*

SCribam.] Breue est. Pone casum litteralem, vt dictũ est in præcedentibus cap. Abbas.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas, & iuxta secundam arg.*

p ¶ *Scribam eis.*] Ironice, quasi dicat, non scribam: vel potest legi plane. Et est argu. inducias esse concedendas malitiose petenti ad conuin-

conuincendam malitiam. de pœn. distin. 1. prædixerat. ff. de verbo. oblig. si insulam. & l. insulam. ʒ. de dolo & contu. cap. prout. & c. cum olim. & cap. veritatis.

¶ *Glo. seq. ponit triplicem præsumptionem ex præsenti, & triplicem ex præterito.*

neglectis [a] apparet quòd has negligent.

¶ Alexan. tertius decano Cassinensi †

¶ *Efficacior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud, quod non est verisimile.*

CAP. X.

QVia † verisimile non est, quòd H. presbyter † personatum ecclesiæ R. capellano concesserit [b], & ab eo eiusdem ecclesiæ acceperit vicariam: Prouideas ne super hoc probationem † recipias, nisi communis loci fama [c] id habeat, vel tales personæ appareant, de quibus verisimile nõ sit, quod debeant dejerare. Quoniam sæpe contingit, quod testes corrupti facile inducantur ad falsum testimonium proferendum.

¶ Idem Genuensi † archiepiscopo.

¶ *Per cohabitationem diutinam & famam de matrimonio, & contractibus matrimoniblibus, ac alia adminicula probatur matrimoniũ. Panormitanus.*

CAP. XI.

ILlud † quoque nobis innotuit, quòd cum quædam libera mulier per decem annos & vltra cuidam seruo scienter [d] cohabitauerit, & ab eo

a ¶ *Ex prius datis & neglectis.*] Quandoque ex præsenti præsumitur circa præsens. 6. q. 1. qui crimen. quandoque ex præsenti præsumitur circa præteritum. 34. q. 2. cum per bellicam. quandoque ex præsenti circa futurum. 50. dist. si quis diaconus. versi. cum vero, & c. quandoque ex præterito circa præteritum. 28. dist. quia sunt culpæ. quandoque ex præterito circa præsens, quotiens de fama quæritur alicuius. 77. dist. quicunque. & c. monachus nouitius. quandoque ex præterito circa futurum: vt hic, & 23. q. 5. si apud. & ʒ. eod. mandata. ADOLTIO. Vnde versus.

Rumor de veteri faciet ventura timeri,

Cras poterunt fieri turpia sicut heri.

QVia verisimile.] Diuiditur. Nam primo ponit causã finalem. Secundo punitionem. Tertio punitionis causam impulsiuã. Secunda: ibi, *Prouideas.* Tertia: ibi, *Quoniam.* Abbas.

CASVS. R. capellanus dicebat quòd H. concesserat ei personatum ecclesiæ suæ, & ab eo vicariam ipsius ecclesiæ idem H. receperat, & hoc dicebat se probaturum. & ita R. molestabat eundem H. Significatum fuit hoc dño Papæ. super hoc scribit Papa decano Cassinensi. dicens quòd non est verisimile, quòd H. personatum ecclesiæ cesserit dicto R. & vicariam ipsius ecclesiæ receperit ab eodem. Vnde mandat decano, ne super hoc probationem recipiat, nisi cõis fama loci hoc habeat, vel nisi tales personæ appareant, de quibus non sit verisimile quòd debeant dejerare: quia sæpe contingit quòd testes corrupti inducantur ad falsum testimonium proferendum. Nota quòd contra verisimilem præsumptionem inducuntur testes.

b ¶ *Concesserit.*] Quoniam de nemine præsumendum est quòd bona sua iactet. ʒ. de renun. super eo. & ʒ. de restit. spol. solicite. & ff. de proba. cum de indebito.

c ¶ *Communis fama.*] Quæ coadiuuat ad fidem faciendam. 4. q. 3. c. si testes. §. item sæpe. & ff. de testib. testium. §. eiusdem quoque. & C. ne de stat. defunct. si mater. & j. c. proxi. Bernar.

ILlud.] Per noiationem, cohabitationem & famam, probatur coniugium, maxime si appareant instrumenta dotalia. ita summat Io. And. quæ summatio iudicio Panormitani oĩno non colligitur ex isto tex. tum quia in isto textu nulla fit mentio de cohabitatione nec noiatione vltra instrumẽta dotalia, tum quia per dictionẽ, maxime, sentit Io. And. quòd absque instrumẽto dotali suffiet hic per alia posita in textu probatũ matrimoniũ. Cõia diuisio. Secunda: ibi, *Verum.* Abbas.

CASVS. Quædam libera mulier per x. annos & vltra scienter cohabitauit cuidam seruo tamquam legitimo viro, & ab eo fuit carnaliter cognita: postmodũ dicebat illum suũ non esse maritũ: sed vir dicebat suam esse vxorẽ, ostendens publicũ instrumẽtũ, in quo se coniuges noiabant, per quod etiam sibi donationem propter nuptias faciebat eidem. mulier asserebat instrumẽtum illud factum esse in fraudẽ, vt dñs seruo suo fraudaretur. Insuper produxit testes, quòd ille rogatus erat pluries ab amicis mulieris quòd eam despõsaret: sed ipse dicebat quòd eam non desponsaret. Vir prædictum instrumentum producebat, & quosdam testes qui viderant eam annulos deferentẽ. Ad hoc respondebat mulier, quòd hoc faciebat secundum consuetudinẽ illarũ quæ panes vendunt: Iudex super hoc consuluit Papam, & ipse respondet, quòd in huiusmodi du-

bietate fama viciniæ debet attendi, & si fama loci habet, quòd vir ipsam in lecto & in mensa sicut vxorẽ tenuerit: cogẽda est mulier vt eidem viro affectu adhæreat coniugali: præcipue si prædictum instrumentum à tali sit factum, qui officiũ suũ fideliter adimpleuit. Nota, quòd circa matrimonium recurrendũ est ad famam loci, & sic per exteriora probatur matrimonium, saltem præsumptiũ, quod non est probatio admittenda. Itẽ præsumitur pro instrumento facto ratione officij.

fuerit carnaliter cognita, nunc ipsum asserit suum nõ esse maritum. Verum vir eam vendicans [e] in vxorem, ostendit publicum instrumentum, in quo sese coniuges nominãt [f], & per quod ipsum ei donationem [g] propter nuptias fecisse apparet. Mulier vero instrumentum illud asserẽs vitiosum, vt seruo dominus fraudaretur [h], plures testes produxit, quod ille ab amicis eius sæpe rogatus, vt eã desponsaret, nec desponsasse, nec desponsaturum [i] se ipsam firmiter asserebat. vir autẽ non nisi prædicto instrumento, & quibusdã testibus qui viderant eam annulos [k] deferentem, ipsam probauit vxorem: sed mulier de more illarũ quæ panes vendunt, se annulos detulisse dicebat. ¶ Verũ quia in huiusmodi dubietate, fama viciniæ magis debet attendi †, si fama loci [l] habet, quòd vir ipsam in lecto † & in mẽsa sicut vxorẽ [m] tenuerit (cum matrimonium [n] sit maris & fœminæ cõiunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens) cogenda est mulier, vt eidẽ viro affectu seruiat coniugali: præsertim [o] si præscriptum instrumentum ab eo conditum fuerit, qui officiũ [p] suum fideliter adimpleuit.

d ¶ *Scienter.*] Ex quo scienter cohabitauit, ei non põt opponere notã seruitutis. j. de coniug. seruo. proposuit. sed si hoc ignorasset, tunc sufficit bene: vt in eadem decr. & 29. q. 2. per totũ.

e ¶ *Vendicans.*] id est eã petens in suã vxorẽ.

f ¶ *Nominant.*] Ista nominatio præsumptionẽ inducit. 32. q. 4. dicat aliquis. ff. de proba. l. vlt. non tñ sufficientem probationem inducit. C. de probatio. nam epistolis, & C. de libera. cau. l. penult. præter quam in casu. C. de lati. liberta. tollen. l. vnica. §. simili quoque.

g ¶ *Donationem.*] Dos enim constitui non potest nisi liberis personis. C. de lati. libert. tollen. l. vnica. §. sed & si quis hominũ. sic eadem ratione donatio non potest constitui nisi in liberam mulierem, & à libero viro. vnde præsumptionem inducebat tale instrumentum. ff. de iur. dot. si mulier. § cius nomine. sed non plene hoc probat: quia non fuit factum instrumentum super matrimonio. C. de nupt. neque sine nuptiis: & ita non probat hoc esse quod ab hoc cõtingit abesse. ʒ. de transla. inter corporalia. & C. vnde cognati. non hoc.

¶ *Glo. seq. quatuor casus quibus dominus fraudatur, ponit, &c.*

h ¶ *Fraudaretur.*] Not. casus in quibus dñs fraudatur à seruo. j. de coniugio seruo. licet. & j. de natis ex libero vẽtre. c. vnico. Itẽ alius casus est, C. de lati. lib. tol. l. vnica. §. sed etsi quis homini. Tertius est in Authen. de nup. §. si vero ab initio. colla. 4. alius casus est in Auth. cõstitutio. quæ dignitas liberat filium à pa. pote. in prin. coll. 6.

i ¶ *Desponsaturum.*] hæc assertio præsumptionem tantum faciebat: quia potuit postea mutare voluntatem.

k ¶ *Annulos.*] Not. quòd si annulus datur etiam mulieri in ecclesia vel in domo præsumptio est pro matrimonio. 30. q. 5. fœminæ. si corã parentibus, præsumontur sponsalia. 30. q. 5. nostrates. hoc faciebat ad præsumptionem.

l ¶ *Fama loci.*] Not. quòd in talibus fama plurimum consideratur. arg. 2. q. 5. presbyter si à plebe. ff. de te. l. 3. §. eiusdẽ. & 4. q. 3. c. si testes. §. item in criminali. ver. itẽ sæpe. & 35. q. 6. si duo. C. ne de sta. def. si mater. & j. de eo qui co. consan. vxo. super eo. Item est hic arg. quòd fama sufficit ad probationem, si aliæ præsumptiones coadiuuẽt, ita quòd cum fama faciunt probationẽ: & ita quæ non prosunt singula, multa iuuant. j. c. proxi. & c. 3. & ʒ. de testib. præterea.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

m ¶ *Vxorem.*] Sed quare requiritur alia probatio, cum cohabitatio sufficiat ad matrimonium. ff. de ritu nup. in liberæ? Rñdeo, illa est præsumptio legis, sed canon non præsumit esse matrimonium nisi probetur propter periculum animæ. 30. q. 5. c. 1.

n ¶ *Matrimonium.*] Hæc diffinitio ponitur 27. q. 2. §. 2. & Instit. de pa. potesta. in prin.

o ¶ *Præsertim.*] id est, maxime: quia idem esset sine vllo instrumento, si sola fama cum aliis probatur.

p ¶ *Officium suum fideliter.*] Quod semp præsumitur. j. de præsum. ad audientiam. nisi contra præsumatur, vel probetur. nam tunc de crimine falsi vtrique incumbit probatio. C. de falsis. vbi. Bernar.

Litteris.]

causis, non debet amplius iurare super illa, nisi emerserit aliquid de nouo.

a ¶ *Quæstionis.*] Tunc enim debet iurare super articulo illo nouæ quæstionis: quia primum iuramentũ non extenditur ad illum articulum nouæ quæstionis; quia cum præstitit illud in synodo vel coram episcopo, nõ cogitabatur de illo, & quòd iterũ iurare debeat probatur. ĩ. tit. prox. fraternitatis. vbi nouus articulus probatur tam per antiquos testes quàm per nouos prius præstito ab omnibus iuramento: vt ĩ. ti. prox. c. de testibus. & C. de tẽpo. appel. per hanc.

¶ In pluribus vetustis codicibus ita: Huiusmodi vero testes publici, iure possunt, &c. & in paucis habetur vt in contextu.

b ¶ *A perhibendo.*] Nota ergo, quòd testes huiusmodi synodales propter infamiam superuenientem remouentur à testimonio perhibẽdo, non autem à perhibito: quia infamia vel delictum superueniens non vitiat quod legitime factũ est. j. de eo qui cog. consang. vxo. suæ. discretionem. & c. tuæ. & c. iordane. arg. C. de test. l. 1. & 3. q. 7. c. infamis. §. verum. ff. de offi. præto. Barbarius. sic rescriptum Papæ nõ cassat ea quæ legitime facta sunt. ĩ. de restit. spo. audita.

¶ Cap. j. tit. de accusatio. in j. oppositione. Adde hic Gaudeam Papæ.

c ¶ *Remoueri.*] Habes hic quòd infamis repellitur à denunciatione: vt j. de spon. cũ in tua. & j. de accus. cum dilectus filius. & c. sicut olim. & ff. de popular. act. popularis actio. Hugo cõtra. Bernardus.

¶ Satis est quòd testis adhibitus testamento communi opinione eo tempore habebatur pro libero. Io. And.

d ¶ *In communi.*] id est, in synodo vel auditorio communi. 35. q. 6. episcopus in synodo.

ci delegato: nisi forte articulus nouæ quæstionis a emergat. ¶ Huiusmodi † vero testes publico iure possunt propter infamiam à perhibendo b testimonio remoueri c, si eã postquam in communi d recepti fuerint, contigerit contraxisse. Quorũ testimonia si quandoque non studiose, sed in proferendo errauerint, & se incontinenti e correxerint, reprobari non debent: secus autem erit si correctioni suæ interposuerint interuallum.

¶ Inno. iij. Priori sancti Fridiani, & magistro P. canonico Pisano.

¶ *Cum de fama, vel vitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes. hoc dicit secundum Ioan. And. sed secundum Panor. nimis restringit textum.*

CAP. VIII.

SVper † his f: & infra. ¶ Cæterum volumus & mãdamus, vt super inquisitionis articulis g, tam de fama electi, quàm litteris contra eum sub nomine longe maioris & sanioris partis capituli destinatis, cogatis h testes qui nominati fuerint, perhibere testimonium veritati.

¶ Idem archidiacono Mediolanensi.

¶ *Testes, qui se subtrahunt, etiam in criminali cogendi sunt.*

¶ *Glossa sequens reci. per q. & solu. In fine signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Incontinenti.*] id est, in eadem instantia 3 iudicij, antequam loquatur partibus vel antequam recedat à præsentia iudicis: quia postea subornatus præsumitur, sed hoc posset intelligi habito respectu ad qualitatẽ personæ: vt sic possit corrigere vel addere etiam ex interuallo 3. Qualiter intelligatur, incontinenti, probatur ff. de verb. oblig. continuus actus. ff. de adulte. quod ait lex. §. vlt. in fi. C. de erro. aduo. l. vlti. & 32. q. 1. apud misericordem. & melius ĩ. de elect. quia propter. ibi inuenies multas expositiones huius verbi, incontinenti, siue mox. Argu. contra. 35. q. 9. quod quis commisit. sed illa contraria non tangunt hoc.

3 Quidam dicũt quòd testis põt reuocare errorẽ vsque ad sentẽtiam, sicut & pars in principalis. C. de in. & fa. igno. l. maior. quod non placet Go. Io. And.

SVper his.] CASVS. Quidã electus fuit in epm Lucan. quidam canonici se opposuerũt dicentes, quòd erat malæ famæ, & quòd matrimonium ɔ̃xerat cũ vidua. & litteras contra ipsum nomine capituli ad dominũ Papam miserunt: super his articulis commisit Papa inquisitionem: dubitabatur an testes ad hęc probanda debeant compelli? Respondet Papa, quòd testes qui ad hæc probanda nominati fuerint, compellantur.

f ¶ *Super his.*] Hęc decr. est pars illius quã habes j. de accu. sup his. in fi. illius decisa est. Et de hac materia loquiẽ ĩ. ti. pxi. tam litteris.

3 Vnde dicit Host. quòd licet multa sint scripta, ipse putat hoc arbitrarium, vt consideratã qualitate personæ, quantitate interualli, collecto partiũ, & te statis circũstantijs, iudex correctionẽ admittat vel non & fatetur quòd dixi in sex. Io. And.

¶ *Glossa sequens ponit casum.*

g ¶ *Articulis.*] Ex hoc loco potes sumere casum tam illius decr. tam litteris. ĩ. titu. proxim. quàm illius, super his. j. de accusa. Quidam electus fuit in episcopum Lucan. quidam se opponebant electioni illius dicentes, quòd erat malæ famæ, & quòd matrimoniũ contraxerat cum vidua. Item isti qui opponebant se litteras contra electum nomine capituli domino Papæ miserũt, quas tam electus quàm capitulum falsas dicebant, & capitulum nesciuisse de litteris illis: & de istis articulis mandat Papa inquiri, & ad hæc probanda testes sunt compellendi.

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & remittit.*

h ¶ *Cogatis.*] Hic compelluntur testes in criminibus, & etiam in irregularitate. j. eo. c. proxi. & sic est contra. ĩ. eo. peruenit. & j. eo. dilectorum. vbi soluitur.

CVm contra.] Super crimine falsi cogendi sunt testes. sic summat Ioan. And. Sed certe non elicitur hoc simpliciter ex textu, quia mandat sub conditione si se gratia, odio, &c. & sic non ponit speciale in crimine falsi: quia sic loquitur in alijs causis criminalib. supra eodem. super eo. Communis diuisio. secunda ibi, *Nos igitur*. Abbas Siculus.

CASVS. Magister Radulphus impetrauit literas à sede Apostolica dum ipse tam per se, quàm per procuratorẽ illis litteris vteretur, obiectum fuit ei quòd essent falsæ, quod cum ipso negaret, pars aduersa voluit hoc probare, petens vt testes quos ad hoc probandum nominaret, compellerentur: quæsiuit archiepiscopus cui litteras direxerat supradictas, vtrũ testes super articulo falsitatis huius essent compellendi? Respõdet Papa, quòd si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, compellat eos veritati testimoniũ perhibere. Nota testes in criminibus compellendos.

4 Nos igitur aliter, &c.

CAP. IX.

CVm contra magistrum R. super eo quod dicitur à sede Apostolica falsas litteras reportasse: ac eis per se, vel per procuratorem vsum fuisse, tibi direximus scripta nostra: postulasti per sedis Apostolicæ oraculum edoceri, vtrum super præfato vitio falsitatis, testes compellere i debeas nominatos. ¶ Nos † igitur respõdemus, quòd testes prædicti, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam debes appellatione remota compellere veritati testimonium perhibere †.

† Adde quòd de iure ciuili multi non coguntur. ff. in quibus ca. non obstan.

¶ Hono. iij. abbati sancti Eugenij, & magistro G. cano. Senensi.

¶ *Non summatur propter varietatem lecturarum, nec etiam diuiditur.*

¶ *Glossa seq. ponit dubitationis causam. signat cõtrarium & remittit.*

i ¶ *Compellere.*] Dubitationis causa fuit: quia videbatur quòd in criminibus non sunt compellendi testes. in Authent. de testib. §. quoniam. collat. 7. ar. C. eo. si quando. in princip. ex eo quod dicit ibi, in pecuniarijs causis testes cogendos, videtur quòd non in criminibus: sed contra hoc mandat Papa, scilicet quòd compellantur. & supra cap. proxim. & in seq. c. dicit, quòd in criminalibus non compellantur, sed ibi habetur cõtrariorum solutio 4, & quando compellantur, & quando non.

† Qualiter cogantur testes testificari, vide per Specul. tit. de teste. §. sequitur.

CAP. X.

DIlectorũ filiorum Vulterani capituli ex parte vna, & episcopi Vulterani ex altera, procuratoribus in nostra præsentia constitutis: & infra. ¶ Testes † qui fuerint nominati, præterquam super criminibus k (si se gratia, odio,

4 Et ibi dicam quòd hic not. Inn. & Host. de probanda exceptione criminali contra testem. Io. And.

DIlectorum.] CASVS. Inter capitulum Vulteran. ex parte vna, & episcopum eorundem ex altera, super diuersis articulis per conuentionis & reconuentionis modum quæstio vertebatur: procuratoribus vtriusque partis in præsentia Papę constitutis lite contest. Mandat Papa quibusdam, quatenus testes qui fuerint nominati, si se odio, gratia, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam compellant veritati testimonium perhibere. Nota testes super criminibus non compellendos.

¶ *Glo. seq. habet duas partes. Prima dicit, testes in ciuilibus cogendos, excipit mediatores & certos priuilegiatos. Secunda ibi, In criminibus, tractat principaliter de ipsorum compulsione in criminibus. & facit septem. Primo alleg. pro & contra. Secundo ibi, Super hoc, ponit opi. quæ habet illos cogi cũ de crimine ciuiliter agitur. Tertio ibi, Sed hæc, illam impugnat. Quarto ibi, Ideoque, ponit opi. suam, quæ habet illos non cogi etiam cum de crimine ciuiliter agitur. Quinto ibi, Qualiter, respõdet ad contraria, opi. suam reassumens. Sexto ibi, Aliq. reassumit & condemnat opi. contrariam dicens illam aquam. Septimo ibi, Inno. ponit opi. Innocentij.*

K ¶ *Super criminibus.*] Circa cõpulsionem testium nota, quòd in causa ciuili vbi aliter veritas haberi non potest, indistincte sunt compellendi tam clerici 5 quàm laici, ne veritas occultetur. 14. q. 2. quanquam. & quia mortaliter peccant qui veritatem occultant. 11. q. 3. quisquis. vnde monitione præmissa indistincte compelli debent testes. ĩ. eod. super eo. & eo ipso quòd monitus non vult testificari, præsumitur quod etiam malitiose hoc faciat, vt sæpius dictum est ĩ. eo. cautam. Quandoque tamen in pecuniarijs causis non cõpelluntur, vt in mediatoribus qui nõ cõpelluntur ferre testimoniũ in con-

5 De hoc 2. q. 6. Ratiõdum. in fi. Io. And.

vel timore subtraxerint) per censuram ecclesiasticam cogatis, veritati testimonium perhibere.

¶ Idem episcopo Bonon. & magistro B.

¶ *Ad detegendam veritatem coniurationis, cogantur socij etiam iurati.*

CAP. XI.

Venerabilis frater noster archiepiscopus Rauennaten. proposuit, quod ciues Ceruicen. † cum M. & I. quondam clericis ecclesiæ Rauennaten. quandam præsumpserunt coniurationem [a] facere contra eum: nihilominus in detrimentū eius dantes eis quandam pecuniæ quantitatem, & ad hæc celanda se adstringentes vinculo iuramenti: vnde humiliter supplicauit, vt cum causam super his & quibusdam articulis vobis duxerimus committendam, & ipse intentionem suam probare nō possit nisi testimonio ciuium prædictorum †, prouidere ei † (ne pro defectu testium pereat sua iustitia) dignaremur. ¶ Ideoq; mādamus, quatenus monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis illos quos videritis compellendos, vt ab huiusmodi iuramento [b] absoluant, quos idem archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos: eos [c] nihilominus (si se gratia, vel odio, vel timore subtraxerint) districtione simili compellentes ad perhibendum testimonium veritati.

contractibus, in quibus mediatores fuerunt, nisi de consenso partium. in Auth. co. §. quoniam. coll. 7. Itē in alijs casibus, qui quasi priuilegiati sunt [1]. 4. q. 3. c. si testes. §. item in criminali. ver. item iouitis. & tribus cap. seq. In criminibus vero patet hic q compellendi non sunt. & ar. ad hoc. C. eo. si quando. in prin. & s. eod. peruenit. In contrarium videtur quòd bene sunt compellendi. s. eod. super his. & c. cum contra. in quibus expresse compellitur. & ar. s. ti. proxi. cum causam. ver. testes autē, &c. sed ibi. ver. ille soluitur, & ad principales testes illud restringitur. & 4. q. 3. §. itē in criminali. ver. item lege Iulia publicorum iudiciorum. ex eo enim quòd certæ personæ ibi non compelluntur: datur intelligi quòd aliæ compellantur: quia quod de vno negatur, de alio, &c. 25. dist. qualis. ff. eo. lege Iulia. illæ enim personæ priuilegiatæ sunt propter connexitatem. vnde aliæ omnes compelluntur. Super hoc dicunt quidam, quòd si agatur directe in modum accusationis, non sunt testes compellendi: Si vero ciuiliter agitur de crimine in modum exceptionis, vel denunciationis, aut etiam inquisitionis, tunc compelluntur: vt s. eod. tit. super his. & j. de simo. licet Hely. Sed huic distinctioni contradicit expresse hæc decr. quia non poterat agi criminaliter in hac decre. sed ciuiliter tantum, duabus rōnibus. Primo, quia hic agebatur causa conuentionis & recōuentionis inter epūm & capitulum, vt patet in antiqua: & quia per pcuratorē, vt littera ista dicit, procuratoribus cōstitutis. sed pcurator nō interuenit in causa criminali. j. de accusat. veniens. & ff. de publi. iudi. l. pen. §. fi. [2] & 5. q. 3. in criminalibus. & in crimine non fit mutua accusatio vel denunciatio: quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui. & 3. q. 11. neganda. & sic necesse est vt dicamus, q hic obiiciebantur crimina testibus [3], vt à testimonio repellerentur. & ideo dicit, cogatis testes, scilicet qui nominati fuerint præterquam super criminibus. Ideoque dicendum est, quòd super criminibus testes compellendi non sunt, siue directe agatur de crimine, siue ciuiliter, vt hic patet, & s. eo. peruenit. & hæc est ratio: q in infamiam alterius nemo debet facile prosilire: quia tales detractores dicuntur. 6. q. 1. ex merito. & c. tribus seq. ergo multo fortius nec compelli. Qualiter respondebis capitulis s. pximis? Ad illud, super his. dicas q ibi compelluntur testes ad probandum infamiā siue irregularitatem contra electum, ne indigna persona ad apicem dignitatis promoueatur per surreptionē, quia vilis persona ad tantam dignitatem surreptione promoueri non debet: & iudex ex officio suo hoc facere debet propter publicam vtilitatē: quia ille omnibus de sua plebe præficitur, & sic est quasi speciale in causa inquisitionis. & j. de sim. licet Hely. & inquisitio nō fit nisi vbi infamia præcessit: unde ibi non compelluntur testes in infamiam alicuius, sed ex tali cōpulsione si probentur crimina, oritur infamia. s. tit. proxi. testimonium. & quia ibi agebatur de falso per inquisitionem: ideo compelluntur testes ne talis falsitas remaneat impunita ex defectu testium: in quo casu intelligitur proxi. c. cum contra. quia dico illud speciale in crimine falsi [4], & præcipue in litteris Papæ, in quibus multa specialia sunt. j. de crim. fal. ad falsariorum. & idē in casu seq. cap. Dico ergo q vbicumq; agitur actione odiosa vel exceptione, per quam ad infamiā alicuius procedatur, non sunt compellendi testes (vt dictum est) nisi in casibus prædictis. secundum leges compelluntur, nisi in casibus vbi specialiter non debent compelli, vt dictum est. & hoc dicunt Tan. & Vin. Alij contrarium dicunt prout dictum est. Sed supradictis omnibus rationibus potest de facili responderi secundum illos qui dicunt, q semper compellendi sunt testes: nisi agatur criminaliter tantū. Dic q nulla criminalis erat quæstio inter episcopum & capitulum, sed ciuilis tantum, vt patet in integra, in 5. compilatione, scilicet conuentio & reconuentio. & qd dicit; testes qui nominati fuerint, cogatis veritati testimoniū phibere, si gratia, odio vel timore se subtraxerint, præterquam super criminibus: sic debet intelligi, quòd testes in ciuilibus quæstionibus sunt compellendi, sed in criminalibus non debent compelli. & sic Papa prouidit hic nouum ius, & sic contrarium nullum contra istos: & sic nō oportet dicere vt dicunt, q hic erat controuersia inter episcopum & capitulum super pluribus articulis ciuilibus, & super criminalibus: & q isti erant procuratores ad excusationes tantum allegandas, vel q dati erant lite contestata: ista stare non possunt, vt patet in antiqua decre. & per iura pdicta: ciuilis enim & criminalis quæstio non concurrunt simul, immo criminalis præiudicat ciuili. 3. q. vlti. cap. non est. §. aliquando. Sed magis æquū [5] videretur q semper cōpellerentur qualitercūque agatur, ne crimina remaneant impunita, dum tamen non criminaliter directe, nec per viles personas quis condēnetur. ar. contra. j. de sen. excō. vt famæ. cum suis concor. ibi positus. & ar. j. de collu. c. 1. & a. & vlti. & s. titu. proxi. cum causam. ver. testes autem, &c. & s. eo. super his. & c. cum contra. & j. cap. proxi. Innoc. iiij. dicit q vbi non est peccatum tacere, id super quo testes inducuntur, non sunt compellendi. sed si peccatum est tacere, compelluntur.

Venerabilis.] Diuiditur, Nam in prima parte ponitur iusta petitio. In secunda ipsius exauditio: ibi, *Ideoque*. Abb. Siculus.

Casus. Ciues Ceruicen. cū duobus M. & I. quondā clericis ecclesiæ Rauennaten. quandā fecerūt coniurationē contra archiepm Rauennaten. dantes eisdē clericis quandā pecuniæ qtitatē: & ad hæc celanda se iuramēti vinculo adstrinxerunt: Archieps super his & quibusdā alijs articulis, cōtra ciues & clericos pdictos ad Bonon. epm & eius coniudicē litteras impetrauit: vnde cū intentionē suā pbare non posset, nisi testimonio ciuiū pdictorū, supplicauit dño Papæ, vt sibi puidere sup hoc dignaret: ne ergo ex defectu testiū sua iustitia deperiret, mādat Papa eisdē iudicibus, quatenus monitione pmissa p censurā eccle. cōpellant illos quos viderint cōpellendos, vt ab hmōi iuramēto absoluāt illos, quos archieps ad testimoniū duxerit pducēdos, & nihilominus si illi se gratia, odio, vel timore subtraxerint, simili cēsura cōpellāt eosdē, ad perhibēdū testimoniū veritati. Nota testes cōpellēdos ad cōiurationē pbandā. Itē iuramentū temerariū nō repellit à testimonio. Itē impedientes iurisdictionem iudicis, possunt compelli vt eum non impediant.

¶ *Glos. seq. reco. per q. quæ sit pœna conspirantis contra episcopum.*

a ¶ *Coniurationem.*] Clerici enim qui contra epm suū faciūt coniurationem, vel insidias ei parauerint, deponēdi sunt, & tradendi curiæ seculari, vt puniantur. 11. q. 1. si quis sacerdotū. & c. coniurationū. & tribus c. seq. laici uero qui contra epm suum cōspirationem faciunt, sunt excōicandi, & cōione priuandi. 11. q. 1. conspirationū.

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit. in fi. arg. sociorum, &c.*

b ¶ *Iuramento absoluant.*] Sed vr̄ q non debeant absolui, cum iuramentum non tenuerit. vnde potius denunciandi sunt non teneri huiusmodi iuramento ligari. s. tit. proxi. cōstitutis. & c. intimauit. & j. de accu. olim. & ita hæc absolutio potius dicitur fieri ad cautelā, siue de facto. sic quandoque absoluuntur aliqui, vt possint testificari. s. ti. proxi. veniens. in fine. præterea & alia ratione iuramentum huiusmodi non tenuit: quia coniurationes hmōi illicitæ sunt. 11. q. 1. si quis sacerdotum. & cap. coniurationum. & capitulo seq. ergo tale iuramentum non est seruandum, cum vergat in dispendium salutis æternæ. j. de iureiur. si vero. & 22. q. 4. si aliquid. & in multis cap. eiusdē q. & quia nō habuit tres comites. s. veritatē, iustitiā, & iudiciū, vt ea. causa, q. 2. animaduertendum. vel licet sit illicitū, auctoritate propria nō debet quis venire cōtra. arg. cōtra. s. de ele. venerabilē. Itē habes hic q socius criminis admittitur ad detegendā conspirationē, immo certe tenetur illam conspirationē manifestare & denunciare. 6. q. 1. c. si quis cum militibus. in fin. & 79. dist. si quis Papa. Item in defectū probationis minus idonei testes admittuntur, qui aliàs nō admitterentur. C. de hæ. l. pen. & 4. q. 3. cap. si testes. §. item serui responsio. & propter defectum testium admittuntur qui aliàs admitti non debent. s. de elec. cum dilecti.

c ¶ *Eos.*] Cum [6] fuerint absoluti, vt voluerint ferre testimonium propter iusiurandum. nihilominus, &c.

[1] De his priuilegiatis satis in spec. de teste. §. pe. in prin. Ioan. And.

† Ceruicen. † Ceruicen. † Treuien.

[2] Aliàs 5. & vide in c. veniens. pa. alle. sup. 1. glo. Ioan. And.

[3] Licet Hostien. teneat opi. contrariā glossæ, illud tamen dictum bene vbi placet: Ioh. And.

[4] Quid erit de crimine hæresis, simoniæ, & læsæ maiest. secundum Host. qui dicit se rōnem huius specialitatis non videre. Io. And.

† Vide l. fi. C. de hære. & l. quoniam. ff. de quæstio. & l. ea. probatio. ff. de probation.

† Dictio, el. deest in multis antiquis.

[5] Dicit Pe. de Sam. hic q. p hæc verba g. nō recedit a superiori sua opi. ipse vero dicit hoc tenendum, q vbi iudex procedit ex officio etiā in criminali, cogit testes, si ad alterius petitionem nō cogit. Ioan. And.

[6] Hæc glossula non est Bernardi est, nec in antiquis exemplaribus habetur.

¶ DE

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

Continuata est hæc rub. secundum Io. And. supra in rub. de testi. Vel dic tu sic: Visum est supra de una specie probationis, quæ scilicet fit per testes, nunc subijcit de alia quæ fit per instrumenta. Abb. Siculus.

De hac materia habetur 3. q. 9. testes. §. si dubitum.

Lib. 2. Epistola 3. c. 42. regulari.

S I scripturã. Casvs. Dicit hic q si non appa-ret authentica scriptura, non potest fieri exéplaribus fides, nisi supple esset transcriptũ per iudicẽ, & eius auctoritate publicatum. Not. q exemplari non creditur, nisi ostendatur originale.

§ Glos. seq. recit. per q. quæ scriptura dicatur authentica.

a ¶ *Authenticam.*] 55. q. 2. dicenti. Authentica scriptura est quæ p manum publicam, vel per iudicem cum trium testium, vel duorũ ad minus subscriptione vel testimonio facta est. in Authen. de instr. cau. §. sed instruméta. coll. 6. vel duorum virorũ. ŝ. de proba. quoniam cõtra. vel quæ habet sigillum authenticũ. j. e. proxi. & ŝ. de proba. post cessionem. & etiã scriptura quam facit priuatus in præsentia trium testiũ, videtur authentica: in Auth. de instru. cau. §. si tñ quisquam. coll. 6. & C. qui po. in pig. ha. scripturas.

Cap. 1. eo. tit. in 1. cõpilatione. Et quæ dicantur publica scriptura tradit Romanus cõsi. 77. Alexander cõsi 65. lib. 4. huc spectant tradita per Ioanné de Anania consi. 31. & per Antonium de Butrio consi. 14.

Cap. 2. eo. tit. in 1. cõpilatiõe.

¶ Glossa seq. ponit casum exceptum: quærit, & soluit.

TITVLVS XXII.

De fide instrumentorum.

¶ Gregorius I.

¶ Instrumenti exemplum non solemniter sumptum, fidem non facit absque originali, hoc dicit secundum ipsius mentem.

CAP. I.

SI † scripturã authenticã a non videmus, ad exemplaria b nihil facere possumus.

¶ Alexander tertius.

¶ Corruit instrumentum si testes inscripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel à notario sit confectum.

CAP. II.

SCripta † vero authẽtica c, si testes inscripti decesserint (nisi per manum publicam d facta fuerint, ita quod appareant e publica, aut authenticum sigillum f habuerint, per quod possint probari) non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

b ¶ *Exemplaria.*] C. de eden. Authent. si quis in aliquo. nisi ipsa exẽplaria sumpta & publicata sint iudicis auctoritate. C. de test. publicari. & j. eo. c. vlt. ar. C. de iu. emph. l. vlt. §. & si quidẽ dñs. circa fi. 2 C. de re iu. gesta. Sed pone q ita Papa mãdat, procedatis secũdum tenorem priorum litterarum, & primæ literæ non cõstarent; numquid poterunt procedere? Dicas q non 3, nisi prima forma prius appareat per iura pdicta, vel nisi pbetur tenor prioris rescripti non cancellati, nõ vitiati. j. de priuile. cũ olim. nam per literas vltimas no datur iurisdictio, vel si datur, nõ cõstat per eas de priori forma, & ideo nõ põt procedi per ipsas. sic nõ tenetur quis exequi sñiam, nisi ei fiat fides de iurisdictione. ŝ. de offi. deleg. cũ in iure.

Nouum emphyteoticũ non incipit, non per procuratorẽ, sed p se vel per literas, vel per scripturã factã apud iudicẽ vel tabularios p attestationẽ. Io. And.

SCripta vero.] Io. And. non summat: quia breue est. Ant. summat sic: Priuato instrumento non creditur, publico sic. Publicum dicitur si manu publica est confectum, vel sigillo authentico est sigillatum, cũ subscriptione testium. Hæc summatio non placet Panor. tum quia ex litera non colligitur, tum quia nõ putat veritatẽ in se cõtinere, per ea quæ dixi in c. pcedenti. Et in hoc cap. aliquid tangit. Et non diuiditur quo ad literã, sed quo ad intellectum. Primo ponit dictum, secundo duos casus excipit. Abbas.

Idẽ Host. & Gulie. in spe. de instru. edi. §. videndum. ver. si quod pone Io. And.

Casvs. Ecce aliquis exhibet in iudicio aliquam scripturam factam per manum aduersarij, vel ab alio, ita tñ quòd non per publicam personã, cum subscriptione testium: sed testes inscripti in illo instrumento mortui sunt: quæritur vtrum scriptura illa valeat, & fidẽ faciat si negetur ab aduersario suo? Rñdet Papa, q si testes inscripti mortui sunt, scriptura illa nõ obtinet firmitatẽ, nisi per manum publicam facta fuerit, vt appareat publica: aut habuerit sigillum authenticum per quod possit probari. Nota quòd instrumenta publica & sigilla authentica fidem faciunt.

¶ Glos. seq. distinguit inter instrumenta publica & priuata, & in priuatis subdistinguit personales actiones a realibus, & praedictum scribentium, & eorum contra quos.

a ¶ *Authentica.*] Instrumenta publica perpetua firmitate nituntur ad damnũ & cõmodũ vtriusq; partis. arg. 54. dist. c. 2. 52. q. 3. si quis de clericis. & ŝ. de pac. cum pridẽ. & 4. q. 3. c. si testes. §. item sæpe fit. C. de fi. i. instr. in exercendis. Priuata vero ab aduersario scripta, ita q constet, vel à quocũque, dummodo partiũ vel testiũ subscriptione fulcita sint, in actione personali robur obtinent firmitatis. in Auth. de instr. cau. §. sed & si quis. coll. 6. & talis scriptura dicit authẽtica, vt hic patet. In reali 3 vero actione instrumẽtum manu publica cõfectũ pponitur tali instrumento priuato, nisi priuatum instrumentũ habeat triũ vel amplius subscriptionẽ testium. C. qui po. in pig. ha. scripturas. priuata vero instrumenta valent in præiudiciũ illorum qui ea scribunt. C. de non nu. pecu. generaliter. & ff. depos. publia. §. vlt. ad cõmodum vero eorũ minime. C. de proba. l. instrumẽta. rationes. exẽplo. Lau.

d ¶ *Per manũ publicam.*] idest per notarium qui seruus publicus dicit. ff. rem pup. sal. fo. l. 2.

e ¶ *Appareant.*] ratione subscriptionis: in Auth. de fid. instru. §. 2. coll. 6. Vin.

¶ Gl. seq. quærit, et soluit.

f ¶ *Sigillum.*] Sed quod dicimus authenticũ sigillũ? Authenticum dicitur sigillũ episcopi, & ei creditur quamdiu cõtrariũ non ostendatur. ŝ. de proba. post cessionem. & 55. q. 3. curæ. Itẽ sigillũ capituli. ŝ. de proba. c. 3. 73. dist. in nomine patris. in fi. Itẽ sigillũ alicuius principis secularis, cui credit de cõsuetudine. j. eo. cũ dilectus. Itẽ arg. 19. q. 3. statuim'. & ff. de custo. & exhib. re. diuus 4.

Hoc intelligitur q si habes publicũ instrumentũ de debito, & ego habeo talem scripturam in adiudicatione hypothecæ rei pignoris mihi. Io. And.

Cap. 1. eo. tit. in 2. cõpilatione. Et vide Baldũ in l. sciemus C. de testa. & Felinũ in c. tractatum tis. extra de hæret. & Matthæum de Afflictis decisio. 404

Alodol.

¶ Idem.

¶ Rescriptum Apostolicum propter rasuram in loco non suspecto, non censetur vitiosum. h. d. secundum mentem.

CAP. III.

EX † litteris vestris accepimus, quòd cũ causam quæ inter magistrum A. & R. super capella de Ambitoria † vertitur, de mandato nostrò suscepitis terminandam, præfatus R. litterarum sibi copiam fieri postulauit g. Qui cum eas argueret falsitatis: quia in narratione facti abrasæ h sunt, vbi scriptum est, iura parochialia: & infra. ¶ Dicimus, quòd propter abrasionem illam, iudicari falsæ non possunt, nec etiam haberi suspectæ, præsertim cũ & priuilegia in possessionibus i abradantur: & litteræ in narratione facti (si erratum est) possunt incunctanter abradi.

¶ Idem Eboraceñ. archiepiscopo.

¶ Redarguenti priuilegium de falso, iudex faciet illud exhiberi coram iudice & paucis, & in loco congruo & securo: & interim stabitur sententiæ latæ per illud.

CAP. IIII.

ACcepimus † litteras, quas abbas sancti Augustini contra Cantuarieñ. archiepiscopum transmisit: & infra.

Cap. 2. eod. tit. in 2. cõpilatiõe. Et ultra alios videto hic Gual. Papæ.

Ille. L. probat nõ credi literis Ircmarchæ, qui retulit maleficorem, sed ex integro quæritur: & si male & dolose retulit, punitur. Io. And.

Additio. in Authen. de instru. cau. & fi. §. sed & si quis. & talis scriptura dicitur authentica.

EX litteris.] Cõmunis diuisio secunda: ibi, *Dicimus*. Abb. Siculus.

Casvs. Inter A. & R. vertebat quæstio super capella de Ambitoria, quæ fuit cõmissa quibusdã iudicibus, partibus corã iudicibus constitutis, dictus R. postulauit sibi fieri copiam litterarũ: qui cũ eas inspiceret, cœpit illas arguere falsitatis, pro eo q in narratione facti, vbi scriptũ est, iura parochialia, erãt abrasæ: iudices sup hoc dubitantes, quæsiuerunt, an pp hoc debeant dici falsæ? Rñdet Papa q pp abrasionẽ illam non possunt iudicari falsæ, nec suspectæ: quia etiã priuilegia in nominibus possessionũ abraduntur: & literæ, si in narratione facti erratũ est, possunt abradi. Nota q literarum copia facienda est aduersario ad inspiciandũ: Item vbi ius non constituitur, nõ nocet rasura: quia narratio facti non facit ius.

¶ Glossa seq. recite. per q. secunda per obiectionem.

g ¶ *Postulauit.*] Quod de iure petere potuit, cũ sit cõe instrumentũ: immo iudex tenet illud partib' exhibere. ŝ. de dila. pterea. qđ si nõ fecerit, appellari poterit. j. eo. c. pperuus. nam & ppria instrumẽta tenet quis alteri parti exhibere, ex quo vtit illis i iudicio. j. eo. c. pxi. & c. cõtingit. & C. eo. l. vlt. cũ ea vult arguere falsitatis: vt ibi dicit.

h ¶ *Abrasæ sunt.*] Vnde videbat dubitandũ, qm rescriptũ debet apparere nõ vitiatũ, nõ cancellatũ. C. de edi. di. Hadri. tol. l. vlt. & sine reprehẽsione bullæ & chartæ vel litteræ. j. de priuile. cum olim. & hoc intelligo verũ vbi est ius qõnis, & vbi Papa rñdet de iure: sed in narratione facti possunt abradi, quia hoc ad ius nõ pertinet, sed ad qõnẽ fidei. i. facti. C. de test. si vnus. quia nõ statur tali narrationi, nisi illud pbetur: nec dicit pterea vitiosum rescriptũ, si de eadẽ manu rasura reposita est i loco nõ suspecto. si vero litteræ essẽt clausę, tũc nõ nocet. ar. C. de fi. instr. cõparatiões. & C. de testi. si vni'. L.

i ¶ *In possessionibus.*] idest in noib' possessionũ 5, sed i noibus actoris vel rei vel iudicis ibi olno rasura esset suspecta. Item si esset ibi falsũ latiũ, suspectæ sũt litteræ. ŝ. de rescrip. ad audiẽtiã. Ber.

Hoc in cõtrouersia, vt dixi in tex. sed Go. hoc intelligit de mortica mutatione literæ, vel similes forma si sunt mutatae ut si de dolo & cõtra cap.

ACcepimus.] In prima ponitur partis decisa petitio, In secunda

da parte prouisio: ibi, *Cum priuilegia*. Abbas.

Casus. Inter archiep̄m Cantuarien. & monasterio sancti Augustini orta fuit controuersia sup statu & libertate ipsius monasterij: ex parte monasterij exhibita fuerunt priuilegia, quorum obtẽtu lata fuit sñia pro monasterio: postmodũ archiep̄s dicens illa priuilegia esse falsa, sñiam illam seruare nolebat. Abbas timens aggrauari ab ipso, appellauit ad sedem Apostolicam, & archiep̄s tulit sñiam interdicti in ecclesias monasterij, pp qd abbas dño Papæ fuit conquestus. super hoc scribit archiep̄o Eboracen. & eius coniudicibus dicens, q̄ priuilegia non inspecta non possunt argui falsitatis & quia difficile esset & periculosum ea apud sedem Apost. exhiberi, p̄cipit vt exhibeantur p̄dicto archiep̄o Cantuarien. in claustro ipsorũ fratrũ, vel in alio loco cõgruo & securo, vsq; ad natiuitatem S. Ioannis Baptistæ. Si vero nõ venerit, nec miserit, imponant ei perpetuum silentium ea vlterius arguendi. Interim vero non vult Papa illa priuilegia vacillare, p̄cipiens sñiam, quæ eorum auctoritate lata est, inuiolabiliter obseruari: & archiep̄m in inspectione priuilegiorum xij. hominum numero faciant esse cõtentum. Not. q̄ qui dicit priuilegium siue instrumẽtum esse falsum, debet sibi tradi ad inspiciendum. Item ad certũ tempus hoc fieri debet, interim vero priuilegia & sententia suam obtineant firmitatem.

Alias, loco dicto. vt, & est dictio, etiam.

In codice Barbara ... abbati sancti Frumendi, & eius cõ-sensu.

Cap. j. eo. tit. in j. compilat. Et de materia vide Bart. & Bal. ... & Angeli in l. fin. C. de bon. auct. iud. posſ. & Felinum in c. j. de proba. & alios Doctores in l. incumbit ff. de la...

Idē Gof. j. c. proxi. in glo. not. tēpus, in fi. de hoc j. de p̄batio. licet. in j. gl. Io. And.

Vide de prob. licet. super gl. j. Ioan. And.

¶ Cum priuilegia non inspecta non valeant[a] argui falsitatis, & difficile sit & † periculosum ea apud sedem Apostolicam exhiberi: præcipimus, vt vel exhibeantur eidem archiepiscopo in claustro prædictorum fratrum, vel in alio loco congruo & securo[b], vsque ad natiuitatẽ proximã sancti Ioannis Baptistæ. Si vero nec venerit, nec sufficientem respõsalem miserit, ei perpetuum silentium imponatis ipsa vlterius arguendi[c]. Interim autem nolumus illa priuilegia vacillare[d]: sed præcipimus sententiam quæ eorũ obtentu[e] super statu monasterij lata est, inuiolabiliter obseruari: & infra. ¶ Iubemus etiam vt archiepiscopũ in inspectione priuilegiorum[f] duodecim hominum numero faciatis esse contentum.

¶ Celestinus iij. abbati † sancti Secundi.

¶ *Instrumentum vel priuilegium, quo quis vtitur corã iudice, aduersario integraliter legi non debet: sed solũ illud capitulum de quo agitur, edi debet.*

CAP. V.

CONtingit † interdum, vt dicitis, quòd quandocunq; cum aliquo litem habetis, priuilegium vestrum aduersæ parti cogimini plenius exhibere[g]. vnde accidit, quòd occasione vnius capituli super quo conuenimini: plurima litigia suscitantur[h]: & infra. ¶ Consultationi † tuæ taliter respõdemus, vt quandocunque super exhibendo priuilegio, vel indulgentia, seu instrumento fueritis requisiti: præsente iudice[i], aut aliquibus prudẽtibus viris deputatis ab ipso, audiente parte contraria tantummodo recitetur: ita quòd si super vno tantum capitulo † quæstio fuerit, illud[k] solummodo rescribatur, & aduersæ parti copia eius fiat.

¶ Innocentius iij. Mediolan. archiepiscopo.

¶ *Instrumentum publica manu non confectum, habens sigillum, cuius literæ non sunt legibiles, vel scripturæ deletæ, vel enormem patitur fracturam, non probat. hoc dicit prout magis facit ad titulum. Et est casus quotidianus & notabilis pro vsis sigillis antiquis. Panormitanus.*

CAP. VI.

INter † dilectos filios G. abbatẽ sancti Donati de Scozula,

a ¶ *Non valeant.*] Aliàs enim nec redargui possunt, nec etiam sciri qd deberet seruari per ipsa: qd totũ ex ipsarum inspectione deprehendit. j. de priui. dilecti. & c. porro. & j. c. proxi. 96. dist. bene quidem. nec possumus iudicare de lege nisi ea perspecta. ff. de legi. in ciuile. & qui priuilegium vel instrumẽtum vult arguere falsitatis, primo iurabit q̄ calumniose hoc non dicat: aliàs nõ audiretur, nec daretur ad inspiciendum. C. de fid. instru. l. vlt. quæ intelligitur cũ agitur de falso criminaliter: tunc inscribitur accusator: vt ibi dicit. Quidam intelligunt legem istam cum agitur ciuiliter de falso, sm q̄ hæc decr. intelligitur. & sm hoc bene probat id ad quod inducitur, cum quia ciuiliter vult arguere instrumẽtum de falso. & hoc intelligo verum vbi de calumnia non est iuratum[1], & est ad hoc arg. j. de test. præsentium. & j. de exceptio. pastoralis.

b ¶ *Securo.*] Hoc iudex prouidere debet vtriq; parti. 3. q. 9. hortamur. 33. q. 2. siue. & j. de app. ea parte. & j. vt lit. non contest. accedens 2.

¶ *Glo. seq. not. accusationi & exceptioni tempus præfigi.*

c ¶ *Arguendi.*] Nota tempus p̄figendum accusare volenti, vltra qd non auditur: vt 4. q. 5. c. 1. & j. qui fi. sint le. lator. j. de accu. licet. j. de clandesti. despon. cum inhibitio. & j. qui ma. accu. tuã. & C. de inge. ma. diffamari. & C. qui accu. nõ pos. si ea. sic & ad exceptiones proponendas. j. de except. pastoralis.

¶ *Glo. seq. arg. signat contrarium, & remittit.*

d ¶ *Vacillare.*] Arg. q̄ pendente accusatione cõtra aliquem interim remanet in statu ex officio suo pristino. 8. q. 4. nonne. arg. contra j. de testi. non debet. vbi de hoc.

Additio. Fortius contrarium. j. de cri. fal. super eo. Sed hic erat iam sententia executioni demandata: ibi non.

e ¶ *Obtentu.*] Auctoritate enim priuilegiorum sñia lata fuit super statu monasterij, absoluendo monasteriom à subiectione archiepi: & ita patet, q̄ licet dicatur sñia lata per falsa instrumenta siue testes, quousq; de hoc constet in sua firmitate perdurat, & ei statur. ff. de re iudi. diuus[2]. falsitate vero probata nullius erit momenti ipsa sententia. j. de procu. in nostra. in fi. & C. de procu. licet.

f ¶ *Priuilegiorum.*] Vel etiam in parte ipsorum. j. cap. proxi. & ff. de eden. l. 1. §. 2. Bernar.

COntingit.] Cõis diuisio. Secũda: ibi, *Consultationi*. Abbas Sicu.

Casus. Abbas & conuentus S. Secundi q̄ñq; litẽ habentes, parti aduersæ cõpellebãtur priuilegiũ suũ, quo in iudicio vtebantur, integraliter exhibere: vnde occasione vnius capituli sup quo cõuenit, plurima litigia suscitantur: vnde petebant à dño Papa sibi sup hoc prouideri. Rñdet eis Papa vt q̄ñcunq; sup exhibẽdo priuilegio, vel indulgẽtia, seu instrumẽto fuerint requisiti, p̄sente iudice aut aliquibus viris à iudice ad hoc deputatis tãtũmodo recitetur audiente parte aduersa: & si super vno cap. sit q̄stio fuerit, illud solum describatur, & parti aduersæ inde copia fiat. Nota q̄ instrumentum quo quis vsurus est, vel priuilegium, si plura capitula ibi continentur, illud solum alteri parti tradẽdum est, quo vsurus est.

In pluribus antiquis. Consultationi vestræ taliter, &c. in quibusdã sunt. Super quo respõdemus.

Aliàs, articulo.

¶ *Gl. seq. obijcit, & soluit.*

g ¶ *Exhibere.*] Et nõne illi erant rei: quare ergo cogũtur sua instrumẽta parti alteri exhibere j. illud. j. de p̄ba. c. 1. & 4. q. 3. c. si testes. §. item in criminali. versi. qui intẽdit. & C. de eden. l. qui accusare. Sed non cõdicunt illa: quia isti vsuri[3] erant in iudicio illis priuilegiis: & ideo aduersario illa edere tenebantur. ff. de edendo. l. 1. §. edẽda. nam & actor reo, & reus actori tenetur edere oĩa q̄bus vsurus est. C. de eden. l. vlt. & de hoc dicitur j. eod. G. p̄petuus. Ber.

Licet in exceptionis aditis j. de p̄scrip. ad audientiam. & c. audita. idẽ si l vt actum. j. de cõsue. c. cum dilectus. Io. And.

Cap. 1. eo. tit. in j. compil.

Et de materia vide g̃ Decium in c. tertio loco. j. de probatio. adde Panormitanum in c. vlt. j. de rescrip. & adde notas nostras in hanc decretalem. & vide eũ Cravetta tract. de antiq. temp. par. 1. circa finem.

h ¶ *Suscitantur.*] quod esse nõ debet: immo potius iudex p̄spicere debet ne lites ex litibus oriant. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. q̄si tum. ff. si cer. pet. quidã. & ff. de leg. 3. l. fideicõmissa. §. si quis decem. & ff. de dam. infec. l. qui bona. §. vlt. & C. de iud. l. apertissimi. & C. de sacrosan. eccl. l. vlt. vnde & ille qui petit sibi fieri editionẽ instrumentorum, iurare debet q̄ p calumniã hoc non faciat. ff. de eden. l. si quis ex argẽtarijs. §. exigit. C. quẽadmo. test. a. ape. l. 3. Ber.

i ¶ *Præsente iudice.*] aliàs non tenetur. nam coram iudice & præsente alia parte hæc sunt facienda. arg. ff. de interro. actio. voluit. §. qd ait. & l. vltim.

k ¶ *Illud.*] ff. de eden. l. argentarius. §. edi autem. alia vero capitula non debent edi. sic & quandoque recitetur clausula testamẽti, quæ alicui ingerit ignominiam. C. quemadmodum test. ape. l. 3. & ff. eod. tit. l. 2. §. 2. Bernar.

INter dilectos.] Reus absoluitur cum iura actoris sunt obscura, vt quia ipsius instrumenta sunt obfuscata, vel literæ vel sculpturæ sigilli sunt deletæ. h. d. Ioan. And. Diuiditur in tres partes. In prima parte ponunt petitio, & iura, & allegationes actoris. In scda rñsiones rei: ibi, *Sed contra*. In tertia sententia: ibi, *Cum autem*. Abb. Sicu.

Casus. Inter abbatem sancti Donati de Scozula ex vna parte, et archiep̄m Mediolan. ex altera vertebatur quæstio sup pluribus articulis: petebat abbas noĩe monasterij sui habens à capitulo suo mandatum, à p̄curatore archiepi noĩe Mediolan. ecclesiæ, restitui monasterio suo portũ Scozulæ, cũ honore, districtu, & iurisdictione ipsius loci, dicens hæc oĩa ad monasterium p̄tinere, hoc idẽ dicebat de hoibus qui habitant in curte Berunen. & tenẽt res monasterij, de q̄bus monasteriũ obtinuerat in iudicio possessorio coram ep̄o Veron. hæc oĩa petebat cum omnibus fructibus inde p̄ceptis: Ad omnia illa probanda inducebat primo priuilegium Luitardi comitis quondam ep̄i Lucien. qui monasteriũ ipsum fundauerat, & præmissa oĩa donauerat monasterio. Secundo inducebat instrumentum sententiæ archiepi Mediolan. quam olim tulit ex delega-

& B. procuratorē tuum, super subiectis articulis diu fuit in nostro auditorio litigatum. Petebat [a] siquidem abbas nomine monasterij sui à præfato procuratore tuo [b], nomine Mediolañ. ecclesiæ, restitui monasterio memorato, portum Scozulæ, cum honore [c], districtu & iurisdictione loci præfati: dicens ad monasteriū hæc omnia pertinere: hoc ipsum dicēs de hominibus qui habitant in curte Beruneñ. † & tenent res monasterij in Gralia: de quibus monasterium obtinuerat [d] in iudicio possessorio, per sententiam episcopi Veroñ. Hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis: saluo in omnibus iure addendi [e], vel diminuendi, satagens comprobare, omnia quæ præmissa sunt, ad suum monasteriū pertinere [f]. ¶ Primo per priuilegium Luitardi comitis quondam episcopi Lucani †, qui monasterium ipsum fundauerat, & ei quæ præmissa sunt donauerat vniuersa. ¶ Secundo per instrumentū sententiæ Asperti quondam Mediolanensis archiepiscopi, quam ex delegatione Lodouici † imperatoris tulit super his pro monasterio, contra A. præfati Luitardi nepotem, qui super his monasteriū molestabat. ¶ Tertio per priuilegia Romanorum imperatorū; & præsertim Henrici, qui præmissa omnia monasterio confirmabat, vel etiā conferebat [g]. ¶ Quarto per instrumēta locationum quas fecerant diuersis personis abbates monasterij memorati, Testes quoque produxerat, per quos nitebatur probare, quod monasteriū à sexaginta annis & citra †, & à quinquagīta annis & supra [h], possederat supradicta: & quòd fama publica erat, ea omnia præfato monasterio à iam dicto Luitardo fuisse donata. ¶ Sed contra priuilegium donationis à procuratore tuo multa fuerūt obiecta. Primo, quia ibi maxime apparebat cōsumptum [i] (videlicet in annotatione indictionis [k]) vbi potuisset falsitas facilius deprehendi. Secundo, quia cum charta vetu-

tione Lodouici imperatoris supradicti contra A. nepotem Luitardi prædicti, qui super his monasterium molestabat. Tertio per priuilegia Romanorum imperatorum, & præsertim Henrici, qui omnia prædicta monasterio confirmabat, vel etiam conferebat. Quarto per instrumenta locationum. Testes etiam sup hoc induxit: per quæ omnia intendebat probare prædicta ad suum monasterium pertinere. Contra prædicta fuit ex aduerso responsum, & primo priuilegio Luitardi: contra quod multa proponebantur: Primo quod consumptum erat in annotatione indictionis. Secundo charta vetustissima videbatur, scriptura recentior apparebat. Tertio quia falsum sigillū videbatur appositum: & hoc apparebat per imaginē ipsius sigilli, & per literas ipsius, quæ proprium nomen Luitardi non videbantur exprimere, sed potius hoc nomen Locarius. Item cera sigilli ab interiori parte vetustissima erat: cera quæ videbatur apposita ab exteriori parte, quasi ad cōseruationem sigilli, recens erat & mollis, quod cum diligenter inuestigatū fuisset, repertū fuit, quod charta sub vetusto sigillo fuerat perforata, & per glutinū nouæ ceræ, quæ posita erat exterius quasi ad conseruationē sigilli, vitiose fuit ipsi chartæ subiunctum: & eadē specie falsitatis cætera fere priuilegia Romanorum imperatorum præter priuilegiū Hērici, vel falsa reperta sunt, vel falsata. Sed priuilegium Henrici ad fidē faciendam non sufficiebat: quia non erat publica manu confectū, nec sigillum habebat authenticū, ex eo quod erat de media parte consumptū, nec plus de proprio nomine apparebat, nisi hæc vox (icus) cum hac additione, Dei gratia: ita quod ex litteris illis nō poterat magis probari quod esset Henrici, quam Lodouici. Instrumentum etiam sñiæ multis modis videbatur suspectum: tum quia quædam lituræ apparebant in ipso, tum quia subscriptio notarij videbatur alterius manus fuisse quam subscriptio instrumēti, & tñ notarius confitebatur se propria manu instrumentum scripsisse, & littera recentior videbatur quam charta, & atramentum aqua videbatur infectum, vt antiquius appareret. In oībus aūt priuilegiis quæ posteriora erant, nulla de ipsa sñia mentio habebatur, & si instrumentum sñiæ legitimum esset, tñ quia inter alios lata fuit, & res inter alios acta non nocet aliis, nec attestationes docebant, cum inter alias psonas receptæ fuissent. Sed priuilegium Henrici videbatur confirmatorium & donatorium extitisse: vnde videbatur, quod Henricus dñium rerū donatarum monasterio cōtulisset, quamuis ex forma petitionis, quæ in ipso priuilegio continetur, confirmatorium videatur. Vt ergo intelligatur eo modo quo magis valere posset, distinguendū videbatur, vt Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit: quia eadē non possunt confirmari & donari, confirmātur prius habita & possessa, donantur quæ adhuc habita non sunt: vnde illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata, sed cōfirmata: quia quod meū est, ex alia causa meum fieri non potest, nisi desierit esse meum; cum ergo priuilegium Henrici confirmatorium tm̄ fuerit, quo ad illa quæ deducta fuerant in iudicium, si principale non tenuit, nec accessorium. per instrumenta vero locationum non est probata proprietas nec possessio: cum ad probationem rei suæ seu defensionem non sufficit locatio facta. postquam vero super his fuerit diutiua litigatū: quia legitime probata non fuerant quæ petebantur ad monasterium pertinere, ab impetitione ipsius procuratorem archiepi dñs Papa absoluit noīe Mediolañ. ecclesiæ: quoniam cum obscura sunt iura partium, consueuit contra eum qui petitor est iudicari. Nota quod libellus potest concipi in psona procuratoris noīe tm̄ ecclesiæ. Item in libello potest apponi, saluo iure addendi vel diminuendi. Item nota hanc decretalem ad cognoscendam falsitatem priuilegiorum & instrumētorum primo in annis dñi & indictione. Item ex qualitate chartæ. Item ex sigillo priuilegij. Item ex scriptura notarij. Item res inter alios acta aliis non obest. Item res intelligi debet vt potius valeat quam pereat. Item aliud est quod confirmatur, & aliud quod donatur. Item quod meum est, ex alia causa meum fieri non potest. Item si principale non tenet, nec accessorium. Item facta locatio nō probat dñium, nec possessionem. Item sententia formatur in psonam procuratoris. Item cum obscura sunt iura partium, iudicandum est pro possessore.

¶ *Glossa seq. cum duabus sequentibus ponit tria notanda, & de singulis tres motiue.*

a ¶ *Petebat.*] Habens mandatum à capitulo suo: aliàs non audietur. s. de transac. cap. contingit. nisi cauisset de rato 1. s. de offi. deleg. cocam. De hoc dixi s. de rescrip. edoceri.

b ¶ *Procuratore tuo.*] Et ita est concipiendus libellus in psonam procuratoris noie ecclesiæ. arg. C. de episc. et cleri. Loēs. §. hoc nihilominus. de hoc dictum est s. de elect. querelam.

c ¶ *Cum honore.*] Et sic patet, quod libellus generalis potest offerri. s. de resti. spol. cum ad sedē. vbi de hoc plenius dicit supra de libel. obla. cap. 2.

¶ *Glossa seq. obiicit, & soluit.*

d ¶ *Obtinuerat.*] Sed si obtinuit in possessorio qualiter modo petit, cū habuerit possessionem? Dicas quod obtinuit in possessorio causa rei seruandæ. s. de iudic. examinata. sed archieps recuperauit possessionem infra annum offerendo cautionem coram episcopis Regiñ. & Munñ. & præterea monasterium non stetit in possessione, sed archiepiscopus. supra de sequestra. ad hoc.

¶ *Glo. seq. ponit opi. quam reprobat & remittit.*

e ¶ *Iure addendi.*] Dicunt quidam argum. huius litteræ, quod verba ista semper sunt ponenda in libel. argum. Institu. de actio. §. si minus. Sed non est necesse quod ponantur, nisi quis velit ponere ad cautelam: quia vsque ad lit. contesta. potest mutari vel addi, vel diminui libellus. C. de eden. l. edita actio. † de hoc dictum est supra de libel. obla. cap. 2.

f ¶ *Pertinere.*] verbum istud, ptinere, latissime patet. ff. de verb. sig. verbum istud ptinere. vnde per hoc deduxit in iudicium quicquid iuris habebat in rebus illis, ex quo nullā causam adiecit. ff. de except. rei iudi. & an eandem. §. actiones. & de hoc dixi s. de libel. obla. c. 2. & 2. q. 8. c. per scripta. §. libellorum.

g ¶ *Conferebat.*] tamē dñs prædictus comitis, qui feudum alienare non posset sine licentia domini, vt in constitutione Friderici. de feudis. & C. de iure emphy. l. vlt. arg. j. de dote post diuor. resti. cap. nuper. sed hæc collatio ad alia, & cōfirmatio ad alia refertur: vt j. sequitur eodem cap. Vincen.

h ¶ *Et supra.*] Hoc vult dicere littera ista, quidam testes dicebant, quod monasterium possederat xl. annis citra, alij dicebant quod per quinquaginta annos & supra. sed vere non probant: quia si hoc fuisset probatum, obtinuisset monasterium, & ideo dicit: nitebatur probare.

i ¶ *Consumptum.*] Cōsumptio vel rasio obest in nominibus iudicū in data, in remotione appellationis: vt dictū est s. eod. c. ex litteris.

¶ *Glossa seq. ponit quod indictio inscribenda est in instrumentis, & quomodo discernatur.*

K ¶ *Indictionis.*] Indictio enim consueuit poni † in priuilegiis & instrumentis: vt hic, & 23. dist. in nomine Dñi. & 73. dist. in nomine patris. in fi. & anni Dñi sunt ponendi, & nomen imperatoris & mensis & dies. & hoc totum legitur in Auth. vt nomen imperatoris docu. ppo. coll. 5. editio tñ instrumentorum debet fieri aduersario sine die & cōsule & indictione, & annis Dñi: quia inspectio instrumentorum pstat materiam fabricandi falsum. ff. quemad. test. ape. l. 2. §. diem autem. nisi quis vellet agere de falso, vt hic, & C. de susp. hen. & commit. stipu. optimam. Nota ergo quid sit indictio, ad hoc vt

† Biniceñ.

† Licinch.

† Lodouici

† Ponderat Host. in procuratore rei, qd hic etiam non dr quod procurator archiepi. quod tunc erat habuit mādatum, nisi ab archiepo qd probat planè hic capitulo posse stare in iudicio, & remittit ad illam decr. edocere, & decret. proximā de procu. Io. An.

† infra, longe in antiquis.

† De hoc articulo vide ibi plene per Doct. Laguald. & alios.

† Quid si non fuerit posita vel si erratum sit in ea: quia concordat cū anno vel de qd dicā ia si 6 lib. super data. Ioan. And.

hoc vt scias an instrumentum falsum ex indictione discernatur. Est enim indictio quidam numerus annorum constans ex tribus lustris, id est quindecim annis : & debet poni in principio cuiuslibet instrumenti, vt dictum est. incipiens à prima indictione per totum annum dicit, indictione prima. In secūdo anno dicit, indictione secunda, & sic vsq; ad xv. & xv. ann. finito iterum incipit à prima indictione: & sic fiet perpetuo. Si ergo vis scire falsitatem instrumenti vel priuilegij per indictionem, vide quotus annus dñi ponatur in instrumento, & quota indictio ibi ponatur, & illos annos domini diuidas per xv. & quicquid superest à xv. ita q non compleat xv. additis ibi tribus, talis debet esse indictio in instrumento. & si non est ibi talis indictio, falsum est instrumentum. & hæc est regula ad inueniendum indictionē. Tres annos dñi appone pro indictionibus regulariter, & partire per quindenium numerum, & quotus numerus remanet infra xv. tanta est indictio. & si facta diuisione remaneant xv. tantum. xv. est indictio.

ADDITIO. Vnde versus:

Si per quindenos domini diuiseris annos,
His tribus adiunctis, indictio certa patebit.
Si nihil excedit, quindena indictio currit.

a ¶ *Videretur.*] Nota q ex qualitate chartæ falsitas deprehenditur. j. de cri. fal. c. licet. §. eos. & hic fit comparatio chartę ad litteram, sicut alibi fit cōparatio scripturæ ad scripturam, j. C. de fide instr. l. comparationes.

b ¶ *Dimidia.*] Ad hoc enim vt sigillum sit authenticū, debent apparere characteres & orbita. ff. qui testa. face. poss. l. ad testiū. §. signū. & de pœn. dist. 2. principium inquit. versic. quid naoque boni, & cætera.

c ¶ *Deleta.*] Non enim dicuntur litteræ signatę vbi nomen deest. ff. qui testa. fa. pos. l. ad testiū. §. si quis ex testibus. & si quis non habet proprium sigillum, cum alieno signare pōt. C. de test. l. si vnus. sed exprimendum est hoc, vel forsitan non tenet hoc in 3ctibus precipue magnarum rerum, & etiā principum. j. de appella. significauit. & litteræ illæ deletæ fuerant de ipsa cera sigilli.

d ¶ *Duæ litteræ.*] scilicet, v. & i.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

e ¶ *Publica manu.*] sed nōne sufficeret priuata, habēs subscriptionē trium testium. C. qui po. in pig. hab. scripturas. & 16. q. 3. placuit. §. potest. versic. is autem? Respondent quidam q non, nisi testes viuant. arg. s. eod. c. 2.

stissima videretur [a], recentior apparebat scriptura, tamquam non illo tempore facta fuisset. Tertio quia falsum sigillum vitiose videbatur appositum: eo quòd à media parte sigilli apparebat quędā imago, nō cum mitra in capite, sed cū pileo: nec induta pōtificalibus, sed regalibus indumentis †, tenens in manu non baculū pastoralē, sed quasi sceptrum regale, cuius facies nō apparebat integra, sed dimidia [b], tamquā in illa medietate respiceret aliā mediam, quæ tamē tota vacua remanebat, sed quædam imago videbatur ex ea fuisse deleta: quia cera in ea parte, nec in colore nec in planicie, reliquæ parti similis apparebat: vnde non episcopi, sed imperatoris videbatur fuisse sigillū: quia † in vna medietate, Cæsaris imaginem exprimebat: & in altera medietate præsumebatur vel filij, vel coniugis imaginem habuisse: nā & in ipso sigillo nullæ aliæ litteræ apparebant, nisi quæ nomen proprium cū hac adiectione: Dei gratia: designabant. Sed cum proprium nomen ipsius episcopi fuerit Luitardus, in nomine ꝑprio quod exprimebat sigillum, deletæ [c] fuerant duæ litteræ [d], secunda quæ erat inter l. & t. & sexta, quæ fuerat inter r. & v. ita quòd si secunda o. & sexta fuisset, i. proculdubio non Luitardus, sed Lotarius, legeretur: quod etiam inde conuinci † poterat, quòd secūdum dispositionem aliarum litterarum inter l. & t. non erat spatium, nisi quod potuisset vnam litterā cōtinere: cum secundum integritatem huius nominis, Luitardus, inter l. & t. duæ litteræ sint diuersæ. præterea inter r. & v. tam modicum erat spatium, vt in eo nec hæc littera, d, quæ maius occupat spatium, sed hæc littera, i. quæ minimum occupat, videretur formata fuisse. Rursus cum cera sigilli ab interiori parte vetustissima esset, cera quæ posita erat ab exteriori parte, quasi ad conseruationē sigilli, recens erat & mollis †. Quod cum diligenter inuestigatum fuisset, certo certius est compertum, quòd sub vetusto sigillo charta fuerat perforata, & per glutinū nouæ ceræ, quæ posita fuerat exterius quasi ad conseruationem sigilli, vitiose fuit ipsi chartæ subiunctum. Eadem falsitatis specie, per vitiosam videlicet appositionem sigilli cætera fere priuilegia Romanorum imperatorum, præter priuilegium Henrici, vel falsa reperta sunt vel falsata. Sed & ipsum Henrici priuilegium ad fidem instruendam ; nō videbatur sufficere, quia nec erat publica [e] manu cōtectum, nec sigillum habebat authenticū, eo quòd erat ex media fere parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi vltima medietas, videlicet. icus, nec de cæteris litteris nisi hæc adiectio: Dei gratia: apparebat; ita quòd ex litteris ipsis non magis [f] poterat comprobari fuisse sigillū Henrici, quàm Lodouici †. ¶ Instrumentū quoque sententiæ multis modis inueniebatur suspectū, tum quia in ipso quædam apparebant lituræ [g], tum quia subscriptio ; notarij videbāt manus alterius fuisse quàm subscriptio instrumenti: cum tamen notarius in subscriptione profiteretur [h], se instrumentum manu propria conscripsisse. Littera quoque recentior videbāt quàm charta, & aqua videbatur encaustum † infectum, vt antiquius appareret. ¶ In omnibus autem † imperialibus priuilegiis, quæ posteriora fuerant, nulla est habita mentio [i] de illa sententia, quāuis in eorum aliquibus mentio facta fuerit Luitardi, qui dicebatur donationem fecisse. Porro si legitimum esset instrumentum sententiæ, per illam tamen sentētiam nullum Mediolañ. archiepiscopatui præjudicium poterat generari, cū ipsa sententia lata fuerit inter alios [k]: & res inter alios acta [l], alij non præiudicet †. Nec attestationes quæ continebantur in instrumento sententiæ, per quas legitima donatio Luitardi videbatur esse probata, poterant eidem archiepiscopatui nocumētum [m] aliquod irrogare: cum inter alias personas, & in alio iudicio receptæ fuissent. ¶ Cæterum memorati Henrici priuilegium, quod non solum cōfirmationis, sed etiam dona-

f ¶ *Magis.*] Poterat tamen alio modo probari vtrum fuerit Hērici vel Ludouici, videlicet per chronicā imperatorū, ex annis domini, & indictione.

g ¶ *Litura.*] id est, cācellaturæ, siue rasuræ: alibi dicuntur imerlita. C. de testa. l. si vnus.

h ¶ *Profiteretur.*] id est, confitebatur per se fecisse completionem instrumenti. in Authen. de tabel. §. 1. colla. 5. & j. de priuileg. c. cum olim.

i ¶ *Mentio.*] Nota in priuilegiis mētionem esse faciendam sñiæ, vt hic vī: & etiam compositionis. j. de deci. ex multiplici. sic etiā in rescriptis facienda est mētio de priuilegiis. s. de rescrip. cum ordinem. & vnū rescriptū debet facere expressam mētionē de alio rescripto, ad hoc vt ipsum tollat. s. de dolo & cōtu. ex litteris. Item vnum priuilegium de alio. j. de præscript. c. veniens.

k ¶ *Inter alios.*] Sed nonne quia sciebat causam suā agi, immo q a ipse iudex fuerat, & pro monasterio iudicauit, sibi præiudicauit. ff. de re iudi. sæpe. ff. de pigno. fideiussor. 2. resp. j. de re iud. suborta? Dic q tunc actum fuit solū possessorio, qd nō præiudicat in petitorio. Vel hoc ideo fuit, quia delictum personæ, & c. 16. q. 6. si episcopum.

l ¶ *Acta.*] sic s. de testi. veniens. 2. q. 1. interrogatum. hæc regula ponitur j. de re iudi. cap. penul. vbi de hoc.

m ¶ *Nocumentum.*] Illas enim posset approbare, sed cogi non poterat. arg. s. de testi. cum causam. & c. constitutus. & cap. veniens. cum inter alias personas receptæ fuissent. sed si in alio iudicio tantū & inter easdem personas receptę fuissent, tūc tenetur illas ratas habere si sint publicatæ. arg. C. de libe. cau. l. iubemus. & s. de probat. c. vlt. & s. de testi. causam quæ. & idem est si coram arbitro recepti sunt, cum distinctione tamen illius legis. C. de testi. l. vlt. & s. de testi. c. præsentata. B.

¶ *Glo. seq. tria elicit argumenta.*

† In antiquis legitur adstruendā.

† Lodouici

† superfed pro.

† Hāc glossulam non reperio in vetustis exēplaribus.

† Aliàs, incaustū. est autem encaustum librariorum attramentū, de quo vide Cœlium Rhodiginū li. 7 lectio. antiquar. cap. 31.

† Videtur.

† Vide text. in l. 1. & ibi Doct. & Bart. ff. in modi. sol.

Bb 2 e ¶ Peti-

a ¶ *Petitionis.*] Arg. quod rñsum cõformandum est petitioni. ff. de inter. act. de ætate. Item arg. quod ex forma petitionis formanda est sñia: quia ex petitione apparet qualiter & de quo sit actum. j. de accu. qualiter & quãdo. & j. de simo. c. licet Hely, 1 Et est arg. quod libellus sit dandus, aliàs de prædictis constare non posset.

¶ *Glo. seq. ponit 7. concor, & alleg. 4. iura.*

¶ Et in con stat. cle. de verb. signi. sæpe verfi. verum quod. Ioan. And. in nouel.

tionis videbatur fuisse, vnde rerum dominium donatarum intelligi forte poterat monasterio acquisitum: quamuis ex forma petitionis a quæ in ipso priuilegio declaratur, confirmatorium videretur, vt tamen intelligatur eo modo quo magis posset valere b, distinguendum videbatur, vt idem Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit: cum eadẽ legitime nequiuissent c confirmari d pariter & donari: cõfirmari, tamquam prius habita & possessa: donari, tamquam tunc tradita & concessa: ac per hoc illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata, sed confirmata: cum iuxta † legum sanctiones, quod meũ est e, ex alia causa meum fieri non possit, nisi desierit esse meũ: & infra. ¶ Cum igitur priuilegium Henrici confirmatorium tantum extiterit, saltẽ quoad illa, quæ deducta sunt in iudicium, si principale non tenuit, nec accessorium f, quod ex eo vel ob id dignoscitur esse secutum: & infra. ¶ Per instrumenta vero locationis nec est vtique † probata proprietas, nec ad plenũ possessio; cum ad probationẽ rei propriæ, siue ad defensionem non sufficiat facta locatio g: & infra. ¶ Cum autem super his fuisset diutius litigatum: quia legitime probata nõ fuerant quæ petebantur ad monasterium pertinere, ab impetitione ipsius procuratorem h tuũ nomine tuo & Mediolañ. ecclesiæ, sentẽtialiter duximus absoluendum: quoniam cum obscura sunt iura partium, consueuit contra eum qui petitor est i iudicari.

b ¶ *Valere.*] Sic ergo facienda est interpretatio, vt res de qua agitur magis valeat quàm pereat. j. de verb. sig. abbate. j. de priuileg. in his. 1 2. q. 2. si quos de seruis. & ff. de re. du. quotiẽs. & ff. de verb. oblig. quotiens in stipulationibus. arg. contra. j. de off. deleg. cum super. & ff. de iure codic. l. 1. & ff. de re. du. in ambiguo. & ff. de hær. insti. quotiens.

c ¶ *Nequiuissent.*] & ita talia debent esse subiecta, qualia permittunt prædicata. Lau.

¶ *Glo. seq. alleg. vnũ concor. & tria contraria.*

d ¶ *Confirmari.*] Videtur quod idem non possit dare & confirmare. ff. de iur. om. iudic. & quia. Sed contra videtur 63. distin. in synodo. & 23. dist. in nomine dñi. & j. de elect. c. cum inter canonicos.

¶ In aliquot vetustissimis istorum iuxta sanctiones legitimas, quod meũ est ex vna causa, ex alia causa amplius meũ fieri nõ possit.

e ¶ *Quod meum est.*] sic Instit. de act. §. sic itaq;. ff. de acq. posses. possideri. §. ex pluribus. & Insti. de leg. §. sed si. C. de contrahen. emp. cum res. & l. si mater. ff. de contrahẽ. emp. siue rei. C. de iure dot. aiia. arg. vbi dicitur, quod cum patri iam quæsitum sit per legem, vt habeat actionem ad repetendam dotem si pactũ faciat, non nascitur ex hoc actio, cum iam eã habeat à lege. ea tñ possessio pluribus ex causis habetur. ff. de acq. poss. possideri. §. ex pluribus. licet enim vnum sit genus possessionis, multæ tñ sunt eius species: vt ead. l. possideri. §. vlt. licet ergo ex pluribus causis possit fieri traditio rei. arg. ff. de solu. cum quis. §. de peculio. ex vna tamẽ dñium acquiritur s. arg. ff. ad leg. Fal. fundo & l. si à me. & C. loca. ad probationem. præterea ex hoc videtur quod si aliquis plures titulos sui dñij assignet, cum hoc esse non possit, succumbat. arg. j. de concess. præbend. post electionem. & C. de contrahen. emp. l. 4. & l. si ancillam. tñ licet ratione vnius tituli sit effectus dñs, ratione alterius tituli cõpetit exceptio, licet iste titulus nullus esse videatur 3. ff. de excep. l. nemo.

¶ vtcumque.
¶ vtrinque.

¶ Facit de elect. vt quod quæ. hh. & Ioan. And.

¶ Ratio, quæ nullum dñij locũ vel pluribus exceptionibus cõtrarius. j. de reg. iur. accessoriũ. lib. 6. Ioann. And.

¶ *Glo. seq. ponit 5. concor. alleg. 4. iura in contrarium, & solu. alleg. etiam Authen. in contrarium, & soluit.*

f ¶ *Nec accessorium.*] Illud regolariter verum est, vt si principale nõ tenet, nec accessorium. C. de legi. non dubium. & j. de dote post diuor. rest. & si necesse. & j. de so. compe. si diligenti. & j. de ele. qualiter. & ff. ad Mace. creditorem. arg. contra. j. de iureiur. debitores. & C. si aduer. ven. l. 1. & ff. qui. mo. vsusf. amit. quid tñ. io prin. & l. præcedenti. & illa specialia sunt. Item contra. C. de episco. audien. Auth. liberi furiosi. vbi tenet legatum, & non tenet testamentum. Sed illud sit in odium filiorum qui negligunt patrem.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

g ¶ *Locatio.*] sed hoc falsum vr: quia si ego locaui tibi domum, tu non potes mihi referre quæstionem dñij: vt ff. de pig. ac. l. si pignore. & melius. C. loc. si quis conductionis. ff. commoda. l. ita vt. Sed verum est quod non refertur quæstio dñij si agatur illa actione quæ oritur ex pignoratitia, vel cõmodati, vel locati. sed secus si agatur reali actione; quia illa non proponitur tamquam contra commodatariũ vel inquilinum: sed quasi contra quemlibet possessorem. ff. ad exhibẽdum. & eo. §. 1. & verba ista sunt sumpta. C. locati. l. ad probationem. & argu. ad hoc. C. de præscrip. xxx. vel al. an. male agitur. C. de dona. censualis. & conductor rem cõductam locare potest 4. ff. loca. qui insulam. & C. eod. tit. nemo.

¶ Per quod vel quod scholaris recedens, possit in domo vel camera alia ponere loco suo: sed an hoc possit inuitis locatoribus: vide in Spec. de in-da §. 2. ver. circa hoc quæritur & hos. Insti. lor §. fin. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

h ¶ *Procuratorem.*] Hic ergo formatur sententia in personã procuratoris. contra. j. de proba. licet. De hoc not. j. de elect. querelam.

i ¶ *Qui petitor est.*] quia cum obscura sunt iura partium, iudicandũ est pro reo: vt hic dicit. & j. de proba. c. ex litteris. & c. in præsentia. & 3. q. 9. indicas. & ff. de actio. & oblig. Arrianus. ff. de pœn. respiciendũ. Insti. de interdi. §. commodum. nisi in liberali causa. ff. de manumis. l. antepen. & ff. de re iud. inter pares. Item si agatur de inofficioso testamento, potius pro testamento iudicatur. ff. de inoffi. testa. si pars iudicantium. Item pro matrimonio. 33. q. 1. si quis acceperit. & 30. q. 3. c. fi. & istos tres casus & quartum habes j. de re iudic. c. vlt. Ber.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 3. compil. Et de intellectu huius Decretalis videntur notata nostra hoc loco.

¶ Idem Cantuariẽ. archiepiscopo.

¶ *Non valent litteræ super absolutione voti per crucesignatos impetratæ tacita veritate, vel expressa falsitate.*

CAP. VII.

QVod † super his k: & infra. ¶ Quæsiuisti quid agere debeas circa crucesignatos, qui dicentes se ab Apostolica sede redire, super absolutione l sua, ignota m Cardinaliũ sigilla reportant: cum eis super impedimentis n expositis non fuisset de leui credendum. ¶ Ad quod tibi respondemus, quòd si quandoque talibus litteras indulgemus, illis qui personas & facultates eorum plenius nouerunt, hoc modo scribimus: vt super impedimentis expositis inquisita diligentius veritate statuant circa illos, quod animarum saluti & succursui terræ sanctæ magis nouerint expedire · prouidentes attentius † ne quid in fraudem voti fallaciter confingatur. Vnde si tales per suppressionem veritatis, aut falsitatis expressionem litteras non lo-

QVod super.] Cõmunis diuisio. Secunda: ibi, Ad quod. Abbas.

Casus. In archiepatu Cantuariẽ. erãt quidã cruce signati: mandauit Papa Cantuariẽ. archiepo, vt eos ad voti executionẽ compelleret: & dum ipse eos cõpellere vellet ad votum soluendum, ipsi sup absolutione voti redeũtes ab Apostolica sede, ostẽdebant Cardinalium sigilla ignota: cum super impedimẽtis quæ exponebant non esset eis de leui credendũ: quæsiuit archiepẽs quid agere debeat sup his? Et rñdet Papa, quod si aliquando litteras talibus concedit, rescribit illis qui sciunt personas & facultates eorum, hoc modo, vt diligenter inquirant veritatem sup impedimentis expositis, statuentes super hoc, quod animarum saluti, & succursui terræ sanctæ magis nouerint expedire, & prouidentes ne in fraudẽ voti aliquid fiat: vnde si tales litteras impetrauerint tacita veritate, vel expressa falsitate: siue sint Cardinalium, siue etiã Papæ, & non solum dubiæ, sed etiam certę, litteræ illæ non valent: & eis non obstantibus, debent ad voti executionem cõpelli. Nota quod illi qui votum emittunt compellendi sunt ad executionẽ ipsius, nisi iusta de causa per sedem Apostolicam sint absoluti. Item litteræ impetratæ per veri suppressionem, vel falsi suggestionem non valent. Item not. quod sigillo ignoto credi non debet.

¶ Dubio, oriẽtum, dẽ in aliquot antiquis codicibus.

k ¶ *Super his.*] hæc decretal. est pars illius. j. de vo. quod super his.

l ¶ *Absolutione.*] à voto peregrinationis.

¶ *Glo. seq. tractat de sigillo ignoto, obfuscato, & noto.*

m ¶ *Ignota.*] Cum vero sigilla ignota sunt, tũc eis nõ est standũ, nisi sint v. aut eo amplius. 98. dist. c. 1. & 2. si vero obfuscata sunt, sunt suspecta: vt j. c. proxi. ff. qui testa. face. poss. ad testiũ. §. si signata. tunc enim remittuntur ad consignatores, vt agnoscant sigilla sua. ff. quemad. test. ape. si quis ex consignatoribus. & si quis non agnoscit suum sigillum, non ideo vitiatur, sed suspectum habeatur instrumentum. ff. eod. l. 1. in fin. cum vero sigillum notum est, tunc creditur talibus litteris etiam in præiudicium alterius. j. de proba. post cessionem. & c. 4. quamdiu in contrarium non probetur o, vt ibi.

¶ Vide Cassadorum ad non suorũ non ducat eum Burgũ. in fine operis. tit. de conclusione consun. versi. Signe. & seq. vbi de materia harum gloslæ.

¶ Cõcor. l. si procuratorem. ff. de penat. & l. ne fausta. ff. sententia. hab.

n ¶ *Impedimentis.*] cum votum nequeant adimplere.

¶ *Glo. seq. dat tria similia.*

a ¶ Carere

a ¶ *Carere volumus.*] quia veritatem debent litterę continere, quia votum reuocant, sicut illæ quæ reuocant alias litteras: vt s̄. de offi. deleg. ex litteris. & s̄. de dona. ex litteris. & s̄. de rescrip. cæterū. & j. de re iudi. inter monasteriū. & ita seriem rei litteræ continere debent. j. de cohabi. cle. & mu. super eo. Et ita patet hic q̄ litteræ generales non absoluunt aliquem à voto, nec à sñia excōicationis. j. de sen. excom. cum p̄ causa. & arg. s̄. de offi. or. ex parte.

lum Cardinalium, sed etiam nostras: nec solum dubias, sed etiā certas constiterit impetrasse, carere volumus[a] impetratis: & eis non obstantibus[b] ad voti executionem compelli.

¶ Idem Heliensi episcopo.

¶ *Si de extrauaganti dubitatur an decretalis sit authentica: aut est iuri consona, & tunc iudicatur secundum illā: aut dissona, & tunc Papa consulitur.*

CAP. VIII.

PAstoralis† : & infra. ¶ Auctoritate præsentium duximus statuēdum, vt cum aliqua decretalis, de qua iudex merito dubitet, allegatur: si eadem iuri communi sit consona, secundum eam non metuat iudicare: cum nō tam ipsius, quàm iuris cōmunis auctoritate procedere videatur. ¶ Verum si iuri communi sit dissona[c], secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulat[d] super ea.

¶ Idem episcopo sancti Andreæ, & abbati de Broch.

¶ *Post publicatas attestationes vsque ad conclusionem, possunt instrumenta produci. hoc primo. Consuetudo loci facit instrumentum authenticum. hoc secundo.*

b ¶ *Non obstantibus.*] Denegabit enim delegatus suā cognitionē, vbi delegans denegaret commissionem. supra de rescript. cap. super litteris.

PAstoralis.] Duo sunt dicta. secūdum: ibi, *Verum.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliqñ allegantur decretales in iudicijs, de quibus dubitabatur an sint decretales: de quibus non constat p̄ bullam: quæsitū fuit à Papa quid iuris esset? Super hoc statuit Papa, vt si aliqua decretalis allegat̄, de qua iudex dubitet, si illa cōsonat iuri cōi, sm̄ illam non dubitet iudicare, cum sm̄ iura cōe potius iudicare videatur. Sed si iuri cōi sit dissona, nō iudicet sm̄ ipsam, sed consulat superiorem de illa. Nota distinctionem huius decret. circa decretales, de quibus dubitatur an sint decretales vel non.

¶ *Glo. seq. distinguit in rescripto an sit cōtra ius, an aliàs iniquum in decr. an sit præter ius, an contra consuetudinem.*

c ¶ *Dissona.*] Nota q̄ si aliquod rescriptum sit 9 ius, statim est abijciendum. 25. q. 2. rescripta. non enim rōne rescripti recedendum est à iure cōi: vt s̄. de rescrip. causam quæ. & s̄. de ætate & qualitate. eam te. immo auferendum est de manibus tenentis, & dandū est principi. C. de paga. & sacrifi. eor. l. sicut sacrificia. sed si non est ex toto 9 ius, sed aliàs sit iniquum: tunc expectandum est sm̄ mandatum. s̄. de offic. deleg. c. si qñ. & in Authen. vt nulli iudi. §. si vero. coll. 9. Si aūt aliqua decre. est p̄ter ius, non statim eijcitur, sed consulitur superior, vt hic dicit: & hoc ideo quia cum inter alias decr. allegatur, præsumitur[1] q̄ sit decretalis. arg. 20. q. 1. quem progenitores. Si aūt decretalis obuiat consuetudini, p̄ualet consuetudo: modo consuetudo sit probabilis, & legitime sit perscripta. s̄. de consue. c. vlti. s̄. de consti. cum oēs. & s̄. de eo qui mit. in pos. cum venissent[2]: nisi princeps per suum statutum intendebat tollere consuetudinem. ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus. aliàs succumbit consuetudo. j. de re iudi. cum causam quæ.

d ¶ *Consulat.*] & interim pendente relatione iudex supersedeat causæ. arg. s̄. de offic. deleg. licet. & C. de rela. l. 1. & 2. q. 1. nomen presbyteri.

CVm dilectus.] Duo sunt dicta. secundum: ibi, *Super tertio.* Abbas.

CASVS. Quia instrumentorum appellatione continentur & testes: & post publicationem testium alij testes non possunt produci: dubitatum fuit, vtrum post publicationem attestationum, instrumenta produci possint vsque ad sententiam, antequam sit conclusum in causa.

¶ *Glo. seq. ponit duplicem dubitationis causam.*

e ¶ *Post publicationem.*] Dubitatio forte fuit illa: q̄a forte diu tacuit cum p̄testari vel edere debuisset. ff. de eden. l. 1. §. edere. & §. edenda[3]. Vel illa erat dubitatio: quia post publicationem testium nō licet producere alios testes, vnde videbatur q̄ non liceret p̄ducere instrumentum: quia noīe instrumentorum continentur & testes. s̄. de testib. cogen. peruenit. ff. de fide instru. l. 1. sed nō est ita, quia in instrumentis nō timetur subornatio, sicut in testibus, quia ex multis causis & facilius deprehenditur falsitas instrumentorum q̄ testium: vt s̄. eod. inter dilectos. & s̄. de probat. licet. Vinc.

f ¶ *Conclusum.*] i. renunciatū allegationibus, & omnibus aliis probationibus. s̄. de cau. poss. pastoralis. & s̄. de procu. auditis.

SVPER TERTIO. Consuetudo erat in partibus Scotiæ, q̄ aliquis p̄ instrumenta regis probabat intentionem suā in iure: dubitauerunt iudices isti, vtrum instrumenta illius regis admittere debeant in causis? Rñdet Papa consulnis, q̄ consuetudo illius patriæ obtinet approbata, vt fides adhibeat̄ instrumētis illius regis: & ipsi poterūt ea in causis admittere, p̄sertim cū rex ipse tantæ fuerit honestatis, q̄ ipsius instrumēta maximæ habeantur auctoritatis in partibus Scoticanis. Nota, q̄ instrumenta possunt produci vsq; quo conclusum sit in causa, vel vsq; ad terminum ad hoc p̄fixū. Item instrumentis regis creditur si consuetudo hoc obtineat. Item ex qualitate p̄sonæ approbatur vel reprobat̄ instrumentum.

CAP. IX.

CVm† dilectus: & infra. ¶ Ad secundam quæstionē duximus respondendum, quòd vtraque† pars potest instrumēta, etiam post publicationem[e] attestationum vsq; ad diffinitiuæ sententiæ calculum exhibere, antequam sit in causa conclusum[f]. ¶ Super tertio vero articulo respondemus, quòd si consuetudo illius patriæ obtinet approbata[g], vt instrumentis illius regis fides adhibeatur, vos ea secure poteritis admittere: præsertim cum supradictus rex tātæ fuerit honestatis[h], quòd ipsius instrumenta maximæ auctoritatis sint in partibus Scoticanis†.

¶ Idem Petro ciui Viterbien.

¶ *Falsitas instrumenti, vel quod deest instrumento probari potest per testes.*

CAP. X.

CVm† Ioannes eremita à te cētū triginta libras Seneñ. ex causa mutui, corā Donadeo & Ioanne iudicibus Viterbieñ. petiisset: & tu ex aduerso proponeres, quòd cum idem in centū & octoginta libris tibi pro pretio domus, quā eidem vendideras, teneretur, centum triginta

¶ *Glossa sequens ponit de virtute consuetudinis.*

g ¶ *Approbata.*] Nota, q̄ consuetudo facit aliquod instrumētum authenticum, quod aliàs non esset: & consuetudo dat alicui iurisdictionem, qui aliàs habere non potest. s̄. de arb. dilecti. & s̄. de fo. cōpe. cum contingat. sic & consuetudo facit aliquem illegitimum, qui aliàs est legitimus ad promotionem. j. de cleri. coniuga. cū olim. & personas legitimas ad matrimonium facit illegitimas. j. de cogna. spi. super eo. Bern.

h ¶ *Honestatis.*] Not. q̄ ex qualitate p̄sonæ approbatur instrumentum. ff. de eden. si quis ex argentariis. §. 1. & j. de præse. ad audientiam. & j. de præsump. illud.

CVm Ioannes.] In prima parte ponitur processus causæ principalis. In secunda processus causæ appellationis: ibi, *Cum igitur.* In tertia diffinitio ipsius causæ appellationis: ibi, *De consilio.*

CASVS. Ioannes eremita coram iudicibus ciuitatis Viterbij petebat a Petro conciue ipsius 130. lib. Seneñ. ex causa mutui. Ex aduerso proposuit idem P. q̄ idem Ioan. tenebatur eidem in 180. lib. pro pretio cuiusdam domus, quam ipse Ioan. ei vendiderat: vnde petebat vt 130. sibi deberet compensare, & residuum sibi debere persolui: petiit insuper possessionem ipsius domus sibi tradi vacuā & liberam. lite cōtest. super hoc & aliis articulis, cum fuisset hinc inde aliquandiu disputatum, iudices auditis attestationibus & allegationibus, condemnauerunt illum P. vt eidem Ioan. possessionem prædictæ domus vacuam & liberam traderet: ab hac sñia dictus P. sedem Apostolicam appellauit: Papa dedit T. capellanum suum partibus auditorē, coram quo ex parte ipsius P. fuit p̄positū, venditionem ipsius domus non puram, sed cōditionalem fuisse: & ideo ipsum non teneri ad traditionem ipsius: Ad hoc probandum quatuor testes induxit, cum esset nouum capitulū pendens ex veteri: Qui iurati dixerunt, se interfuisse 9tui inter ipsum P. & Io. sup̄ eadē domo celebrato pro certo pretio, hac adiecta conditione, vt idem P. domū ipsam inhabitaret ī vita sua, & post eius obitum domus illa remaneret M. & R. filijs ipsius P. nepotibus ipsius Ioā. de anno, mēse, ac die quo facta fuit vēditio, dixerunt se non recordari. dictus I. venditionem non conditionalem, sed puram fuisse dicebat: Ad hoc probandum induxit instrumentum venditionis, & tabellionem qui fecit instrumentum, & vnum de testibus scriptis in instrumento: dubitatum fuit quæ probatio valere debet, & proponebatur ex parte ipsius P. q̄ licet testes & instrumenta candē vim obtineant in causis, non tamen instrumentum tanti debet esse valoris vt p̄feratur depositionibus trium vel pluriū testiū. Econtra ex

aduerso fuit rñsum, ꝙ cum ipse Io. intẽtionem suam per instrumentum probasset, & P. venditionem non puram, sed conditionalem fuisse proponeret, nec ꝑ testes P. de certo tpe fuerat facta fides: vnde non apparebat ꝙ super illa venditione deposuissent, & in instrumento certum tempus adijceretur, probatio ipsius P. inefficax erat ad intentionem ꝯtriam elidẽdam: Sed dicebat, ꝙ rñsio ista inualida erat, qm̃ vtraq; pars interrogata, confessa fuit in iure, ꝙ vnica venditio ipsius domus facta fuit in iure, sed ꝑ testes ꝓbatur venditionẽ conditionalem fuisse: & sic ꝑ confessionẽ vtriusq; colligitur, venditionem domus ꝯditionalẽ fuisse, non obstante ꝙ ipsa interrogatio facta fuit postq̃ fuit i causa ꝯclusum: qa iudex vsq; ad ꝓlationem sñiæ põt interrogare de facto quotiẽs dubitat: Istis oĩbus ꝯsideratis, dñs Papa de cõsilio fratrum, ꝓnunciauit vẽditionẽ ꝓdictã cõditionalẽ fuisse, & dictum P. non teneri ad ipsius domus possessionis traditionem, ipsi Io. sup hoc silentiũ imponendo, sñiam ꝓdictorũ iudicum quo ad hunc articulũ infirmando, q̃uis aliàs iuste ꝓnũciauerint: quia hæc exceptio non fuit ꝓposita coram ipsis: quantum ad alios articulos cõfirmauit eandem. Nota ꝙ cõpensatio admittitur in iure. Item sup nouo articulo publicatis attestationibus testes recipiuntur. Item testes ꝓferunt instrumento. Item exceptio ꝑemptoria potest proponi in causa appellationis. Item iudex ex officio suo interrogare potest partes vbicunq; dubitat de facto vsque ad sñiam. Itẽ licet sñia lata ex noua allegatione cassetur, non ꝓiudicatur iudicib' q ipsam protulerunt. Item sñia pro parte tenet, & pro parte non tenet.

possum prosequi in causa appellationis quàm expresserim coram iudice à quo appellaui. ff. de appell. scio. §. quæsitum. ad fi.

ADDITIO. Et hoc est verum in causa appel. à sñia diffinitiua, sed sec' ab interlocutoria: vt j. de appel. vt debitus. & c. cordi. lib. 6.

¶ *Glo. seq. querit, & soluit.*

libras ex illis non immerito debebat compensare[a]. Tandem cum super hoc & quibusdam alijs articulis inter vos fuisset aliquandiu litigatum, iudices attestationibus publicatis, te sententialiter cõdemnarunt, vt eidem prædictæ domus possessionem vacuam[b] † traderes, à creditoribus liberatam: & infra. ¶ Cum igitur ab hac sentẽtia ad nostram duxeris audientiam[c] appellãdum, & nos tam tibi, quàm prædicto Ioanni T. subdiaconum & capellanum nostrum dederimus auditorẽ: ex parte tua fuit propositum, supradictæ domus venditionẽ non puram, sed conditionalem potius extitisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominus testibus ad hoc probandum inductis: quod & si nouum esset capitulum, pendebat[d] tamen ex veteri: qui iurati deposuerunt, se interfuisse contractui inter te & prædictum Ioannem super eadem domo celebrato, pro qua centum octoginta librarũ pretium tibi fuerat constitutũ, tali videlicet adiecta conditione, vt tu domum ipsam inhabitares libere in vita tua, & post obitum tuum M. & R. natis tuis eiusdem Ioannis nepotibus[e] remaneret: cuius conditionis intuitu domum ipsam eidem Ioanni pro minori pretio vendidisti, cum à G. morandi pro ipsa ducentas libras potuisses habere. anni vero mensis & diei quo venditio facta fuit, ijdem testes se dixerũt minime recordari[f]. Dictus vero Ioannes venditionem non conditionalem, sed puram proposuit extitisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum: & infra. Tabellionem quoque qui confecerat instrumentum, & vnum ex testibus in instrumẽto subscriptis, ad id probandum induxit: & infra. ¶ Porro cum dubitatio fuisset exorta vtrius deberet probatio præualere: pro tua fuit parte propositum, quia & si eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium in litibus exercendis, non tamen quodlibet[g] instrumentum tanti debet esse momenti, vt trium vel plurium idoneorum testium depositionibus præferantur: & infra. ¶ Ad hoc autem idem Ioannes ex aduerso respondit, quòd cum intentionem suam per iam dictum fundauerit instrumentum, ac tu in modum exceptionis[h] venditionem ipsam non pure, sed conditionaliter celebratam esse proponas†, nec per testes ad hoc à te inductos de certo[i] fuerit tempore facta fides: & ideo non appareat quod super illa venditione deponant, quam constat per dictum instrumentum, determinato tempore fuisse contractam, huiusmodi probatio videbatur inefficax, ad intentionem contrariam elidendã. Verum responsionem istam esse proponebas inualidã: quoniam cum vtraque pars à nobis interrogata, fuisset in iure confessa, quòd vnica tantum venditio super domo cõtracta fuerit: & ex depositionibus testium liqueat vẽditionem conditionalem fuisse: ex vtriusque confessione colligitur, eiusdem domus venditionem conditionalem extitisse, non puram: non obstante quòd ipsa interrogatio facta fuerit postquã[k] à partibus extitit in causa conclusum. cum iudex (qui vsq; ad prolationem sententiæ debet vniuersa rimari) possit interrogare de facto, quotiens dubitationis aliqd occurrit †: & infra.

a ¶ *Compensare.*] Quæ cõpensatio admittenda fuit, si causa ex qua postulabat, liquida erat, aliàs nõ admittitur cõpensatio. j. de deposito, c. bona fides. io fi. vbi de hoc. & C. de compen. l. vltim.

b ¶ *Vacuam.*] Quod fieri debuit si pura suis vẽditio. ff. de act. emp. & vend. l. 2. §. 1. & l. seq. & argu. ff. de vsur. l. si stipulatus. 1 & sic restitutio possessionis plene ac libere facienda est. s. de restis. spol. Pisanis, Bernard.

c ¶ *Ad nostram audientiam.*] Hic ideo appellatur ad Papã, ꝙ ciuitas Viterbien. subest dño Papæ etiam quo ad temporalem iurisdictionem: aliàs non appellaretur ad ipsum 2. j. de appell. c. si duobus.

¶ *Glo. seq. reci. per obiectionem, & solutionem.*

d ¶ *Pendebat.*] Si enim capl'm ex toto esset nouum, nõ penderet ex veteri, iudex appellationis non cognosceret, nec testes reciperet. s. de testi. & attesta. fraternitatis. & C. de temp. appella. per hanc. & sic patet ꝙ in causa appellationis nouæ ꝓbationes possunt induci super noua exceptione. C. sen. rescin. nõ pos. l. 2. nec aliam causam

e ¶ *Nepotib'.*] Sed quare iste Ioannes emebat domum illam pro filiis ipsius Petri nepotibus eiusdem Ioannis, cum ipsi filij debebãt illi Petro succedere. in Auth. de hære. quæ ab intesta. defer. circa prin. coll. 9. & Institu. de hære. quali. & dif. circa princ. & §. sed sui? Forte ideo facit, quia Petrus prodigus erat, & cõsumebat bona sua. vnde ne domus illa perueniret ad alios, voluit Ioan. ꝓuidere nepotibus suis.

f ¶ *Recordari.*] Et 3 tñ valuerunt dicta eorum, quæ aliàs nõ valuissent si de tempore ageretur. s. de testi. c. ex tenore.

¶ *Glo. seq. notat, querit, & soluit, & remittit.*

g ¶ *Quodlibet instrumentum.*] Et ita patet ꝙ 5 instrumẽtum quantũcũq; publicum admittuntur testes, vt hic 4 quia ꝑm testes ꝓductos 5 instrumentum sñiatur, ad idẽ inducitur. j. de præscr. ad audientiam. & C. de proba. cum precibus. Si quæris quot testes ꝓuedicent instrumẽto, potest dici ꝙ iiij. vel v. ad minus: quia auctoritas tabellionis vĩ æquiualere duobus testibus. s. de probat. qm̃ 3. & ipsum instrumentum valet duos testes: qa parẽ vim obtinet probatio testium vel instrumentorum. C. de fid. instru. l. in exercendis. vt hic deciditur. & sic patet ꝙ ad mio' ꝑ quatuor meliores vel quinq; testes instrumẽtum reprobet. De hoc dictum est s. de proba. tertio. sed in casu isto testes non reprobãt instrumentum, sed adduntur instrumẽto, quod notarius omiserat forte per obliuionem. Ber.

h ¶ *Exceptionis.*] Vnde non videbatur pro ipso sententiandum. s. de or. cog. cum dilectus. j. de excep. c. denique.

i ¶ *De certo.*] Propter quod probatio insufficiens videbatur. s. de probatio. in præsentia. argu. s. eod. inter dilectos. & ff. de eden. l. 1. §. editiones.

¶ *Glo. seq. notat quod iudex, &c. dat simile, reddit duplicem causam, & demum determinat & remittit.*

k ¶ *Postquam.*] Et sic patet ꝙ iudex potest interrogare partes qñcunq; visum fuerit. ff. de inter. actio. l. vbicunq. & 30. q. vlt. c. vlt. sic etiam potest interrogare testes post publicationem si obscure dixerint, qñcunq; visum fuerit. s. de testi. cum clamor. quia veritas sæpius examinata magis splendescit in lucem. 35. q. 9. graue. quia officium iudicis est latissimum. ff. de iuris. om. iud. l. 1. sed ad petitionem partis non debet testes interrogare. arg. s. de proba. in præsentia. 5 de hoc dicitur 30. q. 5. iudicantem.

¶ *Glo. seq. arg. signat contrarium, remittit & soluit.*

1 Quando dicatur vacua possessio, vide per Angelũ & legistas in l. in conuentionalibus. §. si quis vacuam. ff. de verb. oblig. adde glosã singularem in §. quod autem. Inst. de vsucapio.

2 Si stipulatus fuerit rem dari & vacuã possessionẽ tradi, per actionem incertã ex stipulatione, veniunt fructus postea percepti. vt verba. & vacuam, &c. aliquid addant. Ioan. And.

3 Nisi iudex à quo appellatur, superiorem in temporalibus non recognoscat, j. qui fil. sint legi. per venerabilem. §. rationibus. & de foro compe. ll col. in Authen. vt diff. iudi. §. si tñ contigerit, secũdũ Hostien. Ioan. And.

3 Hic glossam non puto Bernardi, nec inuenio in notrijs eis dicibus.

4 Infero ꝙ per confessionem vbi debiti est liquidi admittitur recompẽsatio, etiam. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp.

4 Et sic reprobat opinio Lanfrãci Cremonen. ꝙ dicebat ꝑ testes nõ reprobari instrumentum, nisi essent suspectum, vel ex parte confictus, vel ex parte producto & tod debet rõnẽ, quia memoria hominum labilis, nec obstat testa sint in ventis sicut tabellio, quare plus creditur instrumento secũdũ eũ. Ioan. And.

† Vide etiam in l. vbi maque. com ellis. ff. de inter. act. l. 1. & 2. vnde.

5 Vbi de hoc in 4 gl. & s. de test. per tuas. Ioan. And.

¶De consilio fratrum nostrorum pronunciauimus [a], venditionem prædictæ domus fuisse conditionaliter celebratam, & te [ob † hoc] nulla tenus obligatum ad traditionem ipsius: super hoc memorato Ioãni silentium imponentes. Sententiam vero iudicum prædictorũ, qui aliàs iuste pronunciasse noscuntur (cum huiusmodi [b] exceptio coram ipsis nec probata fuerit, nec obiecta) quo ad dictum capitulum infirmamus, eam quo ad alios articulos, [auctoritate † Apostolica] confirmantes.

¶ Honorius tertius.

¶ *Defectus litteræ non vitiat rescriptum.*

CAP. XI.

EX † parte charissimæ in Christo filiæ B. quondam Anglorum † reginæ fuit propositũ: & infra. ¶ Quia rescriptum Apostolicũ, pro eo quod in hac dictione, spoliarunt, hæc figura, o, deerat [c], asseritur vitiosum: Mandamus, quatenus hoc non obstãte in negotio ipso præuia ratione procedas.

¶ Gregorius nonus Priori sancti Bartholomæi, & decano de Arcubus Londoñ. †

¶ *Licite appellatur à iudice, qui parti hoc petenti non facit edi communia instrumenta.*

CAP. XII.

G † perpetuus vicarius ecclesiæ de Rechan nobis exposuit, quòd cum Prior & conuentus de Ledis, eum super decimis [d] coram iudicibus auctoritate Apostolica cõuenissent, & dictus G. super [e] similibus coram ipsis reconuenisset eosdem: quia dicti iudices copiã quorundam instrumentorum communium [f], quæ habebat pars altera, & per quæ intendebat intentionem suam super principali fundare, fieri non faciebant eidem hoc cum instantia postulanti, nostram audientiam appellauit: Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, & cætera.

¶ Idem.

¶ *Scripturæ contrariæ ab eodem productæ, fidem non faciunt.*

CAP. XIII.

IMputari [g] † ei potest, qui contrarias [h] inter se scripturas in iudicio protulit, fidem sibi adinuicem derogantes: Cum

a ¶ *Pronunciauimus.*] Arg. q super exceptione incidenti sit pronunciandum. argu. s. ĩ. de ordi. cogn. c. 1. vbi de hoc, sed ratio quare pronunciatur hic sup hac, & non ibi, potest assignari. hic opposita fuit exceptio post sniam: vnde super exceptione nondũ fuerat directe vel indirecte pronunciatũ: quare in causa appellationis debuit de ea pronunciari: q̃a de ea cognitum fuit: & ad hoc vt sciretur quare snia reuocetur, sed cum opponitur ante sententiam, sup ea pnunciat indirecte, dum sententiatur super principali. Bernar.

† Hæc duo verba: ob hoc: desunt in vetustioribus codicibus.

¶ *Glo. seq. not. dat simile, ssignat contrarium, & remouet.*

b ¶ *Huiusmodi exceptio.*] Per hoc patet, q exceptio peremptoria omissa ante sniam, potest opponi post sniam in causa appellationis. C. sen. rescin. non pos. l. 2. aliàs nõ posset nisi p beneficium restitutionis: vt in l. pdicta. & ĩ. de prioil. cum olim s. ĩ. de in integ. restitu. suscitata. sic etiam in compẽsatione omissa ante sniam, nihilominus actio remanet salua post sniam cõtra aliquam appellationem [1], non obstãte re iudicata in prima petitione. ff. de compen. q in diem. §. 1. Arg. cõ s. ĩ. de re iodi. inter monasterium. Sol. vt ibi.

† Hæc duo verba, auctoritate Apostolica, desunt etiam in vetustioribus.

† De materia vide Romanũ cons. 148 ad de Baldum in l. impe rator. ff. de stat. hom. & Iasonem in l. si quis mihi bona. ff de acq. hæred.

E X *parte.*] Communis diuisio. Secũda: ibi, *Quia*. Abb. Siculus.

† Anglorum.

CASVS Quædam regina impetrauit litteras quasdam sup restitutione spoliationis cuiusdã castri: in qbus deficiebat hæc littera, o, in hac dictione, spoliarunt: quæritur vtrum pp hoc rescriptum vitietur? Et rñdet Papa q non. Nota q pp modicũ defectum non vitiatur rescriptum: cum ex præcedẽtibus & subsequentibus possit cognosci mandatoris intentio.

† Londoñ.

1 Multo fortius in causa appellationis. & de hoc in Spec. de appellat. §. penul. versic. sed nunquid in cã. & vide qd plene dixi de ord. cog. c. olim in magna gl. versi. & idem est qñq; cũ versic. seq. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

c ¶ *O, deerat.*] Ex hoc vr̃ satis, q non debuit valere: quia in litteris dñi Papæ nihil debet diminutum esse. argu. ĩ. de rescrip. c. cum à Deo. & cum multa maturitate ac deliberatione traduntur. 35. q. 9. Apostolicę. vnde nõ est verisimile, q aliqd vitium possit ibi remanere: sed pp tam modicum defectum nõ vitiatur, maxime si rescriptum in aliis appareat oĩno legitimum, cum fuerit vitiũ scriptoris, siue nimia occupatio: qđ nocere nõ debet. arg. C. de testi. l. errore. & l. ambiguitates. & l. qm̃ indignum. & C. de leg. in legatis. secus si esset ibi falsum latinum. ĩ. de rescriptis. c. ad audiẽtiam. Et sic est notabile, q pp defectũ syllabæ, vel literæ [2] non vitiatur rescriptũ: sicut nec testamẽtum vitiatur, nec libertas minus debetur, licet erratum sit in syllaba. ff. de manumis. testa. l. qui habebat.

2 De hoc articulo vide notata p Hostien. & Doctores ĩ. de crim. fal. c. pen. & c. ex litteris. ĩ. de rescrip. adde hic Ioan. And.

G *Perpetuus.*] In prima parte ponitur appellanõs narratio. In secunda causæ commissio: ibi, *Ideoque*. Abbas Siculus.

ordo iudiciarius obseruandus [a]. Sic ergo faciens, & iuramenti tenorem seruabis, & instituta canonica non omittes.

¶ Idem iudici Carolitanō †.

¶ *Si vnum iuramentum vni debitum alteri præstatur, illicitum est, & eo nō obstante cui debetur præstandum est.*

CAP. XXII.

EA † te credimus discretione vigere, vt intelligas per teipsum quòd onus non remittitur, sed augetur [b], cum cuiquā improuide soluitur, quod alij [c] ex debito est præstandum. Sane cum archiepiscopus Turritanus à te nomine † nostro iuramentum fidelitatis (sicut à nobis mandatum acceperat) exegisset, illud exhibere in eius manibus distulisti, asserens quòd Pisano archiepiscopo [d] saluo Apostolicæ sedis honore huiusmodi præstiteras iuramentum. ¶ Cum igitur nobis & ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere tenearis, si præstitum [e] iuramentum ei quod à te nobis tamquam debitum est præstandum contrarium [f] reputes, illud [g] illicitum iudicabis: & illicito non obstante, quod licite, immo ex debito petitur, exhibebis: vel si prēstitum præstando contrarium non existit, illud sine difficultate præstabis.

¶ Idem Alatrino † episcopo.

¶ *Qui iurauit stare mandato alicuius, non tenetur parere si præcipit illicita: vt quòd filium exhæredet, vel vxorem abiuret.*

Nota glossa non est Bernardi, nec habet in uetustis exemplaribus.

Aliàs karalitan.

E *A te.*] Qui iurauit ei cui non debuit, cui debet iurare cōpellitur. Primo ponit exordiū. Secundo narrationē: ibi, *Sane*. Tertio conclusionē: ibi, *Cum igitur*. De materia huius cap. habetur in c. si diligenti. j. de præscrip. Abbas.

Cap. 8 eo. tit. in 3. compilatione.

Casus. Dñs Papa mādauit archiepō Turritano, quatenus iuramentū fidelitatis exigeret & reciperet à iudice Carolitano noīe Romanæ ecclesię pro ipso iudicatu: Iudex ille noluit iuramentū illud exhibere, asserēs q; illud p̄stiterat Pisano archiepō saluo ecclesiæ Romanę honore, Papa hoc intelligēs scribit sup hoc iudici supradicto dicens, q; non remittitur debitū sed augetur, cū alicui soluitur quod alij est præstandum: sed cū iuramētum illud ecclesiæ Romanæ dictus iudex præstare teneatur, si iuramentum iam præstitum ɔtrium reputet, illi qd̄ dño Papæ præstare tenetur, primum illicitū est: & illo non obstante illud præstare debet quod ab eo petitur. Si vero primum iuramentum non est ɔtrium præstando iuramento, illud sine mora præstare debet. No. q; non releuatur à debito qui alij soluit, qd̄ debet. Item cum duo iuramenta contraria sunt, videndum est qd̄ magis sit licitum, vt altero reiecto illud seruetur.

Aliàs iure nomine ecclesiæ.

Salaritano.

b ¶ *Augetur*.] quoniam grauius solui potest vero creditori quod alteri est solutum, & tamen non liberatur à debitore. ff. de constit. pecu. si vero mihi. ff. de sol. vero procuratori. §. 1. & j. de homi. sicut dignum. §. eos. in si.

c ¶ *Quod alij*.] Sic ff. de condi. inde. in summa. io si. vnde si alij solueris qd̄ alij debes, nō liberaberis, & ille furtū cōmittit. ff. de fur. falsus. §. 1. nisi ille ratum habeat. ff. eo. si vēdidero. §. si Titius. vnde patet, q; peius est siue grauius latroni, qui partitur spolia cū socio, quàm si non partitur. 24. q. 4. si quem ad peccatū. Io. & expone qd̄ dicit alij, tantum scilicet: & sic non obstat qd̄ soluitur vni ex pluribus, quorū cuilibet insolidū quid debebatur. ff. de duo. re. cōsti. l. 3.

d ¶ *Archiepiscopo*.] De hac materia tractatur j. de præscri. si diligenti.

e ¶ *Præstitum*.] Pisano archiepiscopo.

f ¶ *Contrarium*.] quia si vnum contrariorum est bonum, reliquum est malum. 8. q. 1. sciendum. & 32. dist. hospitiolum.

g ¶ *Illud*.] scilicet quod præstitisti archiepiscopo.

Q *Vintauallis*.] Istud est valde famosum cap. propter materiam arbitrorum, quæ hic tractatur. Communis diuisio. Secunda ibi, *Quocirca*. Abbas.

Casus. Filiæ Quintauallis venerunt ad verba cum quibusdam mulieribus alijs, & eis multas iniurias irrogarunt, propter quod dictus Quintauallis iurauit stare mandatis illarū: quæ tale fecerunt illi sub debito iuramenti, q; si aliqñ filij, aut filiæ, aut vxor illius, aliquod factū vel verbū cōtumeliosum mulieribus illis obijcerēt, idem Quintauallis filios & filias exhæredaret, & vxorē à se remoueret: Quintauallis recepto tam iniquo mandato, significauit hoc dño Papæ, vnde mandat epō Alatrino, quatenus prædictis mulieribus iniungat, vt mandatū illud reuocēt, cum licitū fuerit iuramentū, & mādatū illicitū: alioquin denunciet illū nō teneri ad obseruandum hmōi mandatū. No. q; cū aliquis simplr iurat stare mādato alicuius, licitum debet esse mandatum: alioquin mandatum non ligat.

CAP. XXIII.

QVintauallis † nostris auribus intimauit, quòd pro offensa quā filiæ ipsius alijs mulieribus irrogarāt, quod earum mandato pareret, præstitit iuramentum [h]: quæ tale illi sub debito iuramenti dedere mandatum, quòd si quando filij † aut vxor illius aliquod factum, vel verbum contumeliosum mulieribus illis obijcerent, idem filias & filios exhæredaret [i], & à se propriam remoueret vxorem. ¶ Quocirca mandamus, quatenus cum licitum fuerit iuramentum, sed mandatum illicitum, prædictis vt reuocent mandatum illud iniungas: alioquin eum ad mandati obseruationem illius denuncies non teneri.

¶ Idem archiepiscopo Terraconeñ.

¶ *Ex causa leui & temeraria coniuges etiam quo ad torum & mutuam cohabitationem se separare non possunt, etiam cum iuramenti interpositione.*

CAP. XXIIII.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos, quid tibi sit super hoc faciendum, quod B. & A. vxor eius adinuicem iurauerunt, se numquam mu-

Cap. 9. eo. titulo 3. compilatione. Et vide Baldum in Authen. generaliter. C. de episc. & cleri. adde notas nostras in his decretalib.

Aliàs, filia.

h ¶ *Iuramentum*.] quod ciuili modo fuit intelligendum. ff. de seruim. si cui. & s. eod. veniens. vbi de hoc.

¶ *Glossa sequens exprimit causam iniquitatis horū mandatorū, & ponit 14. causas propter quas filius potest exhæredari.*

i ¶ *Exhæredaret*.] Ad hunc casum iuramentū non extendebatur, nec debuit extendi. Arg. s. eod. quanto. & melius in capitu. veniens. 22. q. 4. vnusquisque. & ff. de oper. libert. si liberta. ff. de fideicōm. lib. Thais socilla. §. sorore. & ff. de manomiss. l. 4. in fin. nisi in certis casibus, qui continentur in Auth. vt cum. de ap. cog. §. causas. coll. 8. & ita turpe fuit mandatū. Item contra præceptum domini fuit hoc mandatū, vt vxor separaretur à viro. 28. q. 2. idololatria. & 33. q. 2. quos Deus. Causæ vero ingratitudinis pp̄ter quas pater potest exhæredare filium, sunt hæ. Prima si filius parentibus manus intulerit. Item si grauem iniuriam eis fecerit. Si criminaliter eos accusauerit de causa, quæ non sit aduersus principem vel rem publicam. Si cum maleficis versatur. Si maleficus efficiatur. Si vitę parentum fuerit insidiatus. Si vxori vel concubinæ eius se immiscuerit. Si ex dilapidatione filij graue dispendium parentes sustulerint. Si pro persona vel debito eius inquantum potest fideiubere noluerit. hoc tamen quod de fideiussione dicitur, ad filios masculos tantum pertinet. Item si prohibuit eos facere testamentum. Si cōtra voluntatem parentum inter arenarios & mimos perseuerauerit, cū pater non fuerit illius professionis. Si filia vitam luxuriosam egerit, cum parentes vellent eam pro posse dotare, nisi neglexerint eam maritare vsque ad xxv. annos. Si parentibus furiosis debitam curam non impenderit. Si parentem captum de carcere eripere neglexerit. hoc totum habes in præmil. authentico 3.

Cap. 10. eod. tit. in 3. compilatio. Et vide Sotū lib. 4. sen dist. 32. q. 1. ar. 3.

De materia huius glossę vide Iasonem in Auth. non licet. C. de liber. præter. Matth. liū singul. 78. incip. plures sunt.

Additio. Vnde versus: *Bis septem causis exhæres filius esto;*
Si patrem feriat, vel maledicat ei.
Carcere detrusum si negligit ac furiosum,
Criminis accuset, insidias ve paret.
Si dederit grauia sibi damna, nec hoste redemit.
Testari prohibet, aut dat arena locum.
Si prauos sequitur, vel amat genitoris amicam,
Non orthodoxus, filia quando coit.
Hos versus habet in summula pauperum.

A

T *Va nos.*] Coniuges abiurare se non possunt. ita summat Ioan. Diuiditur. In prima consultatio. In secunda responsio. Secunda: ibi, *Nos igitur*. Abbas.

In codice Barbatiæ post hoc verbum, alioquin. statim sbiungitur hæc glosa: sed hoc totū cessat per ingressum religionis, vt 17. q. 2. vic.

Casus. Quidam B. nomine, & A. vxor eius adinuicem iurauerunt se numquam mutuo petituros: quæsiuit ordinarius quid sibi

sibi super hoc esset agendum. Mandat Papa eidem quatenus vtrũque inducat ad continentiam obseruandam: quod si facere voluerint, & eam seruare, maneant separati: alioquin compellatur mulier ad virum redire, cum iuramentum illud temerariũ fuerit, & vterq; illorum adulterium commisit. Not. ꝙ iuramentum non ꝑiudicat matrimonio, sed econuerso matrimonium ꝑiudicat iuramẽto. ĩ. de sponsa. c. pen.

Glo. seq. ponit op. quã reprobat.

a *Petituros.*]Temerarium fuit hmõi iuramentũ, & ideo non fuit obligatorium. 22. q. 4. inter cætera. & C. de nupt. Authen. quod eis ꝑmittitur. Et dicunt q̃dam pœnitentiam imponendam tamẽ pro veniali. arg. ẽ. eo. verũ. & 25. distin. cap. vnum oratorium. §. criminis. immo ad minus vnius anni pœnitentia imponitur pro temerario iuramento. 22. q. 4. qui sacramento. Tan.

Glossa seq. ponit duas opin. contrarias, quas determinat. secundo quærit, & soluit.

b *Commorari.*] Non sĩ in seculo, vt quidam dicũt. arg. ĩ. de conuer. coniug. ad Apostolicã. Sed vr̃ ꝙ in seculo. 33. q. 5. qđ Deo pari. t sed si alter vellet intrare monasterium, haberet locum quod ipsi dicũt. Sed quid si iurauerunt ꝙ nunq̃ diuertent abinuicem, nunquid est seruandum iuramentũ tale, cũ possit seruari sine interitu salutis æternæ? Non vr̃, quia nec pœnalis stipulatio teneretur vt si culpa alterius diuortium factũ fuerit, dabis centum. ff. de verb. oblig. si stipulatio facta fuerit. sicut enim libera debent esse matrimonia in ɔ̃hendo, ita in dissoluendo. C. de inuti. stip. libera. & C. de nup. neq;. arg. ff. de dona. inter vi. & vxo. ea quæ. & ff. de verb. oblig. Titia. & ĩ. de sponsa. gemma. Io. hoc nõ determinat, sed credo si vellent intrare religionẽ, possent: quia non dr̃ infringere iuramẽtum qui in melius illud commutat. s. eo. c. 3. & ĩ. de vo. & vo. redem. c. scripturæ. & iuramentũ illud benignius est interpretandum. ẽ. eod. ad nostram. & C. quanto.

Glo. seq. recitatur per quæstionem.

c *Reuertatur.*] Hic dicerem ꝙ propria auctoritate debet redire ad virum, nec expectare superioris auctoritatem.

d *Vtrinque.*] Sic ĩ. de reg. veniẽs. ĩ. de diuor. significasti. ĩ. de adul. c. penul. & vlt. ĩ. de excep. cum ecclesiasticæ. & 32. q. 6. nihil. & ff. de compen. si ambo.

tuo petituros [a]: idem vero nũc repetit illam instanter: ea econtrario affirmante, quod prius se faceret Sarracenam † quàm rediret ad eũ: & infra. Nos igitur fraternitati tuæ respondentes, Mandamus, quatenus vtrumque ad continẽtiam seruandam moneas & inducas: quam si promittere voluerint & seruare, vtrumque dimittas sine alio cõmorari [b]: alioquin si vir noluerit continere, tu illã vt reuertatur [c] ad ipsum, & tãquam vxor cum viro moretur, per excõmunicationis sententiam appellatione remota cõpellas: cum & temerarium fuerit huiusmodi iuramentum, & adulterium vtrinque [d] sit commissum.

Idem Genuẽ. † archiepiscopo.

Is qui iurauit cum muliere contrahere, propter superuenientem fornicationem vel deformitatem eam repellere potest: propter præcedentem non. hoc dicit.

CAP. XXV.

QVemadmodũ † si vir mulieri iurasset, quãdo contraxit cum illa, quòd eã semper pro legitima vxore teneret, pro fornicatione quam mulier antea commisisset, non posset eam dimittere [e], sed pro fornicatione quam postea perpetraret, eam dimittere posset, non obstante huiusmodi iuramento †, quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio [f], si videlicet in legem coniugij illa non peccaret: Ita si quis iurauerit se ducturum aliquam in vxorem, non potest ei fornicationem opponere præcedentem [g], sed subsequentem, vt illam non ducat in coniugem: quia in illo iuramento, talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa cõtra regulam desponsationis nõ venerit. Alioqnin si post huiusmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in vxorem, quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum coniugiũ vir propter fornicationem, licite potest vxorem à sua cohabitatione dimittere: longe fortius [h] ante coniugium celebratum, propter eandem causam sponsus licite potest in suam cohabitationem non admittere sponsam [i]: quia turpius eijcitur [k], quàm non admittitur

QVemadmodum.] Diuiditur in tres partes principales. Secunda ibi, *Illud autem.* Tertia ibi, *Quòd si.* Prima subdiuiditur. Nam primo inducit simile ɔsultationi faciendæ. Secũdo soluit: ibi, *Ita si quis.* Tertio probat solutionem per euitationem absurditatis, & per rõnem: ibi, *Alioquin.* Quarto rñdet oppositioni iuramẽti: ibi, *Non obstante.* qđ rñsum ꝓbat ꝑ euitationẽ absurditatis: ibi, *Quòd si post.* Secũda pars principalis non subdiuidit, sed tertia pars sic: q. æ primo ponit casum. Scdo allegat ꝑ negatiua: ibi, *Cũ scriptura.* Tertio ꝑ affirmatiua: ibi, *Sed nunquid.* Quarto soluit: ibi, *Tamen.* Abbas.

CASVS. Quidam iurauit se ducturum aliquã in vxorẽ, quæ ante ipsa sponsalia sic ɔ̃cta fuit fornicata: quæritur an teneatur eam ducere in vxorẽ ꝑtextu huius iuramẽti? Rñdet Papa ꝑ simile, & quasi à maiori: Si vir iurasset mulieri qñ ɔ̃xit cum illa, ꝙ eam semꝑ pro legitima teneret vxore, eam nõ posset dimittere pro fornicatione, quam ante ɔ̃ctum matrimonij commisisset: sed si post ɔ̃ctum matrimonium & ꝑstitum iuramentum fornicatur, dimittere eam posset non obstante hmõi iuramento, quia in illo talis conditio subintelligebatur: si illa ɔ̃ legem matrimonij non peccaret. Eodẽ modo si aliquis iurauit se ducturum aliquam in vxorẽ, non potest ei fornicationem opponere ꝑcedentẽ, sed subsequentem, vt eam ducere non teneat: quia in illo iuramẽto talis debet conditio subintelligi: si illa ɔ̃ legem despõsationis non venerit: alioquin si post tale iuramentũ fieret publica meretrix, eam ducere teneretur: qđ esset prorsus absurdum: & hoc ꝓbat ꝑ locum à maiori. si vir post ɔ̃ctũ matrimonium ꝑꝑ fornicationẽ dimittere potest vxorem, multo fortius ante coniugiũ celebratum ꝑꝑ fornicationem potest non admittere sponsam: quia turpius eijcitur q̃ non admittit hospes. nec obstat iuramentũ in aliquo istorũ casuum: q̃a iuramentum illud tale est ꝑꝑ conditionẽ subintelligẽdam, qđ potest seruari & non seruari sine trãsgressione iuramenti: ꝑterea si post huiusmodi iuramentum, huiusmodi mulier fieret leprosa, vel paralytica, vel nasum amitteret, vel quicq̃ turpius ei cõtingeret: teneretur eam ducere in vxorẽ? Rñd. si esset vxor de ꝑsenti, eam dimittere nõ posset: si sponsa de futuro, eam ducere non teneretur: quia multa impediunt matrimonium ɔ̃hendum, quæ non dirimunt iam ɔ̃ctum.

e *Dimittere.*]Nec etiã accusare. ff. de adulter. si vxor. §. si qs vxorem. & §. vlt. & C. ad l. Iul. de adulteriis. ꝑꝑ violatã.

Glo. seq. ponit decẽ generales conditiones in iuramentis subintellectas, & si. quærit, & soluit.

f *Conditio.*] Nota ꝙ plerumq; intelliguntur cõditiones in iuramentis, vt hæc, si placet Papæ: vt ẽ. eod. venientes. Item hæc, si Deo placuerit. 22. q. 2. beatus. §. 1. Item hæc, si res in eodem statu ꝑmanserit. 22. q. 2. ne quis. ff. de sol. cum quis. Item si mihi seruabitur fides. ẽ. eod. ꝑuenit. & ff. loca. quæro. §. inter. Item honestæ & possibiles, vt hic dĩ. & ĩ. eo. sicut. Item hæc, si mihi numerauerit pecuniam. C. de non nu. pec. indubitati. Item hæc, si nuptiæ fuerint secutæ. ff. de iur. do. stipulationem. [a] Item hæc, si non immoderatum quid ꝑcipiatur. ẽ. eo. veniẽs. & c. Quintauallis. & ff. de ope. liber. si libertus. Item facultas subintelligitur. ẽ. eod. breui. Item ɔmoditas. ff. quarum re. ac. non da. l. 1. §. quæ onerandæ. Speciales aũt conditiones non subintelligũtur si non exprimanẽ, licet mente concipiant. 32. q. vlt. cap. vlt. in fi. C. de condit. ob tur. causam. si repetendi. nisi vbi lex exprimit aliquid tacite agi inter ɔ̃hentes: quia tunc illud pro expresso hr̃. ff. si cer. peta. cum quid. & ff. de verb. oblig. triticum. & hæc vera sunt in promissoriis iuramentis, sed in assertoriis nulla cõditio subintelligit, & de tali loquit 32. q. vlt. c. vlt. & C. de iure do. si mulier à viro [b]. Sed nunquid dicemus oẽ iuramentum conditionale, si omnes ꝑmissæ conditiones subintelliguntur? Certe non. ff. de cond. & demonst. conditiones.

g *Præcedentem.*] quia ex quo semel probauit mores ipsius, non potest postea reprobare. 32. q. 5. horrendus. nisi ex superuenienti causa, vt ẽ. de æta. & quali. accepimus. & ẽ. de offi. deleg. insinuãte. & 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus. Io.

h *Fortius.*]Nam cui damus actionem, multo fortius exceptionẽ. ff. de reg. iur. in ois. §. cui damus. & ff. de suspi. l. 1. §. plane. & ẽ. eo. debitores. q̃q; tñ ɔsequimur excipiẽdo qđ agẽdo petere nõ possumus. ff. de neg. ge. l. 3. §. pupillus. & ff. de cõpen. si cũ filiofamilias. q̃q; q̃dã consequimur agendo, q̃ non consequimur excipiendo. ẽ. eo. debitores. & ẽ. qđ me. cau. ad audientiã. Item põt depositũ repeti, sed non ɔpẽsari. C. de ɔpen. l. vlt. & ĩ. de depo. bona fides. §. 1.

i *Non admittere sponsam.*] Nam & sponsus potest sponsam accusare de adulterio quasi matrimonio iã initiato. arg. C. de adul. ꝑꝑ. nisi in casu. ff. de adul. miles. §. ꝗrebatur. quia & iniuria ei facta est. ff. de iniur. item apud. §. sponsum. quia nec matrimonium, nec spem matrimonij violare ꝑmissum est. ff. de adul. si vxor. §. diuus.

k *Eijcitur.*] Deterior nãq; dolus eius cognoscitur qui intermissũ iterum

Vide Co... (margin, partly cut off)

† In antiquis, Lanu...

† Cap. 22. eod. tit. in 5. compilatione. Et de materia vide Magistrum & Doctores lib. 4. senté. distin. 35. & latissime Sotum ibi dist. 26. q. 1. art. 2 & seq. & vide notas nostras in hanc decretalem.

† Per quod dicas in ... q̃ si ad con... iuramentũ ... hoc iurasset vi... terius repetere se non posset. vide qđ post ... de matr. con... super ver... ... Io. ... Io. And.

† iuramento.

[a] Stipulatio dotalis conditionẽ habet si nuptiæ fuerint secutæ, vnde si nõ sequant, deficit stipulatio. Io. An.

[b] Si mulier stipulat sibi dotẽ à viro reddi, vt de ipsa testes, non conditionalis, sed causatiua est hæc expressio. Io. And.

[c] Licet sic sentiat Doctor. vt in q. competẽtia possit admitti de consensu depositi cum in suum fauorem hoc sit inductũ. argu. ĩ de reg. iur. ... cum ... Ioan. And.

iterū litem deseruit, quam qui semel cœptā dereliquit. in Auth. de liug. §. omnē. in fi. coll. 8. & minus malū est viam dñi non agnoscere, quàm post agnitam retroire. j. de apostatis. quidam.

a ¶ In alterutro.] s. in vxore dimissa, & sponsa non admissa.

b ¶ Ad vtrunque.] s. vt eam recipiat, vel non recipiat.

¶ Glo. seq. resp. per obser. demum quærit, arg. pro, & soluit contrarium.

hospes †: Nō obstante in alterutro ᵃ casu vinculo iuramenti, quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale, vt is qui iurauit, ad vtrunque ᵇ sine transgressione se possit habere. ¶ Quòd si post huiusmodi iuramentum mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos ᶜ, vel nasum amitteret, seu quicquam ei turpius eueniret, nunquid vir teneretur ᵈ eam ducere in vxorem? profectò ductam non posset dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur ᵉ? quamuis ᶠ interdum contractum non dirimat, quod impedit ᵍ contrahendum.

¶ *Si vir iurauit non accusare vxorem, temerarium est iuramentum: sed si specialiter de adulterio hoc iurauit, denunciare poterit, sed accusare non debet.*

¶ Illud ʰ autem iuramentum est proculdubio temerarium, si vir iuret vxori, quòd eam super nullo crimine ⁱ accusabit: quia si mulier fieret infidelis †, & nollet cohabitare viro absq; contumelia creatoris, vel vt illum pertraheret ad infidelitatis errorem: tunc incunctanter deberet illam impetere apud iudicem suum, vt eam nisi penitus resipisceret, omnino dimitteret ᵏ, secūdum canonicas sanctiones. ¶ Quod si expresse iurasset, quod eam super adulterio non impeteret, esset ne seruandum huiusmodi iuramentum? Cum scriptura testetur, quod patronus ˡ est turpitudinis qui celat crimen vxoris: & secundum regulam Euangelii, si primo & secundo correpta resipiscere nollet, dicendum esset Ecclesiæ, vt tamquā ethnica ᵐ & publicana deinde vitaretur: ne per hoc libera præberetur ei peccandi facultas propter impunitatē peccati. ¶ Sed nunquid vir non potest dimittere vxori peccanti non solum septies, sed etiam vsque septuagies septies, secundum Euangelicam veritatem? ¶ Tutius ergo in hoc ⁿ casu videtur vt propter iurisiurandi religionē, vir accusare desistat ᵒ vxorem ad diuortium celebrandum: quamquam denunciare ᵖ eam possit ad pœnitentiam peragendam.

¶ Idem abbati & capitulo Castellionis.

¶ *Licite ex causa necessaria etiam per religiosos iuratur.*

CAP. XXVI.

ET † si Christus præceperit secundū Euangelicam veri-

c ¶ Oculos, vel nasum.] Sic patet q̄ iuramentū quāuis potest seruari sine interitu salutis æternæ, & tñ non tenetur illud seruare. sed hoc ideo est, quia honestas intelligitur in hoc iuramento, vt si res in eodē statu permanet. id enim tacite agitur, 22. q. 2. ne quis. & ff. de solutio. cū quis. sed si iuramentū non posset seruari sine interitu salutis æternæ, vel si esset ꝯ leges vel bonos mores, seruari non debet. s. c. proxi. & c. Quintauallis. & ff. de lega. 1. si quis inquilinos. §. vlt. ff. de leg. 3. si quis. in prin. & ff. de iu. patr. adigere. secus esset si mulier laberetur in facultatibus. Sed quid si p violentiam opprimatur sponsa de futuro? Vr̄ q̄ nihilominus teneatur cū ea ꝯhere. arg. 32. q. 5. re vera. ff. de adul. si vxor. §. si quis plane. sed non est uerum. 27. q. 2. raptor. & c. seq. & 32. q. 5. finge. & c. ille. & ita punitur sine culpa, sed non sine causa.

d ¶ Teneretur.] Quasi dicat non, quod verum est in sponsa de futuro. j. de coniug. leproso. c. vlti. sponsam vero de præsenti ducere tenetur, quia non reperitur casus nisi vnus, in quo possit eam dimittere. j. de conuer. coniug. ex publico.

e ¶ Teneretur.] Quasi dicat, non tenetur eam admittere.

f ¶ Quamuis.] istud, quamuis, non est aduersatiuum, sed causatiuū, & ponitur, quamuis, pro quia.

g ¶ Impedit.] Vt votum simplex. 27. dist. si vir. sic 15. q. 1. §. vlt. vbi dr̄: non omnia quæ impediunt ordinandum, deiiciunt ordinatum.

¶ ILLVD AVTEM Casvs. In §. isto alia quæstio ponitur, q̄ talis est: Aliquis iurauit q̄ super nullo crimine accusaret vxorem: quæritur an istud iuramentū esset seruandū? Rñdet Papa q̄ iuramētū tale temerariū est: quia si mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro sine contumelia creatoris, vel illū traheret ad mortale peccatū, debet statim illā accusare apud iudicē suū: & nisi se corrigat, illā dimittere debet sm̄ canones. Sed si iurauit expresse, q̄ eā super adulterio non accusaret, nunquid debet seruari hoc iuramentū? Et vr̄ q̄ non, quia dicit scriptura: Patronus est turpitudinis, qui crimē celat vxoris. Et in Euangelio dr̄: Si primo & secundo correcta non se emendet, dicendū est Ecclesiæ, vt tamquā ethnica & publicana postmodum euitetur. Sed ꝯrium vr̄ qd̄ est seruandum, quia non solū septies sed septuagiesseptíes dimittendū est vxori peccāti: Rñdet Papa, q̄ in hoc casu tutius est pp̄ iuramentū, vt eā nō accuset ad diuortium celebrandū, sed denunciare debet illā ad pœnitētiam peragendā. Not. q̄ in iuramento honestæ conditiones subintelligūtur, quamuis non apponantur. Itē non potest quis reprobare vxorē quā approbauit, ex causa præcedente matrimonium vel sponsalia. Item multa impediunt matrimonium ꝯhendū, quæ non dirimunt iā contractū. Itē matrimoniū de præsenti nullo casu superueniente dissoluitur, nisi ante carnalē copulā profiteatur alter. Itē si quis iurat simpliciter nō accusare vxorem, temerarium est iuramentū. Itē si quis iurat non accusare vxorem de adulterio, seruandū est iuramentum: tñ debet eam denūciare vt pœniteat: quod si non fecerit, poterit eā dimittere, & ita alia via consequitur intentionem suā, & alia denegatur. Item qui non potest accusare, potest denunciare.

h ¶ Illud.] Aliquis ˢ iurauit q̄ super nullo crimine accusaret vxorem suam: quæritur an istud iuramentum sit seruandum? Ad quod respondet Papa: illud, &c.

¶ Glo. seq. distinguit pœnam criminis commissi & committendi.

i ¶ Crimine.] Nam pactū illud non valet, si quis paciscatur ne aliū accuset de crimine nondum perpetrato. ff. de pac. si vnus. §. pacta. & §. illud. tñ de crimine iam commisso pacisci potest ne de eo agatur. ff. de pact. si vnus. §. pacta. & j. eo. c. ver. nō solum septies, &c. Nec illud pactum tenet, no dolus præstetur. ff. de reg. iur. contractus. Talia enim pacta ꝯ publicam vtilitatem esse videntur: quia per ea inuitantur homines ad peccandū impune. sm̄. ff. de pact. dota. conuenire 2. & s. de consuetu. c. pen. & quia publicæ vtilitatis est, ne crimina remaneant impunita. j. de senten. excom. vt famæ. & ff. de sol. Stichū. §. 1. & ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. in fin.

k ¶ Dimitteret.] Quia frater aut soror si est fidelis non est subiect' in hmōi. 28. q. 1. si infidelis. & j. de diuor. quãto. iuxta illud

Spernas spernentē vel blasphemare volentem;
Vel te credentem scelus ad mortale trahentem.
Nā sūt absq; mora, sic vīcula rupta priora. Vinc.

l ¶ Patronus.] 32. q. 1. cap. 1. & ff. ad l. Iul. de adult. l. 2. §. 2. & ff. de furt. qui vas. §. 1. arg. j. de adul. si vir.

m ¶ Ethnica.] ethnos, i. gens. inde ethnica. i. gentilis.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

n ¶ In hoc casu.] vltimo, scilicet vbi iurauit non accusare eam de adulterio, & ita potest se quis obligare pacto ad non accusandum. j. de accu. veniens. arg. ꝯ. ff. de pac. si vnus. §. illud. & §. pacta. & ff. de pact. do. conuenire. hoc solutum est s. in notula, nam illud.

o ¶ Desistat.] & ita pactum & iuramentum valet quatenus tangit rem familiarem, non in eo q̄ publicam, vt dixi in notula, nā illud.

¶ Glo. seq. quærit, ponit opi. Io. & in fi. opi. Tan. in medio not. quòd cōtra, & c. alleg. vnam concor. & 5. in ꝯtrarium.

p ¶ Denunciare.] sed quid si nollet corrigi, nec curaret de exhortatione? Dicit Io. q̄ tunc licite potest eā deserere, quia iā est contumeliosa creatori suo. 28. q. 1. si infidelis. & sic q̄uq; cui pcluditur vna via, alia via ad idem admittitur: vt 4. q. 3. c. si testes. §. serui neq;. & hic, quia licet non possit eā accusare, poterit tñ eam denunciare. arg. ꝯ. ff. de tutoribus & curato. scire. & ff. de conditio. institut. que sub conditione. §. si quis. & ff. de bo. libe. quæritur. C. si manci. ita vxor. l. vlti. & s. de procu. tue. Tancre. ˢ dicit, q̄ non debet eā deserere, licet se non corrigat, etiam si vitæ eius insidiaretur. 32. q. 5. quicquid mulier. sed debet eam tenere in vinculis, & castigare, cū hoc ei permissum sit. 33. q. 2. placuit. & q. 5. hæc imago. 23. q. 4. duo ista nomina. & 7. q. 1. sicut alterius.

ET si.] Monachi & conuersi iurare possunt pro testimonio ferendo in causa monasterij sui. ita cōiter summatur, sed hæc summatio nimis restringit litteram. Diuiditur in quinque partes. In prima respondet auctoritati Euangelicæ, qua videbatur prohibitū iuramentū. In secunda: ibi, *Iacobus quoque.* respondet auctoritati Apostolicæ. In tertia: ibi, *Angelus.* probat multis auctoritatibus noui & veteris testamenti, q̄ licitū est iurare. In quarta: ibi, *Quædam enim.* dicit quare simpliciter prohibetur iuramentum. In quinta: ibi, *Licet.* dat petentibus licentiam iurandi. Abbas.

Casvs. Ad finem capituli collige casum, & causam constitutionis huius decre. Abbas & monachi Castellionis habebant causas pro monasterio suo, dubitabant vtrū liceret eis ferre testimonium, & iurare

ᵃ Vide l. pen. ff. de mundi. ob turp. caus. & l. generaliter. & l. si plagij. per Bart. ff. de verb. oblig.

ᵃ Vide magistrum sen. & theol. doctores li. 4. dist. 19. vbi plenissime de cultꝰ disparitate.

ˢ Hæc glossula nec est Bernardi, nec habetur in vetustis codicibus.

Leuiti. 18

Matth. 18

ᵃ Vide, in c. fin. ff. alleg. super vit. gl. l. A.

Matt. 18. Luc. 17.

ᵗ Cap. 33. co. tit. in 3. compilat. Et de materia huius decretalis plene. B. Tomas 2. 2. q. 89. art. 2. & Dominicus Sotus lib. 8. de iustit. & iure. q. 1. ar. 3. vide quoque notas nostras in hoc cap.

ˢ Vbi de hoc secundum regulam, vt j. eo. reg. tit. cū quid. lib. 6. Ioan. And.

tatem: Sit sermo vester[a], est est, non non[b]: vt affirmatio[c], vel negatio sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum excrescente malitia, simplici assertioni vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adiunxit: quod amplius est, à malo est: à malo quidem, non tam culpæ quam pœnæ, nec exhibentiū, sed exigentium iuramentū: nam incredulitas huiusmodi magis est pœna quàm culpa. vnde non dixit, malum; sed dixit, à malo. Licet enim iuramētum prohibuisse dominus videatur, nusquam tamen per creatorē, sed per creaturā[d] iurare prohibuit: ne per huiusmodi iuramentū trāsferretur ad creaturā honorificētia creatoris. Quare† cū in Euangelio præmisisset, Dico vobis, nolite iurare omnino[e]: statim subiunxit: neq; per cælū, quia thronus Dei est: neq; per terrā, quia scabellū pedum ipsius est: neque per Hierosolymā, quia ciuitas est regis magni: neque per caput tuum, quia nō potes vnum capillum facere album aut nigrum. ¶ Et quamuis non sit per creaturam iurandum: si tamen iuretur per creaturam, seruandum[f] est quidem, dummodo sit licitū quod iuratur: quia teste veritate, qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. ¶ Iacobus quoq; nō simpliciter prohibet iuramentū, sed voluntatem iurandi, cum ait: Ante omnia fratres mei nolite[g] iurare: quoniam† ad iuramentū non debet quemquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas[h] trahere importuna: & tūc potes sine culpa iurare: dummodo illos tres† comites[i] habeat iuramentum, de quibus propheta[k] ait: Et iurabunt[l] viuit dominus, in veritate[m], & iudicio[n], & iustitia[o]. Quod autē Iacobus subdit: neque per cælum, neque per terram, neque per† quodcumque aliud iuramentum: iurare vetat per quamlibet creaturam, quodcumque sit illud: alioquin non dixisset Apostolus†, Homines per maiorem suum iurant, & omnis controuersiæ[p] eorum, ad confirmationem finis est iuramentum. in quo patenter ostendit per quem sit iurandū: cum ait, Homines per maiorem suum iurant, id est, per Deum. & cur sit iurandum, vt videlicet omnis controuersiæ finis sit iuramentum. Angelus quoque quem vidit in Apocalypsi Ioannes stante super mare & super terram, leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per viuentem in sæcula sæculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in Euangelio, quàm est est, non non: cum sæpissime dixerit; Amē[q] dico vobis: quod ipse secundum Lucam exponens, cum præmisisset, Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua: cōsequenter adiunxit; In veritate dico vobis, quia multæ viduæ erant in diebus

& iurare pro caussis monasterij sui? Et videbatur eis q non deberent iurare, primo auctoritate Euangelij dicentis: Sit sermo vester, est est, non non: quod amplius est, à malo est. Item Iacobus Apostolus vř prohibere iuramētum dum dicit: Ante omnia fratres mei nolite iurare. Dominus Papa consultus rńdet primo auctoritate Euangelij, & eam exponit dicēs: Sit sermo vester, est est, non non: vt affirmatio vel negatio sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: tamen quia malitia hominum crescente non creditur de facili simplici affirmationi vel negationi: ideo adiunxit, qđ amplius est, à malo est. illud, amplius. s. iuramētum non est malum, sed à malo illius qui non vult credere, nisi iuretur, & est pœna illius, non culpa: & licet dńs videatur prohibuisse iuramentum, non tñ prohibuit iurare per creatorem, sed per creaturā: vnde cum præmisit, Nolite iurare omnino, statim subiunxit, neque p cælum, neque per Hierosolymam: tñ si iuratur per creaturam, seruandum est iuramentum, dummodo licitū sit quod iuratur. Secundo rńdet auctoritate Iacobi Apostoli dicēs, q Iacobus nō simpliciter prohibuit iuramētum, sed voluntatem iurandi dum dixit: Ante omnia fratres mei nolite iurare omnino: quia nullus debet iurare spontanea volūtate nisi necessitate instante; & tunc licite iuratur, dummodo iuramentū habeat tres comites, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam: sed prohibuit iurare per creaturam: vnde dixit Apostolus, Homines per maiorē suū iurant. ostendens per quē sit iurandū, idest, p Deum; & q iurandū sit in necessitate, ostendit exēplo angeli, qui iurauit per viuentem in sæcula sæculorum: & exēplo dńi qui legitur plus dixisse quàm, est est, non non: dum dixit, In veritate dico vobis. si enim iuramentū malum esset, dńs non iurasset. Tertio dicitur q quædam prohibentur, quia per se mala sunt: quædam vero prohibentur ex causa, non quia mala sint, sed quia si fiant frequenter, inde mala sequuntur: sicut vinū per se malum non est, sed ex frequenti & incauta potatione luxuria generatur: Vnde dixit Apostolus, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: Sic & iuramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis, sed tñ prohibetur ex causa; quia ex frequenti & incauta iuratione periurium sæpe contingit: vnde legitur: Vir multum iurās replebitur iniquitate: sicut Paulus concessit discipulo suo Timotheo, vt vtatur modico vino propter stomachū, sic certe vbi exigit necessitas pro re vera, licita & honesta pōt iurari, quia cessante causa cessat effectus. Vltimo rńdet Papa qōni ꝑpositæ, licet enim sint viri perfecti, vt quantumcumque possunt, iuramentū vitare debeant, tñ concedit eis ne pp defectum testiū monasteriū suū sui iuris sustineat læsionem, vt deficientibus alijs testibus possint in causis monasterij sui veritati testimoniū ꝑhibere. Nota q per creatorē, & non per creaturā iurandū est, tñ si per creaturam iuretur, seruandū est iuramentum, si licitum est qđ iuratur. Item in necessitate iurandum est, dumtñ iuramentū habeat veritatē, iudicium, & iustitiā. Item per iuramentū delatū deciditur qō. Item quædā sunt simpliciter mala, & ideo ꝓhibita: quædam vero sunt simpliciter bona, sed ꝓhibentur ex causa. Itē cessante causa cessat effectus. Item monachi & clerici deficientibus alijs testibus possunt deferre testimonium pro ecclesijs suis.

a ¶ *Sit sermo vester.*] 22. q. 1. ita ergo.

b ¶ *Non non.*] Istæ duæ negationes non faciunt hic vnam affirmationem secundū quòd alibi faciunt. ff. de verb. sig. duobus verbis.

c ¶ *Affirmatio.*] Ecce declaratio geminationis, idest, vt quod os affirmat & cor affirmet: & qđ os negat & cor neget. sic xxij. di. psalmista.

¶ *Glo. sequens ponit quinque modos quibus iuratur per creaturas.*

d ¶ *Creaturam.*] Sic 22. q. 1. clericum. & in Authen. vt non luxurientur cōtra naturam. coll. 6. §. & quoniam. Per creaturas licitū est iurare vbi exprimitur in iure, vt per crucem. 22. q. 5. qui iurat per Euangelium. 22. q. 1. si aliqua per ordinem. vt 1. q. 7. quotiens. per salutem principis. ff. de iureiu. qui per salutem. l. 3. §. vltim. per altare †. 22. q. 1. habemus. aliter enim iurare non debet. vnde non licet iurare per mēbra Dei. in Authen. vt non luxurientur cōtra naturam. collat. 6.

ADDITIO. & 22. q. 1. si quis per capillum. vbi pœna ponitur.

e ¶ *Omnino.*] idest, ex leui causa, vel per omnia. simile omnino habetur in lege: vt si fideiussor intercedat ꝓ maiori summa quàm principalis debitor, omnino non obligatur. ff. de fideiusso. græce. §. illud. Vin.

f ¶ *Seruandum.*] qualitercumque iuratur, si licitum est quod iurat, seruandum est iuramentum. 22. q. 1. mouet te. & ff. de iureiur. l. non erit. §. 1. quia multa fieri non debent, facta tamen tenent. 27. distin. si vir. & 17. q. 2. nos nouimus. Sicut iudex vltima die suæ iurisdictionis iudicare non debet. ff. de iurisdict. omn. iudic. cum qui. si tamen sententiam dixerit, tenet. ff. de offic. proconsulis. meminisse. in fin. supra de offic. deleg. consoluit.

g ¶ *Nolite.*] idest, non habeatis voluntatem iurandi.

h ¶ *Necessitas.*] & ita numquam iurandum est nisi in necessitate, sed hæc necessitas includit etiam sub se vtilitatem. 22. q. 1. tu malum. & capitulo, ita ergo. Lau.

i ¶ *Tres comites.*] de quibus habes 22. q. 2. animaduertendum. & q. 1. & iurabunt.

k ¶ *Propheta.*] scilicet Hieremias.

l ¶ *Et iurabunt.*] hæc habes 22. q. 1. & iurabunt.

m ¶ *In veritate.*] conscientiæ.

n ¶ *Et iudicio.*] idest, discretione, vel deliberatione.

o ¶ *Iustitia.*] idest, vt quod iuratur sit iustum & licitum. & isti sunt tres comites qui debent interuenire in quolibet iuramento: & si ista defuerint, non iuramentum, sed periurium est dicendum, vt in capitulo, animaduertendum. 22. q. 2.

p ¶ *Omnis controuersiæ.*] quia post iuramentum delatum & præstitum nihil amplius quærendum est. ff. de iureiu. nō erit. §. delatum, & parem habet auctoritatem cum transactione, & maiorem quam res iudicata. ff. de iureiur. l. 2. quod verum est si est delatum à parte parti: istud enim retractari non potest. ff. eo. admonendi 1.

q ¶ *Amen.*] idest, sine defectu, & est nota assertionis.

Matth. 5.

† Adde an[illegible] per Sanctū Iacobū, vel aliū deponant, vide Cy. in l. iusiurandum. C. de testib.

Iacob. 5.

† In antiquis exemplaribus ita: quoniam ad iurandum, &c.

† De quibus plene B. Thomas 2.2. q. 89 ar. 3

Hier. 4.

Iacob. 5.

† Apud Iacobum in vulgata editione deest, de cho, per, quā tamen habent omnes Raymundi codices.

† Hebr. 6.

Apocalypsi cap. 10.

† Iste ll. dicunt q, videlicet alicui iurare p salutem suā, vel filiorū, qā iuramentū sic defertur, & intelligitur respectu diui numinis sic iurari. Io. And.

Luc. 4.

a ¶ *Testis*

a ¶ *Testis est mihi Deus.*] in veteri testamento iurabatur sic: viuit Deus, viuit anima mea. sic iurauit vidua quæ erat in Sarrepta Sydoniorum Heliæ prophetę. Tempore gratiæ in primitiua ecclesia iurabatur: testis est mihi Deus: Deum inuoco testem. 22. q. 1. si peccatum. & 22. distinctione, sacrosancta. Hodie iuratur per Deũ, per Euangelia. 63. dist. tibi domino. & 1. q. vlt. c. vltim.

Heliæ in Israel. Apostolus quoque iurabat cum diceret: Testis[a] est mihi Deus. & iterum, quotidie morior[b] per gloriam vestram fratres: quæ græca exẽplaria manifestissimã iurationem esse ostendũt. Si enim per se malum esset iurare, profecto dominus non iurasset: cum tamen in veteri testamento legatur, quia iurauit dominus, & nõ pœnitebit eum. & rursum, Iurauit dominus Dauid veritatem, [& † non frustrabitur eũ] immo & præcepit in veteri testamento: Redde Deo † iuramenta tua. ¶ Quædam[c] enim prohibentur, quia per se mala sunt[d], vt furtũ, adulterium, & huiusmodi: quæ non sunt aliquatenus facienda. Quædam vero prohibentur ex causa[e], non quia per se mala sunt, sed quia si fiant frequenter & multum, ex his mala sequuntur[f]: vt vinũ per se malum non est, & tamẽ prohibet Apostolus † dicens, Nolite inebriari vino in quo est luxuria: quoniã ex frequenti & immoderata vini potatione, luxuria generatur. Sic & iuramentum per se quidem malũ non est, cum sit cõfirmatio[g] veritatis: sed tamen prohibetur ex causa[h], quoniã ex frequenti & incauta iuratione, periurium sæpe contingit: sicut in ecclesiastico legitur: Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga. Quemadmodũ

Rom. 1.

Psal. 109. Psal. 131.

Domino.

Ad Eph. 5.

Eccl. 23.

b ¶ *Morior.*] hoc habes 22. q. 1. non est.

c ¶ *Quædam.*] Posset aliquis quærere ex quo licite iuratur, quare prohibuit dñs iuramentũ? rñdet Papa: quędã, &c.

¶ *Glossa sequens tractat de duplici simonia.*

d ¶ *Mala sunt.*] Quędã enim illicita sunt in sui natura, quædam ciuiliter. i. iure positiuo vel consuetudinario. ff. de verb. sig. probrum. arg. ff. de adul. si adulteriũ. sic quædam sunt simoniaca ipso iure, scilicet quæ in veteri testamento erant ꝓhibita, vt vendere spiritualia. 1. q. 1. qui studet. quędã sunt prohibita per constitutionem ecclesiæ, vt dare aliquid pro benedictionibus nubentium, pro baptismo, pro ponẽdis prælatis in sede. De his habes plura exempla j. de simo. cũ in ecclesiæ corpore. & cap. sicut pro certo. & c. ad Apostolicam. & hoc est qđ dici consueuit, quædã sunt simoniaca, q̃a prohibita: quædã sunt ꝓhibita, quia simoniaca. & de hoc dicitur s. de offi. dele. ex parte.

e ¶ *Ex causa.*] 22. q. 1. ita ergo. C. si manci. ita væne. ne ꝓsti. l. 2. & vlt.

¶ *Glossa seq. notat tria arg. ad primum alleg. duo contraria.*

f ¶ *Sequuntur.*] Nota ꝙ aliquid prohibetur non ꝙ ipsum sit malum, sed quia inde potest sequi malũ. arg. 21. dist. denique. & 37. dist. ideo. 21. q. 3. nolite 2. 41. dist. quisquis. 2. q. 7. præsumunt. 24. q. 3. Deus qñ maledicit. Insti. vi bo. rap. §. sed nedum. argu. contra. ff. qui & à quibus manu. li. non fi. l. vlt. & ff. de pact. si vnus. §. illud. item arg. ꝙ vno prohibito prohibentur omnia, per quæ peruenitur ad illud. argu. j. de cler. coniu. diuersis fallacijs. & ff. de conditio. insti. quæ sub conditione. §. si quis eo. & ff. de spõsa. oratio. arg. ff. de tuto. & curatori. da. ab his. scire. & ff. de bo. lib. quæritur. & s. de procurat. Item arg. quod aliquo prohibito omnia prohibentur, quæ sequuntur ex illo. s. de constitutio. nam concupiscentiam.

g ¶ *Confirmatio.*] sic falsitas est immutatio veritatis. in Auth. de instr. cau. & fi. circa principium. coll. 6.

h ¶ *Ex causa.*] arg. ꝙ potius consideranda est causa facti quàm ipsum factum. 15. q. 6. c. 1. in fine. 23. q. 8. occidit. j. de accu. cum dilectus. & ff. de fur. l. verum. Vin.

i ¶ *Modico vino.*] de consecra. dist. 5. sint tibi. arg. ꝙ licet habere curã corporis moderatã ad exercitiũ virtutũ. arg. 44. dist. multis. aliàs incipit, continua. de pœ. dist. 2. c. corporis. arg. modicum.

K ¶ *Cessante causa.*] Propter quam excludendam. s. periuriũ, introductum est ne iuretur. Si enim causa esset pp quam habẽdam aliquid fieret, licet cessaret causa illa, nõ ideo cessaret id qđ factũ est pp illam causam. 32. q. 7. tantum. & q. 1. dixit dñs. vel cessante causa odiosa & contra ius, cessat & eius effectus. dixit Vincentius, verum est circa alias personas: sed circa eandem personã non cessat, nisi priuilegiũ vel concessio tenderet ad noxã. & tunc expone verba illa; verum est ab initio: sed si ex post facto incipit odiũ, nõ cessat effectus. i. ꝓhibitio. arg. j. de deci. suggestũ. & 63. dist. c. quia sancta. §. verum. & ff. de vul. substi. ex facto. & sic plana est glossa. aliàs verum est. & ita non rñdet expositioni. dic verũ est circa alias personas, quæ non habent priuilegia, sed circa eandem personam quæ habet priuilegium, non cessat priuilegium. i. non perditur, nisi priuilegium ipsum vel concessio tenderet ad noxam, vt dicunt tres prædictæ ꝯcordan. arg. j. de deci. cap. suggestũ. 63. dist. §. verum. De hoc qualiter intelligatur, dictum est s. de renun. post translationẽ. & 61. dist. c. statuimus. §. his auctoritatib'. Vel dic cessãte causa. i. cessante periurio cessat ꝓhibitio. & instante necessitate pro re vera licita & honesta, licite iuratur. & hic est sensus huius literæ quantum ad hunc casum.

ADDITIO. Vel dic, cessante causa. s. frequẽti', immoderata & incauta iuratione cessat periurium.

ergo Paulus indulsit propter necessitatem discipulo suo Timotheo, vt vtatur modico[i] vino propter stomachum, & frequentes infirmitates: sic profecto cum necessitas exigit, pro re vera, licita & honesta, potest secure iurari: quia cessante[k] causa, cessat effectus[l] †. ¶ Licet ergo debeatis esse viri perfecti, vt quantũ potestis iuramenti vinculum euitetis: volẽtes tamen indemnitati vestri monasterij prouidere, ne propter defectũ testium, sui iuris sustineat læsionem: præsenti vobis pagina indulgemus[m], quatenus vos & monasterij vestri conuersi possitis in causis eiusdem (deficientibus alijs testibus) pro ipso perhibere testimoniũ veritati.

1. ad Tim. 5.

¶ Idem episcopo Ameliefi.

¶ *Iuramentum contra vtilitatem ecclesiasticam præstitum non tenet.*

CAP. XXVII.

SIcut † nostris est auribus intimatum, ecclesia Tudertina vacante, ipsius canonici, & episcopus cũ eis, dum esset in minoribus ordinibus constitutus, iuramenta quędã in damnum episcopalis iuris fecerũt, priusquam de Pontificis electione tractatus aliquis haberetur: & infra. ¶ Pro iuratione incauta[n] imponi fecimus episcopo pœnitentiam congruentem: & infra. ¶ Quia † non iuramenta, sed periuria potius

l ¶ *Cessat effectus.*] distingue, aut est causa finalis, aut impulsiua: si finalis, tunc cessante causa, cessat effectus, verbi gratia, prohibet ne presbyteri gerãt tutelas aliorũ hac de causa, vt melius vacent diuinis officijs: & sic ista causa finalis, est, vnde cessante causa cessat effectus. vnde si non vacent diuinis officijs, poterũt gerere tutelas. C. de epi. & cler. Authen. generaliter. Sed causa impulsiua cessante non cessat effect', verbi gratia pp Calfurniã fuit statutũ ne mulieres essent aduocatrices: q̃a Calfurnia posteriora dorsi sui ostendebat iudici. vnde Calfurnia fuit causa impulsiua ne mulieres aduocarent. vnde ea mortua mulieres non aduocabũt, hoc tñ habetur in ff. de post. l. 1.

Hæc glossa non est Bernardi, nec reperitur in antiquis exemplaribus.

Cap. 1. de constitu. in 6.

Aliàs, Quia vero.

m ¶ *Indulgemus.*] idest, indultum esse ostẽdimus iam olim 6. 14. q. 2. super prudentia. & s. de testi. tuis.

SIcut nostris.] Diuidit in tres partes. In prima ponit iuramentũ temerariũ. In secunda ponit iurantem: ibi, *Pro iuratione.* In tertia committit inquirenda & retractanda: ibi, *Quia.* Abbas.

CASVS. vacante ecclesia Tudertina, canonici antequam tractatus aliquis haberetur de pastoris electione, quædam iuramenta in damnum episcopalis iuris fecerunt: postmodum vnus ex illis electus extitit in episcopum, & consecratus: episcopus ipse videns ꝙ ex hoc redditus episcopales diminuebantur: quæsiuit à Papa vtrũ iuramenta illa essent seruanda? Papa considerans, ꝙ iuramentum non fuit institutũ, vt iniquitatis vinculum esset, & iuramenta quæ contra vtilitatem ecclesiasticam attentantur, non iuramenta sed periuria dicuntur, pro iuratione incauta, fecit ei pœnitentiam imponi, mandans episcopo Amelief. quatenus de canonicis illis super præmissis veritatem inquirat: & si ita esse inuenerit, in statum pristinum reducat quicquid in damnum episcopalis iuris datum esse repererit. No. quòd iuramentum in damnum ecclesiæ datum non est seruandum, nec obligat, sed potius periurium dicitur, & de hoc debet pœnitentia imponi.

¶ *Glossa sequens notat, quòd existens in mortali, &c. alleg. duo iura, & inducit tria similia. & his interserit tria iura, quæ allegat in contrariũ, & illis respondet.*

n ¶ *Incauta.*] Sic patet, quòd aliquis in mortali peccato existens si promotus fuerit, non remouetur. s. de tempo. ord. ex parte. & 50. dist. quicumque. & episcopus qui cõmittit mortale peccatum, nõ remouetur; vt qui sine causa vult renunciare. s. de renuncia. nisi, & est

Idem in Spec. de le. §. viso. vel si. ver. in summa.

Sim de p. cu quis in causa 10. And.

& est ꝯ illud 81. dist. quicunque. 2 & c. prece. & 24. dist. c. vlti. & 50. distin. ex pœnitentibus. & sic hmôi temeraria iuramenta non repellunt à promotione, nec a testimonio. ī. de testibus. inuinauit. & cap. constitutus. & ī. de testibus cog. capitulo vltimo. Vel dic q potius consulitur ecclesiæ quàm personæ. ī. de ord. cog. cū dilectus.

1 Et vide quod dixi de elec. audiens super vi[illegible] versi. sed quid si. Ioan. And.

Itē in mortali peccato existens admittitur ad accusandū. 5. q. 1. q dā. & hoc fuit ad declarandam innocētiam illius infamati per libellum occulte proiectum. sed illi sic promoti non remouentur: quia hmôi crimina leuia sunt, quæ non deiiciunt ordinatos. 68. distin. c. 1. pro quibus imponitur solummodo pœnitentia saltē vnius anni: vt 22. q. 4. qui sacramento. Quæ autē crimina indicant depositionem, & quæ non, notatū inuenies ī. de temp. ord. ex tenore. & c. vlti. & 15. q. vlti. in summa.

¶ In quibusdam antiquis [illegible] & in maiori [illegible] esse vera, quæ in damnū epi[scopalis] [illegible] repereris taliter attentata, in sta[tum] [illegible].

sunt dicenda, quæ cōtra vtilitatem ecclesiasticā attentantur: Mandamus, quatenus ab ipsis canonicis inquiras super præmissis diligentiùs veritatem: & † si ea inueneris esse vera: quod in dānum [a] episcopalis iuris repereris taliter attentatum, in statum debitum appellatione remota reducas [b].

¶ Idem.

¶ Iuramentum præstitum super actu à lege infirmato principaliter fauore iurantis, licet secundario in fauorem publicum, necessario est obseruandum si nō vi, nec dolo fuit præstitum, & in alterius præiudicium principaliter non redundat. h. d. auitum singulariter considerata medulla capituli.

a ¶ *In damnum.*] Et sic patet q vacante ecclesia canonici nihil possunt disponere de reb[us] epatus in ipsius præiudicium. 12. q. 2. si qua de rebus. & j. ne se. va. per totum. nec redditus epales possūt diminuere. j. de reb[us] ec. nō alie. vt super. immo nec eps ipse, vt ibi dī. vñ quicquid factū fuerit ī præiudicium epatus, totū debet in statum pristinum reuocari.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 4. compilatio. & de simil. loquitur vide Conarru[uiam] in c. Raynutius. §. 10. de te[sta]m. & Ma[t]thæum de Afflict[is] de [illegible] 122.

CAP. XXVIII.

CVm † contingat interdum, quod constante matrimonio, mulieres alienationibus super rebus dotalibus & donationibus propter nuptias consentiant, ne vlterius contraueniant proprio sacramento firmando: ac soluto, processu temporis, matrimonio, contrauenire nitantur: vtrum hoc eis liceat, à nobis tua fraternitas requisiuit. ¶ Nos autem fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd & si mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secūdum legitimas sanctiones [c], ne tali tamen prætextu, viam contingat periurijs aperiri, mulieres ipsæ seruare debent [d] huiusmodi iuramenta, sine vi [e] & dolo sponte præstita, cum in alterius præiudicium [f] non redundent, nec obseruata vergāt in dispendium salutis æternæ.

¶ *Glo. seq. vers. per quæstionem.*

b ¶ *Reducas.*] Immo & ipse idē Tudertinus eps posset reuocare. 12. q. 2. non liceat. & 35. q. 9. qd quis cōmisit, & si cōsensit tamquā canonicus potest postea tamquā eps reuocare, quia quasi ante adītam hæreditatem consensit. arg. ff. quorū le. l. 1. §. qd ait prætor. nā quædam facit aliquis tamquam alius. ī. de ele. q sicut. & c. cum inter canonicos. & ff. de ado. si pater. §. qui duos. ff. eo. si consul.

CASVS. Quidam canonicus Grādeñ. M. noie electus fuit in Priorem eiuſdē eccleſiæ: S. P. & G. ſe opponebant electioni illius, vnde ꝯ illos literas impetrauit: ipſi coram iudicibus cōſtituti propoſuerunt q͂ dictus M. non debebat audiri pro eo q͂ erat excōicatus & periurus. Sed dictus M. contra G. & P. in modū replicationis, obiecit periurium, & excōicationem contra S. ſcilicet vt eorum exceptionem elideret: ſed procurator illorum rñdit, q͂ probatio illius electi ſuper hoc recipi non debebat: quia & ſi illa etiam pbaretur, non eſſent ppea à defenſione ſuæ eccleſiæ repellendi: & ſi excōicatio contra dictum electum probaretur, in modum exceptionis repelleretur ab agendo. Sed replicatio excōicationis probata non repelleret à defendēdo. Iudices interlocuti fuerunt, q͂ prius reciperēt probationes ſuper replicatione pmiſſa, pp̄ quod ad ſedem Apoſtolicam appellarunt: mandat Papa quatenus ſi eſt ita, reuocetur in irritum quicquid fuit factum poſt appellationem. Nota, q͂ excōicati & periuri non repelluntur à defendendo. Item non debet admitti ad probandum, quo probato non prodeſt.

b ¶ *A defenſione.*] Sic patet q͂ quilibet admittitur ad defenſionem eccleſiæ ſuæ etiam periurus: quia etiam ad agēdum ſiue ad accuſandum admitteretur proſequens ſuam vel ſuorum iniuriam. 3. q. 11. negandã 2. & 4. q. vlt. omnibus. ergo multo fortius ad defendendum, cum ad defendēdum admittitur qui alias ab agēdo repellitur. ſ. eod. cum inter. & j. eod. cap. dilectæ.

c ¶ *Defendendo.*] & ex hoc patet q͂ excommunicatus tam ſe q̃ eccleſiam ſuam defendere poteſt: agere vero nequaquam: vt hic. & ſ. eod. cum inter. & j. eod. c. proximo.

d ¶ *Interlocuti fuerunt.*] & male: quia ſi hoc eſſet probatum, non repelleretur: quia excommunicato vel criminoſo licitum eſt defendere tam ſe q̃ eccleſiam ſuam. ſ. eod. cum inter. Et eſt arg. q͂ non debet quis admitti ad probandum, quo probato non prodeſt. C. de probat. ad probationē. ſ. de offic. deleg. cum contingat. ad fin. vbi de hoc.

¶ *Gloſſa ſequens not. allegationem concor. in contrarium. alleg. ſ. iura, & ſoluit.*

e ¶ *Si res ita ſe habet.*] Hic habes, q͂ ꝯ exceptionem doli non datur replicatio de dolo. ff. de do. except. apud Celſum. § Marcellus. Sed ꝯ habes ſ. eod. cum eccleſiaſticæ. & j. de diuor. ſignificaſti. & j. de adult. intelleximus, & c. ſequen. & 32. q. 6. nihil iniquius. ff. ſoluto matrimo. viro. Sed veritate inſpecta non ſunt ꝯria quo ad finem: quia vnus eſt finis ſiue effectus, ſiue replicatio doli detur ſiue negetur, ſcilicet, ne alter de dolo ſuo commodum habeat. In caſu præſenti nō datur replicatio ad hoc ne alter ſcilicet actor agere poſſit, cum ſit excommunicatus, ſed admitteretur hic replicatio ſi actor excōicatus admitteretur ad agendum: quod eſſe non debet: & ita cōe delictum noceret vni, & alteri non. vnde nō obeſſet ei excōicatio. & ita intelligitur lex prædicta, apud Celſum. § Marcellus. Ideo ibi non datur replicatio, ne ſcilicet cōis malitia alteri ſit lucro, alteri vero damno, verbi gratia. Dolo induxi te ad aliquid promittendum: Deinde induxiſti me dolo ad remittēdum, & ſic vterque eſt in dolo: quo caſu ſi ago ꝯ te ad id quod promiſiſti mihi per dolum meum, mihi poteris opponere doli exceptionem, quam exceptionem non potero remouere per meam replicationē: ſi enim daretur hæc replicatio, repelleretur reus, & actor remaneret in lucro de dolo: quod eſſe non debet. Et ideo in l. illa non datur replicatio. Et in ꝯtris datur replicatio pp̄ eandem cauſam: vt patet in adulterio viri & vxoris. verbi gratia: Mulier repetit virum ſuum, ipſe opponit ei adulterium excipiendo ꝯ eam: & ipſa replicat contra eum q͂ & ipſe ſimiliter eſt adulteratus, hic admittitur replicatio mulieris, & ideo ſcilicet ne ille lucrum habeat de ſuo adulterio, ſi replicatio mulieris non admitteretur: & ſic remaneret maritus in lucro de dolo ſuo, & vxorem repelleret: & ita vni noceret adulterium, alteri vero non, quod eſſe non debet. & ſic intellige ſupra eodem. cum eccleſiaſticæ [1]. Et ita patet q͂ idem eſt replicationem dare, quod denegare. Et ſic eadem ratio eſt vtrobiq;. & hæc eſt ratio gl̃a quæ redditur in littera [4], & melius ſ. eo. cū inter.

APoſtolicæ.] Hæc eſt pars illius decret. j. de cleri. excom. miniſt. Apoſtolicæ. Et poteſt diuidi in quatuor partes. Nam primo ponit exceptionem. Secundo: ibi. *Quas.* replicationem. Tertio: ibi, *Ne tamen.* relaxationis cauſam. Quarto: ibi, *Sententias.* relaxationem. Abbas Siculus.

CASVS. Duo canonici Prageñ. I. & M. acceſſerunt ad ſedē Apoſtolicam pp̄ ordinationem Prageñ. eccleſiæ. quidam volentes impedire propoſitum illorum, obijciebant eis quaſdam ſententias ſuſpenſionis & remotionis à beneficiis in modū exceptionis, & ipſi rñdebant ſententias illas nullas eſſe, & hoc probare volebant p teſtes & inſtrumenta. Dñs Papa ne pp̄ hoc impediret ordinationem

† Lateran. ſub Innocent. iij. cap. 17.

† Vide Abbat. & Dominic. in c. penult. & Bar. in l. vlt. de adul. & ... ff. ſoluto matr. & in l. Papinianus. § Marcellus. ff. de doli excep.

† Dictio, ... in multis antiquis.

† Alias inc. Grācieñ. ecclesiæ.

† Hæc duo verba exceptionis &, deſunt in ... antiquis.

† De hoc ... vide ... Ioan. And. & alios Doctores.

† Vide tex. in l. circa. cum not. ff. de probat.

† Vide quod ibi ... poſt Innoc. ... non alle. ... vlt. gl. Ioa. And.

† De materia, videlicet de abſolutione ad cautelā vide Spec. tit. de ſent. § vt autē ad. & Ioann. de Anan. in c. 1. ſ. de malef. & Albericum in l. à præcedente. C. de dilation.

† Contra tex. in l. nō debet. quem vulg. ff. de reg. iur.

† De hoc in Spec. eo. tit. § 6 ver. ſed nunquid. Ioan. And.

dem Apostolicam cõstitutis [a], quædam suspensionis & amotionis à beneficiis sentẽtiæ, fuerunt in modum exceptionis obiectæ: Quas licet proponeretis vos posse nullas esse per testes idoneos & instrumenta probare: Ne tamen ordinationem [b] Pragen. ecclesiæ propter quam veneratis, huiusmodi obiectionis obstaculo contingeret retardari [c]: Sententias ipsas relaxauimus ad cautelã [d].

¶ Idem decano Linconiensi.

¶ Excommunicationis exceptione non obstante valet rescriptum impetratum in causa appellationis, licet de excommunicatione lata post appellationem à grauamine non faciat mentionem. hoc dicit. & secundum hoc est casus notabilis & singularis, per quem forte posset colligi vna regula, quòd de innouato post appellationem etiam ab interlocutoria non est necesse in rescripto facere mentionem. Panormitanus.

CAP. X.

Dilectæ † in Christo filiæ Priorissa & conuentus de Campessia nobis significare curarunt, quòd cum inter ipsas ex vna parte, & Priorem & conuentum de Buccelleia ex altera, super quibusdam decimis & rebus aliis pro quibus conueniebantur ab illis coram abbate sancti Benedicti & eius collegis, auctoritate Apostolica, quæstio verteretur, & ipsæ ad nos ex sufficienti [e] grauamine appellassent, ac nũcium suum ad appellationẽ miserint prosequendam: præfati iudices postmodum tulerunt excommunicationis sentẽtiam in easdem. Nostris ergo litteris super appellatione præfata, non facta mentione de excommunicatione per eundem nunciũ ad Priorem de Angles, & suos coniudices impetratis: pars aduersa ex eo se appellasse proponens, quòd ipsi iudices exceptionem excommunicationis prædictæ contra ipsas, ab eadẽ parte propositam, admittere denegarunt [f], ad Priorem de Gernemoe, & suos coniudices nostras super hoc litteras impetrauit: coram quibus ex parte ipsarum fuit excipiendo propositum, quòd cum post appellationem legitimam, dicta sententia lata fuerit: & cuilibet excommunicato defensionis auxilium competere dignoscatur, memorati iudices exceptionem partis contrariæ (sicut nec debebant) admittere noluerũt: sed cum dictus Prior de Gernemoe, & cõiudices sui talem exceptionem non reciperent [g] earundem, ipsæ nostrã audientiam appellarunt.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si est ita [h], reuocato in statum debitum, quicquid post huiusmodi appellationem inueneris attentatum, in eodem negotio iuxta prioris mandati nostri ad præfatum Priorem de Gernemoe [i] & coniudices suos directi, tenorẽ, præuia ratione procedas.

¶ Idem abbati sancti Saluatoris Papień. & Vercelleń. præposito.

¶ Per exceptionem excommunicationis à prosecutione appellationis etiam originalis actor repelli non debet. hoc dicit, & est casus singularis quatenus dicit de actore.

Prageń ecclesiæ pp quã venerant, sententias illas relaxauit ad cautelam. Nota q suspensus ab officio & beneficio non admittitur ad agendum pro ecclesiæ ordinatione, cum huiusmodi spiritualia tũc temporis possidere non possunt, nec agere pro eis possunt.

a ¶ *Constitutis.*] Vt, cũ tractaretis de electione facta vel faciẽdaquæ, in præsentia dñi Papæ fieri debebat per istos: & ne impediret, absoluit eos ad cautelã.

b ¶ *Ordinationem.*]

¶ *Glo. sequens arg. alleg. duo iura in contrarium. alleg. duo alia, & soluit.*

c ¶ *Contingeret retardari.*] Ex hoc vr̃ q suspẽsus ab officio & beneficio nõ posset agere tãquam excõicatus esset maiori excõicatione. argu. s. de consue. cum dilectus. & s. de ele. cũ inter R. ibi suspẽsus nõ potest eligi. & sic electus non posset agere pro sua electione. argu. ɔ. j. de cleri. excommin. c. vlt. vbi habes, q suspẽsi eligere possunt, & sic possunt agere pro sua electione, sic & exercere ex quæ sunt iurisdictionis. s. de elect. illa. Solu. ɔtria ista loquuntur in diuerso casu. hic enim loquitur de suspensione iudicis, & io concor. contraria loquuntur de suspensione canonis, & canon mitius agit quàm minister iuris. ff. de arbi. Celsus. & l. præceden. io fi. Cum ergo isti suspensi dicantur p sententiam hominis ab officio & bñficio, iam non interest ipsorum agere pro ecclesia: cum ab ipsius beneficio priuati sint, & præcipue cum agunt pro re spirituali, scilicet pro ordinatione ecclesiæ, à qua priuati sunt p suspensionem: vnde cũ non possent eligere vel eligi, non possent pseq. causam electionis: quia non possent agere pro eo quod possidere non possunt pro se vel pro alio. arg. j. de cleri. excom. mini. si celebrat. in aliis aũt negotiis propriis vel ecclesiæ, quilibet, si mãdato ecclesiæ agerẽt, bene admitterent: qa non sunt priuati cõione hominũ. s. eod. à nobis. sed quia priuati sunt cõione sacramentorum, ad sacramenta spiritualia non admittũtur, nisi prius fuerint restituti. & ideo fuerunt absoluti ne contingeret ordinationem ecclesiæ impediri, quæ in psentia dñi Papæ fieri debebat per istos: & ideo ne ordinatio siue electio ecclesiæ impediretur, absoluit eos ad cautelã.

d ¶ *Ad cautelam.*] sic s. de resti. veniens. io fin. & j. de appel. ad præsentiam. & j. de senten. excom. per tuas. & 24. q. 1. audiuimus.

Dilectæ in Christo.] Per excõicationis exceptionẽ à prosecutione appellationis quis repelli non debet. Sic cõmuniter summatur: sed hæc summatio non continet aliquam dubitationem per c. cum inter. s. eo. & j. eo. cap. fi. Diuiditur hæc decre. Nam io prima ponitur appellantis narratio. In secunda appellationis commissio: ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

Casus. Inter Priorem & conuentũ de Buccellia ex parte vna, & priorissam & cõuentũ de Campessia ex altera, sup quibusdam decimis qstio vertebatur. Ad petitionẽ prioris & conuentus pdictorũ cõmissa fuit causa illa abbati S. Benedicti, & eius coniudicibus: sed moniales ex grauamine sufficienti ab eis sedẽ Apost. appellarũt, & nuncium suũ ad appellationem psequendã transmiserunt: Iudices appellatione non obstante tulerũt excõicationis sñiam in easdem: Papa appellationis causam ɔmisit Priori de Angles & ɔiudicibus suis, nulla mentione habita de ipsa excõicatione: coram qbus pars aduersa pposuit, q cum essent excõicatæ, & in litteris appellationis non fieret mentio de sñia excõicationis lata ɔ ipsas, litteræ non valebant, & quia iudices hanc exceptionẽ nõ admittebãt, dict9 Prior sedẽ Apostolicã appellauit, & causam fecit ɔmitti Priori de Gernemoe, & ɔiudicib9 suis, coram quibus ex parte monialiũ fuit excipiendo propositum, q sñia excõicationis in eas lata fuit post appellationem legitimam, & cuilibet etiam excõicato defensionis auxiliũ in iudicio reseruat: quare iudices monialiũ exceptionem partis aduersæ admittere non debebãt, sicut ipsi eam nõ admiserũt. & ideo appellatio pp hoc interposita non valuit: Sed qa Prior de Gernemoe, & eius ɔiudices exceptionẽ hmõi admittere denegabant, ipsæ moniales sedẽ Apostolicã appellarunt. Vnde mandat Papa decano Linconń. quatenus si est ita, quicquid factũ fuerit post appellationẽ ipsarum, in irritũ reuocet, & io causa pcedat iuxta mandatũ directũ ad Priorẽ de Gernemoe & ɔiudices suos. Nota q excõicatus potest appellare, & appellationẽ prosequi.

e ¶ *Ex sufficienti.*] sic s. vt lit. non contest. accedens. Sed dic de grauamine, scilicet expresso corã iudice, alias appellatio nõ admittitur nisi causa probabili allegata [a]: q si esset probata, deberet legitima reputari. j. de appellationib9. vt debit9. & c. interposita. & c. cũ specialis. & c. cũ causam. & c. dilecto.

f ¶ *Denegarunt.*] & bene, vt sequit j. in fi. quia licet excõicatæ essent etiam ab initio, & ab aliis iudicibus, nihilominus poterant appellare si grauarentur, & litteras impetrare. s. eod. cum inter. & j. eod. c. proxi. & vlt. vnde litteræ super hoc impetratæ valuerunt: vt j. sequitur.

g ¶ *Reciperent.*] & male fecerunt: quia debebant illam admittere: quia vt sæpius dictum est, excõicati à sua defensione repelli nõ debent: quod illi facere nolebant: & ideo quicquid fecerunt post appellationem, in pristinum statum reuocatur.

h ¶ *Si est ita.*] scilicet, q prior de Gernemoe nõ receperat exceptionem priorissæ.

i ¶ *Priorem de Gernemoe.*] qđ fuit primũ respectu istius mãdati, sed fuit tertiũ mandatũ respectu primi directi ad abbatem sancti Benedicti. Et ille Linconień. decanus postq ɔstiterit sibi de appellatione priorissæ interposita corã priore de Gernemoe p eo q exceptionẽ priorissæ non recipiebat, debet cognoscere sup eo de quo prior de Gernemoe debuit. s. an appellatio monachorum fuerit legitima vel nõ: & si ille inuenerit monachos legitime appellasse pcedet: si minus legitime, ɔdẽnabit priorẽ & ɔuentũ ad expensas restituẽdas priorissæ, & remittet partes ad priorẽ de Angles, put hic dicit: qa ea est forma appellationis q interponit à grauamine. j. de appellatio. cũ in ecclesia. & c. vt debitus. & ille Prior de Angles postea cognoscet de appellatione sibi ɔmissa interposita ab abbate sãcti Benedicti

---

Hæ duæ glossulæ nec sunt Bernardi, nec habent in antiquis exēplarib9.

De materia, videlicet, an & quando valeat rescriptum impetratum per excommunicatum, vide Cardinalem consil. j. tit. de rescrip. & consil. 12. tit. de regula. adde Felinum in c. 1. supra de rescript.

[a] Adde Inno. in c. fin. de no. oper. nun. & Bal. in l. 1. in vlt. notabus. ff. de his quæ vt indig.

nedicti: & si Prior de Angles inuenitur minus legitime appellasse, remittet partes ad abbatē sancti Benedicti: si autem appellatio fuerit legitima, procedet in negotio iuxta mandatum infra de appellationibus. interposita.

Significauerunt nobis.] Diuiditur in duas partes. In prima ponit querelam appellantis. In secunda instruit iudicem à quo: ibi, *Mandamus*. Abbas. Siculus.

Casus. Canonici de Tornaco elegerunt in suum archipresbyterum P. clericum, & electionem suā præsentarunt archiepiscopo Mediolaneñ. Ipse vero eam renuit confirmare, N. clericum instituens in archipresbyterū ecclesię supradictæ, propter qd clerici ad sed. Apo. appellarunt, & causam appellationis fecerunt committi præposito sancti Stephani, qui electionem ipsorū cōfirmauit pronuncians ius eligendi pertinere ad capitulum de Tornaco, & absoluens partē aduersam ab impetitione ipsorum clericorū, à qua sententia partes ad sedē Apostolicam appellarūt: & causam obtinuerunt committi abbati sancti Saluatoris Papiē. & præposito Vercelleñ. coram quibus ex parte archiepī & dicti N. clerici exceptio excommunicationis fuit proposita ʒ capitulum de Tornaco. iudices considerantes q à prosecutione appellationis prætextu excōicationis non debeat quis excludi. cum omnis defensio legitima excōicato in iudicio reseruetur, pronunciauerunt partem epī non esse cogendam ad rñdendū clericus supradictus: propter quod clerici sedem Apostolicam appellarunt, & significauerunt factum domino Papæ: vnde mandat eisdem iudicibus, quatenus si est ita, procedant in causa, exceptione huiusmodi non obstante. Not. q excommunicatus potest appellare & prosequi appellationem: & omnis legitima defensio sibi in iudicio reseruatur.

† Vide per totum Decisam regulam 170. incip. excōmunicatus non potest, &c.

† Conrad.

† Conrad.

CAP. XI.

Significauerunt † nobis capitulū de Tornaceñ. † quod cum P. in suum archipresbyterum elegissent, Mediolañ. archiepiscopus præsentatam sibi electionem renuens [a] confirmare, quendam Zepum clericum in archipresbyterum instituit ecclesiæ supradictæ: quare ipsis ad sedem Apostolicam appellantibus, præposito sancti Stephani causam super his dicimur commisisse: qui electionem ipsorum confirmans, & pronuncians ius eligendi ad ipsum capitulum pertinere, partem aduersam ab impetitione ipsorum absoluit [b]: à qua sententia partes ad sedem Apostolicam appellantes, causam ipsam vobis obtinuere cōmitti. Sed à parte altera exceptione excommunicationis opposita contra capitulum memoratum, vos minus prouide attendentes, quód prætextu excommunicationis oppositæ à prosecutione appellationis, nō debeat quis excludi [c]: cum omnis legitima defensio [d] excommunicato in iudicio reseruetur: partem aduersam non esse cogendam ad respondendum eisdem perperam decreuistis: propter quod dictum capitulum nostram audientiam appellarunt: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si est ita, exceptione huiusmodi non obstante, in eodem negotio procedatis [e].

¶ Glo. seq. voce. per q. ad quam dupliciter respondet.

a ¶ *Renuens confirmare.*] quod facere potuit, si non erat idoneus: & illos potuit priuare iure eligendi. vnde si hoc fuit verum, tenebat archiepiscopi institutio. ſ. de elect. nihil est. & c. quia propter. ad ipsum enim pertinet examinare & confirmare dictum electum, vel reprobare, vt ibi dicitur: alias iusta fuit appellatio clericorum: quod patuit postea per sententiam. Vel ideo hic eam noluit confirmare, quia dicebat archiepſ ad ipsum spectare ius eligendi archipresbyterum in plebe, & hoc apparet per sententiam iudicis delegati, qui confirmauit electionem capituli, & pronunciauit ius eligendi ad ipsum capitulum pertinere.

† Idest pelidum non et: et & tūc dominum ab sententiam talem elegerunt. Io. A.

¶ Glo. seq. recitetur per q. ad quam tripliciter respondet.

b ¶ *Absoluit.*] super quo fuit hæc absolutio, hic non dr, potuit esse q capitulum petebat à parte aduersa expensas, [a] vel forte petebat fructus perceptos ab illo instituto qui peti poterant, vel q vlterius non haberet vocem contradictionis in electione, & super hoc appellauit capitulum quantum ad confirmationem electionis: quantum ad ius eligendi appellauit pars altera, & sic ab eadem sententia potest vtraque pars appellare. sic ī. de testa. Rauentius. & cap. Raynaldus. quia sunt in sententia plura capitula, aliàs non haberet locum duplex appellatio ab vtraque parte.

a An vbi hoc agitur hic solum appellet, q victus non est sibi condemnatus in expē sa ipso victo appellatio super petitis pal. & qd etiam si victus non appellat vide in spec. de appellat. § in quibus. vers. j. & vers. & seq.

c ¶ *Excludi.*] vt ſ. c. proxi. & c. cum inter. & c. vlti.

¶ Glo. seq. obiicit & soluit, quærit, alle. pro & contra, et vacillando soluit.

d ¶ *Defensio.*] Ex hac litera vr q isti de capitulo erant rei ex eo q dicit, legitima defensio: sed apparet ipso facto, q erāt actores: quia petebant electionem suam confirmari. & ius eligendi ad se spectare dicebant: in istis duabus obtinuerunt, in tertia petitione succubuerunt, super qua appellauerunt, & ex eo etiam q dicit, partem aduersam non esse cogendam ad rñdendum illis de capitulo, & sic erant actores, sed actor excōicatus non admittitur ad agendum. j. c. proxi.] Qualiter ergo isti admittuntur? Et sic est arg. q excōicatus admittitur ad agendum. Dicas ergo q in eo q condemnati fuerūt, quasi rei intelliguntur. ne ergo suum ius amittant per iniquam sententiam, admittuntur ad defensionem iuris quod amiserant per sententiam: & sic quicquid faciunt, totum est ad sui defensionem: & ideo admittuntur non obstante exceptione excōicationis: quia prætextu excōicationis nō est aliquis condemnandus iniuste, aut etiā absoluendus. Per talem enim sententiam iniquam amitterēt isti ius suum si non admitterētur ʒ sententiam, & sic trāsiret in rem iudicatā, quia ex eadem ratione non possent appellare: sed quilibet condemnatus potest appellare: vt ſ. eo. cum inter. & prosequi appellationē suā. j. eo. c. vlti. Secus vr si esset lata pro eo sententia, qa tūc nō vr valere snīa, si est excōmunicatus actor. sed causa ꝓpterea nō periret: quia eo absoluto agere posset. sic ergo isti sunt audiendi. Quid facient iudices si inuenerint sententiam iniquam? Debent eam cassare. Sed nunquid condēnabunt alteram partem ipsi excōicato? [a] Videt q sic: quia hoc ad officiū eius qui cognoscit de appellatione pertinet. & sic fertur sentētia pro actore excōicato ex certa scientia. Sed ʒ. j. eod. c. proxi. in fi. Forte posset dici, q condemnatio differtur in tempus absolutionis: ex quo iam releuatum est grauamen. In casu illius capituli credo q capitulum fuit excōicatum post appellationē pro alia causa, & ab alijs iudicibus, & sic minus contineret dubitationis. Sed non est verum q feratur sententia pro excōicato: quia non constat illum excōicatum esse: immo repellitur excipiens, nec auditur uolens reprobare excommunicationem, & sic potest iudex ferre sententiam pro tali: sed si post sententiam latam vellet probare q actor erat excommunicatus, audiretur forte: quia exceptio excommunicationis in qualibet parte litis admittitur: vt j. c. proxi. Sed sententia quæ præcessit, nō minus robur obtinet firmitatis, & executio sola impeditur si post rem iudicatam excommunicatio probetur, vt in decre. Innocen. iiij. quæ sic incipit, Pia consideratione. in fine [lib. 6.]

† Facit ad ad hoc l. in dubitati eū not. C. de adulter.

† Vide Abbatem ferreram decisione 116. & Gomezium in compendio vtriusq; signaturæ.

† Aliās, ne quis.

† Idest declarat hanc q formādo ipsam in illo qui petiit ab alio x & iuste reus absoluitur, & iniuste actor appellat, postea excōicatur ipse actor: an possit non obstante excōicatione prosequi appellationē, & nūquid iudex appellationis retractet sententiam, & an reum cōdemnet. Io. And.

¶ Glo. seq. recitetur per contrarium.

e ¶ *Procedatis.*] Hic remittitur causa ad eos à quibus fuit appellatum: sed hoc voluit appellans: aliàs non remitteretur. j. de appe. accepta. & cap. interposita. §. s.

¶ Idem.

¶ Reus in qualibet parte litis excōicationem contra actorem obyciens auditur: & si malitiose distulerit, in expensis condemnatur: & dato quód non excipiat, ipse iudex publice excommunicatum repellet.

CAP. XII.

Exceptionem † excommunicationis in dilatoriis [f] proponendis reus sciēter omittens, in qualibet parte litis opponere minime prohibetur: quod est in hac exceptione specialiter obseruandum: ne † quisquam in periculum animę

Exceptionem.] Diuiditur, nam prima pars ponit dictum quod dicit speciale, & exprimit causam. Secunda: ibi, *Qui si*. punitur iudex reum dolosum. Tertia: ibi, *Excommunicatus*, præcipit sine ope exceptionis publicum excommunicatum repelli. Abbas.

Casus. Exceptio excommunicationis inter dilatorias numeratur: tñ si reus illam scienter omittat, nihilominus eam in qualibet parte litis opponere potest; quod est speciale in hac exceptione, cum aliæ dilatoriæ ante litis ingressum sint proponendæ: & hoc statutum est ne aliquis in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur: sed si eam omiserit vt actor fatigetur laboribus & expensis, condemnandus est in expensis actori. In fine dicit q si aliquis est publice excōicatus, Iudex ex officio suo ab agendo illum repellat, quamuis huius exceptio non opponatur. Not. q exceptio excōicationis quamuis dilatoria sit, qñcunq; potest opponi. Item excōicatus publice non est audiendus, licet à reo de hoc sibi nihil opponatur, quia officio iudicis est repellendus.

¶ Glo. seq. distinguit exceptiones dilatorias, peremptorias. &c.

f ¶ *In dilatoriys.*] Ad intelligentiam huius nota, q exceptionū, alia est dilatoria, alia peremptoria. Item dilatoriarum exceptionū alia est declinatoria iudicij: alia est dilatoria solutionis: Declinatoria iudicij triplex est, siue ꝓponat ʒ iudicē, siue ʒ rescriptū, siue ʒ impetrantem, inter quas primo loco proponenda est recusatio iudicis.

ar. ſ. de

er. ȝ. de proba. quũ ȝ falsam. vbi de hoc. Et qui illam omittit transeundo ad alias, ad illã postea non vr posse reuerti: quia litigando coram ipso super alijs, personam iudicis approbare vr. Item aliæ dilatoriæ ante ingressum litis debent proponi. j. de re iud. inter monasterium. & C. de excep. l. vlti. & j. de ap. cum causam. & C. de procu. vt demum. ad hoc etiam facit C. de iud. sancimus. in fin. vnde post lit. cont. aut etiam post terminũ statutũ ad dilatorias proponendas proponi non possunt. ȝ. eo. pastoralis. nisi de nouo orta fuerit: vt ibi dr. & ȝ. de of. deleg. insinuante. Dilatoria solutionis ante litẽ conte. proponi debet, sed proponẽda est postquam actor fundauerit intentionem suam. C. de prob. exceptionem. & 3. q. 6. c. si quis episcoporum §. exceptionem. & qñq; põt proponi etiã in causa appellationis.

suæ excommunicato communicare cogatur. ¶ Qui si eam [a] omiserit, vt actor laboribus & sumptibus fatigetur, in expensis est legitimis condemnandus [b]. ¶ Excommunicatus † autem publice [c], etsi huiusmodi exceptio non opponitur, nihilominus est officio iudicis [d] repellendus.

¶ Idem.

¶ Non competit exceptio rei iudicatæ reo absoluto, quia non possidebat.

CAP. XIII.

ADuersario † tuo per iudicem absoluto, quoniam tempore [e] motæ litis rem petitam ab ipso sine dolo [f] desierat possidere: si eam modo possideat, tibi petenti denuo, rei iudicatæ exceptio non obsistit.

¶ Idem.

¶ Valet rescriptum impetratum ab excommunicato super prosecutione appellationis, licet de excommunicatione non feceris mentionem.

CAP. XIIII.

VEnerabilem † fratrem nostrum archiepiscopũ Nar-

♦ De materia vitando rum excommunicatorum vide late per Felinum in c. Rodulfus. de rescript. & per Soto lib. 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 4.

♦ De intellectu huius decretalis vide Antonium de Butrio in cap. 2. de re iud.

ȝ. de fi. instru. cum Ioannes. C. de excep. si quidem. Exceptio vero peremptoria proponi potest qñcunq; ante sententiam, siue etiam antequam sit in causa conclusum, & potest etiam proponi ante lit. con. vt hic. & C. de excep. exceptionem. & j. de præscri. auditis. & ȝ. de test. c. de testib'. in fi. & post sententiã in causa appellationis. C. sen. rescin. non pos. l. 2. Et est alia dilatoria, quæ partim accedit ad naturam veræ dilatoriæ, & partim ad naturam peremptoriæ, sicut est exceptio excõicationis: quia proponi potest qñcũq; & ante litem cont. & post sententiã, & etiam si non appellaret: quia qñq; facit retro iudicium nullum: vt hic. & j. de re iudic. ad probandũ. Et vere dilatoria est: quia ex probata iudicium siue processus est nullus, sed actio remanet salua, vt in prædi. decre. ad probandum. qñq; tñ non facit iudicium nullũ, vt in decret. pia. vt dr in not. etiã si. Et est speciale in hac exceptiõe propter periculum animæ. vt hic dicit. Item quodam modo similis est huic exceptio falsi procuratoris: quia & illa potest proponi quandocunque etiam post sententiam. ȝ. de proc. in nostra. & C. eod. ti. licet.

¶ *Glo. seq. notat speciale, &c.*

a ¶ *Qui si eam omiserit.*] Not. quoddam speciale in hac exceptione quod in alijs non seruatur: quia si ex certa sciẽtia illam omittat, nihilominus potest eam opponere quandocunque postea, sed in alijs non est ita. ȝ. de off. del. insinuante. & j. de re iud. inter. & 3. q. 5. ꝙ suspecti. puniuntur tamen in expensis litis propter dolum suum. Itẽ est hic arg. manifeste, ꝙ nemo iuri publico potest derogare seu renunciare. ȝ. de so. compe. si diligenti. vbi de hoc. & ȝ. de ser. c. vltimo. & argu. j. de sent. excom. c. contingit.

b ¶ *Condemnandus.*] etiam si excõicatio probata fuerit, & processus habitus, non valebit. & hoc innuit littera ista, vt actor laborib' & sumptibus fatigetur: aliàs quare puniretur in expensis reus si processus teneret? Sed per decr. noua. j. eo. pia consideratione. si in instantia iudicij durante excõicationis exceptio proponatur vt probetur, processus habitus valebit: sed in sequentibus actor non audiatur donec fuerit absolutus. & per hoc obuiatur malitijs eorum qui sciẽter omittunt excõicationis exceptionem ab initio dolose, & sic bona fuit prouisio illius decre. pia. Et idẽ intelligo etiam si per malitiam non omittatur: secus credo de illa exceptione, quæ proponit ȝ iudicem publice excõicatum, in quem nulla cadit iurisdictio. Vnde dũ sic est excõicatus, non tenet processus illius. j. de re iu. ad probandũ. De hoc notauit in decr. pia. in gl. q̃ incipit, sed mirũ. [li. 6.]

¶ *Glo. seq. cum versi. præced. qui si eam. arg. alleg. duo iura. Secundo alle. simile circa quod specificat duo, scilicet quod si excommunicatio sit occulta, & quo dicatur publica.*

c ¶ *Publice.*] Not. etiam istud ꝙ in hoc est arg. ꝙ nulli liceat ignorare qđ publice factũ est. 16. dist. qđ dicitis. & ȝ. de post. præla. ad hæc. [g] Et ideo non prodest alicui si dixerit se ignorasse: vt in proxi. cap. simile de iudice excõicato publice. j. de re iud. ad probandũ. Vnde collige si occulte quis excõicetur, quod postea non reuocaretur sententia siue processus. op. ar. de cle. excom. mi. Apostolicæ. vbi de hoc: quia de occultis non cogitur diuinare. j. vt eccle. bene. vanostrum. & ff. ad l. Aqui. si putator. & ff. man. si fideiussor. §. si cũ debitor. quia nec tenemur ad eius obseruationem nisi post publicationem. ȝ. de consti. cognoscentes. vbi dr rem quæ culpa caret. & 82. dist. proposuisti. Et dico eam publice latam si iudex tulerit sententiam illam in loco vbi publice iudicare consueuit præsentibus officialibus suis & partibus, vel altera absente per contumaciam. C. quomodo & qñ iu. si vt proponis. 2. & l. 1. aliàs si occulte nõ obesset: quantum ad hoc multa arg. possunt induci ȝ ea quæ occulte

g Vide l. nec supina & in l. regula ff. de iuris & facti ignor.

funt. 19. dist. Anastasius. & ȝ. de off. deleg. consuluit. ff. de ritu nup. palam. & de officio præfect. prætor. Barbatius.

¶ *Glo. seq. dat triafinita, & reddit rationem textus.*

d ¶ *Officio iudicis.*] sic prælatus ex officio suo examinare debet electũ sibi præsentatum. ȝ. de elect. nihil est. & c. cum nobis olim. & c. venerabilem. & prætor quos prohibet in totũ prohibet, etiã si pars non opponat. ff. de postu. quos prohibet & ff. de procuratoribus. filiusfamilias. §. veterani. Sic etiã iudex admittit cõpensationẽ, licet pars hoc nõ petat. ff. de petitione hæredit. l. vlt. & ff. de iniurijs. apud Labeonẽ. §. si qs. aliàs ius publicum offenderetur: quod esse non debet. ȝ. de so. comp. si diligenti. C. de procuratoribus. militem. & C. locati. milites. iudex enim qui scit actorem excõicatum, non debet ei participare: & sic tam pro se quàm pro alijs illum repellat ex officio suo. sic & quædam possunt obijci post sententiam. C. de iuris & facti ignorantia. l. 1. & ff ad Macedonianum. cum tamen.

♦ De materia huius decretalis vide Phil. in c. olim. supra de re iud.

ADuersario.] Casvs. Aliquis conuenit aduersarium suũ super aliqua re quam possidebat tempore litis cont. sed quia postea sine dolo desijt rem illam possidere, fuit absolutus: postea eandem rem cœpit possidere: actor petit eandem rem, quæritur an res iudicata ei obstet? Et rñdet Papa, ꝙ non obstat exceptio rei iudicatæ. Not. ꝙ ad hoc vt aliquis condemnetur, necesse est vt possideat tempore litis conte. & tempore quo sñia fertur. Item si aliquis possideat tpe litis conte. & postea sine dolo desijt possidere, absolui debet.

e ¶ *Tempore motæ litis.*] Not. ꝙ ad hoc vt sequatur condemnatio, reus debet possidere tempore litis contest. & ꝙ possideat cũ res iudicatur. sed si tempore litis conte. possideat, cum res iudicatur sine dolo malo amisit possessionem, absoluitur. ff. de rei vend. sinautẽ. §. 1. Vel sufficit possidere cum res iudicatur, vt ibi dicitur.

¶ *Glo. seq. quæri. allo. pro & contra, & dupliciter solui. In fine ponit quatuor, quæ requiruntur vt obstet exceptio rei iudicatæ.*

f ¶ *Sine dolo.*] Sed quis probabit ꝙ sine dolo? Lex dicit, ꝙ idẽ qui desijt possidere. ff. de exce. rei indica. si rem meam. l. si à te. 1. rñso. de qua lege sumpta est hæc decre. Sed ȝ vr ꝙ aduersarius: Nã qui dolũ allegat, dolum probare debet. ff. de prob. quotiens. §. qui dolo. Qualiter rñdebis legi prædictæ, quæ dicit ꝙ ipse debeat probare? Rñde ꝙ hoc ipso quòd ȝtrium non probat, satis probat ipse ꝙ sine dolo desijt possidere. C. qui milit. non poss. super seruis. lib. 12. & C. de test. omnium. sic probatur benemeritus eo ipso ꝙ nõ probatur demeritus. ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. rogo. Ideo dicit sine dolo: quia si dolo desijt possidere, cõdemnabitur tanquã possideret: quia dolosus pro possessore habetur. ff. de regul. iur. qui dolo. & l. parem. & ff. de rei vendicatio. quod si dolo. & l. sinautẽ. §. sad & is. ff. de peti. hære. nec vllã. §. is aũt. & l. etiã. §. item si quis. & l. sed & si lege. §. sinautẽ. & §. perinde. Vel dic ꝙ eo ipso ꝙ tpe lit. contestatæ possidebat, si postea dicit se non possidere ad hoc vt absoluatur, præsumitur ȝ ipsum ꝙ dolo desijt possidere: & ideo tenetur probare ꝙ sine dolo desijt possidere ad hoc vt absoluatur, vt dicit l. pdicta, si rẽ meã. alias condemnaretur tanquã possideret. Itẽ si quis nõ possideat, & offerat [g] se liti actore ignorante, non cõdemnabitur ac si possideret. ff. de rei vẽdi. sinautem. in princip. & l. is qui se liti. Sed si actor sciret illũ non possidere, secus esset: vt l. is q se. Itẽ si agat ad exhibẽdum si absoluatur reus, qui non possidebat, & interim incipiat possidere, tñ obstat exceptio rei iudicatæ. ff. de excep. rei iud. si quis ad exhibendum: ad hoc vt exceptio rei iudicatæ obstet, oportet ad minus ꝙ tria cõcurrãt, scilicet ꝙ idẽ sit corpus siue eadem quantitas, idem ius siue causa petendi, & eadem conditio personarum. ff. de excep. rei iudi. cum quæritur. & l. sequenti. & l. cum de hoc. Itẽ ꝙ ille qui absoluitur, possideat rem tpe sententiæ, vt hic dicit. & ff. de exceptio. rei iudic. si rẽ meã. & ff. de rei vendi. sinautẽ. §. 1. Ber.

g Non etiam sed scientia non interrogatus: vt in Spe. de interro. §. 1. vers. pone q la. Am.

VEnerabilem.] Primo ponit dictum. Secundo subiungit ipsius causam: ibi, *Quia nihil.* Abbas Siculus.

Casvs. Archieps Narbonẽs. appellauit à iudicibus pp grauamen sibi illatũ: & super appellatione suas literas impetrauit: cũ iudicibus appellationis obijcieбatur literas non valere, pro eo qđ tpe impetrati rescripti erat ex causis alijs excõicatus: iudices cõsuluerũt Papã, & ipse rñdet, ꝙ licet ex alijs causis tpe impetrati rescripti excõicationis vinculo teneret, de quibus in literis suis mẽtio non haberetur, nihilominus ad psequendã appellationẽ suã debet admitti, quia nihil prodesset excõicato appellare, si nõ posset appellationem

lationem ſuam proſequi, & litteras impetrare. Nota ꝙ excõicatus poteſt appellare, & proſequi appellationem, & litteras impetrare.
a ¶ *Ex ſufficienti.*] ſic ſ. eod. dilectæ. Et intellige ꝙ expreſſit cauſam grauaminis coram iudice à quo appellauit, vt ibi dixi: aliàs nõ admittitur appellatio. ĩ. de appella. vt debitus.
b ¶ *Tempore impetrati reſcripti.*] Not. ꝙ ſ. ſæpius dictum eſt, ꝙ reus excõicatus ſiue à iudice ſuo, ſiue ab alijs tpe impetrati reſcripti non ꝓhibetur proſequi appellationẽ, & appellare. 3. q. 9. reuera. & ĩ. de ſenten. excom. per tuas. & ſ. eod. cum inter. & c. dilecti. & c. ſignificauerunt. Et litteras impetrare, & oĩa facere quæ pertinent ad ſuã defenſionem, vt hic omnia patent per iura ꝓdicta, licet non faciat mentionem de ſua excõicatione, & ſuper ipſa appellatione poteſt litteras impetrare: vt dicit in ſi.

boñ. qui à iudicibus ex ſufficienti[a] grauamine ad Apoſtolicã ſedem appellans, ad vos ſuper appellatione ſua, noſtras litteras reportauit: & ſi ex cauſis alijs tempore impetrati reſcripti[b], vinculo fuerit excommunicationis adſtrictus, de quibus ibi mentio nõ habetur, ad proſequẽdam per eaſdem litteras appellationem prædictam decernimus admittendũ. ¶ Quia nihil excommunicato appellare prodeſſet, ſi non poſſet appellationem ſuam proſequi, & ſuper ea litteras impetrare.

DE PRÆSCRIPTIONIBUS.

¶ *Supra viſum eſt de exceptionibus in genere, ſed quia frequẽter obijcitur præſcriptionis exceptio, & plerũque dubitatur an & quando competat: merito poſt præcedentem ſequitur iſta.* Abb. Siculus.

De hac materia tractatur 16. q. 3. & 4. & 3. q. 2. in princip. quaſi.

TITVLVS XXVI.

De præſcriptionibus.

¶ Ex concilio Africano †.

¶ *Epiſcopus contra epiſcopum locum per ſe conuerſum, ad fidem præſcribit triennio: ſed cum vacat eccleſia, vel eſt in ſchiſmate, non præſcribitur contra ipſam.*

CAP. I.

Placuit. Diuiditur. Nã primo ponit dictũ. Secundo determinat: ibi, *Si tamen.* caſum determinatũ exponens: ibi, *Si autem.* aliũm addens: ibi, *Item ſi.* Abbas Siculus.

Placuit †, vt ſi quiſquam aliquem locum ad catholicam vnitatẽ cõuerterit, ſi eum per triennium nemine repetente tenuerit, vlterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipſum triennium[c] fuerit † epiſcopus, qui poſſet repetere, & tacuit. Si autem non fuerit[d], non præiudicetur matrici eccleſiæ: ſed liceat cũ locus acceperit epiſcopum, ex ipſo die infra trienniũ repetere. ¶ Item ſi fuerit epiſcopus ad catholicã fidem ex Donati † parte cõuerſus, nõ ei præiudicet præfinitũ tempus: ſed ex quo die cõuerſus eſt, habeat per triennium poteſtatem repetendi locum, qui ad ipſam cathedram pertinebat.

Casvs. Epi ſiue plati negligebãt parochianos ſuos reuocare ad catholicam vnitatem: vnde ſtatuit concilium illud. vt ſi aliquis aliquẽ locum ad catholicam vnitatem conuerterit, ſi per triennium tenuerit locum illum, nemine ipſum repetẽte, de cætero non repetatur ab eo: & hoc verum eſt ſi per ipſum triennium fuit eṗs, qui poſſit illum repetere, & tacuit: Si vero nullus fuerit eṗs, non ꝓiudicetur eccleſiæ: ſed cum eccleſia eṗm habuerit, liceat ex ea die infra triennium locum ipſum repetere. Item ſi eṗs ꝑ triennium illud catholicus non fuerit, non currat tunc ꝑſcriptio. Sed ſi ad catholicam vnitatem conuerſus fuerit, ex eo die quo conuerſus fuerit, ꝑ triennium habeat poteſtatem repetẽdi locũ illum, qui ꝑtinebat ad eccleſiam ſuam. Nota ꝙ vacante eccleſia non currit præſcriptio. Item non currit pręſcriptio eo tempore quo eṗs catholicus non eſt: tunc enim comparatur vacanti eccleſiæ.

¶ *Glo. ſeq. ſignat ſucceſſiue duo contraria, & ſoluit.*

c ¶ *Per ipſum triennium.*] Signatur ſ. 16. q. 3. placuit, vt quicunq;. vbi dř, ꝙ qui poſt ſex mẽſes [1] negligit plebes conuertere ad catholicam vnitatem: qui poſtea potuerit eas conuertere, habeat ipſas. Solu. illud cap. & illud ſunt eiuſdẽ concilij, & illud debet intelligi ꝑ ſuppletionem iſtius, & ecõuerſo, ſcilicet vt vicini eṗi admoneat eṗm, vt plebem ſuam conuertat ad fidem catholicam: & ſi negligens fuerit ꝑ ſex menſes à tpe admonitionis computandos, qui potuerit eam poſtea cõuertere, habeat eam, computato iſto triennio poſt illos ſex menſes, & ſic habet ſex menſes primo, & poſtea triennium, & ſic nullum ꝯrium. Et ita habes hic præſcriptionem trium annorum, & ſex menſium ꝯ eccleſiam, quod eſt contra illud. ĩ. eo. de quarta. & 16. q. 3. c. placuit. §. quas actiones. Sed hoc introductũ fuit fauore fidei catholicæ.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

d ¶ *Si autem non fuerit.*] Et ita vacante eccleſia non currit ei præſcriptio. Item ſi eṗs fuerit hæreticus, non currit eccleſiæ præſcriptio: vt in §. ſeq. quia tunc eccleſia quaſi vacare intelligitur. Sed vř ꝙ debeat currere, quia eccleſia vacante ipſius œconomus poteſt conuenire & conueniri: vt arg. 12. q. 2. vulteranæ. & c. vobis [2]. ergo videtur ꝙ currit præſcriptio. Sed non eſt verum ꝙ œconomus poſſit agere vel conueniri vacante eccleſia, quia tũc caret legitimo defenſore. infra ne ſed. va. per totum. & ideo non currit, immo dormit interim ꝑſcriptio.

¶ Ex regiſtro † Gregorij Italiæ † patriciæ.

¶ *Duobus modis ſummatur. Primo ſic: Taciturnitas prælati non nocet eccleſiæ donec ſit præſcriptum. Secundo ſic: In rebus inuaſis nõ currit præſcriptio.* Ioannes Andr.

CAP. II.

Nihil † prodeſt: & infra. ¶ Nihil cum ſcandalo[e], nihil cũ forali ſtrepitu, vobiſcũ nos velle de cauſis pauperum[f] diffinire, vobis ſcripſiſſe meminimus[g]. ¶ Sed illud vos ſcire credimus, taciturnitatem atq; patientiam noſtram, futuris[h] poſt me pontificibus, in rebus pauperum, præiudicium non facturam.

¶ Gregorius.

¶ *Per quietam & ſynceram poſſeſſionem triginta annorũ præſcribit eccle-*

Nihil prodeſt.] Hoc cap. legitur varijs modis in gloſ. & extra. ſecundum Ioannẽ Andr. ſummatur duobus modis ſecundum primas duas lect. quæ eliciuntur ex gloſ. fin. Et iſtæ duæ lecturæ ſunt veræ in ſe, & procedũt ſine ſcrupulo. De alijs vero poſſet dubitari. Diuiditur. Nam primo repetit quod ſcripſerat olim. Secundo proteſtatur: ibi, *Sed illud.* Abbas Siculus.

Casvs. Quædam domina Patricia occupauerat partẽ patrimonij beati Petri, Papa Gregorius ſcripſit ei, ꝙ ipſa dimitteret patrimonium illud, & ipſa ei reſcripſit, ꝙ ipſa parata erat facere rationem: & Papa ſecundo mandauit eidem, ꝙ nihil cum ſcandalo, nihil cum ſtrepitu iudicij volebat de cauſis pauperum diffinire. vltimo cũ ipſa nõ dimitteret bona pauperum, reducit eidẽ dñæ ad memoriam qualiter olim ſcripſerat ſibi, dicens ꝙ taciturnitas & patientia ſua non faciet præiudicium ſucceſſoribus ſuis in rebus pauperum. Not. argu. nihil cum ſcandalo faciendum. Item bona eccleſiarum pauperum ſunt. Item in re inuaſa nõ currit præſcriptio.

¶ *Glo. ſeq. ar. propter ſcandalum inducit tria ſimilia, ſignat contrarium.*

e ¶ *Nihil cum ſcandalo.*] arg. ꝙ ꝑꝑ ſcandalum deſiſtendũ eſt à iure ſuo. ſ. de temp. ordi. ad aures. vbi de hoc. & 10. q. 3. cauendũ. & 11. q. 3. nolite. Et ſic dñs cum ſciret non debere ſe ſoluere tributum, tñ ꝑꝑ ſcandalum ſoluit: & Apoſtolus ne aliquem ſcãdalizaret, ꝓprijs manibus victum ſibi quærebat. 18. q. 1. iam nunc. verſus finem. & ꝑꝑ ſcandalum conſuetudo loci ſeruanda eſt, vt fecit mater Auguſtini. 12. diſt. illa. in fin. arg. ĩ. de reg. iur. qui ſcandalizauerit.

f ¶ *De cauſis pauperum.*] & ſic bona eccleſiæ pauperum ſunt. 16. q. 1. quoniam quicquid. & 23. q. 7. quod aũt. & q. 8. conuenior. circa prin. & ideo pauperum eſſe dicuntur, quia tpe neceſſitatis omnia ſunt cõicanda [3]. 47. diſt. ſicut hi. & 12. q. 1. c. 2. & victu & veſtitu his contenti ſimus. 10. q. 2. epiſcopus & 12. q. 2. aurum.

g ¶ *Vobis ſcripſiſſe meminimus.*] Et [4] ideo forte creditis ꝙ res pauperum retinere poſſitis, quaſi vobis videamur feciſſe pactum de non petendo, quod falſum eſt, vt ſequitur.

¶ *Gloſſa ſequens arg. inducens rationem & ſimile, alleg. duo contraria, & dupliciter ſol.*

h ¶ *Futuris.*] arg. ꝙ negligentia vel taciturnitas ꝑlati non præiudicat ſucceſſori: quia delictũ ꝑſonæ, &c. ſ. tit. prox. cum venerabilis. & 16. q. 6. ſi eṗs. ſic & tpe ꝑlati male alienantis nõ currit præſcriptio. 16. q. 3. ſi ſacerdotes. & ꝑlatus conditionem eccleſię deteriorẽ facere non poteſt. ĩ. de dona. fraternitatem. arg. ꝯ. ſ. eo. c. prox. & ĩ. eo. auditis. in ſi. Sol. negligentia ꝑlati ſiue taciturnitas bene ꝓiudicat eccleſiæ: quia ꝑꝑ taciturnitatem currit ꝑſcriptio: vt ĩ. quaſi per totum. & ſ. eo. c. prox. & ideo hoc intellige quantum ad centenariã præſcriptionem, quæ ſola currit eccleſiæ Romanæ. 17. q. 4. nemo, & ĩ. eod.

Marginal notes:

¶ cap. 86.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 3. compil. Et de 'ingſm notat intelligẽs a vide Anonimum an. gelhod in noui anni quæ compilatum loco præſumo ſumo.

[1] Vnde dicitur ſum. & poſt. ꝙ ibi ponitur tẽpus poſt quod licet populũ ſuum acquirere. Aliud hic vero ponitur tẽpus poſt qd eṗs populi ſuum non poſſit illum repetere. Ioan. And.

[2] Hæc cap. nõ loquuntur in œconomo: ſed in conſtituto ſ. q. plenã habere adminiſtrationem in ſpiritualibus ſecundum Goff. Ioan. And.

¶ ſuis

† Vide B. Auguſtinũ lib. de hæreſibus c. 69. tom. 6. & Luxemburgum in catalogo hæreticorũ verbo Donatiſtæ.

† Lib. 2. cap. 96. epiſtola 57. regiſtri beati Gregorij.

† Italiæ.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. compilat. Et quatenus nihil cũ ſcandalo faciendum dicatur præter Felinũ hic. vide D. Thoma 2. 2. q. 43.

[3] Nec ſunt appropriãda, de præben. cap. 2. Ioan. And.

[4] Hæc gloſ. ſola nõ eſt Bernardi, nec habetur in veteribus codicibus.

verus dominus sciat rem illam ad se pertinere, siue ignoret: vt 34. q. 2. si virgo. & ff. de peti. hære. sed & si lege. §. si de eo.

A*D aures.*] Cõis diuisio. Secunda: ibi, *Tuæ.* Abbas Siculus.

CASVS. Quædã ecclesia præscripsit decimas in parochia alterius xl. ann. quærit an tuta sit ecclesia præscriptione? Rñdet Papa q̃ de iure melior est conditio possidẽtis: q̃a præscriptio xl. ann. excludit omnem actioné. Not. q̃ melior est conditio possidẽtis. Item præscriptio xl. anno. excludit omnem actionem.

a *De iure.*] canonico & etiam ciuili. s. de proba. ex litteris. & j. de iure patro. quod autem. 14. q. 5. non sane. & C. d̃ rei ven. quotiẽs. ff. de reg. iur. cum par. ff. de condi. ob tur. causam. si ob turpem.

Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

b *Quadragenalis.*] Sic patet q̃ vna ecclesia potest præscribere decimas in parochia alterius, licet titulum non ostendat. arg. s. eo. titu. de quarta. j. eo veniens. Arg. 3. j. de deci. dudũ. vbi dĩ, q̃ titulus est necessarius. de hoc dĩ. j. eo. si diligenti.

ADDITIO. Hodie est textus apertus. c. 2. eo. tit. lib. 6. vbi titulus est necessarius, vel tantum tempus de cuius initio non sit memoria, cum sit 3 ius cõmune, q̃ vna ecclesia percipiat decimas in aliena parochia. c. ad decimas. de resti. spo. li. 6. Panor.

Idem Mauritano † episcopo.

Vna ecclesia in parochia alterius xl. annorum spatio decimas præscribit.

CAP. VI.

AD † aures nostras peruenit, duas ecclesias litigasse super decimis, quas vna earum in alterius parochia annis quadraginta possedit: & infra. Tuæ fraternitati tenore præsentium innotescat, quòd de iure[a] melior est conditio possidentis. Quia quadragenalis[b] præscriptio, omnem prorsus actionem[c] excludit.

Idem Parmensi episcopo.

Laici spiritualia possidere non possunt: ergo & per consequens nec præscribere. h. d. & quotidie allegatur.

CAP. VII.

CAusam † quæ inter Regiñ. archidiaconum, & nobilẽ virum G. super decimis vertitur: & infra. Ideoque mandamus, quatenus causam ipsam debito fine decidas, non obstante præscriptione temporis, vel concessione[d] ecclesiasticæ secularisve[e] personæ, si idem G. eã opponere voluerit: quia cum laici decimas detinere[f] non possint, eas nulla valent præscribere ratione.

Glo seq. vocat per duo contraria, & in vtroque remittit.

c *Actionem.*] Arg. q̃ actio secundum canones sit proponenda. de hoc dĩ s. de iudi. dilecti. & c. examinata. & qd̃ dicit, omnem actionem excludit, intellige q̃ talis sit actio quæ possit præscribi: quia quædam sunt quæ præscribi non possunt. j. eo. c. proxi. & c. accedentes. & c. cum non liceat. vbi notatur in quibus casibus non currit præscriptio. Bernar.

C*Ausam quæ.*] Laicus decimas non præscribit. communis diuisio. Secunda: ibi, *Ideoque.* Abb. Siculus.

CASVS. Inter archidiaconum Regiñ. & nobilẽ virum G. quæstio super decimis vertebatur: Papa commisit causam illam, mandans iudici quatenus causam ipsam debito fine decidat, nõ obstãte præscriptione temporis, vel concessione alicuius personæ ecclesiasticæ vel secularis, si idem G. eam opponere voluerit: quia cum laici non possunt possidere decimas, eas præscribere non valent. Not. q̃ laici non possunt possidere decimas, aut etiam alia mere spiritualia. Itẽ quod possideri non potest, non potest præscribi.

d *Concessione.*] Supple facta post Laterañ. concil. in quo cauetur q̃ laici sine animarum periculo decimas detinere non possunt: vt j. de deci. prohibemus. & melius eod. tit. quamuis sit graue. vnde hodie epi decimas laicis in feudum concedere non possunt: quia ius decimarum cum sit spirituale, non cadit in laicum: vt hic in fi. satis patet. De hoc dicetur in decre. j. de deci. quamuis sit graue.

e *Secularisve.*] j. de deci. tua nobis. & c. dudum.

f *Detinere.*] Sic 16. q. 7. c. 1. Et dic detinere scilicet ciuiliter,[a] naturaliter autem de facto possident laici, & in periculum animarum. Exigitur ergo ciuilis possessio ad præscriptionem in huiusmodi spiritualibus. i. vt persona sit talis, in quam possit cadere huiusmodi possessio de iure. In laicũ enim ius spirituale non cadit. s. de electione. sacrosancta. & c. Massana. & 96. dist. bene quidem. Talis quidem possessio germinat prolem, idest fructum parit, acquirit dominium, secundũ lo. vt arg. Insti. per quas perso. not. acq. §. sed bonæ fidei. & ideo quia non possident, non præscribũt: quia sine possessione præscriptio non procedit. ff. de vsucap. l. 3. & melius in l. sine possessione. & præscriptionem obijcere non potest nisi quis possideat. s. de proba. ex literis. i. fi. Ergo laici non possunt nobis obijcere p̃scriptioné in hmõi spũalibus: quia nõ possident ciuiliter decimas; subaudi, nisi allegent alium titulum & concessionem factam.

I*Llud autem.*] Sunt duo dicta. Secundum: ibi, *Verum.* Abbas Sicu.

CASVS. In canonibus reperitur, q̃ qui rem alterius præscribit xxx. annis, tutus est præscriptione: quæsitum fuit à Papa vtrum hodie locũ habeat talis præscriptio. Rñdet, q̃ Romana ecclesia non admittit, vel nõ admittit minoré p̃scriptioné quàm xl. annorũ, licet quidã canones admittãt tricennalé. Et si ecclesia p xl. annos rem aliquã inconcusse possedit, aduersus aliã ecclesiã põt se tueri quadragenaria præscriptione. Si vero de præscriptione & interruptione quæstio fuerit inter partes, ab vtraque parte testes recipi debẽt: Et si probata fuerit interruptio, præscriptio non valebit. Not. q̃ quadraginta annorum p̃scriptio s̃m canones hodie locum habet. Itẽ præscriptio debet esse continua, & non interrupta.

Idem.

Si contra præscriptionem xl. annorũ, quæ sola currit contra ecclesiam, opponatur interruptio: vterque probabit.

CAP. VIII.

ILlud † autem te scire volumus & tenere, quòd aduersus ecclesias minorem præscriptionem quàm quadraginta[g] annorum Romana ecclesia nõ admittit, licet quidam canones[h] comprobent tricennalẽ: & ecclesia se potest aduersus[i] ecclesiam quadragenaria temporis præscriptione tueri, de re illa quam inconcusse[k] quadraginta annis noscitur possedisse. Verum si de præscriptione & interruptione inter partes fuerit mota quæstio, ab vtraq; parte[l] testes recipi debent: & si probata fuerit interruptio[m], præscriptio non tenebit.

Cap. 1. eo. tit. in 2. compilat. De materia vide plene per Bald. tract. de p̃scrip. in quinta parte principali, & qñ, & qualiter interrupitur præscriptio vide Barto. in l. naturaliter. ff. de vsucapion.

g *Quadraginta.*] s. eod. de quarta. & c. ad aures. & j. c. proximo.

h *Canones.*] 16. q. 3. c. 1. & 2. & c. quicũq;. & c. placuit. quæ hodie non tenent. s. eo. c. 3.

Glo. seq. vocatur per quæstionem.

i *Aduersus ecclesiam.*] hoc ideo dixit: quia aduersus priuatum bene tuetur se ecclesia spatio[3] xxx. anno. vt s. eo. sanctorum. quæ in isto casu habet intelligi: ne quod in eius fauorem noscitur indultum, ad eius læsionem retorqueri contingat. C. de leg. l. quod fauore.

Idem.

Fines prædiorum ecclesiasticorum xl. annorum spatio præscribuntur.

CAP. IX.

QVia † indicante abbate C. comperimus, inter eũ & abbatem sanctæ Lu-

Cap. 2. eo. tit. in 2. compilat. & de agrimensore vi de Alciani lib. 5. dispunct. c. 15.

k *Inconcusse.*] id est quiete, & sine aliqua interruptione. j. eo. auditis. & c. seq. Vel sine aliqua synodali proclamatione, per quam interrumpitur præscriptio. s. eo. sanctorum.

l *Parte.*] super præscriptione & interruptione: vt j. eo. auditis.

Glo. seq. distinguit interruptionem naturalem & ciuilem. De prima ponit duos modos, & octo de secunda.

m *Interruptio.*] Not. q̃ interruptio fit pluribus modis, naturaliter & ciuiliter. Naturaliter duobus modis, per inundationẽ maris & fluminis: vt ff. de acquir. pos. qui vniuersas. §. item quod à mari. & l. possideri. §. Labeo. Item per deiectionẽ & expulsionẽ. ff. de vsuca. naturaliter. §. 1. Ciuiliter vero multis modis interrumpitur præscriptio. Et primo per libellum principi oblatum[4] in annali actione. C. qñ li. princi. da. lit. contesta. faciat. l. 2. Item per litis contestationem, quod habet locũ in perpetuis actionibus. 16. q. 3. placuit. §. potest. versicu. is autem. & §. quod si ij. & coram suo iudice. C. ne de sta. defun. l. penultima. Si non potest litẽ contestari, sufficit iudicẽ adire, & libellũ offere 3 absenté, vel 3 eũ qui conueniri non potest aliqua de causa, & in querimoniã deducere ius suum, vel corã publicis personis, vel ad domiciliũ rei cum iudex haberi nõ põt proponat, & sic interrupta est præscriptio. C. de anna. excep. vt perfectius. & prædi. §. potest. ver. is aũt. Itẽ p sacrũ oraculũ oblatũ principi. Et p executorẽ si postea subsecuta fuit cõuentio. C. de p̃scri. xxx. an. sicut in rẽ. in fi. Itẽ p solutionẽ vsurarũ. C. de p̃scri. xxx. ann. si q̃s emptionis. in fi. Itẽ p synodalẽ p̃clamationẽ. s. eo. sanctorũ. Itẽ per secundã cautionẽ à debitore factã. C. de p̃scri. xxx. ao. cũ nouissimi. §. sed etsi quis. Itẽ p denunciationẽ factã a colono. s. vt lit. nõ conte. quoniam frequenter. §. quod si super. & C. vbi in rem act. l. 2. Ber.

Q*Via indicante.*] Primo ponit dictum, quod secundo exequendo committit: ibi, *Hortamur.* Tertio circa exceptionem instruit: ibi, *Quadraginta tantum.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter duos abbates orta fuit quæstio de finib⁹: Papa mãdat illam quæstionem diffiniendam per agrimensores, qui ad loca de quibus contentio est accedant, & in præsentia illorũ quæstionẽ faciant terminari, præscriptione xl. annorũ tãtum vtrique parti seruata. No. quæstionem de finibus in præsentia iudicum terminari. Item præscriptio xl. ann. hodie locum habet.

a Agrio

ciæ, exortã de finibus quęstionem: agrimensoris [a] diffinitione, illam prospeximus finiendam. ¶ Hortamur igitur, vt ad loca [b], de quibus est contentio, accedentes, eam in vestra faciatis præsentia terminari: Quadraginta [c] tantum annorum præscriptione vtrique parti seruata.

¶ Lucius tertius.

¶ *Tempore hostilitatis nõ currit præscriptio.*

CAP. X.

EX † transmissa conquestione abbatis & monachorũ de Habeñ. accepimus, quòd cũ ecclesia [d] de Camenone ad ius eorũ pertineat, & homines de Sibini, & Vinto. ecclesiarum parochiani sint ipsius ecclesiæ: clerici, qui prædictas habuerũt ecclesias, minutatim [e] omne ius parochiale præter ius funerandi [f], matrici ecclesiæ subtraxerunt: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus decimas [g] & oblationes cum aliis obuentionibus, memoratæ matrici ecclesiæ (præscriptione hostilitatis tẽpore non currente [h]) restitui faciatis.

¶ Innocentius Abbati de Cenedo. †

¶ *Procurationes quæ debentur legatis & nuncijs Apostolicæ sedis, præscribi non possunt.*

CAP. XI.

ACcedentes † ad præsentiã nostram præpositus sancti Nazarij, & A. canonicus sancti Stephani, syndici & procuratores primicerij & clerici † Mediolan. de ordinarijs maioris ecclesiæ grauiter sunt conquesti: quod cum ipsi legatos & nuncios Apostolicæ sedis deuote recipiant, & procurent, dicti ordinarii procurare ipsos renuũt, & † procurantibus ad expẽsas subsidium impertiri: & infra. ¶ Volentes autem, vt quod omnibus imminet, ab omnibus [i] cõportetur: Mandamus, quatenus nisi dicti ordinarij per speciale priuilegium Apostolicæ sedis à præstandis procurationibus ostenderint se immunes (etiam si longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint. cum in talibus [k] præscriptio sibi locum nequeat vẽdicare) ipsos ad procurationis sarcinam ordine debito subeundam, teneri decernas.

¶ Idem de Costa. & de sancto Donato † Prioribus.

¶ *Subditus non præscribit obedientiam contra prælatum.*

CAP. XII.

CVm † non liceat à capite

---

a ¶ *Agrimensoris.*] qui tenetur de modo finium actione in factum, si male renunciauerit, dummodo dolose hoc faciat. de culpa enim vel negligentia non tenetur. ff. si men. fal. mo. dix. l. 3. §. 1. Lau.

b ¶ *Ad loca.*] vt loca diuidenda subijciat oculis. ff. fini. re. l. si irruptione. in fi. C. fi. regun. l. si quis. Et hic potest sumi arg. quod iudex potest iudicare secundum quod nouit, & non secundum allegata. Et not. quod iudex qui contra conscientiam vel contra iustitiam in grauamen alterius aliquid fecerit, per gratiam vel sordes, per vnum annum nouerit se suspensum: & si durãte suspensione ingesserit se diuinis, irregularis efficitur: cũ quo solus Papa dispensat, & in veram litis æstimationem cõdemnabitur, vt in decr. Inno. iiij. cũ æterni. de re. iu. [lib. 6.]

¶ *Gl. seq. inducit quatuor concor. allegat iiij. iura in cõtrarium, & soluit distinguendo inter fines parochiarum, &c. & prædiorum. primo casu aut constat de limite, aut non. Et si constat, aut quæritur de limite, vel adhærẽtibus, aut de non adhærentibus.*

c ¶ *Quadraginta.*] sic ergo vĩ quod fines præscribi possunt: vt 16. q. 4. volumus. & q. 3. inter memoratos. & s. eo. ad aures. & supra de proba. ex litteris. Sed contra vĩ quod fines pscribi nõ possunt: vt 16. q. 3. licet in regulis. & j. de paro. super eo. 16. q. 3. quicunque. & c. inter memoratos. Super hoc dicas vbi fines diœcesũ siue parochiarum constat distinctos fuisse, vel etiã potest probari per libros antiquos, & testes, & famam, & alia adminicula: vt s. de proba. cũ causam. fines diœcesis siue parochiæ, aut prouinciæ non possunt præscribi. & sic loquuntur ca. ista. 16. q. 3. licet. & c. quicunq;. & j. de paro. super eo. & ratio est, s. ne prouinciarum termini confundantur. 16. q. 3. quicunq;. & sic limes præscribi non potest, nec ea quæ limitibus adhærent. ff. de rei. ven. quæ religiosis. & ff. de contrah. emp. in modicis. Vbi vero non constat, nec potest probari de diuisione, limes & ea quæ sibi adhærent bene possunt præscribi. [1] & sic distinguit illud c. 16. q. 3. inter memoratos. Fines vero prædiorum bene præscribuntur, in quo casu loquitur illud c. ex litteris. s. de pba. in quo casu potest intelligi illud c. 16. q. 4. volumus. & illud quod hic dr̃. Si vis intelligere hic de finib⁹ parochiarum, intellige hic quòd fines non erant distincti. vnde habet locum præscriptio, vt dicit c. inter memoratos. Illud scias, quod licet limes præscribi non possit. tñ ea quæ sunt infra limitem, limiti non adhærentia præscribuntur [2] spiritualia & temporalia: & sic loquuntur s. eo. c. ad aures. & j. eo. auditis. vbi vna ecclesia præscribit decimas in parochia alterius, & tũc necessarius est titulus. Vt no. j. c. si diligenti, & in quadã decre. Greg. eo. tit. venerabilium. vt notatur infra eod. si diligenti.

EX trãsmissa. Prima pars ponit querelã, Sc̃da dat iudices: ibi, Discretioni. Ab. Sic. Et erat hæc oli sub tit. de capellis monachorũ.

CASVS. Ecclesia de Camenone pertinet ad monasteriũ de Habeñ. & homines de Sib. & Vintoñ. ecclesiarũ sunt parochiani matricis ecclesiæ de Camenone. clerici de Sib. & Vintoñ. minutatim omne ius parochiale præter ius funerandi subtraxerunt illi matrici ecclesiæ, scilicet decimas & oblationes: vnde abbas & monachi de Habendon. pro ecclesia sua matrice de Camenone conquesti sunt dño Papæ. Vnde mandat iudicibus, quatenus faciant restitui decimas & oblationes cũ aliis obuentionibus prædictæ matrici ecclesiæ de Camenoñ. non obstante præscriptione tempore hostilitatis à clericis prædictarum ecclesiarum. Not. quod monachi possunt habere ecclesias parochiales, & sic per consequens populum. Itẽ maior ecclesia vel monasterium potest agere pro ecclesia sibi subiecta. Item ius parochiale generale nomen est, vt hic patet. Item tempore hostilitatis non currit præscriptio. Item debentur matrici ecclesiæ, & non capellæ.

d ¶ *Ecclesia de Camenone.*] quæ parochialis erat ecclesia & matrix, pertinẽs ad monachos, si aliæ erant sub illa: & ita istę ecclesiæ pertinebant ad monasteriũ mediante matrice ecclesia. & ita maior ecclesia potest agere pro iure subditarum ecclesiarum, sic j. eo. audita. & 16. q. 3. inter memoratos.

e ¶ *Minutatim.*] frustatim lupus comedit agnum. 13. q. 1. c. ecclesias. §. his ita. vltra vnã columnam. & est quasi quædam species alluuiõis quæ prædiorum statum immutat, alij auferẽdo paulatim, alij dando latenter. C. de alluuio. l. 1. & 2.

f ¶ *Funerandi.*] ius funerandi consistit in sepulturis mortuorum, & exequijs, & oblationibus inde prouenientibus. [3] & illud ius non subtraxerant matrici ecclesiæ. de hoc iure habes j. de sepul. per totũ.

g ¶ *Decimas.*] Et sic patet. quod de iure cõi matrix ecclesia debet percipere decimas infra confines suæ limitationis, & sic capellæ nihil debẽt habere: quod est verum nisi per specialem indulgentiã vel præscriptionem. j. de deci. cum cõtingat. & 16. q. 1. de decimis.

h ¶ *Non currente.*] Tẽpus hostilitatis non currit: immo illud subducitur de præscriptione. sic & 16. q. 3. prima actiõe. ff. de ca. & postli. reuer. postliminium. & C. eo. ab hostibus. & in aliis casibus. s. eo. c. 1.

ACcedentes.] Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudicẽ: ibi, volentes. Abbas Siculus.

CASVS. Præpositus sancti Nazarij, & A. canonic⁹ sancti Stephani procuratores cleri ad sedẽ Apost. accedentes cõquesti sunt de ordinariis maioris ecclesiæ, quod cũ ipsi procurent legatos & nũcios Apostolicæ sedis, dicti ordinarii nõ velint illos procurare, nec aliqd conferre ad procurationes pstandas: volẽs Papa vt quod omnibus imminet, ab oĩbus cõprobet: mandat abbati de Cenedo, quatenus si dicti ordinarij p speciale priuilegiũ Apost. sedis à pstandis procurationibus ostẽderint se immunes, decernat ipsos ordinarios teneri ad procurationes ordine debito faciẽdas, etiã si lõgissimo tpe nõ impederint procurationẽ: cũ in talibus non habeat locũ præscriptio. Not. quod omnes tangit, ab omnib⁹ approbandũ est. Itẽ res ecclesię tenent procurare nuncios & legatos Romanæ ecclesiæ, nisi speciale priuilegiũ ostendant. Item in procurationibus non habet locum præscriptio.

i ¶ *Ab omnibus.*] arg. quod omnes tangit, ab omnibus est approbandum. 66. dist. c. 1. & s. de temp. ord. si archieps. & s. de offi. ordi. ad hoc. ff. de aqua plu. arc. in concedendo. & C. de aucto. præstan. l. vlt. Item vbi onus, ibi emolumentum. 1 2. q. 2. charitatẽ. & c. ecclesiasticis. & Insti. de leg. pa. suc. §. 1. & C. de fur. manifestissimi. §. sin autem. [4] & melius. C. de cad. tol. l. vnica. §. pro secundo.

¶ *Glo. seq. dat vnum simile, & duo similia.*

k ¶ *In talibus.*] In procuratione quæ debetur ratiõe visitationis, nõ currit præscriptio. j. eo. cũ ex officij. & hic patet. sed in illa quæ datur ratione institutionis bene currit: de qua loquitur. c. 18. q. 2. Eleutherius. Itẽ in illa quæ datur ratione consuetudinis: vt 18. q. 2. seruitiũ.

CVm non liceat.] Sunt duę partes. Prima reprehendit factum illorum, quibus scribitur exprimendo causam. Secunda illud corrigi

---

¶ Cap. 1. tit. de capellis monachorum in 2 compila. Et de materia, quando videlicet non currat præscriptio, vide Specul. tit. de appell. §. nũc breuiter. adde late per Rip. tract. de peste.

† Curreta. † Cineta. † Cerreta.

[1] Adde quod dicitur adhærere limitibus: per Bal. in l. 1. ff. de offic. præsi. vrb.

[2] Gos. hic dicit, quòd postquam fines sunt turbati, & alter incipit fines possidere, vt solum proprium non vt fines, tunc incipit præscribere, ante turbationem autem non præscribitur: quia vtrique finibus communibus tunc vtitur ratione suæ partis. si pro so. l. me tius. in A.

¶ Cap. 3. eo. tit. in 3. compilat. Et de compilatione vide Innocẽtium & Antonium de Butrio in c. cum ex officij. infra eod. tit.

† Clericis multorum quo.

† Alias ius procurantibus ad expẽsas noluut subsidium, &c.

[3] Concor. sec. 11. & 12 q. 1. in nostris casus. & 1 funeris sumptus. ff. de rel. & sumptu funeris.

† Torneto † Cornaro † Alias est de Costa & sancto Martino.

† Cap. 4. eo. tit. in 3. compilat. Vide Romanum in sing. 300. in cap. cum ex de Florentia & doctores in c. si. ceretarum. 2. q. 7.

[4] Commodarius pariũ quã consequatur ex his non redditum dolo, veluti passibus damnũ, sic assequatur lucrum. in Aud.

corrigi præcipit, & exceptionem remouet:ibi, *Ideoque*. Abbas.

Casvs. Archieps Bracharen. cõquestus est dño Papæ, q Priores de Costa & de S. Donato denegabant sibi obedientiã & reuerentiam exhibere, licet ecclesiæ suæ in ipsius archiepãtu essent constitutæ, dicentes q eam sibi exhibere non cõsueuerunt. Mandat Papa dictis Prioribus, quatenus pdicto archiepo exhibeant obedientiam & reuerentiam debitã, sicut alij clerici suæ diœcesis: præscriptione tpis non obstante. Nota q contra obedientiam non currit præscriptio.

Glo. seq. ponit tres casus exceptos, demum obijciendo quærit, & soluendo quæstionem repetit.

a ¶ *Recedere.*] nisi vbi inciditi hæresim. 24. q. secunda, sane 2. Vel in schisma. ȝ. de ele. quia diligentia. & in crimine notorio fornicationis, & in simoniaco in ordine, si possit pbari. 32. dist. §. verum. & 1. q. 1. si quis à simoniacis 1. In aliis aũt criminibus etiam si sint notoria, expectanda est sententia. 15. q. vlt. sciscitantibus. 8. q. 4. nonne. & ȝ. vi lit. pen. laudabilem. & c. à memoria. & j. de diuor. porro. Et est ratio: quia fornicarij notorij & simoniaci sunt suspensi ipso iure. 1. q. 1. reperiuntur. Sed nõne pro aliis criminibus phibetur quis à perceptione Dñici corporis. de consec. dist. 2. quotidie. & ab Immolatione. vt 6. distin. testamentum: Quare ergo potius circa ista crimina hoc dicitur? Solu. canon dicit 2, q istos simoniacos & fornicarios vitare possumus iure mero, sed alios non, nisi essent excommunicati, & suspensi vel depositi. Vinc.

b ¶ *Suæ diœcesis.*] Eo enim ipso debent sibi subesse. 16. q. 7. oẽs basilicæ. & 18. q. 2. monasteria. nisi ostendant se exemptos. j. de confir. cum dilecta. ad fi. & hoc ideo, quia possessor non cogitur probare titulum suæ possessionis. C. de rei vend. l. vlti. C. de peti. hære. cogi. & 2. q. 5. §. 1. quia ius istud de communi iure pertinet ad episcopũ in omnibus clericis suæ diœcesis, vt hic patet.

Glo. seq. ponit 26. casus, quibus vel non præscribitur, vel præscriptio dormit. & quinque personas quæ non præscribunt. in fi. signat contrarium, & soluit. & primo recitantur sine.

c ¶ *Non obstante.*] Nota hic casus in quibus non currit præscriptio. Primo in obedientia, vt hic. Item in pcuratione ratione visitationis debita. ȝ. eo. c. proxi. Item in decimis à laicis possessis. ȝ. eo. causam quæ. Item in matrimonio. j. de consang. non debet. Itẽ in tributis siue publicis functionibus. C. de pscrip. xxx. vel xl. an. l. cõperit. Et liber homo non pscribitur. 16. q. 3. c. placuit. §. potest. vers. q si priuatus. & seq. §. Item tpe vacantis ecclesiæ non currit pscriptio. Nec tpe schismatis. ȝ. c. proxi. & c. de quarta. & j. eod. cum nobis. Item tpe hostilitatis non currit. ȝ. eod. c. ex transmissa. & 16. q. 3. prima. Item nec ꝯ neruum ecclesiasticæ disciplinæ. ȝ. de consue. cũ inter vos. Item in re quæ de iure cõi possideri non potest. 93. dist. illud. & 100. dist. ꝯ morem. Item limes. 16. q. 3. licet. & j. de paro. super eo. Item nec in re spirituali iniusto titulo acquisita. ȝ. de transact. præterea 2. Item nec via publica. ff. de vi pub. viam. Item nec ꝯ ius publicum. C. de ope. publi. præscriptio. Item res sacra. & res fiscalis. Instit. de vsucap. §. 1. & §. res fisci. Item res præsidi data ꝯ legem Iuliam repetundarum. ff. ad legem Iul. repetundarum. qd ꝯ legem. Item res pupillaris. ff. de acquirendo rerum domi. bonæ. Itẽ fundus dotalis. ff. de fun. do. si fundus. Item res peculiaris, vt videt C. ne de sta. defun. l. vlt. Item pupillo non currit præscriptio. C. qui, ex cau. in integ. resti. non est ne. l. vlt. Item vxori durante matrimonio non currit pscriptio, nisi maritus vergat ad inopiam. C. de iure do. in rebus. §. oẽs. Item in rebus quæ sub conditione debentur, nõ currit præscriptio, nisi à tpe conditionis extantis. C. de pscrip. xxx. anno. cum notissimi. §. illud aũt. Item tpe suspensionis prælati non currit pscriptio. j. de conces. pben. quia diuersitatem. Item filiosfamilias non currit pscriptio, dum est in potestate patris. C. de anna. excep. l. 1. in fin. §. vlt. & C. de bon. quæ lib. quæcunq; ad fi. & C. de bo. ma. l. 1. in fin. & ȝ. de postu. præla. bonæ memoriæ. in fin. Item quidam sunt, qui pscribere non possunt, vt precario tenentes. 10. q. 3. quia cognouimus 3. Item colonus. 16. q. 1. clerici. & c. seq. C. de præscrip. xxx. anno. male agitur. Item qui nomine alieno possidet. j. eod. si diligenti. Item vsufructuarius. Instit. p quas psonas nobis acquiri. §. fructuarius. Nec creditor pscribit pign. ff. de vsuca. non solum. §. qui pignori. & C. de pign. act. nec creditores. & hoc intellige de longa pscriptione tm leges, non de longissima. argu. est q ꝯ obedientiam pscribitur. j. de priuil. cum olim 4. Sed ibi habuit priuilegium rõne cuius præscripsit, & pterea suberat Rom. eccle. quæ ipsam obediẽtiam ꝯ epm potius pscripsit. sic j. eo. cum ex officij.

Addit:io. Vnde versus.

Hostis, schisma, minor, consensus, res sacra, dotes,
Ecclesiæ neruus, laicus, res spiritualis.
Visito, coniugium, via publica, liber, obedit.
Functio, res fisci publicum ius, de repetundis.
Si vacat ecclesia, suspensio, sub pater manet.
Vxor conditio, si res nõ possideantur.
Res pupillares his atque perculia iungis.

---

membra recedere a, non sufficimus admirari, quòd sicut referente Bracharen. archiepiscopo nobis est intimatum, licet ecclesiæ vestræ in ipsius sint diœcesi constitutæ, vos tamen obedite sibi tamquàm episcopo † vestro, contumaciter recusatis: & infra. ¶ Ideoque mandamus, quatenus præfato archiepiscopo & ecclesiæ Bracharen. obedientiam & reuerentiã debitam, sicut alij clerici suæ diœcesis b faciunt, impendatis, præscriptione temporis nõ obstante c.

¶ Idem nobili viro Matafeloni.

¶ *In iuribus ad Romanam ecclesiam spectantibus currit sola centenaria præscriptio.*

CAP. XIII.

AD † audientiam Apostolatus nostri peruenit: & infra. ¶ Proponebatur ex parte tua Alexandrum Papam prædecessorem nostrum tibi in castro Palatioli concessisse singulis annis quadraginta solidos denariorum Papiensium, quos Romana ecclesia ibi consueuit recipere annuatim: insuper comestiones d, banna e, placita f, forisfacta g, & omnia iura quæ ibi Apostolica sedes habebat. Sed ea tibi nulla ratione deberi, castellanus eiusdem castri constantissime asserebat. Ad quod probandum inducebas prædicti Papæ priuilegium, & librum ecclesiæ Romanæ censualem. hoc etiam nitebaris probare per testes, qui dicebãt se vidisse præscriptum censum nũcijs Romanorum Pontificũ à quinquaginta annis & infra fuisse solutum. Sed inter alia fuit ex aduerso respõsum, quòd nec priuilegium, nec liber censualis tibi aliquid cõmodi afferebat †: cum priuilegio vsus non fuerit spatio annorum triginta: & liber censualis suspectus existeret: quia non fuerat in camera nostra receptus: ac scriniarius h alio modo scripsisset dicta testiũ, quàm dixissent.

Impedimenta vetant hæc ne præscribere possis.

AD *audientiam.*] In feudo Romanæ ecclesiæ ꝯ ipsam ecclesiã & vasallum currit sola pscriptio centũ annorũ. Duæ sunt partes principales. In prima ponit pcessus narratio. In scda diffinitio: ibi, *Nos igitur.* Prima subdiuiditur: q a primo ponit petitionẽ actoris. Secũdo rñsionẽ rei: ibi, *Sed ea.* Tertio pbationes actoris: ibi, *Ad quod.* Quarto pbationum ipsarum impugnationes: ibi, *Sed inter.* Abbas.

Casvs. Inter nobilẽ virũ Matafelonẽ ex vna parte, & castellanos de castro Palatioli ex alia, qstio vertebatur sup quibusdam iuribus q nobilis pdictus dicebat se debere pcipere i dicto castro p ecclesia Romana. Partibus pp hoc in psentia Papæ constitutis, ex parte ipsius nobilis pponebatur, q Alexander Papa concesserat in dicto castro sibi xl. sol. Papien. quos Romana ecclesia ibi ꝯsueuit pcipere annuatim. Insup comestiones, placita, banna, forisfacta, & oĩa iura q ibi Rom. ecclesia habebat. Castellanus eꝯ dicebat se ad ea nulla rõne teneri: ad qd pbandũ pdictus nobilis inducebat priuilegiũ Alexandri, & librum censualẽ, & hoc idem nitebatur pbare p testes, q dicebãt se vidisse pdictum censum nuncijs Apost. sedis à L. anñ. & infra fuisse solutũ. Sed ex aduerso fuit rñsum, q nec priuilegium, nec liber censualis aliqd cõferebãt, cũ ipse priuilegio vsus non fuerit spatio xxx. an. nec liber cẽsualis: q a suspectus erat ex eo, q nõ fuerat inuẽtus i camera Papæ, & notarius aliter scripserat dicta testium q dixissent: Dñs Papa considerãs potius auctoritatẽ priuilegij q dicta testiũ, nec librũ censualẽ habet suspectũ, licet in camera Papæ nõ fuisset inuẽtus, nec credat notariũ aliter scripsisse dicta testiũ q dixissent: Considerãs insup (qd est longe validius) negotiũ ipsum tãgere principaliter Rom. eccle. ꝯ quã non nisi centenaria currit pscriptio, condẽnauit dictũ castellanũ in solutione omnium petitorũ. iniungendo eidẽ, vt dicto nobili, nõ tamq sibi, sed tamq Romanæ eccl. cuius auctoritate debet pcipere pdicta, & cuius etiã vasallus pp pdicta existit, psoluat. Nota casum vbi magis creditur priuilegio q testibus. Item liber censualis fidem facit. Itẽ psumitur pro illo qui officium suum iurauit fideliter adimplere. Item ꝯ Romanam eccl. non currit pscriptio nisi centum annorum.

d ¶ *Comestiones.*] id est albergarias, seu procurationes, quas à singulis seu certis percipere poterat.

e ¶ *Banna.*] id est ius indicendi bannum, vel edictum.

f ¶ *Placita.*] id est iurisdictionem causarum.

g ¶ *Forisfacta.*] i. pecuniarias pœnas deliquẽtiũ. ar. j. de pœ. pbyter.

h ¶ *Scriniarium.*] scriniarij appellantur tabelliones, & est vulgare Romanorum.

¶ Glo.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Magis auctoritatem.*] Arg. 3. C. de fide instru. in exercendis. 3. de fid. instr. cum Ioannes. Sol. illud generale, & istud speciale pp antiquitatem facti. ff. de proba. census. & sunt semp specialia ista obuiantia illi generali, & vbicunq; scriptura est necessaria. 97. dist. nobilissim. C. de man. prin. l. 1. 3. de offi. deleg. cum in iure. C. si mi. te ma. dixe. si alterius. & vbicunq; priuilegium allegatur. arg. 3. de pri. tu. porro. quædam enim melius pbantur p instrumenta q̃ p testes: vt dictum est. De hoc 3. de pba. tertio. vt hic secuitur, vbi dicit, sfiderantes etiam librũ censualem, & cætera.

b ¶ *Censuale.*] Sic enim p libros antiquos pbatur diuisio diœcesium. 3. de pba. cũ causam. & instrumento pducto de archiuo publico credit. C. de fid. instr. Authen. ad hoc. arg. 30. q. 1. pne nit. publicũ testimoniũ dí habere, ex quo magistratus confitetur illud de archiuo publico esse: vt hic. & si manu cõmentariens. et signa imposita sunt cõsueta. arg. ff. de iu. fis. in fraude. 5. quoties. & C. de fid. instru. plures. ff. de pbat. census. C. arbit. tutelæ. l. vlt. & sufficit, qđ i libro Authentico scriptũ est. 6. q. 3. scriptum est in lege. & ff. qui & à q. ma. lib. noo hant. l. prospexit.

c ¶ *Iuratus.*] Sic ergo psumitur pro aliquo ratione iuramenti. 1. q. 7. sancimus. 3. de præsump. illud. Item ratione honestatis suæ. 3. de fid. instru. cum dilectus.

¶ Nos igitur magis[a] auctoritatem priuilegij, quàm depositiones testium attẽdentes: considerantes etiã librum censualem[b], quem non suspectum habuimus[†], licet nõ in nostra, sed in Cardinalis sancti Hadriani camera sit inuentus, qui † eũ quando camerarius fuerat, de camera beati Petri suscepit: nec credentes ipsum scriniariũ (cum iuratus[c] sit officium suũ fideliter exequi) aliud scripsisse, quàm à testibus diceretur: Respicientes insuper (quod est lõge validius) ipsum negotium tangere principaliter[d] Romanam ecclesiam, contra quam non nisi centenaria[e] præscriptio currit: in solutione prædicti census, & aliorum petitorũ condemnauimus partem aduersam: iniungentes eidem, vt tibi, non tamquam[f] tibi, sed tamquam ecclesiæ Romanæ (cuius auctoritate debes percipere, cuius etiam propter prædicta beneficia vasallus existis) sine difficultate persoluat.

¶ Idem Hel. & Gu. abbatibus.

¶ *De centenaria præscriptione, quæ solum currit cõtra Romanam ecclesiam, tempora schismatum deducantur.*

CAP. XIIII.

CVm † vobis[g]: & infra. ¶ Licet tam legali[h], quàm canonica[i] sit diffinitione statutũ, vt contra Romanam ecclesiã, quæ gaudet priuilegio speciali, non nisi centũm annorum[k] præscriptio locum sibi valeat vendicare: tempora tamen intercidentium † schismatum[l], quæ secundum iuris ordinem cursum præscriptionis impediũt, nolumus aliquatenus cõputari: sed diligenti consideratione adhibita, de ipsa computatione deduci[m].

¶ Idem Helieñ. & Roffeñ. episcopis.

¶ *Prælatus inferior potest præscribere in certis ecclesijs sua diœcesis totũ ius episcopale: subducitur tamen de præscriptione tempus quo vacauit ecclesia cathedralis.*

CAP. XV.

AVditis † & intellectis meritis causæ, quæ vertitur inter Vigoreñ. episcopum, & abbatem de Heuescam, super ecclesijs in valle de Heuescã, quas episcopus asserit ad se

d ¶ *Principaliter.*] Secus si secundario. 3. de re iudi. c. penul. arg. 3. de priui. si de terra. & c. accedẽtibus. Posset tñ iste castellanus præscribere vt teneret terram, & esset feudatarius ecclesiæ Romanæ, & non ille: quia p hoc non præiudicatur ecclesiæ. sic 16. q. 4. volumus. arg. C. de præscrip. 100. ann. competit. & Liubemus. 16. q. 3. c. placuit. 5. potest. & 3. eod. sanctorum.

e ¶ *Centenaria.*] 16. q. 3. nemo. & 3. c. prox. & C. de sacr. san. eccle. l. vlti. & melius in Authen. ibi signata, quas actiones 10 fine.

¶ *Glo. seq. arg. de verbo, tamquam, & inducit sex concor.*

f ¶ *Tamquam.*] arg. q aliquis facit aliquid noo tamq̃ ipse, sed tamq̃ alius. 3. de elect. cum inter canonicos. & ff. de adopt. si pater. 5. qui duos. ff. de inoffi. testa. Papinianus. 5. sed neq; impuberis. ff. quãdo app. sit. l. 1. 5. solent. & 3. de reb. eccle. non alie. si quis presbyterorũ. sic aliquis facit aliquid in eo q homo. & aliud in eo q rex. 23. q. 4. si ecclesia. in fin.

CVm vobis.] In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio: ibi, Licet. Abbas Siculus.

g ¶ *Cum vobis.*] Casvs. Hildesemeñ. s epũs mouebat quæstionem subiectionis 3 monasterium Grandesh. & ecclesiam Romanã, dicens q pscripserat subiectionem 3 libertatem monasterij: contra misit Papa quibusdam abbatibus, vt reciperent testes epi ad probandum pscriptionem 3 libertatem monasterij. Sed postq inchoata fuit præscriptio 3 monasteria, scissura trium schismatum 3 fuit in ecclesia Romana. Modo iterum scribit Papa eisdem iudicibus dicens, q tam iure canonico q ciuili Romana ecclesia gaudet priuilegio speciali, vt non tuñ pscriptio centum annorum currat contra Roma. eccle. tamen dicit Papa, q non vult computare tempora schismatum in præscriptione, sed de medio deduci. Bernar.

Nota q Romana eccle. gaudet priuilegio speciali centũ annorũ non solum in rebus proprijs, sed etiam in ecclesijs sibi immediate specialiter subiectis. Item tpe schismatis non currit præscriptio.

h ¶ *Legali.*] C. de sac. sanct. eccle. vt inter diuinum 4. & in Authẽ. vt Roma. eccle. cen. ao. gau. pri. 5. quod autem. coll. 2.

i ¶ *Canonica.*] 16. q. 3. nemo. & 3. c. prox. & j. eo. si diligenti. in fi.

k ¶ *Centum annorum.*] Hæc pscriptio obtinet in rebus & possessionibus, sed in priuilegio plationis, quo super alias ecclesias obtinet principatum, nulla currit ei pscriptio. 93. dist. qui cathedrã. 24. q. 1. quia ex sola. & c. rogamus. & c. schisma. quia hoc esset pscribere obedientiam: qđ esse non potest. 3. eod. cum non liceat. quia nemo debet esse sine capite. 93. dist. nulla. Vinc. Sed vr certe impossibile pbari pscriptionem centum annorum. idem est ac si diceret Papa; nolo q currat pscriptio contra Romanam ecclesiã. sim. 2. q. 4. præsul. Sed qualiter probabit se possedisse spatio centũ annorum? q instrumenta non posset hoc probari: quia p instrumenta nõ probatur possessio. 3. de fid. instr. inter dilectos. p testes non posset probari, nisi testes ad minus haberent 114. an. Vnde vr q sufficiat pbare p tempus cuius nõ extat memoria: quia tãto tpe res aliæ non pscribuntur, quæ aliàs non pscriberẽtur. ff. de aqua quoti. & æsti. hoc iure. 5. aquęductus 6. vel q testes dicant se semp audiuisse à suis maioribus, & nemo fit qui viderit vel audierit aliud. fic enim pbatur de antiquitate. ff. de proba. si arbiter. & ff. de aqua pluarcen. in summa. 5. idẽ. Ioan. Sed non recedendum est à verbis istis, et sic necesse est probare centenariã pscriptionẽ: & sufficit q ita placuit legislatori. ff. qui & à quibus. prospexit. & 6. q. 3. scriptum est in lege.

l ¶ *Schismatum.*] Quando currat præscriptio, & quando non, dicitur 3. eo. c. cum non liceat.

m ¶ *Deduci.*] Tempus enim schismatis deducitur de pscriptione sprimũ fit, mediũ, vltimumve. C. de præscrip. long. temp. Authen. quod si quis quibuslam. & C. de resti. mi. quod tempore. ff. quib. ex cau. ma. necnon. 5. si quis sæpius.

AVdits.] De pscriptione subducitur tẽpus quo vacauit ecclesia 3 quam pscribitur. ita summat Ioan. And. Sed hæc summatio de nihilo seruit, cũ hoc sit expressum in multis iurib. 3. eo. de quarta. & c. 1. cum similibus. Primo ponit pcessum & conclusionẽ negotij. Secundo indecise narrat restitutionẽ ab vtraq; parte petitã & causam diffiniendã. Sed aibi, Verũ. Tertia: ibi, Quocirca. Abb. Sicu.

Casvs. Inter epm Vigor. & abbatem de Heuescam vertebatur controuersia sup quibusdam ecclesijs in valle de Heuescam consti tutis, quas eps dicebat ad se spectare quo ad legem diœcesanam; causa sup his cõmissa fuit iudicibus, coram quibus petijt eps ecclesias illas sibi debere subesse, quo ad legem diœcesanam, & ofa iura epalia sibi debere adiudicari in illis ecclesijs: Abbas vero dicebat ecclesias illas ab eius iurisdictione prorsus exẽptas p priuilegia: vel si priuilegia non sufficerẽt, dicebat se ecclesias illas legitime pscripsisse: Sup his vtraq; pars suas pbanones induxit: abbas induxit tam priuilegia q̃ testes ad pbandum suam intẽtionẽ, & eps ad pbãdum interruptionem: Tandẽ causa sic instructa remissa fuit ad sedem Apostolicã. Post allegationes multiplices intellexit eps, q licet abbas p priuilegia non pbasset suam intentionem, tñ pbauerat pscriptionem, vnde 3 præscriptionem petijt eps se admitti per beneficium restitutionis, ad probandum q Vigor. ecclesia tanto tpe vacauerat, q tpe vacationis subducto, præscriptio nõ fuit completa: Abbas videns q ista probatio præiudicabat sibi in totum, petijt se admitti per idem beneficium ad probandum q valis de Heuescam est ille locus, qui fuit per duos reges libertati donatus, quẽ Celestinus Papa libertati donauit: Papa videns q vtraq; ecclesia necessariam pbationem omisit, vtraq; restituit 3 alteram in prædictis articulis: sed quia probatio abbatis præiudicialis erat, mandat

† Addeq libro censuali ecclesiæ sit in toto non suspecto, sed argumento conditio vinc. l. 1. ff. si cert. pet. p Bart.

† quia

† Vel respici ist lectura: quia testes soli dico bant se vidisse cẽsum solui, prinilegij vero asserebat aliam debitum. & fa cit. 3. de pri. vlt. in Papa. lib. 6. Ioan. And.

† Hic casus Bernar. dicit, & in antiquis exemplaribus reperit.

† De quib. 3. de schismate cap. 1. Ioan. And.

† Et Auth. ibi posita.

† Cap. 4. eo tit. in 3. compil.

† Et de materia schismatis vide S. Thomã 2. 2. q. 39. & Turrecremata in sum. de eccl. lib. 4. par. 1. cap. 8. & 9. & multis sequentibus.

† Intercidentium.

† Quæ sit vera lectura Laurentius dicit hoc glo. q̃ pubes de fin. 4 vidit ante pubertatem non possit dici hoc ruitor suscan. & hoc cum nou. 5. q. 9. scribit Ioan. And.

† Et 3. de ver. sig. cap. quibusdã.

† Cap. 5. eo tit. in 3. compil. Vide capitulum auditis de in integr. rest. vbi Dd. Bernar. addit Balbũ tractatu de præscri. in 3. par. ferme, & eius ripue. q. 4. & Feinum in c. cũ ecclesia. 1 de offi. ord.

mandat Papa iudicibus, quatenus inspiciãt priuilegia The. & Of. regum, quæ abbas super libertate præmissa asserit se habere, & si per illa cõstiterit ꝙ vallis de Heuescã sit ille locus quem Celest. libertati donauit, absoluant abbatem ab impetitione epi super ecclesijs prædictis, episcopo super illis silentium imponentes. Si vero abbas in hac probatione defecerit, audiant probationes episcopi, super tempore quo infra quadraginta annos sedes episcopalis vacauit: etsi per tantum tempus vacasse constiterit, ꝙ illo subducto, præscriptio nõ sit cõpleta, adiudicent epo ius episcopale in illis ecclesijs, abbati silentium imponẽdo. Si autẽ epus hanc exceptionẽ non probauerit, tñ quia ipse probauit interruptionẽ in quibusdã articulis, adiudicent eidẽ ius epale in illis, dummodo intra xl. annos interruptio facta fuerit: in cæteris in quibus abbas præscriptionem probauit, epo silentium imponentes. No. ꝙ ius episcopale generale nomen est, & habet multas species sub se: vt hic patet. Item de vna defensione potest quis trãsire ad cõtrariũ: quia præscriptio & priuilegium ꝯtra sunt, & tñ abbas hic admissus fuit ad vtrũque, sed sub alternatione illud fieri debet. Item priuilegiũ regale declarat priuilegium Papæ, & sic priuilegium obscurum non probat. Item tempus vacantis ecclesiæ debet deduci de præscriptione. Item licet quis præscribat in vno articulo, non tamen in alio.

diœcesana[a] lege spectare: abbas[b] autem eas esse ab eius iurisdictione protsus exemptas[c]: & infra. Verũ tanto tẽpore probantur per testes ab abbatibus de Heuescam pleno iure possessæ, vt videantur in eis episcopale ius[d] legitime præscripsisse[e]: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus inspectis priuilegijs The. & Of. regum, quæ abbas super præmissa libertate asserit se habere: si per illa[f] constiterit, quòd vallis de Heuescam sit ille locus, quem Celestinus prædecessor noster libertati donauit: absoluatis abbatem ab impetitione episcopi super ecclesijs memoratis: & adiudicantes illas abbati pleno iure subiectas, episcopo super illis silentium imponatis. Quòd si abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes super tempore, quo infra quadraginta annos sedes episcopalis vacauit: & si per tantum temporis vacasse constiterit, vt illo subducto[g] non sit quadragenaria completa præscriptio, vos in illis ecclesijs ius episcopale adiudicetis episcopo: & super illo perpetuum silentium imponatis abbati. Si autem exceptionem huiusmodi episcopus non probauerit: quia tamen interruptionem[h] probauit, circa processionem pentecostalem, in villa & ecclesia de Mortona, & receptionem ac procurationem archidiaconi, necnon solutionem denariorum sancti Petri[i] in valle de Heuescam: circa cognitionem quoque causarum matrimonialium†, & capellani suspensionem in prædicta villa de Mortona, & interdictum capellarum in præfata villa de Heuescam, vos super his ius episcopale adiudicetis eidem: si tamen circa suspensionem & interdictum huiusmodi, infra quadraginta annos interruptio facta fuit: in cæteris ei silentium imponentes[k], quæ abbas præscripsisse probatur.

a ¶ *Diœcesana.*] Hæc diœcesana lex comprehendit etiam legẽ iurisdictionis. De his dicitur ſ. de offi. ord. dilectus. & c. conquerẽte.

b ¶ *Abbas autem.*] Sic ergo cum agit de subiectione aliquorũ, non illi, sed ille qui dicit illos sibi subiectos esse, cõueniri debet. 16. q. 3. inter memoratos. & ſ. vt lit. non cõte. quoniam. §. quod sic. & ff. de lib. ho. exhiben. l. vi ũ. ff. de seruit. l. vlti. in fi. & ff. si serui vendi. in cuius familia[1]. sic & pro illis agere põt. ſ. eo. ex trãsmissa. Et subditus etiã cõuenit ſ. de elec. querela. sed ibi cõuenitur subditus suo nomine. & 12. q. 2. quicũq; suituũ. sed si petere vellet procurationẽ vel censum à capellanis, eos poterit conuenire. arg. ff. de vsufru. si pendentes. §. penul. & l. vsufructu relicto. & l. vsufructu legato. §. hactenus. & j. de cen. cum instantia.

c ¶ *Exemptas.*] 2 Primo per priuilegium Romani põtificis. ſ. de in integ. resti. auditis. in illa littera vbi dicit: cognouimus, &c. quæ dr̃ pars illius. Secundo per præscriptionẽ, vt sequit̃ in vers. verũ, &c. & hoc intelligit̃ sub hoc, ista[2]. Vnde prædicta decr. fuit decisa ab isto loco: quia faciebat ad ti. de rest. in integ. & hæc decr. cõtinuat̃ in integra.

¶ *Glo. seq. no. & remittit, secundo obijcit & soluit.*

d ¶ *Ius episcopale.*] Hic manifeste patet, ꝙ iura epalia præscribunt̃: vt j. eo. cũ olim. de hoc dr̃ 16. q. 3. quicũq;. Sed vr̃ ꝙ abbas nõ potuerit præscribere hmõi exẽptionẽ ꝯ illud. ſ. eo. cũ non liceat. & ſ. de consue. cũ inter. sed bene potuit præscribere illas ecclesias, si legitimo tempore illas possederit, vt ſ. eo. de quarta. & sic abbas illas habebat pleno iure, sed abbas suã propriã libertatẽ præscribere nõ posset. sed alius cuius nomine ipsam allegaret. j. eo. cum ex officij. si super hoc habuit tale quale priuilegium. ar. ſ. de consue. cũ dilectus. & j. de priui. cũ olim. Itẽ patet ꝙ omnia iura quæ abbas potest possidere, potest præscribere. j. eo. cum olim[3]. sed nõ alia quæ enumerantur 68. dist. quãuis corepis. vnde ea quæ ad vtranq; legẽ spectant, potest præscribere: vt hic patet. cognitio enim causarũ matrimonialiũ tantũ de iure cõi spectat ad iurisdictionẽ episcopi. j. de exces. præla. accedentibus. quam præscribit abbas: vt infra sequitur: ius episcopale genus est, & habet multas species sub se, quæ enumerantur ſ. de offi. or. conquerente. & c. dilectus. & j. quædã enumerantur, vt ibi dixi circa possessionem, & cætera quæ sequuntur.

e ¶ *Præscripsisse.*] Sic ergo abbas iste tuebatur se duplici iure: scilicet exemptionis, & iure præscriptionis, quæ iura sunt contraria. j. eo. veniens. quia si tutus erat iure priuilegij, non potest præscribere: quia quod meum est ex vna causa, ex alia meum fieri nõ potest. ſ. de fid. instru. inter dilectos. Sed dicas quòd simul non proposuit ista duo, sed de vna exceptione trãsiuit ad aliam: quod fieri potest. arg. 24. q. 1. q squis. ff. de excep. nemo. C. de transact. interpositas[4]. ſ. de causa pos. & propri. pastoralis. & ſ. de testi. significauerunt. & ff. de acquir. poss. naturaliter. §. nihil. & generaliter licitum est de vna defensione transire ad aliam. argu. bo. ſ. de proba. licet. & j. eod. cũ olim. nisi vbi ius cõtrarium prohibet. ff. de reg. iur. nemo ex his. vel sub disiunctione simul proposita fuerant: vt si hoc vel illud probauerit abbas obtineat, & nisi forte per tantum temporis spatium ecclesia vacasset. Bernar.

¶ *Glo. seq. obijcit, & duppliciter soluit.*

f ¶ *Si per illa.*] Celestinus exemerat à iurisdictione episcopi loca quæ illi reges donauerant libertati. cum autem per priuilegia Celestini nõ cõstaret, quòd vallis de Heuescam, in qua episcopus petebat ius epale, esset de illis locis donatis libertati, ab illis regibus: mandat Papa inspici priuilegia illorũ regum, & si per illa priuilegia constiterit quòd vallis de Heuescam sit de illis locis, apparet ꝙ Celestinus exemit locum, scilicet vallem de Heuescã. & sic abbas obtinebit: nec habet locũ postea probatio vacantis ecclesiæ: & sic prius cognosci debet de hoc articulo tamquam præiudiciali.

g ¶ *Subducto.*] Sic ſ. eo. c. 1. & c. de quarta. & c. cum vobis. quia tũc defensore carebat. sic C. quomodo. & qñ iud. si præses[5]. sic & absenti adijciuntur tot anni quot fuit absens. C. de præscrip. long. tẽ. Authen. quid si.

¶ *Glo. seq. obijcit, soluendo obiec. repetit.*

h ¶ *Interruptionem.*] Sed ꝯtrium vr̃, ꝙ si interrumpit quo ad quędã: ergo quo ad omnia ex iure episcopali prouenientia: nam qui aurẽ hominis tetigit, totum hominem tetigisse videtur. de pœ. dist. 1. volgaris. arg. C. de duo. re. l. vlti.[6] hoc tamẽ vt sciens se habere ius episcopale, vno tãtum vtitur. arg. ff. de ser. rusti. prædio. vna est via. & ff. quemad. serui. ami. si stillicidij. §. vlti. & ff. de ser. vt pomum. ad fi. Sed non est ita: vt hic patet, & j. de capell. monac. cum dilectus. licet enim præscribatur in vno capitulo, non præscribitur in alio: vel si fiat interruptio in vno, non prodest in alio.

i ¶ *Sancti Petri.*] Forte percipiebãtur nomine Romanæ ecclesię. arg. j. eo. si diligenti. sed abbas allegabat ad se pertinere ministeriũ perceptionis. ſ. eod. ad audientiam.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & ibi remittit, quærit, allegat pro & contra, & soluit.*

k ¶ *Imponentes.*] Sibi imputet episcopus qui tanto tempore gesta taciturnitate firmauit. C. de his qui à non domino manu. l. vlt. in fi. & sic patet, quòd negligentia prælati nocet ecclesiæ. Argu. contra: quia taciturnitas non videtur nocere successori. ſ. eod. nihil. vbi do hoc. arg. ad hoc. ff. de pet. hære. si quidem possessor. §. si quid autẽ. Sed nunquid ei qui non potest agere, currit præscriptio? Videtur ꝙ sic, sed restituitur. ff. de itin. actuque priua. l. 1. §. si quis propter. & ff. de serui. rusti. prædio. & Attilicinus. Sed contra videtur argu. j. de appellat. ex ratione. & C. de anna. excep. l. 1. in fin. quia vbi nulla petitio, nulla mora. ff. de verb. oblig. l. si pupillus. & ff. si certum petatur. l. lecta. Dicas ergo, quòd præscriptio semper currit: sed si læditur quis, restituitur ex iusta causa, ff. ex quibus causis maiores. l. prima, in fin. & l. ait prætor. §. primo & secundo, nisi lex impediat cursum præscriptionis: vt in l. 1. C. de annali exceptione, in fine. & in casibus qui notantur ſ. eodem cum non liceat. & ff. de iudi. l. 1. §. penul. in casu tamen nõ fit restitutio quando currit præscriptio, cum potest habere recursum contra impedientem, cuius dolo res perijt. ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo. & hoc si soluendo est ille dolosus: alias fit restitutio cõtra aduersarium. ff. de dolo.

Ee l. & clo-

[1] Et ſ. de mai. & obedien. quamuor. vbi de hoc Ioan. And.

[2] Hæc glossula in manuscriptis desideratur, in quibusdam autem vetustis impressis tamen habetur.

[3] Adde ꝙ in præscriptione quarumdam quasi dominiũ. l. est postulat. serui. §. dam. & ibi Bart. ff. de aq. plu. & l. 3. ff. de vsucap.

[4] Dico trãsactionẽ meã factã & eius seruo. Io. And.

† Hodie vide concilii Tridentini sess. 24. de reformatione cap. 20.

[5] Non nocet adulto iudiciũ contra eũ habitũ dũ defensore & curatore carebat. Io. An.

[6] Si ex vno fonte vnus est contractus plurium creditorum: interpellatio vnius prodest alijs. & idem si plura debita. quia vnius interpellatio prodest quo ad alios. Ioan. And.

l.& elegantes. §. si dolo. illud tū scias, q̄ vbi quis læditur in præscriptione, restitutionē petere debet infra quadriennium. C. de tēpor. in integrum restitutione. l. vltima. vbi vero non currit, semper servatur illæsus, nec est aliqua restitutio ibi facienda. Laurentius tū super hoc dicit vt notatur ꝫ. de in integ. restit. audiuis. in notula secunda. illa ecclesia, & cætera.

¶ Idem Parisien. episcopo.

¶ Non potest subditus contra superiorem visitationem, aut procurationem ratione visitationis debitam, in seipso præscribere: quamuis alius in personā alterius præscribere posset vtranque.

CAP. XVI.

CVm † ex officij sui debito Senonen. prouinciam visitaret archiepiscopus Senon. per Parisiensem diœcesim transitum faciens, ad abbatis Sancti Maglorij Prioris de Castres, & quorundam aliorum ecclesias eiusdem diœcesis, necesse habuit declinare: à quibus cū procurationem sibi debitam postularet, ipsi eam inhumaniter negauerunt[a]: ad suæ negationis defensionem hoc solum allegantes[b], quod non meminerint se procurationem huiusmodi prædecessoribus eiusdē archiepiscopi exoluisse, nec ab eis aliquando fuisse petitam[c]: & infra. ¶ Nos igitur præmissam allegationem eorum nullam penitus[d] reputantes, cum contra procurationem[e] quæ ratione[f] visitationis debetur, præscribi nequiuerit: quemadmodum nec contra visitationem[g] ipsam potest aliquo modo præscribi: etsi alius contra eum præscribere posset vtranque †: Mandamus †, quatenus sententiam, quam in huiusmodi contemptores, de antiqua metropolis consuetudine[h] tulit archiepiscopus memoratus, vsque ad satisfactionē condignam facias obseruari: quia secundum Apostolum, Qui † spiritualia seminat, non est magnum si metat carnalia: cum nemo cogatur suis stipendijs militare. Si quid enim aliud[i] quàm superius fuerit allegatū, contra intentionem archiepiscopi obijcere voluerint, & probare: Nos eis faciemus iustitiā exhiberi.

CVm ex officij sui debito.] Procuratio q̄ debetur ordinario visitanti præscribi non pōt. hoc dicit secundū Ioan. Andr. Prima pars narrat factum, & allegationes eorū. Secunda: ibi, *Nos igitur*, allegationem reprobat, & processum ꝫ eos factum seruari præcipit. Tertia: ibi, *Si quid*. reseruat allegatiões aliquas si quas habent legitimas. Abbas Siculus.

Cap. 6. eo. tit. in 3. compil.

Et de materia visitationis & procurationis vide concilium Lateran. sub Alexan. 3. c. 4. vbi plene & concil. Lateran. sub Innocē. 3. cap. 33. ad de concil. Oxoniense cap. vt singula. & concilium Trident. sessio 24. de reformatione c. 3. & Bernardinum Diaz regula 396. incip. procuratio, seu visitatio.

CASVS. Archiepūs Senoñ. dum visitaret prouinciam suam transitū fecit per diœcesim Parisieñ. descendit ad ecclesias abbatis sancti Maglorij Prioris de Castres: à quibus petijt procurationem: sed ipsi sibi eam denegauerunt, allegantes in suam defensionem, q̄ nūquam huiusmodi procurationē præstiterunt prædecessoribus ipsius archiepi: nec petita fuit ab eis, q̄ ipsi meminerint. pp quod archieps tulit in eos sententiam suspēsionis, significans hoc dño Papæ: sed ipse hanc allegationem friuolam reputauit, cum ꝫ procurationem, quæ ratione visitationis debetur, præscribi non possit: sicut nec ꝫ ipsam visitationem pōt aliquo modo præscribi, quamuis alius ꝫ ipsum præscribere possit vtranque. vnde mandat Parisien. epo, quatenus sniam quam tulit præfatus archiepiscopus in huiusmodi contemptores, de antiqua metropolis consuetudine, vsque ad debitam satisfactionem faciat obseruari: quia vt dicit Apostolus, Qui spiritualia seminat, non est magnum si carnalia metat: cum nemo suis stipendijs militare cogatur: si aliquid aliud voluerint allegare contra intentionem archiepiscopi ac probare, Papa faciet eis iustitiam exhiberi. Nota q̄ contra visitationē & procurationem, quę debetur propter visitationem, non currit præscriptio. Item archiepiscopus iure metropolitico potest prouinciā suam visitare. Item nemo suis sumptibus cogitur seruire.

a ¶ *Negauerunt.*] quia [1] tenebatur ad hospitalitatem. 42. dist. §. 1. & c. quiescamus.

Hanc glossam in antiquis non reperio.

¶ *Glos. sequens ponit causam contra quam vnam legem allegat.*

b ¶ *Allegantes.*] Et male: quia tempus non est modus tollendæ obligationis. ff. de actioni. & obliga. obligationum. §. placet. Arg. contra. C. de agri. & censi. l. litibus. lib. 11.

c ¶ *Petitam.*] Propter quod archiepiscopus eos excommunicauit.

¶ *Glo. sequens ponit opi. quam reprobat.*

d ¶ *Penitus.*] Quidam notauerunt in loco isto, q̄ licet procuratio non possit præscribi, tamen si episcopus visitat q̄ nullam recipiat procurationem, tunc potest præscribi procuratio. arg. ad hoc ꝫ. de censi. sopitæ. cum enim procuratio talis possit commutari, vt 10. q. 3. relatum. ergo & remitti. Sed non est verum, quia expresse nō potest episcopus procurationem illam remittere. ꝫ. de censi. cum venerabilis. Arg. contra. ꝫ. de dona. pastoralis. Itē ratio legis obuiat eis, nam quandiu quis habet haustum, & iter debet habere. ff. de seruit. rusti. prædio. l. 3. §. vlt. & licet ager sit sterilis ita quòd nihil inde percipiat, tamen retineo vsumfructum in eo. ff. de vsufru. arboribus §. vlt. Ioan.

e ¶ *Procurationem.*] ff. de offi. præsi. plebiscita. & ff. de offi. procon. solet. §. vltimo. & l. obseruare.

f ¶ *Ratione visitationis.*] Sim. ꝫ. eo. c. accedentes. vbi de hoc.

g ¶ *Visitationem.*] Illud esset præscribere obedientiam, quod esse non potest. ꝫ. eod. c. cum non liceat. & ꝫ. de consue. c. cum inter. & sic patet quòd idem iuris est in accessorio quod in principali, vt si principale, scilicet visitatio non præscribitur, nec procuratio, quæ accedit visitationi. sim. ꝫ. de fo. cōpe. si diligenti. & ꝫ. de offi. dele. prudentiam. ad fin. & contra correctionem non licet suffragium quærere. ꝫ. de appel. c. reprehensibilis. & c. ad nostram.

De hoc præter notata hic per Doctores docet in c. fin. ꝫ. de censib. lib. 6. vbi plene per Ioannem Andream.

¶ Idem Pisano archiepiscopo.

¶ Qui alieno nomine possidet, non præscribit, nec etiam is qui proprio, nisi habeat bonam fidem & iustum titulū; si præsumptio est contra eum. hoc dicit secundum Ioannem Andr. addita suppletione Panormitani.

CAP. XVII.

SI † diligenti: & infra. Cum iudicatus Calaritanus ad ius & proprietatem beati Petri

h ¶ *Consuetudine.*] Præscripta. 9. q. 3. conquestus. immo de iure communi. ꝫ. de censi. sopitę. cum de iure communi debuerat visitare: cum eps est negligens 2. 9. q. 3. cū simus. & de iure communi debet habere tunc procurationem, vt hic patet: quia nemo suis stipēdijs cogitur militare, vt hic dicit. & 10. q. 2. precariæ. & 13. q. 1. c. ecclesias. §. his itaque. & 18. q. 1. iā nunc. in fi. & ꝫ. de simonia cum sit Romana.

¶ vtranque.

¶ Alias ideoque mādamus.

¶ 1 ad Cor. cap. 9. cuius verba sunt: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū est, si nos carnalia vestra metamus.

i ¶ *Aliud.*] Vt si haberent priuilegium. ꝫ. eo. accedentes. vel si aliquādo absoluti fuissent. arg. ꝫ. de censi. sopitæ.

SI diligenti.] Nō. p̄ intellectu. cap. q̄ titulus non requiritur in præscriptione quadragenaria cōtra ecclesiam, nisi cum ius commune vel præsumptio est contra præscribentem: vt in c. 1. ꝫ. eod. tit. lib. 6. Diuiditur. nam primo inducit vnam rationem contra archiepiscopum, & secundo reprobat excusationem ipsius per locum à diuisione. secunda: ibi, *Nos igitur*. Abbas Siculus.

Cap. 7. eo. tit. in 3. compil.

Et de bona fide, & qualiter probetur vide Innocen. & Imolam in c. fin. ꝫ. eo. Oldradum consil. 144. & Paulum de Castro consil. 151. adde Baldū in l. fin. C. de edict. diui Hadr. tollen.

CASVS. Archiepiscopus [1] Pisanus fecit sibi præstari iuramentum fidelitatis nomine suo & ecclesiæ Pisanæ à marchione Massæ iudice Calaritano pro illo iudicatu, cum tamen iudicatus pertineat ad Romanam ecclesiam, Papa hoc intelligens mandauit archiepiscopo Pisano, vt eum absolueret ab illo iuramēto, vt illud postmodum exhiberet ecclesiæ Romanæ, eo nō obstante. vnde archiepiscopus misit nuncios suos ad dominum Papam, vt super hoc se excusaret, respondens eidē, q̄ postquam fuit in archiepm assumptus, iuramentum illud fidelitatis recepit ab illo iudice pro ecclesia Romana, & hoc idem fecit antecessor suus: Papa vero audita responsione, & alijs quæ nuncij sui proponere voluerunt, rescribit eidem archiepiscopo in hunc modum dicens, quòd iudicatus Calaritanus ad ius & proprietatē Romanæ ecclesiæ pertinet, sicut tota Sardinia nullo mediante: vnde non licuit ei pro se vel ecclesia, prædictum exigere iuramentum: & intellectis quæ nuncius ipsius proposuit coram Papa, nō intellexit ipsum vel ecclesiam suam alio iure iuuari, cum auctoritatem Apostolicæ sedis super hoc non ostendat, per quam iuramentum illud aliquando sit exactum: nec præscriptione aliqua muniatur: immo secundum confessionem archiepiscopi non ecclesia Pisana, vel ipse archiepiscopus fuit in quasi possessione exigendi huiusmodi iuramentum, quod pro ipsis iudicibus pro sede Apostolica confitetur fuisse receptum, per quòd constat, quòd ecclesia Romana semper fuit in quasi possessione: quia ministerio illius & antecessorum suorū pro Romana ecclesia exactum fuit & præstitum huiusmodi iuramentum; ille enim possidet cuius nomine possidetur: Si vero archiepiscopus dicat, quòd nomine suo, & non nomine Romanæ ecclesiæ iuramentum fuit exactum, posset ei inferri, quòd ipse violauit iuramentum præstitum pro conseruando iure & honore Romanæ ecclesiæ; vnde licite retinere non posset quod contra huiusmodi iuramentum scienter fuit obtentum, cum secundum hoc præscriptio locum habere non posset: cum in præscriptione rerum ecclesiasticarum bona fides & iustus titulus exigantur: & si præscriptio locum posset habere, non tamen posset centenariam præscriptionem probare, quæ sola currit cōtra Romanam ecclesiam. Nota quòd confessio præiudicat extra ius facta. Item ille possidet cuius nomine possidetur. Item bona fides, & iustus titulus requiritur in præ-

His casus Bernardi est, & in antiquis codicibus habetur vsque ad illa verba. in hunc modū dicens. nā casus Bernardi ita finit rescribit eidem archiepo, prout patet in litera.

in præscriptione rerum ecclesiasticarū. Itē sola centenaria præscriptio currit contra Romanam ecclesiam.

a ¶ *Tota Sardinia.*] Argumentum q eodem priuilegio cēsentur membra & caput. š. eo. cum non liceat. 15. dist. de his. & c. non licet. & j. de cog. spi. super eo.

b ¶ *Confessionem.*] Quę sibi pīudicauit in hoc. š. de confes. cum super. & c. vlti. vbi de hoc. vn de præscribere non poterat, cum sciret rem ad aliū pertinere. vt infra dicitur

b ¶ *Confessionem.*] de qua habuisti in parte decisa.

c ¶ *In quasi.*] Hoc ideo dicit, qa incorporalia non possidētur, sed quasi possidentur. š. de cau. posses. cum ecclesia. & ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam.

d ¶ *Nomine possidetur.*] Et ita ille possidere intelligitur, cuius nomine alius possidet. š. de rest. spo. cū venissent. & ff. de acquir. possess. quod meo. ff. quemadmodū serui. amit. l. 1 vsu reti nenir.

e ¶ *Nomine tuo.*] Hoc non potest habere locū, nisi qñ sciret vel crederet hoc iuramentū pertinere ad Romanam ecclesiam: & hoc ipse archieps confitebatur, q antecessores sui nomine Romanæ ecclesiæ receperant huiusmodi iuramentum: vnde sequitur, q si dicat q nomine suo recepit iuramentum, sic fecit ꝫ fidelitatem vsurpando ius Romanæ ecclesiæ. Et ideo dicit q præscribere non posset, cum non ostendat titulum, & habeat malam fidē 5: qui enim scit rem ad alium pertinere vel credit, non potest præscribere, nisi habeat titulum, cuius nomine præscribat. sed iste non ostendebat auctoritatem sedis Apostolicæ, vnde non poterat præscribere. Finem huius nouslæ intellige prout not. in glo. seq. ex hoc.

pertineat, sicut tota [a] Sardinia nullo pertinet mediante, tibi non licuit pro te vel ecclesia tua, à marchione Massæ iudice Calaritano fidelitatis exigere iuramentum: & infra. ¶ Nos igitur quæ nuncius tuus proponere voluit plenius circunspectis, non intelleximus te vel ecclesiam tuam super hoc aliquo iure subnixam, cum auctoritatem sedis Apostolicæ non ostēdas, per quam à iudicibus Calaritanis tu & antecessores tui fidelitatis exigeretis iuramenta: nec præscriptione aliqua muniatis: cum secundum confessionem [b] tuam, non ecclesia Pisana, vel tu fueris in quasi [c] possessione iuris exigendi huiusmodi iuramentum, quod † per sedem Apostolicā ab ipsis iudicibus receptum fuisse fateris: per quod constat ecclesiam Romanam, semper in quasi possessione fuisse, cum pro ea ministerio tuo & antecessorum tuorum exactū fuerit & præstitum iuramentum: & is etiam possidere dicatur [d], cuius nomine possidetur. Si vero dicatur quod nomine [e] tuo, & antecessorum tuorum, & non nomine nostro & ecclesiæ Romanæ fuerit iuramentum exactū, posset inferri, quód iuramentum præstitum de conseruando iure & honore sedis Apostolicæ fuerit violatum: vnde licite retineri non posset, quod contra iuramentum huiusmodi fuerit sciēter obtentum: quia etiam secūdum hoc locum præscriptio habere non posset: cum in præscriptione rerum ecclesiasticarū, bona [f] fides, & iustus titulus [g] exigantur †: & si etiam locum potuisset habere præscriptio, non credimus centenariā præscriptionem (quæ sola currit aduersus Romanam ecclesiā) posse probari.

¶ Idem episcopo Lucano.

¶ *Abbas in capellis præscribere potest iura episcopalia, obtinet tamen in his solis quæ præscripsit. hoc dicit quo ad titulum.*

¶ *Glossa sequens tractatur per q. an præsumatur bona fides, & tenet quòd sic, nisi in quatuor casibus ponit demum casum quo scientia rei alienæ, &c. subdit quod mala fides tradentis non nocet. alleg. contrarium & soluit.*

f ¶ *Bona fides.*] Illud generaliter verum est, q sm canones bona fides præscribentus necessaria est, siue de re spirituali, siue ciuili. j. eo. quoniam & š. eo. vigilanti. & 34. q. 2. si virgo. & bona fides intelligitur cum aliquis credit tradentem esse dñm, vel habere ius distrahēdi, licet erret in facto. 3 ff. de verb. signifi. bonæ fidei. & hæc bona fides semper præsumitur, 4 nisi probetur ꝫrium, cum lex dicat, præsumi ignorantiam nisi probetur scientia. ff. de proba. l. verius. Qñq; tñ præsumitur ꝫrium pp denunciationis vigorem. C. de rei vēdi. l. si fundum. vel quia mercatus aliquid ꝫ leges. C. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. 11. vel si emit à procuratore meo per collusionē, vel quia emit à prodigo vel luxurioso, cui bonis interdictum est, cum sciret protinus illum consumpturum pecuniā. ff. pro emp. l. qui fundū. §. q sciens. & l. si quis. Qñq; tñ quis habet cōscientiam rei alienæ, & tñ vsucapit, vt si decretum iudicis interuenit. ff. d noxa. actione. & generaliter. & 16. q. 3. placuit. & c. quicūque. & š. eo. c. 1. Illud tñ scias, q non obstat accipienti mala fides tradentis. ff. de diuer. & tempo. præscrip. an vitium. Argu. ꝫ. C. de præscrip. longi tempo. Authen. malæ fidei. Sed illud intelligitur de præscriptionibus x. vel xx. ann. vbi bona fides ab vtraq; parte exigitur, sed in xxx. vel xl. anno. præscriptione secundum leges non nocet. 16. q. 3. c. placuit. §. potest. & §. q si mala fide. C. de præscrip. xxx. anno. si quis emptionis. š. eo. vigilanti. Item dī bona fides, licet quis erret in iure. arg. j. de iure patro. cura. sed illud intelligitur aliter, vt ibi dī. & ff. de peti. hære. sed & si. §. scire. licet secus sit in vsucapione. ff. de vsucap. nunquam 2. Item & si habeat conscientiam dubiam, bona fides dī. 5 ff. de vsuc. l. qui scit. §. bonæ fidei.

¶ *Glo. seq. alleg. vnam concor. & vnam arg. obiecit per quatuor capitula, & per rationem. soluit primo rationem, demum ponit opinio. Ioan. quam reprobat, soluens postea principalem obiectionem.*

g ¶ *Iustus titulus.*] Ex hoc vī q bona fides non sufficiat sine iusto titulo. sic j. de deci. c. dudum. quia ex solo cursu temporis ius nō cōstituitur, sicut nec tollitur. ff. de actio. & obligat. l. obligationū. §. placet. sed ꝫ vī q bona fides tantum sufficiat in huiusmodi præscriptionibus. j. eod. quoniam omne. & š. eo. vigilanti. & c. de quarta. & š. de cau. pos. cum ecclesia. in quibus tm̄ sufficere vī bona fides, cum de titulo ibi nulla fiat mentio. immo vī q ista ꝫtra sint. si enim aliquis habet iustum titulum, puta priuilegium siue concessionem, iam securus est. vnde postea nō est ei necessaria præscriptio: vel si iam præscripsit, non est necesse impetrare priuilegium, immo impetrādo vnū, alij renunciare vī. j. eo. veniens. & quod semel meum est, ex alia causa meum fieri non potest. š. de fide instr. inter dilectos. & Instit. d actio. §. sic itaque. & ff. de acquir. pos. l. possideri. §. ex pluribus. 6 Ad hoc potest dici, q titulus ꝑ tanto dī iustus, quia dat causam præscribendi, licet in veritate non sit iustus: quia tunc nulla est præscriptio necessaria. ff. de vsucapio. l. sequitur. §. si ex lana. Vnde minus iustus titulus dat causam præscribendi, si adsit bona fides, vt ille credat talem titulū sufficere, & credat tradētem esse dñm. & sic potest intelligi qđ dī š. eo. de quarta. & š. de consue. cum dilectus. & j. de emp. & ven. peruenit. ff. pro emp. qđ vulgo. & ff. ꝑ legato. l. 4. & vlt. Sed cum in casu isto non ostenderet aliquem titulum, & sciret rem ad alium pertinere: vt patet per confessionem illius, non potuit præscribere. ideo dicit q bona fides & iustus titulus requiruntur in præscriptiōe rei ecclesiasticæ, Io. dixit, q circa incorporalia non est necesse allegare titulum: vt notatur secundum eum. supra de cau. pos. cū ecclesia. Sed hoc exēplum cōtradicit ei. Vt ergo scias qñ sit necessarius iustus titulus, & quando sufficiat bona fides, inspiciendum est an iura illa super quibus allegatur præscriptio, iure cōi valeant ab ipso possideri necne. Si enim iure cōi possint possideri, sufficit bona fides ad præscribendum. Et sic intelliguntur quasi omnia iura istius tituli. & 16. q. 3. & 4. per totum. eo saluo, quod dictum est de limite. š. eod. quia. Si vero iure cōi possideri nō possunt ab eo qui obiicit pscriptionē: quantumcunque habeat bonam fidem, non præscribit, quia præscriptio ius creatum auocat, nouū autem ius nō creat. vt 100. dist. ꝫ morem. 93. dist. illud. Sic ius decimarum non 7 cadit in laicum: & ideo nulla valet ibi præscriptio. 16. q. 1. c. vlt. & q. 3. c. placuit. §. potest. versi. q si priuatis. & q. 7. c. 1. & š. eodem, causam quæ. vbi non prodest titulus. & 1. q. 3. quæsitum. sic ius eligendi non cadit in laicum. supra de elect. sacrosancta. & cap. Massana. & j. de iure patron. à nobis. & sic intellige j. de deci. dudum. quia & illi hospitalarij de iure communi decimas possidere non possunt: vnde compelluntur titulum ostendere ex quo habuissent causam præscribendi: sic & in monasterio. si monachi nollēt subesse episcopo, quia allegarent præscriptionem, cum de iuri communi subiectionem euitare non possunt. & generaliter obtinet hoc in his & alijs omnibus, quæ iure communi possideri non possunt ab his qui ea detinent. & hoc patet ex eo quod talia impetrantur per priuilegium, ergo de iure communi non possidentur. 100. distinctio. contra morem. Sic episcopus in parochia alterius episcopi non potest decimas & ecclesias possidere de iure communi: vnde si allegaret præscriptionem in decimis & ecclesijs in diœcesi alterius, allegare debet titulum, & hunc probare. & hoc probatur in quadam decret. noua Gregor. quæ incipit, venerabilium. 8 & causa de hoc fuit inter archiepiscopum Rothoma. & episcopum Exonien. & idem est de alijs parochijs inferioribus, vt vna ecclesia in parochia alterius nō præscribat sine titulo. & sic intelligitur supra eodem ad aures. nisi illa ecclesia quæ præscribit, habeat titulum. sed vī q olim sufficiebat bona fides 9 š. eodem ad aures. Bern.

2 Alias ita: quod pro sede Apostolica extitit omnes manuscripti habent vt est impressum.

3 Vsu rei meo seruitutem vtendo per me, vel alium, qui meo nomine sit in possessione. Ioan. And.

3 Concor. tex. in l. sequitur § si viam & ibi Bart. ff. de vsucap.

3 Dyno in regu. possessor. de reg. iur. lib. 6. circa si tractat an errans in facto, in iure vel in vtroq; de careat bona fidei Ioan. And.

4 Vide qđ not. 16. q. 1. dilectio. in glo. si. vbi no. Io. sup bona fide & cons. statutamentum. Ioan. And.

5 Dicit Ho. illud verū secundum lī. secus secundum canones j. c. pe. & vlti. secūdum quos seperandum est quod est malae fidei. j. de [illegible] Io. An.

† asciptione.

6 Vide de cau. pos. c. si. super gl. 2. Io. And.

7 Cur ius decimarū non cadat in laicos tradit D. Thomas 2. 2. q. 87 art. 3. & Sotus lib. 9. de iust. & iure q. 4. art. 1.

8 Modo incipit: ejus. & habetur in c. 1 eod. tit. de præscrip. lib. 6.

9 Dic vt j. eo. c. 1. li. 6. & vide qđ ibi. not. in mag. glo. p quā decido [illegible] hic per Io. & Host. Io. And.

CVm olim.] Diuiditur in tres partes. In prima ponit petitionem actoris, & ipsius iura. In secunda ponit iura ipsius abbatis: ibi, *Ad elidendam*. In tertia diffinit: ibi, *Quia prædictus*. Abbas Siculus.

CASVS. Eps Lucanen. in præsentia dñi Papæ litigabat cum abbate & monachis sancti Saluatoris de Ficheto, super plebe Salamazanæ, & capellis pertinentibus ad dictam plebem, petens in eis institutionem, & alia ad ius epale pertinentia: Ad probandum intentionẽ suam primo allegabat ius commune, cuius auctoritate dicebat omnia spiritualia in prædictis locis in ei⁹ diœcesi constitutis, ad ipsum tamquam ad diœcesis epm pertinere: Insuper allegabat quoddã arbitrium ab episcopo, archipresbytero & primicerio Lucanis super hoc promulgatum: Ex parte abbatis exhibitũ fuit quoddam priuilegium Grego. vij. quod videbatur præcessisse dictum arbitrium, per quod monasterium plebes & capellæ videbantur libertati donatæ: & alia priuilegia Romanorum pontificũ post dictum arbitrium obtẽta: qui libertatem sibi concedere videbantur. Induxit insuper testes ad probandum præscriptionem: dñs Papa examinato negotio, quia constitit ei ꝙ abbas sufficiẽter ostendit monasterium suum super institutionibus, & quibusdam alijs articulis, tam in plebe quam in capellis legitima præscriptione munitũ, absoluit abbatem ab impetitione epi super iam dictis articulis, & super alijs omnibus, quę ad ius epale pertinere noscuntur secundum tenorem arbitrij, eundem abbatem quo ad plebem & capellas condemnauit. Not. ꝙ ius episcopale in multis articulis consistit: & licet præscribatur in vno, non tamen in alio. Item per partem non retinetur totum. Item per arbitrium receditur à priuilegio. Item ꝙ arbitrium præscribitur.

Cap. 8. eo. tit. in 3. compilat. Et videtur quod fuit à lio Gaudentio Papæ.

Palamazanæ.

CAP. XVIII.

CVm † olim frater episcope, cum abbate & monachis sancti Saluatoris de Ficheto, super plebe Salamazanæ †, & adiacentibus capellis ipsius in nostra præsentia litigando, institutionem in eis, & alia ad ius episcopale pertinentia vendicares: ad fundandam intentionem tuam ius commune principaliter allegabas, cuius auctoritate dicebas, vniuersa spiritualia in prædictis locis, quæ sunt in diœcesi tua [a] constituta, ad te tamquam ad diœcesanum episcopum pertinere: arbitrium † præterea super hoc promulgatum à Pistorien. episcopo, archipresbytero, ac primicerio Lucanis allegans. ¶ Ad elidendã autẽ intentionẽ tuã, abbas, Gregorij septimi Papæ [prędecessoris nostri] priuilegiũ exhibuit: quòd prædictũ arbitrium multo videbatur tẽpore præcessisse: per quod tam monasterium quàm plebs & capellæ prædictæ, videbantur libertati donatæ: & infra. Aliorum quoque Romanorum põtificum dictus abbas priuilegijs vtebatur, post arbitrium promulgatum obtentis, qui libertatis priuilegia † sibi concedere videbãtur: & infra. ¶ Quia prædictus abbas sufficienter ostendit, monasterium suum super institutionibus, destitutionibus, & ordinationibus plebani & clericorum, baptismo, pœnitentia in leuioribus culpis, sepultura, decimarum perceptione, ac diuinis officijs celebrandis, tam in plebe, quàm in capellis prædictis, in excommunicando atque interdicendo, & etiam absoluendo, legitima præscriptione munitum [b], abbatem ipsum ab impetitione tua, super iam dictis articulis, duximus absoluendum, super illis tibi perpetuũ silentiũ imponendo: super alijs omnibus quæ ad ius episcopale spectare noscuntur, iuxta tenorẽ [c] arbitrij, eundem abbatem, quo ad plebẽ & capellas prædictas, sententialiter condemnantes.

Ab vtra que scilicet parte appellatum, supra de arbit. cum per te.

Hæc duo verba: prædecessoris nostri. desunt in omnibus manuscriptis.

priuilegium.

¶ Idem.

¶ Qui præscriptione completa priuilegium contrarium impetrat, & vtitur illo, præscriptioni renunciat. Si præscriptio non erat completa, malam fidẽ habet, & ideo non præscribit.

CAP. XIX.

VEniens † ad præsentiã nostram abbas sancti Martini de Pannonia: & infra: ¶ Petiit à nobis postmodum idem abbas, vt Vesprimen. episcopus non impediat [d], vel faciat

a ¶ *In diœcesi tua.*] 16. q. 7. omnes basilicæ. & 18. q. 2. monasteria. & s. eo. cum non liceat.

b ¶ *Præscriptione munitum.*] Et ita patet, ꝙ nisi abbas præscripsisset prædicta, præiudicatum fuisset ei per arbitrium circa priuilegia; & sic Abbas potest præscribere iura episcopalia ꝯ epm: vt s. eo. auditis. vbi de hoc. & sic abbas, quæ amisit per arbitrium, recuperauit in præscriptione: & intelligo ꝙ abbas ignorabat arbitrium: aliàs non præscriberet, cum haberet malam fidem. j. c. proxi. sed obediẽtiam non posset abbas præscribere in sua persona, sed illius cuius nomine allegaret præscriptionem. s. eo. cum ex officij.

c ¶ *Tenorem.*] & ita sententiat pro abbate in his tantum in quib⁹ præscripsit, in alijs statuit arbitrio, & fertur sententia pro episcopo, nec immeritò: quia per arbitrium recessum fuit à priuilegio Grego. 1 ad minus in his quæ faciunt pro abbate. sed libertati non potuit abbas renunciare per arbitriũ sine licentia Papæ. s. de arbi. cũ tempore. alia vero non valuerunt tamquam per mendacium impetrata post arbitrium. j. de deci. ex multiplici. T. intelligit, ꝙ arbitriũ non tangit capitula illa, super quibus fertur sententia pro abbate, & in quibus præscripsit ꝯ epm, aliàs nõ potuisset præscribere prædicta: quia præsumeret habuisse malam fidem propter arbitrium, quia habens malam fidem non præscribit. j. eo. cap. vltim. & hoc probatur per litteram sequentem, vbi dicit: iuxta tenorem arbitrij. & c. Bernar. s

ADDITIO. Dicas ꝙ habebat abbas priuilegium post arbitriũ impetratum loco tituli: quia ignorabat arbitrium: aliàs non præscripsisset. I. c. proxi. & quamuis non valerent priuilegia, non erant irrita ipso iure, sed per sententiã, quamuis non facerent mentionẽ de arbitrio. s. de rescrip. super litteris.

j. de pœ. c. 1. lib. 6. Ioan. And.

Concor. l. Celsus. & ibi Bar. ff. de vsuc. & glo. Institu. eo §. nouissime.

VEniens.] Diuiditur, Primo ponitur conuentio abbatis. Secundo reconuentio episcopi: ibi, *Prefatus vero*. Tertio diffinitio: ibi, *Chrisma*. in quo duo soluit obstacula. Primũ: ibi, *Non obstante*. Secundum: ibi, *Nec obstare*. Abbas.

CASVS. Inter abbatem sancti Martini de Panonnia ex vna parte, & episcopum Vesprimen. ex altera, controuersia vertebatur super quibusdam decimis, & super quibusdã iuribus spiritualibus clericorũ, & ecclesiarum ipsius monasterij: Abbas in præsentia Papæ petiit vt episcopus prædictus non impediat, vel faciat impediri, quo minus omnes qui consistunt in Simagien. parochia vel comitatu, decimas sibi soluant de omnibus, quæ ibi habent; Petiit insuper, vt clerici ecclesiarum monasterij, libere percipere possint chrisma, oleum, cõsecrationes altarium & ecclesiarum, & ordines à quo maluerint episcopo: Ad hæc probanda induxit priuilegium Paschalis: & sancti Stephani regis, & priuilegia Alexan. & Clementis. Allegauit insuper præscriptionem in prædictis sacramentis percipiendis. Ex aduerso petiit episcopus, vt decimas Simagien. comitatus cõstitutas in diœ. sua, quas detinet idem abbas, sibi restitui faceret, nisi aliquo speciali iure se defendere posset, & quòd clerici capellarũ monasterij sacramenta reciperent ab eo: Papa auditis & intellectis meritis causæ, decreuit, quòd clerici ecclesiarum ipsius monasterij, quod est in ipsius diœcesi constitutum, reciperent prædicta sacramenta ab episcopo Vesprimen. si catholicus fuerit, & ea gratis voluerit exhibere: alioquin à quo maluerint episcopo catholico, recipiendi prædicta liberam habeant facultatem: sicut in priuilegijs Paschalis & Alexandri continebatur, non obstante priuilegio Clementis, per quod priuilegiis prædecessorum suorum non extitit derogatũ, cum de ipsis nullam fecerit mentionem, cum ibi contineatur, saluis constitutionibus ecclesiæ Romanæ. & legatorum ipsius. Præterea præscriptio quam abbas opponebat in eius subsidium, obstare non potest: quia si præscriptio consummata erat quando ab Alexan. priuilegium impetrauit, iuri præscriptionis renunciasse videtur, cum abbas priuilegio Alexan. sit vsus coram Papa in hac causa: quod tamen contradicebat intentioni abbatis quantum ad húc articulum. Si vero nondum erat consummata præscriptio, sed erat in præscribendo, quando priuilegium obtinuit: post impetratum priuilegium bonam fidem non habuit: & ideo non præscribit. Not. quòd eo ipso quo clerici & ecclesiæ sunt in diœcesi episcopi, omnia sacramenta tenentur recipere ab eodem, nisi contrarium ostendatur. Item gratis sacramenta sunt conferenda. Item ab eo episcopo qui catholicus non est, non debent recipi sacramenta prædicta. Item secundum priuilegium non derogat primo, nisi de ipso faciat mentionem, sicut in rescriptis. Item præscriptio & priuilegium sunt cõtraria. Item ex diuersis causis titulus siue dominium haberi non potest: vt hic patet: quia quod meum est, ex alia causa meum fieri non potest. Qui habet priuilegium, præscriptio quo ad hoc nihil addit. Item qui non habet bonam fidem, non præscribit.

Cap. vlt. de priuil. in 3. compilat. vnde clarionem habebis notitiam huius textus.

d ¶ *Impediat.*] Intentabat abbas vti possidens. Bernar.

¶ *Glo. seq. arg. sed tenet contrarium.*

a ¶ Regis.

impediri l, quo minus omnes qui in Simagien. parochia vel comitatu consistunt, de omnibus quæ possidēt decimas sibi soluant, sicut in priuilegijs Paschalis Papæ prædecessoris nostri & sancti regis a Stephani cōtinetur. Præfatus vero episcopus postulauit b, vt decimas Simagien. comitatus infra suæ diœcesis terminos constitutas, quas detinet idem abbas, sibi restitui faceremus; nisi aliquo iure speciali c se ipsas possidere monstraret: & infra d. ¶ Chrisma e vero, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines promouendi fuerint, clerici ecclesiarum vel capellarum ipsius monasterii, quod est in Vesprimeñ. diœcesi cōstitutum, à Vesprimeñ. episcopo postulabūt, si quidem catholicus fuerit, & gratiam f sedis Apostolicæ habuerit, & ea gratis sine prauitate aliqua voluerit exhibere: alioquin ab alio quem maluerint præsule catholico, suscipiendi ea liberam habeant facultatem: sicut in priuilegijs dicti Paschalis g, & Alexandri Papæ prædecessorum nostrorum perspeximus contineri. Non obstante priuilegio Clementis h Papæ, per quod priuilegijs suorum prædecessorum non extitit derogatum, cum de ipsis nullam i fecerit mentionem: præsertim cum & ipse Clemens priuilegium illud cōcesserit, saluis institutionibus non solum Romanæ ecclesiæ, sed ipsius etiam legatorum.

¶ Nec obstare poterat præscriptio, quam idem abbas in suū subsidium opponebat k: quia si consummata erat, quando ab Alexandro Papa priuilegiū impetrauit, iuri præscriptionis renunciasse l videtur †: præsertim cum coram nobis priuilegio illo sit vsus, quod suæ intentioni m, quantum ad hunc articulum, contradicit n. Si vero nondū consummata erat præscriptio, sed erat in præscribendo: post impetratum huiusmodi priuilegium, bonam fidem non habuit: & ideo secundū canones non præscripsit.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Nec in foro canonico, nec ciuili valet præscriptio cum mala fide.*

CAP. XX.

QVoniā † omne quod non est ex fide o peccatū est, Synodali iudicio diffinimus, vt nulla valeat absque

a ¶ *Regis.*] Arg. q reges possunt dare priuilegium decimarū, & de rebus spiritualibus. 96. dist. Cōstantinus imperator 5. Sed contrarium verum est. j. de deci. tua nos. & c. dudum

b ¶ *Postulauit.*] Super libellis istis non formatur sententia: sed super secunda parte libelli ipsius abbatis, in qua petijt vt clerici ecclesiarū monasterij libere possint recipere sacramenta, quæ enumerantur in ver. chrisma, &c. & ibi incipit formare sententiam. super alijs libellis nihil dicit in hac decre. quia non pertinent ad hunc titulum. Bernardus.

c ¶ *Speciali.*] Sic argumentatur 100. dist. contra morem. sed hic abbas ostendebat libertatis priuilegium.

d ¶ *Et infra.*] Hæc 2 non est nisi pars sniæ: super isto, infra, desalcata suit pars sententiæ. s. sup decimis petitis. vel sic: & infra, supple etiā q episcopus petebat, q abbas & clerici reciperent ab eo, sicut à diœcesano ecclesiastica sacramenta, sed ad elidendam intentionem suam abbas ostendit priuilegiū Paschalis Papæ & Alexā. Papæ, in quibus continebatur, q abbas reciperet ecclesiastica sacramēta ab episcopo si esset catholicus, vel gratiam sedis Apostolicæ haberet, & ipse ea sine prauitate vellet cōferre. Item ostendit aliud priuilegium Clemētis Papæ, in quo indistincte fuerat monasterio indultū, vt à quocumque possent ecclesiastica recipere sacramenta: quod non valuit, quia de prædictis priuilegijs Paschalis & Alexan. non faciebat aliquam mentionē: insuper præscriptionem legitimam allegauit, vnde Papa pronunciat vt sequitur. Sed quid de decimis petitis: quia in sententia de ipsis mentio non est facta? sed quomodo de ipsis pronunciauit, non habemus: sed si abbas probauit de iure suo super ipsis obtinuit, aliàs succubuit: quia actore non probante reus absoluitur. supra de iureiuran. cap. vltimo.

e ¶ *Chrisma.*] hic incipit sententia.

f ¶ *Gratiam sedis Apostolicæ habuerit.*] idest 3, q non sit excōmunicatus, suspensus, aut interdictus. c. quod sedem. s. de offi. ordi.

g ¶ *Paschalis.*] Idem vř de iure communi, q ab alio posset petere: etsi illa clausula non esset apposita 4, quia propter malitiam, siue desidiam iudicis delegati, deuoluitur potestas ad eum, qui in causa illa iudex non est. s. de offi. ord. significauit. & s. de foro comp. ex trāsmissa. & c. ex tenore. & 65. dist. si forte.

h ¶ *Clementis.*] Dato super prædictis articulis, vt illa sacramenta reciperent à quo vellent: quod non valuit.

¶ *Glo. seq. no. & remissi. ponit op. contrariam & respondet.*

i ¶ *Nullam.*] Sic patet expresse, q secundū priuilegiū debet facere mentionē de primo, ad hoc vt reuocet illud. de hoc dictū est plene s. de pscrip. c. 1. Quidā tñ dicūt aliud esse in priuilegio quàm in rescripto, cū priuilegiū sit lex priuata. 3. dist. priuilegia. & vna lex nō debet de alia facere mentionē. sed illud obtinet in legibus cōmunibus, quas princeps habet in scrinio pectoris sui. C. de testam. omnium. secus in legibus priuatis: quarū non habet memoriam. supra de offic. deleg. ex parte. sicut nec habet memoriam rescriptorum.

k ¶ *Opponebat.*] super præmissis sacramentis recipiendis ab alio episcopo.

l ¶ *Renunciasse.*] Not. q priuilegiū & præscriptio contraria sunt, ex quo simul haberi non possunt: vt dixi. s. eod. si diligenti. & cap. auditis. quia ingressus vnius, alterius operať egressum. simile 32. q. 1. cū renunciatur. & 100. dist. cōtra morē. ff. de separa. l. 1. §. illud sciendum. ff. de minor. in causæ 2. in princ. & ff. ad munic. l. 1. ff. de legat. 1. si qñ. C. de thesau. l. vni. lib. 10. sicut econuerso vtendo iure cōi renunciatur priuilegio. s. de constitut. cum accessissent. & j. de præb. pro illorū. & j. de priuile. si de terra. & c. accedentibus. & C. de iure do. impetrando. l. 2. & ff. rem ra. hab. l. 3. §. falsus procurator. Sed videtur q iure communi & priuilegio possit quis simul vti. s. de consue. cum dilectus. nec renunciat quis iuri militari, licet vtatur iure communi. ff. de mili. testa. l. 3. & 23. dist. quamquam. in princ. 5 & ff. de priui. cre. l. antepe. sicut iuri communi & consuetudini aliquis innititur. 95. distin. olim. & j. de censi. sopitæ. Potest dici quòd hic recessum fuit à iure communi, scilicet præscriptione: quia impetrauit abbas priuilegiū donationis. & ex diuersis causis nū pōt habere dominium. s. de fid. instrum. inter dilectos. & ff. de acqui. possess. l. 3. §. ex pluribus. sed si ipse impetrasset priuilegiū confirmationis, illud non obstaret: quia confirmaret ius quo vtebať, scilicet præscriptione.

¶ *Glossa sequēs primo declarat in quo erat contrarietas, & qualiter dicatur præsertim. secundo quærit, arguit, & soluit.*

m ¶ *Intentioni.*] Dicebat abbas, quòd licebat clericis ecclesiarum suarum recipere sacramenta ab episcopo à quo vellēt iure præscriptionis, & priuilegium Alexandri dicebat, quòd primo à diœcesano suo postulare tenebantur. & ita priuilegium istud quantum ad hunc articulum contradicit, & ita impetrando contrarium priuilegium renunciauit præscriptioni, & præcipue quia vsus est in iudicio priuilegio Alexand. Et idem esset si priuilegio non fuisset vsus: quia eo ipso quòd impetrauit priuilegium, renunciabat præscriptioni, & ita habebat malam fidem, & ideo non poterat præscribere post impetratum priuilegium si nondum erat completa præscriptio: vt litera dicit. Sed si nullum priuilegiū allegasset, sed solam præscriptionem, numquid alter episcopus posset præscribere collationē istorum sacramentorum? Ex hac littera videtur quòd sic. Contra videtur supra eod. si diligenti. quia in talibus quæ sunt contra ius commune, titulus necessarius videtur: vt ibi dicitur. & infra de deci. dudum. & c. venerabilium 6.

n ¶ *Contradicit.*] simile j. de conces. præben. ex tenore. & s. de fide instrumen. imputari.

Q*Voniam omne.*] Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit. ita communiter summatur: sed per hoc summarium nihil induceret de nouo iste tex. cū esset prouisum. s. eo. vigilanti. Diuidiť in quatuor partes. In prima ponit cōstitutionis causam. In secunda constitutionem: ibi, *Synodali*. In tertia infert ex causa: ibi, *Cum generaliter*. In quarta concludit. ibi, *Vnde*. Abbas.

CASVS. Quicumque facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. & ideo statuit conciliū, q nulla valeat præscriptio absq bona fide, tam canonica quàm ciuilis: quia omni constitutioni & consuetudini derogandum est, quæ sine mortali peccato seruari nō potest. & ideo oportet, vt qui rem alterius præscribit, in nulla parte præscriptionis habeat malā fidē. Nota, q qui facit contra conscientiā, peccat mortaliter. Item præscriptio sine bona fide non valet. Item per hanc constitutionem derogatur omni cōstitutioni iuris ciuilis & canonici, quæ sine mortali peccato seruari nō potest. Item in præscriptione exigitur bona fides continua.

o ¶ *Ex fide.*] idest, ex cōscientia. sic exponitur de pœ. dist. 3. ad fi. §. illud.

1 Dic q iste hic sanctus erat, & Apostolicæ sedis legatus, secundū Innocentiū, vel secundum Host. Rex donauit disposita, Paschalis spiritualia. s. eo. audiens. Ioan. And.

2 Hæc non est glossa Bernardi, nec habeť in uetustis exemplaribus.

3 Neq; hæc glossula apparet in vetustis Bernardi exemplaribus.

4 Contra videtur dicendū per c. Romana. de supplen. negli. prœl. lib. 6.

5 Vbi de hoc dic vt plene not. de reg. iu. nullus. li. 6. scilicet q hic tenorem priuilegii & præscriptionis etiā cōtrariū: & ibi videre poteris qualiter opin. quas hic recitant Pe. & Ab. & vide quæ dicam de priui. cum personæ. li. 6. sup gl. & hic. Io. An.

† Vide l. vnic. C. de thesau. lib. 10.

† Innocentius iii. in concilio generali Lateranen. c. 41.

† Cap. 1. eo tit. in 4. compila. Vide Mathesilanum. sing. 23 incip. nota quòd oēs leges & Antoniū Gabrielem lib. 3. commu. cōclu. tit. de præscriptio. conclusione 3.

6 Hodie habetur ca. 1. de præscr. lib. 6.

illud. quasi ad medium. & ṡ. de resti. spo. litteras. 28. q. 1. §. ex his.

¶ *Glossa sequens signat contrarium & remittit. quaerit, arg. pro & contra & soluit. Iterum quaerit, & remittit.*

a ¶ *Bona fide.*] Arg. contra. j. de iure patr. cura. Quando quis dicat habere bonam fidem, dictum est ṡ. eo. si diligenti. in notula, illud generaliter. & quilibet praesumitur habere bonam fidem. Sed quid si aduersarius etiã vellet probare ipsum nullo titulo possedisse, sed potius per violentiam: & sic mala fide incoepit possidere? videt quod debeat audiri ex quo vult probare originem praescriptionis vitiosam. C. de pigno. Authen. ne creditores. & C. de praescrip. lon. temp. in Authen. malae fidei. C. de distract. pig. & qui sub imagine. & 16. q. 3. si sacerdotes. & c. seq. & c. licet. & c. 1. in fin. & 93. dist. illud. C. de praescr. xxx. ann. si qs emptionis. §. sed haec. argu. contra. ṡ. eod. ad aures. quia vt ibi dicitur, quadragenalis praescriptio omnem tollit actionem. & C. de praescript. xxx. ann. l. pen. & vlt. Ad hoc potest dici, quòd bene debet audiri qui vult probare malam fidem ab initio habuisse: quia postea praescribere non potuit. ṡ. cap. proxim. in fin. & c. vigilanti. & ca. si diligenti. & hic[a]. Sed numquid hic tenetur docere de titulo, cum hic tantum dicatur de fide? De hoc dictum est ṡ. eo. si diligenti. in notula, ex hoc videtur.

bona[a] fide praescriptio, tam canonica quam ciuilis[b]: Cum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandũ, quae absq; mortali peccato non potest obseruari. Vnde oportet, vt qui praescribit, in nulla temporis[c] parte rei habeat conscientiam alienae.

TITVLVS XXVII.

De sententia & re iudicata.

¶ Gregorius †.

¶ *Sententia lata contra leges vel canones non tenet, nec ab ea opus est appellare. Panor.*

¶ *Glossa sequens po. opi. Io. cui oppo, demum approbat illam, & dat simile. Pi, reci. per quaest.*

b ¶ *Quàm ciuilis.*] Ex eo quod dicit, tam canonica quàm ciuilis, videtur quòd Papa voluit praeiudicare praescriptioni laicorũ, quae praescriptio locum habet vbi etiam habẽt malam[a] fidem in praescriptione xxx. vel xl. annorum ṡ. eo. vigilanti. & 16. q. 3. c. placuit. §. potest. & §. quod si mala. Dicebat Io. quod ratione peccati statuit hoc Papa de praescriptionib⁹ laicorũ: quia omnis causa ratione peccati saltem indirecte pertinet ad ecclesia. ṡ. de iud. nouit. & secundũ hoc omnia ciuilia iura quae tractant de praescriptione xxx. vel xl. ann. in malae fidei possessoribus non tenent hodie. Sed hoc non credo, quod per istam constitutionem Papa voluerit praeiudicare legibus. Sed quo ad ius diuinum verũ est illud, quod sine peccato mortali laicus malae fidei praescribens talem rem retinere non potest. 14. q. 6. c. 1. Et littera ista sic intelligitur tam canonica, idest tam de re spirituali quàm ciuili. Et hoc vult dicere, ille qui praescribit, bonam fidem habere debet, siue res quam praescribit spiritualis sit, vel ciuilis secundũ iura canonica, & sic nihil statuit contra leges. Vel dicas secundum quod dixit Io. quod lex aliud cõsiderauit quàm canon: lex enim considerauit negligentiã non petentis rem suã. ṡ. eod. vigilanti. sed canon considerauit peccatũ praescribentis mala fide, qd non excusat negligentiam non petentis rem suam: & ideo dicit hic, quod nulla valet praescriptio siue canonica, vel ciuilis, quae sine peccato mortali conseruari non potest: vnde potius standum est canoni, quàm legi in hoc casu: quia praescribẽs non excusatur à peccato per rationem legis: & ideo canon voluit propter periculum animarum in hoc leges corrigere, licet non seruetur in iudicio seculari: sicut dicitur de legibus permittentibus vsuras, quae hodie non tenent: vt no. j. de vsur. quia in omnibus. Et constitutio ista tantũ respicit futura, cũ de praeteritis nihil dicat. ṡ. de constit. c. vlt. vbi de hoc. Sed? qd dices vbi ecclesia habet vtrãque iurisdictionẽ: numquid iudicabit super laicos secundũ canones de huiusmodi praescriptione? Videtur quod sic auctoritate illius constitutionis: & quia non debet impugnare quod statuit obseruandum, & quod alias prohibet. j. de nar. ex lib. ven. c. vni. Et qd exigit in alijs, multo fortius in se exigere debet. ff. de nego. gest. si pupilli. §. si. & ff. de admi. tu. quotiens. §. item si temporali.

¶ *Glo. seq. formas quatuor quaestio, quas soluit, & in vltima remittit.*

c ¶ *Nulla temporis.*] scilicet ipsius praescriptionis. Si enim post cõpletam praescriptionẽ sciat rem alienã, non dicitur ideo mala fide possidere. de hoc dicitur ṡ. eo. vigilanti. Sed quid si tẽpore praescriptionis habuerit conscientiã laesam, postea incipiat habere nõ laesam: numquid pp hoc est interrupta praescriptio? non vr, quia erronea fuit, vnde eã deponere debet. j. de simo. per tuas. & 11. q. 3. cum est illata. Item quid si dubitat an res sit sua, & habet iustã causam dubitationis? adhuc dicitur bonae fidei possessor, & vtitur fructibus. ff. de vsur. qui scit. §. bonę fidei. & in hoc casu praescribit, licet habeat conscientiam dubiã, non tamen laesam: quia nescit adhuc an res sit aliena, debet inquirere ab alijs de re illa, vt sic perueniat ad veritatẽ. argum. 37. dist. §. vlt. 23. q. vlt. occidit. Item quid si praelatus habeat laesam conscientiam alicuius rei quã possidet, licet ecclesia habeat bonam fidẽ: numquid tenetur dimittere illam? Rñdeo non, sed significabit illi, cuius est, vt petat: & sic purgabit cõscientiam suam; nec in hoc videtur fraudẽ facere. ff. de nego. gest. atqui natura. §. cũ me absente[d]. & ff. man. quint[e]. Sed si ille veniat & petat in iudicio, & praelatus confiteatur, nũquid praeiudicat ecclesię, quae habet bonam fidem? Si enim praelatus constitutus à collegio ad defendendũ cõfitetur tamquã syndicus in iudicio, bene praeiudicabitur ecclesiae: quia tunc sustinet personam totius capituli: aliàs nõ credo, quod confessio praelati praeiudicet ecclesiae, nisi forte confiteretur de eo, qd ipsemet fecisset. argu. 55. q. 2. postquam. De hac materia dixi ṡ. de elect. dudum 2. in dic. vt ibi.

CAP. I.

Sententia †[d] contra leges[e] canonesve prolata, licet non sit appellatione suspensa, nõ potest tamen subsistere ipso iure.

¶ Idem †.

¶ *Lites debent celeriter terminari.*

CAP. II.

Vrgantiũ controuersias, celeri[f] sententia terminare, & aequitati conuenit, & rigori.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

¶ *Hac rubr. duobus modis secundum Ioan. And. post Gof. continuatur ad praecedentia. Primo sic: Viso quomodo res acquiruntur per praescriptionẽ, videndum est quomodo aliter acquiruntur ciuiliter, scilicet per sententias iudicum. Vel secundo sic: Expedito tractatu processus iudiciorum, ad sententias quae finem imponunt litibus, veniamus. Quia vero secundum Ioan. And. lata sententia si non appellatur ab ipsa, fumit nomen res iudicata, ideo & de re iudicata summittit. dicit tamen quòd large potest dici res iudicata, licet possit appellari. A.*

De hac materia habetur 35. q. 11. & 5. q. 4. & 3. q. 9. per totum. & 11. q. 3. §. de his inquam. vsque ad §. hoc & ṡ. vt dictum est. & 30. q. vlt. §. iussita. vsque in fi.

Sententia] Non valet sententia, quae contra ius est lata expresso errore in sententia. ita summat do. Ant. quia Io. And. non summat propter breuitatẽ: hoc summarium est in se verũ, sed non congruit literae, in qua nulla fit mentio de expressione erroris in sententia. Abbas.

CASVS. Dicitur in capitulo isto, quod snia lata contra leges vel canones, nulla est ipso iure, licet nõ sit suspẽsa per appellationẽ. No. quod snia contra ius lata nulla est, licet nõ appellet ab ea.

d ¶ *Sententia.*] Decr. ista loquitur de materia illa. 16. q. 1. frater noster. & ex illa littera potest colligi casus huius decreta.

¶ *Gl. seq. ponit duo exempla, & dictum, cui signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Contra leges.*] quae dicunt quod snia à non suo iudice lata, non tenet. C. si à non compe. iu. l. 1. & 2. & vlt. & 2. q. 1. in primis. ver. de psona. 11. q. 1. c. pe. & ṡ. de iudi. at si clerici. & 16. q. 1. frater noster. vt hic patet. Itẽ snia lata contra leges, idest ius constitutionis, ita quod hoc in snia exprimatur, nulla est ipso iure[g], & citra appellationẽ rescinditur: vt hic patet. & j. eo. cũ inter vos. in fi. & j. eo. inter caeteras. & 5. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. ver. itẽ si snia contra ius scriptum. & ff. de ap. si expressum. Itẽ si calculi error in snia sit expressus: snia non tenet. ff. quae sen. sine ap. resc. l. 1. §. 1. & j. de sen. excom. per tuas. nec efficitur aliqua per appellationẽ, vt in l. pdicta, si expressum. Ar. contra quod efficiat aliqua per appellationẽ. ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus. & ff. de iudic. licet[h], sed non est ita. ibi enim snia lata est in persona falsi pcuratoris, vnde ab initio tenet snia quamdiu constet de falso pcuratore: & si dñs recurrat ad cõe auxilium appellationis, intelligit approbare factum falsi pcuratoris, & ideo per appellationem efficitur aliquã, quę per exceptionẽ poterat irritari. secus vbi ab initio nulla est, vbi est defectus in iurisdictione, ibi per appellationẽ nõ firmatur, vt hic, & in cõcor. ibi positis. Sed in §. falsus. & in l. licet verũ. nõ fuit defectus in iurisdictione.

Vrgantium.] CASVS. Dicitur in capitulo isto quod controuersiae litigantium celeri debent sententia terminari. Nota quòd lites prorogari non debent.

¶ *Gl. seq. alleg. 4. concor. signat vnum contra. & soluit, & determinat.*

f ¶ *Celeri.*] Simile 2. q. 1. sicut. & C. de iudi. pperandũ. in prin. & ṡ. de dolo & cõtu. fin. & c. venerabilis. Ar. cõtra. 11. q. 3. cũ apud? illud intelligit qñ snia lata est ad mortem: & ibi differtur executio ex causa.

Marginal notes:

† Lib. 2. Epistola. 6. cap. 41. registri B. Gregorij.

a Concor. res. in l. 1. cũ ibi not. C. de praescri. long. temp.

a De materia huius glossae, vide plene p Dominicu Sotum lib. 4. de iustitia & iure q. 5. art. 4.

Quae sunt ab hoc loco vsque in finẽ glossae, desiderantur in aliquot antiquis, sed ea habet codex Barbatiae & alij, & Bernardi esse credimus, vnã cum paucis verbis, quae estudio delevimus.

d Cap. 1. eo. tit. in 6. ex pilatione. Et de materia, vide late per Bart. Angeli & doctores in l. cum prolata. ff. de re iudicata.

† Scilicet Gregorius Ioanni episcopo Rauennati lib. 2. cap. 18. eiusdem registri. Et cap. 5. eod. tit. in 1. cõpilat. Et vide notata in c. 8. de electio. lib. 6.

d Facit quod ibi nota. & 14. q. 2. si virgo. caueat tñ praelatus ne aliquo casu cõtra cõsciẽtiã faciat, vel fieri procuret, si cum ducat in malo. Io. And.

g Cõcor. l. si curator. C. de in integ. rest. & l. claruit. C. de eo. pers. flam.

h Et hoc notauit olim Tan. p argumenta, postea mutauit. Io. And.

i Et C. de praes. si vin si cari. sed ibi non tardatur sala, sed executio. Io. An.

ex causa, vt ibi dicitur. nec etiã cũ nimia festinatione ferẽda est sñia, antequam iudex possit esse instructus. j. de in inte. restit. tum ex litteris. quia ipsum oportet cuncta rimari. 30. q. vlt. c. vlt. aliter enim ad veritatem peruenire non posset. 23. q. vlt. occidit. sed moratoria cũctatione causã examinabit. ff. de admi. & peric. tut. tutor q. §. 1.

Non potest.] Dicitur hic q sententia episcoporum nõ potest clericum deponere, nisi cõcors & iusta fuerit. No. q iudices in sentẽtijs ferendis cõcordes esse debent.

¶ Glossa sequens quærit, arg. & soluit.

a ¶ Sacerdotum.] idest, episcoporum triũ in causa diaconi, i causa presbyteri sex ad minus. 15. q. 7. si autem. & c. fœlix. Sed nũquid debẽt omnes concordare ad hoc, vt teneat sñia? Videtur q sic ex eo, qđ dicit, cõcors. j. de trãsl. inter corporalia. sed sufficit q maior pars cõcordet in vnã sñiam, & satis dicetur tunc concors: quia quod maior facit pars, valet. ff. ad mu. quod maior. 65. dist. cap. 1. & 3. Sed in causa episcopi nõ tenet sententia nisi omnes concordauerint iudices, quib' causa per Papam committitur. 6. q. 4. si quis episcopus criminaliter. & cap. 1. & est speciale in causa episcopi. aliud speciale vbi non tenet sententia plurium. not. j. de rescrip. pastoralis. in prin.

¶ Idem.

¶ Sacerdos sine iusta causa non est deponendus.

CAP. III.

Nõn potest quemquam à sacerdotali gradu (nisi iustis ex causis) concors sacerdotum a sententia submouere.

¶ Leo Papa.

¶ Iuste quis petit sententiam à Papa confirmari, si iuste & rationabiliter fuit lata.

CAP. IIII.

Ea, quæ iuxta ecclesiasticũ morem b iuste & rationabiliter fuerint diffinita, nostra quoque sententia roborẽtur c.

¶ Alex. iij. Eboracẽs. archiepiscopo.

¶ Iudex deputatus super executione sententiæ, admittit exceptionem fraudis, seu nullitatis sententiæ, non ad effectum vt super ea pronunciet, sed vt negotium ad superiorem qui iudicauit, transmittat, si illam probabilem reperit. h. d. notabiliter.

CAP. V.

De cætero noueris, quòd si sententiam à nobis latã præcipimus per aliquem execu

Ea quæ.] Fuit forsan, vt dicit Io. An. exordium alicuius Papalis confirmationis: quia non est verisimile quòd fuit spiritualis dispositio in his verbis dumtaxat concepta, cum non imponit necessitatem, sed potius innuit cuique esse hoc petendi facultatem concessam: in hoc tamen non est vis. Abb.

Casus. Dicitur in capitulo isto, quòd ea quæ secũdum canones iuste & rationabiliter sunt diffinita, per cõfirmationem Papæ debent approbari. No. quòd sententiæ iustæ latæ per Papam debent confirmari. quod verum est si postulatum fuerit eas confirmari.

b ¶ Morem.] id est, secundum canones.

c ¶ Roborentur.] Si postulatum fuit ea roborari. vt 35. q. 9. omnimodis. & 2. q. 1. sicut. & j. de pact. quotiens. supra de trans. c. 1. & hæc quidem confirmatio si facta fuerit ex certa scientia, & cũ causæ cognitione, non poterit postea inferior iudex de illa iudicare. j. de confir. vtili vel inut. c. 1. & 2. vbi de hoc.

De cætero.] Merus executor sententiæ, contra quem excipitur de fraude non cognoscit, sed remittit. ita communiter summant doctores, sed iudicio Panormitani minus bene, quia iste textus non loquitur de mero executore: quia merus executor nullã exceptionem executionẽ impedientem admittit: vt in l. si vt proponis. & in l. executorem. C. de execu. rei iudi. Sed tex. iste admittit, vt is cui executio committitur, admittat exceptionem ad effectum, vt remittat negotium ad superiorem, non vt super principali pronunciet. Et non diuiditur. Abbas.

Casus. Ecce Papa præsentibus partibus tulit sententiam diffinitiuam, mandat Papa alicui quatenus sententiam illam debeat executioni mãdare, executor litteris executionis receptis citat partes: reus contra quem debet executio fieri, dicit q sñia non est executioni mãdanda, quia per fraudem & dolum lata est: dubitat executor quid facere debeat, vtrum debeat cognoscere de fraude allegata? Rñdet Papa, q executor de fraude illa vel dolo cognoscere nõ debet, sed hoc releuat ad sedem Apostolicã. Not. q merus executor vltra executionem nullã habet cognitionẽ: & ideo referre debet superiori quæstionem fraudis quæ opponitur contra sententiam.

¶ Glossa sequens litteram exponit, et exemplificat, ponit contrarium, soluit, & remittit.

d ¶ Fraus.] scilicet circa negotium principale, quia obtinet sententiam per fraudem, puta per falsos testes, vel per falsa instrumenta. si hæc obijciantur corã executore, vt executio differatur, non est ei facultas de hoc cognoscendi, vt hic dicit: quia sic assumeret partes iudicis, quod esse nõ debet. C. de execu. rei iudic. si vt proponis. nec sñiam debet mandare executioni, sed hæc referre debet superiori: vt hic dicitur, & j. de cri. fal. super eo. Arg. contra hoc habes, q iste executor possit de hmõi cognoscere. 25. q. 2. & si non cognitio. Sol. hoc cap. de mero executore intelligitur, qui nullã habet cognitionẽ annexam nisi solam executionẽ. sic intelligitur j. de fal. super eo. Lex pdicta intelligitur de illo executore, q habet cognitionem. De hac materia plene tractatur j. de offi. delega. pastoralis. §. quia vero.

tioni mandari; & fraus d interuenerit, non est facultas executori de toto negotio cognoscẽdi: sed deferri quæstiones quæ inciderint, ad sedem Apostolicam oportebit.

¶ Idem Norwicen. episcopo.

¶ Non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis, tradere pignus pro ipsa possessione.

CAP. VI.

Cum aliquibus est adiudicata possessio, non sufficit eis dari pignora e, nisi corporali possessione lætentur.

¶ Idem eidem, & V. archidiacono.

¶ Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam: vnde quandocumque reuocatur cum constat de errore.

CAP. VII.

Lator præsentium suã nobis insinuatione f monstrauit, quod cum quandam mulierem legitime desponsasset, & carnalis esset copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cuius occasione debitũ ei subtraxit: consanguinei vero mulieris, hoc molestum habentes, quæstionem mouerũt:

in probatione defecerat, cum per attestationes illius appareret manifeste ipsum T. suã intentionem sufficienter pbasse: tum etiã qa causam non recipit sufficienter instructam, cum vnius partis attestationes receperat, quæ parum faciebant ad causam: vnde Papa sniam prædictã cassauit: & præfato T. adiudicauit ecclesiã memoratã, cũ à vero patrono ipsum constiterit fuisse psentatum. No. q non valet snia lata ꝯ absentem si constiterit eũ iusta de causa impeditũ fuisse. Item licet minus sufficienter probetur absentiæ causa: nihilominus debet de causa iterũ cognosci. Itẽ veritas præualet opinioni. Item cũ iudex circumuentus est, iterũ debet de causa cognosci. Item nõ dicitur causa remissa sufficienter instructa, nisi allegationes vtriusq; partis remittantur. Item euidenter hic patet, q ex psentatione patroni acquiritur ius præsentato si patronus in sua præsentatione persistat.

a ¶ *Non noceat.*] Litera ista contradicit superiori, vbi dicit, ne circa possessionẽ, &c. qđ hic dicit, nõ noceat, verũ est quãtũ ad pprietatẽ: sed ibi loquit de piudicio quo ad possessionem, & ita nõ ꝯdicit. simile C. de libe. cau. iubemus.

b ¶ *Canonicas.*] ꝭ. de fide instr. inter dilectos. j. eo. c. penul. & j. de dona. inter dilectos.

c ¶ *Ciuiles.*] C. res inter alios acta. per totum. & ff. de re iudi. sæpe.

CVm Bertoldus.] Probata iusta causa absentiæ, reuocat snia lata ꝯ absentẽ, maxime vbi apparet iudicẽ circumuentum. Vel aliter, & sic: Contra sniam audit is qui fuit absens docto de impedimento, etiam minus sufficienter, si opponit de iniquitate, quã ex tenore sniæ & ex actis cõstare dr, quo docto obtinebit. Diuiditur principaliter i duas partes. In prima ponit pcessus narratio. In scda: ibi, Licet. partis restitutio, auditoris datio, ipsi᾽ relatio, Papę definitio, soũ motiuũ cõtinẽs. Prima pars põt subdiuidi, sed nõ expedit: qa satis patẽt ptes in litera. Abb.

CASVS. Bertoldus miles habebat villã suã in qua erat ecclesia, vnde ipse erat patronus: villã illam obligauit P. militi: dicto P. creditore sublato de medio, A. nepos eius & hæres vacante ipsa ecclesia D. clericũ eiusdẽ loci psentauit ad dictã ecclesiã, dicẽs q ius patronatus cũ vniuersitate transisset in eũ: archidiaconus de cõsensu epi ipsum instituit in eadẽ, & in corporalẽ possessionẽ induci fecit eundem: dictus Bertoldus dñs fundi hoc audiens, T. presbyterum epo præsentauit, sed eps ipsum non admisit: pp qđ dictus T. presbyter corã Remeñ. archiepo Apostolicæ sedis legato, ꝯ præfatum D. deposuit qõnem: archieps causam super hoc iudicibus delegauit sub hac forma, vt causam instructã ad ipsum remitterent, præfigendo partibus terminũ peremptorium, in quo eius se conspectui præsentarẽt sniam recepturæ: ad quẽ terminũ dictus D. cũ suis attestationibus accessit. T. presbyter nec iuit nec tũc misit aliquẽ rñsalem. legatus inspectis attestationibus D. clerici, ipsum ab impetitione T. presbyteri absoluit: postmodum vero idẽ T. presbyter infra breue tempus ad legatũ accedens, iustã causam absentiæ allegauit: quo audito, archieps mandauit quibusdã iudicibus, vt si iustã causam absentiæ ostenderet corã eis, prædictam sniam nullius decernerẽt esse valoris, & causam terminarent eandem: alioquin sniam ipsam facerent obseruari: dicti iudices cõmiserunt alijs vices suas: q testes super prædicto articulo receperunt: à quibus dictus D. clericus ad sedẽ Apostolicã appellauit: Papa auditis pbationib᾽ illius presbyteri super absentiæ suæ causa, licet eam minus sufficienter probasset: ne tñ præiudicaret opinio veritati, cõmisit Papa causam illã cuidã Cardinali: ipse vero intellectis meritis causæ, omnia retulit dño Papę qui archiepm inuenit circumuentũ fuisse ex tenore sniæ: tñ qa continebat in illa, q per attestationes illius vel ipsius clerici fuerat sufficienter pbatum, q præfatus A. in possessione iurispatronatus extiterat, cũ ipsum ad eandẽ ecclesiã præsentauit: cum tñ per attestationes illas nihil aliud ostensum fuit nisi quòd prædicti P. & A. annuatim perceperunt decẽ solidos, qui patronis illius ecclesię dari consueuerunt: tñ quia dicebatur in snia illa, q dictus T.

sequendam nuncium eius infra tempus legitimum destinatum fuisse, executio sententiæ differatur, ne circa possessionẽ, Oueteñ. ecclesia detrimentum incurrat: alioquin (sicut ius postulat) executioni absque Oueteñ. ecclesiæ præiudicio demandetur: cui † quæ præmissa sunt non præiudicant, quo minus suam valeat consequi rationẽ; cũ res inter alios acta, non noceat [a] regulariter alijs † iuxta cõstitutiões canonicas [b] & ciuiles [c].

¶ Idem.

¶ Si citatus ad sententiam ex legitima causa iudici ignota non comparuit, tenet sententia eo absente lata, sed retractatur eo probante legitimam absentiæ causam. Si vero impedimentum probatur non plene, non retractatur sententia: nisi prius doceat de ipsius iniquitate. h. d. & est verus & not. intellectus secundum Panor. quem alij doctores non clare dilucidarunt.

CAP. XVIII.

CVm † Bertoldus miles curiam suam P. militi pignori obligasset, eodem P. sublato de medio, A. nepos eius qui successit eidem, vacante ecclesia eiusdem loci, asserens quòd ius patronatus cum vniuersitate [d] transisset in eum, D. clericum eiusdem loci, archidiacono ad supradictam ecclesiam præsentauit: qui de consensu episcopi [e] ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem. Prædictus vero B. dominus fundi, T. sacerdotẽ memorato episcopo præsentauit: sed ipsum episcopus non admisit. Cum autẽ dictus T. aduersus [f] memoratum D. super prædicta ecclesia deposuerit quæstionem, Remeñ. episcopus † Apostolicæ sedis legatus iudicibus negotium delegauit: ad quem cum attestationes vtrinque receptas per partes postmodum remisissent [g], & præfato D. cum suis attestationibus accedente, dictus T. nec per se nec per responsalem idoneum comparere curaret: ipse attestationibus inspectis clerici memorati, ipsum ab impetitione sæpedicti T. sententialiter reddidit absolutum: eidem T. imponens silentium super ecclesia memorata. Postmodum autem idem presbyter ad archiepiscopi præsentiã infra breue [h] tempus accedẽs, iustam causam [i] absentiæ allegauit: archiepiscopus vero Argentino electo, & Altæ Syluæ, & Tudebernoñ. abbatibus dedit [suis] litteris in mãdatis, vt si iustam absentiæ causam ille ostenderet coram eis, prædictã sententiam nullius decernerẽt [k] esse valoris, & causam fine

d ¶ *Cum vniuersitate.*] j. de iure pat. ex literis. ff. de contrahen. emp. si aquæductus. & l. dolia.

e ¶ *De cõsensu episcopi.*] Aliter nõ posset. s. de off. archid. cũ satis. nisi haberet hoc de præscripta consuetudine. s. de offic. archi. c. vlt. & j. de excess. præla. ad hæc.

¶ *Gl. seq. obijcit, & soluit.*

f ¶ *Aduersus.*] Sed qualiter potuit iste T. agere, cum ex sola præsentatione nihil habeat iuris, immo vr q ꝯ epm deberet agere ad interesse. j. de iure patro. pastoralis? Rñdeo, bene acquiritur ius præsentato à vero patrono, licet eps eũ non admittat, dummodo suam voluntatem patronus non mutet, & sic potest agere vt sua præsentatio confirmetur, vt hic patet. Sicut electus potest agere vt sua electio confirmetur. s. de elect. postquam. & cap. publicato.

¶ *Gl. seq. reci. per quæstionem.*

g ¶ *Remisissent.*] Assignando terminum peremptorium ad sniam audiendã, vt patet in antiqua: aliàs non tenuisset snia lata ꝯ absentem. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. §. ex eo edicto. & ea quæ aduersus absentes non per contumaciam statuuntur, non tenent. C. quomodo & quando iudex. ea quæ. sed hic tenuit sententia: vt patet p sequentia & propter terminum peremptorium statutum [1] ad sententiam: sed quia probauit iustam causam absentiæ, reuocatur sententia: vt 3. q. 9. caueatur. Ber.

¶ *Glo. seq. reci. per obiect.*

h ¶ *Breue tẽpus.*] Et ita vr q mora possit purgari in iudicijs. ff. si qa cau. si post tres. qđ locũ habet ante lit. cõte. & vbi ius actoris nõ est factum deterius: vt dicit illa lex. sed hic nõ fuit snia retractata pp breue tẽpus: sed qa pbauit iustã causam absentię, fuit auditus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

i ¶ *Iustam causam.*] Alioquin non fuisset auditus. arg. contra. s. de in integr. rest. ex literis. Sed illud fuit in fauorem matrimonij, & quia non poterat habere recursum contra dolosum, cum in eo casu fuerit non soluendo, s. de procu. querelam. & 5. q. 3. si ęgrotans. & ita reuocatur sententia si iuste impeditus venire non potuit. ff. de dam. infec. l. si finita. §. si forte. Nec dicitur iudicatum vbi iusta de causa detentus præsens esse non potuit. ff. de re iudi. quæsitum. nec mandari debet talis snia executioni: vt ff. de iudic. si prætor. in fin. & est notabile istud q reuocatur sententia cum interesse nõ potuit: & sic est arg. q iudex non debet nimium festinare ad sententiam: vt dicit lex prædicta, si finita. §. si forte.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

k ¶ *Decernerent.*] Sed qualiter potuit iste legatus retractare sniam suam,

Marginalia:

Aliâs ita: cui quæ præmissa sunt nõ præiudicant, quo minus sententia valeat consequi rationem.

Vide l. Lucius. ff. de his qui not. infam. & l. res inter alios. alias est Modestin᾽. ff. de excep.

Cap. 2. extat in 3. compil. Et de intellectu vi᾽ de Lambertinum de iure patro. lib. 2. part. 3. art. 2. q. 2. de materia vero textus & glossæ vide præcip. textus hic Guidonem Papæ.

Archiepiscopus in pluribus antiquis, est ita legendum puto, est autem in Gallia in archiepiscopatu, ... suffraganeo.

Tuderd. no. Tudeb.

Vox, suis, deest in antiquis.

[1] Est ergo necesse q et permittat hoc casu peremptorium vbi vnica sit citatio. de hoc 24. q. 3. de illicita. in fin. magis pl. nõ sic in causis, in quibus sine figura procedit per elec. de ver. sig. sæpe. ca. ...

suam, cum nullus iudex possit hoc facere: dummodo non sit lata ius constitutionis. C. sen. rescin. non poss. l. 1. Rndeo, q non potest retractari nisi per in integ. rest. ff. de mino. in causæ. s. §. vlt. & l. seq. Vel nisi ipso iure sit nulla. C. de accu. l. 4. vnde hic suit retractata per in integ. restitutionē, & improprie ponitur hic, nullius momē ti: quia talis sententia tenere tenet quousq; sue rit reuocata.

excepit ius patronatus, alioquin transisset cum vniuersitate. j. de iure pa. ex literis. arg. ff. de contrah. emp. in modicis. sic & in fundo vendito accedunt seruitutes, & alia iura. ff. de contrahen. emp. si aquæductus. & l. se. & l. dolia. & sic fundus dotalis transit cum vniuersitate. ff. de fun. do. l. 1. sed alia ratio est in emptore vel feudatario qui directū & vtile dñium habent in re, & aliud in creditore: quia si ius præsentandi cōsistit in fructu, compenso q creditor vtitur talis fructu, exonerari debet quantitas debiti. C. de pig. actio. l. 1. & 2. & j. de vsu. c. 1. & 2. sed talis fructus æstimari non potest, & ideo non diminuit quantitatem debiti. Item nec alijs iuribus vtitur creditor, nisi hoc conuenerit. ff. de pig. actio. sed an vtiq; hēquia soluto pignore oīa iura tolluntur. ff. quib. mo. pi. vel hypo. sol. l. 1. & C. si pig. pignori datum fuerit. l. 1. & 2. & sic præsentatus soluto debito esset de ecclesia remouendus, qd est illud. 16. q. 7. inuentū. & 56. dist. satis peruersum. & j. de excess. plat. c. vlt. Itē q a creditor peccat vtēdo pignore. ff. de fur. creditor. alias incipit, si pignore. licet enim creditor rē sibi obligatam possit locare, vt ff. de pig. act. creditor. tamen fructus cōputabit sibi in sortē. j. de pig. cum ɔtra. licet enim in vēditione omnia iura transeant, arg. ff. de officio præse. vt. l. 3. in versi. cum vrbē nostram. §. 3. non tamē in obligatiōe generali veniunt q̄ specialiter non obligarentur. ff. de pig. l. obligatione. & l. seq. ff. de pec. qui peculiū. & C. quæ res pig. oblig. poss. l. 1. arg. ɔ ista, scilicet q fructus nō diminuant sortem: quia seruitus q̄tq; inutilis est. ff. de serui. l. ei qui fundum. sed ius patronatus bene transit cum vniuersitate, nisi specialiter excipiatur. j. de iure patro. cum secundū. & c. ex litteris.

a ¶ *Cōmittentibus.*] Sed qualiter delegatus ab alio quàm à principe cōmittit alij vices suas ɔ illud. j. de off. dele. super quæstionum. § si vero. & C. de iudi. à iudice. Quidam dicunt, q hic erat lis contest. corā delegatis: vnde cum videantur facti quasi dñi litis, possunt alij cōmittere vices suas ad similitudinem procuratoris. arg. C. de procur. l. nulla. & l. neq; tutores. Vel dic q hic non fuit oppositum. & ideo taliter de facto processum fuit, & hodie stari debet prædictis iuribus. C. de iud. à iudice. & j. eo. super quæstionū. & est expressum. j. de app. cum causam. vnde non valet hodie quod hic dicitur.

b ¶ *Minus sufficienter.*] Et th admissus fuit per talem probationem, ne veritati opinio præualeret vel sequi: Et sic arg. colligitur hic. q minus sufficiens probatio admittit. Ex pluribus aliis causis fuit iste auditus, quia circumuentus fuit iste legatus ex pluribus causis, quæ in sñia continentur. Primo dicitur q ille erat in possessione iuris patronatus: & hoc falsum fuit. Item dicebat in sñia, q T. defecerat in probatione, & hoc fuit falsum vt j. dicitur. Item quia causa non fuit sufficienter instructa ad legatum remissa: quia attestationes illius T. non fuerunt remissæ ad legatum, prout ipse mandauerat: vnde manifeste apparet legatum circumuentum fuisse. Ber.

debito terminarent, alioquin facerent sententiam obseruari. verum dicto electo, & præfatis abbatibus committentibus[a] alijs vices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt: à quibus dictus clericus vocem ad nos appellationis emisit & infra. ¶ Licet autē iustam causam absentiæ minus sufficienter[b] presbyter probauisset, ne tamen præiudicaret opinio veritati, R. diaconū Cardinalem eis. concessimus auditorem: qui cum nobis omnia fideliter retulisset, ex tenore sententiæ archiepiscopum inuenimus circumuentum: tū quia cōtinebatur in illa, quód per attestationes ipsius clerici fuerat sufficienter probatum, quòd præfatus A. in possessione iurispatronatus extiterat, cum eundem ad prædictam ecclesiam præsentauit, cum tamen per attestationes illas nihil aliud ostensum fuerit, nisi quòd pro quodam iure[c] quod de illa ecclesia consueuit exhiberi patronis prædicti P. & A. annuatim decem solidos acceperunt: tum etiam † quia in eadem sententia dicitur, quód dictus T. in probatione defecit, cum per attestationes suas appareat ipsum suam intentionem[d] sufficienter probasse: tū etiam quia causam non recepit sufficienter instructam: cū vnius tantum partis attestationes receperit, quæ parum faciebant ad causam: Vnde sententiam ipsam duximus irritandam, memorato T. adiudicantes ecclesiam supradictam, cum per attestationes nobis constiterit euidenter, ipsum à vero patrono[e] fuisse ad sæpedictam ecclesiam præsentatum.

¶ Idem.

¶ *Papa in sententijs quas profert, ordinem iuris seruat.*

CAP. XIX.

IN † causis, quæ summi Pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris & vigor æquitatis est subtiliter obseruandus: Cū in similibus[f] casibus cæteri teneantur similiter iudicare: Nisi forte cum aliquid (causa necessitatis & vtilitatis inspecta) dispensatiue duxerit statuendū.

¶ Idem conuentui sancti Leodij.

¶ *Secunda sententia in diuersa instantia contra primam lata, tenet mero iure, nec debet infringi etiam si sit iniusta, ex quo ab ea non fuerit appellatū, præsertim si prima sententia secundis iudicibus non fuit ostensa. h. d. Panormitanus.*

CAP. XX.

INter † monasterium sancti A. Rothom. & vestrum, su-

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

c ¶ *Quodam iure.*] Sed videtur q propter hoc q fuit in possessione partis, q etiam fuit in possessiōe totius. ff. de ser. rust. præd. vna est via. & qui minimam partem fundi possidet, totum possidere videtur. ff. de acqui. pos. possideri. Sed non est ita. s. de præscri. auditis. vbi de hoc. & j. de capel. mona. dilectus. quia perceptio pensionis nec possessionem probat nec dominium. s. de fid. instru. inter dilectos. in fi. & ff. de acqui. posses. quamuis. §. 1. quia alia est pceptio pensionis, & alia possessio præsentationis: & ideo errauit legatus in sententia, credens hoc sufficere: & hæc pensio siue census potest constitui à patrono in fundatione ecclesię de auctoritate epi. 18. q. 2. Eleutherius, & j. de iure patr. præterea. 2. & hoc ante consecrationem ecclesiæ, post consecrationem non potest ei aliquod onus imponi, quia rei consecratæ non imponitur seruitus. ff. de serui. seruitutes. §. vlt. & quod humani iuris esse desinit, seruitutem non recipit. ff. com. prædio. caueri. lo. & per talem perceptionem non fuit in possessione iurispatronatus: cum hoc non fuerit de fructibus iurispatronatus, sed præter ius patronatus potest talis census constitui à patrono in ipsa fundatione: vt in c. præcedenti, Eleutherius. & c. præterea. Quid intelligatur nomine iurispatronatus colligitur j. de iure patr. nobis fuit. Ber.

d ¶ *Intentionem.*] scilicet, quòd fuerat præsentatus à vero patrono, vt dicit in fin.

¶ *Glo. seq. vect. per q. an scilicet ius patronatus transeat cum vniuersitate in creditorem. alleg. pro & contra. & quid sentiat, non apparet.*

e ¶ *Patrono.*] per hoc patet, q patronus de obligatione quā fecit,

IN *causis.*] Inferiores tenentur iudicare secundum q Papa inter certas personas iudicauit, si rite & recte sententiam tulit. Primo ponitur dictum. Secundo ratio. Tertio exceptio. secunda: ibi, *Cum in similibus.* tertia: ibi, *Nisi.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic q secundū q Papa iudicat, & alij debēt iudicare: & ideo Papa iuris ordinem & æquitatis rigorem in causis diligenter obseruare debet: cum in similibus alij debeant similiter iudicare, nisi cum ipse aliquid dispensatiue duxerit ordinandum. No. q ordo iuris & æquitatis rigor in iudicijs obseruanda sunt. Itē sñia Papæ ius facit quo ad omnes: Item sm q ipse iudicat, & alij iudicare debent: & sic in similibus idem iudicium est habendum. Item in dispensationibus causa necessitatis & vtilitatis attendēda est. Item dispensationes non debent trahi ad ius commune.

¶ *Glo. seq. dicit aliud in interlocutoria, signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *In similibus.*] & sic patet, q diffinitiua sñia principis trahenda est ad consequentiam, ex quo alij similiter iudicare debent. sed interlocutoria non. C. de legi. l. 3. circa fi. & l. si imperialis. arg. ɔ q interlocutoria vim legis habet. ff. quod me. caus. metū. §. sed quod prætor ait. quod verum nō est, nisi interlocutoria in corpore iuris claudatur. & est simile huic 16. q. 3. licet. Ber.

INter *monasterium.*] Tenet secūda sñia diffinitiua lata ɔ primam, si de prima non fuit exceptum, neque appellatum à secūda. h. d. secundum vnum intellectum. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit thema decisum. In secūda diffinitionis causam. In tertia soluit quoddā obstaculū. In quarta diffinit. secunda: ibi, *Cum constiteris.* tertia: ibi, *Non obstante,* quarta: ibi, *Factum.* Abbas.

CASVS

[a] In modo potest, cum sit generalis legatus: secus si esset specialis delegatus, secundum Vinc. & de hoc dixi j. de accusa. qualiter. c. 2. super gl. 1. Io. And.

[b] Dictio, etiam, deest in antiquis. & in veteri compilatione.

Pensionis perceptio neque possess. probat, neque dominium.

[b] Hoc tenent Tan. Vin. & Go. ffre. Io. An.

[3] Idē Phi. In. & Host. sed Durant. in q. sua 1. de iure patronatus. dicit q præsentare potest creditor nomine debitoris. Io. An.

[e] Cap. 9. eo. tit. in 3. compil. Et an in sñia principis requiratur ordo iuris, vide per Iasonē. in l. 1. ff. de off. præsid. addē Paridem de Puteo in tract. syndicatus verbo & in quantum.

[f] Cap. 10. eo. tit. in 3. compil. Et vide l. Imperatoris. cū glos. ff. de re iudi. adde Alexandrū consil. 191. & Paulum de Castro consil. 325. inci. in causa quæ vertitur.

[f] Concor. l. inter ofs. ff cō. præd. gl in l. fide iussor. ff. q satisd. cog.

Hic casus Bernardi videtur, & in antiquis codicibus reperitur.

CASVS. Vacante monasterio sancti Leufredi, monachi elegerunt quendam de gremio sui monasterij in abbatem: & dum peterēt confirmationem suæ electionis, monachi sancti Antonij se opposuerunt dicentes, illam electionem esse cassandam, ex eo ꝙ de monasterio sancti Antonij fieri debuisset: quare diœcesan⁹ eps illā distulit confirmare: tādē super hoc causa fuit commissa quibusdā iudicibus ad petitionem monasterij sancti Leufredi, coram quibus iudicibus partes litē contestatæ fuerunt, & processum fuit in causa, & testes recepti fuerunt: demum monachi sancti Antonij ad alios iudices litteras impetrauerunt, continentes ꝙ primi iudices erant eis certa ratione suspecti: vnde proposuerunt quasdam exceptiones friuolas ꝯ illos: quas cū iudices admittere nollent, ipsi appellauerunt. iudices videntes ꝙ primæ litteræ non reuocabantur p secundas, processerunt in causa nō obstante appellatione eorū, & confirmauerunt electionē factam per monachos sancti Leufredi: vnde occasione appellationis prædictæ delata est causa ad dnm papā: corā quo obijciebatur ꝯ sniam, ꝙ lata erat à suspectis iudicibus, & ꝙ causa fuerat alijs iudicib⁹ delegata: & post appellationē allegabat etiā sniam, q̄ prius lata fuerat pro eis super quæstione ipsa: dominus Papa auditis hinc inde propositis, quia constitit ei ꝙ secundæ litteræ non reuocabant primas: tamen quia causæ suspicionis friuolæ fuerant, quæ debuerant proponi ante litis ingressum, & ideo renunciasse videntur eisdem, & quia nec de processu, nec de priuilegio sedis Apostolicæ fecerant mentionem, quæ si fuisset expressa, litteras nullatenus habuissent, confirmauit sententiam à primis iudicibus latam, non obstante sententia quæ allegabatur: quia nec fuit ostēsa domino Papæ, nec primis iudicibus: quæ etiam si fuisset illis ostensa: nihilominus contrarium statuissent ea postposita, quia non valebat: si autem valebat, & non opposuerunt eam: eis imputetur, cum lites prætextu nouorum instrumentorum non debeant instaurari, & electo saluo iure diœcesani munus benedictionis exhibuit. Nota ꝙ dilatoriæ exceptiones ante litis ingressum debent proponi. Item ipso facto renūciat quis iuri suo. Item secundæ litteræ ad hoc vt reuocent primas, debent facere mentionem de processu iudicij, & de priuilegijs Apostolicæ sedis. Item prætextu nouorum instrumentorum lites instaurari non debent. Item snia ꝯ res prius iudicatas tenet. Item per factum superioris non præiudicatur inferiori. Ber.

Vide l. 1. & ibi Cyn. & Doc. C. de dilatio.

obtineri

Secundi, secundum Petr. de Sa. quod obmissum fuerat ꝙ si inuenirentur illas suspiciones legitimas, ponderent in causa vel loquitur de primis. Io.

per modo eligēdi abbatem in monasterio vestro fuit quæstio agitata: & infra. ¶ Cum constiterit nobis primam commissionem nō fuisse per vltimam reuocatam, tum quia causæ suspicionis in iure propositæ friuolæ videbantur: quas etiam tamquam dilatorias ante litis[a] ingressum opponere debuissent: quibus coram delegatis eisdem subeundo[b] iudicium renunciasse[c] vidētur; tum etiā quoniam de priuilegijs[d] Apostolicæ sedis & processu[e] negotij coram primis iudicibus, nihil in secundis litteris dicebatur, quod si fuisset expressum, obtinere minime potuissent: Nonobstante[f] sententia, quæ pro monasterio sancti A. dicebatur fuisse prolata, quæ tamen nobis ostensa non fuit: cum si prædictis iudicibus fuisset ostensa, ea posthabita[g] contrarium statuissent: alioquin[h] eam obijcientibus imputetur: cum sub prætextu nouorum[i] instrumentorū lites nō debeāt instaurari: Factum priorum iudicum ratum & firmum habemus, & eorum sententiam cōfirmantes,[k] electo à vobis nos ipsi munus benedictionis (saluo iure diœcesani) curauimus exhibere.

¶ Idem episcopo, decano & cancellario Parisien.

¶ Tenet sententia contra priuilegium ostensum vel non ostensum, si ab ea non fuerit appellatum, vel supplicatum.

a ¶ *Litis.*] ī. de except. pastoralis. 3. q. 6. c. si quis episcoporū. §. exceptio. & C. de iudi. apertissimi. & l. cum specialis. Ber.

¶ Glo. seq. rect. per q. an iudicis recusatio alias exceptiones præcedere debeat. & primo allo. quod sic. secundo allo. contrarium, tertio ponit op. Tan. quarto ponit op. Ioan. quinto vacillando approbat opin. Tanc.

b ¶ *Subeundo iudicium.*] Quicunq; habet plures exceptiones dilatorias, debet primo opponere illam de iudice suspecto: illa enim præcedit naturaliter, vt patet ī. de probatio. quoniam ex ordine verborum. vt ibi dictum est. Si enim primo opponeret exceptionem ꝯ personam aduersarij, puta ꝙ ipse sit excōicatus post litteras impetratas, quia modo non est admittendus, & sententia pro ipso feratur, sic approbat personam iudicis: vnde ipsum postea reprobare non potest. 4. q. 3. c. si testes. §. item si quis testibus. & 3. q. 8. cuius in agendo. qui enim alijs defensionibus vsus est, non potest redire ad istam: vt ff. de iudi. sed & si susceperit. & præterea specialiter cauetur de hac exceptione, ꝙ vsque ad xx. dies proponatur. 3. q. 3. §. offeratur. & si iudex absens sit quem volo recusare, illud debeo protestari. C. de iud. cum specialis. Sed contra videtur per hoc ꝙ nō consenserit in iudicem: licet enim quis dederit fideiussorem standi iuri, adhuc potest iudicem recusare, vt 3. q. 3. §. offeratur. Præterea videtur ꝙ excōicationis exceptio vel de falsitate rescripti naturaliter præcedat, quia nisi rescriptum teneat, non potest iudex aliqua iurisdictione vti. ī. de iudi. c. 1. Item si aduersarius esset excōicat⁹, non potest eligere arbitros pro iudicis recusatione, vel etiam alios iudices eligere: vnde videtur ꝙ primo inquiratur de rescripto siue de excōicatione aduersarij antequam ad alia procedatur. Super hoc dicūt quidam sicut Tan. ꝙ si omissa exceptione de iudice suspecto

Et sic videtur opi. dicentium, ꝙ quæ vsque ad litis contestationem possunt opponi, ad quid essent hoc casu, si fieret protesta. Ioan. And.

proposuit alias, siue succūbat, siue obtineat, non pōt postea redire ad eā de suspecto iudice: qa p hoc vř tacite approbare psonā iudicis, ex quo ꝯsentit litigare sub ipso. arg. ꝯ. ī. de of. deleg. insinuante. maxime nulla protestatione pmissa, ꝙ p̄terea nō renunciat exceptioni de suspecto iudice. Io. innuebat, sed nō pcise distinguēdo: si succubuit in aliqua exceptiōe, adhuc pōt redire ad illā de suspecto: qa ad hoc intendit vt declinet iudiciū: vnde nō plene ꝯsensit in iudicē. ar. C. de inof. test. ꝯ maiores. secus esset si obtineret in aliqua exceptiōe: quia tunc approbauit sniam iudicis: vnde illū postea reprobare non poterit, vt dř in prin. notulæ. & hoc satis ęquū vř, tñ credo standū opi. Tan. quia litigando sub ipso approbat personā iudicis. semel enim consensit, &c. siue pro eo, siue contra eū sentētiauerit, vt hic patet. Ber.

Ecce opinio ꝙ iudex in prima exceptione iudicabit pro reo, recusari non posset. Ioan. And.

¶ Gl. seq. ar. & remittit.

c ¶ *Renunciasse.*] arg. ꝙ tacite siue ipso facto renunciat qs iuri suo. sic ī. de of. dele. grauī. & c. insinuante. & ī. de his q̄ fi. à ma. par. cap. ex ore. vbi arg. plura inuenies de hoc. Bernardus.

Concor. l. certum. in fi. ff. de manu. & l. fi. circa. C. de iuram. calu.

d ¶ *De priuilegijs.*] per q̄ ius eligendi de suo monasterio se habere dicebatur. ī. de consue. cum dilectus. quod non debuit taceri. ī. de rescrip. cum ordinem.

e ¶ *Et processu.*] nam de processu negotij & exceptione (si qua pponitur) mentio fieri debet. ī. de procu. in nostra.

f ¶ *Non obstante sententia.*] quæ non tenebat forte lata à iudice nō suo, vel non seruato ordine iudiciario: vnde sequitur, quæ si fuisset ostensa, contrarium statuissent. Ber.

¶ Glo. seq. dupliciter exponit litteram, posthabita.

g ¶ *Posthabita.*] Exponit hæc littera p Tan. ea habita. i. ea visa. post, i. postea ꝯrium statuissent q̄ statuerūt. quasi dicat si iudices illā vidissent, statuissent ꝯriū eius qđ fecerūt: qa nō cōfirmassent electionē: & ideo dicit, alioquin, i. si nō fuisset illis ostēsa, imputet sibi q debuerūt ostēdere. Sed hæc expositio ꝯdicit notulæ Lau. pximo positæ: vnde sm notulā Lau. sic expone, posthabita, i. postposita. C. de spon. l. 1. vt sit vna dictio. sic exponit 32. q. 3. dicit Sarra, ibi, ꝯiugalem posthabuit torū. i. postposuit cōiugalē torū, & accessit ad ancillam. sic C. de exac. mili. annonæ. l. 2. in fi. lib. 12. quasi dicat si snia fuisset iudicibus ostēsa, illam postposuissent siue spreuissent, & statuissent contra ipsam sicut statuerunt, quia non tenebat.

L. 1. C. de spon. Goffr. sic, & quia præsum. fuerit hic manifesto dicitur nostræ posthabita præposito. Ioan. And.

h ¶ *Alioquin.*] id est, si tenuisset, & non eam opposuerunt, imputet eis. Vel alioquin, i. si non fuisset postposita siue spreta: qa snia tenebat, imputatur eis: quia ammodo prætextu nouorū instrumentorū, id est, repertorum de nouo snia non retractabitur. & iste est verior intellectus. & hæc expositio probatur j. cap. proxi. versic. nimirum. & ff. de nego. gest. si autem. §. 1. & ff. de compen. l. qđ in diem. §. 1.

i ¶ *Nouorum.*] id est, de nouo repertorum. j. cap. proxi.

Adde ꝙ dicitur noua instrumenta, & quibus illis licet vti, in l. per hanc. in gl. in versi. ad noua. & ibi Cyn. C. de temp. appellat.

¶ Glo. seq. primo ponit sex casus præter istum quē ponit hoc cap. quibus valet hæc snia ꝯ rem iudicatā, demum obijcit, ponit opinio. Io. & soluit. Fi. nis rect. per contrariū de l. 1. C. quādo prouo. & op. Io. illi ꝯtrio competit.

k ¶ *Confirmātes.*] & ita tenet hic snia ꝯ res prius iudicatas, qa hic monachi eā omiserunt, post sniam ea vti nō possunt: quia prætextu nouorū instrumētorū nō retractatř snia. ff. de re iu. Imperatores. & C. de transa. sub prætextu, nec exceptio peremptoria locum habet post sniam, nisi appellatū sit. C. sen. rescin. nō pos. l. 2. & ī. de fi. instru. cū Ioannes. Itē iure minoris subuenitř ecclesiæ in hac exceptione. ī. de in inte. rest. c. 1. & c. auditis. sed hoc nō fuit petitū. Item nō pōt opponi snia si fuit ostēsa iudicibus, & ipsi eā reprobauerūt veluti nullā. j. c. pxi. ff. de cōpen. qđ in diē. §. 1. Itē etiā in alio casu tenet snia ꝯ res prius iudicatas, si qō sit an sit iudicatū vel non. & si iudex pnunciat iudicatū non esse, rescinditř prima snia. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. in prin. Itē in alio casu tenet snia ꝯ res prius iudicatas, vt in negotio publico ff. de re iudi. Imperatores. & in alio casu. ff. de iureiur. admonēdi. Itē vbi vertitř periculū animæ tenet snia ꝯ primā, etiā si non ostendatur snia in iudicio. ī. eod. cap. lator. & cap. consanguinei. Vin. Sed vř ꝙ iniuria facta fuit istis monachis, qui obijciebāt sniam: quia nō fuerūt admissi. illi monachi appellauerum à iudicibus qui tulerunt sniam. Sed in causa appellationis (vt dictū est) pōt opponi exceptio peremptoria omissa in prima causa, ergo

Quod petere poterat ex quo lædebatur ecclesia, solus si ipsius personæ ... de hoc dixi de resti. in inte. c. fin. & in cle. ... gl. Io. An.

sa, ergo isti debebāt audiri in sua exceptione. Io. dixit q̄ hæc decre. loquitur in eo casu cum scit aliquis se habere exceptionem rei iudicatæ, & in fraude & dolo eam omittit volens fatigare aduersariū suum: aliàs si ignorabat hanc exceptionem sibi cōpetere, bene potest eam tunc opponere q̄ācunq;: quia tunc non retractatur secūda sñia, immo nulla pñūciat. Hoc qd̄ dicit Ioan. non colligit aliquomodo ex ista littera, vel indecisa, nec prodest. Vnde dicas, q̄ non audiuntur monachi, vt obijciant sñiam, etiamsi vera fuerit, quia monachi appellauerant à iudicibus ante sñiam occasione litterarū, quæ non valebant, auctoritate quarum volebant post litem cōtestatam iudicem recusare, tñ qd̄ satis patet p hanc decre. in prin. & in parte decisa colligitur, vbi hoc expresse dr̄, q̄ monachi isti appellauerunt: quia iudices non admittebāt recusationes, & q̄a dicebant secundas litteras valere, & ita recesserūt contumaciter non expectata sñia, & talis appellatio nulla fuit: sed à sñia diffinitiua non fuit appellatum, nec etiam poterant: quia contumax non auditur appellans. 2. q. 6. c. ei qui. §. sunt quorum. & hæc est causa, quare non admittuntur, & imputēt sibi qui non opposuerunt sñiam coram iudicibus si valebat. & q̄a beneficium restitutionis non petierunt: quia admissi fuissent, vt dictum est s̄. Et qd̄ dicit, sñia ꝯ res priua iudicatas non tenet, locū habet q̄ñ in iudicio allegatur, & ostenditur sñia [1]. tunc si iudices nolunt admittere sententiam, dummodo teneat sententia, & iudicant ꝯ primam sñiam, nulla est ipso iure, nec est appellare necesse: & sic loquitur 2. q. 6. §. diffinitiua. ver. item si sententia fuerit, &c. C. q̄ñ prouo. non est necesse. l. 1. & ibi Ioan. intelligit aliter hanc decret. & illam l. vt s̄. dixi. Sed tu intellige hanc decret. & illam l. vt diximus. & ita plana littera erit, & ita intelligit Vinc. vt in princ. istius notulæ. Et ita siue scienter siue ignoranter eam omiserint, non potest postea opponi ex quo non est appellatum: & tunc prætextu nouorum instrumentorum non instaurantur lites finitæ. præterea hic non fuit ostensa sententia domino Papæ, sed allegata fuit tantum, nec etiam fuit ostensa primis iudicibus.

Cap. 11. maius. §. compl.

Rubact-se.

Tercha-...

Accurba-...

[1] Dicebat Inn. contrariam loq. vbi nō fuit opposita. hoc pbatur exceptione rei iudicatæ & istud vbi fuit opposita, sed non probata. Ioan. And.

ADDITIO. Pro materia hic tacta de appellatione contumacis vide c. vnicum de dol. & contu. in cle. & ibi notata [a].

[a] Adde l. dimus. & gl. in l. fin. ff. de in ius. sacta.

CAP. XXI.

SVborta † inter Melden. episcopum, & monasteriū Attrebatense †, super ipsius monasterij subiectione materia quæstionis: & procuratoribus partium litigātibus coram nobis: quia per confessionem [a] partis aduersæ constitit, eundē episcopum quasi possessionē [b] obedientiæ in eodem monasterio habuisse: ipsum restituendum decreuimus ad eandem. ¶ Verum quia priuilegium Innocētij Papæ prædecessoris nostri libertatem monasterij plenariam exprimebat, decano Suessionen. & suis cōiudicibus dedimus in mandatis, vt episcopo in quasi possessionem obedientiæ restituto [c], nisi contra priuilegiū rationabile aliquid obijceret & probaret, super subiectione monasterij sibi silentium imponere procurarēt: & infra. ¶ Iudicibus autem causam instructam remittentibus: quia cognouimus efficaciores † episcopi rationes, subiectionē eidem adiudicauimus memorati monasterij: vt ibidem habeat tamquam diœcesanus episcopus potestatem: ita tamen vt nullum per hoc Apostolicæ sedi præiudicium generetur, quominus si voluerit, suam iustitiam prosequatur [d]. Nimirum [e] si præfati Innocentij priuilegium Alexandro [f] fuit in iudicio præsentatum, & ipse tulit † sententiam contra illud, intelligitur reprobasse [g].

SVborta.] Diuiditur in tres partes. In prima præmittit casum & sententiam super possessorio latam. In secunda: ibi, *Verum*, committit ipsius executionem & causam super petitorio. In tertia: ibi, *Iudicibus autem*, petitionē diffinit, diffinitiuum moderatur, & quoddam soluit obstaculum. Abbas.

CASUS. Inter epm Melden. & monasterium Attrebaten. super subiectione ipsius monasterij controuersia vertebatur: pp hoc partibus in pñsentia dñi Papæ constitutis, petiit procurator epi restitui ad quasi possessionem obedientiæ in eodē monasterio, qua ipsum monachi spoliarant: quia p confessionem procuratoris monasterij constitit epm quasi possessionem obediētiæ in eodem monasterio habuisse. Papa ipsum restituit ad eandem: veruntñ quia ex parte monasterij quoddam priuilegium Innocentij Papæ exhibitum fuit in iudicio, qd̄ plenam libertatem monasterij exprimebat, mandat Papa quibusdam, vt epm restituant in quasi possessionem obedientiæ: quo restituto, nisi eps ꝯ priuilegium aliquid rōnabile ostenderit, sup subiectione monasterij silentium imponant eidem: Iudices p̄dicti restituerunt epm, & postmodum cœperunt cognoscere sup statu ipsius monasterij: Contra priuilegium Innocentij Papæ exhibuit eps quandam sñiam Alexan. Papæ sup subiectione ipsius monasterij: Iudices receptis probationibus vtriusq; partis, causam instructam remiserunt ad dñm Papam: Papa auditis & intellectis rationibus partium: quia intellexit rōnes epi efficaciores, subiectionem in eodem monasterio adiudicauit eidem, vt ibidem habeat tamq̄ diœcesanus eps potestatem, ita tñ q̄ per hanc sententiam nullum p̄iudicium sedi Apostolicæ generetur, quo minus cum voluerit suam iustitiam prosequatur: In fine rūdet quasi tacitæ quæstioni: Diceret aliquis, Nonne priuilegium Innocentij debuit tueri monasterium ꝯ sñiam Alex. Rñdet Papa, si priuilegium Innocentij Alexandro fuit in iudicio p̄sentatum, & ipse tulit sñiam in ꝯriū, illud intelligitur reprobasse: si vero non fuit exhibitum, p̄textu priuilegij de nouo reperti, sñia Alexan. non debet reuocari. Nota q̄ confessio procuratoris dño p̄iudicat. Item incorporalia non possidentur, sed quasi. Item restitutio ad subiectionem ante ingressum principalis causæ facienda est. Item licet causa liberalis sit præiudicialis: tñ quæstio possessionis ei præiudicat. Item ꝯ priuilegium admittitur probatio siue defensio. Item non sufficit obijcere nisi p̄betur obiectum. Item protestatio p̄mittenda est ne fiat alicui p̄iudicium circa ius suum: vt hic fecit Papa. Item priuilegio libertatis null⁹ renunciare potest in p̄iudiciū Papæ. Item instrumētum intelligitur reprobatū, eo ipso q̄ iudicat ꝯ ipsum. Itē prætextu priuilegij de nouo reperti non debet sententia reuocari. Et sic negligentia nocet, sed per hoc non fit præiudicium Papæ quo minus si voluerit ius libertatis sit saluum monasterio.

Quia illa sententia p̄ualet, quæ validiorib⁹ fulcitur rationibus. §. item peremptum. Instit. de empt. & vēdit.

¶ *Glossa sequens notat & remittit.*

a ¶ *Per confessionem.*] Nota cōfessionem procuratoris domino præiudicare. De hoc dictum est. s̄. vt lite non contestata. cap. 1.

Aliàs latius ten... tiam contra ipsum, illud intelligitur, &c. aliàs stantibus sententiam contra, illud intelligitur, &c. in omnib⁹ tamen desunt illa duo verba paulo infra posita in.

¶ *Glo. seq. reddit rationem textus.*

b ¶ *Quasi possessionem.*] Hoc ideo dicit: quia incorporalia non possidentur [3], sed quasi. arg. ī. de p̄scri. si diligenti. & s̄. de causa possessionis, cum ecclesia. & ff. de vsuca. sequitur. §. si viam. & ff. de acq. rendo rerum dominio. l. si seruus. §. incorporales.

¶ *Glo. seq. notat, obijcit & soluit tripliciter.*

c ¶ *Restituto.*] Nota q̄ licet causa liberalis sit præiudicialis, tamen quæstio possessionis ei p̄iudicat, vt hic patet. & C. de ordin. cog. l. vlti. §. fin. agebat ipse eps possessorio, de quo constitit per confessionem partis aduersæ: vnde Papa mandat ipsum restitui [4] petitorio, sed de hoc non probauit eps coram Papa, sed pars aduersa per priuilegium Innocentij: vnde mandat Papa imponi silentium epo, nisi ꝯ priuilegium aliud probetur: & ita qui obtinet in p̄prietate, obtinet finaliter in possessione, licet alter probet de possessione. s̄. de cau. possessionis. cum dilectus. & hoc cum vtroq; iudicio actū est. Sed quare Papa non tulit sñiam pro monasterio, cum per priuilegium Innocentio probatum esset, q̄ erat liberum & exemptum, & ex parte epi nihil ostensum esset ꝯ priuilegium, & actum esset ab epo petitorio & possessorio. s̄. de caus. posses. cum ecclesia? Rñdeo, eps coram Papa prosecutus fuit tātum possessorium, petēs inducias ad probandum ꝯ priuilegium Innocen. vel ipse ex officio suo voluit prouidere epo: aliàs non recte processisset Papa. Vel si possessorio tantum actum fuit, abbas petijt causam committi quantum ad petitorium, cum per priuilegium intentio eius probaretur: quod melius videtur.

[3] Arg. 84. dist. c. quisquis. cum suis concordan.

[4] De hoc articulo videto hic p̄terea alios Innocentiū. Hostiensem. & Ioanē An.

d ¶ *Prosequatur.*] arg. de protestatione p̄mittenda. sim. ī. de don. inter dilectos. in fi. & 9. q. 3. saluo. s̄. de elect. Cumana. §. 1.

e ¶ *Nimirum.*] Rñsio tacitæ quæstionis. diceret aliquis, nonne priuilegium Innoc. debuit tueri monasteriū? Respondet Papa q̄ non, secundum q̄ sequitur in littera.

f ¶ *Alexandro.*] qui sup eadem quæstione sententiauit pro epo, vt habetur in parte decisa: quam sentētiam eps coram iudicibus exhibuit, & coram Papa, de qua hic fit mentio. Ber.

¶ *Glo. seq. not. inducens duo similia, & vnum diuersum.*

g ¶ *Reprobasse.*] Nota, q̄ instrumentum dr̄ reprobatum eoipso q̄ cum iudici ostēditur, ꝯrium iudicat: sic testis reprobatur eoipso q̄ iudex ꝯ eum iudicat. arg. s̄. de ord. cog. cum dilectus. in fi. & ff. de his qui not. infa. Lucius. sic ex quo quæstio falsi mouetur, & iudex ꝯrium iudicat, eum intelligitur reprobasse. C. si ex fal. instru. l. 1. Secus est in compensatione: quia vbi iudex non admittit compensationem, post sñiam potest opponi: sed si expresse eam reprobat, postea opponi non potest. ff. de compensa. quod in diem. §. 1. & ff. de negotiis gestis. l. sinaut. §. si quocunque modo. ita hic. quia Alexander reprobauit priuilegium Innocentij si fuisset ostensum in iudicio: sic s̄. cap. proxi. Item hic est arg. q̄ ipso facto & sine verbo perditur priuilegium. s̄. de offic. deleg. gratum. & ī. de his quæ fi. à maio. par. cap. c. ex ore.

¶ *Glossa sequens alleg. tres concor. excipit duos casus: inducit duo similia.*

a ¶ Retra-

Si vero non fuit coram eo exhibitū, prætextu priuilegij de nouo reperti, prædicta non debet sententia retractari[a].

¶ Idem sanctæ Mariæ in Cagi, & Vallis secretæ abbatibus.

¶ *Sententia à qua fuit appellatum, retractatur, si constat testes ad quorum dicta tantum lata fuit, conspiratores fuisse, & cōtradicente parte receptos.*

CAP. XXII.

CVm† I. & A. canonici sancti Dionysij Remeñ. ex parte quorundam canonicorum eiusdem ecclesiæ, nostro Apostolatui referarint, quòd abbas eorū super dilapidatione, periurio, simonia, & quibusdam alijs erat multipliciter infamatus[b]: Nos Cathalañ. episcopo & ejus collegis dedimus in mādatis, vt ad ecclesiam personaliter[c] accedentes, tam in capite, quàm in membris corrigerent† corrigenda, & statuerēt, quæ statuenda viderent: & infra. ¶ Iudices autem abbatis & canonicorum iuramenta recipientes[d], abbatem ab administratione ipsius ecclesiæ per sententiam remouerūt: correctione membrorū dilata[e], quam tunc non poterant expedire. A qua sententia, cum procurator prædictus ad nostram audientiam appellauerit, proposuit dictam sententiam reprobandā: tum quia iudices lite[f] non cōtestata, in ipso negotio processerunt: tū quia iuramenta conspiratorum[g] contra ipsum recipientes (depositionibus corā partibus minime publicatis†, nec ostensis[h] eidem†) ad sententiam procedere præsumpserunt: & infra. ¶ Quia vero de conspirationis articulo nobis non potuit fieri plena fides: Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd illi conspiratores[i] fuerint, quorum constat à iudicibus iuramenta[k] recepta, quod abbas probare voluit coram eis: & eorum dicta iudices secuti[l] tantummodo, cum per alios ea probata non essent, sententiam protulerunt: vos irritantes processum eorū, in negotio iuxta prædictam formam comprehensam in prioribus litteris, procedatis. Si vero eos conspiratores fuisse, nequiuerit comprobare: vel licet de hoc cōstaret[m], appareat tamen illos nihil super his deposuisse, pro quibus idem abbas fuit amotus: vel etiamsi aliqua super his deposuerint, ea tamen per aliorum dicta fuerant sufficienter ostensa, processum ipsorum iudicum confirmetis: quia licet aduersus abbatem non debuerint cōspiratores admitti, iuramenta tamen ipsorū de veritate dicenda super statu ipsius domus

a ¶ *Retractari.*] § c. proxi. ff. de re iud. imperatores. C. de trāsa. sub prætextu. in fi. nisi in casu: vt in l. pdicta. imperatores. ff. de iureiu. admonendi. Et sic tollitur priuilegium per sniam, sicut p conuentionem. j. de dec. ex multiplici. & p arbitriū. § tit. proxi. cū olim 1.

† Dicit Goff. & mū per in inte. resti. § de resti. in inte. suscitata. ff. de mino. si ex causa. Ioan. Andr.

CVm I. & A.] Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponit factum corā Papa narratū appellatiōis remedio. In secūda dat iudices appellatiōis, quibus diffinitionem causæ sub certa forma cōmittit. Secūda: ibi, *Quia vero*. Et quælibet pars potest subdiuidi, vt patet in textu. Sed pdicta diuisio sufficit ad intellectum. Abbas Siculus.

CASVS. I. & A. canonici sancti Dionysij pro se & quibusdā alijs cōcanonicis suis denunciarunt dño Papę, abbatem suum sup dilapidatione, piurio, simonia, & quibusdam alijs criminibus, sup quibus erat multipliciter infamat[a]: vnde Papa mandauit quibusdam iudicibus, quatenus ad ecclesiam psonaliter accedant, & tam in capite q̄ in mēbris corrigant corrigenda, & statuant quæ sm Deum viderint statuēda: iudices vero receptis iuramentis abbatis & canonicorum, abbatem ipsum ab administratione ipsius ecclesię p sniam remouerunt, dilata correctione membrorum: à qua snia pcurator abbatis appellauit: vnde postmodū in psentia Papæ proposuit dictam sniam reprobari debere: primo quia iudices lite nō cōtestata in negotio pcesserunt, tū quia iuramēta cōspiratorum ꝯ ipsum recipientes, depositionibus testium coram partibus non publicatis, nec ostensis, eidem ad sniam procedere psumpserunt: Papa vero bis & alijs intellectis: quia de articulo conspirationis sibi non potuit fieri plena fides, mandat iudicibus, quatenus si constiterit, ꝙ illi conspiratores fuerunt, quorum iuramenta iudices receperunt, & qđ abbas probare voluerit coram eis, & iudices dicta illorum solummodo secuti sunt, cum per alios ea probata non essent, sniam protulerunt, ꝙ processum illorum debeāt irritare, in principali negotio iuxta formam comprehēsam in prioribus litteris postmodum pcedentes. Si vero abbas non poterit pbare illos conspiratores fuisse; vel si etiam hoc pbauerit, appareat tñ ꝙ nihil deposuerunt sup his pro quibus fuit abbas amotus: vel etiam si aliqua deposuerunt ꝯ abbatem, ea tñ p alios fuerāt sufficienter pbata, pcessum illorum iudicum debeam confirmare: quia q̄uis aduersus abbatem non debuerint conspiratores admitti, iuramentum tñ ipsorum de veritate dicenda sup statu ipsius ecclesiæ recipi potuerit, vt p dicta illorum sup alijs fides possit haberi, quæ ipsum abbatem non tangebant, pcipue cum tunc pbatum non esset ipsos conspiratores fuisse. Not. ꝙ aliquis pōt p aliū denunciare. Itē conspiratores non admittuntur ad testimonium. Item exceptio pposita ante sniam à grauamine in causa appellationis debet vera esse. Item non sufficit pbare conspiratores, nisi pbetur, ꝙ iudex secutus fuerit dicta illorū. Item conspiratores potius possunt admitti contra alios q̄ contra illum contra quem conspirasse dicuntur.

† Cap. 12. eo. tit. in 1. compil.

† De hoc articulo vide Felinū post abbatē in c. dilect°. de rescript.

a Hęc glossula non est Bernardi, sed Innocētij, nec habetur in vetustis codicibus.

b ¶ *Infamatus.*] Post a hunc textum corrigitur littera decretalis p registrum sic: & cum super his, & alijs cum Procuratore ipsius abbatis aliquandiu litigassent, nos Cathalañ.

c ¶ *Personaliter.*] In hoc casu non possent isti cōmittere vices suas: vt § de offic. delega. quā Apostolica. §. is autem cui. & in casibus alijs qui ibi ponuntur, & in loco ipso debet fieri inquisitio vbi morantur illi de quorum vita quæritur. 47. distin. de Petro. & 2. q. 1. Deus omnipotens. 24. q. 1. pudenda. & 23. distin. illud. & § de electio. postquam.

d ¶ *Recipientes.*] secundum formam quam habes j. de accu. qualiter & quando. §. formam. & c. cum dilectus.

e ¶ *Dilata.*] Per hoc patet, ꝙ licet inquisitor de quibusdam tulerit sententiam, de quibusdam non, non ideo expirat officiū eius quin de alijs possit cognoscere, & pronunciare, & idem est in ordinario. ff. de doli exceptio. apud. §. item quæritur. & ff. de negotijs gestis. sinantem. §. penul. alias incipit l. nam & si sertius. in arbitro idē est, nisi dictum sit vt de omnibus simul pronūciet, & si tūc de quibusdam pronunciauit, nihil egit: & de nouo potest pronunciare. ff. de arbi. quod tamen.

f ¶ *Lite non contestata.*] Hæc exceptio efficax non est: quia in inquisitione potest procedi lite non contesta. vt § vt lit. non contest. quoniam frequenter. §. sunt & alij. si contumaciter se absentet, tamen citari debet, & exponenda sunt sibi oīa quæ contra ipsum objiciuntur. j. de accusa. qualiter & quando. §. debet. & hoc intelligitur cum aliqs prosequitur inquisitionem. sed cum ex officio tantum inquiritur§, ibi proprie contestari non potest. Bernar.

g ¶ *Conspiratorum.*] qui nullo modo recipiendi sunt. j. de simo. per tuas.

h ¶ *Nec ostensis.*] & illud ei non debuit denegari, immo omnia quæ sibi objiciuntur, & dicta testium sunt danda eidem. j. de accu. qualiter & qñ 2. §. debet. & c. olim. §. si vero. & ita tam ex hac causa, q̄ ex præcedenti tenuit appellatio. Papa tamen retulit se ad illum articulum de conspiratione, quia de alia ei constitit.

† Hic enim tenet Innoc. dicit hoc esse singulare ad hoc ꝙ attestationum publicatio est de iustitia, nō autem de substantia.

† Aliàs, eidem, & male cum de solo abbate fiat sermo.

§ Dicebat Pet. & post eum Abb. ꝙ in generali inquisit. non fit contesta. in speciali vero vocatur is cōtra quē inquiritur: q si negat, habetur pro contest. si vero est contumax, procedi potest contra ipsum. vt lis non contesta. quib. §. sunt & alij. Ioan. And.

i ¶ *Conspiratores.*] qui enim malo zelo mouētur, ad testimonium admitti non debent. j. de accu. cum oporteat. & j. de simo. p tuas 1. & 11. q. 5. conspirationum. & c. coniurationum. & hic.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit, & arguit.*

k ¶ *Iuramenta.*] Sed non videtur, quòd sufficiat hoc, nisi hoc fuisset obiectum coram iudicibus, & quòd abbas probare voluerit: vt dicit littera ista. Item nec sufficit ꝙ fuerit obiectum, & ꝙ obtulit se probaturum, nisi modo probentur conspiratores: & ita non cassatur sententia, nisi probetur ꝙ causa exposita fuit vera. sic. § de testib. ex parte Adæ‡ vbi de hoc. Sed ꝯ. j. tit. proxi. interposita. Sed illud soluitur in c. ex parte. Et est hic arg. ꝙ exceptio, quæ proponitur contra personam testis, objicienda est, & probanda ante sententiam: nisi per iudicem steterit: vt hic satis innuitur. sic. § de excep. denique. vbi de hoc.

‡ Hostien. dicit ꝙ hoc probare voluit, sed nō obtulit, vel obtulit nec fuit repulsus: vel si fuit repulsus non tñ appellauit super hoc, sed solum à diffinitiua. Ioan. And.

l ¶ *Secuti.*] sic patet, ꝙ non sufficit probare coniurationem, vel cōspirationem, vel falsitatem testis vel instrumenti, nisi probetur iudicem secutum fuisse dicta falsorum, seu conspiratorum testium, seu instrumentorum. C. si ex fal. instru. falsam. arg. § de testi. sicut.

n ¶ *Nisi cognouerit.*]Ergo si notũ illi erat, q nõ esset de sua iurisdictione, nõ tenet snia: & ille non tenebatur venire ex quo sciebat iudicem hoc scire. arg. ff. si quis in ius voc.l.2.q.a q scit, certiorari nõ debuit. ff.de act.emp.& ven.l.1.in fi.& s. de elect.cũ iter vniuersas.

a ¶ *Nostra temporali.*] vt s. de iureiu. venientes. & s. de fid. instru. cum Ioannes.

b ¶ *Credimus.*] Et ita patet, quod iurisdictio temporalis non pertinet ad ecclesiam, nec de ea debet se intromittere in preiudicium iudicis secularis. s. de iudi. nouit. in prin. & j. qui fi. sint legi. lator. & j. de priuile. cap. 2. nisi cum vacat imperiũ. s. de foro compe. licet r. tũc enim propter defectum iudicis secularis bene appellabitur ad Papam. arg. 32. q. 5. administratores. & s. de foro compe. ex tenore. Bernard.

¶ Vide Hostiensem in c. Ioannes. de fide instru. & glossam in c. si necesse. de donat. inter virũ & vxor.

Ex *ratione.*] Etiã post biennium auditur appellans, qui prius appellationem prosequi nõ potuit. h. d. Primo ponit dictum, cuius rationem interserit. Abbas Siculus.

Casus. Quidam clerici appellauerunt à sententia contra eos lata: quam ex iusta causa infra bienniũ non fuerant prosecuti: petebãt à Papa, quod adhuc admitterentur ad prosequendam appellationem, cum infra biennium eam nõ potuerint prosequi: mandat Papa iudicibus, quatenus, si constiterit eos propter impotentiam prosecutionem appellationis omisisse, non vult Papa, quod propter hoc eis debeat praeiudicium generari. Not. quod impotentia excusat ita, quod etiam post biennium admittitur quis ad prosequendam appellationem: & sic nota, quod si per me non stat, mihi non imputatur.

¶ Albertr.

¶ Cap. 8. eod. tit. in 2. compil. Vide Ioannem de Anania consil. 1. Angelum consil. 19. Oldradum cõsil. 60. & Lapũ allegatiõe. 107.

† generari.

¶ Vigorn.

¶ *Glossa seq. rect. per duas q. de qua impotentia hoc intelligatur, & an ipse iure, vel per beneficium restitutionis succurratur isti. circa primam tractat quadruplicem impotentiam, scilicet prouenientem ex parte appellantis, ex parte iudicis ad quem ex consensu appellati, & ex facto tertij. Circa secundum ponit 2. opi. & alteram approbat.*

¶ *A ciuili iudice, qui non est de temporali iurisdictione ecclesiæ, non appellatur ad Papam. h. d. vsque ad finem.*

¶ Denique † quod quæris, si à ciuili iudice ante iudicium, vel post, ad nostram audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi appellatio teneat: tenet quidem in his qui sunt nostræ [a] temporali iurisdictioni subiecti: in aliis vero, & si de consuetudine ecclesiæ teneat, secundum iuris rigorem credimus [b] non tenere.

¶ Idem Plebano & clericis sancti Nazarij de Albia †.

¶ *Lapsus biennij non præiudicat appellanti, quominus ex causa legitima audiatur, saltem per beneficium restitutionis in integrum. h. d. secundum vberiorem intellectum.*

CAP. VIII.

EX † ratione: & infra. ¶ Verũ si appellationem biennio elapso interpositam à sententia contra vos prolata, prosecuti non estis: dummodo prosecutionem ipsius, per impotentiã [c] vos constiterit omisisse, nolumus quòd iustitiæ vestræ debeat præiudicium generare †.

¶ Idem Vigorien. † episcopo.

¶ *Si reus post citationem vel notitiam litterarum iuit ad curiam, delegatus in causa procedet, aliàs non. h. d. cum cap. suggestum. infra eodem.*

CAP. IX.

MEminimus †: & infra. ¶ Cæterum cum aliquã causam contingit tibi appellatione remota committi: & aduersa pars post citationẽ [d] iter arripuerit ad sedem Apostolicam veniendi, non minus poteris in negotio secundum iuris formam procedere. Quòd si ante [e] citationem iter arripuerit, non est aliquatenus procedendum.

¶ Idem.

¶ *Supersedetur propter articulum in quo appellatum est, etiam super principali causa, si sine illo articulo expediri non potest. h. d. inhærendo litteræ.*

CAP. X.

SVper † eo quod solicitudo tua quæsiuit, prudentiæ tuæ duximus respondendum, quòd si de aliqua exceptione quæstio oriatur, & exinde appellationem [f] fieri contingat, eidem exceptioni erit merito supersedendum: & si principalis [g] causa sine illa [h] terminari [i] non poterit, ei nihilominus supersedeatur.

¶ *Non obstante appellatione ex falsa causa interposita, potest iudex ad vlteriora procedere. hoc dicit.*

d ¶ *Post citationem.*] vel etiam post sententiam ante citationem. j. eod. suggestum. Bernar.

¶ *Glo. seq. supplet. Secundo ponit ius nouum. Tertio ex eo quærit, & soluit. Solutioni obijcit, & respondet, & opi. ponit.*

e ¶ *Ante citationem.*] vel ante scientiam litterarum impetratarum contra eum. j. eo. suggestũ. & c. ad hoc. Sed hodie ista non habent locum: quia non prodest allegare, quod præmiserit nuncium ante, etiam si dixerit se super hoc litteras habere, quæ nõ sint iudici præsentatæ. j. eo. vt debitus. & s. q. 6. c. non solent. §. eius qui. Sed quid si non misit nuncium [illegible] sed in propria persona iuit, nunquid procedetur contra eum si conueniatur coram ordinario vel delegato super eo, pro quo iuit? Credo, quod si non sit, qui defendat eum, cum debuerit dimisisse procuratorem, procedetur contra eum non obstante quod iuerit propter hoc [4]: quia & si iam cum litteris reuersus esset, non prodesset tamẽ ab aduersario iam præuentus. j. eod. cum debitus. & s. de foro cõpet. c. penult. Arg. contra j. eo. dilecti r. & c. vt nostrum. quia plus est facto appellare, quàm verbo. vt ibi. Sed ibi ante iter arreptum litigabãt. vnde iter ibi habetur quasi pro appellatione. sed hic iuit ad curiam nulla causa mota vel [illegible] minata pro litteris impetrandis. Vnde si aduersarius cum præuenerit, sibi imputet, qui debuit esse diligens & ipsum præuenisse. T. dixit [5] quod non debet procedi contra ipsum, nisi iuerit fraude vel dolo. tunc enim propter dolum suum non expectabitur.

¶ Cap. 9. eo. tit. in 1. compil. & post concilium par. 10. cap. 8. Iam statuit Gregorius clarius in c. 6. in c. qui clerici vel vouentes in 1. compilatione. & post concilium par. 6. ca. 9. & par. 21. cap. 5.

[4] Nã respicit gl. tex. quod non loquitur de nuncio, sed de eunte. sed respicit quod dicit tas de decr. vt debitus. Ioan. And.

¶ Cap. 10. eo. tit. in 1. compil. & post concil. par. 10. c. 9.

¶ Concor. tex. l. [illegible] tate. & ibi Bar. C. de resti. in integ. & gl. in verf. audiatur. in cle. hac. sed. eod. tit.

[5] Idem hic Host. quod etiã allc. decre. vnicam de peregri. Ioan. And.

SVper eo.] Duo sunt dicta. Secundum: ibi, *Si autem.* Abbas Sicul.

Casus. Causa commissa est alicui: reus aliquam exceptionẽ obijcit in causa illa, propter quam exceptionem appellatur; quæritur vtrum iudex ea non obstante possit in principali procedere? Rñdet, quod si causa principalis sine illa terminari non possit, supersedere debet iudex in principali quæstione. In fine ponitur alia dubitatio. Ecce lite contestata opponit reus, quod per falsi suggestionem litteræ sint impetratæ: quæritur an hæc exceptio sit admittenda? Rñdet Papa quod propter hoc non est differenda sententia. Nota quod licet appellatio sit remota in principali, appellatur super incidenti quæstione. Item si principalis quæstio sit talis, quod non possit decidi sine incidenti, iudex supersedebit vtrique. Itẽ exceptio de falsi suggestione post lit. contest. non valet.

c ¶ *Impotentiam.*] Hæc impotentia pluribus modis potest intelligi: vt per propriam impotentiã, quia fuerunt impediti iusta de causa, vel per iudicem stetit: vnde non imputatur eis. 2. q. 6. anteriorum. §. ad hoc. §. biduum. & §. si forte. & j. eod. ex insinuatione. idem esset etiã si in medio tempore arbitros elegerint partes. C. de temp. app. Authen. si tñ [a], & in his casibus seruatur appellans illæsus ipso iure, nec currit tẽpus, nec indiget restitutione. Si vero dolo alicuius priuati circumuentus appellat, & appellationem nõ fuit prosecutus: tũc currũt tempora appellationis, sed habet recursum contra dolosum ad interesse. ff. de dolo. arbitrio. §. dolo cuius. quod si soluẽdo non fuit, restituitur appellans ad prosecutionem suæ appellationis. ff. de eo per quem fac. erit. l. ex hoc edicto. ff. de dolo. & eleganter. §. si dolo. Dicunt tñ quidam, quod isti adiuti fuerunt beneficio restitutionis: quia illud biẽnium cuilibet currit etiam impedito agere, si non potest habere copiã iudicis: vel quia noluit procedere, vel quia nõ potuit facere, quod compelleretur iudex. C. de tempo. appel. l. vlt. §. vlt. Sed hoc ex littera non colligitur, vt hic: & hoc non stetit per negligentiã iudicis, sed ex propria impotentia. vnde non habet hic locũ lex illa. C. de tempo. ap. l. vlt. & ita no. hic illud generale, quod si per me non stat, mihi non imputatur. & ipso iure isti seruantur illæsi.

¶ Per quẽ §. & per ca. fine. 11. q. 2. per decr. accedens 2. vt lit. non contest. & per illam dixit l. de Deo. lib. 1. q. 21. fatalia non currere. quia vt ita sunt clausæ, quod sine periculo curia nõ potuit edicto. Io. And.

[a] Aliàs eum sit. & in cle. eo. tit. quia dixit quæ in tribus supplet Auth. vt ibi scripsi. Io. An.

MEminimus.] Casus. Aliqua causa cõmissa est alicui: iudex citat reum, ille statim mittit nuncium ad Papam pro causa illa: ille venit allegãs, quod nuncium suum propter causam illam misit ad Papam: quæritur an debeat in causa procedere vel non? Rñdet Papa, quod propterea non dimittat quo minus procedat in causa sm formam iuris. Si vero ante citationem iter arripuit, tunc iudex procedere non debet: hoc vltimum non tenet. j. eodem, vt debitus. Not quod per citationem perpetuatur iurisdictio. Item facto quis dicitur appellare.

¶ *Glo. seq. dicit ante litem contestatam, & post, &c.*

f ¶ *Appellationem fieri.*] Hoc potest habere locum tam ante litem contest. quàm postea: vt si ante litem cõtest. obijciatur aliqua exceptio rationabilis, quæ si esset probata deberet legitima reputari, &c. & iudex eam admittere nolit, si propter hoc appelletur: iudex vel non debet procedere, vel remouere grauamen. j. eod. vt debitus. & c. cum cessante. aliàs reuocabitur totum quod fecerit. De hoc habes multa exempla. j. eod. ex parte. & c. significauit. & c. significantibus. vbi infinita exempla inuenies super hoc post litem contest. & eodem modo pone exemplum. s. de ordi. cog. cap. 1.

g ¶ *Et si principalis causa.*] Et ita non proceditur super principali, & in præiudicialibus exceptionibus hoc habet locum. plura exempla ponuntur. 3. q. 11. c. non est. §. aliquando.

h ¶ *Sine illa.*] puta pactum de non petendo, præscriptio, & consimiles.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

i ¶ *Terminari.*] Ergo vr, quod si principalis causa possit expediri sine illa; quod non obstante illa appellatione procedere possit in principali. & ita

& ita vř ꝙ teneor litigare ſub illo, qui etiam me grauauit, à quo appellaui iuſta de cauſa, ꝯ illud ĵ.eod ad hoc. & ĵ.eodem, propoſuit. Satis crederem, ꝙ vacat hic arg. à ꝯrio ſenſu: quia cum iá certa ratione me grauauit, quomodo poterit procedere poſtea me inuito? non videtur. 3.q.5.quod ſuſpectis. preſſa non admittitur. ĵ.eo.vt debitus. ſic nec recuſatio admittitur cauſa recuſationis probabili non expreſſa. ĵ. eod. cum ſpeciali, & melius. ĵ.eo.c.nouit.

¶ *Glo.ſeq.recitatur per quæſtionem: & inducit ſimile ſolutione, & allegat contrarium.*

¶ Si autem aduerſa † pars de falſi ſuggeſtione [a] in appellationem prorupit: non eſt ſententia ſuper hoc differenda.

¶ Idem.

¶ *Etiam pro minoribus ſeu leuioribus cauſis appellari poteſt.*

CAP. XI.

DE † appellationibus pro cauſis minimis [b] interpoſitis, volumus te tenere, quòd eis, pro quacunque leui cauſa fiãt, non minus eſt, quàm ſi pro maioribus fierent, deferendum.

¶ Idem.

¶ *Secundum canones appellatur etiam ante ſententiam: ſecundum leges non, niſi in quibuſdam caſibus: hoc primo. Et appellatio & recuſatio æquiparantur in hoc, quia ſicut in appellatione requiritur cauſa rationabilis, ita & in recuſatione: hoc ſecundo. Et tempus aſſignatum iudici ad cauſam decidendam, incipit currere à tempore præſentationis reſcripti. hoc tertio ſecũdum verum intellectum.*

CAP. XII.

ij SVper † eo & infra. ¶ Sacri canones, ante & poſt litis † cõteſtationẽ [e], & in prolatione ſententiæ & poſt, ſingulis facultatem tribuunt appellandi: leges autem ſeculares appellationem (niſi in caſibus [d]) ante ſententiam non admittunt. ¶ In cauſis quoq; eccleſiaſticis, vbi appellationis remedium tollitur, ſicut [e] appellationi, ita recuſationi, nõ eſt aliquatenus deferendum †. ¶ Si autem infra certum tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus incipit currere †, cum iudices cõtigerit litteras recepiſſe [f].

¶ Idem.

¶ *Conuentus ſuper iniuria clerici, vel ſuper adulterio, appellare poteſt niſi ſit notorius. h.d. cum cap.ſeq.*

CAP. XIII.

PEruenit † ad nos, quòd cum clerici ſe conquerantur ab aliquibus vulneratos, vel aliàs eſſe læſos, qui impetunt, ad Apoſtolicam ſedem appellant: & infra. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi eorum exceſſus publicus non ſit & notorius [g], eos eccleſiaſtica cenſura compellas [h], vt infra conueniẽs tempus, appellationem interpoſitam proſequantur. Si vero publicus eſt & notorius [i]; appellationis obtentu non prætermittas [k], quin eos excommunicatos denuncies, ipſoſque facias ſicut excommunicatos cautius euitari, donec [l] paſſis iniuriam ſatisfaciant, & cum litteris tuis Apoſtolico ſe cõſpectui repræſentent.

¶ Idem archiepiſcopo Toletano.

¶ *Summatum eſt ſupra cap. proximo.*

CAP. XIIII.

COnſuluit † nos tua fraternitas: & infra. ¶ Conſultationi tuæ duximus reſpondendũ, quòd ſi aliqui, quos manifeſtũ ſit & notorium, vxorem alte-

---

¶ *Glo.ſeq.ponit duas lecturas.*

a ¶ *De falſi ſuggeſtione.*] Hoc intelligunt quidã cum probare nolebat, ſed allegabat tãtum, & ideo non valet appellatio. Vel dicas, ꝙ hæc exceptio de falſi etiam ſuggeſtione non eſt admittenda poſt litem cõteſt. cum ſit dilatoria, & ſic erat lis cõteſt. quia ſola ſententia erat ferenda. vnde non debet differri ſententia propter talem appellationẽ interpoſitã occaſione exceptionis, quæ ab initio fuerat proponenda. ꝫ. de re iudi. inter monaſteriũ. ſim. C. de fal. l. 2. & C. de leg. ſi in fraudem. vbi non differtur executio propter ſuggeſtionem falſi. Bernar.

DE appellationibus.] CASVS. In qualibet cauſa maiori vel minori poteſt q̃s appellare, ſi grauetur. Not. ꝙ idem ius ſeruari debet in minori ſicut in maiori. & eſt arg. ꝙ in minoris dãdus eſt libellus.

¶ *Glo.ſeq.reci.per q. quæ cauſa ſit minima, & quadrupliciter reſpondet, & reddit cauſam.*

b ¶ *Minimis.*] Minima cauſa poteſt dici duorũ aureorum, quia pro ea non datur actio de dolo: vt ff. de dolo. ſi oleũ, in fin. & l. ſeq. vel etiam x. aureorum. ff. ſi cui pluſquã per legem Falcidiam. l. 3. § quamuis. vel l. ſolidorũ. & C. de defenſ. ciui. l. 1. Vel illa dř minima, quæ ad ſũptus iudiciales non ſufficit. 2. quæſtio. 6. anteriorum. §. illud etiam. & ita pro qualibet cauſa appellatur: quia ita poteſt quis grauari in paruo ſicut in magno. quantitas cauſæ non facit, quare introducta ſit appellatio, ſed iniquum grauamen. ꝫ. eodem, ad noſtram. & ĵ. eodem, cum ſpeciali. §. porro. ſic etiam in minima re furtum committitur. 14. q. vlti. cap. vlti. quia non furtum, ſed furantis affectus conſideratur: vt ibi dicitur.

SVper eo.] Tria ſunt dicta, quæ patent per §§. Abbas Siculus.

CASVS. Secundum canones & ante ſententiam & poſt, poteſt appellari: ſecundum leges non poteſt appellari ante ſententiã, niſi in caſibus. Item vbicunque appellatio tollitur, & recuſatio nõ admittitur. Item ſi cauſa committitur infra certum tempus terminanda, tempus illud incipit currere, q̃ñ iudices literas recipiunt. Not. ꝙ ſecundum canones ante ſententiam & poſt licet appellare: ſecundum leges ante ſententiam non appellatur, niſi in caſibus. Item ſicut appellatio ex cauſa cõceditur, & ex cauſa inhibetur, ſic & recuſatio. Item tempus non currit, niſi ab eo tempore, quo potuit iudex procedere.

c ¶ *Litis conteſtationem.*] De appellatione, quæ fit ante ſententiam, intellige ſecundum illam decre. ĵ. eod. vt debitus. poſt ſententiam vero indifferenter appellatur nulla cauſa expreſſa, ſed ſufficit dicere, ab iniqua ſententia appello. 2. quæſtione 6. cap. poſt appellationem. §. forma. 2.

d ¶ *In caſibus.*] vt 2. q. 6. §. ante ſententiam.

e ¶ *Sicut appellationi.*] Sicut appellatio cauſa probabili non ex-

f ¶ *Recepiſſe.*] Die receptionis non numerata. ff. ſi quis cautionib'. l. 1. ff. de ſequi. re. l. annus. & 4. q. 5. quiſq;. ſic dies in quo excommunicationis exceptio proponitur, quæ infra octo dies probari debet, non computatur in illis octo diebus. de excep. pia conſideratione. [lib. 6.] quæ eſt Innoc. iiij. & c. frequens. de teſti. ſpo. [lib. 6.] Argu. ꝯ. ff. de verb. obl. continuus actus: & l. 1. §. qui præſens.

PEruenit.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Fraternitati.* Abbas.

CASVS. Clerici conqueruntur ſe ab aliquibus vulneratos vel læſos: conqueruntur clerici de illis malefactoribus ſuis: ipſi ſtatim Apo. ſedem appellant: dicit Papa, ſi eorum exceſſus non ſit notorius, compellendi ſunt vt infra conueniens tempus appellationem interpoſitam proſequantur: Si vero exceſſus illorum notorius fuerit, non obſtante appellatione illorum denunciandi ſunt excõicãti vſq; ad debitam ſatisfactionem: & cum litteris ſui iudicis Apoſtolico conſpectui ſe præſentent. Not. ꝙ in notorio crimine non admittitur appellatio.

¶ *Glo. ſeq. recitatur per contrarium.*

g ¶ *Notorius.*] [a] Quia ſi eſſet notorius, iudex debet procedere ꝯ ipſum. ꝫ. de iureiu. ad noſtram. & nullam appellationẽ admittat. ꝫ. eod. cum ſit Romana. §. vlti.

h ¶ *Compellas.*] Alternatiue ſcilicet, vt vel proſequantur appellationem in termino conſtituto à iudice, vel eo elapſo coram eo reſpondeant. ſic ĵ. c. proxi. & ĵ. eod. ad hoc. 2. & ſic intellige. ꝫ. eod. cũ ſit Romana, ver. ſi vero ante. aliàs nemo poteſt cõpelli proſequi appellationem: vt C. eodem tit. l. eos. in fine.

i ¶ *Notorius.*] ꝫ. eod. c. cum ſit Romana. & ĵ. c. proxi. & habes ex hac decr. arg. ꝙ excommunicatus appellare poteſt. 3. q. 9. reuera. & ꝫ. de excep. cum inter.

k ¶ *Prætermittas.*] ꝫ. [g] de teſti. co. c. peruenit. vbi. vř ꝙ iudex poteſt compellere teſtes ſuper hoc. Sol. & dic ꝙ non vř prodeſſe talis iuriſdictio, niſi haberet correctionem. ꝫ. de offi. deleg. ex litteris. vnde dic ꝙ bene poteſt hic compellere teſtes. nomine enim rerum eccleſiaſticarum intelliguntur clerici. nã vt hic vř ꝙ poſſit ex hoc ſententiare, ergo idẽ cognoſcere: quia qui poteſt de cauſa cognoſcere: poteſt inde ſentẽtiare: & ecõuerſo. ꝫ. de off. dele. c. 1. & c. præterea.

l ¶ *Donec paſſis.*] in hoc caſu cum iniuria eſt manifeſta, primo debet ſatisfacere quàm abſoluatur. [e] ĵ. de verb. ſigni. ex parte 1. & c. cum olim. ſimile. ĵ. de ſen. excommuni. parochianos.

COnſuluit.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Conſultationi.* Abbas. Siculus.

CASVS. Dicitur in hoc capitulo ꝙ ſi manifeſtũ eſt aliquem vxorem alterius detinere, vel iniecisse manus violentas in clericum: ſi ſuper hoc conueniatur, appellationi ſuæ non eſt aliquatenus deferendum:

Videl. ſ. verſ. ed noc. C. de ſimilit.

† Cap. 11. en. tit. in 2. compilat. & poſt concilium c. 10. Et quando ſi minimis cauſis habeatur, docet Iaſon in Authẽ. qui ſem. C. de ſacroſan. eccle. & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogan. vnde late Coſſetum in tract. de minimis.

† Cap. 13. eo. tit. in 1. compilat. & poſt concilium par. 10. c. 12.

† Aliàs litem conteſtatam.

† Vide tex. l. ſi qs ex. & ibi Bar. ff. de iud. om. iud.

† Dictio, currere, de eſt in omnibus antiquis.

1 Vide de teſt. cog. ſ. præterea ſuper vlt. gloſſa. Ioan. And.

† Cap. 15. eo. tit. in 1. compilat. & poſt concilium par. 10. c. 14. & de materia huius & ſequentis decretalis vide Baldum in l. aduerſus. C. de epiſco. audient. & doctores in c. Romana. de appellat. lib. 6.

† Cap. 16. eo. tit. in 1. compilat. & poſt concilium par. 10. cap. 14.

a Hæc gloſſula non eſt Bernardi, nec habetur in vetuſtis codicibus.

2 Neq; hæc gloſſula inuenitur in antiquis codicibus, nec puto Bernardi eſſe.

e Et ſic intellige q̃d not. eo. tit. de teſt. cog. c. ad hoc in gloſ. vlt. Ioan. And.

rendum: Sed cùm multa dicantur notoria quæ non sunt, cauendú est ne quod dubium est, pro notorio habeatur. In fine dicit q qui appellant, cogendi sunt vt infra conueniens tempus appellationem suam prosequantur, aut pareant iudicio iudicis, a quo appellant. Not. q in crimine notorio cessat appellatio. Item appellantes cogé di sunt appellationem prosequi, aut iudicio iudicis parere.

a ¶ *Aliquatenus.*] Sic §. eo. c. proxi. & c. cum sit Romana. in fin.

b ¶ *Notoria.*] Notoriú dicitur tribus modis. j. de cohabi cleri. & mu. c. vlt. vbi de hoc.

c ¶ *Cogere.*] Sub alternatione: vt vel prosequátur appellationé in termino statuto, vel eo elapso rńdeant coram eo. vt §. c. proxi. & c. cum sit Romana. & j. eo. sæpe. & c. ad hoc. 2.

S*Uggestum.*]Cõis diuisio. Secúda: ibi, *Tue.* Abbas Siculus.

Casvs. Aliqui opprimuntur ab aduersariis suis: propter quod appellant: & cum ipsi oppressi appellatione facta & grauati iter arripiunt ad appellationem prosequendam, aduersarij illi cognoscentes appellationem interpositam, nec vadűt nec mittunt ad præsentiam Papæ: sed cum intelligunt illos litteras reportasse, appellant, & iter arripiunt ad Papam, vt sic aduersarios eludát: Suggestum fuit hoc dño Papę: vnde mandat, quatenus si quis deprehensus fuerit hoc ex fraude vel malitia facere, appellationi suę nullatenus deferatur, & iudex in causa procedat, quia decretalis illa qua isti hæc facere præsumunt, non ad deprimendam cuiuscunq; iustitiam facta est, sed ad remouẽdum iniquú grauamé. Not. q nemo de sua malitia commodum reportare debet. Item occasio iuris ad iniquum compendium trahi non debet. Ber.

† Cap. 10. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 10. c. 19.

rius detinere, aut iniecisse manus violentas in clericum appellauerint, eorum appellationi non est aliquatenus [a] deferendum. Sed cum multa dicantur notoria [b], quæ non sunt, prouidere debes, ne quod dubium est, pro notorio videaris habere. ¶ Illos autem qui appellát à præsentia tua, cogere [c] debes infra tempus conueniẽs, appellationem interpositam prosequi, aut iudicio tuo appellatione remota parere.

¶ Idem.

¶ *Hoc capitulum summatum est supra eodem c. meminimus.*

CAP. XV.

SVggestum † est auribus nostris, quód cum oppressi ad præsidium Apostolicæ sedis recurrunt, & appellatione facta iter arripiunt, aduersarij eorũ appellationem interpositam cognoscentes, nec ad præsentiá nostram accedunt, nec responsalem transmittunt. cum autẽ senserint illos nostras litteras reportasse, in vocem appellationis [d] prorumpunt, & iter ad nos arripiũt veniendi, vt sic eorum solicitudinem, à quibus impetuntur, eludant. ¶ Tuæ consultationi taliter respondemus, vt si quis deprehensus [e] fuerit hoc ex fraude vel malitia facere, appellationi eius non deferas, neque ob id causam tibi commissam terminare postponas: quia decretalem epistolam [f], qua tales muniri videntur, non ad deprimendam † cuiusque iustitiam, sed ad remouendum [g] grauamen nos fecisse cognoscas.

† deprimendum

¶ Idem Eboraceñ. archiepiscopo.

¶ *Excommunicatus pendente cognitione appellationis absolui potest ad cautelam: & si apparet eum legitime appellasse, non punitur pro eo quòd interim celebrauit diuina.*

CAP. XVI.

AD † præsentiam nostram R. presbytero veniente, episcopo Tusculano, & P. sanctæ Susannæ Cardinali tuam & ipsius causam commisimus audiendam. Qui ad obiectionem tuam, licet R. presbyter non esset excommunicatus de iure, de facto tamen eum fecerunt absolui [h]. ¶ Ideoque mandamus, quatenus prædictum presbyterum, pro eo quòd post excommunicationem, contra [i] appellationem factam diuina cantauit, nullatenus inquietes: sed ad eum statum [k] reducas omnia, in quo erant tempore appellationis emissæ.

† Cap. 11. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 10. cap. 21. & vide contra per Innoc. in c. solet & ibi Gem. de sen. exc. lib. 6.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ *Si appellans turbatur in possessione super qua fuit appellatum, iudex à quo, potest illam possessionem sibi reformare appellatione in suo statu permanente. h. d. secundum communẽ intellectum.*

CAP. XVII.

CVm † teneamur: & infra. ¶ Quoniam nos consulere

† Cap. 12. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lat. in cap. 21.

mo ponit dationem auditorum. Secundo actum ipsorum: ibi, *Qui.* Tertio principalem diffinitionem: ibi, *Ideoq;.* Abbas Siculus.

Casvs. Inter archiepiscopum Eboraceñ. & R. presbyterum controuersia fuit oborta occasione cuiusdam excommunicationis, in ipsum presbyterum latæ ab archiepiscopo: Papa commisit causam ipsam episcopo Tusculano & Cardinali sanctæ Susannæ: corá quibus proponebatur ex parte archiepiscopi, q ipse post sententiam in se latam diuina officia celebrauit, vnde puniri debebat secundum q iura requirunt. Ex parte presbyteri respondebatur, q excommunicatio non tenebat, cum esset lata post appellationem legitime interpositam: vnde non debebat puniri, & ideo omnia quę facta fuerant cótra ipsum reuocari in pristinum statum: Cardinalis intellecto negotio, licet presbyter non esset excommunicatus de iure, tamen de facto & ad cautelam ipsum fecerit absolui: & ideo mandat Papa archiepiscopo, quatenus prædictum presbyterum de cætero non molestet, pro eo q post excommunicationem celebrauit diuina, cum excommunicatio illa facta fuerit post appellationem legitimam, sed omnia reducat ad eum statum, in quo erant tempore appellationis emissæ. Not. q absoluitur quis ad cautelam, licet non sit excõmunicatus. Itẽ sententia excommunicationis post appellationem legitimam lata nulla est: vnde qui postea celebrat, non punitur. Item quæ post talẽ appellationem fiunt reuocanda sunt in pristinum statum.

b ¶ *Absolui.*] ad cautelam; Sic §. de testi. veniens. in fin. & illud sæpe fit, licet excommunicatio de iure non teneat. j. de sent. excom. per tuas. & c. venerabili. & c. solet à nonnullis. & §. de offi. deleg. cũ contingat. 24. q. 1. audiuimus. fin. ff. de remiss. l. vnica. C. de ingenuis. l. 2. & in quadam decreta. Innocentij iiij. solet à nonnullis. [lib. 6.]

i ¶ *Contra appellationem.*] scilicet legitimam, vnde non tenuit excommunicatio: quod ex eo patet, quia de facto fuit absolutus, vnde cessare à diuinis non debuit. j. de sententia excommunicationis. per tuas. & c. solet à nonnullis. [lib. 6.]

k ¶ *Statum.*] Sic j. eo. bonæ. & §. de offi. deleg. super quæstionum. in fi. & 2. q. 6. appellatione interposita. & ff. nihil inno. app. pen. l. vnica. & §. de mutu. venientes & §. de elect. cum inter canonicos.

C*Vm teneamur.*]Communis diuisio. Secunda: ibi, *Prudentia.* Abbas Siculus.

Casvs. Aliquis litigabat coram ordinario suo archiepiscopo Cantuarieñ. appellauit ad Papam super causa illa de qua litigabat: pendente appellatione illa, aliquis turbauit possessionem ipsius appellantis: quæsiuit archiepiscopus vtrum liceat ei reformare possessionem turbatam, eo prætermisso super quo est appellatum? Respondet Papa, si ad ipsum querela exinde peruenerit, ordine iudiciario id sibi licebit, nec ppterea intelligit appellatiői renũciare. Not. q licet appellans redeat ad iudicem suú à quo appellauit pro alia causa pro qua non appellauit, nó intelligitur appellationi suæ renunciare, cum sit eius ordinarius in aliis causis.

g Vnde dicit Ab. q licet quis petat absolui ad cautelã non propter hoc fatetur se excommunicatũ, dicit tamen absolutionem non dandã nisi peccante. alleg. de eo qui duxit in ma. q̃ polluit. Ioan. And.

d ¶ *In vocem appellationis.*] Argu. hic q aliquis possit appellare in absentia iudicis. arg. §. de alte. iud. mu. causa sa. c. 1. q2 ex quo qs sẽit, appellandum est. 2. q. 6. biduum. & C. quomodo & qñ iudex. ab eo. & ff. qñ appe. sit. l. 1. §. si aduersus. vnde vr q si eps meus vellet me excõicare, & absens appellem, si ferat sententiam, non tenet: etsi in hoc casu tenet, quia ignorat me appellasse, & ideo non punitur per c. 2. q. 6. decreto. & 34. q. 3. de illicita. Lau. Et est hic arg. q talis appellatio valet, dummodo non fiat malitiose, sed hodie non valet appellatio talis. j. eo. vt debitus. & c. cum speciali.

* De hoc articulo vide Angeli consil. 150. incip. visis omnibus. & Lapum allegatione. 59. incip. an valeat appellatio.

¶ *Glo. seq. quarit, & soluit.*

e ¶ *Deprehensus.*] Sed quis probabit istum malitiose appellasse? aduersarius q hoc obiicit ff. de proba. ab ea 2. & l. 1 exceptionib*. quia qui fraudem allegat, eam probet. ff. de proba. quoties. §. qui dolo. ipso facto videtur q sit probata malitia.

* Pars quæ dicit aduersarium esse prohibitã, id probet. Ioan.

f ¶ *Epistolam.*] §. eo. meminimus. & j. eo. ad hæc. sicut asseris.

g ¶ *Remouendum.*] §. eo. ad nostram. & j. eod. cum speciali. §. porro. Quod enim prouisum est ad concordiam, non debet vergere ad noxam. 45. dist. licet 2. & iuris occasio ad iniquum dispendium trahi non debet. C. de vsuc. pro emptore. eum qui. & j. de priuile. quod nonnullis. in fine. de rescrip. nonnulli.

A*D præsentiam.*] Si post appellationem excommunicatus celebrat diuina, non incurrit aliquam irregularitatem, nec ex eo venit puniendus, si constat appellationem fuisse legitimam. Et pri-

a ¶ *Reformare*

voluisti, vtrum si eorum possessio, qui ad audientiam nostram appellant, turbata fuerit, tibi eam sibi liceat reformare[a], eo de quo appellatio est interposita, prætermisso[b]. ¶ Prudentiæ tuæ taliter respondemus, quòd si exinde ad te querela peruenerit, id ordine iudiciario tibi licebit†.

¶ Idem episcopo, & archidiacono Bononien.

¶ Generalis & vaga appellatio respectu cuiuslibet grauaminis nō valet: sed restricta ad certam causam sic.

CAP. XVIII.

ij CONsuluit†: & infra. ¶ Cōsultationi vestræ taliter respondemus, quòd si generaliter appellationem quis interponeret ab omni grauamine, quod sibi posset contingere, huiusmodi appellatio tenere non debet. ¶ Si vero ab aliquo iudice sup omni grauamine, quod in vna causa sibi possit inferri, quamquam generalis[c] appellatio sit interposita, appellationi tamen eius est ab eodem iudice deferendum.

¶ Idem Zamoren. †episcopo.

¶ Appellatio friuola non excusat inferiorem, quo minus teneatur obedire superiori, & vt de contemptu puniatur, nisi innocentiam suā aliter purget. h.d. Et est casus nota. in eo quod dicitur istum esse puniendum.

CAP. XIX.

CVm† parati essemus tuas petitiones admittere, I. diaconus Cardinalis olim Apostolicæ sedis legatus proposuit, quòd cum ad eius vocationem contempsisses accedere, in personam tuam excommunicationis sententiam promulgauit[d]: & infra. ¶ Cumque N. canonicus beati Iacobi firmiter asseueraret, quòd in legatione regis[e] esses, & ideo non potuisses ad vocationem prædicti Cardinalis accedere: Cardinalis econtra asseruit, quòd non in legatione regis, sed in Salamantina ecclesia, te suus[f] nuncius inuenisset†: & infra. ¶ Nos vero attendentes, quòd te non decuit contemnere, obtentu[g] appellationis ad vocationem venire legati: præcipimus, quatenus vel in persona propria, vel per nuncios idoneos Apostolico te conspectui repræsentes, innocētiam tuam (si poteris) ostensurus[h].

¶ Idem Cantuariensi archiepiscopo.

¶ Si mandatum factum ei qui iurauit stare iudicio ecclesiæ, excedit limites iuramenti & licitæ promissionis, appellare poterit: aliàs secus. h.d. compendiose. Abbas.

CAP. XX.

ij AD †hæc: & infra. ¶ Præterea de his qui iuramentū præstant, quòd ecclesiæ

a ¶ *Reformare.*] Per seruum etiam turbata: possessio potest recuperari absente domino. C. si per vim, vel alio modo. l. 1.

b ¶ *Prætermisso.*] & sic vř q in eo tm̄ articulo sup quo appellatur, exempt9 est à iurisdictione iudicis sui ordinarij. j. eod. proposuit. & s̄. eod. ad hæc. & ɔtrium ex illis decre. colligitur. & ad hoc est arg. ff. apud eum à quo appel. l. vnica. vnde potest possessionem illam reformare, nec p hoc intelligitur renunciare appellationi, vt hic patet. In delegato secus, quia ex quo appellatur ab ipso ex legitima causa, nulla remanet ei iurisdictio. j. eo. vt debit9. vnde si rediret ad legatum, renunciare intelligitur appellationi. s̄. de offi. deleg. gratum. s̄. de testi. cum venisset.

ij CONsuluit.] Generalis appellatio si fiat omnibus in causis, non valet: si fiat in vna tm̄, bene valet. hoc dicit. Secunda pars: ibi, *Si vero*. Abbas Siculus. Quod dř hic non tenet, & intellige hanc decre. secundum illam. j. eod. vt debitus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

c ¶ *Generalis.*] Hic admittit generalis appellatio 2. ɔ. s̄. eod. c. 2. vbi non admittitur. Sm̄ qd̄ dicit hic, in vna causa soluit. ɔ. ibi loquitur de generali appellatiōe, q̄ fit in qualibet causa. sed nec istud tenet, q̄a causa pbabilis semper est exponenda, aliter non admittitur appellatio, siue generalis sit siue specialis. j. eo. vt debitus. & cap. cum speciali. §. porro.

CVm parati.] Prætextu appellationis nō debet subditus contemnere ordinariū, ita cōiter summatur. Sed certe hæc summatio est omnis generalis, & de nihilo seruit per c. vt debitus. j. eo. Diuiditur. Nam primo ponit qd̄ opponebat Cardinalis ɔ epm. Secundo excusationem epi: ibi, *Cumque*. Tertio rñsionem ad illam: ibi, *Cardinalis econtra*. Quarto citationem episcopi: ibi, *Nos vero*. Abbas Siculus.

CASVS. Eps Zamoren. quasdam petitiones p nuncium suum fecit coram dño Papa pponi: quas cū paratus esset admittere, I. diaconus Cardinalis olim in Hispania legatus pposuit ɔ ipsum, q cum ipsum ad synodum suam vocasset, ad eius vocationē contempsit accedere: pp qd̄ ipsum excōicauit: & sic excōicatus se fecit in epm consecrari: Quidam canonicus sancti Iacobi pro ipso epo firmiter asseruit, q erat tunc in legatione regis, & ideo ad ipsum venire non potuit: Cardinalis allegauit eɔ, q nuncius suus inuenit eum in Salamantina ecclesia, & non in legatione regis: Iterum nuncius epi allegauit, q ab ipso Cardinali appellauerat ante sententiam latam: Papa vero his intellectis, considerans quòd prætextu appellationis non debuit contemnere ad vocationem legati venire, præcipit eidem epo, quatenus vel in psona propria vel per nuncios idoneos Apostolico conspectui se pſentet, suam si poterit innocētiam ostensurus. Nota q quilibet vocatus à iudice suo venire tenetur allegaturus priuilegium suum. Item argumentum q nuncio sit credendum. Item argumentum quòd auctoritas regis excusasset ipsum si in legatione regis inuentus fuisset. Item argumentum quòd nemo prohibetur pluribus defensionibus vti. Item creditor iudici in præiudicium alterius. Item aliquis dicitur præsens per nuncium.

d ¶ *Promulgauit.*] Propter contumaciam: vt 11. q. 3. certum. & s̄. eod. si duobus.

¶ *Glossa sequens allegat quatuor iura, in contrarium allegat alia quatuor, & soluit.*

e ¶ *In legatione regis.*] Arg. q excusaret eum auctoritas regis, si in legatione regis inuentus fuisset. arg. 18. dist. si eps. 63. dist. Salonitanæ. & in Auth. quō oportet episc. §. illud. coll. 1. 23. q. vlt. si vobis. Arg. ɔ. q non excusat. 23. q. vlt. quo ausu. & c. reprehensibile. 15. q. 1. oē. & 12. q. 2. qoicunq; militum. Sol. si mandatum regis pueniat mandatum cuiuslibet prælati post dñm Papam, tunc regi obtemperandum est, si ab ipso teneat regalia. 23. q. vlt. c. si in more. §. ecce. Qd̄ si Papa vocat eum postea, exemplo Petri relictis omnibus etiam regalibus sequatur Papā. vnde iste etiam si ibi fuisset, debuit venire ad Cardinalem exēplo Petri 3, qui vicem Papæ gerebat. 93. dist. c. vlt. 94. dist. c. 1.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. vnā l. in contrarium tres decre. & soluit.*

f ¶ *Suus nuncius.*] Arg. qd̄ simplici nuncio credendum est etiā in alterius piudiciū. ff. de re. eo. qui sub iute. vel cura. l. magis. §. illud. Arg. ɔ. s̄. de offi. deleg. prudentiam. quia dř ibi p certum nuncium litteratorię destinatum: & vni testi in alterius piudicium credi nō debet. s̄. de testib. veniens 1. & c. licet. nuncio tñ publico iurato fideliter exequenti officium suum bene creditur circa citationes, aliter non crederetur. arg. s̄. de psump. illud. s̄. de pscrip. ad audientiam. & arg. prædictæ legis.

¶ *Glo. sequens obycit, & soluit.*

g ¶ *Obtentu appellationis.*] Et sic duplici defensione defendebatur iste, auctoritate regis, & p appellationem: quia nemo phibetur pluribus defensionibus vti. ff. de exceptio. nemo. & s̄. de pscript. auditis. Præterea si appellatio tenuit, & Cardinalis sciuit illum appellasse, snia Cardinalis non tenuit. s̄. eod. si duobus. Quare ergo Papa non admittit talem appellationem? Quia non constabat q appellasset. vel quia iusta fuisset appellatio, licet allegaret: & potius debuit credi Cardinali & nuncio, quàm illi qui hoc tm̄ allegabat, & præterea debuit ire & allegare priuilegium suum. ff. de se iudi. si quis ex aliena. & s̄. eod. si duobus. maxime si in vna legatione inueniebatur. ff. de iurisd. om. iud. l. vltim.

¶ *Glo. seq. obycit, & soluit.*

h ¶ *Ostensurus.*] Sed quare Papa mandat q veniat ad curiam, cum Cardinalis excipiat ɔ eum, vt videtur p id quod dicit in principio q paratus erat petitiones illius admittere, sed p exceptionem repelli tm̄ debuit, non puniri. s̄. de ordi. cogni. cap. 2. Cardinalis non excipiebat etiam simpliciter, immo denūciabat dño Papæ contumaciam suam, & excōicationem suam, vt inde puniretur, & repelleretur à petitionibus suis tamq̄ excōicatus, quare Papa ipsum non audiuit pp excommunicationem, & propter cōtumaciam & contemptum sedis Apost. vocat ipsum ad sedem Apostolicam. j. de accusa. veniens. in fine.

ij AD hæc. Qui iurauit stare mādato ecclesiæ, non auditur appellans ɔ iuramentum: si tamen de facto grauatur, appellare poterit. hoc dicit cū sequenti. Secunda pars: ibi, *Id tuo*. Abb. Sicu.

CASVS. Aliqui iurant q stabūt iudicio ecclesiæ: & postea appellant: quæsitum fuit, quid agēdum sit de istis? Rñdet Papa, q iudex debet eos compellere, vt vel obseruent iuramentum suum, vel q infra

† Quia s̄. dicit recuperari, vř loqui de perdita: & de hac non dubitatur: cū prin. alium l. aperte loquatur de his qui a possessione priuati. sed an agas vel possideas pro turbata dubitatur. tenetur q sic per rubri. vt supra eo. & per sufficientem rationem. infra 3 tit. 2. cum dilecta. cū concor. Io. An.

† Hic post dictionem, licebit. est in vulgatis verbū, cape tuli, qd nec sensus admittit, nec vsquam est in antiqu.

† Cap. 17. eo. tit. in 1. compil. & post concilium Lat. 50. c. 14.

† Concor. tex. in l. 1. & ibi Bar. §. si quis. ff. eo & in §. libelli.

† Zamoren.

† Zamorē.

† Amoren. Gemo...

Sed omissis varietatib9 Zamoren. lego, & quod vide Ioan. menti Vasæi in annalib9 Hispaniæ cap. 31.

† Cap. 19. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lateranē. sub Alex. iij par. 10. cap. 28.

† Luc. 5. & 1. q. 1. pastor. §. verū.

† Vide l. si quis vxori. §. appellationem & ibi Bart. ff. de fur. & in l. cum qui. §. 1. ff. commo.

† aliter incipit, ne tamen. Ioan. And.

† Cap. 30. eo. tit. in 1. compil. & post concilium pat. 10. cap. 29. Et vide glossam in c. quod hene 6. q. 4.

infra xl. dies post appellationem suam iter arripiant ad eam prosequendam. Nota quod prætextu appellationis non potest quis venire contra iuramentum suum.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

a ¶ *Appellant.*] Sed quare nõ compelluntur præcise etiam stare iudicio ecclesiæ, secundum quod iurauerunt? Ideo non compelluntur, quia grauabantur: aliter non admittitur hodie appellatio, i. j. eod. vt debitus. & ideo non videtur deserere iuramẽtum, cum ex iusta causa dimittat illud. ff. qui satisd. cog. l. vltim.

Dicebat fa. siue iurent, siue nõ, siue grauamine nõ potest hodie appellari. Ioan. And.

stabunt iudicio, & postea appellant a: Id tua sollicitudo prouideat, vt eos seruare quod iurãt: vel infra b quadraginta dies post appellationem interpositam, iter arripere c ad ipsam prosequendam d compellas.

¶ Idem Carnoteñ. episcopo.

¶ *Summa vt supra, c. proximo.*

CAP. XXI.

QVæstioni †, quam facis, vtrum appellationi illius sit deferendum e, qui (sicut moris est) præstito iuramento absolui meretur, & antequã ei mandetur aliquid, vel mãdato recepto, causa subterfugij appellauerit: Respondemus, quod appellationi quæ iuramento eius debeat derogare, non est in aliquo deferendũ, sed statim erit in eandem reducendus f sententiam: quæ (donec mandatum susceperit, & susceptum pro posse g fuerit prosecutus) debet firmiter obseruari.

¶ Idem Vinnñ. † episcopo.

Vintoniẽ. Vvintoniẽ.

¶ *Appellãs ab ordinario, postea de delicto ab eo commisso puniri potest per ipsum ordinarium. h.d. sed supple ad textum idem esse de antea commissis, si nunc de illis accusatur, vt c. ad hæc 1. supra eo. & c. proposuit. infra eodem.*

b ¶ *Infra quadraginta dies.*] Non arctatur ad hoc nisi secundum quod visum fuerit iudici. vt s. eod. c. cum sit Romana.

c ¶ *Iter arripere.*] Hic præfigitur terminus ad iter arripiendum. sic s. eo. personas. vbi de hoc.

Cap. 31. eo. tit. in 1. compil. & post concil. par. 7. cap. 20 vbi habes integrã clausulam.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

d ¶ *Prosequendam.*] Cõtra. j. eo. c. proxi. sed soluitur ibi.

QVæstioni.] Communis diuisio. Secunda: ibi, *Respondemus.* Abbas Sicu.

CASVS. Aliquis excõicatus præstitit iuramentum quod stabit mandato ecclesiæ, & sic fuit absolutus: & anteq̃ mãdatum fiat ei, appellat causa subterfugij, vel mandato recepto: quæritur vtrum deferẽdum sit appellationi illius? Rñdet quod non est deferendũ appellationi quæ iuramẽto illius debeat obuiare, sed statim reducendus est in eandẽ sententiam, donec mandatũ susceperit: & adimpleuerit pro posse. Nota quod contra iuramentũ non admittitur appellatio. Item qui non adimplet mandatum, debet reduci in eandẽ sñiam à qua fuit absolutus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit dupliciter.*

e ¶ *Deferendum.*] s. cap. proxi. contra ibi iusta de causa appellauit, hic causa subterfugij, vt littera dicit. & littera soluit contrarium. Vel sic intellige diuersitatem r istarum decre. ibi iurauit stare iudicio ecclesiæ, quia pp contumaciam fuerat excõicatus, & licet appellet ex causa probabili, iudicio stare intelligitur: quia facit quod ius sibi permittit. j. eo. vt debitus. arg. ff. iudi. sol. l. cum apud. & ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus. hic erat excõicatus pro aliquo delicto in quo iacebat, quia forte idem retinebat vxorem alterius, & sup hoc iurauit stare mandatis ecclesiæ, sed statim ante mandatum vel mãdato facto quod illam vlterius dimitteret, incontinenti appellauit: tali appellationi non est aliquatenus deferendum, quia præiudicat iuramento suo. & hoc satis potest colligi ex ipsa littera, vbi dicit; appellationi quæ iuramento eius debeat derogare. quia sine iuramento tali appellationi non est deferẽdum, p quam in sua iniquitate remaneat. j. c. pxi. & s. eo. consuluit. & c. cum sit Romana. in fine.

r Hoc tenebas, hoc ẽ to. not. 14. 7. si qui voluerunt. quod s cap. prox mãdatus ecclesiæ: hic vero mãdatis iudicis. quæ solutio nõ est vera: vt nota j. de sent. exc. ex tenore. Ioan.

¶ *Glo. seq. allegat duas concor. quærit, ponit opi. Lau. cui allegat tria iura contraria, & soluit. Iterum vnum canonem quem soluit. demum ponit opi. Tanc. vltimo tenet cum Lau.*

f ¶ *Reducendus.*] sic j. de senten. excom. sacris. ver. fin. s. de offi. ord. ad reprimendam. in fin. Sed nunquid iterum recipietur iuramentum ab eo standi mãdato ecclesiæ, cum iam semel deierauit? Lau. dixit quod sic, & est arg. opti. s. de maio. & obed. cum in ecclesijs. arg. contra 2. 5. q. 5. paruuli. & 6. q. 1. quicunque. & s. de præsumpt. c. litteras. Sed ibi non admittitur ad iuramentum vt possit testificari pro aliquo, in opprobrium ipsorum qui periuri sunt. sic s. de testi. testimonium. Item arg. contra 2. q. 7. non potest. sed illud intelligitur antequam pœniteat. Tanc. dicebat quod aliam cautionem debeat ab isto recipere præter iuramentũ. s. fideiussoriã cautionẽ, vel pignoratitiam. ff. man. l. si mandato. §. vlt. g & ff. de fideicom. lib. l. 4. §. adijci. arg. illius decret. litteras. Sed illud loquitur cum suspectus est de hæresi: vnde ecclesia recipit fideiussoriam cautionẽ ad damnum illius. Et Ala. hoc idem sentiebat. arg. s. de pœn. c. 1. & s. de præsumpt. scribam. Dico cum Lau. quod iterum isti iurabunt in confusionẽ ipsorũ, & quia forma est talis, quod cum iuramento absoluatur. j. de sentẽn. excom. c. ex tenore. & c. cum desideres. in fine. & c. super eo.

g Nominationem cautionis parit si inmãgl. tur. Io. An.

CAP. XXII.

PRæterea † de his qui ad sedem Apostolicã appellant, & postea grauia h committentes, se dum conueniuntur, appellatione tuentur: Duximus respondendum, quòd eos appellatio non debet in sua iniquitate i tueri, quo minus eorum excessus censura canonica puniantur.

¶ Idem Grandensi patriarchæ, & sancti Vitalis presbytero Cardinali.

¶ *Qui non detulit appellationi sui aduersarij, de sua posteriori circa idem contra eum excipere nequit.*

CAP. XXIII.

COnstitutis † in præsentia nostra abbate sancti Felicis, & presbytero R. pro controuersia, quæ de electione Torcellanæ ecclesiæ est suborta: & infra. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si archidiaconus post appellationem & denũciationem excommunicationis k, ad nominationem l sæpe dicti C. processerit, & primicerius cum canonicis, & plebanus cum assensu cleri episcopatus, vel maioris m & sanioris partis, prænominatum I. in episcopum & pastorem elegerint,

g ¶ *Pro posse.*] aliàs nõ compellitur. 14. q. 6. si res. & 24. q. 8. pessimã. j. de vsu. cum tu. quia impossibile præceptũ non obligat. ff. quæ sen. sine ap. resc. Paulus. sic s. de pact. c. vlt. Ber.

Cap. 31. eo. tit. in 1. compil. & post concil. par. 50. cap. 51.

PRæterea.] Duæ sunt partes. Secunda: ibi, *Duximus.* Abbas Sicul.

CASVS. Aliqui appellant super aliqua causa: appellatione pendente, aliqua grauia committunt, & dum conueniuntur sup excessibus illis, volunt se tueri per appellationem: quæritur quid iuris sit? Rñdet Papa, quod appellatio illa non debet eos defendere quo minus eorũ excessus puniantur censura canonica. Nota quod appellatio non extenditur ad ea quæ post appellationem fiunt. Item appellatio non tuetur aliquem in delictis.

Cap. 17. eo. tit. in 1. compil.

¶ *Glossa sequens recit. per quæstionem quod de iuribus.*

h ¶ *Grauia.*] maxime quoniam si super articulo aliquo appellatio facta est, ad ea quæ postea emergunt, non extenditur: quia in aliis remanet sub iurisdictione iudicis sui. j. eo. proposuit. & s. eod. cum teneamur. ergo multo fortius appellatio illus non defendit in enormibus. vt j. eod. c. proposuit q.

i ¶ *Iniquitate.*] sic s. eo. c. ad nostram. & c. cum sit. in fine. & c. peruenit. & c. consuluit.

q Cõtra l. cui pcha. cum glo in ver. in visi bus. ff de fur. expert. l. 1. & l. relegatorum. §. solent. ff. de interd.

COnstitutis.] Prima pars decisæ narrat factum. Secunda dat iudicem: ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

CASVS. Præmitte quod vacante ista ecclesia cathedrali, conuenientibus omnibus ad quos spectabat electio, archidiaconus nominauerit quendam consocium eligendum in epm, fuit obuiatum & contradictum à reliquis ne eligeretur, cum esset excõicatus: ac fuit interposita appellatio, si secus fieret. Sed hac appellatione non obstante, archidiaconus cum quibusdam paucis de capitulo processit ad electionem istius epi, & appellationem interposuit, ne in præiudicium istius electionis attentaretur aliquid: hac secunda appellatione non obstante, reliqui facientes maiorem partẽ processerũt ad electionem, & quendam alium elegerunt: vtraque electio deuoluta fuit ad sedem Apostolicam, & Papa mãdat vt in littera continetur. Abbas. Nota quod electio facta de excõicato nulla est, & ideo non impedit secundã. Item qui non defert appellationi, appellationem contra alium obijcere non potest. Et sic nota quod frustra legis implorat auxilium qui committit in legem.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

k ¶ *Excõicationis.*] Idem esset si suspensus esset. Nam suspensi & excõicati nec eligere nec eligi possunt. s. de consue. cum dilectus. & s. de elect. cum inter R. & 9. q. 1. nos in hominem. Argu. contra j. de cle. excom. min. si celebrat. sed ibi soluitur.

l ¶ *Nominationem.*] Si fuit simplex nominatio, nullum ius fuit acquisitum nominato. s. de elect. quod sicut. & 2. q. 6. c. ei qui. §. noiationes. vnde nullum potuit impedimentum præstare sequenti electioni.

m ¶ *Maioris.*] s. de ele. quia pp̃ter. & c. ecclesia vestra. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. allegat quinque concor. & duo contraria, & soluit.*

a ¶ Non

a ¶ *Nonobstante appellatione.*] Quia frustra implorat legis auxilium qui committit in legem. j. eo. an sit. j. de vsur. quia frustra. ff. de mino. auxilium. in fi. s. de elect. c. bonæ. j. de immu. ecclesi. c. vlt. & C. de re. cre. generaliter. §. 1. arg. 3. s. de elect. considerauimus. & c. auditis. Dicas q hic prior nominatio siue fuerit electio, siue nominatio, nulla fuit tribus de causis: quia post appellationem interpositam, & post denunciationem excõicationis, cum excõicati electio ipso iure nulla sit, & à longe minori parte: alia vero quasi à tota ecclesia, vnde merito præualuit: & appellationem obiicere ille non poterat, cum ipse appellationi non detulerit: vt supra de elect. bonæ. & j. eo. an sit.

PRoposuit.] Primo ponitur consultatio. Secundo rñsio. Secunda: ibi, *Super quo*. Abbas.

CASVS. Aliquis corã ordinario suo appellat in aliqua causa: conuenitur postea super aliis causis super quibus nõ est appellatũ: ille propter appellationẽ non vult super aliis rñdere: quæritur quid sit seruãdũ? Rñdet Papa, q propter appellationem illã non minus tenetur in aliis causis super quib' non est appellatum rñdere: veruntamen iudex à quo appellatur, non debet eum compellere rñdere super aliis, quia ei suspectus est, nisi pro crimine adeo graui & manifesto propter qđ ipso actu merito sit dãnandus. Not. q licet aliquis appellet ab ordinario, tamen super aliis causis remanet eius iudex, sed non debet eum cõpellere ad rñdendũ: nisi crimen sit notoriũ.

¶ Cap. 38. eo. tit. in 1. compilat. Et de mate ria vide An tonid. Aut. in reper. c. vestra infra de cohabit. cler. & mu lier. adde Romanum consil. 314.

nõ obstãte [a] appellatione præfati archidiaconi, si ipse appellationi prius factæ non detulit: electionem de præfato I. factam auctoritate Apostolica confirmetis.

¶ Idem Eboracen. archiepiscopo.

m ¶ *Spoliare.*] Quę spoliatio perpetua intelligitur, ex quo sine temporis pręfinitione hic dicitur. C. de pœ. seruus. Sed contra videtur. ʒ. eo. sicut. vbi post admonitionem suspenduntur antequam priuentur ecclesijs, & hic statim post admonitionē spoliātur. Sol. hoc intellige ꝑm illud, vt primo suspendātur: & si se non correxerint, spolientur. sed certe de iure fit qđ hic dr: quia si se non corrigunt post trinā admonitionē, rectè possunt spoliari beneficio. & quod ibi suspēduntur, intelligo quod fiat ex gratia, vt sic expectentur adhuc. Bern.

VEstra.] Famosum est tum ꝓp materiā intrinsecā ipsius, tum ꝓp materiā extrinseca, scilicet notorij: & vtraq; est multū difficilis & periculosa. Diuidit. Primo ponitur decisa ꝯsultatio. Secūdo decisa ipsius. Secunda: ibi, *Aliunde*, quæ subdiuiditur. primo allegat pro & ꝯ. Secūdo distinguit tres qualitates criminis: ibi, *Cæterum*. Tertio distinguit animū abstinētis: ibi, *Ita etiam*. Quarto & vltimo ex oibus pdictis solutionē ꝯcludit: ibi, *Sine dubitatione*. Abb. Sicul.

CASVS. Quidā canones dicunt: nullus audiat missam sacerdotis, quē scit ꝯcubinā indubitāter habere: alij canones dicūt. Nō potest aliquis

SIcut ad.] Habet tria dicta, quæ patent in textu. Secūdum ibi, *Si vero*. Tertium: ibi, *Et si*. Abbas.

CASVS. Clerici de archiepiscopatu Cantuariens. publice tenebāt concubinas: mandat Papa Cantuariensi archiepo, & eius suffraganeis, quatenus clericos illos moneant, vt illas concubinas abijciāt à se, & eas vlterius non admittant: qđ si facere contempserint, ab ecclesijs suis eos suspendant, vsque ad debitā satisfactionē: & si eas suspensi retinuerint, eos ab officio, i. ab eisdem ecclesijs perpetuo remoueant. Nota hic quòd episcopi possunt dispensare cum ꝓbolis eis cōcubinarijs, si se corrigere voluerint, cū de iure possint priuari. Item si clericus suspensus retinuerit concubinam, perpetuo beneficio suo debet priuari.

¶ *Glos. seq. recitetur per quæstionem.*

f ¶ *Et supra.*] alij nihilominus sunt compellendi: sed non cum tanto rigore, vt vel contineant, vel beneficia dimittant. j. eo. si autem. & 32. dist. lectores.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Suspendatis.*] Ita isti non sunt suspensi ipso iure. vt ʒ. 32. distin. nullus. & c. præter hoc. Sol. quod dicitur hic, & j. eo. c. si autem. intelligitur de his qui adhuc tolerantur ab ecclesia, quia illi ipso iure non sunt suspensi. Quod dr in ꝯrijs. locum habet qñ factum est notorium, vel qñ sunt condemnati per sniam: aliàs quantumcunq; sit aliquis criminosus, non est vitandus [3]. j. eo. vestra. & 28. distin.

[1] Sic etiā salu. 17. q. 1. si quis facro. vbi de hoc.

† In codicibus Barbarinis: vt alij exemplo eorum à similibus arceantur.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. compil. Et post concilium Lateran. par. 18. cap. 1. & vide etiam concilium Tridentinum locus reperiatur, & an matrimonium fornicarium sit eligibile, tradit Ol. Gradus con sil. 26. quod videas.

[2] Videtur his locus & And. repræhendens ex mulierum fama, quod significant hic perpetuam excommunicationem esse.

[3] Vide, dicta notitia, fornicarius ipso iure suspensum, vt in argumentum ab hoc necessarium est ad monitio. vt hic & j. c. 20. 32. secundum Host. hic non loquitur de suspensione officij, sed beneficij, & sic diuersitas est, non obstantibus Ioan. And.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. compil. Et post concilium Lateran. par. 10. cap.

† Londin. † London.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. compil. Et post concil. Lateran. par. 19. cap.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compil. Et post concil. Lateran. sub Alexandro par. 10. cap. 18. Et de propria materia habetur cap. vide Nauarrum in Manuali confessariorum c. 25.

aliquis quantumcunque pollutus diuina sacramenta polluere, sed indifferenter sunt sumenda ab ipso: quæsitum fuit à Lucio Papa, qualiter ista quæ 𝔠tra videbantur, essent intelligenda. Et rñdet Papa, aliud est crimen notoriū, aliud est occultum. Notoriū est de quo presbyter canonice condemnatus est: in quo casu loquitur cap. illud, nullus audiat, &c. Occultum quod ab ecclesia toleratur, in quo casu loquitur ca. illud, Non potest aliquis quātumcunq; pollutus, &c. Itē aliud est notorium qd nō diffitetur presbyter, & aliud pene occultū, qd ab ecclesia toleratur. Sed aliud est abstinere à missis eorū, qui occulti sunt & tolerantur ab ecclesia: vt peccādi licentia cæteris auferatur, & ipsi ad pœnitētiam reuocentur: & hoc licet: qa fit bono zelo, & non contemptu; & aliud est si à missis eorundem qui tolerantur, aliqui abstineant ex eo q in fornicatione iacēt, quod non licet. Sine dubio à clericis quamuis fornicarijs ex quo tolerantur ab ecclesia, nec habent operis euidentiam, licite diuina officia audiātur, & alia recipiātur ecclesiastica sacraméta. Ex hac decre. hic solum colligitur, q à notorio fornicario nō sunt recipienda diuina officia vel ecclesiastica sacramenta: ab occultis fornicarijs, qui tolerantur ab ecclesia, licite recipiuntur, nec sunt contemnendi.

† In codice Barbatiæ: Qualiscunque sacerdos sit, quæ sacra sunt &c.

cubi dicitur, nullus audiat [a] missam sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere. alibi vero legitur: non potest aliquis quantumcunque [b] pollutus fuerit, diuina polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt. Qualiscunque † enim sacerdos sit, quæ sancta sunt coinquinari non possunt. Sumite ergo ab omni sacerdore Christi mysteria: quia omnia in Christi fide [c] purgantur. ¶ Cæterū [d] aliud est crimen notorium [e], aliud occultum. Notorium diffinitur, de quo presbyter canonice condemnatur [f]. Occultū [g] quod ab ecclesia toleratur. Cæterum aliud est quando crimen notorium non diffitetur [h] presbyter, vel de ipso est canonice [i] condemnatus. Aliud est pene occultum [k], quod ab ecclesia toleratur. Item aliud est à talium [l] officijs abstinere, vt peccandi licentia cæteris auferatur, & huiusmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur. atque aliud si talium tamquam in fornicatione iacentium mysteria † respuantur. Sine dubitatione itaque teneatis †, quòd à clericis & presbyteris quamquam † fornicarijs, quandiu tolerantur [m], nec habent operis euidentiam [n], licite diuina mysteria audiantur, & alia recipiātur sacramēta ecclesiastica.

† ministeria.

† recipiantur.

† tamquam, legitur in quibusdā manuscriptis, & male, vt indicat glossa hoc verbo solum.

¶ Innocentius tertius Exonien. episcopo.

¶ *Si fornicatio clerici est ita publica, quòd transit in notorium, nec accusator nec testis necessarius est: sed si est publica per solam famam, non sufficiunt ad condemnationem sola testimonia, id est, testium dicta non iuratorum, sed si ex hoc oritetur scandalum, inducitur purgatio: in qua deficiens canonice punitur.*

CAP. VIII.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos, si de clericis publice concubinas habentibus, qui quando à te conueniūtur [o], se esse concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accusator: credēdum sit testimonio [p] bonorum virorum, inter quos [q] viuere dignoscuntur. ¶ Nos igitur cōsultationi tuæ taliter respondemus, quòd si crimen eorum ita publicum est, vt merito debeat appellari notorium: in eo casu nec testis nec accusator [r] est necessarius: cum huiusmodi crimen nulla possit tergiuersatione celari [s]. Si vero publicū est, non ex euidentia [t], sed ex fama: in eo casu, ad condēnationem eorū sola testimonia non sufficiunt: cum non sit testimonijs [u], sed testibus iudican-

a ¶ *Nullus audiat.*] 32. dist. nullus. & c. præter hęc.

b ¶ *Quantumcunque.*] Vt 15. q. vlt. c. vlt. vsque ibi, cæterum.

c ¶ *In Christi fide.*] id est per fidem Christi. hucusque sunt verba capituli qd inducit T.

d ¶ *Cæterum.*] Hic incipit respondere distinguendo inter crimen notorium, & occultum.

¶ *Glo. seq. distinguit inter famam & notorium, & manifestum & notorium triplex, facti, iuris, & præsumptionis.*

e ¶ *Notorium.*] Ad [a] intelligentiam eorum quæ hic dicuntur, nota, q aliud est fama, aliud manifestum, & aliud notoriū. Fama sic consueuit describi: Fama est illæsæ dignitatis status, vita & moribus comprobatus, & in nullo diminutus. ff. de var. & extraor. cog. l. cognitionum. §. existimatio. & qui talem famam negligit, crudelis est. 12. q. 1. nolo. Fama vero quandoque ex scientia, quandoque ex suspicione procedit, quandoque ex certo auctore, quandoque ex incerto. de consecra. dist. 4. sanctum est. Manifestum dicitur quòd ex scientia & certo auctore procedit, & quod potest probari. ff. de testa. & qui testa. fa. pos. hæredes palam. & 11. q. 3. eorum qui accusantur. Item etiam quandoque dicitur occultum quod potest probari. C. de app. cos. §. si quis autem. sed & manifestum dicitur quandoque de quo constat per confessionem, vel probationem, vel per euidentiam facti. j. de verb. sig. cū olim. sed tale manifestum potius dr notorium. j. eo. c. vlt. Circa notoriū [b] distingue, aliud est notorium facti, aliud iuris, aliud p̄sumptiōis. Notoriū facti est, qd ita exhibet se conspectui hominū, q nulla potest tergiuersatione celari. j. eo. c. proxi. & c. vlt. & de tali hic intellige: in quo nullus audit appellans. s. de ap. cū sit Romana. in fi. & c. peruenit. & in tali notorio creditur simplici officiali. 4. q. 4. c. nullus. § aliqn. Nec requirit scientia omnium, sed plurium vt qn omnes admissum scelus proclamāt: vt 2. q. 1. c. scelus, & c. de manifesta. Notorium iuris est, de quo aliquis condemnatur, vel est in iure confessus: vt hic, & ff. de sta. ho. l. vlti. & ff. de re iudic. res iudicata. & j. eo. c. vlt. & in hoc notorio qñq; requiritur probatio si negetur. s. de re iud. sicut. Notoriū præsumptum est, vt paternitas, filiatio. ff. de in ius voc. quia semper. & s. de fil. presby. conquerente. & cōsanguinitas dr notoria præsumpta. j. de diuor. porro. §. 1. Quòd aliquis sit filius alterius, non posset vere probari. ff. de condi. & demonst. Lucius.

a De materia huius glossæ vide plene p Sabarum in l. ea quidē. C. de accus. & Antonium Gomezium. tom. 3. variarum resolut. cap. 1. & Iulium Clarum in pract. crim. §. fin. q. 9. & Specu. tit. de notorio cujus usu.

b Ponebat hoc Petrus versus: Quę vel nemo negat, populo, vel iuste probantur, Vel se subijciunt oculis, notoria dicas. Ioan. And.

f ¶ *Condemnatur.*] hoc est notorium iuris.

g ¶ *Occultum.*] qd non habet vindictā: qa latētia peccata vindictā non [1] habent. 32. q. 5. christiana. & tandiu reputatur occultum, licet plures sciāt, quandiu ab ecclesia toleratur: vt hec dicit. & 15. q. vlt. c. vlti.

1 Intelligendum tamen, quæ nō puniuntur hic humano iudicio, sed diuino relinquuntur punienda.

h ¶ *Nō diffitetur.*] immo confitetur in iure, & sic est notorium iuris. & sic duobus modis dr notoriū iuris p cōfessionem, & p sniam. j. eo. c. vlt. vt dr in notula, ad intelligentiam. & hic. Bern.

i ¶ *Canonice cōdēnatus.*] In quo casu nullus debet audire officium illius; quo etiam casu loquit prima auctoritas; nullus audiat, &c. Ber.

k ¶ *Occultum.*] Hic distinguitur prout sequit.

l ¶ *Taliū.*] scilicet, q pene occulti sunt [4], seu ab eccēa tolerati. ab officijs taliū abstinere bono zelo, vt p hoc ad pœnitētiā reuertant, pmittit, sed ex cōtēptu abstinēdū nō est: q a licet in fornicatione iaceant, non sunt contēnēdi, vt sequitur. aliud est si tāquā iacentium, &c. quia illud non licet.

† Cap. 14 eo. tit. in 3o compil. a; de materia vide Antonium Gomezium. tom. 3. variar. resolu. cap. 3. & Iulium Clarum in pract. crim. § fin. q. 9. vbi plene inquirit an in notorijs requiratur ordo iuris.

4 Idē Hos. sed contradicit huic lecturæ illa litera, vt peccandi. & sic posset dici talium, quorū fornicatio est notoria, & ab ecclesia nō toleratur, vnde non determinat, qū nō debeat euitari, sed quo animo, secundum Pet. & Ab. Ioan. And.

m ¶ *Tolerātur.*] in quo casu loquitur secunda auctoritas; non potest aliquis, &c. Ber.

n ¶ *Operis euidentiam.*] hic explicat notoriū facti: in quo casu & duobus pmissis, scilicet cū sunt cōdēnati, vel cōfessi in iure, officia ipsorum sunt respuenda. j. eod. c. vlti.

TVa nos.] Communis diuisio Secunda: ibi, *Nos igitur.* Abb. Sic.

CASVS. Quidā clerici publice habētes cōcubinas, qñ interrogabantur ab epō suo, negabāt se cōcubinarios esse: & circa eos nō apparet accusator: quærebatur, vtrū credēdū sit testimōio bonorū virorū, inter quos hmōi clerici cōuersantur? Rñdet Papa, q si crimen est ita publicū, vt merito dici possit notoriū, tunc nec testis nec accusator sunt necessarij, cū inficiari nō possint. Si vero publicū est, nō ex euidentia, sed ex fama, tunc talia testimonia nō sufficiunt ad cōdemnationē alicuius: q a testibus, nō testimonijs est credēdū. Sed si de illis talis habeat suspicio, q scandalū generetur, illis est purgatio indicēda: quā si præstare noluerint, vel defecerint in p̄stando, canonice puniātur. Nota q in notorijs facti nō est necessaria pbatio. Itē notatur q testibus credendū est, nō testimonijs. Itē q deficiens in purgatione punitur, & tunc fama p veritate accipitur p̄sumptiue. Itē deficere in purgatione, & non subire purgationem, paria sunt: quia in vtroque casu deponitur quis.

o ¶ *Conueniuntur.*] id est, interrogantur.

p ¶ *Testimonio.*] simpliciter dato sine iuramento. Ber.

q ¶ *Inter quos.*] & ideo magis præsumitur, q vitam illorum agnouerunt. 23. q. 1. paratus. s. de præsump. quosdam. & c. quāto. & 12. q. 2. qui & humanis. & 16. dist. quod dicitis.

r [a] *Nec accusator.*] 2. q. 1. de manifesta. j. de accu. euidentia. & s. de iureiur. ad nostram.

s ¶ *Celari.*] quia & si vellet celare, negatio nulla esset. C. de pœn. qui sententiam [5]. ff. de tribu. illud. § penult.

t [a] *Ex euidētia.*] Si cōstet aliquē habere suspectā mulierē secū i domo, eo ipso vr pbata fornicatio. s. eo. si q squā. & c. clericos. & si publice eā detineat, eo ipso cōuictus est: vt i c. clericos. aliàs eni nū posset eē certū, nisi p hmōi p̄sumptionē. s. de p̄sū. litteris. & c. 3. ergo si hæc notoria n sūt, sed tñ fama sit, testimōia requirit, vt seqt i litera.

5 Iudex in causa capitali non dd sententiam sed in causis pecuniariis, vel te ciuiliter: vis committi negare fusibile. Ioan. And.

u ¶ *Testimonijs.*] ff. de testi. l. 3. §. item diuus. & 4. q. 3. c. si testes. §. alia est

alia est fides. & in Auth. de instr. cau. §. si vero, coll. 6. valent tñ talia testimonia ad infamiam alicuius. arg. de cõse. dist. 1. iubemus. 34. dist. c. 1. & 2. q. 7. cum pastoris.

a ¶ *Scandalum.*] Ex hoc videtur q̃ pp solam suspicionem siue famam, non est indicenda purgatio, nisi scandalum oriatur. arg. 2. q. 5. presbyter. & 3. q. 2. audiuimus. & 2. q. 1. nonnen. & j. de accu. qualiter & quando. Bern.

A *Nobis tua fraternitas.*] Casus. Precipit Papa episcopo Pistoriẽsi q̃ mulieres non permittat cum clericis habitare, nisi tales sint, cũ quibus naturale fœdus nihil mali suspicari permittat: vt est mater, soror, amita. Nota q̃ naturale fœdus excludit suspicionem mali.

b ¶ *Mulierculas.*] 32. dist. interdixit. & 81. distin. cum omnibus.

c ¶ *De illis personis.*] Iarg. contra. s. eo. c. 1. Dic super hac materia vt ibi notatum est.

d ¶ *Naturale.*] sic s. de præsum. cũ in iuuentute. & C. de epi. & cleri. l. eum qui. Ber.

Q *Vaesitum.*] Continuatio diuisio. Secunda parte ibi, verum. Abbas Siculus.

Casus. Aliqui clerici prolapsi sunt in fornicationem: quæsitũ fuit à Papa, vtrum eorũ officium sit audiendũ, antequam pœniteant. Respõdet Papa, q̃ licet quilibet suspensus sit p̃ mortali peccato, quoad se, quantum ad alios tamẽ suspẽsus nõ est, & ideo nõ debet in officijs euitari, nisi peccatũ illud notorium sit vel per sententiam, vel per confessionem in iure factam, vel per euidẽtiam facti q̃ negari non possit. Nota per hanc decreta. q̃ quilibet p̃ mortali peccato suspẽsus est quoad se. Itẽ notorium tribus modis dr̃, vt hic patet.

dum. Sed si de clericis ipsis talis habeatur suspicio, vt ex ea scandalum[a] generetur in populo, licet contra ipsos non apparuerit accusator, eis tamen est canonica purgatio indicenda: quã si præstare noluerint, vel defecerint † in præstanda, eos canonica debebis † animaduersione punire.

¶ Idem Pistoriensi episcopo.

CAP. IX.

A † Nobis tua fraternitas requisiuit: & infra. ¶ Cum clericis quoque non permittas mulierculas[b] habitare: nisi forte de illis personis[c] existant, in quibus naturale[d] fœdus nihil permittit sæui criminis suspicari.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Clericus concubinarius in officijs vitandus non est, nisi sit notorius.*

CAP. X.

Q Væsitum † est de clericis in fornicationem prolapsis, si eorum sit officiũ priusquã pœnituerint audiendum. Verum etsi quemlibet pro mortali peccato, quo ad seipsum[e] constet esse suspensum, non debet tamen in officijs euitari[f], quia quantum ad alios etiam in casu proposito[g] suspensus non est: nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam[h], seu per confessionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit.

¶ *Glos. seq. tractat triplicem suspensionis speciem.*

e ¶ *Ad seipsum.*] Nota, quòd aliquis dicitur suspensus quoad se tantum, & non quo ad alios: vt quilibet in peccato mortali constitutus: vt 6. distin. testamentum. & 1. q. 2. sacerdotes. in fi. s. de temp. ordi. c. vlt. & hic, & s. eod. vestra. Quandoque tamen quantum ad se & quantum ad alios. 32. distin. nullus. & c. præter hæc. & j. de simo. tanta. & hic in fin. & s. eo. vestra. quandoque aliquis dicitur suspensus quo ad alios, & non quo ad se, vt cum ciuitas vel villa est interdicta propter delictum ciuium vel secularis potestatis; tunc clerici non sunt suspensi quo ad se: quia in alio loco possunt celebrare, non interdicto. sic s. de cleri. peregri. tuæ.

f ¶ *Euitari.*] & ita licet aliquis sit criminosus, nõ debet in officijs euitari, quãdiu ab ecclesia toleratur: vt s. eo. tit. vestra duxit. & 15. q. viii. c. vlt. nisi in tribus casibus sequentibus, cum quis de hoc sit condemnatus, vel in iure confessus, vel euidentia rei sit factũ notorium. De hoc satis dictum est s. eo. vestra.

g ¶ *Proposito.*] bene; dicit in casu proposito, scilicet de fornicatione: vt in princip. ca. in isto enim casu magis videtur vitandus, cum in alijs non sit quis ipso iure suspensus. quantumcunque crimen fuerit notorium, excepto simoniæ crimine, vbi suspensus est ipso iure, etiam si crimen sit occultum. 32. dist. c. præter. §. verum. 1. q. 1. reperiuntur. j. de simo. tanta. & sic nõtauit Vincen.

h ¶ *Per sententiam.*] Diffinitiuam. 3. de ord. cog. cũ dilectus. & s. de exceptio. denique.

DE CLERICIS CONIVGATIS.

¶ *Visum est s. de cohabitatione cleri. & mulie. illicita: restat videre merito de eorum cohabitatione licita. Vel sic: Quia quandoque clerici habitant cum mulieribus sine figura matrimonij, quandoque vero contracto matrimonio: ideo cum in præcedenti rubrica fuerit visum de prima cohabitatione, an & quando sit licita, merito subijcitur de secunda; maxime quia poterat dubitari nunquid clerici coniugati possint tenere beneficia, ergo adiecto priuilegio clericali. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 28. & 31. & 32. distin. per totum. & 27. q. 1. vt lex.

TITVLVS III.

De clericis coniugatis.

¶ Alexander tertius.

¶ *Matrimonium contractum per clericum existentem in sacris, non tenet: secus in minoribus, sed tunc cogitur dimittere beneficium.*

CAP. I.

S It † qui clericorũ infra subdiaconatũ acceperint vxores, ipsos ad relinquẽda[i] beneficia ecclesiastica, & retinendas vxores, districtione ecclesiastica compellatis. ¶ Sed si † in subdiaconatu, & alijs superioribus ordinibus: vxores accepisse noscũtur: eos vxores dimittere[k], & pœnitentiam agere de commisso, per suspensionis & excommunicationis sentẽtiam compellere procuretis.

S *I qui.*] Duo sunt dicta. Secundũ ibi, Sed si. Abbas.

Casus. Dicitur hic, quòd si aliquis infra sacros ordines vxorẽ acceperit, ecclesiastica beneficia dimittere cõpellatur, & vxorẽ retineat. Si vero i sacris ordinib⁹ acceperit vxorẽ, eã dimittat, & pœnitentiã agat: quod si noluerit, p̃ sententiam suspensionis & excõmunicationis compellatur. Nota, quòd clericus coniugatus in minoribus ordinibus cõstitutus, debet vxorem retinere, & amittere beneficium ecclesiasticũ. Itẽ clericus in sacris ordinibus cõstitutus contrahens, debet vxorem dimittere.

¶ Idem Herfordẽsi episcopo.

¶ *Coniugatus ad administrationem & ad ordinem ecclesiasticum vel beneficium non promouetur, nisi castitatem promittat, & non sit bigamus.*

CAP. II.

S Ane †: & infra. ¶ Prouideas attentius ne deinceps clericus coniugatus ad ecclesiastica beneficia, vel sacros[l] ordines, aut administrationes ecclesiasticas admittatur: Nisi forte

¶ *Glo. seq. reddit causam, & exponit, & ponit similе, allegat duo iura in contrarium, & soluit.*

i ¶ *Relinquenda.*] & merito compellendi sunt vt ea dimittant: quia vacare intelliguntur ipso iure. Vnde quo ad factum solum siue possessionem retorquetur ista compulsio. sic j. de concel. præben. litteras. & c. cum nostris. contrario enim facto iura suo renunciauerunt. arg. C. de fur. l. 2. arg. ff. de tribu. quod in hærede. §. eligere. sicut quis ipso facto renunciat priuilegio clericali. s. de vita & honest. cleri. c. vlti. j. de sen. excom. cum non ab homine. & c. contingit 2. arg. contra 32. dist. si qui vero & 12. q. 1. quia tua. Illa contraria intelliguntur de misericordia, & hodie non tenent ipso iure: ergo clericus coniugatus beneficium amittit, vt dictum est: nec alicui coniugato potest conferri: & si cõferatur, debet priuari ipso iure. j. c. proxi. & c. quod à te. & c. sane. & c. diuersis fallacijs. & ita ius commune est quod hic statuitur.

k ¶ *Dimittere.*] quia nõ tenuit matrimonium, & priuandi sunt beneficijs suis, nisi cum eis dispensetur. j. eod. sane. & 28. distin. presbyterum.

S *Ane.*] Primo ponitur dictũ. Secundo exceptio: ibi. Nisi. Abb. Sic.

Casus. Quia coniugati ad beneficia ecclesiastica promouebantur, præcipit Papa, ne decætero clericus coniugatus ad beneficia ecclesiastica, vel ad sacros ordines, vel ad aliquam administrationem admittatur, nisi forte castitatem voueret perpetuam, & qui vnicam tantum & virginem habuisset vxorem. Nota, quòd clerici coniugati beneficia ecclesiastica habere non debent, nisi castitate præmissa. Item nullus coniugatus debet promoueri, nisi qui vnicam & virginem habuit in vxorem.

l ¶ *Ad sacros.*] 28. dist. nullum. & 31. dist. ante triennium. Ber.

¶ Glos.

Glo. seq. voci. per contrarium de decre. consis, &c.

a Castitatem.] sequestrato mansionis cubiculo. 77. dist. eps benedictionem. & hoc intelligo cũ ambo processerint in dies suos, vt sine omni suspicione possint separatim manere; aliàs si essent iuuenes, non possent promoueri, nisi pariter ad religionẽ transirent. j. de conuer. coniuga. cum sis præditus. & c. ad Apostolicam. Vel dic prout not. j. de conuersi. coniugat. coniugatus. in fine glo. quæ incipit. sed nunquid.

castitatem[a] voueret perpetuã: & qui vnicam & virginem[b] habuisset vxorem.

Idem Verulanen.† episcopo.

Si clericus in minoribus beneficiatus matrimonium contrahat, priuatur beneficio: & quod dedit ecclesiæ, sibi restituitur. hoc dicit. Et in hoc vltimo est casus notabilis, & multum allegabilis.

Verulan. Verulen. letulanen. Velinen.

Glo. seq. argu. & alleg. 3. sura. alle. 2. in contrarium ponit opinionem, & soluit.

b Virginem.] Arg. q qui corrupit vxorẽ suã antequã eam duceret, promoueri non potest. 34. dist. curandum. & c. præcipimus. & desponsata debet esse in virginitate. 30. q. 5. qualis, arg. contra. 34. dist. Valentino. & j. de bigam. debitum. Quidam dicunt quòd iste non potest promoueri, sed verius est q potest promoueri: quia causa impedimenti cessat: quia iste non diuisit carnem suã in plures: vnde bene potest promoueri, argumẽto præd. c. Valentino. & debitum. Ber.

Cap. fe. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 50. c. 7. & j. de mase. ra vide in fi. Innocentium. & alios in Auth. ingressi. de sacrosan. eccles.

CAP. III.

QVod à te: & infra. Vtrũ clerici infra subdiaconatus ordinem constituti, qui carnis deuicti vitio continere non valẽtes[c], vxores accipiunt, ecclesiastico beneficio canonice debeant spoliari: Id volumus te tenere, quòd cum simul voluptatibus & carnalibus desideriis, ac diuinis & ecclesiasticis obsequiis vacare nõ valeant, ob immunditiam[d] suam ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, ecclesiasticis proculdubio beneficiis sunt priuandi[e]. Sane si ecclesijs quibus intitulati† fuerant, de possessionibus, aut aliis bonis aliqua contulisse noscuntur: cum ab earundem ecclesiarum ministerio fuerint & beneficio sequestrati, ad ipsos recta via debent absque contradictione redire[f].

Quod à te.] Commu nis diuisio. Secũda: ibi, Id volumus. quæ subdiuiditur in duas partes. Secunda: ibi, Sane. Abb. Sicul.

intitulati

Casvs. Quidam clerici in minoribus ordinibus constituti accipiebant vxores dicẽtes, q non poterant continere: quæritur vtrum debeant beneficia retinere? Rñdet Papa, q sunt beneficiis ecclesiasticis spoliandi: quia carnalibus desiderijs & diuinis officiis seruire nõ possunt, propter indignitatem ipsorum: verumtamen si ecclesiis illis, in quibus intitulati fuerant, aliquid de bonis suis contulerint: cum ab ecclesiis illis fuerint sequestrati, bona illa restituantur eisdem. Not q clerici coniugati beneficia ecclesiastica retinere non debent. Item cum quis recedit ab ecclesia, quod secum attulit, ei dandum est. qđ verum est quando auctoritate iudicis recedit, & non sua culpa.

c Non valentes.] propter consuetudinem: quia difficile continentiam seruat qui illicito concubinis se maculare non desinit. 34. dist. §. quod vero.

Glo. seq. reco. per contrarium de cap. Nicena. & soluit.

d Immunditiam.] quæ tamen castitas est cum propria vxore. 35. dist. Nicæna. sed hic appellatur immunditia quo ad obsequiũ ecclesiæ. vnde illi quibus licitum erat habere vxores tempore vicis suæ non discedebant de templo, vt non iungerentur vxoribus. 35. dist. tenere. sed hodie semper est abstinendũ: vt ea. dist. c. ante triennium. §. causa. & c. seq. & c. eos.

e Priuandi.] s. eo. c. 1. & c. 2. & j. eod. diuersis.

Glo. seq. alleg. sex concor. alle. in contrarium 4. mra. ponit opi. qua distinguit, an sponte, & c. cui opponit demũ aliã opinio. qua distinguit inter ingressum & non. tertio aliam. quarto soluit distinguendo inter tacitũ & expressum.

f Redire.] Simile. 16. q. 6. de lapsis. cognouimus. & c. illud. s. de renun. ex transmissa. 17. q. 4. c. vlti. ff. de col. illicitis. l. 1. in fi. argu. 3. q non debeant ad eum redire. 12. q. 2. nulli liceat. 17. q. 4. sunt qui opes. j. de cõdi. ap. verũ. in Auth. de mona. §. si vero relinquẽs. coll. 1. Super hoc diuersæ solutiones recitari consueuerunt. Aliud est cum quis sua sponte recedit, & tunc nihil ei restituitur: in quo casu loquuntur contraria. Aliud cum iudicis auctoritate: in quo casu intelligitur hoc capitul. & concordantiæ hic assignatæ. Sed huic solutioni opponitur: iste culpa sua ad hunc casum peruenit: ergo debet sibi imputari. s. de ætate & quali. c. 1. Propter hoc dicunt quidam, q omnis donatio facta ecclesiæ, vel monasterio tempore ingressus, tacitam habet conditionem vt duret, eo ibidem perseuerante, ad instar dotis. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. cum autem. & j. de do. post. diuor. re. nuper. & sic clerico recedente quocunque modo restituuntur ei sua. & idem in monacho, vt illa transferat secundo monasterio, ad quod transit; secus est vbi aliquis donat ecclesiæ ad illam non transiens: quia tunc non reuocatur donatio: quia perfecta donatio amplius non reuocatur. 32. q. 1. non enim. C. de reuo. dona. l. 2. & 3. & l. generaliter. & C. de do. quæ sub modo vel con di. perfecta. nisi aliqua conditio in donatione expressa fuisset. j. de cõdi. app. verum. Verius vr q istud dictum sit de benignitate: & cætera consimilia contraria de iure stricto. Vel potest dici, q si expresse res donatæ sunt tempore ingressus, nunquam sunt postea restituendæ. arg. C. si pen. app. mors interuenerit. l. 3. & C. si re. vel accu. mor. fue. l. vlti. nisi gratiam vellet facere clericis. Si vero tacite, tunc sequuntur personam: & sic potest intelligi quod hic dr: quia bona sunt accessoria, & ideo principale sequuntur.

Haec obiectio non procedit: quia vtitur iudicum sibi datur ab Apostolo. 1. di. filiis. de hu. vnde puniri non debet. C. ad l. Iu. de adul. l. Gracchus. præterea si eccle. possit tenere illius bona, iam indirecte se cogeret illum continere, qđ esse non debet. vt 32. q. 1. integriter. & facit ope. ff. de cond. insti. quæ sub conditione. §. qui sub iniurandi. secundum Gofre. & Hu. Ioan. And.

Addivio. Istam solutionem posuit Azo. C. de sacrosan. eccle. super authen. ingressi.

Cap. 5. eo. tit. in 2. compilat. & vide Felinum in c. na nos de supra de iure iuran.

Idem.

Peracta pœnitentia dispensant episcopi cum sacerdotibus, qui matrimonium de facto contraxerunt.

CAP. IIII.

SAne† sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quæ non nuptiæ, sed contubernia[g] sunt potius nuncupanda†: post lõgam pœnitentiam, & vitam laudabilem continentes, officio[h] suo restitui poterunt†: & ex indulgentia[i] sui episcopi eius executionem habere.

Cap. 6. eo. tit. in 3. compilat.

dicenda

Aduerte tamẽ, quia ex tali facto contrahendi matrimonium postquam sunt in sacris, suspecti fiunt de hæresi, vt notatur supra hoc tit. c. 2.

Innocentius tertius Noruicen. epo.

Auferenda sunt clerico beneficia, quæ habebat tempore cõtractus matrimonij: collata vero postmodum scienter per episcopum, per eundem auferri non possunt, sed per superiorem. hoc dicit.

CAP. V.

DIuersis† fallaciis: & infra. Accepimus autẽ, quod quidam clerici tuæ diœcesis, qui matrimonium contraxerunt, ecclesiastica beneficia

Sane.] Casvs. Quidam sacerdotes contraxerunt nuptias, quæ potius cõtubernia sunt dicenda: propter quod fuerunt suis ecclesiis spoliati: quæritur vtrũ possit episcopus cum talibus dispensare? Rñdet Papa, q post longam pœnitentiam & vitam laudabilem, possunt per episcopum dispensatiue ad officium suum restitui: & eius executionem habere. Not. q eps potest dispensare cum sacerdotibus qui contrahunt nuptias, dummodo vxor illa virgo fuerit.

g Contubernia.] impropriè. inter seruos propriè dicuntur contubernia. C. de incest. nup. cum ancillis.[a] de pœna filiorum taliũ habes. 15. q. vlti. cum multæ.

Sequitur non potest esse connubium: quia ex huiusmodi contubernio seruus nascitur. Io. An.

Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

h Officio.] Arg. s. 28. dist. presbyter. Sol. illud de rigore & ante pœnitentiam, & hoc de gratia & post pœnitentiam peractam.

Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

i Ex indulgentia.] & sic epi possunt cum talibus sacerdotibus dispensare, qui contrahunt in sacerdotio. arg. s. j. de big. nuper. Sed illud intellige de eo qui primo in laicali habitu habuerit vxorem, & postea sacerdos contraxit, ille tamquam bigamus reputatur, propter intentionem cum opere subsecuto. Vnde non possunt ibi episcopi dispensare. hic vero de his tantum qui contrahunt post ordinem sacrum, & cum virgine.

Diuersis.] Clerici in minoribus beneficiati, qui matrimoniũ contraxerunt, beneficiis spoliantur. Diuiditur: nam primo narrat factum, quod secundo improbat: ibi, Cum ergo. duas rationes reddens: & illud per diœcesanum corrigi mandat vnum casum excipiens: ibi, Nisi. Abbas.

Casvs. Quidam clerici contraxerunt matrimonia: nihilominus beneficia ecclesiastica retinere contendunt: quæritur quid iuris sit? Dicit Papa, cum ergo vir cogitet quomodo placere possit vxori, & ideo circa ea quæ Dei sunt, minus valeat cogitare: quia quasi in duo diuisus plenam sui non habet potestatem, mandat episcopo Noruicen. q huiusmodi clericos ecclesiasticis beneficiis debeat spoliare, cum ecclesiasticarum rerum substãtia per tales soleat deperire: nisi ipse scienter contulerit beneficia: & tunc nõ per ipsum, sed per suum superiorem spolientur beneficiis illis. Not. q iura ad ea adaptantur, quæ frequentius accidunt. Itẽ coniugati de iure beneficia ecclesiastica habere non debent. Item substantia ecclesiasticarũ rerũ sæpe deperit per tales, vnde ad administrationem earum admitti non debeat. Item quis non potest ɔ̃ factum suum venire.

a Cithara.

detinere contendunt: in quorũ conuersatione cithara [a] cum psalterio male concordat. ¶ Cũ ergo vir cogitet quomodò placere possit vxori: & ideo minus quę Dei sunt valeat cogitare: cũ quasi diuisus [b] in duo †, plenam sui non habeat potestatem, vt ei, à quo stipendium recipit, plenius famuletur: Mandamus, quatenus huiusmodi clericos beneficiis ecclesiasticis, quę in tua diœcesi sunt adepti, priues appellatione remota: præsertim cũ rerũ ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire [c]. Nisi forte tu talibus scienter [d] contuleris ecclesiastica beneficia: quibus eos non per [e] te, sed † per superiorem decernimus spoliandos [f].

¶ Idem Archerontino archiepiscopo.

¶ Filius sacerdotis Græci ex vxore genitus, licite inter Latinos promouetur, si scandalum non obsistat. h.d. Et est casus notabilis.

CAP. VI.

Cum olim ad nostram audientiã peruenisset, quod canonici Anglorien. † cantorem Tricaricen. † sibi elegerãt in pastorem: & infra. ¶ Licet tibi de forma electionis canonicæ, ac idoneitate personæ, in † aliis cõstitisset: mouit te tamẽ, quòd cum pater eius Græcus fuerit †, & iuxta ritum Græcorum vxorem duxerit † in minoribus [g] ordinibus constitutus, cantorem ipsum ex vxore legitima in sacerdotio suscepisset. ¶ Nos igitur attendentes, quòd Orientalis ecclesia votum [h] cõtinentiæ non admisit: quoniã Orientales in minoribus ordinibus † contrahunt: & in superioribus vtuntur matrimonio iam contracto: Mandamus, quatenus nisi pro eo quod inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur, regionis consuetudo repugnet [i]: si aliud [canonicum †] non obsistat, ad cõfirmationem & consecrationem eiusdem, sine dubitatione procedas.

¶ Idem episcopo Pictauien.

¶ Clericus coniugatus nõ beneficiatus, non cogitur deferre tonsuram.

CAP. VII.

Ioannes † nobis conquerendo monstrauit, quod tu eũ

a ¶ *Cithara.*] per citharã intellige vitam actiuam, seu laicalem: per psalterium intellige vitam contemplatiuam siue clericalem: sed aliquis non posset esse simul contemplatiuus & actiuus. & sic coniugatus ecclesiam habere non debet: quia nõ bene conueniũt. j. eo. quod à te. Contra j. de renun. nisi cum pridem. vbi quis potest esse contemplatiuus pariter & actiuus. Sed de alia contemplatione dicitur hic.

b ¶ *Diuisus.*] quia Pluribus intentus minor est ad singula sensus: & dum ad vtrumque festinat, neutrum bene perficit. 16. q. 1. presbyteros. C. de assesso. nemo.

Additio. vnde versus. *Qui binos lepores vna sectabitur hora: Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.*

c ¶ *Deperire.*] 28. dist. de Siracusanæ.

d ¶ *Scienter.*] Secus si ignoranter: quia tunc posset eos priuare. j. de electio. cũ Vintonien.

¶ Glo. seq. arg. alleg. quæ sunt infra. in contrarium alleg. sex. ponit duas opi. scilicet Ioan. & Lau.

e ¶ *Non per te.*] arg. q nemo potest venire contra factum suum. simile de fil. presby. veniens. 1. & q. 2. monemus. ff. de adoptio. post mortem. & ff. de ser. ru. præd. fun sum. arg. contra. j. de elect. nosti. j. de præben. cum non ignores. j. de re. ecc. non alie. si quis presbyterorũ. 55. dist. pœnitentes. & 35. q. 9. quod quis commisit. & C. de agric. & cẽsi. quemadmodum. li. 11. Ad hoc dicit Ioan. q vbi agitur de reuocatione rei male alienatæ, idẽ qui alienauit, potest repetere: quoniã quilibet in alienatiõe rei ecclesiasticæ auditur, volens contradicere. 12. q. 2. nõ liceat Papæ. tum in fauorem ecclesiæ, tum in odium illius qui recepit rem ecclesiæ minus legitime [a]. Vbi vero agitur de repetitione beneficij, secus est: & hoc ideo, ne detur via male volentibus reuocare liberalitates suas: vt 16. q. 2. visis. & C. de do. si quis argentum. §. fin. & quia hic est tantum fauor, & non odium. Laurentius dixit, q vbi factum reprobatur à iure, ille idem qui fecit potest venire contra factum suum, nisi in pœnam ei interdicatur, vt hic. in verecundiã epi hoc fit, qui scienter talibus contulit beneficia. vbi autem factũ non tenet ex alia causa, puta in re cõi. ibi qui concessit non potest venire contra: vt in l. per fundum. quia quod suum proprium erat concessit. Cap. illud veniens. loquitur dispensatiue, & illud soluitur ibi. Cap. monemus. intelligitur postquã iam depositus est alienator: ne fit contra. c. illud quod quis commisit.

¶ Glo. seq. quærit, & soluit.

f ¶ *Spoliandos.*] Sed quis conferet illa beneficia post spoliationem? Credo q conferri debeant secundum dist. illius c. j. de cle. cum in cunctis. in fin. & c. nihil est. vt si canonici consenserunt episcopo, per archiepiscopum conferantur. si non consenserunt per capitulũ conferantur: & hoc in illis beneficiis, in quibus deuoluitur potestas à capitulo ad episcopum, & econuerso: in aliis per archiepiscopum, per quem isti remouentur.

Cum olim.] Cõis diuisio Secunda: ibi, *Nos igitur.* Abb. Siculus.

Casus. Vacante Anglorien. ecclesia, canonici eiusdem cantorem Tricaricen. in epm elegerunt: archiepiscopus Archerontinus electionem illius examinans & personam, inuenit q pater eius sacerdos & Græcus fuit, & iuxta morem Græcorũ in minoribus ordinibus constitutus vxorem duxit, & ex illa in sacerdotem suscepit eundem: dubitauit archiepiscopus, vtrum electionem illam deberet confirmare? Consultus Papa rem considerans, q orientalis ecclesia non admisit votum continentiæ, immo in minoribus ordinibus contrahere possunt, & in superioribus matrimonio vti contracto: mandat q si aliud non obsistat, illum confirmet, nisi consuetudo regionis repugnet pro eo q inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur. Not. q occidentales clerici tenentur ex voto ad continentiam, licet quidam dicant q ex constitutione ecclesiæ tantum. Item Græci possunt contrahere in minoribus ordinibus constituti, & in superioribus vti matrimonio. Item consuetudo regionis eum facit ineligibilem, qui aliàs est eligibilis.

g ¶ *In minoribus.*] vt 32. dist. si quis eorum.

¶ Glo. seq. arg. quod clerici occidentales, &c. & ponit duas opiniones, & suam solutionem.

h ¶ *Votum continentiæ.*] 31. dist. Nicena. & c. quoniam. & c. aliter. Et sic est arg. ex hoc, q occidentales clerici ex voto ad continentiam tenentur, quod quidam negant dicentes, q tantum ex constitutione ecclesiæ hoc fit. arg. 84. dist. cum in præterito. vnde dicunt, q Papa potest dispensare, vt aliquis contraheret in sacro ordine, etiam si concederetur quòd contra votum dispensare non posset. Vin. dixit, q vbi clericus in ordinũ promotiõe exprimit votũ, tenetur ad id: & si Papa dispensaret in hoc, contra votum dispensaret. Si vero non exprimit, si promouendus est iurisperitus eodẽ modo teneretur. Si vero est iuris inscius, non tenetur ex voto, sed ex constitutione. Et si Papa dispensat cum tali, non intelligitur dispensare contra votum, sed contra constitutionem ecclesiæ. tamen non dispensat q aliquis in sacro ordine contrahat. Illud verum est, q ex constitutione ecclesiæ introductum est, vt qui ad sacros ordines vult promoueri, prius continẽtiam debeat profiteri expresse. 28. dist. c. nullum. aut etiam tacite. vt e. dist. diaconi. arg. Eo enim ipso quod quis promouetur ad sacrum ordinem, tacite intelligitur vouere continentiam, & si nulla fiat mentio de voto continentiæ.

i ¶ *Repugnet.*] Sic ergo consuetudo facit aliquem ineligibilem, qui aliàs eligibilis est. sic & qui legitimus est ad matrimonium contrahendum, per consuetudinem fit illegitimus. j. de cogna. spiri. c. super eo. & 32. dist. placuit. & sic consuetudo arctat & amplat iurisdictionem. supra de offic. deleg. quod translationem. ff. quod vi aut clam. l. 3. §. non tantum. Et sic consuetudo in electione præcipue consideratur. supra de cau. pos. cum ecclesia &c. supra de consue. cum dilectus. & 24. quæstio. 1. pudenda. arg. ff. de decu. l. non tantum. argu. contra, supra de consue. cum venerabilis. Ioan. And.

Ioannes.] Primo ponitur quæstio. Secundo Papæ diffinitio: ibi, *Quoniam igitur.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam nomine Ioannes in acolythatus ordine constitutus contraxit matrimonium cum quadam muliere dimissa tonsura: episcopus loci compellebat eum tonsuram clericalem portare, propter quod vxor eius scandalizabatur, de consuetudine tamen loci clerici non compellebantur inuiti portare coronam: vnde iste Ioannes conquestus est domino Papæ super hoc: scribit Papa episcopo dicens, quòd idem clericus etiam tonsuratus non potest priuilegio clericali gaudere: vnde mandat, quatenus dictum Ioannem super tonsuratione huiusmodi non molestet, dummodo nullum beneficium ecclesiasticum recipiat, ratione cuius debeat portare tonsuram: quia huiusmodi tonsura redundaret in opprobrium ordinis clericalis, cum ipsum oporteat negotiis secularibus immiscere. Nota quòd clericus coniugatus etiam tonsuratus non gaudet priuilegio clericali. Item clerici coniugati non debent compelli ad portandum tonsuram clericalem in scandalum vxorum, dummodo beneficium ecclesiasticum non percipiant.

¶ Glossa sequens obiicit, & soluit distinguendo duplex priuilegium.

a ¶ Non

a ¶ *Non potest.*] Arg. contra, quòd clericus etiã non tonsuratus gaudet priuilegio clericali vsque ad trinam admonitionem. j. de sent. excom. si vero aliquis. & c. in audientia. & c. contingit. immo nec posset renunciare: vt c. contingit. & š. de foro compe. si diligenti. ergo multofortius tonsuratus retinet priuilegium, & clericus vxoratus tenetur portare coronam. š. de vi. & hone. cle. c. clericus. De quo ergo priuilegio intelligitur? Dicas q̃ nõ loquitur de illo priuilegio 17. q. 4. si qs suadente. q a clericus tonsuratus volens vti priuilegio clericali, etiam vxoratus habens intẽtionem redeundi ad clericatum illi priuilegio non potest renunciare [1], præcipue si recipiat beneficium ecclesiasticum: vt patet per iura pdicta: & talis tenetur portare tonsuram. š. de vi. & hone. cle. clericus. cum clericus etiã depositus teneatur viuere secundum regulam ecclesiasticam. 81. dist. dictũ. Vbi clericus coniugatus nullũ percipit beneficium ecclesiasticum, & qui nullam spẽ habet redeũdi ad clericatum, nullo priuilegio clericali gaudere debet, nec est compellendus aliquid de clerico ostendere: vt ille q contrahit cum vidua. 84. distin. quisquis [2]. vnde ille non erat compellendus ad tonsuram, cum nullum beneficium ecclesiasticum habuit. j. eo. c. vlt. Quod ergo dicit [3] etiã tonsuratus priuilegio nõ potest clericali gaudere, intellige de priuilegio qd clerici habent, ne vexentur aliquibus exactionibus in persona, vel rebus proprijs. & C. de episco. & cleri. l. 2. hoc priuilegiũ perdit clericus post trinam admonitionem. š. de vi. & hone. cle. c. vlt. j. eodem. ex parte. ergo multo fortius coniugatus & tonsuratus, qui exercet negotia secularia, isto priuilegio gaudere non potest, sicut iste de quo loquitur decre. Priuilegiũ clericorũ in multis ꝯsistit, & licet in vno amittatur, in alio adhuc retinetur.

Additio. Vide c. 1. eo. tit. [lib. 6.] qd est singulare ꝑ materia ista.

b ¶ *Beneficium ecclesiasticum.*] Clericus [3] coniugatus ex dispensatione Papæ potest beneficium habere. Vel secundum Host. intelligitur de clerico coniugato habente stipendium ab ecclesia, non tamen in titulum: nam si consuetudo est, tonsuram ferre debet.

quanquam iam dudum vxorem legitimam duxerit, pro eo quòd prius in acolythũ fuerat ordinatus, compellere niteris, vt tonsuram deferat clericalẽ, ex qua inter ipsum & vxorem suam posset scandalum generari: cum de consuetudine terræ tuæ clerici vxorati non cogantur inuiti portare tonsuram. ¶ Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest[a] priuilegio clericali gaudere: Mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestes: dummodo nullum percipiat beneficium ecclesiasticum[b], cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cum eum oporteat secularibus negotijs immisceri, tonsura ipsius secularia exercentis, videretur profectò in ministerij nostri vituperium redundare.

¶ Idem.

¶ *Vxorati non admittuntur ad ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere quas habent.*

CAP. VIII.

CVm † decorem: & infra. ¶ Eos qui sunt publice vxorati, non admittatis[c] de cætero ad ecclesiasticas dignitates: dimissis[d] ab eis quas nõ possunt sine prauo exemplo, & graui scandalo[e] retinere.

¶ Hono. iij. H. quondam reginæ Anglorum.

¶ *Clerici coniugati in rebus suis non gaudent priuilegio clericali.*

CAP. IX.

EX† parte tua fuit propositum, quòd nõnulli litterati terræ tuæ (habitu & tonsura clericali relictis †) publice ducunt vxores: & infra. ¶ Vt tamen consuetis iustitijs[f], & debitis obsequijs[g] te defraudent, tonsuram resumunt † abiectã: & infra. Quidam etiam accepta prima tonsura similiter cõtrahunt, & eandem tonsuram deferunt, vt eodem † prætextu excusari valeant à prædictis: & infra. ¶ Cum igitur reddenda sint quę sunt Cæsaris Cæsari, & quæ[h] sunt Dei Deo: æquanimiter duximus tolerandum, si † à talibus[i] iustitias debitas velut ab alijs vxoratis exigas, & seruitia consueta.

¶ Idem

¶ *Si clericus in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsuram, vel habitum clericalem.*

CAP. X.

VT † consultationi tuæ breuiter satisfiat, Respondemus, quod R. miles tuæ diœcesis, qui olim in minori esset constitutus[k] ætate tonsuram tantum & coronam clericalem assumpsit, non est cogendus[l] deferre habitum clericalem.

TITVLVS IIII.

De clericis non residentibus † in ecclesia † vel præbenda.

¶ Ex concilio Sardicensi. †.

¶ *Episcopo non licet sine licentia Papæ transire ad alium episcopatum, ipsum acceptando: aliàs priuatur habito & ambito, & hoc intendit cum glossa.*

CVm *decorem.*] Casvs. Dicitur hic q̃ clerici vxorati non debent admitti ad ecclesiasticas dignitates, & si quas habent, illas amittant: quia sine scandalo & malo exemplo eas retinere non possunt. Nota q̃ clerici vxorati non debent admitti ad ecclesiasticas dignitates, & habitas amittere debent.

c ¶ *Non admittatis.*] sic š. eo. c. sane.

d ¶ *Dimissis.*] quia coniugati simplicia beneficia possidere nõ possunt, & ideo eis sunt priuandi. š. eo. c. 1. & c. diuersis. & c. quod ad te. & c. sane. Bern.

e ¶ *Scandalo.*] Ob hoc solum quandoque repellitur quis à beneficio. j. de præb. cum teneamur, quia nihil cum scandalo faciendũ est. š. de præscri. nihil prodest. š. de temp. ordi. ad aures.

EX *parte.*] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Cum igitur.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam litterati de terra & regione Anglorum, habitu & tonsura dimissis ducunt vxores: tamen ad hoc vt declinent iurisdictionem reginæ, & eam defraudent debitis obsequijs, tonsuram resumunt. Insuper quidam alij prima tonsura recepta similiter contrahunt, & eam deferunt, vt excusari valeant à prædictis: significauit hoc regina domino Papæ, & ipse respondet, cum ergo reddenda sint Cæsari q̃ sunt Cæsaris, & Deo q̃ sunt Dei: patienter sustinebit si à talibus clericis iustitias suas exegerit, sicut ab alijs coniugatis. Nota quòd cuilibet ius suum seruandũ est. Item clerici vxorati amittunt priuilegium clericale.

f ¶ *Consuetis iustitijs.*] Prętextu huiusmodi clericatus declinant subire iudicium reginę, nec volunt ibi respondere alicui conquerenti.

g ¶ *Obsequijs.*] id est angarijs & perangarijs, à quibus clerici debent esse immunes. j. de immu. ecc. non minus. & C. de epi. & cler. l. 2. & 16. q. 1. §. nouarum.

h ¶ *Quæ sunt Dei Deo.*] verba ista sunt 23. q. 8. c. conuenior. in fi. & c. seq. vnde ecclesia de agris suis tributũ soluit Imperatori. 11. q. 1. si tributum. & c. magnum. & 23. q. vlti. tributum. & c. conuenior.

Additio. Vnde versus. *Reddite (Christus ait) ea quæ sunt Cæsaris illi: Reddat quisque Deo, quæ legit esse Dei.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remouet.*

i ¶ *A talibus.*] & sic patet quòd clericus coniugatus & tonsuratus non gaudet priuilegio clericali: vt š. eo. Ioannes. De hac materia dic vt ibi [4], immo & clerici non coniugati perdunt hoc priuilegium post trinam admonitionem, dum se immiscẽt negotijs secularibus: vt š. de vi. & ho. cle. c. vlt. Item argu. contra de sent. excommunic. contingit. Solue vt ibi.

VT *consultationi.*] Casvs. Quidam constitutus in minori ætate, tõsuram & coronam clericalem accepit, postea factus fuit miles: quærebatur an deberet compelli portare habitum clericalem? Et respõdet quòd non debet compelli. Nota quòd si tonsuratus ad militiam se transfert, non est compellendus deferre tonsurã.

¶ *Glo. seq. ponit opinionem quam reprobat.*

k ¶ *Constitutus.*] Ob hoc sumunt quidam arg. quòd propter minorem ætatem excusetur ne portet coronam. sed hoc non est verum. vnde dicas maxime. vt š. eo. Ioannes. vbi de hoc.

l ¶ *Non est cogendus.*] Quia licitum est ei renunciare huic priuilegio clericali, cum nullum recipiat beneficium ecclesiasticum, vt dicit decre. Ioannes.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS, &c.

¶ *Quia clerici non solum inhoneste viuunt sectando mulierum consortia, sed etiam in beneficijs eorum non residendo, & fructus eorum capiendo, merito subijcitur hæc rubrica. Abb.*

De hac materia tractatur. 7. q. 1. per totum. & principaliter. c. quia frater. §. ambitionis.

Mat. 22. Mar. 12. Luc. 23.

¶ Alias ita: vt à talibus &c. sed in antiquis legitur vt est impressum.

¶ Vide notas nostras in hac decretalem.

¶ De materia huius tituli vide quid nouissime cauerit concil. Triden. sess. 6. de refor. c. 1. & 2. & sess. 23. de refor. cap. 1.

¶ Alias lege: ecclesia præbenda.

¶ Concilii Sardicensis cap. 1. Burchard. lib. 1. decret. c. 79. Iuo par. 5. c. 181. huc spectat canõ Apostolorum. 14. vbi vide Theodorũ Balsamonẽ. sed lege notas huius capitis.

Non

N On liceat episcopo.] Primo ponitur dictum. Secundo ratio: ibi, Manifesta. Tertio rationis ratio: ibi, Cum nullus. Abbas.

Casus. Statuit concilium Sardicense, quòd nullus episcopus transeat ad aliã ciuitatẽ de sua ciuitate: cum causa quare hoc fiat, videatur manifesta, scilicet ambitio: quia nullus repertus, qui de maiori ciuitate trãsire velit ad minorem. Nota hic dubia in peiorem partem interpretari. Is qui crescit, de minori ad maius crescere debet.

CAP. I.

N On liceat episcopo de ciuitate sua transire[a] ad aliam: Manifesta est enim causa[b], pro qua facere hoc attentat: Cum nullus sit inuentus episcopus, qui ad minorem[c] de maiori ciuitate transiret.

Leo tertius.

Deponitur Cardinalis, qui in suo titulo non residet. h. d. Et est iste textus multum notabilis.

CAP. II.

E X† gestis: & infra. In synodo Anastasius presbyter Cardinalis tituli beati Marcelli, ab omnibus[d] canonice est depositus[e]: Eo quòd parochiã suam per annos quinque, contra canonum instituta† deseruit: & in alienis vsque hodie demoratur.

Ex concilio Lateran. †

Uni plures dignitates vel ecclesiæ cõferri non debent, & ecclesia est conferenda illi qui residere & regere valeat per seipsum: aliàs perdit ecclesiam, & donans conferendi potestate priuatur.

CAP. III.

Q Via nõnulli modum auaritiæ non imponentes, dignitates[f] diuersas ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales, contra sacrorum canonum instituta[g] nituntur accipere, vt cum vnum officium vix[h] implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorũ: ne id† decætero fiat districtius inhibemus. Cum igitur ecclesia vel ecclesiasticum ministerium† committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsam[i] valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit: & qui receperit, quod cõtra sacros canones accepit†, amittat. & qui dederit, largiendi potestate priuetur[k].

Alexan. iij. Eboracen. archiepiscopo.

Præsentatus ad ecclesiam non confirmatus, si apparet quòd nolit residere, non debet institui per superiorem: confirmatus autem & ex non iusta causa non residens, priuatur appellatione remota.

CAP. IIII.

R Elatum† est nobis, quòd cum in Lateranen. concilio[l] statutum sit, vt personæ tali ecclesia vel beneficium ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, & curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad ecclesias præsentati hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt[m]: & infra. Cum igitur verba accipienda sint cum effectu[n]: tales si† præ-

a Transire.] Sine licentia domini Papæ, vt 7. q. 1. si quis. aliàs perderet habitam & ambitam. i. de transla. inter corporalia. & c. quanto. nec alij inferiores sine licentia sui episcopi. i. de renuntiatione, admonet.

b Manifesta est enim causa.] scilicet ambitio maioris dignitatis. Et est hic arg. dubia in peiorem partem esse interpretanda. i. de elect. c. 2. Argu. contra. j. de reg. iur. estote. & ff. de reb. dub. quotiens a.

Additio. Sed illud est propter talem præsumptionem.

c Ad minorem.] Nec tamen illud est faciendum: quia qui crescit de minori ad maius crescere debet. 93. dist. legimus. in fi. & i. de trãslatio. c. 1. & 79. dist. c. gesta. arg. facilius enim dispensatur, vt quis trãseat ad maiorem quàm ad parem, vel ad minorem, propter maiorem vtilitatem. i. de translatio. licet. Bernardus.

E X gestis.] Primo narrat depositionem Cardinalis. Secundo eius causam: ibi, Eo quod. Abbas.

Casus. Quidam presbyter Cardinalis tituli sancti Marcelli, per quinque annos deseruit parochiam suam contra canones: & quia admonitus redire noluit, in synodo priuatus fuit dignitate sua. Nota quòd prælatus non debet ecclesiam suam derelinquere; quod qui fecerit, priuari debet per sententiam.

d Ab omnibus.] id est, omnibus approbantibus suam depositionem. quoniam solus Papa ipsum deposuit.

e Depositus.] id est, à dignitate sua remotus, eo primo monito legitime vt rediret. j. eo. c. inter quatuor. & c. vlti. & aliàs nõ debet priuari quantumcunque vagabundus discurrat. j. eo. ex tuæ.

Q Via nonnulli.] Tria facit. Primo ponit vitium. Secũdo adhibet remedium: ibi, Cum igitur. Tertio imponit pœnam: ibi, Quod si. Abbas Siculus.

Casus. Quidam cupiditate ducti diuersas dignitates, & plures parochiales ecclesias contra canones recipiunt, quibus deseruire non possunt, cum etiam vni ecclesiæ vix sufficere possunt: statuit Lateranen. concilium, quòd istud decætero non fiat: sed cum beneficium ecclesiasticum committi debuerit, tali committatur personæ, quæ residere in loco possit, & per seipsum officium suum exercere: & qui contra hoc fecerit, quod accepit amittat: & ille qui dedit, conferendi potestate illa vice priuetur. Nota quòd nullus potest habere plures dignitates, vel plures parochiales ecclesias. Item per seipsum debet quis residere, & non per vicarium. Item qui indigno confert beneficium, debet priuari potestate conferendi beneficium illud, & vt indignus debet remoueri.

Glos. seq. ponit quinque modos, quibus accipitur dignitas.

f Dignitates.] Dignitas dicitur quandoque quædam prærogatiua in ecclesia, quæ alio nomine personatus appellatur: vt hic, & i. de rescr. ad aures. & j. de pb. de multa. quãq; enim accipit pro seculari prærogatiua 23. q. 5. administratores. & 43. dist. c. 1. Interdũ pro potestate accipitur. ff. de of. quæsto. l. vnica. in prin. Interdũ pro ordine. 4. dist. denique. Quandoque pro conditione accipitur. vestire enim debet fructuarius seruos secundum dignitatem eorum, id est, cõditionem. ff. de vsufruc. & quemadmodum q. vtatur. sed & si quid. §. 1. De pœna istorum qui retinent plures dignitates, habes j. de præben. de multa. & i. de electione, dudu 2. & j. eo. conquerente. Vin.

g Instituta.] vt 21. q. 1. per totum. & 10. q. 3. vnio. & 16. q. vlti. per laicos. & 89. dist. singula. & i. de ætate & qualitate. cum se. & j. eod. conquerente.

h Vix.] 16. q. 1. presbyteros. & C. de assesso. l. nemo.

i Per seipsam.] Hoc quidem ius commune est, vt in ea ecclesia in qua intitulatus est, debeat deseruisse. 21. q. 2. c. 1. & 70. dist. sanctorum. & 71. dist. cap. clericos. & 91. dist. Eleutherius. Quandoque tamen in casu potest quis seruire per vicarium: vt cum parochialis ecclesia annexa est dignitati vel præbendæ. j. de præbendis. extirpandæ. §. qui vero. & c. ex parte. Sunt autem quædam quæ per alios fieri non possunt de iure, vt officium in ecclesia, nisi in casibus vt dixi: vt hic patet. ff. de solutionibus. inter artifices. & i. de officio delegati, quoniã apostolica. §. a. arg. 2. q. 3. c. si quem. §. nouimus. Quædam vero sunt, quæ p alios fieri possunt. C. de caduc. tol. l. vnica. §. sin autem.

k Priuetur.] j. de præben. de multa. & i. de electio. cum in cunctis. & ibi augetur pœna, & dic, priuetur ex vice. Ber.

R Elatum.] Primo ponitur excessus. Secundo prouisio: ibi, Cum igitur. Abbas.

Casus. Dictum est in prædicto concilio, quòd ecclesia vel beneficium ecclesiasticum tali personæ debet committi, quæ per se curam ipsius valeat exercere: sed quidam affirmant se hoc facere velle, sed illud efficere contradicunt: peruenit hoc ad Papam: vnde mandat Papa archiepiscopo Eboracen. quòd cum verba cum effectu sint accipienda, si tales præsentati fuerint, ipsos non admittat, & qui recepti sunt remoueantur, nisi de licentia suorum prælatorum fuerint absentes, puta studio literarum, vel alia honesta causa: & si cõtra hoc appellauerint, eorum appellatio non valebit. Nota quòd ex promissione sua quis obligatur. Item verba cum effectu sunt accipienda. Item non debet quis se absentare ab ecclesia sua sine licentia sui prælati, quantumcunque causam habeat honestam. Item si aliquis appellet ne faciat residentiam, nõ valet appellatio; sed hoc intellige de eo qui promisit residentiam.

l Lateranen. concilio.] s. cap. proxi.

m Contradicunt.] ipso facto, recedendo scilicet.

n Cum effectu.] Nota quòd verba cum effectu sunt accipienda. de pœn. distin. 1. cap. hæc autem verba. & ff. ne quis eum qui in ius voca. est. l. si per alium. §. docere. ff. quod quisque iu. l. 1. §. hoc autem. C. communia de le. l. 2. & 17. quæst. 4. si quis suadente. & 23. distinctio. psalmista. & 16. q. 1. in canonibus. versic. custodes chartarum, & c. 9. q. 2. institutis. ex quo enim intitulati sunt, debent ibi perpetuo permanere. 70. distin. sanctorum. & 71. dist. c. clericos. & 21. q. 1. c. 1.

a Amo.

sentati fuerint, non debent admitti, & admissi poterũt amoueri [a]: nisi forte de licẽtia suorum prælatorum [b], vel studio litterarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium [c], si contra huiusmodi intentionem decreti [d] fuerit interiectum †.

¶ Idem.

CAP. V.

FRaternitati † tuæ: & infra. ¶ Præterea clericum alterius diœcesis, absque commendatitiis [e] litteris sui episcopi, nõ debes recipere: nisi pro eo receperis ab Apostolica † sede mandatum.

¶ Idem.

¶ Qui non residet in beneficio etiam modicæ æstimationis, illo priuatur.

CAP. VI.

COnquerente † nobis R. presbytero accepimus, ꝙ G. clericus ab eo pro quo ecclesia sua, de qua vitæ [f] necessaria [g] vix potest percipere [h], annuatim viginti solidos extorquere conatur, asserens beneficium illud in eadem ecclesia sibi fuisse collatum: & infra. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi cõstiterit, quòd dictus G. habeat ecclesiastica beneficia sibi sufficientia [i]: vel quòd eidem ecclesiæ non deseruiat [k], sibi super præscripto beneficio silentiũ, sublato † impedimento appellationis, imponas.

¶ Idem.

¶ Qui est in seruitio episcopi, percipit fructus beneficij tamquam residens, præter distributiones quotidianas. Ab.

CAP. VII.

DEcætero †: & infra. ¶ Statuimus ne canonicis, donec in seruitio [l] tuo fuerit, quicquam subtrahi debeat, vel auferri, quod de communitatis sibi beneficio debetur: Nisi, forte sint victualia [m], quæ non cõsueuerunt absentibus exhiberi.

¶ Celestinus iij. †

¶ Priuandus est prælatus vel clericus non residens, qui citatus non reuertitur in termino sibi præfixo, nisi habeat iustum impedimentum. h. d. cum duobus sequentibus.

CAP. VIII.

EX † parte vestra nostro fuit Apostolatui reseratum, ꝙ ecclesiæ vestræ decanus, qui in partibus Gallicanis sibi potius habitationem elegit, iam † per decem annorum [n] spatium ecclesia vestra, ipsius præsentiam habere nequiuit. ¶ Quia igitur nolumus, vt eadem ecclesia decani officio [o] defraudetur: Mandamus, quatenus scribatis ei-

a ¶ *Amoueri.*] j. de præbend. quia intantum. & c. cum non ignores. præmissa tamen admonitione. j. eod. inter. & c. vltimo, & capitulo, ex tuæ.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Prælatorum.*] Clericus enim sine licentia sui prælati abesse nõ debet, etiam ex iusta causa, siue causa studiorum, vt hic patet: siue aliis iustis causis, puta causa peregrinatiõis. de consec. dist. 5. non oportet. vel pro negotiis suis. 7. q. 1. præsentium. ergo multo minus abesse debet ex non iusta causa.

c ¶ *Diffugium.*] Argu. s. ĩ. de appellatio. peruenit 2. Sol. hic loquitur de eo qui habet curam animarum, & qui expresse pmisit residere: ibi de simplici beneficio. & de eo qui expresse non promiserat residere: ibi tantum pendẽte appellatione per alium deseruitur in ecclesia de beneficio illius.

d ¶ *Decreti.*] De hoc not. s. eo. c. proxi. Ber.

F*raternitati.*] CASVS. Dicitur ꝙ clerici alterius diœcesis, non recipiantur sine litteris commẽdatitiis suorum episcoporum, nisi super hoc Apostolicum habeatur mãdatum. Not. ꝙ creditur litteris episcoporum.

e ¶ *Commendatitiis.*] Literæ commendatitiæ siue dimissoriæ dicuntur, quibus dimittitur & absoluitur à potestate sui epi, in quibus perhibet testimoniũ de vita & ordinibus illius. De istis litteris satis habes 71. dist. c. primatus. & c. extraneo. & duobus capitulis sequẽti. & sine istis litteris eps non debet recipere clericum alterius episcopi, vt ibi dr, nec ordinare, nec retinere: vt 72. dist. per totum. & clericus sine licentia sui epi ecclesiã suã dimittere nõ debet. s. de renun. admonet. Item dicuntur dimissoriæ, quæ dantur appellantibus, quæ vulgo apostoli dicuntur. ff. de verb. significatione. dimissoriæ.

C*onquerente.*] Primo ponitur impetrantis querela. Secundo cõmissionis forma: ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam presbyter R. conquestus est dño Papæ, ꝙ G. clericus requirebat ab ipso xx. solidos annuatim pro ecclesia sua, de qua idem presbyter vix necessaria percipere poterat: dicẽs, beneficium in eadem ecclesia sibi fuisse collatum, cum alia beneficia sibi sufficientia obtineret, nec eidem ecclesiæ deseruiret: mandat Papa, si constiterit ꝙ dictus clericus habeat alia beneficia sufficientia, vel ꝙ ipsi ecclesiæ non deseruiat, dicto G. super beneficio ipso silentium imponatur. Not. ꝙ qui beneficium sufficiens habet, super alio nõ est audiendus. Itẽ si nõ deseruiat, nihil percipere debet.

f ¶ *Vitæ.*] Verbo victus, vestis etiam continetur. ff. de verborum significatione. verbo, victus.

g ¶ *Necessaria.*] Vnde potius fuit sibi subueniendum. arg. j. de censibus. licet. & C. noua vecti. l. 5. & 10. q. 3. vnio.

h ¶ *Percipere.*] Ad hanc non se refert Papa in sequentibus, & hoc ideo quia tempore collationis potest illud opponi, non postea. 8. q. 2. dilectissimi. ex quo consentit in eum, licet paupertate laboret, non potest dissentire. 91. dist. clericus. Vin.

i ¶ *Sufficientia.*] In hac sufficientia considerãtur plura: nobilitas, scientia; quia tales personæ maioribus redditibus sunt honorandæ j. iii. proxi. de multa. in fi. Dignitas consideranda est. ff. de vsufru. sed & si quid. §. 1. ita ꝙ possit sufficere sibi & suis, & hospitalitatẽ seruare, & iura episcopalia soluere. j. titu. proxi. de monachis.

K ¶ *Deseruiat.*] quodcunque istorum constiterit, sufficit ad repulsionem ipsius. arg. s. de rescri. inter cætera. & sic patet, ꝙ clericus residentiam facere debet in ecclesia sua: aliàs potest ea de iure cõi priuari. s. de ap. peruenit 2. & j. eod. inter. & c. vlti. & præcipue cũ habet in ecclesia aliquam dignitatem. j. eo. ex parte. nec in absentia aliquid percipere debet. j. c. proxi. argu. nisi consuetudo in contrarium se habeat. j. ĩ. de consti. cum omnes. & j. eod. ad audientiã. arg. quia ibi ius commune fuit iuramento firmatum. Et est arg. ꝙ de iure communi nullus potest habere plura beneficia, quorum alterum sufficiat. j. titul. proxi. cum teneamur. & s. de rescrip. cum adeo.

D*Ecætero.*] Ponit dictum, à quo excipit: ibi, *Nisi.* Et hoc dicit. Qui est in seruitio prælati, fingitur residere. Abba.

CASVS. Quidam episcopus quandoque ducebat secum aliquos de canonicis ecclesiæ suæ; alij subtrahebant illis, qui cum episcopo erãt, quod cõsueuerant percipere de communitate: statuit Papa, ne canonicis illis, qui in seruitio episcopi fuerint, aliqd subtrahi debeat vel auferri: nisi forte sint victualia, quæ absentibus dari non consueuerunt. Not. ꝙ dum quis est in seruitio episcopi, pro præsente & deseruiente debet haberi: & sic ecclesiæ deseruire intelligitur.

l ¶ *In seruitio.*] Not. ꝙ qui est in seruitio epi pro præsente reputatur quo ad perceptionem beneficii, & ecclesiæ seruire intelligitur. arg. 7. q. 1. scire. & 16. q. 1. similiter. & 12. q. 2. hæc huius placiti. & j. eodẽ. ad audientiam. argu. ff. de excu. tuto. iurisperitos. & C. de excus. tuto. l. vlt. & qui est in seruitio Papæ, pro præsente habetur. j. eodem. cum dilectus.

m ¶ *Victualia.*] Huiusmodi victualia siue distributiones non dantur studentibus in Theologia. j. de præben. licet.

E*x parte.*] Cõis diuisio. Secunda: ibi, *Quia ergo.* Abbas Siculus.

CASVS. Decanus cuiusdam ecclesiæ transtulit se ad partes Gallicanas. & ibi per x. annos. moram fecit, ita ꝙ non fuit reuersus ad ecclesiam suam: capitulum ipsius ecclesiæ significauit hoc dño Papæ: Rñdet Papa, ꝙ nõ vult ꝙ ipsa ecclesia decani officio defraudetur: mandat capitulo, vt scribant ei, ꝙ ad suam ecclesiam reuertatur, & ibi exerceat officium decani: ꝙ si venire noluerit ad terminum sibi datum, dat eis licentiam decanum alium eligendi. Not. ꝙ licet aliquis longo tempore absens fuerit ab ecclesia sua, semper tñ citandus est vt redeat, antequam ipse beneficio suo priuetur.

n ¶ *Per decem annorum.*] Et ita vr ecclesiã habere pro derelicto. per minus spatiũ priuari potuit. s. eo. c. 2. & 7. q. 1. præsentiũ. tñ primo debet moneri vt redeat. j. eo. c. proxi. & c. inter. & c. vlt. aliàs nõ debet priuari iure suo non citatus, non conuictus vel confessus, vel p contumaciã absens. s. de maio. & obed. c. inter quatuor. immo & si esset vagabundus, primo ad ecclesiam suam citari debet. j. eod. ex tuæ. Et sic patet, ꝙ quantocunq; tempore aliquis sit absens ab ecclesia sua, semper est monendus, vt redeat. Tamẽ si alibi se intitulari permisit: secundum beneficium recipiendo ipso iure vr vacare primum: potestque priuari ipso iure quantum ad possessionẽ. j. de concess. præben. litteras. & c. cum nostris.

o ¶ *Officio.*] Qđ sit officiũ decani, ex cõsuetudine poti9 colligit. & sic decanus ad residẽtiã tenet; aliàs priuat decanatu, vt hic patet.

Ex tunc

† Vide l. fi. qua pœna. cum concor. ff. de verb. significat.

† Cap. 3. eo. tit. in 2. compilat. Et vide Abbatem in c. cum ill. dudum. infra de præben.

† Alias ita: Apostolica sede &c.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compila.

† Et hinc respectu dicti dicuntur commẽdatitiæ: ad hoc j. titu. 3. in Lateranen. in fi. dicuntur etiam formatæ, quia dantur sub certa forma vt patet 71. dist. per totum. vbi ponitur earum tenor. Si tñ officias amisit, poterit probare per alia. de ele. c. pete. tuæ. secundum Vin. Gof. & Ho. Ioh. And.

† Hic glos. ... non habens ve... ... eo ... [illegible]

† Aliàs, sublato appellationis obstaculo.

† De hoc diffiniuit concilium Trident. sess. 6. de reformat. c. 2. & sessio. 24. de refor. cap. 1.

† Cap. 4. eo. tit. de praebend. in 1. compilat.

† Clemens

† Cap. 8. eo. tit. in 2. compilat. Et vide secundũ in c. 2. supra de rescrip. & Oldradum cõs. 123. incip. attento li domini Arnoldi.

† Aliàs iterũ iam per decem annos.

† Nisi licentiatus fuisset ad certũ tempus: quo casu si vltra illud tempus abfuerit, priuari potest: nisi iustam causã habeat. 7. q. 1. præsentium. vt sic dica. interpellet. j. de loca. c. potuit secundum Gosf. illud procederet, si in citatione licentiæ mon... fuisset redire in termino, vt etiam dixi vt hic non contestata. quoniam. §. porro. super glo. de hac io. An.

a ¶ *Ex tunc.*] id est, nisi redierit ad terminum sibi præfixum, extunc, id est, post terminum eligant.

b ¶ *Concedimus.*] Nisi iustam causam ostenderit, quare venire nō possit. j. eo. cap. inter. & cap. vlt.

menachi. Et hoc ideo est ne obedientia contemnatur: quia propter obedientiam etiam bonum debet intermitti. 11. q. 3. quid ergo.

g ¶ *Deserunt.*] Huiusmodi clerici, qui ita deserunt ecclesias suas, desertores appellantur in canone. 21. q. 2. placuit. & capi possunt ab his quorum consortiu declinare nituntur. arg. 18. q. 2. abbates.

Qualiter.] Cōis diuisio. Secunda: ibi, *Discretioni.* Abb. Siculus.

Casus. Archieps Ragusinus ab ecclesia sua recessit, & per quadriennium expectatus & reuocatus etiam per litteras dñi Papæ, nec redire voluit: mandat Papa capitulo Ragusino, vt post mensem à receptione litterarum, aliam personam idoneam sibi eligant in pastorem, nisi forsitan reuersus sit. Not. q citādus & expectandus est quis, antequam priuetur ecclesia sua, & de gratia datur huic vnus mensis post primam citationē. Itē not. q nō eo ipso q clericus recedit ab ecclesia sua, habet ipsam pro derelicta, sed cum vocatus non redit.

c ¶ *Quadriennium.*] Immo vltra annum abesse non debet, nisi iussio imperialis eum detineat. in Authen. quomodo oporteat episcopos ad ordi. §. & illud etiam diffinimus. coll. 1. & in Authen. de san. epi. §. inter dicim⁹. collat. ix. tamen quamdiu non renunciat, clericus semper est; & licet vagetur, non habet ecclesiam pro derelicto, nisi 3hat contrariam negotiationem, vt si fiat miles, vel si contrahat matrimonium, vt š. de cle. coniu. c. 1. vel nisi admonitus non redierit, vt j. eo. tit. cap. proxi. & ca. vlt. & 7. q. 1. peruenit.

¶ *Glo. seq. notat tempus receptionis, et c. signat contrarium.*

...dem, quòd suum ibidem officiū vt decanus debeat exercere. Quòd si vocatus venire noluerit, eligendi alium qui præesse ecclesiæ vestræ valeat, & prodesse, vobis extunc a concedimus b liberam facultatem.

¶ Innocentius iij. capitulo Ragusino.

¶ *Summatum est in capitulo præcedenti.*

CAP. IX.

QValiter † archiepiscopus vester temeritate propria recessit ab ecclesia Ragusinensi, nec iam vltra quadriennium c expectatus redierit d, per litteras etiam vestras reuocatus: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus (nisi forsitan iam redierit) vos post mensem e à receptione præsentium, personam vobis idoneam in archiepiscopum eligatis.

¶ Idem Cōstantinopolitano patriarchæ.

¶ *Summa vt in capitulo, ex parte. supra eodem.*

CAP. X.

INter † quatuor animalia: & infra. ¶ De clericis qui ecclesias vel præbendas sibi concessas, sine iusta f & necessaria causa deserunt g, tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi duximus respondendum: quòd postquam cōgruo tempore h fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possunt eis iuste priuari i: dummodo non sint iusto impedimento k detenti.

¶ Idem archiepiscopo Panormitano. †

¶ *Si nescitur vbi sit clericus tribus publicis edictis citabitur in ecclesia sua: & si infra sex menses non reuertatur, priuabitur ecclesia sua. h. d. vsque ad ver. contra eos.*

CAP. XI.

EX † tuæ deuotionis †: & infra. ¶ In ecclesiis eorū, qui se fraudulenter absentāt †, nec ad ipsos valet citatio peruenire, trinæ citationis edictum facias publicari l: & si nec sic curauerint obedire, & vltra sex menses m suas deseruerint ecclesias, [iuxta † sanctiones canonicas] eis debent merito spoliari n.

¶ *Iste versiculus non summatur propter varietatem lecturarum, & quia secundum vnum intellectum non facit ad rubricam.*

¶ Contra eos etiam procedatur, vt ipsos o per suspensionis & excommunicationis sententiam, ad tuam obedientiam venire compellas. Quòd si nec sic eorum † malitia poterit emolliri, eos B. tituli sanctæ Susannæ presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis legatus à spiritualium p administratione

h ¶ *Congruo tempore.*] Hoc ad arbitrium episcopi refertur cōsideratis circunstantiis viarū, & distantiæ. š. de appellatio. cum sit Romana.

i ¶ *Iuste priuari.*] Nisi redierint in termino eis constituto post admonitionem. j. eo. c. vlt. & š. c. proxi. in fi. iusto impedimento cessante, vt dicit littera seq.

k ¶ *Impedimento.*] Quo probato, sunt restituendi. 7. q. 1. præsentium. & j. eo. tit. cap. vlt. Ber.

EX tua.] Duo sunt dicta. Secundum: ibi, *Contra.* Abbas.

Casus. Quidā prælati ecclesiarum, subditi archiepiscopi Panormitani absentarunt se ab ecclesiis suis, ita q citari nō poterant: quæsiuit archieps à Papa, qualiter cum illis esset agendū. Respondet Papa, q edictū trinæ citationis faciat proponi apud ecclesias ipsorum: & si non venerint, & vltra sex mēses ecclesias deseruerint, debent ecclesiis spoliari, sed prius procedatur 3 eos per sententias suspensionis & excōmunicationis, vt ad obedientiam ipsius archiepiscopi redeant: & si eorum malitia sic cōpesci non poterit, cardinalis Apostolicæ sedis legatus remoueat eos ab administratiōe suarum ecclesiarum, & ecclesiis illis de personis idoneis faciat prouideri: sed eos non deponat, vt cum eis, si expedierit, misericorditer agi possit. Not. q qui non apparet, apud domicilium suum debet citari trinis edictis: & antequam procedatur contra eum, debet expectari per sex menses. Itē arg. q cum deposito non sit dispensandum.

d ¶ *Redierit.*] Sufficit si reuersus fuerit tempore receptionis litterarū, vel vsq; ad mensem reuertatur post receptionem: quod est notabile, vt tempus receptionis consideretur. arg. š. de foro compet. licet. & š. de appel. super eo. & j. tit. proxi. dilectus 2. vbi de hoc. š. de rescrip. eam te. & j. de vsu. quia frustra. in litteris 3 vsurarios cōsideratur tempus subsequens, non tempus datæ. 1 Arg. contra. š. de rescrip. eam te. & capitu. constitutus.

Additio. Quod soluetur j. titu. proximo, dilectus.

e ¶ *Post mensem.*] Adhuc indulget ei vnum mensem post receptionem litterarum si non sit reuersus.

INter quatuor.] Primo ponitur dictū: Secūdo exceptio: ibi, *Dummodo.* Abbas.

Casus. Quidam clerici patriarchæ Constantinopolitani, sine licentia ipsius absentabant se ab ecclesiis suis, sine iusta & necessaria causa: quæsiuit patriarcha qualiter cum illis esset agendum? Respondet Papa, q expectet illos congruo tempore, secundum quod ei videbitur: & nisi redierint ad terminum eis præfixum, possunt priuari ecclesiis suis, dūmodo non sint iusto impedimento detenti. Not. q sine licentia sui prælati clerici ab ecclesiis suis se absentare non debent. Item clerici absentantes se citandi sunt, & expectandi congruo tempore antequam priuentur beneficiis suis. Item iusto impedimento detenti non debent suis beneficiis spoliari.

¶ *Glo. seq. dicit arg. à contrario cessare, & arg. quod bonum est.*

f ¶ *Sine iusta causa.*] Quod facere non debet, immo si iusta causa subsit, debet petere licentiam ab epo suo. š. eo. c. relatum. & de consec. dist. 5. non oportet. & sic non est arg. à 3rio sensu, s. vt iusta causa possint esse absentes sine licentia prælati. Vnde est argu. q bonum non est faciendum sine licentia prælati. š. eo. relatū. & 16. q. 1.

l ¶ *Publicari.*] Sic š. de dol. & contum. causam quæ. & cap. vltim. ff. de dam. infe. l. 4. §. prætor. ff. de libe. agno. l. 1. §. respon. nec ob. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. §. item cū ex edicto. 2 quia ibi non solenniter positum est edictum.

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & soluit contra solutionem allegat dos iura.*

m ¶ *Sex menses.*] Arg. contra. š. eodem. c. 2. & cap. qualiter. & in Authen. de san. episco. §. interdicimus. collatio. ix. Arg. contra. sol. hoc tempus statutum ab homine interpellat. & loco admonitionis habetur. infra de loca. potuit. 10. q. 3. placuit. vnde in casu isto mora non purgatur. arg. 20. q. 2. puella. nisi iustum impedimentum ostēderit, quare venire non potuit, vt 7. q. 1. præsentium. & j. eod. c. vlt. Arg. contra. quod mora purgetur. 100. distin. quoniam. & arg. 88. distin. perlatum.

n ¶ *Spoliari.*] id est, suspendi iuxta canonicas sanctiones ab administratione temporalium, procedendo postea contra eos, prout sequitur in littera.

o ¶ *Vt ipsos.*] scilicet vagabundos prælatos, quia hic loquitur littera de prælatis tantum, ex eo q dicit; ab administratione remoueat, de quibus præsint ecclesijs. Qualiter sit procedendum contra istos & alios absentes, plene dictum est š. vtlit. non contesta. quoniam frequenter. §. porro.

p ¶ *A spiritualium.*] g Aliàs à spiritualium, aliàs ab episcopali, vel melius ab episcopatuum. & ita est in registro, vt dicit Innocentius.

a ¶ Remoueat.

a ¶ *Remoueat.*]Ex isto mandato speciali si sunt epi, aliis non posset legatus ex generali mandato. s. de offi. legat. quod translationẽ. quo ad alios prælatos potest ex generali mandato etiã sine non cõtesta. priuantur ecclesijs suis. s. vt lit. non contest. quoniam frequenter: secus si de crimine ageretur: vt no. s. de dolo & contum. veritatis. in notula magna. Ber.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit. Item arg. alleg. 3. iura, & duo alleg. in contrarium.*

b ¶ *Agi possit.*]Sed nũquid surrogati remouebunt? Nõ credo, sed dispensabitur cum eis, si necesse fuerit, vt in ordinibus toleretur. Arg. est hic quòd ille qui deposuit, non possit restituere. arg. de poen. dist. 6. placuit. in fi. & ff. de quæst. l. 1. in fin. & ff. de poe. diui fratres. Arg. 5. 21. q. 3. episcopus. 46. dist. c. clericus. Ber.

T*Va fraternitatis.*] Primo ponitur qõ. Secundo responsio: ibi, *Ad quod.* Abbas. Sicut. CASVS. Quidam clerici obtinuerunt indulgentiam, vt causa studendi beneficia sua perciperent in absentia sua, & sic accepta licentia à suo prælato transferunt se ad villas vel castella, in quibus modicum est studium, cum deberent venire Bonon. quærebatur vtrũ deberet habere beneficia sua in huiusmodi studio? Dicit Papa, q ea præfata indulgentia fructum habere non debere, cum fraus & dolus eis patrocinium nõ debeant impertiri. Nota q nomine studij de meliori vel saltem de bono intelligendum est. Item indulgentia intelligi debet, secundum q ille qui eam concessit intelligit. Item fraus & dolus nemini prodesse debet, sed obesse.

remoueat[a] † : & quibus præsunt ecclesijs, de personis idoneis faciat prouideri. Sed in eos degradationis sententiam non promulget, vt cum eis misericorditer (si expediat) facilius agi possit[b].

¶ Idem Altissiodorensi † episcopo.

¶ *Priuilegiatus vt absens in studio fructus præbendæ recipiat. Existens in villa vel castello, vbi nullum est, vel minus competẽs studiũ, priuilegio non vtitur.*

CAP. XII.

TVæ † fraternitatis discretio postulauit: & infra. ¶ Quæsiuisti præterea, vt cum interdum canonici, quibus studiorum gratia est indultum[c], vt in absentia sua fructus percipiant præbendarum suarum, accepta licentia se ad villas[d] transferũt vel castella, in quibus nullum est vel minus competens studiorum[e] exercitiũ: vtrum præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi? ¶ Ad quod † breuiter respondemus, eis qui huiusmodi fraudem committunt[f], (cum fraus & dolus nemini debeat † patrocinium impertiri) præfatam indulgentiam competere non debere.

¶ Honorius iij. præposito de Valerijs.

¶ *Qui iurauit in ecclesia residere, pro seruitijs ecclesiæ licite se absentat.*

CAP. XIII.

EX † parte tua fuit propositum, quòd tempore quo recepisti præposituram de Valerijs, præstitisti de facienda residentia iuramentum: & infra. ¶ Postulationi tuæ taliter respõdemus, quòd si te non absentãdo in fraudem, præposituræ tuæ iura fideliter prosequeris, cum ex hoc censeri debeas residens[g], periurium[h] non incurris.

¶ Idem capitulo Meten. †

¶ *Familiaris Papæ (non obstante constitutione contraria) præbendæ suæ fructus percipit in absentia.*

CAP. XIIII.

CVm † dilectus filius magister Otto: & infra. ¶ Mandamus, quatenus non obstante constitutione[i], quæ contra absentes canonicos inter vos dicitur emanasse, fructus[k] præbendæ suæ assignetis eidem, in nostro seruitio commoranti: Cũ familiares[l] nostri, qui circa nos se obsequiales[m] exhibent vniuersis †, minori non debeãt prærogatiua gaudere, quàm vestrum singuli, quorũ negotia per ipsos sæpius promouentur.

¶ Idem Meldeñ. episcopo.

¶ *Duo canonici absentes cum episcopo seu in eius seruitio, fructus præbendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione ecclesiæ contraria nõ obstãte.*

g ¶ *Residens.*]Quãdoque censetur residẽs qui nõ est, vt hic, & j. c. proxi. sic ff. de capti. & postli. reu. l. retro dr. quãq; dr præsens, qui in hortis est. ff. de procur. psens. & qui est in eadẽ prouincia, pro psente reputatur. C. de præscr. long. temp. l. vlt. sic quãque fingitur monachus qui non est, arg. j. de regula. viduæ. & 27. dist. quod interrogasti.

¶ *Glos. seq. allegat duas concordantias, ponit tres casus finales, interserit argumentũ, nos assignat contrarium.*

h ¶ *Periurium.*] Vide qualiter benigne interpretatus iuramentũ, ne de periurio noteiur. si. s. de testib. cum tu. ita tamen q fraudulenter se non absentet: qa tunc periurium incurreret. si. j. de sent. excom. relatũ. & si esset in seruitio episcopi, periurium nõ incurrit. s. eo. decætero. qa pro præsente censetur, quia ecclesiæ tũc seruire intelligitur. 7. q. 2. scire. & idem esset si reuocaretur à Papa: qa eius auctoritas in iuramento illo intelligitur excepta. j. c. proxi. & s. de iureiur. venientes. & 9. q. 3. per principalem. Item habes hic argu. q iuramentum extẽditur ad ea de quibus dictum non fuit vel cogitatum. Arg. 3. s. de iureiu. c. pen. Itẽ q pro negotio pprio põt esse absens, nec incurrit periuriũ. s. de iureiu. petitio. & 1. q. 1. prohibentur: vbi milites propter iuramentũ accusare prohibentur: tñ nõ obstante iuramẽto causam suam vel suorũ psequi possunt. In hoc enim iuramento exceptũ intelligitur pprium factũ, quia in generali sermone persona loquẽtis intelligitur excepta. C. de solu. inquisitio. & ff. de cond. & demõ. qui hæred. §. Plantius. quia ordinata charitas à seipso incipit. 23. q. 5. si nõ licet. & de poe. dist. 3. qui vult.

c ¶ *Indultum.*] Ab epo suo. s. eo. relatum. Vel dic, indultũ à Papa.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & arg.*

d ¶ *Ad villas.*]In regijs enim ciuitatibus, & nõ in paruis villis siue in castris iura docenda sunt, vt in procemio digestorum. Arg. contra. 12. q. 2. gloria episcopi. & ff. de offi. præsi. sed licet.

e ¶ *Studiorũ.*]Licet* indeterminate dixerit studiũ, de meliori intelligendũ est. arg. s. de iure iu. quãto. Arg. 3. s. de elec. cũ nobis olim. j. de censib. ex parte. ff. de regu. iur. semper in stipulationibus. Item arg. q idẽ est esse minus cõpetens, & esse nullum. arg. s. de transla. inter corporalia. sic ff. de aucto. tut. l. 2. & ff. qui satisd. cog. quotiẽs. & ff. ad Velle. l. quamuis. §. si conuenerit. Sed sufficit si sit studium conueniens siue mediocre. ff. de ædil. edicto sciendum. §. illud. & l. si quid. § venditor.

f ¶ *Committunt.*]s. de fur. itaq; fullo. §. sed nemo. & ff. de arbi. ita demum. s. de rescri. sedes.

E*X parte.*]Communis diuisio. Secunda: ibi, *Postulationi.* Abbas. CASVS. Quidã electus fuit in ppositum de Valerijs, in receptione ipsius ppositure præstitit iuramentũ, q faceret residentiam in eadẽ: postmodũ vero quãq; absentabat se pro iuribus, & rationibus ipsius præposituræ prosequendis siue procurandis: dubitabat idem præpositus, vtrum per hmõi absentiã periurium incurrisset. consultus Papa rñdet eidem, q si non absentet se in fraudem dum ipse prosequitur iura ecclesiæ suæ, non debet dici absens, sed residens: & ita periurium non incurrit. Nota q qui absens est pro vtilitate ecclesiæ suæ, præsens reputatur, & iuramentum illud extenditur ad hoc, q qui vtilitatem ecclesiæ suæ procurat, præsens esse dicitur. Item fraus non admittitur in iuramento.

¶ *Glo. seq. alleg. duas concordantias: & ponit tria similia.*

C*Vm dilectus.*]Primo ponit dictũ. Secundo eius ratio: ibi, *Cum.* CASVS. Canonici Meteñ. talẽ fecerũt constitutionẽ in ecclesia sua, q in absentia sua nihil pciperent: magister O. eiusdẽ ecclesiæ canonicus existens in curia Romana in seruitio dñi Papæ, petebat ab eis beneficiũ suũ; sed ipsi occasione dictæ constitutionis, illud denegabant: mandat Papa canonicis Meteñ. quatenus, nõ obstante illa constitutione, quę facta est 5 absentes, debeant eidẽ magistro assignare fructus pbendæ suæ, existenti in seruitio dñi Papæ: quia illi qui in seruitio dñi Papæ commorãtur, nõ debent gaudere minori prærogatiua, q̃ illi qui in ecclesia cõmorantur: quia p ipsos præsentiũ negotia sæpius promouentur, illud intelligo de gratia q mandat dari beneficium non obstante illa constitutione. Nota q qui est in seruitio domini Papæ, ecclesiæ suæ deseruire dicitur.

i ¶ *Constitutione.*]Nisi hoc dictũ fuisset, non valuisset rescriptũ s. s. de rescrip. constitutus. s. de offi. deleg. ex parte. & j. de decimis. ex multiplici.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

k ¶ *Fructus.*]Nunquid victualia, quæ tñ præsentibus consueuerũt dari, debent habere nota. s. eo. decætero. & j. ist. proxi. non licet. nã si de illis Papa intellexisset, mandasset vt tamquã vni ex residẽtibus prouideret eis j. de verb. sig. olim. arg. s. de transl. ano. inter corporalia. j. de deci. ad audientiam. & C. de cadu. tol. l. vnica. §. si vero nemo. in fi. arg. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. sciendum.

l ¶ *Cum familiares.*] Nam & ipsi pars corporis eius esse intelliguntur. 6. q. 1. c. si quis cum militibus. versi. nam & ipsi. C. ad leg. Iul. maiest. quisquis.

m ¶ *Obsequiales.*] Ex eo enim eorũ conditio deterior esse non debet, immo

† Cap. 4. eod. tit. in 1. compil.

† Si de materia vide plene per Heruarum Lotu. tract. de priuile. Scholarum priuil. 98. & concilium Triden. sess. 5. c. 1. de re. loc. ca. 6. ibi hoc.

† transferunt.

† Alias: Ad quod breuiter respondemus, quod eis, &c.

† debeant

† Et de ma teria iuramentum hoc spectant, vt ait Iason in l. si procuratorem. ff. de condi. ob cau.

* Hæc glossa non est Bernardi, nec est in vetustis libris.

† De talibus 10. dist. ferrum & s. de spõ. si q. secundũ Host. Ioan. And.

† exequaris.

† Meten.

† Metens.

† Qui dicantur familiares, quatenus huc spectat tradit Ludouicus Gomes in regula de impetra. bene. vacant per obitũ familiaris Cardinal. q. 11. vbi latissime.

† Vide l. sed & reprobari. §. pen. & ibi Bal. ff. de excus. tut.

† Dixit Ho. nõ extẽdit ad talia vt in contrario constitutiũ sint edoceas, vel exclusa, vt hic salua pace glo. & Ho. hic nõ colligitur arg. Io. An.

† Idẽ Ho. sed dic contra si constitutio simpliciter obstiterat ut tibe. p doct. s. de test. & p ea quæ no. de cõst. c. 1. lib. 6. Io. And.

ber, immo tunc gaudent priuilegio, quia excusantur à tutela. ff. de excu. tu. iurisperitos. & C. eo. in l. vlt. Et sic dicuntur presentes qui in seruitio Papæ sunt: sic qui etiã in seruitio epi sunt. I. eo. decætero.

A D audientiam.] Duæ sunt partes. Secunda: ibi, Decernimus. Abb.

A Casvs. Canonici Meldeñ. quandã constitutionem fecerunt iuramento interposito cõfirmatam, quòd canonici nihil perciperẽt nisi cum in ecclesia residerent, illis exceptis, qui propter infirmitatẽ excusarentur, & qui essent in seruitio Apostolicæ sedis: eps quoque habebat aliquos in seruitio suo de canonicis, & capitulum occasione illius constitutionis subtrahebat illis fructus præbendarum suarũ, & ita eps non poterat eos habere quando volebat, vel sibi expediebat: peruenit hoc ad notitiam dñi Papæ: & super hoc statuit Papa, vt duo de canonicis existentes in seruitio epi integre percipiant fructus præbendarum suarum, quia absentes dici non debent qui in seruitio episcopi commorantur. Nota, q qui infirmus est quasi deserui re intelligitur, vnde integre percipit præbẽdam. Item non dicitur absens qui in seruitio episcopi vel ecclesiæ cõmoratur.

a ¶ Constitutio.] Isti cõstituerunt quod ius commune statuit, & iurauerunt seruare ius commune. absentes enim nihil percipere debent, nisi sit de consuetudine approbata. I. de consti. cũ oẽs.

CAP. XV.

AD audientiam nostram peruenit, quòd cum in Meldeñ. ecclesia quædam sit constitutio[a] vallata iuramento, & auctoritate sedis Apostolicæ confirmata: vt canonici qui nõ resident in eadem, suarum priuentur fructibus præbendarum: illis exceptis quos infirmitas[b] excusaret, siue in Apostolicæ[c] sedis seruitio contingeret detineri: & infra. Decernimus, vt duo[d] ex canonicis ecclesiæ memoratæ, in tuo seruitio existentes, suarum fructus integre[e] percipiant præbendarum: cum absentes dici non debeant, sed præsentes, qui tecum pro tuo & ipsius ecclesiæ seruitio commorantur[f].

¶ Gregorius ix. patriarchæ Antiochiæ Apostolicæ sedis legato.

¶ *Si ecclesia patitur ministrorum defectum, priuilegiati super absentia per subtractionem prouentuum redire coguntur. h.d. Et est bonus textus: & potest multum practicari.*

CAP. XVI.

CVm † ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata: & infra. ¶ Sane nobis innotuit, quòd ecclesia Antiochena†, multis ex seruitoribus eius absentibus, est fere destituta[g] ministris: Vnde mandamus, quatenus non obstantibus[h] Apostolicis indulgentiis[i] †, & prædecessorum tuorum licentia[k], absentes canonicos & assisios[l] reuoces ad residendum † in ecclesia supradicta: & si non venerint[m], tu de ipsorum beneficiis dum absentes fuerint, ipsi ecclesiæ facias congrue deseruiri†, in vtilitatem eiusdẽ, quod ex præfatis beneficiis superfuerit, conuertendo.

¶ Idem.

¶ *Priuatur beneficio clericus non residens, si monitus non redeat, nec iustã excusationem alleget. h.d. & est casus notabilis.*

CAP. XVII.

CLericos†, in ecclesiis tuæ iurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt assecutos, si ad alterius diœcesim absque licentia[n] tua morandi causa transierint, liceat tibi si moniti non redierint[o], dictis beneficiis (nisi excusationem[p] rationabilem ostenderint) spoliare.

¶ *Glo. seq. cum seq. iustificat duos casus exceptos.*

b ¶ *Infirmitas.*] Hoc ipso satis puniuntur, quia non debet addi afflictus afflictio. 7. q. 1. cum percussio. & j. de cleri. ægro. c. 1. & cap. ex parte 2. non enim debet ei pœna in culpam verti. dist. 5. c. 1. in fine. & cap. ad eius vero. immo potius est miserandum & compatiendum 3. q. v. indicas. & j. de censi. licet. nec duplici damno debet aliquis affici. ff. de iur. dot. l. iure succursum est. & ff. de cõdi. ob cau. si pecuniam. §. sed si acceperit. vnde prælatus infirmus nõ repellitur, sed datur ei coadiutor. 7. q. 1. quamuis. & famuli ægri, quos curamus, nobis seruire intelliguntur. ff. de sta. li. l. 3. §. Suchus. & tempore infirmitatis pascendi sunt. ff. commo. in rebus. §. possunt.

c ¶ *In Apostolicæ.*] Et si hoc non fuisset appositum, nihilominus intelligeretur, quia præsens cẽsetur. I. cap. proxi. & I. eo. ex parte. vbi absens præsens censetur. nec periurium incurrit: vt j. vbi dicit: cum absentes dici, &c. & eius auctoritas semper intelligitur excepta. I. de iureior. venientes. ff. ad munici. Imperatores. & I. eo. ex parte 2.

¶ *Glo. seq. restat ne per q. an plures quam duo.*

d ¶ *Vt duo.*] per hoc intellige. I. eo. decætero. vt duo ex canonicis possint esse in seruitio epi, ita quòd nõ priuentur beneficio suo interim. si vero plures essent, priuarentur, ex eo q concedit de duobus, intelligitur prohibere de pluribus. arg. 11. dist. qualis. & I. de præsum. nõne. & credo hoc statutum fuisse, ne in fraudem hoc aliqui procurent: & ecclesię seruitium diminueretur propter illorum absentiam: & ex hoc videtur, q vltra duos non posset cogere episcopus vt in seruitio suo essent.

e ¶ *Integre.*] Non tamen percipiunt victualia, quæ tantum præsentibus dantur. I. eo. decætero. vbi de hoc. & j. tit. proxi. licet.

f ¶ *Commorantur.*] & ita qui est in seruitio episcopi, seruire ecclesiæ intelligitur: vt I. eo. decætero. vbi de hoc.

C Vm ad.] Primo narrat factum. Secundo prouidet: ibi, *Vnde mandamus.* Abbas Siculus.

C asvs. Antiochena ecclesia propter absentiam illorum qui seruire debebat in ecclesia, destituta erat ministris, occasione quarundam indulgentiarum, quas super hoc se habere dicebãt: petiit patriarcha super hoc ecclesiæ suæ prouideri: vnde mandat Papa patriarchæ, quatenus, non obstante siue obstantibus Apostolicis indulgentiis, & prædecessorum ipsius patriarchæ silentio, reuocent canonicos absentes, & quosdã alios qui appellantur assisij, s. continue residentes: & si non venerint, de beneficiis ipsorũ faciat ecclesiæ deseruiri, dum sunt absentes: & quod superfuerit, in vtilitatem ecclesiæ conuertantur: de iure tamen poterant priuari: sed Papa voluit in hoc eis facere gratiam. Nota, q clerici absentes possunt reuocari à prælatis suis, quãuis indulgentia Papæ sint muniti. Itẽ ex causa cessat siue pdit priuilegiũ:

g ¶ *Destituta ministris.*] Hæc est iusta causa reuocandi eos: vt 21. q. 2. placuit. & q. a in eo manere deberent. in quo vocati sunt. 21. causa. q. 1. c. 1. & 70. dist. sactorũ.

¶ *Gl. seq. voc. per quem.*

h ¶ *Non obstantibus.*] Nisi hoc diceretur, nõ possent illos prætextu istarũ litterarum reuocare, cũ de indulgentia concessa nõ faceret mentionẽ. I. de præscri. veniens.

i ¶ *Indulgentijs.*] Similis reuocatio est j. de deci. suggestum.

k ¶ *Et prædecessorũ tuorũ licentia.*] Et si de hoc non fuisset facta mentio, nihilominus valuissent litteræ: quia indulgentia nõ extendebatur post mortem illorum, vnde statim expirauit, cum in præiudiciũ ecclesiæ nil facere possit: quod si fecerit, successor poterit reuocare. j. de do. c. 2. & penulti.

l ¶ *Assisios.*] Vocat assisios bñficiatos, q nõ sũt canonici, q seruire debent ecclesię, nec vocitur ad cões tractatus cum canonicis. & dicuntur assisij quasi assidui. in multis ecclesiis sunt plures tales, qui mansionarij dicuntur.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

m ¶ *Venerint.*] Arg. 5 I. eo. inter quatuor & c. ex tuæ. & I. de app. peruenit 2. & 7. q. 1. præsentiũ. vbi ex toto priuantur si non redeat ad terminũ sibi præfixum. Hic Papa mitius voluit agere cũ eis pp indulgentiam, vnde non priuantur statim, sicut illi qui nõ habent indulgentiam. j. c. proxi. & satis priuantur, quia beneficia eis subtrahuntur ex toto: vt sic indirecte fiant volentes per amissionem beneficiorum. sic I. de æta. & quali. quæsiti. tñ si diu perdurarẽt in sua contumacia, poterit illos ex toto priuare per iura pdicta. j. c. pxi.

C Lericos.] Non diuiditur. Abbas.

C Casvs. Quidam clerici assecuti sunt bñficia, q requirũt residentiã in ecclesijs diœce. suæ. Isti clerici trãsibãt ad alienã diœcesim causa morãdi sine licẽtia sui epi: cõsultus Papa qd de talib' sit agẽdũ, Rñdet q si moniti nõ redierint ad terminũ sibi datũ, spoliandi sunt ecclesijs illis, nisi ostẽderint rationabilẽ causam quare non possint redire. Nota, q qualitercũq; clerici sint absentes de licentia vel sine licẽtia plati sui, semper vocãdi sunt antequã pcedat 5 eos. Itẽ si causã rationabilẽ ostẽdant, quare venire nõ pñt, nõ puniuntur.

n ¶ *Licentia.*] Sine licẽtia epi clericus se absentare nõ debet. I. eo. inter quatuor. etiam de iusta causa. I. eo. relatum. & de conse. dist. 5. non oportet 2. Bernardus.

¶ *Glo. seq. distinguit an pro delicto, &c. & remittit.*

o ¶ *Redierint.*] Nota, q clericus siue de licẽtia sui epi, siue sine licẽtia sit absens, prius est monẽdus vt redeat, q priuet beneficio suo, vt hic patet. & I. eo. inter. & ca. ex tuæ. Super hoc tñ distingue: q a aut habet ecclesiã p derelicto, aut nõ. Si habet eã p derelicto, puta q a 5xit matrimoniũ, vel factus est miles, vel ioculator: cũ de hoc cõstiterit, eps statim põt ecclesiã illius alij cõferre. I. de cle. coniug. c. 1. & 63. dis. si q a. Vel si recepit aliã ecclesiã habẽtẽ curã animarũ, cũ prius talẽ haberet. j. tit. pxi. de multa. Si vero nõ habet eã p derelicto, monẽdus est: si cõparet, tũc fiat prout hic dicit: si nõ cõparet, q a vagabũdus dicitur, tũc fiat qd dr I. eo. ex tuæ. De hac materia plenius dictũ est I. vt lit. nõ cõte. qñ frequẽter. §. porro. ver. si vero.

p ¶ *Excusationem rationabilem.*] puta, quia erat infirm', quare venire non

nire non potuit. 7. q. 1. ꝓſentium. vel quia habet ibi capitales inimicitias, ita ꝙ illuc venire non audet. ſ. de elect. bonæ 2. vel alia quacunq; iuſta cauſa 1, ita ꝙ venire non poſſit: tunc ſi ꝓcederetur ꝯ ipſum, non ꝓiudicaretur ei. arg. ſ. de teſt. in noie Dñi. Et arg. eſt hic ſemp rõnem eſſe reddẽdam de oĩbus. ſic. ſ. de reſcrip. c. ſi quando.

Casus. Statuit Lateraneñ. concilium, ꝙ epi nullum debeant ordinare ſine certo titulo in diaconum, vel presbyterum, & idem intellige de ſubdiacono: qđ ſi fecerint, tãdiu miniſtrent illi neceſſaria, donec in aliqua eccleſia ſibi ꝯueniẽs beneficium aſſignẽt, niſi de ſua vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere. Nota, ꝙ nullus debet ordinari certo titulo: & ſi ordinatus fuerit, debet ei ordinator prouidere. Itẽ ad titulum ſui patrimonij poteſt qs ordinari.

DE PRÆBENDIS & dignitatibus.

Quia clerici nõ poſſunt honeſte viuere niſi habeãt præbendas, vnde vitæ neceſſaria percipiant, merito poſt rubricas præcedentes ſubijcitur iſta. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 21. q. 1. & q. 2. per totum. & 70. diſt. ſanctorum. 16. q. 7. nullus.

TITVLVS V.

De præbendis & dignitatibus.

Ex concilio Pictauieñ. †

In bonis eccleſiæ non ſucceditur iure conſanguinitatis.

CAP. I.

VT † nullus [a] de clero, ſiue de populo, eccleſiaſtica bona † iure conſanguinitatis [b] ſibi requirat habenda.

In corpore canonum †.

Non licet epiſcopo aliquem ordinare ſine titulo.

CAP. II.

NOn † liceat vlli epiſcopo ordinare clericos [c], & eis nullas alimonias præſtare: ſed duorum alterum eligat: vel nõ faciat clericos, vel ſi fecerit, det illis vnde viuere [d] poſſint.

Grego. † Anthemio ſubdiacono.

Bona eccleſiarum cõmunia ſunt, nec debet quiſquam tanquam propria ſibi vendicare.

CAP. III.

RAtio nulla permittit, vt quod pro communi vtilitate datum eſſe cognoſcitur, proprijs cuiuſquam vſibus applicetur [e].

Alex. iij. in concilio Lateraneñ. †

Qui ordinauit aliquem ad ſacros ordines ſine titulo, non habentem de ſuo vnde viuat, prouidere tenetur ei de ſuo, donec aliquem titulum fuerit conſecutus.

CAP. IIII.

EPiſcopus ſi aliquẽ ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in diaconum [f] vel presbyterum ordinauerit: tamdiu ei neceſſaria [g] ſubminiſtret, donec in aliqua eccleſia ei conuenientia ſtipendia militiæ clericalis aſſignet: Niſi talis ordinatus de † ſua vel paterna hæreditate ſubſidiũ [h] vitæ poſſit habere.

Idem in eodem †.

Nõ debẽt epiſcopi permittere quem plures eccleſias obtinere.

CAP. V.

QVia in tantum quorundã proceſſit ambitio, vt non duas vel tres, ſed plures [i] eccleſias perhibeantur habere, cum nec duabus [k] poſſint debitam prouiſionem impendere: Per fratres & coepiſcopos noſtros hoc † emẽdari præcipimus: & de multitudine [præbendarum †] canonibus [l] inimica, quæ diſſolutionis materiam & euagationis inducit, certumq; continet periculum animarum [m], eorum qui eccleſijs deſeruire valeant, indigentiam volumus ſubleuari.

VT nullus.] Casus. Dicit hic ꝙ nullus debet eccleſiaſtica bona quærere iure cõſanguinitatis. Nota ꝙ hæreditaria ſucceſſio non habet locum in ſpiritualibus.

a Vt nullus.] ſupple, ſtatuimus.

Glo. ſeq. diſtinguit inter eccleſiaſtica & patrimonialia bona.

b Iure conſanguinitatis.] Hoc intellige de bonis eccleſiaſticis 2, vt dicit littera, vel de his q intuitu eccleſiæ qſita ſunt: illa enim neq; ex teſtamento, nec ab inteſtato trãſeunt ad cõſanguineos, ſiue ſint bona mobilia, ſiue nõ, ſed eccleſiæ remanent. Alia vero bona quæ intuitu pſonæ vel de hæreditate alicuius puenerũt ad eos, tranſeunt ad cõſanguineos ab inteſtato, vel ex teſtamẽto, ſm diſpoſitionem clericorum. j. de teſta. c. 1. & c. cũ in officiis. & c. ad hæc. & c. relatũ 2. & ita hæreditaria ſucceſſio in eccleſia locum non habet. 8. q. 1. Apoſtolica. & ſ. de fil. presby. ꝓſentium. & c. conquerente. & c. ex tranſmiſſa. & j. de deci. ad hoc. & j. de iure pat. conſuluit. & j. de inſti. ad decorẽ.

NOn liceat.] Casus. Dicit hic ꝙ eps, aut nõ faciat clericos, aut ſi fecerit, debet illis prouidere vnde poſſint viuere. Nota, ꝙ epiſcopus debet prouidere ordinatis ab ipſo.

Glo. ſeq. vertitur per q. an etiam in minoribus, &c.

c Clericos.] Indiſtincte dicit de oĩbus, & ideo vr ꝙ oĩbus teneantur in quibuſcunq; ordinibus. arg. ſ. de filus presby. ꝓpoſuit. & 28. diſt. de his. Appellatione enim clericorum oẽs in minoribus ordinibus & maioribus conſtituti continentur. 11. q. 1. c. de pſona. 21. diſt. c. cleros. & clericos. niſi habeat de ſuo vnde viuere poſſit. j. eo. eps. & c. tuis. Eccleſia tñ Romana non conſueuit cogere epos, niſi pro his qui ſunt in ſacris ordinibus. j. eo. cum ſm Apoſtolum.

Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.

d Viuere.] Arg. ꝯ. 70. diſt. c. 1. & 2. Illud corrigitur in odiũ 3 epiſcoporum. j. eod. cum ſecundum Apoſtolum.

RAtio.] Casus. Dicitur hic ꝙ nulla ratio ſinit, ꝙ aliquis proprijs applicet vſibus, quod pro communi vtilitate eſt datum. Nota, ꝙ nullus rem eccleſiæ ita ſibi appropriare debet, vt ita ſuam reputet, ſcilicet ꝙ poſſit eam alienare.

e Applicetur.] i. approprietur. ſ. vt tamq̃ proprium reputet quod eſt eccleſiæ. & ſic nõ obuiat quod hic dr, diuiſioni præbendarum. ſic exponitur 25. q. 1. quæ ad perpetuam. 12. q. 1. c. nulli. §. ſi ergo.

EPiſcopus.] Primo ponit dictum. Secũdo eius exceptionem: ibi, Niſi, &c. Abbas.

f Diaconum.] idem eſt de ſubdiacono. j. eod. cum ſecundum. & idem vidétur de minoribus ordinibus. ſ. eod. c. non liceat.

g Neceſſaria.] conſideratis facultatibus eccleſiæ & dignitate ipſius clerici. arg. ff. de ali. & ciba. leg. cum alimẽta. & ff. de iu. dot. quæro. & ſ. de vi. & hone. cle. quoniam. & ff. de vſufru. ſed & ſi quid. §. 1. & j. eo. de multa.

h Subſidium.] Innuit hic ꝙ aliquis ſine titulo eccleſiaſtico poſſit ordinari, ex quo habet de ſuo vnde viuere poſſit. & eſt verum. j. eod. tuis. & facit ad hoc 12. q. 1. illi qui. & 16. q. 1. c. vlt. & 1. q. 2. clericos. & c. ſeq. quia intelligit ordinari ad titulum ſui patrimonij: & talis cenſetur in perſona & rebus gaudere priuilegio clericali. 11. q. 1. eccleſiarum ſeruos. & 16. q. 1. ſunt 4. quia de foro eccleſiæ factus eſt, licet non habeat eccleſiam.

QVia in tantum.] Primo ponitur exceſſus. Secundo prouiſio: ibi, Per fratres. Abbas Siculus.

Casus. Quidam ambitione ducti nolunt eſſe contẽti vna vel duabus eccleſijs, aut etiam tribus, ſed quotcunque poſſunt, acquirunt, cũ etiam duabus ſeruire non poſſint: ꝓcipit Lateraneñ. concilium, ꝙ ambitio iſtorum corrigatur per epos in quorum iuriſdictione clerici conſiſtunt, & de beneficijs iſtorum quæ obtinẽt ꝯ canones, & periculum aĩarum inducunt, prouideatur pauperibus clericis, qui eccleſijs valeant deſeruire. Nota, ꝙ nemo poteſt habere duas eccleſias ſine periculo aĩæ, niſi diſpenſatiue per Papam. Item indigentibus, & deſeruire volentibus debent eccleſiæ conferri.

Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.

i Plures.] Quid iuris ſit de hoc, plene dr ſ. de elec. dudum 2. Sed quid ſi aliquis habeat plura beneficia ꝑ diſpenſationem, nunquid vocabitur ad capitulum vtriuſq; eccleſiæ pro negotiis ſiue electionibus? Credo ꝙ ſic, ſi eſt in tali loco vnde commode vocari poſſit: niſi conſuetudo eccleſiæ approbata faceret in ꝯrium: quia ex quo cum eo diſpenſatur in eccleſia, ꝑ conſequens in oĩbus acceſſorijs diſpenſatur. & ſic ſeruatur ſ. de elect. in Geneſi. & coram vno epo conuenietur tñ de his quæ ad vnam ꝑtinent eccleſiam: ſicut cõuenit quis rõne poſſeſſionis vbicũq; res ſit, rei vendicatione, licet nõ habeat domiciliũ. C. vbi in rem act. l. vlt. & ſ. de fo. cõpe. ſane. & c. fin. Et ſic qui habet duas eccleſias in diuerſis epatibus, vtrobique intelligitur habere domicilium. arg. ſ. de reſcrip. dilectus filius 2.

k Nec duabus.] Sic ſ. tit. proxi. cap. quia nonnulli. & 16. q. 1. cap. presbyteros.

l Canonibus.] quos habes 70. diſt. c. ſanctorum. & 21. q. 1. c. 1. per totam quæſtionem.

m Animarum.] niſi per diſpenſationem obtineant illas: vt ſ. de elect. dudum 2.

Hoc concilio nõdũ reperi, ſicut pluraque alia. — † Cap. 1. eo. tit. in 1. compil. — Et de materia vide B. Thomã 2. 2. q. 185. art. 6. & 7. & Sotum lib. 10. de iuſt. & iure. q. 4. art. 1. & ſeq. — † beneficia — † Videtur ſumptũ ex Authen. vt determinatus ſit num. cleri. §. in aliis autẽ. — † Cap. 2. eo tit. in 1. compil. — Adde qđ circa hoc ſanctum eſt concilio Trident. ſeſſio. 21. de refor. cap. 2. — † Lib. 11. epiſtola 19. ſiue 51. c. 31. indict. 6 regiſtri. & c. 3. eod. tit. in 1. compil. & vide Lactãtium. §. Labeo. Ꝯ pro ſocio. — † Vel de ipſis dignitatibus & præbendis, vt magis facit ad titulũ. Io. And. — † Cap. 5. & cap. 6. eo. tit. in 1. compila. & vide concilium Tridentinũ ſ. c. non liceat. — † Alibi legitur de ſua paterna hæreditate, &c. quod non probo. — † Cap. 14. & c. 6. eod. tit. in 1. cõpila. & concordat concilium Tridentinũ qđ nouiſſime hęc roborauit, ſeſſio 7. de reformat. c. 2 & 4. & ſeſſio. 24. de refor. c. 17. — † hoc — † Vox, præbendarum. non eſt in antiq. nec in concilio. — 4 Conſt. ... c. de epiſ. & cler.

Cum teneamur.] Non recipit congruam diuisionē. Abb. Siculus.

Casus. Aliquis habens sufficiens beneficium, impetrauit litteras pro alio beneficio in alia ecclesia obtinendo, nec fecit mentionem de beneficio qđ habebat: quæsitum fuit à Papa vtrum teneret ille cui litteræ diriguntur, prouidere illi auctoritate illarum litterarū. Rñdet Papa, si mandatū nostrum receperis sup prouisione illius qui habet aliud sufficiēs beneficium, patiēter sustinebimus, si nō feceris qđ mandamus, nisi de beneficio suo i litteris nostris fiat mentio, vel si non potes ei prouidere sine scandalo. Nota, φ oportet mandatum dñi Papæ adimplere, nisi subsit rō non adimplendi. Item si quis habens beneficiū cōpetēs, litteras ipetrauerit ad aliud obtinendum: nisi fecerit mentionem de alio beneficio, non valēt. Itē pp scandalum multa sunt dimittenda, quæ aliàs fieri deberent.

a ¶ Aliud beneficium.] Et ita si qs habeat aliud beneficium, potest excipi ꝯ eum. ī. de rescrip. cum adeo. & c. si proponente. vbi de hac materia plene tractatur, nisi excipiens similiter habeat plura beneficia. ī. de exceptio. cum ecclesiasticæ.

¶ Glo. seq. arg. à contrario, & illud determinat.

b ¶ Commode sustentari. Ergo vi φ si non potest cōmode sustentari, non oportet fieri mentionē: quod satis vr̄ æquū. Sed tutius est φ de ipso faciat mentionem, quantumcunq; sit modicum: quia vr̄ dolose tacuisse, vt citius obtineat litteras, quia simpliciter se clericum appellauit. Si vero dixisset se nullū beneficiū assecutū, cū habuerit tenue, non valent litteræ. ī. de rescr. si proponēte aliquo.

Addítio. Vide cap. si motu proprio. eod. tit. [lib. 6.]

¶ Glo. seq. cum sequenti elicit duo argumenta.

c ¶ Si non potest.] Arg. id solum fieri posse qđ cōmode vel iure fit, etiam sine scandalo. ff. de verb. sign. l. nepos. ff. de vsu & hab. l. non aliter. 12. q. 1. faciat homo. Et sic propter scandalum quandoq; receditur à iure. arg. ī. de cleri. conin. cum olim.

d ¶ Æquanimiter.] Arg. φ mandatū superioris non est necesse adimpleri vbi ratio non adimplendi potest reddi: argu. ī. de rescrip. si quando. arg. ī. tit. proxi. c. vlt.

Cap. 8. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateranen. par. 50. cap. 2. Et vide l. imperator. per flor. ff. ad Trebel.

In omnibus manuscriptis ita: aut si non potes ei sine graui scandalo prouidere, æquanimiter sustinebimus, &c. in vno, sustinebimus.

Cap. 9. eo. tit. in 1. compil. & post concilium Lateranen. sub Alexan. iij. par. 50. c. 3.

Sequitur: multer hospitum recipere potest, quod si is sit qui honeste est ea quæ vitam habeat, habitetur sit. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ Ad mandatum Papæ non tenetur quis prouidere illi, qui beneficium in litteris tacuit, vel cui sine scandalo prouideri non potest. h. d. Et in vltimo est iste textus semper menti tenendus.

CAP. VI.

Cum† teneamur: & infra. ¶ Si mandatum nostrum pro alicuius prouisione receperis, qui aliud beneficiū[a] habeat, de quo valeat commode sustentari[b]: nisi forte in litteris ipsis de hoc mentio habeatur: aut† si non potest[c] ei sine scandalo prouideri, æquanimiter[d] sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendum.

¶ Idem.

¶ Habens plures ecclesias, alteram eligere, & alteram dimittere compellitur.

CAP. VII.

Referente† I. presbytero accepimus, quòd cum duas haberet ecclesias, archidiaconus tuus ipsum altera spoliauit, & cuidam presbytero G. nomine assignauit[e] eandem. prædictus autem I. sentiēs se in hac parte grauati, ad metropolitanum, videlicet Remeñ. archiepiscopum appellauit[f]. Cumque de mandato eiusdē archiepiscopi, in prædicta ecclesia restitutus fuisset, præfatus archidiaconus eūdem I. eo quòd ad præsentiam suam vocatus venire contempsit, vinculo excommunicationis astrinxit[g]. ¶ Nos† autem ipsum à sententia qua tenebatur, faciētes absolui, tibi mandamus, quatenus præscripto I. de prædictis† ecclesiis, vna, quam voluerit[h], relicta, alteram præfato G. si ecclesiam non habet†, non differas assignare. alioquin ipsam alteri personæ idoneæ beneficio ecclesiastico carenti[i], incunctanter assignes.

Referente.] In prima ponitur impetrantis conquestio. In secūda ipsius absolutio, & causæ cognitionis, Nos autem. Abbas.

Casus. Quidā pbyter in archidiaconatu cuiusdā archidiaconi habebat duas ecclesias: archidiaconus spoliauit illū altera illarū, & assignauit illam cuidam alij pbytero G. noīa: pp qđ pbyter ille appellauit ad metropolitanum suū, s. Remensem archiepm, & sic archieps restituit illi ecclesiā: post hoc archidiaconus vocauit illū presbyterum ad psentiam suam: & quia ille nō venit, archidiaconus excōicauit eundem: pbyter cōquestus est dño Papæ, vnde Papa fecit illum absolui à snīa qua tenebatur: Mandat epō diœcesano vt ille pbyter vnam de pdictis ecclesijs eligat quā voluerit, alterā assignet pdicto G. cui archidiaconus eam contulerat, si non habet aliud beneficium: alioquin ꝯcedat illam alij psonæ idoneæ beneficium non habenti. Nota φ hic appellatur ad metropolitanū omisso medio: qđ est ꝯ ius. Sed ꝯsuetudo est, vt ad illum metropolitanū appelletur omisso medio. Item nota φ archidiaconus potest excōicare. qđ patet, p hoc φ à tali snīa absoluitur iste hic. Item nota, φ olim s̄m hanc decretalem, qui habebat plures ecclesias, eligere poterat quam volebat, altera relicta. hoc hodie non habet locum: quia recipiendo secundam, vacat prima. Item nemo potest habere duas ecclesias, vt hic patet. Item beneficium non habenti est dandum.

e ¶ Assignauit.] Quod hic dr̄, videtur de iure cōi spectare ad epm 16. q. 7. c. nullus. & ī. de offi. archi. c. cū satis. nisi hoc habeat archidiaconus de consuetudine præscripta. arg. j. de excel. præla. c. 2. & ī. de officio archidiac. cap. vlt.

Addítio. De hac materia quære ī. de offi. ordi. pastoralis.

¶ Glo. seq. allegat concordantiam, signat contrarium, & ibi remittit op. ponit Lauren. quam reprobat.

f ¶ Archiepm appellauit.] Et sic omittit medius. sic j. de no. ope. nun. significatib. Arg. ꝯ. ī. de appel. dilecti filij Prior. Dic vt ibi Lau. dixit, φ ideo qa omisit mediū, nō tenuit appellatio: vnde postea tenuit sententia excōicatōis lata ab archidiacono in pbyterū. sed hoc nō est verū, qa appellatio illa finita erat postq̄ fuit restitut᷑ sacerdos in pristinū statum: & de cōsuetudine appellatur ab archidiacono ad archiepm: sed archidiaconus post illam restitutionē iterū vocauit pbyterum ad se: & quia non venit, ipsum excōicauit: & sic tenuit snīa non obstāte appellatione, q̄ diu terminata erat & finita.

g ¶ Astrinxit.] Sic patet, φ archidiaconi possunt excōicare. j. de no. q. furt. ord. rece. cap. 1.

¶ Glo. seq. obijcit. ponit opi. Alani, quam ipse reprobat.

h ¶ Quā voluerit.] Iste volebat vtranq; tenere, sed vr̄ φ vtraq; debuit spoliari. 7. q. 1. si qs eps. qđ concedebat Alanus. & dispensatiue reseruat ei alteram: qđ non credo, quia illud decretū specialiter loquit᷑ i epo: & licet non debuerit iste recipere secundam, tñ non debebat ppea perdere vtranq; s̄m illa tpa, sed alterā tm̄: vt j. c. præterea. hodie vero illud verum est, φ qui recipit secundam habentem curā aiarum, cum prius talem haberet, ipso iure vacat prima: & si vtranq; retinere contenderit, spoliet vtraq;. j. eod. de multa. aliàs nihil adijceret constitutio illa.

i ¶ Ecclesiastico carenti.] Arg. φ qui habet vnum beneficium, non potest obtinere s̄m, vel litteras impetrare, nisi de primo faceret mētionem. ī. c. proxi. & ī. de rescrip. cum adeo. & c. si proponente. qa habenti dare, nihil aliud est quàm pdere. vt 1. q. 2. pastor. nisi per dispensationem. ī. de elect. dudum 2. & qui vnum beneficium habet, non reputatur idoneus ad aliud. j. eo. super.

Aliàs sic: Non autem à sententia qua detinebatur ei facientes, &c.

præscripto

habeat

Vide Antoninum Augustinū in notis ante quas collectiones suas emendauit ex 1. compilatione.

Cap. 10. eod. tit. in 1. compilat. & post concil. Lateranen. par. 50. cap. 4. Et de materia vide Innocent. Antoninum in c. Gratiarum. ī. de ecclesiis. & plene per Bellamera. concil. de permutatione beneficiorum.

Vide l. cui pactio. ff. Bart. ff. de fid. expos.

¶ Idem in concilio Turonensi. †

¶ Præbendæ & dignitates non debent diuidi, nec etiam permutari.

CAP. VIII.

Maioribus† ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur vt minorum clericorum præbēdæ patiantur sectionē. Idcirco vt sicut in magnis, ita quoque in minimis[k] membris suis firmatam ecclesia habeat vniuersitatē† : diuisionē[l]

Maioribus.] Prohibetur diuisio pbendarum, & permutatio dignitatum. In prima ponitur causa prohibitionis. In secunda prohibitio: ibi, Idcirco. Abbas Siculus.

Casus. Quidā plati bñficia minorū clericorū diuidebāt in plura bñficia, maioribus bñficijs in sua integritate manentib᷑: & pcilīū Turoñ. videns φ hoc erat iniquū, statuit φ ecclesia seruet vnitatem sine aliqua sectione i minorib᷑ bñficijs sicut in maiorib᷑, vt de cætero nulla fiat diuisio pbēdarū, aut etiā dignitatū pmutatio. Nota φ ad vnā pbēdā plures eligi nō possunt: & si fiat, nō valet. Itē idē iuris est i minorib᷑, sicut i maiorib᷑. Itē pbēda diuidi nō debet. Itē pmutatio dignitatū fieri nō debet. qđ verū est sine auctoritate superioris.

Hoc placuit Hostiensi qui dicit licere φ archieps Romā. ubi ... alleg. de appel. Romana. lib. 6. Ioan. And.

¶ Glo seq. arguit ad duo.

k ¶ In minimis.] Arg. φ idem iuris est in paruis quod i magnis. 24. q. vlt. c. vlt. ī. de appel. c. de appellationibus. & ita magnū iudicabis vt paruū. ī. de iudi. nouit. Item est arg. φ idem est iuris in parte qđ in toto. arg. 1. q. 1. si quis episcopus. Ber.

l ¶ Diuisionem.] sine iusta causa. j. eo. cum causa. Ex iusta causa potest vna præbenda diuidi in duas cum vacat, si facultates sufficiūt. j. eod. c. vacante. arg. j. eo. significatum. & j. de eccl. ædi. ad audientiam. & sic erunt duo iura, sed duo ad vnam præbendam eligi non possunt, vt vnus vnam medietatem habeat, & alter aliam. vel φ vnus expectet quousq; alia vacabit, immo talis electio est cassanda. j. eo. tuæ fraternitatis. & c. dilecto. Ber.

¶ Digni-

a ¶ *Dignitatum permutationem.*] Permutatio dignitatum, aut etiam pbẽdarum, sine auctoritate superioris fieri nõ potest: qđ si fecerint, eisdem sunt spoliandi. j. de re. permutatio. cum olim. nisi dispensatum fuerit cum illis. j. eo. tit. c. cum vniuersorum. superior vero si viderit expedire hoc facere potest: vt j. eo. tit. quæsitum. Ber.

præbendarum, aut dignitatum permutationem [a] fieri prohibemus.

¶ Idem Cantuariensi archiepiscopo.

¶ *Receptus in canonicum ex promissione capituli, debet quando facultas se obtulerit, habere præbendã. vide cap. 2. de concessio. præben. in 6. cum glossa.*

CAP. IX.

Relatum † est: & infra. ¶ Quoniam igitur dignum est, vt postquam magister I. in ecclesia tua canonicus est institutus, & à te habuit in promissis [b] de conferenda sibi prima præbenda, cum in ecclesia ipsa vacaret, vt debeat præbẽdæ integritate gaudere: Mandamus, quatenus si idem I. in ecclesia tua est canonice institutus, & in choro, & capitulo, & in aliis quorum vsus est communis, potestatẽ sicut canonicus habet: ei præbendam, si qua nunc vacat, vel cum ibi primo vacauerit [c], secundum promissionem tuam, concedas liberaliter [d] & assignes: quia non est cõgruum vt præbenda careat, qui in canonicũ noscitur esse receptus.

¶ Idem canonicis regularibus & monachis Eboracensis diœcesis I.

¶ *Religiosi, redditus ecclesiarum suarum diminuere non possunt, respectu portionis, quæ debetur rectoribus, seu vicariis, nec parochias diuidere.*

CAP. X.

Auaritiæ †, quæ est idolorum [e] seruitus: & infra. ¶ Intelleximus quòd in ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones consueuistis percipere, portiones [f], vel antiquos redditus [g] minorastis, quos nonnulli clerici ecclesiarum ipsarum olim habuisse noscuntur: & infra. ¶ Ideoq; mandamus, quatenus si quas portiones, vel antiquos redditus clericorũ sine cõsensu archiepiscopi vestri minuere, vel parochias diuidere præsumpsistis, ad integritatem pristinam reuocetis.

¶ Idem præposito & capitulo Insul.

¶ *Possunt prælatus & capitulum præbendæ vacanti honestum onus imponere, ad quod præbendarius teneatur.*

CAP. XI.

Significatum † est nobis, quòd cuidã sacerdoti præbendam vnam in ecclesia vestra communi voluntate dedistis, ita [h] quòd Missam de sancta Maria (nisi corporis infirmitate grauatus sit) debeat cotidie celebrare: & ecclesiam vestram, non nisi communi, tam

Relatum.] Præmittit & submittit causas mandati, ipsum mandatum inserendo. Abbas.

Casvs. Archiep̃s Cantuariensis instituit i ecclesia sua magistrum Iacobum in canonicum & in fratrem, & promisit eidem cõferre primam præbendam, quæ in ipsa ecclesia vacauerit: & assignauit eidem aliquã portionẽ, quousq; præbendam integram cõferret eidem: Sed cum postmodum in ecclesia ipsa pbendæ vacassent, archiep̃s non adimpleuit suam promissionẽ: vnde iste Iacobus accessit ad Papam, & exposuit ei qualiter archiep̃s se habuerat erga eum: Scribit Papa archiep̃o dicens, q̃ postq̃ dictus Iacobus est institut⁹ canonicus in ipsa ecclesia, & promisit ei dare præbendam primo vacaturam, dignum est, vt integram debeat habere pbendam: vnde mandat ipsi archiep̃o, quatenus si dictus Iacobus fuerit in ecclesia canonice institutus, & in choro & capitulo & aliis, quorũ cõis est vsus, habet sicut canonicus potestatem, ei præbendam si qua vacat, vel quam primo vacare cõtigerit, assignet, scđm qđ ipse promisit: quia inconueniens est, vt præbẽda careat, qui in canonicum est receptus. Nota, q̃ aliquis potest recipi in canonicum, & vacaturã expectare præbendam, ita tñ q̃ aliquid percipiat, vt hic percipiebat. Item promissum adimplendum est. Item qui est canonicus receptus, nõ debet carere præbenda.

b ¶ *In promissis.*] Arg. q̃ ea quæ promittuntur, sunt opere adimplenda. j. de pact. qualiter. & 12. q. 5. q̃a Ioannes. & 32. q. vlt. c. fi. Sed vr̃ quòd talis promissio non teneat, quia beneficiũ non potest pmitti, vel concedi anteq̃ vacet. j. de concessio. præben. & eccl. nõ va. nulla. Sol. dicas q̃ hæc pmissio licita fuit: quia hic primo receptus fuit in fratrem & canonicũ; & eo pure recepto, pmisit ei ep̃s conferre primam pbendam vacaturam, & hoc nõ est ꝯ ius, immo ad hoc tenebatur ep̃s de iure, quia eo ipso q̃ dedit canonicatum, p consequens obligauit se ad præbẽdam etiam sine promissione expressa: quia alterũ sine altero diu esse non potest. 1. q. 3. si quis obiecerit. ff. de decurionibus, Herennius. vnde iste taliter institutus potest agere ꝯ ep̃m, vt conferat ei præbendam in ecclesia illa in qua est receptus: vt dicitur in fine. Promissio vero siue collatio beneficii non vacantis nulla est, & sic loquitur cap. Ĩm. j. de concessione præbend. nulla. & c. relatum. & capitulo, ex tenore. & iste nullam habet petitionem ex tali promissione, seu collatione.

c ¶ *Vacauerit.*] Arg. contra. j. eo. dilectus filius. ibi soluitur.

d ¶ *Liberaliter.*] Immo vr̃ q̃ ex necessitate, quia ep̃s non habet liberalitatem necessariæ electionis. arg. ff. de leg. 2. vnũ ex familia. & in necessitate non est liberalitas. ff. de adimen. lega. Item legatam. & ff. de donatio. inter virum & vxo. si quis pro vxore. quia nec eam potest sibi retinere. s. de offi. archipresby. vt singulæ. Sol. Liberalitas est vt ei prouideat sine coactione: & licet necesse habeat conferre beneficiũ, non tñ habet necesse conferre illi vel illi: & ita si conferat tibi gratiam facit, cum eam tibi non teneatur conferre. & sic liberalitas & necessitas circa diuersa versãtur, sed hic necesse habebat conferre, cum iam esset institutus, & promiserit ei conferre primam præbendam, quæ vacaret ibidem.

Avaritia.] Primo ponitur excessus, Secundo correctio. Secunda; ibi, *Ideoque*. Abbas.

Casvs. Quidã monachi & canonici regulares, de ecclesiis suis certas pensiones annuatim recipere cõsueuerunt: sed ipsi portiones & antiquos redditus, quos clerici ipsarum ecclesiarũ pcipiebant, diminuerunt, & parochias suas diuidebãt sine ꝯsensu archiep̃i sui: vnde mandat Papa pdictis regularibus, quatenus si quas portiones, vel antiquos redditus clericorũ sine consensu archiep̃i, diminuerunt, vel parochias diuiserũt, ad integritatem pristinam debeant reuocare. Nota, q̃ monachi, certas portiones vel redditus, quos percipiunt clerici in ecclesiis ipsorũ, sine consensu diœcesani sui diminuere nõ possunt, vel diuidere vnam parochiam in duas.

e ¶ *Idolorum.*] 28. q. 1. idololatria. & 47. dist. c. bonorum. & in Authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. vltra med. colla. 2.

f ¶ *Portiones.*] Hoc [a] potest intelligi qñ monachi certam portionẽ assignant presbyteris, & totum quod superest appropriãt vsibus suis.

g ¶ *Redditus.*] Hoc intellige, qñ monachi certã partem percipiunt, & totum aliud dimittunt capellanis: & tunc in nullo diminuere debẽt quod relinquunt capellanis suis, sine consensu archiep̃i sui, vel episcopi sui: & idem esset si clerici certam partem percipiunt, & monachi totum aliud: & ex eo qđ dicit, sine consensu archiep̃i, vr̃ q̃ de consensu ipsius hoc facere possint, & diminuere, & parochias diuidere. qđ verum est iusta de causa [3]. j. de eccle. ædi. ad audientiam. & j. de excessib. prælatorũ. sicut vnire. & 16. q. 1. præcipimus. §. sicut duo. & arg. j. de his quæ fiunt à præla. sine consensu cap. cũ Apostolica. & j. de censibus. quanto. & sic possunt diuidere parochiam iusta de causa: vt patet per iura prædicta: possunt etiam redditus diminuere: puta, si ecclesiæ facultates essent ampliatæ, vt sic de augmento & monachis seu tanti vtilitatem, cum huiusmodi ecclesię subsint eis quo ad tpalias quia de huiusmodi videtur loqui cap. & j. eod. de monachis.

Significatum.] Primo ponitur ordinatio tria continens. Secundo confirmatio cum limitatione: ibi, *Quam si quidem*. Abbas.

Casvs. Quædam præbenda vacauit in quadam ecclesia: præpositus & capitulum illius ecclesiæ cõi consensu & voluntate statuerunt, vt quicunque ad ipsam præbendam eligeretur, Missam de sancta Maria cotidie celebraret, nisi esset corporis infirmitate grauatus, nec ecclesiam dimitteret, sine consensu præpositi & capituli, & quòd iura illius præbendæ non alienaret: quo facto electus est quidam sacerdos ad illam præbendam: præpositus & capitulũ petierunt à Papa, vt institutionem ipsius deberet confirmare: & dñs Papa ipsam confirmauit, ita q̃ sacerdos ille assidue debeat officium suum impendere ipsi ecclesiæ, nisi fuerit corporis infirmitate grauatus: & quanto frequentius poterit salua honestate sua Missarũ solemnia celebrare: nec liceat sibi hoc officium subtrahere illi ecclesiæ, nec ad aliam se transferre. Nota, q̃ vacante beneficio potest onus imponi ipsi beneficio, dum tñ onus sit licitum & honestum. Item conditio (vt hic dicitur) locum habet in spiritualibus: sed nõ ita intelligitur, immo oneris est determinatio. Item sacerdos potest aliquid accipere, vt Missam celebret.

h ¶ *Ita quod.*] Arg. consueuit hic notari, q̃ in spiritualib⁹ potest interuenire pactio siue conditio. s. de elect. significasti. arg. de transl. c. 2. arg. ꝯ. s. de pact. c. vlt. & 1. q. 2. quã pio. sol. vt nulla sit dubitatio, sic intellige, q̃ nulla conditio siue pactio hic apposita fuit cum.

aliqua persona, sed præpositus & capitulum vacante illa pbenda constituerunt, vt qui ad illam præbendam eligeretur, onus illud subiret, vt sic res transiret cum suo onere. ff. de pig. ac. si conuenerit. §. 1. & j. de pign. ex literis. & ff. de vsufr. l. vsusfructu legato. & j. si pendentes. §. pen. & opt. arg. j. vt ec. be. sine di. confe. vt nostrum. ad fi. & hæc conditio licita est & honesta pro diuino cultu apposita. Quidam etiam dicunt q similiter posset eligi tali cōditione apposita. Sed quid esset si conditio esset illicita? Vt q cōditione facta collatio, siue institutio teneat. arg. Instit. de hære. institu. §. hæres & pure. & j. eo. dilecto. & turpis conditio pro nō adiecta habetur. j. de condi. app. c. vlt. hæc vera essent, nisi obstaret simonia. Vnde ita arg. q sacerdos potest recipere pecuniā, vt celebret diuina, quia sic operas suas vt potius locare. arg. 10. q. 3. relatum. & 12. q. 2. charitatem. & 2. quicunque 2. j. de simo. cum sit. & 1. q. 2. cap. vlt. quia suis stipendijs hoc facere nō cogitur. s. de præscrip. cum ex officij. Arg. 5. j. de simonia, cum in ecclesiæ corpore. Si nullum habet beneficium ecclesiasticum ratione cuius ad hoc teneatur, potest locare operas suas ad certum tempus, & recipere mercedem p labore suo, nec simoniam committit: aliàs si habet beneficium. non licet ei hoc facere.

constitutionem

Episcopo Vrigol.

Cap. 14. eo tit. in 1. compilat. & post concilium Lateranen. par. 49 cap. 1 & de in tellectu vide Lamber. pro 1. 2. de iure pat. lib. 1. par. 2 q. 10.

præpositi quàm capituli[a] consensu possit dimittere: vel cuiquam præbendæ illius anniuersarium delegare[b]. ¶ Quam siquidem institutionem † eatenus confirmamus, vt prædictus sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assidue debeat obsequium suum impendere ecclesiæ memoratæ, & quanto frequentius potest (salua[c] honestate sua, & debita deuotione) Missarum solemnia celebrare: nec sibi liceat hoc illi subtrahere, siue causa voluptatis[d], siue se ad aliam ecclesiam transferendo.

¶ Idem Vigoriensi † archiepiscopo.

¶ *Ad præsentationem religiosorum in eorum ecclesijs nullus debet institui per episcopum, nisi prius ei congrua portio redditum assignetur.*

CAP. XII.

DE † monachis, qui vicarios parochialium ecclesiarum grauant, vt hospitalitatem[e] tenere non possint, ēam prouidētiam habeas, quòd ad præsentationem monachorum nullum recipias, nisi tantum ei de prouentibus[f] ecclesiæ corā te fuerit assignatum, vnde iura episcopalia possit persoluere, & congruam sustentationem habere.

¶ Idem Salernitano † archiepiscopo.

¶ *Plures dignitates, vel personatus in vna, vel in diuersis ecclesijs quis habere non potest.*

CAP. XIII.

AD † hæc licet: & infra. ¶ Illud est omni rationi contrariū, vt vnus clericus in vna[g] vel diuersis ecclesijs, plures dignitates, vel personatus obtineat: Cum singula officia[h] in ecclesijs assiduitatem exigant personarum.

¶ Idem Burdegalensi archiepiscopo.

¶ *Habens plures dignitates, alteram dimittere compellitur.*

CAP. XIIII.

PRæterea † de G. qui in tua & Tolosana ecclesia, est archidiaconus constitutus, & in vtraque ecclesia regulariter[i] professus: Mandamus, quatenus eundem, altero, quem maluerit[k], archidiaconatu, facias esse contentum.

habent ecclesiam ex concessione laici, vel confirmatione epi; idem est: quia spalia tunc habent. arg. 15. q. 1. c. vlt. & j. de priuile. cū & plantare. §. in ecclesijs. si non accedit consensus epi, nihil valet concessio laici. j. de iure pat. c. qđ aūt. in fi. & c. illud. Si habent ecclesiam ex cōcessione eporum, si certa forma fuit apposita, illa seruet. ff. de pact. in traditionibus. si pleno iure ipsam contulit, pleno iure habent eam. si simpliciter contulit ecclesiā, cathedraticum & coerctionē retinet eps. j. de do. pastoralis. Si vero ex fundatione monachi ecclesias obtinent, habent eas tm quo ad spalia. 16. q. 2. c. 1. & pen. & vlt. nisi eis ēēt priuilegiati cū oībus capellis habitis, & habendis. & si nō habent priuilegium, habebūt tēporalia, reseruata sufficienti sustentatione psbytero, & eps habet ibi institutionē ad præsentationem monachorum. & ei subest presbyter quo ad spūalia. & sic potest intelligi hæc decre. & j. de priuile. cum & plantare. §. in ecclesijs. Qñq; monachi habent ius patronatus tm: & tunc nihil habēt nisi solam psentationē. j. de iure patr. cū scimcum transeat cum vniuersitate, vt ibi. In quo ergo casu locum habet quod dr, q cēsualis pensio non augeatur. s. de pact. cū clerici. & j. de censi. phibemus. & s. eod. auaritiæ. Potest dici, q vbi monachi habent ecclesias ex donatione eporum quo ad spalia, cēsus prius impositus non debet augeri: vel cum ex donatione laicorum ius tantū recipiunt patronatus, census qui ab initio fuit impositus, augeri nō debet. j. de censi. scientes. sine iusta causa & rationabili, & de consensu epi: vt dictum est s. eo. auaritiæ. In alijs vero casibus, puta, cū pleno iure habent ecclesias quo ad spalia & spūalia, possidere eas possunt pleno iure. Qñq; isti monachi totum applicant vsib9 suis, reseruata honesta sustētatione presbytero: vt hic. Qñq; certam partem recipiunt, siue certam dimittunt presbytero, aliud totum sibi retinent: vt j. eo. auaritiæ & hoc fm cōsuetudinem diuersorum locorum. Dic de hoc vt 16. q. 2. in summa. Bernar.

Immo vel loc quo ad ius patr. j. de iure pat. cap. vnico. lib. 6. Ioan. And.

Val. epo.

Cap. 7. dist. de solemen. in 1 compil. & post concilium Lateranen. par. 49 cap. 6. Et vide l. si. per Bal. C. de indic. vid. & l. hac. C. de secun. dup.

Cap. 4. eo. de eccl. ff. prælat. in 1. compilat. & post concil. Lateranen. par. 44 cap. 1.

Iure patronatus q. bus habere locum videtur Tridenti sessio. 14 de refor. mat. ca. 12 & sessio. 25. de refor. mat. c. 9.

a ¶ *Quam capituli.*] Illud præter ius fuit appositum, quoniā sufficit consensus prælati. s. de renunc. c. admonet.

b ¶ *Delegare.*] i. non potest committere alicui officium suum, & dic, anniuersarium, id est, officium.

c ¶ *Salua honestate sua.*] Hoc ideo dicit, quia non esset honestum, vt bis, vel ter missam in die celebraret. de conse. dist. 1. sufficit. & j. de celebra. miss. te referente. vel, salua: id est, sine peccato mortali, quod esset inhonestum.

d ¶ *Voluptatis.*] Tñ religionis causa posset ad aliam ecclesiam se transferre petita licētia, quia nō obtēta. j. de regu. licet quibusdam.

DE *monachis.*] Reputatur materia huius cap. difficilis ppter iura vario modo loquentia. Et hodie hoc capitulum extēditur etiam ad religiosos exemptos: vt in cap. 1. j. eod. tit. lib. 6. Et adde nouam prouisionem, quæ circa hoc habetur in cle. 2. de iure pat. & videas de ecclesijs istorum regularium textum in cle. quia regulares. de supplen. negli. præla. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam monachi habent ecclesias suas, in quibus ponunt vicarios suos, & istos vicarios intantum grauant, q hospitalitatem seruare non possunt, nec epalia iura soluere: Mandat Papa Vigoriensi archiepo, in cuius iurisdictione sunt isti monachi: q nullum recipiat ad præsentationem monachorū, nisi tm ei de prouentibus ecclesiæ coram ipso fuerit assignatum, vnde possit hospitalitatem seruare, & epalia iura psoluere. Hanc portionē non poterunt monachi diminuere, sine consensu epi. & sic potest intelligi capitulum s. eo. auaritiæ. Nota, q clerici tenentur ad hospitalitatē. Item competenter debet quis beneficiari, ita q possit commode sustentari, & iura episcopalia persoluere.

e ¶ *Hospitalitatem.*] ad quam clerici præcipue[3] tenentur. & 42. dist. §. 1. & 85. distin. Florentinum. quia quicquid habent clerici, pauperum est. 16. q. 1. c. vlt.

¶ *Gl. seq. tractat quomodo monachi interdum ex concessione episcoporum, interdum ex fundatione habeat ecclesiam quo ad temporalia, interdum ius patronatus tantum. & subdit quo casu locum habeat hoc cap.*

f ¶ *De prouentibus.*] Per hoc patet, q loquitur de ecclesijs quæ sunt monachorum quoad spalia: in quibus possunt monachi sibi oīa appropriare, reseruata honesta sustentatione psbytero, vt hic dicit. multo magis vbi habent ecclesias quo ad spualia & spalia. Si vero

Tullius lib. 2. de officijs. De ordinatione aliter lib. 1. conferibus ho- spitibus dominorum vivorum illustrium. Ioan. And.

AD *hæc.*] Ponit dictum, & eius rationem subdit ibi, *Cum singula.* Abbas.

CASVS. In hoc capitulo, & sequenti dicitur. q nullus potest habere plures dignitates, vel personatus in vna ecclesia, aut etiam in diuersis: & hoc ius continetur in istis duobus capitulis. Nota, ex istis duobus capitulis, quòd nullus potest habere plures dignitates, vel personatus.

g ¶ *In vna.*] j. eo. de multa. in fi. idem in diuersis, vt ibi. & j. c. pxi. & s. eo. quia intantum. & s. de cleri. non resi. quia nonnulli.

h ¶ *Singula officia.*] i. dignitates, vel personatus. 89. dist. 2. singula. & 21. q. 2. sicut. & j. eo. cum non ignores. & j. eo. de multa. nisi per dispensationem Apostolicæ sedis, vt ibi, & s. de elect. dudum 2.

PRæterea.] Primo narrat casum, quod secundo corrigi mandat ibi, *Mandamus.* Abbas.

i ¶ *Regulariter.*] Arg. q canonicus regularis potest fieri archidiaconus. arg. 58. dist. c. 1. & 74. dist. quorundam. & j. de sta. reg. quod Dei timorem. Sic nec monachus in diuersis monasterijs esse potest, nec abbas præfici. j. de relig. domi. c. vlt. Sic non potest quis habere plures personatus in eadem ecclesia, aut etiam in diuersis. j. eo. de multa. & s. cap. proxi.

¶ *Glo. seq. alleg. concor. ponit in nouum, & inducit tria similia.*

k ¶ *Maluerit.*] sic s. eo. c. referēte. & sic habuit optionem fm ista iura[4]. hodie non habet optionem, immo recipiendo fm dignitatem ipso iure vacat prima: & si contenderet retinere vtranque, priuaretur vtraq;. j. eo. de multa. cum enim militiæ sint distinctæ, & psonæ illis deputatæ debent esse distinctæ. vnde nemo potest esse in duobus collegijs simul. ff. de coll. illi. l. 1. §. vlt. nec duas militias habere.

Quæ hodie locum habēt in casu. j. de præfer. grana. lib. 6. possunt etiam locum habere, vel secundū beneficiū est mini9 & vnalium, secundum Host. quo dicit q. quod l. si habent tantum in militiis & in iure hospitalitas decreta. de multa. ioh. And.

habere. C. qui mili. non pos. l. 4. & l. 5. §. in posterum. lib. 12. nec duos honores. ff. ad muni. libertus. §. pscripuo. ergo multo fortius hæc sunt in spiritualibus honoribus obseruanda.

CVm non ignores.] Hodie poteris seruare hoc cap. i beneficiis residentiam requirentibus, & etiam in curatis, si de facto nollet dimittere primã ecclesiam. Primo ponit causa mandati. Secũdo mandatum: ibi, Cum igitur. Tertio soluit obstaculis: ibi, Quod si. Abbas.

CASVS. Archipresbyter & clerici cuiusdam plebis elegerunt quendam psbyterum rectorem cuiusdam ecclesiæ in suum presbyterum, siue in capellanum suũ, & ipse cõsensit electioni, volebat tñ locum habere in vtraq; ecclesia: archipresbyter & clerici ꝯdicebant, volentes ꝙ in sua ecclesia resideret: & sic orta fuit super hoc quæstio inter ipsos: Vnde nuncius presbyteri, & quidam clerici alterius ecclesiæ ad sedem Apostolicam accesserunt: dñs Papa auditis hinc & inde ꝓpositis, considerans ꝙ non est conueniens, vt idem presbyter locũ habeat in duabus ecclesijs, mãdat archiepõ Ianuen. vt dictum presbyterũ beneficio qd habet, faciat manere contentum: & si archipresbyter & clerici consenserint, & modo dissentiant, nõ debet cum ipsorũ scandalo in eorum ecclesia locum habere. Nota ꝙ vna ecclesia vnũ tñ debet habere rectorem, cum in vno corpe duo capita esse non debeant, nec vnus rector debet pesse pluribus ecclesijs. Item pp scandalum aliquis repellitur ab obtinendo beneficio. Item arg. ꝙ ex quo aliqui consentiunt in aliquem, possunt dissentire: & hoc pp scandalum: & isti dissentiebãt: quia presbyter ille nolebat dimittere primam ecclesiam.

¶ Idem Genuen. archiepiscopo.

¶ *Si electus ad secundam ecclesiam noluerit dimittere primam, eligentes possunt resilire, & electum non acceptare.*

CAP. XV.

CVm † non ignores, quòd vna ecclesia[a] vnius debeat esse sacerdotis: & infra. ¶ Cum igitur nuncius presbyteri, qui in duabus ecclesijs locum habere contendit[b], & quidã clerici alterius ecclesiæ ad nostrã præsentiam accesserint contra eum: Nos attendentes non esse conueniens, vt idem presbyter locum habeat † in duabus ecclesijs: Mandamus, quatenus ipsum beneficio quod habet, facias manere contentum[c]. ¶ Quòd si forte archipresbyter, & clerici alterius ecclesiæ in eum consenserint[d], eis nunc dissentientibus †, cum ipsorum scandalo[e] nõ debet locũ in ipsa ecclesia quærere vel habere.

a ¶ *Vna ecclesia.*] Hoc generaliter verum est, ꝙ vnus debet esse sacerdos vnius: vt s. eo. c. proxi. & j. eo. de multa. De hac materia dicitur s. de elect. dudum 2.

b ¶ *Contendit.*] vnde hodie priuari debet vtraq; . j. eo. de multa.

c ¶ *Contentum.*] s. eo. c. proxi. & c. ad hæc.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

d ¶ *Consenserint.*] si semel ꝯsenserunt in eum, nõ possunt amplius dissentire. s. de elect. cum inter canonicos. & 8. q. 2. dilectissimi. & 32. q. 5. horrendus. Quid est ergo qd dr, eis nũc dissentiẽtibus: & sic ꝯdicis hæc decr. pdictis iuribus? Sol. sic intellige qd dr hic, ꝙ sacerdos ille electus fuit ad curam aiarum, & simul ad cõtinuam residentiam, ad quam de iure tenetur. s. de cle. non resi. quia nonnulli. sed ipse volebat retinere priorem ecclesiam cum illa ad quã elect[9] erat scdo ab archipresbytero & clericis: vnde cũ ipse nollet primã dimittere, licitũ fuit archipresbytero & clericis ab electione ipsius recedere, & merito: quia vtranq; de iure habere non poterat. Si aũt vellet dimittere primam, & secundam recipere: tunc non possent archipresbyter & clerici ab electione eius discedere, ex quo semel in eum consenserunt, & sic intelliguntur prædicta iura.

e ¶ *Scandalo.*] Arg. ꝙ propter scandalum quandoque receditur à iure. s. eo. cum teneamur. & s. de tempo. ordi. ad aures.

CVm secundum Apostolum.] Primo ponitur causa cõstitutionis, & correctionis iuris antiqui, & noui promulgatio. Secũdo determinatio casus propositi specialiter. Secunda: ibi, *Inde est*. Abbas. Sume casum ad medietatem capituli: ibi, *Inde est, &c.*

CASVS. Eps Zamoren. ordinauit in subdiaconum quendã clericũ G. noie sine aliquo titulo: tñ morte pueniens eidẽ clerico in beneficio ecclesiastico non puidit: postmodum successor illius req̃situs non puidebat eidem: accessit ad Papã exponẽs eidem qualiter pdecessor illius ordinauerat ipsum in subdiaconũ: scripsit Papa q̃busdam, vt illũ subdiaconũ examinarẽt si dignus esset ad ecclesiasticũ beneficiũ obtinẽdum, prius epõ Zamoren. citato, vt examinationi intersit: vnde scribit Papa Zamorensi epõ, ꝙ cũ clericus ille à pdecessore ipsius ordinatus fuerit sine certo titulo, si examinatores pdicti eo citato, vt examinationi ipsius intersit p se vel p alium, & vt liceat sibi ꝓponere q̃cquid rõnabiliter duxerit ꝓponẽdum, tã sup idoneitate psonæ, q̃ etiam sup quantitate & qualitate beneficij, illum inuenerint esse dignum: tãdiu necessaria vitæ sibi ministret, donec in ecclia Zamoren. vel alia, p ipsum beneficiũ fuerit cõpetẽs assecutus: sciturus p certo, ꝙ si dignus repertus fuerit, & ipse eps ei neglexerit puidere, cũ Papa sup hoc fuerit req̃situs, ꝯpellet ipsum p districtionem ecclesiasticam ad puisionẽ ipsi[9]: occasione huius negotij Papa pmittit illa q̃ præcedunt, hoc modo; dicit Apostolus: Qui altario seruit, viuere debet de altari: & q ad onus assumitur, emolumẽtũ inde debet habere. ergo patet, ꝙ clerici q deputati sunt obseqo Iesu Christi, de ipsi[9] patrimonio viuere debent; clerici enĩ à cleros, qd est sors appellant: & ideo dum ordinant, vel assumunt in hæreditatem Dñi, vel assequunt hæreditatẽ in ipso. licet aũt pdecessores Innocentij, ordinationes eorum qui sine certo titulo pmouẽtur, quãtum ad executionẽ irritas esse voluerint & inanes in iniuriam ordinantium: Innocentius tñ volens benigni[9] agere cum taliter ordinatis, statuit, ꝙ p ipsos ordinatores, vel successores eorum tamdiu puideatur ordinatis, donec p eos beneficia ecclesiastica fuerint ꝯsecuti. Nota ꝙ qui altari seruit, de altari viuere debet. Item ad quem spectat onus, & emolumentum. Itẽ qui aliquẽ ordinat, vel ordinari facit ad sacrum ordinẽ, puidere tenetur eidẽ, donec p ipsum ordinatus bñficiũ ecclesiasticũ fuerit assecutus. Itẽ si epõ simplr scribatur, vt alicui prouideat in ecclesia sua: non solũ in cathedrali ecclesia potest prouidere, sed etiam in parochiali.

¶ Innocentius tertius Zamoren. † episcopo.

¶ *Ordinato ad sacros per episcopũ sine titulo, nemine præsentante, ordinator vel successor compellitur in necessarijs prouidere, donec titulum habuerit.*

CAP. XVI.

CVm † secundum Apostolũ qui altari seruit, viuere debeat de altari[f]: & qui ad onus eligitur, repelli[g] non debeat à mercede: patet à simili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio[h] deputãtur, vt ipsa nominis[i] ratio persuadet. Cũ enim à cleros, quod est sors[k] vel hæreditas, clerici appellẽtur: quia in sui † ordinatione vel assumuntur[l] in hæreditatem Domini: vel assequuntur[m] hæreditatem in ipso †, vt vere possint psallere cũ propheta: Dominus pars hæreditatis meæ: dignum[n] est, vt ecclesiæ stipendijs sustententur, in qua & † per quam diuinis obsequijs ascribuntur. Licet autem prædecessores[o] nostri, ordinationes[p] eorum qui sine certo titulo promouentur, in iniuriã ordinantium irritas[q] esse voluerint & inanes: Nos tamẽ benignius agere cupientes †, tamdiu per ordinatores, vel successores[r] eorum prouideri volumus ordinatis, donec per

f ¶ *De altari.*] 12. q. 1. ex his.

g ¶ *Repelli.*] ad quem spectat onus, & emolumentum. 15. q. 2. charitatem. & c. quicunq; . & c. ecclesiasticis[a]. & econuerso non est ferendus is qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. C. de ca. toll. l. vnica. §. pro secundo.

ADDITIO. Vnde versus: *Cõmoda qui sentis, iungas onus emolumẽtis.*

h ¶ *Obsequio.*] Non tibi, sed domino grauis est cui seruit egestas. arg. 93. dist. diaconi versi. mendicat. Lau.

i ¶ *Nominis ratio.*] 25. dist. cleros. & clericos. & 16. q. 5. si cupis. & nomina debent esse consonantia rebus. Insti. de do. §. est & aliud.

k ¶ *Sors.*] 12. q. 1. cui portio.

l ¶ *Assumuntur.*] vt qui ordinantur sine beneficio, vel assumuntur, vt habeant hæreditatem Domini.

m ¶ *Assequuntur.*] s. qui ad beneficium recipiuntur, isti in sua ordinatione statim consequuntur hæreditatem Domini.

n ¶ *Dignum.*] 12. q. 2. ecclesiasticis.

o ¶ *Prædecessores.*] 70. dist. neminem. & c. sanctorum.

p ¶ *Ordinationes.*] Nisi promotus sit ad titulum patrimonij sui. j. eod. tuis. & s. eod. episcopus si.

q ¶ *Irritas.*] quo ad executionem, non quo ad veritatem, quia ordinem non admittunt.

¶ *Glo. seq. obijcit, & dupliciter soluit, & solo. determinat.*

r ¶ *Successores.*] Sed quare ꝯuenitur hic successor ex delicto defuncti, cum regulariter crimina morte extinguãtur. 23. dist. quorundã. & C. si reus vel accu. mor. fue. l. 5. & successor non ꝯuenitur ex delicto defuncti. C. ne ex deli. defun. l. vnica? Rñdeo, ne in cleri opprobrium mẽdicare cogant. 93. dist. diaconi. arg. s. de cle. ꝯiu. Ioãnes. in fi. Vel dic ꝙ nõ tã successor q̃ ecclesia[3] punitur in hoc casu, quæ nõ resistit epõ i tali pmotione: nã sine ꝯsilio ecclesiæ nõ facit ordinationẽ. 24. dist. c. pen. vnde punit si ei deliquẽti nõ resistit. 2. q. 7.

Margin notes: Cap. 1. eo tit. in 2. compilat. — habeant — dissidentibus — Vide Va... — Concor. ... — Cap. 1. eo tit. in 3. compilat. 1. Cor. 9. — sui — Aliter in Christo. Psal. 15. — Aliter vel — Videl cũ in testamẽto. ff. de re iud. & l. quoniã. C. eo. tit. — Concor. tex. in l. secundum naturam. ff. de re iud. & l. h. § sed cũ. ff. de fur. — Non video in quo puniat ecclesia, vel capitulum cũ epalis mensa grauat, secundum Host. Ioan. And.

c. qua pp. & hoc intelligo qñ ipse eps examinauit. si aũt alij examinauerunt, ipsi tenebunt. 54. dist. si seruus. 54. dist. qñ. & hoc innuit qd dr ĩ. nullo psentante. Et in hac pMsione dignitas pmoti est attendenda. arg. 61. dist. non cogantur. ff. de in. l. sed & si susceperit. §. 2. ff. de vsu f. sed & si quid. §. 1. & ĩ. eo. c. de multa. & ff. de do. l. si filius familias. Item considerantur facultates ecclesiæ. argu. ff. de admi. tu. l. cum plures. §. cum tutor. & ff. de rel. & sũp. fu. si quis sepulchrũ. §. sumptus. & hic inferius. Bernar.

¶ Gl. seq. in prin. rect. per glo. & solutionem. Deinde dat duo simil. Iterum obijcit, & soluit. Tertio objicit, & soluit.

a ¶ Literas.] si scriberet ipsi ordinatori, ipse non posset aliquid objicere nisi hoc literis contineretur: quia quos idoneus reputauit ad ordines, debet reputare idoneos ad beneficiũ. ĩ. de æta. & qual. c. accepim⁹. sed successor potest. & ita semel approbatus iterũ pbatur & reprobatur, sicut medicus. l. ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. reprobari. & virgo semel pbata iterum probatur. 2. 27. q. 1. nec aliqua. & melius ĩ. de pba. c. penul. & vlt. & 2. q. 5. habet hoc ppriũ. & c. Mennam. sed hoc totum gratia est: quia de facto vnius sæpius quæri non debet. ff. de nau. cau. stabu. l. licet. § fiue. Sed nonne psumi debet pro ordinato? Sic arg. ĩ. de pba. post cessionem. nisi pbetur 3trium. Item qualiter cognoscitur postea de eius idoneitate: cum sñia epi, qua pronunciauit ipsum idoneum, transiuit in rem judicatã, à qua non fuit appellatum. ĩ. de elect. cum dilecti. in fin. Rñdeo, totum fit de gratia. Vel dicas q tantum quæritur de noua causa postea emergente. arg. ĩ. de æta. & quali. ordi. c. 1.

¶ Glo. seq. quærit, soluit, alleg. pro, & cõtra, ponit opi. Vin. demum soluit.

b ¶ Donec per te.] quid si eps ordinauit eum ad aliquẽ titulum, & ille est euictus ab eo, nunquid eps tenet de euictione? Arg. q non: quia donator nõ tenetur de euictione. ff. de ædil. edi. l. ad res donatas. arg. 3. 7. q. 1. psentium. & ĩ. eod. inter cætera. Dicit Vinc. q eps specialiter non teneretur si dedit ei beneficium sufficiens, & factũ sit insufficiens & exinanitum: sufficit enim minori ab initio adire locupletem hæreditatem. ff. de mi. verum. §. si locuplete. tenetur tñ generali obligatione qua tenetur puidere & ordinare ecclesias oẽs sui epatus. de consec. dist. 1. c. oẽs. Tu dicas melius cum T. si fraudulenter contulit ei beneficium alterius quo alius non fuit iuste priuatus, siue alij debitum, & ipse cui contulit, hoc ignorauit, tunc specialiter tenetur eps ei prouidere in æquiualẽti beneficio. arg. 7. q. 1. præsentium. & ĩ. eo. inter cætera. & ĩ. de iure pat. c. pastoralis.

INter cætera.] Narrat primo factum. Secundo mandat decerni, & causam exprimit: ibi. *Supradicto episcopo*. Abbas.

Casvs. H. & G. de pmutatione suarũ pbendarum affectantes, eas in manu Papæ renunciauerunt: postmodũ mandauit Papa decano Remeñ. vt de pbenda G. inuestiret H. sed eps loci hoc intelligens contulit eam magistro P. vnde orta lite inter magistrum P. & H. dñs Papa reuocauit pfatam renunciationem, & vtrisq restituit beneficium suũ: & ne magister P. remaneret frustratus spe sua, Mãdat Papa epo, vt pbendam alicui non conferat, donec assignauerit magistro P. beneficiũ pbendale in eadem ecclesia: & si 3 fecerit, illud cassat: ne fraudulenter visus sit illi contulisse pbendam. Bernar. Nota, q vbi ponitur ista clausula: q si 3 factum fuerit, decernimus irritum & inane: qd fit postea, ipso iure non tenet. Item qui dat beneficium quod dare non potest, tenebit ad beneficium quod dare potest: ne fraudulenter visus sit beneficium contulisse.

eos ecclesiastica beneficia consequãtur: ¶ Inde est quod cum G. lator præsentium, à prædecessore tuo fuerit ad † subdiaconatũ nullo præsentante promotus, Mandamus, quatenus si eum, hi quibus examinationem ipsius duximus cõmittendam, te citato legitime, vt per te ipsum vel idoneũ responsalẽ interſis: & tam super idoneitate personæ, quam etiam super quantitate, ac qualitate beneficij pponere tibi liceat[a] quicquid rationabiliter duxeris pponendum, idoneum esse repererint, tamdiu ei vitæ necessaria congrue subministres, doneo[b] per te in Zamoreñ. ecclesia, vel alia fuerit competẽs beneficium ecclesiasticum assecutus, sciturus pro certo, quòd si per examinationem eorum † fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxta mandatum nostrum neglexeris prouidere, cum hoc nobis per litteras eorum innotuerit, ad id exequendum te per districtionem ecclesiasticã cõpellemus.

¶ Idem archiepiscopo Senoñ.

¶ *Qui hoc ignoranti scienter contulit præbendam quam non potuit, illa euicta, aliam quam potest conferre tenetur. h. d. & est singularis dispositio.*

CAP. XVII.

INter † cætera: & infra. ¶ Facta resignatione à G. † quondam canonico Lauduñ. † de præbenda eiuidẽ ecclesiæ, quæ per commutationem præbendarum H. tunc Sicluneñ. † canonico auctoritate Apostolica assignari[c] debebat: magister P. per Lauduñ. † episcopum de præbenda fuit inuestitus eadẽ. Super quo cum inter magistrũ ipsum & dictum H. controuersia suborta fuisset, per C. Papã prædecessorem nostrũ omnia retractata fuerunt: & infra. ¶ Supradicto episcopo dedimus in præceptis †, vt donec idem magister in eadem ecclesia fuerit præbẽdale beneficiũ assecutus, nulli alij præbẽdam assignare præsumat: quod si forte præsumpserit, id irritũ[d] decernimus & inane. decet enim, vt quia præbendam ei, quam de iure nõ potuit, assignauit[e], eam quam de iure potest, assignet: ne præbendam ei fraudulenter visus sit assignasse.

¶ Idem episcopo & cantori Tornaceñ.

¶ *Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates atque præbendas: & idem si detinetur aliquo vitio hic scripto.*

CAP. XVIII.

CVm † iamdudum: & infra. ¶ Verum quoniam ab R.

¶ *Glo. sequens rõ per obiect. vis, alleg. concor. remittit, signat contrariũ, soluit, & distinguit.*

c ¶ *Assignari debebat.*] Ex quo G. resignauit tali modo, vt daretur H. & non fuit ei data, sed magistro P. non videbatur ei renũciasse: nec vt eam perdidisse, sicut non amittit possessionẽ qui eam sub modo alij tradidit, nisi modus existat, §. vt enim sub conditione eam tradidisse. ĩ. de resti. spo. olim 1. & ff. de acq. posses. qui absens. §. si qs. & qui sub conditione tradidit possessionem, & recedit à possessione, nõ pdit eã. ff. eo. si cum me. vnde ille non videbatur amisisse possessionẽ beneficij sui: sed certe verũ est q amiserat p renunciationem, sed Papa postea ex officio suo vtrunque restituit propter discordiam suscitatam.

d ¶ *Irritum.*] simile C. de legi. non dubium. & C. de rebus eccl. non aliẽ. l. sancimus. & 10. dist. c. vides. si hoc verbum non connecteretur in literis, & ipse conferret, vt q cessio teneret, licet esset facta 3 mandatum Papæ. ĩ. eo. dilectus fili⁹ G. vbi de hoc.

Illæ † deuotionis synceritas; & infra. ¶ Ecclesiam sancti Leucini, de qua magistrum R. donationis nostræ gratia præcedente, præbẽdæ nomine de mãdato nostro Capuanus archiepiscopus inuestiuit, sibi duximus cõfirmandam [e]. Non obstante concessione per capitulum facta alij; seu confirmatione nostra, si qua in forma [f] cõmuni apparet † obtenta: cum nusquam inueniatur [g] cautum in iure, quòd capitulum vacante sede, fungatur vice episcopi in collationibus [h] præbendarũ: nec in eodem casu potest dici potestas conferendi præbẽdas, ad capitulum per superioris negligentiam [i] deuoluta: cum non fuerit ibi superior, qui eas posset de facto, vel de iure conferre.

¶ Idem episcopo Burginen. †.

¶ *Sede vacante iudicium habitum contra ecclesiam non tenet.*

CAP. III.

Constitutis coram I. prædecessore nostro, procuratore ecclesiæ sanctæ Mariæ de Castro Forti, & Burginensi † episcopo prædecessore tuo, dictus procurator petebat ab eodem episcopo restitutionem, super libertate libere eligendi sibi prælatum: [& infra †.]

a ¶ *Sede vacante.*] Vacãte enim ecclesia clerici non possunt disponere aliquid de rebus ecclesiæ. 12. q. 2. si qua de rebus. vbi de hoc. Nec eps bona ecclẽ vacãtis sibi subiectæ alienare põt. 10. q. 2. si qs eps. & 75. dist. qm. Hug. tñ dicebat, q si sit magnã necessitas, clerici possunt aliqua alienare. & inducebat ad hoc 71. dist. fraternitatẽ. qd potius ꝯdicit 2. & 12. q. 2. pcariæ. dũm adsit auctoritas metropolitani, sed non est ille casus ĩ quo metropolitanus debeat se intromittere de clericis suffraganeorũ suorum. & est arg. ad hoc q iudex pstat auctoritatẽ facto minoris, eo tpe quo non habet curatorẽ. C. q admit. ad bon. pos. l. bonorũ. Item in minoribus ecclesijs potest eps aliqua alienare pp necessitatẽ, mortuo sacerdote. 10. q. 2. si qs eps. Item si canonici faciant aliquẽ ꝯtum mortuo epo, dicit Io. q tenet ꝯtus: licet debeat rescindi si lesa est ecclesia. 12. q. 2. si qua de rebus. sicut est in ꝯtu minoris, qui nõ habet curatorẽ. C. de in integ. restitu. mino. si curatorem. hoc ego nõ credo: immo talis ꝯtus nullus est, & sine aliqua restitutione reuocatur, quatenus de facto pcessit. idem etiam si haberet platum: & hoc etiã dico p d. c. si qua de rebus. quia datur optio epo, vtrũ velit stare ꝯtus, vel non circa aliquã restitutionẽ: & hoc in fauorẽ ecclesiæ: & sic intelligit Hug. illud c. si qua de rebus. & incipit tunc tenere talis ꝯtus, si eps ratũ habeat. & q sit verum hoc, patet ĩ. c. vlti. vbi attestationes receptæ, vacante ecclesia, nõ valent. ĩ. eo. c. proxi. arg. & hic etiam: quia sede vacante nihil est innouandum. Item nec valet sñia ꝯ ecclesiam lata, sicut nec ꝯ minorem, qui non habet tutorem vel curatorem. ff. de re iud. l. acta. §. vlti. C. qui da. tu. pos. vniuersis.

b ¶ *Quàm ecclesiæ.*] Plus enim vtilitas ecclesiæ quàm psonæ fuit attendenda. arg. 12. q. 5. quia Io. nec aliquis debet inuenire viam ad impugnandum, vel reuocandum iudicia sua. arg. ff. de mi. rest. l. 3.

c ¶ *Nequiuimus.*] & ideo potius damnum vestrum, quàm nostram infamiam prælegimus. ĩ. de auct. & vsu pal. nisi specialis.

d ¶ *Indulgentes.*] Indulgentia fuit ex hoc: quia vnio illa facta fuit auctoritate Celestini, & per dñm Innocentiũ confirmata: vt patet in antiqua cõpilatione, & beneficium principis debet esse ppetuũ. 25. q. 2. c. 2. in Auth. constitu. quæ dig. li. à patria po. §. illud. coll. 6.

Illa deuotionis.] Capitulum sede vacante. non confert pbẽdas spectãtes ad collationem plati. h. d. Primo decise narrat factum. Secundo diffinit. Tertio soluens obstaculum pbat deuolutioni locũ non fuisse. Secunda: ibi, *Ecclesiam.* Tertia: ibi, *Non obstante.* Abbas.

Casus. Collatio pbẽdarum in ecclesia S. Leucini ptinet ad epm loci: vacante sede epali, vacauit qdam præbenda in dicta ecclesia S. Leucini: capĩm illius ecclesiæ credens collationem pbendarum vacante sede deuolutam ad ipsum, pbendam illam vacantẽ cõtulit cuidam clerico: postmodum archieps Capuanus de mandato dñi Papæ inuestiuit magistrum R. de illa pbenda, cui Papa illam præbendã contulerat, & ita orta fuit discordia inter magistrũ R. & illũ cui capĩm præbendam illam contulerat: vnde qstio sup hoc delata fuit ad sedẽ Apost. Papa auditis rõnibus vtriusq; partis, cõfirmauit præbendã illã dicto magistro R. non obstante cõcessione p capĩm alij facta, vel cõfirmatione in forma cõi obtenta: qa nullo iure cauetur, q vacante sede capĩm fungatur vice epi in beneficiis conferendis, nec in eo casu potest dici, q potestas conferendi bñficia vel pbendas per superioris negligentiam ad capĩm sit deuoluta, cũ nullus sit tunc superior, q de iure vel facto possit pbendas conferre. Nota q collatio, q̃ nulla est, non impedit secũdam. Item qd non est concessum, intelligitur phibitum. Item sede vacante ius conferendi pbendas non deuoluit ad capĩm. Item non currit præscriptio tunc: quia cũ nullus sit ibi prælatus, nulla est negligentia.

e ¶ *Confirmandam.*] hic dñs Papa ex certa scientia confirmauit huic ecclesiam istã: vnde plenũ ius consecutus fuit, nec erat licitum alicui de ipso iudicare. ĩ. de cõfir. vti. c. 1. & 2. vbi de hoc.

f ¶ *In forma cõi.*] sic ĩ. de cõcess. præb. quia dispensationem. & sic patet, q talis confirmatio modicũ operatur. De hoc dictũ est satis ĩ. de cõfir. c. 1.

¶ *Glo. seq. alleg. 4. concor. obstat, & remouet.*

g ¶ *Cum nusquam inueniatur.*] Et ita intelligit esse phibitum qd non inuenitur cõcessum. sic ĩ. de trãsla. inter corporalia. 55. dist. si euangelica. & 2. q. 5. cõsuluisti. & 31. q. 1. q si dormierit. Sed ꝯ: quia qd nõ est phibitum, intelligitur esse cõcessum. Dic super hoc, vt dictum est ĩ. de transla. inter corporalia.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, quærit, arg. negatiue ponit opin. H. quam approbat.*

h ¶ *In collationibus.*] De hoc dubitari cõsueuit, vtrum vacante sede deuoluatur ad capitulum collatio pbendarum: qd hic determinatur. arg. ꝯ. ĩ. de maio. & obe. his quæ. & c. cum olim. vbi vacante sede ius prælati deuoluitur ad capĩm. & ibi soluitur hæc ꝯtrarietas. Item an potestas absoluendi deuoluatur ad capĩm sede vacante, dubitari consueuit. arg. q non: qa hoc facit successor. 11. q. 3. si eps ante. Hug. dicit q sic. ppter periculum animæ. arg. q potest ĩ. de hære. ad abolendam. 1. rñ. quia capĩm sede vacante condemnat de hæresi, & ita si potest condemnare, multo fortius absoluere. 35. dist. inferior. alienare autem non potest. De hoc dixi ĩ. eo. c. proxi.

Additio. Hodie potest capitulũ, vel is ad quem administratio ptinet vacante sede, eos absoluere, quos posset eps si viueret, nisi à sede Apostolica id fuerit interdictũ. c. vnico. de ma. & obed. lib. 6.

i ¶ *Negligentiam.*] Propter negligentiam solam transfertur potestas eligendi ad superiorem. ĩ. tit. proxi. nulla. & c. quia. vel cum indigniũ eligant. ĩ. de elect. cum in cunctis. sed vbi nullus est prælatus, non est negligentia: vt hic, vel etiam cum eligere non potest. ĩ. tit. proxi. quia. Bernar.

Constitutis.] Primo narrat factum super quo attestationes fuerunt receptæ. Secundo illas reprobat dicens quare: ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

Casus. Inter episcopum Burginen. & ecclesiam sanctæ Mariæ de Castro Forti, quædam quæstio vertebatur: procurator ecclesiæ sanctæ Mariæ petebat ab episcopo Burginen. restitutionem super libertate libere sibi eligendi prælatum in dicta ecclesia, & super terris ipsius & rebus aliis, quibus ecclesia fuerat spoliata: lite contestata coram Innocẽtio, & postmodũ factis positionibus & responsionibus, siue concessionibus coram delegatis iudicibus, & receptis quibusdam testibus, causa iterum delata est ad sedem Apost. Papa examinato pcessu depositiones testiũ, qui vacante Burginen. ecclesia, & carẽte legitimo defensore recepti fuerant, reprobauit.

† apparet † apparerit

† Burgen. habent codices Vaticanæ bibliothecæ, tam in textu quam in textu, vno excepto, in quo legit, Burgensi.

† Alias Burgẽ.

† Hæc verba & infra, desunt in magis vetustis sed habentur tam in rectum tibus.

† De materia huius gl. dic vide la per 110 (?) ... c. ad abolendam. ĩ. de hæret.

† Et sic est expositio da ma. & obe. ... cap. lib. 6. Ioan. And.

Nota q sede vacante causa tractari non potest, nec testes recipi: quia non est cum quo ista fiant, & altera parte absente processus causæ nullus est.

a ¶ *Vacante.*]Hic patet manifeste, q ecclesia, quæ caret legitimo defensore, conuenîri non potest: quia ea vacante nihil est innouandum: quia nō habet defensorem. 3. eo. c. 1. nec etiam alienatio fieri potest: vt dictum est 3. eo. c. 1. Lau. dixit q vacante sede œconomus ecclesiæ potest interim agere. arg. 3. de iu. calum. in pertractādis. sed in fauorem ecclesiæ expectatur quousque habeat prælatum; sed non est verum, vt hic patet. Et ita vacāte sede nihil fieri debet vnde possit ei præiudicari. In aliis vero in quibus nō præiudicatur ei, potest capitulum supplere vicē epi. 3. de maio. & obed. his quibus. & cap. cum olim. vbi de hoc.

Alias. Burgē. — fuerunt — prælato — Burchar. lib. 1. decret. cap. 120. Iuo par. 3. cap. 211. Panor. lib. 2. cap. 24 & c. 1. eod. tit. in vetere pilat. adde notas Burchardus. De. cretalis.

¶ Nos igitur depositiones testium, qui vacāte[a] Burgineñ. † ecclesia, & carente legitimo defensore fuerint † recepti, duximus reprobandas.

TITVLVS X.

De his quæ fiunt à prælatis † sine consensu capituli.

¶ Ex concilio apud Valentiam †.

¶ *Non tenet alienatio rei ecclesiasticæ absque approbatione capituli.*

CAP. I.

IRrita[b] erit episcoporum donatio, & venditio, vel commutatio[c] rei ecclesiasticę, absque † collaudatione, & subscriptione[d] clericorum.

DE HIS QVÆ fiunt à prælatis sine consensu capituli.

¶ *Supra visum est, quid sede vacante nihil debet attentari per capitulum: sed quia poterat dubitari, nunquid sede repleta possit prælatus disponere de rebus ecclesiæ sine capitulo, ideo subiicitur hæc rubrica.*

De hac materia tractatur 16. q. 5. & q. 7. per totum.

In vno vetusto non est: si absque collaudatione, & subscriptione clericorum in fa fuerit.

¶ Alexan. iij. Noruiceñ. episcopo.

¶ *In temporali alienatione, quam facit prælatus, taciturnitas capituli habetur pro consensu.*

IRrita. CASVS. Dicit in hoc capitulo, q irrita erit epōrum venditio, vel donatio, vel commutatio rei ecclesiasticæ absque consilio capituli. Nota q epūs nec vēdere, nec alienare potest rem ecclesiæ sine consensu capituli: quod verum est de magna re, paruam enim per se alienare potest: vt 12. q. 2. terrulas.

b ¶ *Irrita.*] 12. q. 2. sine exceptione.

c ¶ *Commutatio rei ecclesiasticæ.*] magnæ, paruam enim rem sine hac solemnitate alienare potest. 12. q. 2. terrulas. & j. de don. cæterum. Bernard.

d ¶ *Subscriptione.*] Aliàs non tenet. 12. q. 2. non liceat. & c. alienationes. & c. sine exceptione.

COntinebatur.] In prima ponitur decisa consultatio. In secunda distinguens responsio: ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Quædam abbatissa fecit quandam donationem cuiusdā decimæ cuidam nomine H. postea vero aliquanto tpe elapso, eandem decimam concessit eidem: quærebatur, quæ concessio præualeret? Rñdet Papa, q concessio decimæ prius facta, si cōuētu sciente & non 3dicente facta est, tenet & valet: sed si ignorante conuentu, aut 3dicente, decimam prædicto H. prius concessit, & postea de consensu capituli eandem decimam dedit eidem, secunda donatio debet valere, & præiudicare priori. Nota, q qui non contradicit, consentire videtur. Item prælatus sine consensu capituli concessionem facere non potest.

¶ *Glo seq signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Contradicente.*] Et ita in venditione rerum ecclesiasticarum taciturnitas pro consensu habetur. Argu. 3. 3. cap. proxi. & 12. q. 2. sine exceptione. & 10. q. 2. cap. etenim. §. hoc ius. in fin. Solu. hic ad tempus facta fuit concessio alicui clerico pro beneficio: in contrariis in perpetuum: & ideo necessarius est ibi expressus consensus, & subscriptio, per quam appareat de consensu. & est simile 54. distin. si seruus.

f ¶ *Aut contradicente.*] j. cap. proxi.

¶ *Glo seq ponit arg. quod reprobat.*

g ¶ *Non post multum.*] Arg. q si multum tempus elapsum esset, & conuentus semper tacuisset, videretur consensisse[1]. Arg. j. de priuile. si de terra. quod non credo. sed solū factum hic narrat. q semper possunt contradicere tali 3ctui, immo non posset præscribere qui emit à solo plato, cum sciat epm nō habere ius distrahendi: q3 3 leges mercatur, & ideo non pscribit. C. de agric. & censi. quemadmo. lib. 11. & 16. q. 3. si sacerdotes.

1 Concessionem Lān. nam q l nocabilis ē. si ex nat. cau. ag.

2 Vide de præscrip. si diligenti. Ioan. And.

CAP. II.

COntinebatur† : & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod concessio decimæ ab abbatissa prius facta, si conuentu sciente, & non contradicente[e] facta est, robur firmum debet habere. ¶ Verum si ignorante conuentu, aut contradicente[f], decimā prius prædicto H. concessit, & non post multum[g] temporis † de assensu conuentus eandem decimam dedit eidem, secunda concessio debet præiudicare[h] priori.

¶ Post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 47. c. 1. & c. 2. eod. titulo 1. collat.

¶ *Glossa sequens obycit, & soluit.*

h ¶ *Præiudicare.*] Sed videtur q donatio talis non teneat: quia prælatus non potest donare vel vendere, nisi vt meliora prospiciat. 12. q. 2. sine exceptione. arg. 16. q. 3. si sacerdotes. iam solutum est. hic nō fuit donatio ppetua. sed temporalis.

CVm nos.] Primo ponitur dictum. Secūdo exceptio: ibi, *Nisi.* Abbas Siculus.

¶ tempus

CASVS. Episcopus Vigorieñ. sine consensu capituli sui concessit quādam ecclesiam quibusdam religiosis: successor illius donationē illam reuocare volebat: quæritur an possit? Respondet Papa, q donatio illa de rigore iuris non valet, quam fecit antecessor illius capitulo suo reclamantē, nisi capitulum eam ratam postmodum habuisset.

¶ Vvigorn.

Nota, q prælatus sine consensu capituli sui donationem in damnum ecclesiæ facere non potest. Itē ratihabitio retrotrahitur, & mandato cōparatur. Item subsequens consensus valet. Item quod ab initio non valet, interdum ex postfacto conualescit.

¶ Idem Vigorieñ. † episcopo.

¶ *Alienatio temporalis facta sine consensu capituli, per ratificationem eius roboratur.*

CAP. III.

CVm † nos iampridem: & infra. ¶ Certum est, de rigore iuris concessionem illam non tenere, quam reclamante[i] capitulo per prædecessorem tuum constat factam fuisse: Nisi eam ratam[k] postmodum habuisset†.

¶ Cap. 1. eod. tit. in 1. compil.

¶ Habuisset.

¶ Idem Hierosolym. Patriarchæ.

¶ *Prælatus sine consilio capituli insti-*

¶ *Glo. seq. ponit quatuor casus communicandos capitulo.*

i ¶ *Reclamante.*]Et ita patet, q in negotiis ecclesiæ, necessarius est consensus vniuersitatis, vel maioris partis. 3. c. pxi. 12. q. 2. sine exceptione, & in ordinatione clericorum. 24. distin. episcopus sine. & in dignitatibus conferendis. j. eod. cap. proxi. & 93. distin. legimus. idem est in causarum ventilatione. 15. q. 7. episcopus nullus. felix. & cap. si autem.

¶ *Glossa sequens alleg. tres concor. & duas leges in contrarium. Iterum arg. conualescere quod ab initio non valet, alleg. sic vnica, & quinque alleg. in contrarium, & soluit.*

K ¶ *Ratam.*]Et ita alienatio, quæ de iure non tenet, ratihabitatione confirmatur. 16. q. 1. c. vlt. & j. de iure pat. cum. & 12. q. 2. si qua de rebus. Arg. 3. Instit. de aucto. tuto. §. tutor. & ff. eo. tit. obligari. circa finem [1]. Item arg. q ea quæ ab initio non valent, ex postfacto conualescunt. j. de coniug. ser. proposuit. j. de despon. impub. de illis 2. 31. q. 2. c. 1. & 2. ff. de rit. nup. si q si senatorio. & 1. q. 1. c. eos qui. §. cum ergo. circa finem. Arg. 3. 24. q. 1. schisma. & j. de simo. non satis. & ff. de reg. iu. qd ab initio. 32. q. 7. flagitia. & 16. q. 3. c. placuit. §. potest. ver. q si priuatus. Prima rñsio est vera q̄nq3 in maleficiis, vt teneatur ex maleficio qui ratum habet, sicut qui ab initio mandauit. 3. de resti. spol. cum ad sedem. in fin. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quotiens. dum si eius noie fuerit factum. ff. de procur. l. si seruus. In negotiis aūt, sacramentis, & cæteris 3ctibus, quæ de iure sortiuntur effectum, eius ratihabitione potest res rata haberi ab eo qui talia ab initio mandare potuit, si eius noie factum est. ff. rem ratam haberi. l. 3. §. falsus. & 9. q. 3. Lugduneñ. & ff. de iudi. licet verum. & hic, & j. de donat. pastoralis. in fin. In his aūt quæ per alios explicari non possunt, sicut est, vt quis p alium ferat sententiam, vel testimonium faciat, non habet locum ratihabitio. C. de senten. ex breuicu. recitan. l. 1. & 2. nisi sit illustris persona, vt ibi, & in his quæ cōtra naturam sunt vel fiunt, & quæ sine peccato deuniri, vel fieri, vel possideri non possunt, & quæ ipso iure nulla sunt ab initio. Et sic loquuntur contraria.

1 Host. dicit aliud in interim, q nō potest ratificare alienandi, in quo debuit auctorizare, ita postea. ff. de acq. hæred. si quis mihi. §. iussum. aliud in capitulo, qd non auctorizauit et fecit: nec ratificat nisi quo ad eius consequentia perti net. d elect. quod sicut §. a autem. Ioan. And.

Nunc,

NOuit.] Tres sunt partes. In prima ponitur exordium, in quo ratio & dictum in genere. In secunda factum: ibi, *Innotuit*. In tertia prohibet & cassat: ibi, *Ideoque*. Abbas Siculus.

CASVS. Patriarcha Hierosolymitanus sine cõsensu fratrum suorum, abbates & abbatissas & alias ecclesiasticas psonas instituebat, & destituebat: puenit hoc ad notitiam dñi Papæ, vnde super hoc scribit ipsi patriarchæ dicẽs, q cum ipse & fratres sui sint vnum corpus, ita q ipse sit caput, & illi membra, non decet ipsum vti consilio aliorũ omissis fratribus suis in negotiis ecclesię suæ: cum illud sit ꝯ instituta sanctorum Patrum: vnde præcipit ei, q de cætero illud non faciat, & tales ĩstitutiones & destitutiones decernit carere robore firmitatis. Nota q non decet membrum à capite recedere, nec ecõuerso. Item platus negotia ecclesiæ suæ de consilio fratrum suorum facere debet. & pcipue huiusmodi specialia: aliter enim facta non tenent.

a ¶ *Caput.*] Sed nunqd eps auditur sine litteris capituli de rato, volens agere pro ecclesia sua? De hoc dic vt dictũ est ꝫ. de procu. c. 1. & ꝫ. de rescript. edoceri.

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

b ¶ *Non decet.*] 12. dist. non decet. 12. q. 2. alienationes. & 15. q. 7. episcopus 1. & ꝫ. de præscrip. cum nõ liceat. & arg. 86. dist. si quid. & j. eod. c. proxi. de quibus constitutionibus hic fit mentio.

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

c ¶ *Carere.*] Sed nunquid ipso iure tales constitutiones irritæ sunt? Videtur q sic ex hac littera: qd satis potest concedi: quia factæ contra iura. C. de legi. non dubium.

tuere vel destituere; vel alia negotia ecclesiæ tractare non debet. h.d. cum cap. sequenti.

CAP. IIII.

NOuit† tuæ discretionis prudentia, qualiter tu & fratres tui vnum corpus sitis, ita† quòd tu caput[a], & illi mẽbra esse probantur. vnde non decet[b] te omissis mẽbris, aliorum cõsilio in ecclesiæ tuæ negotiis vti: cum id non sit dubium, & honestati tuæ, & sanctorum patrũ institutionibus† contraire. ¶ Innotuit siquidem auribus nostris, quòd tu, sine consilio fratrum tuorum, abbates & abbatissas, & alias ecclesiasticas personas instituis & destituis: & infra. Ideoque id auctoritate Apostolica prohibemus: & infra. Nos enim tales institutiones & destitutiones carere[c] decernimus robore firmitatis.

¶ Idem eidem.

¶ *Summatum est supra capitulo proximo.*

CAP. V.

QVanto†: & infra. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus in concessionibus, & confirmationibus[d], & aliis ecclesiæ tuæ negotiis, fratres tuos requiras, & † cum eorum consilio, vel sanioris partis eadẽ peragas & pertractes: & † quæ statuenda sunt statuas, & errata corrigas, & euellẽda dissipes & euellas: ¶ Absentium[e] quoq; fratrum nomina inscribi non sinas†; quia talia munimenta irrita sunt & falsa, & tu exinde quæstionem falsi poteris merito formidare.

QVanto.] Diuiditur: nam primo phibet. Secundo præcipit: ibi, *Absentium*. Abbas.

CASVS. Prædictus patriarcha, omissis fratribus suis, in cõfirmationibus, & cõcessionibus, & aliis negotiis ecclesiæ suæ, vtebatur consilio aliorum: mandat Papa eidem, q de cætero non faciat, sed de consilio fratrum vel maioris & sanioris partis, eadẽ peractet & disponat. Præterea idem patriarcha ĩ priuilegiis suis & aliis instrumentis noĩa absentium fratrũ inscribi faciebat: pcipit Papa, q hoc non faciat: quia talia munimenta irrita sunt & falsa, & ipse q̃stionẽ falsi poterit formidare. Nota, q prælatus de consilio fratrum suorũ negotia ecclesiæ suæ pertractare & disponere debet. Item epi possunt conferre priuilegia. Item de falso tenetur (vt hic dicitur) qui nomina absentium scribit in litteris ac si essent præsentes.

d ¶ *Confirmationibus.*] ꝫ. c. prox. cum aliis concor. ibi positis. & j. c. proxi. & ita patet, q eps negotia ecclesiæ suæ cum consilio canonicorum suorum tractare debet. 12. q. 2. sine exceptione. & c. alienationes. & 86. dist. si quid. 16. q. 1. ecclesia habet.

¶ *Glo. seq. recitetur per q. ea subscribens necesse habeat scire, &c.*

e ¶ *Absentium.*] Nota q de crimine falsi tenetur, qui nomina absentium fratrum facit inseri. C. ad leg. Corne. de fal. qui velut. & ipsa instrumẽta sunt irrita. C. de testa. l. iubemus. & in Authen. de instru. caut. & fi. §. 2. coll. 6. nõ tñ oportet testem scire q̃ in charta vel in instrumento continentur, cui sigillum apponit. ff. de pig. actio. l. Caius. C. de testa. hac consultissima. nec in hoc casu fit ei pudicitũ quin possit postea ꝯdicere si sua interfuerit: vt in l. Caius. sed si sciret, postea reclamare non posset: vt ff. de pig. & hypo. fideiussor. §. 2. & 1. q. 7. saluberrimum. & ꝫ. de transac. ex litteris. 27. q. 1. oĩs sine fraude. & 20. q. 1. vidua. Sic & crimẽ falsi incurrit qui sigillum surripuit furtiue nomine capituli. ꝫ. de testib. tam litteris. Et qui litteras iudicum aperit. ꝫ. de offi. deleg. cum olim. & ꝫ. de rescrip. olim. vnde tales deponendi sunt per iura prædicta.

EA noscitur.] Prima pars factum narrat. Secũda pars respondet: ibi, *Respondemus*. Abbas.

CASVS. Abbates & conuentus habent ius psentandi in ecclesiis: contingit aliqñ. q ipsi abbates psentãt psonas idoneas epis diœce. ad ecclesias illas vacantes, & eis receptis per epm, monachi aliqñ ante psentationẽ, aliqñ post, ꝯdicunt: quęritur an talis institutio valeat? Respondet Papa, q qñ plati faciunt huiusmodi psentationes, intelligendum est, q fiant de consensu fratrum suorum, sine quo non valent: & ideo si cõstiterit, q consensus fratrum vel maioris partis non interuenerit, tales institutiones debent cassari, nisi ex antiqua & approbata cõsuetudine, vel ex aliqua speciali concessione abbates ipsi probauerint, q consensus monachorũ in talibus collationibus nõ sit requirendus. Nota, q abbas non potest præsentare aliquem, vel conferre beneficium ecclesiasticum alicui, sine consensu sui capituli. Itẽ collatio, aut præsentatio, seu electio cõiter pertinet ad platum & capitulum. hoc enim est ius cõe, nisi aliud in contrarium probetur à prælatis. Itẽ ex antiqua consuetudine vel priuilegio, abbas solus potest conferre beneficia irrequisitis monachis.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Si ecclesia collegiata habet præsentationem, præsentabit prælatus de consensu capituli, vel maioris partis: nisi de consuetudine vel priuilegio competat soli prælato.*

CAP. VI.

EA† noscitur: & infra. ¶ Cũ in prouincia tua sæpe contingat, quòd ad ecclesias ĩ quibus collegia ius præsentãdi habere noscũtur, eorum abbates aut per se, aut per litteras[f], personas idoneas episcopis diœces. præsentant†, & eis præsentatis & receptis aliquando ante, aliquãdo post, monachi contradicunt[g]. ¶ Respondemus, quòd in præsentationibus prælatorum intelligi debet[h], quòd fiant de collegiorum suorum assensu, sine quo non obtinent firmitatem. Vnde si constiterit cõuẽtus vel maioris & † sanioris[i] partis non affuisse consensum, institutiões huiusmodi cõuenit euacuari[k]: nisi ex antiqua & approbata consuetudine[l] †,

¶ *Gl. seq. quærit, et soluit.*

f ¶ *Per litteras.*] Potest ergo quis per litteras præsentari. argu. 64. distin. c. 1. 2. & 3. Quid si contradicatur litteris? Stabitur eis donec contrarium probetur. ꝫ. de probat. post cessionem. vbi de hoc. & ꝫ. de testi. cum à nobis.

g ¶ *Contradicunt.*] Cum ab initio nesciuerunt: aliàs non videtur q postea contradicere possint; ꝫ. eod. c. 2.

h ¶ *Intelligi debet.*] præsumptiue, quia non est verisimile, q hoc faciant sine consilio fratrum suorum. ꝫ. eod. cap. proxi. Hæc præsumptio phationem recipit in ꝯtrium, vt hic dicitur. secus si esset præsumptio iuris, & de iure. j. de sponsa. ad id quod. & 54. dist. fraternitatem. & j. de Iudæ. cap. vltimo.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

i ¶ *Maioris & sanioris.*] Sed nõne eoipso maior est quod est sanior. 31. dist. Nicæna. & j. de his quæ fi. à maio. par. cap. c. 1. & 40. distin. multi, in fine? Dic q vbi aliqua pars non est sana, puta quia indignum eligit, vel quia in damnum ecclesiæ aliquid facit, ibi dico maiorem partem illam quæ sanior est: & pferenda est. ꝫ. de postu. præla. gratum. aliàs nisi vtraq; pars in electionibus esset sana, non statim dicerem maiorem saniorem, immo qñq; minorem esse præferendam. ꝫ. de electio. ecclesia vestra. vbi pars maior non obtinet. ꝫ. de appella. constitutus. Bernar.

k ¶ *Euacuari.*] cum non sint factæ secundum ius: sed contemptis illis qui requiri debent. ꝫ. de elect. q sicut. & c. quia propter. & ꝫ. eo. nouit. & c. quanto. vbi hoc videtur expressum.

l ¶ *Consuetudine.*] dummodo sit talis, quæ iure communi nõ præiudicet; scilicet præscripta. ꝫ. de consuetu. cum dilectus. & cap. vlti. quia tunc præscripsit prælatus ius instituendi contra alios fratres suos.

¶ *Glossa sequens arguit & remittit.*

a ¶ *Libertate.*] puta, quia priuilegia habet prælatus, q solus sine consensu fratrum instituat. & ita est hic arg. expressum : q ius eligendi de iure cõi simul pertinet ad epm & capitulum, cum eps sit caput capituli. s. eod. nouit. nisi cõsuetudo 5trium inducat vel priuilegium, vt hic patet. De hoc dixi s. de electio. cum ecclesia Vulterana. Ber.

b ¶ *Hieronymi.*] 16. q. 1. qm quicquid. & s. de consti. c. cum oes.
c ¶ *Leonis.*] 12. q. 2. sine exceptione.
d ¶ *Vendere.*] Nisi forte sit parua & sterilis possessio. 12. q. 2. terrulas.
e ¶ *Totius.*] vel maioris partis ibi seruientis. 10. q. 2. cap. ca enim. §. hoc ius.

Hostiẽsis tenet contrarium dicit, q narratum factũ, non ius: & sic de iure cõi intelligas, loquitur cũ suis glo. sibi dissentit. Ioan. And.

C*Vm Apostolica.*] Duæ sunt partes principales. In prima consultatio. In secunda rñsio: ibi, *Taliter respondemus.* Prima subdiuiditur. Nã primo ponit partium cõpromissum. Secundo vnius partis allegationem: ibi, *Dicti monachi.* Tertio allegationem alterius partis: ibi, *E contrario.* Quarto consultationem arbitrorum: ibi, *Quia.* Secũda pars principalis subdiuiditur. Nam primo respõdet consultationi. Secundo solutionem corroborat 5rã; ibi, *Auctoritates.* Tertio respõsionem corroborat: ibi, *Nam.* Quarto solutionem limitat: ibi, *Hoc autem.* Abbas Sicu.

archiepiscopo, in pluribus antiquis.

scholasticis, legitur in omnibus fere Vaucanis.

Cap. 1. tit. de his quæ conceduntur ab epo sine cõsensu capituli, in 5. compil.

CASVS. Inter capitulum sancti Stephani ex vna parte, & monachos de Platea ex altera, q̃stio vertebatur: super quæstione illa in quosdam arbitros est cõpromissum, coram quibus pponebant monachi, donationem ipsius decimę sibi factã fuisse, & à quodam milite de consensu Bituricẽs. archiepi diœce. ipsius sibi confirmatam fuisse: & ad confirmandã concessionem suam inducebant auctoritatẽ Hieronymi dicẽtis: Si aliqñ fuerint à laicis, quæ diuini iuris esse noscũtur, male detẽta, & in vsum trã ierint monachorum, epo loci pbente consensum, cõstabunt oia ppetua firmitate subnixa. Econtrario pars altera rñdebat, q ɔsensus epi sine consensu capituli non sufficiebat: ad hoc inducebat auctoritatem Leonis, q eps de rebus ecclesiæ quicquam donare, vel commutare, aut vendere non audeat, nisi vt meliora prospiciat, & de consensu capituli sui id faciat, qd non sit dubium ecclesiæ profuturum: dubitauerũt isti arbitri qñ decima tenetur à laico, si conferatur ecclesiæ, vtrum sufficiat consensus epi sine clericorum consensu? & Papa rñdet q monẽdus est laicus, qui decimã tenet, vt illam restituat illi ecclesiæ ad quam spectat: qd si noluerit, & de consensu epi alteri ecclesiæ cõcesserit, valebit donatio: & auctoritates pdictæ licet sint diuersæ, nõ tñ sunt aduersæ: quia aliud est alienare qd ab ecclesia possidet, in quo casu intelligit auctoritas Leonis, & tunc non sufficit consensus epi sine consensu capituli: Et aliud est ad vsum ecclesiæ reuocare quod à laico detinet: in quo casu intelligitur auctoritas Hieronymi: & tũc sufficit cõsensus epi: quia p vtranq; auctoritatem vtilitati ecclesiæ prouidetur: & hoc pbatur p concilium Lateraũ. sumpto arg. à 5rio sensu, in quo phibetur, ne aliqua religiosa psona ecclesias & decimas de manibus recipiat laicorum sine cõsensu eporum; p qd dat indirecte intelligi, q sufficit consensus epi, vt licitum sit ecclesiæ decimas de manu recipere laicorum. Hoc qd dictum est, de illis decimis debet intelligi, quæ laicis in feudum sunt concessæ. Not. q licet compromittere in arbitros de rebus spũalibus. Item ille potest iura distinguere, qui potest ius constituere. Item sicut ad consultationem iudicum rñdet Papa, ita & arbitrorum. Item arg. à 5rio sensu bene valet. Item decimæ datæ laicis in feudũ possunt reuocari.

Platea

Aliàs, aliquas, sed apud Hieronymũ, aliquando, vt etiam apud Gratianum cap. vlt. 16. q. 1.

vel concessa libertate a, aliqui eorum probauerint commissi sibi collegij non debere in ecclesiarum seu beneficiorũ collationibus requiri consensum.

¶ Innocen. iij. archipresbytero † & magistro scholarium † Bituricẽs.

¶ *Tenet donatio, quam de solius diœcesani consensu, facit laicus ecclesię, de decimis quas ab alia ecclesia habet in feudum ab antiquo, id est ante Lateranẽ. concilium.*

CAP. VII.

CVm † Apostolica sedes : & infra. ¶ Sane sicut accepimus, cum ex vna parte capitulum sancti Stephani, & ex altera monachi de Platea †, super decima quadam in vestrum compromisissent arbitrium: Dicti monachi proponebant, donationem ipsius decimæ sibi à quodam milite factam, & Bituricẽs. archiepiscopi diœcesani eius accedẽte consensu confirmatam fuisse: seque auctoritate Hieronymi b munitos existere, qui scribens ad Damasum ait: Si aliquando † fuerint à laicis male detenta, quæ diuini iuris esse noscuntur, & in vsum trãsierint monachorum, episcopo loci præbente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate subnixa. ¶ Ecõtrario pars allegabat aduersa, consensum episcopi sine cleri cõsensu minus sufficere, auctoritate Leonis c Papæ dicentis: Nequis episcopus de rebus ecclesiæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere d audeat: nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat †: & cum totius e cleri f consensu atque tractatu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ g profuturũ h. ¶ Quia vero nos consulere voluistis, vtrum quando decima tenetur i à laico, si conferatur ecclesiæ, ad confirmandam donationem consensus episcopi sine cleri consensu sufficiat: Taliter respondemus, quod monẽdus est k laicus, qui decimã detinet †, vt eam restituat ecclesiæ, ad quam spectat. qui si forte induci nequiuerit, & eam cũ diœcesani consensu alteri ecclesiæ assignauerit, præsertim l religioso conuentui: constabit ipsa † donatio perpetua m firmitate subnixa. ¶ Auctoritates enim præmissæ, licet diuersæ sint, non tamen aduersæ: cũ aliud sit alienare n quod ab ecclesia possidetur: & aliud quod detinetur à laico, ad vsum ecclesiasticum reuocare. In alienatione quoque iuxta Leonis Papæ decretum consensus episcopi sine clericorum consensu † non sufficit. In reuocatione autem iuxta scriptũ † Hieronymi sufficit consensus episcopi: cum per vtrunque † vtilitati ecclesiæ consulatur. ¶ Nam & in Lateranẽ. † concilio o est inhibitum, ne quælibet religiosa persona, ecclesias & decimas de manibus laicorum sine consensu episcoporũ recipiat. per quod indirecte datur intelligi p, quod sufficit cõ

f ¶ *Cleri.*] id est, capituli sui. bona enim aliarum ecclesiarũ vendere nõ debet, nec vẽditioni auctoritatem pstare. 12. q. 2. abbatibus. & 17. q. 4. in venditionibus.
g ¶ *Ecclesiæ.*] s. epali.
h ¶ *Profuturũ.*] quantum ad opinionem ipsorũ, & sic tenebit alienatio, quis 5trium eueniat s. ff. de admin. tut. tutor q. §. 2. tñ si probaret læsio, restitueret, vt s. de in integ. rest. c. 1.
i ¶ *Tenetur.*] de facto: quia veram possessionẽ habere non potest, cum laici decimam de iure possidere non possint. s. de pscript. causam quæ. & 16. q. 7. c. 1. † & tñ toleras ecclesia, q laici decimas, quas antiquitus habuerunt in feudum, detineant, de quibus loquitur hæc decre. vt in fi. dicitur. Ber.
¶ *Glo. seq. ponit lect. Lau. quam reprobat.*
k ¶ *Monendus est.*] & etiam cõpellendus, cũ mortaliter peccat. 6. q. 1. illi qui. & 22. q. 1. c. vlt. Vel hoc intellige de eo cuius scandalum timetur. 23. q. 4. non potest. Nam si hoc esset verum, posset eps p alios laicos multas ecclesias spoliare, & alias ditare: qd si faceret, appellandum esset, cum hoc sibi non liceat. j. de rebus eccle. non alie. c. 1. Hoc quod dicit Lau. itellige de decimis nõ in feudũ concessis: sed decre. loquit de decimis in feudum concessis, vt dicit in fine. Ber.
l ¶ *Præsertim.*] i. maxime: quia ad hoc agitur vt de manu laici reuocetur. Ber.
m ¶ *Perpetua.*] Et ita videtur valere donatio sine cõsensu capituli. sed hoc ideo est, quia per hoc vtilitati ecclesiæ consulitur, & illi q decimam detinebat: quia hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. 23. q. 5. prodest seueritas. aliàs semper requiri debet consensus capituli, vt s. eod. per totum. Ber.
¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*
n ¶ *Alienare.*] Ideo non intelligitur alienare : quia transfertur de laico ad ecclesiam. Sic non dicitur alienatio qñ transfertur de fratre ad sororem; sicut dicit lex; si testator phibuit rem alienare, dando sorori, non videtur alienare. C. de fideicommis. voluntas. ff. de leg. 2. vnum ex familia. §. 2. & l. pero. §. fratrem. Et qui transfert columnas de loco vno ad alium locum eiusdem ciuitatis q, non vr facta translatio. C. de ædifi. priua. si quia post. sed reuera talis reuocatio est quædam alienatio. 12. q. 2. Apostolicos. & j. cap. prox. qa si remansisset apud illum laicum decima illa, spes esset q posset redire ad priorem ecclesiam, ad quam spectat, si decederet sine hærede, nisi hæredes succedant in decimis, siue sint collaterales, siue descendẽtes: & est simile q Deus magis voluit sibi bestias immolari q̃ dæmonibus. 22. q. 1. considera.
o ¶ *In Lateranen. concilio.*] j. de priuileg. cum & plantare. nec laici in alios laicos decimas possunt transferre. j. de deci. prohibemus.
¶ *Glo. seq. dicit arg. à contrario sensu esse fortissimum.*
p ¶ *Datur intelligi.*] a 5rio sensu: & est fortissimum argumentũ. ff. de offic.

Facit ad hoc l. pcot. in prin. cũ glo. not. & Bart. ff. ne qd in loco pub. & l. plebere. §. plane. ff. vt aut cla.

De hoc & quid, vtrũ ecclesiis locupletari, not. dñi ibidem not. 12. q. 2. sine exceptione. in glo. penul. Ioan. And.

tenet

ipsa

Vbi de hoc. & 16. q. 1. §. 1. & j. de deci. quũ. Ioan. And.

consensu

scriptum

rescriptũ

vtrunque

sub Alexandro iij. cap. 9.

Idẽ si ad aliã ciuitatẽ continuũ perueniat marmora, vel columnas detrahi de ppriis domibus in domus proprias. Sic hoc vult lex illa q ornatus ciuitatis non transferatur ad sua. Ioan. And.

de offi. eius cui manda. est iurisd. l. 1. & 25. dist. qualis. & 45. dist. disciplina. ver. deicede, peccauit populus tuus. quasi dicat; ergo nô meus ex quo peccauit: quia propter peccatum receditur a Deo. 32. q. 1. cum renunciatur. Lau.

a ¶ *Episcope.*]Vide modum argumentandi: ex quo dicit de epo, ergo tantum de epo intelligendum est. sic 25. dist. qualis. & 95. dist. illud. ff. de cond. & demon. cum ita. Argu. 3. quia aliud est dicere, epm, & aliud, solum epm. j. de testa. requisisti, & ita hic est vnus casus, in quo solus eps potest alienare: alios habes 12. q. 2. terrulas. & tribus capitulis seq. & 12. q. 2. bonæ.

b ¶ *In feudum.*]De aliis vero non esset verum qd hic dicitur: quia ecclesia potest illas vendicare, cum ille nullum ius habeat, sed hæc ecclesia ad quam spectat; nec potest petere ꝓpter ius feudi quod antiquius ex causa fuit promissum: quia eps ius vnius ecclesiæ non potest alij dare: vt j. de rebus eccl. non alie. c. 1. lo.

l ¶ *Perpetuæ.*]Perpetuæ enim intelliguntur ex eo, quia fiunt ecclesijs & non personis: vt j. c. proxi. & ff. de annu. le. annua. & 15. q. 2. liberti. quia ecclesia non moritur: vt ibi dr, & j. de insti. cum venissent. si fiunt personis sine tpis præfinitione, durabunt in eorum vitam. 10. q. 2. hæc vsus præstatio. & 16. q. 1. possessiones.

sensus episcopi, vt licitum ecclesiæ sit decimas de manibus recipere laicorum. Hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudum perpetuo sunt concessæ.

¶ Idem Meten. † archidiacono.

¶ *Non potest episcopus sine consensu capituli concedere ecclesias aliis ecclesiis, etiam si habeat ius patronatus in ecclesiis concessis.*

CAP. VIII.

TVa† nuper: & infra. Adiecisti etiam, vtrum episcopo vel electo cum solo archidiacono præter assensum maioris ecclesiæ, cum ab ipsa eligatur episcopus, & archidiaconus assumatur de ipsa, cœnobijs vel ecclesijs conuentualibus, ad quas ius pertinet patronatus, liceat conferre perpetuo vacantes ecclesias baptismales: & infra. Alterius etiã quæstionis solutio ex epistola Leonis Papæ colligitur euidenter, in qua legitur: Ne quis episcopus de rebus ecclesiæ quicquam donare, vel permutare, vel vendere audeat: nisi forte aliquid horum faciat vt meliora prospiciat: & cum totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ profuturum. Irrita † enim episcoporũ donatio, venditio, & † commutatio rei ecclesiasticæ, erit absque conni-

tuentia & subscriptione clericorum. per hoc enim noueris solutam secundo loco propositam quæstionem: cum † concessiones ecclesiarum perpetuas, ad alienationes non sit dubiũ pertinere.

¶ Idem episcopo Helien.

¶ *Episcopus parochiales ecclesias, vel obuentiones ipsarum, de consensu patroni, sine consensu capituli sui monasterio conferre non potest.*

CAP. IX.

PAstoralis officij diligentia: & infra. Præterea quæsiuisti (cum auctoritate Dionysij † fuerunt parochiæ limitatæ) quatenus singularum parochiarum prouentus, in vsus ecclesiæ cederent necessarios, & stipendia ministrorum: si episcopo liceat sine auctoritate summi Pontificis, vel saltem sine capituli sui volũtate, viris religiosis cõferre obuẽtiones alicuius parochialis ecclesiæ, sustentatione vicarij reseruata. Et cum Lateranen. † concilij statuta prohibeant, ecclesijs nouam imponi vel augeri veterem pensionem; postulas edoceri, an episcopus valeat religiosis, consentiente patrono, totam ecclesiam, vel de nouo conferre aliquam portionem? Ad quod breuiter respondemus, quòd salua constitutione canonica, de concedenda ecclesias, 90. dist. c. 1. & 80. dist. c. episcopi.

TVa nuper.]Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Alterius.* Abbas.

CASVS. Archidiaconus Meten. quæsiuit à Papa, vtrum eps siue electus de consensu archidiaconi tñ, sine consensu capituli, conferre possit vacantem ecclesiam baptismalẽ alicui monasterio vel alteri ecclesiæ, quę habet ius patronatus in illa ecclesia vacante? Et rñdetur q non potest, auctoritate Leonis Papæ: quia concessio vacãtium ecclesiarum pertinet ad alienationem. Bernardus.

Nota q plătus sine consensu capituli bona ecclesiæ temporalia vel spiritualia nõ potest alienare. Item donatio episcopi cum consensu archidiaconi nõ valet. Item perpetuæ donationes nomine alienationis cõtinentur.

c ¶ *Conferre.*] vt monachi habeant fructus illarum, & retineant ecclesias ad vsus proprios, & sic læderetur ecclesia. vnde non valet talis concessio.

d ¶ *Vacantes.*] Argu. 3rium: quia sede vacante nihil est innouandum. j. ne sede vacan. nouit. & c. 2. & 3. Respõdeo, 3ria loquuntur in episcopatibus & consimilibus.

e ¶ *Alterius.*] idest, istius præsentis quæstionis. sed ideo dicit, alterius, quia alia quæstio præcedit, quæ ponebatur in antiqua compilatione in tit. de insti. sed in hac non ponitur.

f ¶ *Leonis.*] 12. q. 2. sine exceptione. & j. c. proxi.

g ¶ *Vendere.*]nisi forte sit res, quæ seruando seruari non possit. C. de admini. tut. lex quæ. in fin.

¶ *Glo. seq. queris, & soluit.*

h ¶ *Tractatu.*]Sed qualiter fiet tractatus? Conuenient oẽs, & quilibet dicet quod sibi videtur. C. de vẽden. reb. ciui. l. vlt. lib. 11. & tit. seq. l. vlti. & hoc de immobilibus, vel mobilibus pretiosis: quia si sint pretiosa, necessaria est solemnitas. C. de admin. tut. lex quæ. secus in his quæ seruando seruari non possunt: vt l. prædicta. & ff. de petitio. hæred. l. diuus. Vinc.

i ¶ *Dubium.*] probabili iudicio, licet forte secus contingat. arg. ff. de mino. verum. §. si locupleti. & intellige, non sit dubium quantum ad se: quia sufficit ab initio bene gestum. ff. de nego. gest. sed an vltro. §. 1.

ADDITIO. Vel dic, dubium, scilicet cõi opinione clericorum.

k ¶ *Per hoc.*]id est, per capitulum Leonis. 16. q. 1. possessiones.

PAstoralis.] Cõis diuisio: Secunda: ibi, *Ad quod.* Abbas Siculus.

CASVS. Eps Helien. fecit talem quæstionem dño Papæ: Parochiæ auctoritate Dionysij fuerunt limitatæ & distinctæ, vt prouentus cuiuslibet parochiæ in vsus cederent ministrorum: quæsiuit vtrum liceat epo sine auctoritate Papæ, vel sine consensu capituli sui conferre viris religiosis obuentiones alicuius parochialis ecclesiæ, reseruata sustẽtatione vicarij. Secundo fecit aliam quæstionem: Lateranen. cõcilium ꝓhibet nouam pensionem imponi ecclesijs, vel veterem augeri, quæsiuit eps Helien. vtrũ eps possit religiosis locis totã ecclesiam, vel de nouo conferre aliquam portionẽ de cõsensu patroni? Ad hoc rñdet Papa, quòd eps nec primũ nec scdm facere potest sine licentia Papæ præter capituli sui voluntatem, salua cõstitutione canonica, quæ dicit, q episcopus potest conferre pijs locis quinquagesimã portionem. Nota q eps nec ecclesiam potest dare monachis, nec pensionem augere sine consensu capituli sui. Item centesimam vel quinquagesimam portionẽ potest dare pijs locis sine cõsensu capituli sui, vt hic probatur.

m ¶ *Dionysii.*] 13. q. 1.

n ¶ *Obuentiones.*] id est, fructus vel redditus, retenta sibi ecclesia cum sustentatione vicarij.

o ¶ *Sustentatione.*] sufficienti. j. de præbend. de monachis. vbi de hoc. & j. de supplen. negli. præla. sicut.

p ¶ *Lateranen. concilij.*]vt j. de censi. prohibemus.

¶ *Glo. seq. rect. per q. alleg. pro, & contra, ponit opi. Hug. & Tanc. quam dicit tutiorem, sed contrariam approbat.*

q ¶ *Salua constitutione canonica.*] 12. q. 2. bonæ rei. Ex hac littera videtur manifeste, q eps posset dare quinquagesimam vel centesimam partem sine consensu capituli: vt in prædicto cap. bonæ rei. non obstante iuramento de non alienandis rebus ecclesiæ. j. de ecclesi. ædi. tua. & j. de iureiuran. intellecto. nemo enim potest epm accusare de eo q templum Dei ædificat. 12. q. 2. aurum. Item quia sufficit semel à iure fuisse concessum: vnde non est vlterius necesse adire prætorem. ff. de condit. institu. quæ sub conditione. §. vlt. Arg. 3. j. de donat. pastoralis. & j. eod. cap. proxi. 12. q. 2. si eps. & j. eod. cum nos. H. & Tancr. cum eo dicunt, q etiam in hoc casu requiritur consensus capituli: licet enim ei pmittatur à iure alienare causa necessitatis vel vtilitatis, requiri tamen debet consensus capituli. 15. q. 5. sine exceptione. Littera tamen ista 3dicit: & Ioann. idem dicit super illo cap. bonæ rei. illud quidem securum est dicere, & expone hanc litteram secundum quod Tancre. exponit, id est, salua constitutione: quia non derogatur per istud responsum illi canoni, bonæ rei. nec dicitur ibi quòd episcopus posset illam donationem facere sine consensu canonicorum: sed hæc litera contrarium innuit. & j. de donatio. Apostolicæ. vbi de hoc. & ita credo verum, & statuendum hic.

Ibi etiam in ver. si vero in reliquis: ꝓbatur. obseruari. j. c. q alij. hic dicere epo, & soli epo. quare dicas ea circã quæ hoc dicuntur, an hæc sint eadem, an diuersa. facit qd nota. de don. ad Apostolicq. in s. glo & qd dicam sup ea. Io. An.

Meten.

Cap. 2. vlt. de his q concedu. ab epo sine cõsen. capituli in 3. cõpil.

Hic casus Bernardi est, & in antiquis exemplarib° reperitur.

In omnibus vacantis similis irrita enim episcoporũ venditio, & cõmutatio rei ecclesiasticæ erit, &c.

vel

Hic glossam nõ inuenio in antiquis codicibus, nec puto Bernardi esse.

Supple fieri hi casu alienari debet res ciuil mem & ñõ bene commutaretur qd sequitur.

Adde qd dicat perpetuũ, & qd ppetua alienatio, not. l. nã imperator. ff. de leg. & in l. 1. ff. de vsufru.

Ex antiqs exemplaribus ita restitutum, vt est impressum: nã in vulgatis, q vidim° sic legitur; cõcessiones ecclesiarum ad ppetuas alienationes non sit dubium ptinere.

Dionysii Papæ epistola 2. ad seuerum episcopum.

Concilii Lateranen. sub Alexã. iij. cap 7. § prohibem°

Prouinciæ vero, & diœce. primã diuisæ fuerũt. 8. dist. c. 1. & 59. dist. prouincia. Vinc. vtrobiq; de hoc. Io. An.

a ¶ Quin-

a ¶ *Quinquagesima.*] Immo qñq; maiorem portionem, si multum abundat: de auctoritate tamen superioris, quandoque non tantam, quandoque nihil, si grauatur ecclesia. j. de do. Apostolicæ. lo.

Et si membra corporis.] Prima pars ponit querelam. Secunda prouidet: ibi, *Visum fuit.* Abbas Siculus.

CASVS. Statutũ fuit in concilio generali, qđ habetur j. de accusationib⁹. sicut olim. q̃ metropolitani singulis annis debeant prouinciale concilium celebrare: Archieps Senoneñ. & suffraganei eius ad concilium illud non recipiebant pcuratores & nuncios cathedralium ecclesiarum: verumtñ capitula cathedraliũ ecclesiarum Senoneñ. prouinciæ deposuerũt sup hoc coram dño Papa quæstionẽ: Scribit dñs Papa archiepõ & suffraganeis eius dicẽs, q̃ capitula prædicta ad huiusmodi cõcilia debent inuitari, & eorum nuncij ad tractatum admitti, & præcipue sup his q̃ contingunt ipsa capitula: & hæc est ratio: quã cũ archieps & epi sint vnum corpus cum capitulis suis, & ipsi caput, sine membris suis talia vel alia facere non debẽt. Nota, qđ oẽs tangit, ab omnibus debet tractari. Item non debet caput à membris recedere, nec membra à capite.

b ¶ *Prouinciale.*] De quo habes 18. dist. per totum. & j. de accusat. sicut olim. De concilio monachorum habetur j. de sta. reg. in singulis. & c. ea quæ.

c ¶ *Cõtingere.*] & merito: quia qđ oẽs tangit, ab omnibus debet comprobari 1. 63. dist. cap. r. & 66. dist. c. 1. & 8. q. 1. licet ergo. & j. de tempo. ordin. si archieps. vbi de hoc. & ff. de adopt. nam ita. & ff. de mino. in causæ. §. causa. & l. etiam. §. vlt. & ff. de iure annu. aureo. diuus, & ff. de aqua plu. arcen. in concedendo. & in Auth. vt sponsal. lar. §. ad hoc quoq;. colla. 8. Laici [a] vero hmõi concilijs interesse non debent, nisi specialiter inuitẽtur. 68. dist. Hadrianus. in fine. Vel etiam nisi specialiter tractaretur causa fidei. 96. dist. versi. nam. Vel nisi tractaretur de matrimonio: quia cum tales causæ eos tangant, possunt interesse. 35. q. 5. ad sedem.

pijs locis quinquagesima [a] portione, neque primum neque secundum facere potest episcopus (nisi de licentia Romani Pontificis) præter capituli sui voluntatem.

¶ Innocentius tertius archiepiscopo Senoneñ. & eius suffraganeis.

¶ *Ad concilia prouincialia vocari debẽt, & admitti cathedralium ecclesiarum capitula.*

CAP. X.

Et si membra corporis: & infra. ¶ Prouinciæ Senoñ. capitula cathedralium ecclesiarum ad nos querimoniam transmiserunt, quod archiepiscopus Senoñ. & eius suffraganei, procuratores eorum nuper ad prouinciale [b] cõcilium conuocatos, ad tractatum eorum admittere noluerunt: & infra. ¶ Visum fuit nobis & fratribus nostris, vt capitula ipsa ad huiusmodi concilia debeant inuitari, & eorum nũcij ad tractatum admitti: maxime super illis, quæ ipsa capitula contingere [c] dignoscuntur.

TITVLVS XI.

De his quæ fiunt à maiori parte capituli.

¶ Ex concilio Lateraneñ.

¶ *In vniuersitatibus ecclesiasticis præualet regulariter quod fit à maiori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat, hoc dicit.*

DE HIS QVÆ FIVNT A MAIORI parte capituli.

¶ *Supra visum est de his quæ fiunt à prælato & capitulo: sed quia quædam pertinent ad capitulum tantum, in quibus peragendis sæpe discordant, & dubitari posset quid iuris, merito subijcitur ista rubrica.*

De hac materia tractatur 16. dist. c. vlt. 5. q. 3. hoc ius.

Cum.] Ordinatio maioris partis capituli, per cõdictionem & appellationem minoris partis, nil rationabile opponentis, impediri non debet. Primo ponit factum reprehensibile. Secundo prouidet p statutum: ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

CASVS. In quibusdam ecclesijs minor pars clericorum non pm rõnem, sed propria voluntate potius impediebant ecclesiasticam ordinationem, quod graue & dignum erat reprehẽsione: cum in ordinationibus ecclesiarum semp debeat præualere quod à maiori & saniori parte capituli fuerit ordinatum: ideoq; statuit concilium Lateraneñ. vt nisi à paucioribus & inferioribus aliquid rõnabile obiectum fuerit & ostensum, appellatione remota præualeat, & suum cõsequatur effectum qđ a maiori parte capituli fuerit ordinatum: non obstante si aliquis dicat se iuramento astrictum ad seruãdum ecclesiæ suæ consuetudinẽ: quia non sunt dicenda iuramẽta, sed potius piuria, siue temeraria iuramenta, q̃ in damnum ecclesiæ & cõ sanctorum Patrũ veniunt instituta: & si aliquis cõsuetudines, quę nec ratione iuuantur, nec canonicis cõsonant institutis, iurare psumpserit: à pceptione Dominici corporis, donec pœnitentiam egerit, sit penitus alienus. Nota, q̃ in maiori & saniori parte capituli residet potestas capituli. Item vt cõdictio minoris partis capituli valeat, duo sunt necessaria, s. q̃ rõnabile quid obijciatur, & probetur. Item iuramenta cõ vtilitatem ecclesiasticam præstita, non iuramenta, sed potius periuria vel temeraria iuramenta, dici debent: & ideo non sunt seruãda. Item si quis iurat seruare cõsuetudinem ecclesiæ, non astringitur ad illicita: sub tali enim iuramẽto nihil nisi licitum cõprehenditur. Itẽ qui cõsuetudinem illicitam iurat seruare, donec egerit pœnitentiã, à perceptione corporis Christi debet abstinere.

CAP. I.

p ¶ *Leonina.*] C. de sacrosan. ecclesijs. l. iubemus. §. œconomus. & 12. q. 2. monemus.

S*I quis.*] Sunt tres partes, quæ patent, sicut sunt tria dicta. Secūda: ibi, *Quod si*. Tertia, ibi: *Sed etiam*. Abbas.

CASVS. Quia prælati ecclesiarū frequenter alienabant bona ecclesiæ, & alij subscribebant in damnum ecclesiæ: statuit Symmachus Papa, q si aliquis presbyterorū, vel aliquis aliorum subscripserit alicui alienanti ꝓdium ecclesiæ, excōicetur, nisi forte & alienator, & qui acceperit, p restitutionem sibi celeriter prospexerint: qđ si non fecerint, instrumentum inde confectum non valebit, pp pœnam quam pp hoc sustinebunt: & licitum erit quibuslibet ecclesiasticis personis ɔdicere, & male alienata repetere cum fructibus. Nota q qui alicui ɔtui subscribit, videtur illi consentire. Item fallit hic regula illa, Nemo potest venire ɔ factum suū: quia vt hic dicitur, alienator potest repetere alienata. Item vbi non valet alienatio, nec valet instrumentum de ea confectū. Item res male alienatas, cum fructibus percipit.

q ¶ *Defensorū.*] i. aduocatorū, vel pcuratorū. 16. q. 1. de ꝓsentiū. Ala.

¶ *Glo.*

Glo. seq. arg. allo. 4. inr. alleg. in contrarium unam legem, & solvit, de-mum distinguit.

a *Subscripserit.*] arg. q. q. de facto alterius subscribit, cōsentire vr. ff. de in rem verso. l. pen. n. q. iussu. l. 1. §. sed & si. 12. q. 2. nō liceat. & e. cum redēptor. arg. ꝫ. ff. de pig. act. Casus. sed sibi ignorauit qd cōtinebat. sed verum est vbi ad auctoritatē ꝯcꝰ subscriptio desideratur. qd intelligas cū hac distinctione: q. aut subscribit quis noie alieno, aut suo: si alieno, nō obligat q. subscribit, nec intelligit consentire. ff. de inst. actio. l. vlt. ff. de rescin. ve. Titius. Si noie suo, aut sciēter, aut ignoranter: si scienter, tunc obligat, & consentire vr, vt hic. & in premis cōcor. & ff. de pig. si fideiussor. §. 1. si ignoranter: non vr consentire, nec ei nocet. C. plus va. qd agitur. l. vlt. C. da do. nec ignorās. & l. pdicta. Casus. Tanc.

Glo. seq. soluit ꝯtrum.

b *Iratus.*] humano more loqtur, qm Deus nō irascitur. 22. q. 4. incommutabilis.

Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

c *Alienator.*] q. alienat in pīudicium ecclesiæ, etiam si iurasset nō repetere, reuocare debet alienationē, nō obstante iuramento cū sit illicitū. ꝫ. de iureiu. intellecto. argu. ꝯ. ꝫ. de instit. cum venissent. sed ibi aliàs poterat consuli ecclesiæ per capitulum. in decr. intellecto. non erat alius per quem posset consuli regno. Ber.

alienanti prædiū ecclesiæ subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur: nisi forte & alienator, & qui acceperit, celeri restitutione sibi pspexerint. Quòd si minore animæ suæ cura remedium oblatum neglexerint, præter pœnam super hoc adscriptam, cōfectum exinde documentum, viribus (quamuis ab initio nullas habuerit) vacuetur. Sed etiā licet quibuscunque ecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre, & vt cum fructibus possint alienata reposcere: & ecclesiastica auctoritate fulciri.

Alex. iij. Vigor. episcopo.

Terra non fertilis ecclesiæ dari potest in emphyteusim ei, cuius studio reducatur ad culturam.

CAP. VII.

Ad aures: & infra. Illas terras, quæ de syluis extirpatæ, sunt arabiles factæ, eis hæreditario iure poteris concedere sub annuo censu tenēdas, à quibus suo, vel parētum suorum labore constiterit extirpatas: Nisi forte tunc alijs possint ad maiorem ecclesiæ vtilitatem cum eodem labore & onere conferri.

Celestinus iij. Rauen. archiepiscopo.

Iurans non alienare bona ecclesiæ, nō potest alienare ea quæ sunt de mensa, vel ea de quibus dubitatur an sint de mensa. hoc dicit vsque ad §. possessiones. Abbas.

CAP. VIII.

Vt super aliqua: & infra. Sane quæsiuisti à nobis, si possessiones siue redditus regalium decimationum, & aliunde ex certis locis prouenientes, quos prædecessor tuus quousque diem clausit extremum, ad manus suas tenuit, & in proprium vsum excepit, [vel expendit,] nec aliis infeudauit, de mensa sint archiepiscopi intelligendi: & de eis, cū ex sacramento fidelitatis tenearis Apostolicæ sedi nihil alienare, contractus aliena-

exceptione. & l. si ob causam. Rñdeo, illud generale est: sed hic si repellatur, replicabit q. rem ecclesiæ repetat: quia ꝯctus nullus est, & ideo non tenetur: sicut excipitur ꝯ mulieré de re vendita & tradita, sed ipsa replicat factum esse ꝯ Velleianum. ff. ad Velleianum. si mulier. §. item si mulier. nec mirum si contingit hoc in plato: q. interdum accidit hoc i priuato. C. de agri. & censi. quēadmodū. lib. 11. & est specialis casus: & si nihil habet plàtus, non dabit preciū. C. de rei vendi. si mancipium. Vin. Item ex hoc cap. dicunt quidā, q. platus, vel etiam qlibet de ecclesia potest agere pro ecclesia sine litteris de rato. De hoc dixi ꝫ. de procu. c. 1. & ꝫ. de rescri. edoceri. sim. 12. q. 2. nō liceat. & sūt eiusdem auctoris.

Ad aures.] Ponit casum literalem Ioannes And. in eo q. consilus de plato nulla interueniēte scriptura recipit syluā ab ecclesia reducendā ad culturā: & quòd ea reducta concederetur sibi in emphyteusim: postmodū platus dubitauit ex quo res erat culta, an posset dari in emphyteusim, & rñdetur vt i littera. Abbas. Diuiditur: quia in prima parte decile ponitur factum. In secūda ponitur prouisio: ibi, *Illas*. In tertia exceptio ibi, *Nisi*. Ioan. de Imo.

Casus. Quidam da syluis ecclesiarum fecerunt terras arabiles, illas extirpando: qrebat vtrum terræ illæ arabiles factæ, possent sub annua pensione cōcedi hæreditario iure tenendæ illis vel hæredibus eorum, qui labore suo illas extirpauerunt? & rñdet Papa, q. bene possunt illis concedi: nisi forte possent aliis ad maiorem vtilitatem ecclesiæ conferri sub eodem onere ac labore. Nota, q. ecclesia vtilitatem suam semp facere debet, & res suas meliorare debet.

l *Hæreditario.*] idest, in emphyteusim perpetuā. 10. q. 2. hoc ius. ver. perpetuo quoque. Tanc.

m *Nisi forte tunc.*] tpe ꝯctus. simile j. de empt. & ven. cum dilecti. & ꝫ. de ele. dudum 1. & ff. de euict. ex mille. §. 2. & sic spectat initium ꝯctus: & si tunc læditur ecclesia restituitur: aliàs si postea res fieret melior p solicitudinem colonorū, si possessiones illas reddiderunt meliores, non expelluntur, ex quo in principio ecclesia decepta non fuit. C. loca. ædem quam. & l. legē quidē. C. de rescin. vend. ad rescindēdā. ne negligētia sua sit eis dānosa. C. de allu. l. vlt.

Vt super.] Qui iurauit non alienare ea quæ sunt de mensa, ea de quibus dubitatur an sint de mensa, alienare nō debet. Abbas.

Casus. Archieps Rauen. recepit quasdā possessiones siue redditꝰ à rege, aut etiam aliunde, ex certis locis in recōpensationem decimarum subtractarum: & redditus illos siue possessiones retinuit ad vsum suū, quousq; diem clausit extremū: Quæsiuit successor illius, vtrum redditus illi siue possessiones intelligant ad mensam archiepi ptinere: item cum ipse archieps teneatur iuramēto fidelitatis, qd fecit Apostolicæ sedi, s. non alienare de nouo: qsiuit, vtrum de reddisibꝰ illis possit fieri ꝯctus cuiuslibet alienatiōis? Rñdet Papa, q. siue intelligantur de mensa archiepi, siue nō, non debet alienare: concedit tñ Papa archiepo, vt ipse de cōsilio & assensu fratrum suorū, vel maioris partis, possit alienare possessiones ecclesiæ suæ minus vtiles, vel commutare p aliis vtilioribus habendis. Nota q. archiepi & epi iuramento tenent non alienare de nouo possessiones ecclesiæ. Item plati ecclesiarū possessiones minus vtiles alienare vel commutare possunt p vtilioribus de consensu fratrū suorū.

Glo. seq. recitetur per quæstionem.

d *Celeri.*] simile j. de loca. c. pen. & vlt. vbi dicitur qualiter intelligatur de celeri. Celeriter intelligo in hoc casu antequam lædatur ecclesia ex tali alienatione.

e *Prospexerint.*] per repetitionem: & ita qui male alienauit rem ecclesiæ, potest repetere: vt hic patet. & 35. q. 9. qd quis. & ꝫ. de est. nostis. quod verū est si in administratione toleratur, secus si remotus fuerit. 12. q. 2. monemus. Ala.

Glo. seq. arg. & remittit.

f *Remedium.*] & ita est arg. q. si dilapidator vult seruare ecclesiā indemnem, q. non remoueatur. De hoc dixi ꝫ. de elec. q. sicut.

g *Pœnam.*] scilicet depositionis. 12. q. 2. diaconi. & C. de sac. san. eccl. iubemus. §. œconomus. & si satisfacere non posset, excōicabitur quousq; satisfecerit.

Glo. seq. alleg. tria iura, signat contrarium, & remittit.

h *Ab initio nullas.*] Ex hoc manifeste patet, q. alienatio, quæ fit ꝯ formam iuris, nulla est ipso iure. ꝫ. de resti. in integ. constitutus. & ꝫ. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. & 12. q. 2. sine exceptione. arg. ꝯ. 12. q. 2. si qua de rebus. hoc soluit ꝫ. ne se. vacan. c. 1. Vinc.

i *Personis.*] id est, clericis oibus & conuersis & patronis. 16. q. 7. filiis vel nepotibus & parochianis, quia eorum interest. sed psonæ alterius ecclesiæ non admittentur, cum sit priuatum iudicium.

Glo. seq. facit quatuor. Primo notat optionem ecclesiæ dari, &c. Secundo quærit an cedere teneatur. Tertio obycit ad id quod hic dicitur alienatorem repetere. Vltimo ponit op. & remittit.

k *Alienata.*] de facto, quia ipso iure non tenet, vt dictum est. Et nota q. ecclesia habet actionem personalem ꝯ alienatoré, si est soluendo, vel habet in rem actionem ꝯ possessorem. 12. q. 2. Apostolicos. & est expressum. C. si tut. vel curat. l. 3. & vlt. sed si obtineret ꝯ vnum, alter liberaretur. ff. de eo p quem fact. erit. l. 1. §. si plures. & si conueniat vnum, non fit ei pīudiciū quo ad alium: sola enim solutio imponit ei silentiū. ff. deposit. l. 1. §. si apud. & C. si tut. vel cur. l. vlt. Sed nunquid ecclesia tenetur cedere actiones suas soluenti ꝯ alium? Non: cum enim cōueniatur ex delicto suo vel ex maleficio, non potest petere cessionem actionū. ff. de adm. tuto. l. si plures tutelam. Præterea alienator potest repetere, vt hic dr. Sed ꝯ vr q. nō sit audiendus, cum teneatur de euictione: & dicit regula: Quem de euict. tenet actio, eundē agentem repellit exceptio. C. de euict.

Glo. seq. recitetur per obiectionem.

n *Possessiones.*] Solent enim plerunq; reges, possessiones & redditus certos dare ecclesiis loco decimarum, & hoc satis potest fieri p decimis subtractis siue retentis, sed pro futuris non videtur admittenda talis commutatio. j. de rerum permu. c. vlt. Ala.

o *Excepit.*] i. recepit. fi. ꝫ. vt lit. nō cōte. qm. fi. 25. q. 5. nō est nfm.

p *Sacramento.*] Nam quilibet eps, qui immediate dño Papæ subest,

Marginal notes:

Talem gr. cuator scil ab eo mor tuo institutus hæres hoc ignorās subscripsit testo hæreditario vendēs fundū: et subscriptione nō obligatur. Io. An.

recuperit

Aliàs, remedio

liceat

Vulgar.

Vigorniensi

Nec per membra distinguit. de his vide in Hie. j. c. B.

Post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 19. cap. 4. & c. 7. eo. tit. in 1. compilat.

Concor. text. in Authen. hoc ius. & ibi Bar. & Bal. C. de sacro san. eccle.

Vēdēs in ecceptum vi vel furto sublatū. & diffiniēdum, non habet necesse restituere preciū. Io. An.

Aliàs, aliena.

Cap. 1. eo. tit. in 2. compilat. Et quæ bona dicitur esse de mensa prælati, tradit hic per alias in mensatum.

Hæc duo verba: vel expendit, desunt in omnibꝰ antiquis, quæ velut expēssio præcedentis verbi ex margine perpetram irrepsit intus in contextum.

Si fundo vēditio cuius pars e minuit, vel decreuit, vel accreuit per alluuionē petens statꝰ habebitur tamē, vndere deteriorata non diminuentur, nec re aucta augeatur quantitas. Ioan. And.

best, iurat ei fidelitatem, q non alienabit bona ecclesiæ, nec infeudabit de nouo. & idem iuramentum præstant alij episcopi suis Metropolitanis.

a ¶ *Alienationis,*] large sumpto vocabulo, siue transferatur dominium siue non. ī. eo. nulli. & C. de re. eccle. non alie. sancimus.

¶ *Glo. seq. rect. per q. vel obiectionem.*

eps possessiones ad mensam suam vel capituli pertinentes, alienare non potest. Item ecclesiæ regulares amplius seculares esse non debent, sed reformari debent per homines eiusdem religionis, quę prius ibi fuerat.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.*

tionis [a] cuiuslibet possit interuenire. Tuæ ergo inquisitioni taliter respondemus, quòd siue intelligantur [b] de mensa, siue non [c], vt nō alienentur, consultius [d] existimamus †.

¶ *Possessiones ecclesiæ minus vtiles, pro vtilioribus, de consensu capituli potest episcopus permutare, vel alienare. hoc dicit.*

¶ Possessiones vero, quæ ecclesiæ tuæ minus sunt vtiles, pro alijs vtilioribus de fratrū tuorum, & † sanioris partis consilio & assensu [e], alienandi seu commutandi liberam cōcedimus facultatem.

¶ Idem Exon. episcopo.

¶ *Canonicus prædium ecclesiæ perpetuo locare non potest.*

CAP. IX.

AD † audientiam nostram noueris peruenisse, quòd quidam de canonicis Exon. ecclesiæ, quædam prædia eiusdē (inconsultis [f] alijs fratribus) in damnum eius † in perpetuum locauerunt: ¶ Ideoque mandamus, quatenus (si verū est quod asseritur) locationes illas legitime reuocare [g] procures: ita quòd si eadem prædia non aliter reuocari potuerint †, eos quos noueris harum locationū auctores †, ad susceptam inde pecuniam conductoribus refundendam, [h] † appellatione remota, compellas.

¶ Inno. iij. archiepiscopo Mōtis regalis.

¶ *Possessiones, quæ sunt de mensa, non possunt alienari: Et ecclesiæ consuetæ regi per regulares [o], secularibus clericis conferri non debent. hoc dicit. Ioan. de Imola.*

CAP. X.

POssessiones † ad mēsam tuā, vel capituli pertinentes, alienare [i] non debes. Aut ecclesias in quibus monachi [k] ministrare consueuerunt, clericis [l], vel laicis [m] assignare.

¶ Idem episcopo Maurien. & Præposito Vicon. †

¶ *Restituitur ecclesia contra alienationē, per quam enormiter fuit læsa. h. d. secundum lecturam veriorem.*

CAP. XI.

AD † nostram noueritis audientiā peruenisse, quòd cum Tusien. † monasterium depressum esset onere maximo debitorum, Abbas & conuentus eiusdem, villam quandam necessitate coacti, B. laico concesserunt in feudum, tali conditione apposita, quòd idē octoginta libras persolueret, pro quibus eadem extiterat obligata: quod non distulit effectui mancipare: & infra. ¶ Vnde humiliter supplicarunt, vt feudū prædictum faceremus ad vtilitatem monasterij reuocari: præsertim cum idem laicus primo anno de ipsius prouētibus vltra summam perceperit prætaxatam, & per multos [n] postmodū annos sumpserit eius fructus: & infra. ¶ Quocirca † mandamus, quatenus si prædictū monasterium propter hoc inuenerit is enorme [o] dispendium incurrisse, dictum laicum vt (pecunia quam pro exoneratione feudi, seu etiam pro vtilitate ipsius monasterii expendisse noscitur, ab eisdem Abbate & conuentu recepta; cum sibi fru

b ¶ *Intelligantur.*] Ad quæstionem primā non rńdet: forte ideo quia non expressit quanto tēpore tenuit, & vtrū bona fide an mala fide. ī. de spō. de muliere. Ala.

c ¶ *Siue non.*] præsumūtur tamen esse de mensa archiepiscopi, cum sit in possessione earū. C. de rei ven. l. vlti. Lau.

d ¶ *Consultius.*] quia tertius. j. de spon. iuuenis. Lau.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit dupliciter.*

e ¶ *Assensu.*] 12. q. 2. terrulas. ī. Sol. hic vocat possessiones minus vtiles comparatione magis vtilium: ibi vero minus vtiles dicuntur simpliciter & absolute. hic est necessarius consensus capituli, ibi nō. Vel ex honestate requiritur in his: non ex necessitate, vt ibi. Ber.

AD *audientiam.*] Cōmunis diuisio. In prima narrat factum. In secunda prouidet: ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Quidam de canonicis Exon. ecclesiæ, quædam prædia ipsius ecclesiæ, alijs fratribus inconsultis, locauerunt in perpetuū in damnum ecclesiæ: peruenit hoc ad notitiam dńi Papæ: vnde mandat Exon. epo, quatenus si est ita, locationes illas studeat reuocare: si vero non possint reuocari, nisi pecunia inde recepta restituatur, compellat locatores ad pecuniam restituendā conductoribus. Not. q male alienata in damnum ecclesiæ, sunt reuocanda. Itē conductores habent actionem contra locatores ad pretium repetendum.

f ¶ *Inconsultis.*] Vnde contractus nullus. ī. eo. c. 1. & 12. q. 2. sine exceptione.

g ¶ *Locationes reuocare.*] de facto, quia ipso iure non tenuit contractus. ī. de his quæ fiunt à præla. sine consensu cap. tua. arg. 24. q. 1. audiuimus. sicut aliàs exponitur, separari, i. nō fuerunt mixta bona paterna & materna. C. de leg. hære. l. 2.

¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*

h ¶ *Refundendam.*] Sed nunquid habent actionem de iure tales cōductores ꝯ locatores ad repetendam pecuniam? Sic, si fuerint bonæ fidei. 12. q. 2. Vulteranæ. in Authen. de re. eccle. nō alie. §. si q̄s. coll. 2. si malæ fidei fuerint, nō. 16. q. 3. c. placuit. §. potest. ver. vniuersas. C. ne rei do. vel templo. l. vniuersitas. 10. q. 2. hoc ius. in fin. § qui vero. nisi de euictione prospexerint. C. de euic. si fundum. in casu tamen speciali malæ fidei emptor agit ad pretium. C. communia de leg. l. vlti. Lau.

POssessiones.] Sunt duo dicta. Secundum: ibi, *Aut.* Abbas Siculus.

CASVS. Quæsiuit archieps ille, vtrum possit alienare possessiones ad mensam suam, vel capituli pertinentes? Rńdetur q non. Item quæsiuit, vtrum posset ecclesias in quibus monachi esse consueuerunt, concedere clericis vel laicis: & rńdetur q non. Not. q

i ¶ *Alienare.*] ī. eo. vt super. Arg. ī. 12. q. 3. c. vlti. Solu. hic prohibetur perpetua alienatio possessionum, ibi conceditur specialiter terrarum: vel q̄d ibi dī q potest alienare, intelligitur de consensu capituli, & si causa subest.

¶ *Glo. seq. rect. per quæstionem, quod e conuerso.*

k ¶ *Monachi.*] E conuerso bene possunt seculares amoueri ab ecclesia aliqua, & in ea institui regulares, si eps dioecesanus consensus accesserit, dummodo clericis alibi æque prouideatur. j. de ecclesijs ædificandis, ad audientiam 2. non sic intelligas illud inuitis clericis faciendum: inuito enim vsufructuario non potest proprietarius deteriorem causam eius facere, etiam in meliorem statū mutando. ff. de vsu & habita. l. vlti. Lauren.

l ¶ *Clericis.*] quia quamdiu inueniri possunt regulares, nunquā ponēdi sunt seculares. j. de reli. do. inter quatuor.

m ¶ *Laicis.*] Hoc ideo dicit, quia postquam locus factus est religiosus, amplius ad seculares vsus redire non debet. sic & de vestimentis altaris, & lignis ecclesiarum. j. de reli. do. ad hoc. & de consec. dis. 1. ligna. & c. altaris.

AD *nostram.*] Primo ponitur petitio. Secundo causæ commissio: ibi, *Quocirca.* Abb.

CASVS. Monasterij Tusien. grauatum erat onere maximo debitorum, propter quod abbas & conuentus eiusdem tali necessitate ducti, quandā villā suam concesserunt in feudū cuidā laico, tali conditione apposita, q idē laicus solueret octoginta libras, pro quibus villa ipsa erat obligata: q̄d ipse non distulit effectui mancipare: videntes monachi, q monasteriū ex tali ꝯctu enormiter esset læsum, supplicarunt humiliter dńo Papæ, vt feudū ipsum faceret ad monasteriū reuocari, cū idem laicus primo anno de redditibus ipsius feudi vltra summam percepit quā persoluit. & postmodū etiam per plures annos percepit fructus eius: vnde mandat Papa quibusdā, quatenus si prædictum monasteriū pp hoc inuenerint enorme dispendium incurrisse, cōpellant dictū laicū, vt prædictū feudū liberū & quietū dimittat monasterio prædicto, recepta prius pecunia à monachis, quam pro vtilitate monasterij pro prædicto feudo dī expendisse, cum fructus percepti sibi debeant sufficere pro labore. Not. q cum ecclesia enormiter læditur in aliquo contractu, debet restitui.

¶ *Glo. seq. rect. per obiect. & solutionem.*

n ¶ *Per multos.*] forte per duos, vel per tres [a]: quia pluralis locutio duorum numero contenta est. 4. q. 3. c. si testes. §. vbi numerus. hoc ideo dicit: quia post quadriennium non subuenitur ecclesiæ per beneficium restitutionis. C. de tempo. in integ. restit. l. vlti.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit distinguendo, in fine ponit op.*

o ¶ *Enorme.*] hoc ideo dicit, quia pro leui damno non datur restitutio.

† Cap. 10. eo. tit. in 3. compilat. Et de materia vide Oldradum consil. 262. & Cardin. consil. 151.

† Vlicien. † Vlicien. † Vicen.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat. vide Host. in c. salubriter & Ioan. And. in c. cōquestus. j. de vsur.

† Aliàs: Secusien. vnde de origine duxit notitiā, & vocatur monasteriū Sancti Iusti. Aliàs: Cuscien. † Vel, Cuscien. in quibusdam.

† De intellectu huius textus vide latissime p consuetudin. lib. 3 varia. resolut. c. 3. & Ferdinandum Vasquium lib. 3. controuer. vsu frequentium, cap. 72.

a Nā duo dicuntur seculares. Inst. de satis perso. in ñ. 10. Aud.

tutio. ff. de re. in inte. scio. & ĩ. de in inte. re. c. 1. Sed nunquid in hoc casu cum læditur enormiter, subuenitur ei per beneficium restitutionis, vel ipso iure tuta est 2? Dico q ex quo consensus capituli affuit, & ideo credebant vtiliter contrahere, tenuit 5ctus, licet læsa sit ecclesia. j. de emptio. & venditio. cum dilecti. & 12. q. 2. sine.

ctus percepti sufficere[a] debeāt pro labore) præfatum feudū eidem monasterio dimittat liberum & quietum, appellatione postposita compellatis.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Alienatio rei ecclesiasticæ facta sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, non tenet, licet approbetur per constitutionem laicorum.*

CAP XII.

CVm † laicis[b], quamuis religiosis, disponendi de rebus ecclesiæ nulla sit attributa potestas †, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: dolemus in quibusdam ex illis † sic refrigescere charitatem, quòd immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quā non tantum sancti patres, sed etiam principes[c] seculares priuilegiis multis munierunt, non formidant suis constitutionibus, vel potius destitutionibus impugnare; non solum de alienatione[d] feudorum, ac aliarū possessionum ecclesiarum, & vsurpatione iurisdictionū, sed etiam de mortuariis †, necnon & aliis quæ iuri spirituali annexa[e] videntur, illicite præsumēdo. ¶ Volentes igitur super his indemnitatibus consulere ecclesiarum, ac tantis grauaminibus prouidere, constitutiones & venditiones huiusmodi feudorum, seu aliorum bonorum ecclesiasticorum, sine legitimo personarum ecclesiasticarum assensu[f] præsumptas, occasione constitutionis laicæ potestatis: (cum non constitutio, sed destitutio, vel destructio dici possit, nec non vsurpatio iurisdictionum †) sacri approbatione cōcilij decernimus nō tenere, presumptoribus per censurā ecclesiasticā compellēdis[g].

sed potest restitui si læsa sit enormiter. ĩ. de in integrum restitutio. c. 1. sed si decepta esset vltra dimidiam partē iusti pretij, subuenitur ei iure cōi, & etiam cuilibet. C. de rescindenda venditione. l. 2. & j. de emp. & vendi. cū dilecti. & c. cū causam. Ptm hoc vsq; ad legitimam præscriptionem potest agere, licet quidam dicant q in hoc casu agēdū sit iudicis officio. Io.

¶ *Gl. seq. obiicit, et soluit.*

a ¶ *Sufficere.*] Sed non vr q ille debeat lucrari fructus perceptos supra id quod ipse dedit ecclesiæ: nam cū aliquis restituitur, omnia debent restitui in pristinū statum, vt neutra pars sit in damno vel in lucro. C. de repu. l. 1. ff. de minori. q si minor. §. restitutio. Sed hoc est propter laborem suum, vt hic dicit. non enim omnino emptor damno officiendus est: vt l. prædicta, q si minor. §. restitutio. Item q bona fide pcepit. ff. de acqui. rerū do. bonæ fidei. j. de feudis. c. 1. arg. 12. q. 2. Vulteranæ. Ioan. & si vellet petere laboris mercedē, necesse haberet restituere fructus, qui excederent labores. ff. de rei vend. sumptus. Lau. Et sic est arg. q nemo cogitur suis stipendiis militare. & de labore suo mercedē quis recipere debet. 12. q. 5. charitatē. & c. ecclesiasticis. & 12. q. 2. precariæ.

CVm laicis.] Alienationes de feudis vel aliis rebus ecclesiæ nō tenent, etiam si per constitutiones laicorū approbentur. h. d. vel aliter. & sic vt in rubro. Communis diuisio. Secūda: ibi, *Volentes.* Abbas Siculus.

CASVS. Laici quantuncunque religiosi sint, non habent aliquā potestatem deponendi de rebus ecclesiæ: sed si in 5rium faciunt, immunitatem ecclesiasticæ libertatis impugnant suis constitutionibus, immo potius destitutionibus, vsurpando iurisdictionem ecclesiæ: & etiam de spiritualibus illicite præsumendo: volens concilium huiusmodi grauaminibus obuiare, omnes constitutiones & alia omnia, quæ faciunt in præiudicium ecclesiarum, decernit cōcilium penitus non tenere. Not. q laici in præiudicium ecclesiæ nihil statuere possunt: & si qua in contrarium faciunt, non tenent: & sic istam constitutionem inducas contra eos.

b ¶ *Cum laicis.*] 96. dist. bene quidem. & ĩ. de constitu. ecclesia. & 16. q. vlt. laicis. & c. non placuit.

¶ *Glo. seq. arg. allegat contrarium.*

c ¶ *Principes.*] Not. arg. q laici principes possunt dare ecclesiis priuilegium. 16. q. 1. generaliter. & 17. dist. §. hinc etiam. j. de immu. eccle. non minus. arg. immo, vt vr, possunt dare priuilegium libertatis. 63. dist. in synodo. & melius. c. Agathosa. arg. ĩ. de in integ. rest. auditis. arg. contra. 10. q. 1. nouerint. Ioan.

d ¶ *Alienatione.*] ĩ. de consti. quæ in ecclesiarum.

e ¶ *Annexa.*] vt ius patronatus. ĩ. de iud. quanto.

f ¶ *Assensu.*] j. eod. c. 1. & 12. q. 2. sine exceptione.

g ¶ *Compellendis.*] 3 Immo sunt ipso iure excommunicati: vt j. de sent. excom. nouerit.

1 De hac quæstione vide per doctores in l. 1 C. de filio fami. & in l. si ff. si vel tot vel parte.

2 Intermente concilij generale sub Innocentio iij. cap. 44.

Cap. vulg. an. in 4. compila.

secularis

illis

Vide Abbatem consil. 26. incip. quidam officiales in 1. vols. & Romanum singul. 254. incip. Reuerendus Dominus.

3 Et vt vapsallus, qui ex vtili dominio & bona fide faciebat fructus suos, nec est vis secundum Ioan. an. vt iure communi cō tractus pro pter defectū solēnitatis, an teneret, sed propter infamiam restitutionis. Io. An.

Hic glossulam non inuenio in vetustioribus, nec ere do Bernardi esse.

DE PRECARIIS.

¶ *Supra visum est de contractibus per quos transfertur dominium, restabat videre de contractibus per quos transfertur vtilitas eu duntaxat. Vel sic: Quia precariæ sunt quædam species alienationum, ideo post tit. præcedentem subiicitur hic titulus Abbas.*

TITVLVS XIIII.

De precarijs.

¶ Ex concilio apud Beluacum. †

¶ *Breue est, nec potest breuius summari.*

CAP. I.

PRecariæ[h] de quinquēnio in quinquennium[i] secundum auctoritatem & antiquam cōsuetudinem renouentur.[k]

¶ Ex concilio Carthaginensi †.

¶ *Reuocat successor precariam per prædecessorem irrationabiliter factam.*

CAP. II.

DE precariis[l] irrationabiliter factis à rectoribus ecclesiarum, se suosque, successores pœna[m] graui obligantibus, vt facta ipsorum dissoluere nequeant: Præcipimus, vt nemo successor antecessoris sui pœna

1 De hac materia habetur 10. q. 2. precaria. 12. q. 5. precaria. 16. q. 3. clerici. & c. sequen.

PRecariæ.] Potest summari: Precariæ concessæ de rebus ecclesiæ, debent ſm antiquam consuetudinē de quinquennio in quinquennium renouari. Et habetur istud capitulum & sequens pro palea 12. q. 2. c. precariæ. & seque. secundum Io. de Imol.

CASVS. Dicitur in hoc capitulo, q precariæ de quinquennio in quinquenniū sunt renouandæ. Not. q precariæ de quinquennio in quinquennium debent renouari.

¶ *Glo. seq. distinguit precarium a precaria & precaria, ponit triplicem speciem.*

h ¶ *Precaria.*] Precarium est quod precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui concessit patitur. ff. de preca. l. 1. j. eo. c. fi. Precaria dr ad preces aliquorū vsq; ad quinquenniū 5ctus initus: vt hic. Item dr precaria ad preces facta donatio vsq; ad mortem accipiētis. 12. q. 2. sæpe. 16. q. 3. clerici. Item precaria dr 5ctus ad preces factus vsque ad mortem accipientis: cuius 5ctus natura talis est, quæ habetur 10. q. 2. precariæ. & j. eo. c. vlti. qui contractus innominatus est.

i ¶ *In quinquennium.*] Quid si elapso quinquennio cum taciturnitate prætereatur? intelligitur contractus innouari. ff. de preca. in rebus. §. vlt. C. loca. l. legem quidē. arg. 12. q. 2. longinquitate. Lau.

k ¶ *Renouentur.*] 4 ne longitudine temporis pereat memoria cōtractus.

DE *precariis.*] Primo præmittit factum. Secundo prouidet: ibi, *Præcipimus.* Abbas.

CASVS. Quidā prælati ecclesiarum faciebant precarias in damnum ecclesiarum, obligādo se & suos successores sub certa pœna: statuit concilium Carthag. vt nullus successor sit obligatus in pœna sui antecessoris: sed si antecessor res ecclesiæ irrationabiliter distraxit, ad ius ecclesiæ debeat reuocare. Not. q vbi contractus non tenet, nec pœna super hoc apposita. Item successor non obligatur ex contractu habito in damnum ecclesiæ facto ab antecessore. Ius successor male alienata reuocare debet ad ius ecclesiæ.

l ¶ *De precariis.*] Precaria hic accipitur pro contractu. de quo, vel quibus fit mentio in notula prædicti capituli.

¶ *Glo. seq. alleg. dictum ponit. alleg. contrarium.*

m ¶ *Pœna.*] Promissa super contractu irrationabiliter habito. in hoc enim casu loquitur capitulum: cum enim contractus non valeat: 5, nec pœna ei apposita. C. de legi. nō dubium. ĩ. de foro cōpeten. si diligenti. 15. q. 6. c. 1. & 5. C. de condi. ob tur. cām da. l. 3. sed si contractus rationabiliter habitus est, valet pœnæ adiectio. arg. ĩ. de arbi. dilecti. tamen si ecclesia non agnouit contractū, soluere nō tenetur. ff. de pig. act. si pignore. §. vltimo. ff. de euict. illud. §. vlt. arg. contra. ff. de iure fisci. si procurator Cæsaris. Ala.

a ¶ Ab eo.

iurisdictionum.

Belnacē.

Sutor dus lib 3. c. 169. Ivo par. 3. cap. 210 & c. 1. eod. tit. in 3 compila. vide concil. Meldense c. 22.

A nomine Augustinus in nocte an tiquæ collectionis eod. tit. c. 2. arī se non inuenisse in eo casus hoc capit; sed etiam, inquit, constitutionum Lotharij in eadem verbis lib. 3. c. 2. legū Longob. in alia est tit. quando liceat rectoribus ecclesiarum a successorū suorum rescindere.

4 Hæc glossula nec est Bernardi, nec habetur in antiquis codicibus.

5 Ipso iure vel ex quo per sententiam reuocatur principale: ergo & accessorium, secundum Inno. & Host. allegata eadem lura. Ioan. And.

a ¶ *Ab eo.*]& etiam ab eo qui alienauit, si toleratur. ꝫ. de reb. eccl. non alie. l. si quis presbyterorum. ita successor potest reuocare quod prædecessor illicite fecit. 35. q. 9. quod quis.

PRecarium.] Sunt duæ partes, quæ patent. Secunda: ibi, *Porro.* Abbas.

CASVS. Rogasti me, vt rem meã cõcederem tibi ad vtendũ: ego precibus tuis concessi tibi rẽ illam precario: volui postea reuocare illud precariũ: tu nolebas mihi restituere: quæritur vtrum ego possem reuocare cũ mihi placuerit? Rñdet q̃ bene possum illud reuocare quãcunq; mihi placuerit. Item soluitur precarium mortuo illo cui concessum fuit, sed nõ soluitur illo mortuo qui cõcessit. Item soluit precariũ, si ille qui concessit precarium alienauerit quia p talem conuentionem rem alienã inuito dño possideri nõ licet. Secũdo dr, q̃ precariæ, quæ aliqñ fiunt de possessionibus ecclesiarum, non debẽt reuocari pro voluntate concedentium. Nota q̃ precarium reuocatur pro voluntate concedentis.

sit obligatus: sed suæ prouidentiæ sit concessum, vt si antecessor eius res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo[a] ad ius eiusdem ecclesiæ reuocentur.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Concessio precarij extinguitur voluntate concedentis, aut ei succedentis: precariæ autem concessio non.*

CAP. III.

PRecarium[b] † vtendum conceditur, quamdiu patitur qui concessit: soluitur[c] quoq; obitu eius cui concessum est, non† etiam concedentis: aut cum ipsum alienari contingit alicui hoc reuocare volenti: quia per conuentionem[d] huiusmodi, nõ licet rem alienam inuito domino possideri. § Porro precariæ[e], quæ quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium reuocandæ†.

TITVLVS XV.

De commodato.

¶ Idem Gregorius nonus.

¶ *Commodatarius gratia sui tenetur etiam de leuissima culpa, non de casu, nisi in tribus casibus hic positis. Et commodatum ante vsum completũ non reuocatur.*

CAP. I.

CVm† gratia sui tantum quis cõmodatum[f] accepit, de leuissima[g] etiam culpa tenet:

Item contractus, qui precariæ nominantur, non possunt reuocari ad voluntatem concedentium: & ita differentia est inter precarium & precarias.

¶ *Glo. seq. recitetur per modum summæ, quid sit precarium, quantum durat, &c. vt notata e regione demonstrant.*

b ¶ *Precarium.*]Est aũt precarium, vt dictum est in c. 1. quod precibus ad vtendum datur, & tamdiu durat q̃diu patitur qui concessit: vt hic: & ff. eo. l. 1. & est simile cõmodato: qui enim cõmodat rem suã, sic cõmodat vt non faciat eam accipientis, sed vt permittat ei vti re cõmodata. & sicut reuocatur precarium, ita cõmodatũ: vt ff. eo. l. 1. sed distant in hoc, q̃ cõmodatum non reuocatur intẽpestiue. ff. cõmoda. in cõmodato. §. sicut. nisi post vsum cõpletum. j. tit. prox. ca. vnico. §. 1. Precarium vero qñq; reuocatur etiã si ad certum tẽpus sit concessum. ff. eod. cum precario. Consistit aũt precarium tam in re mobili q̃ immobili, & in seruitutibus: vt si me rogaueris; vt p fundũ meũ ire vel agere tibi liceat, vel vt in tectũ meũ, vel in area ædiũ mearũ tignum, vel stillicidium immissum habeas. ff. eo l. 2. §. vlt. & l. 3. & 4. in prin. Item in re ppria non consistit precarium. ff. eod. l. 4. §. item si rem. nisi cũ debitor pign° rogat precario à creditore possidere. ff. eo. si debitor. rõne possessionis, & nõ pprietatis. ff. eod. certe. §. vlt. Itẽ tam ille qui concedit precarium, q̃ qui rogat, possidet: vnus ciuiliter, & alter naturaliter. ff. eo. & habet. §. penult. sed duo insolidũ precario possidere non possunt. ff. eod. duo. & restitui debet precarium in pristinam causam, aliàs condẽnabitur in tantũ quanti interfuerit actoris. ff. eo. quæsitum. §. ex hoc interdicto. & precarium constituitur inter psentes & absentes, & p epistolam. ff. eod. precario. Item si precario durante prorogatur in vlterius tẽpus, non mutat causam possessionis. ff. eod. sed si manente. vnde non dicitur precarium nouũ.

ADDITIO. Item qui precario rogat, dolum & culpam dolo proximam præstat. ff. eo. quæsitum. §. & illud.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

c ¶ *Soluitur.*]Obitu eius cui conceditur precarium, finitur, & non concedentis. immo ad hæredem eius q concessit, transit. ff. eo. cum precario. §. precarij. & l. q̃situm. §. qđ à Titio. quia ipsi, non hæredi recipientis conceditur, vt ibi dr, & hic idem dr. Item finitur si concedens precarium rem alienauerit, nisi de voluntate noui dñi res eadem pmaneat penes eundem. ff. eo. quæsitum. §. q̃ à Titio. & §. illud. Item soluitur precarium pignoris debitore soluente pecuniam creditori. ff. eo. si debitor. arg. ꝫ. ff. loca. l. 4. Sibi finitur precarium morte concedentis. Sed hoc ideo est: quia ille qui concessit precarium, hoc voluit, & expressit voluntatem concedendo precarium, & ideo finitur per mortem ipsius: sed hic, & ff. de precariis. l. cum precario. §. 1. simpliciter concessum fuit precarium sine ipsis præfinitione, & ideo non finitur per mortem concedentis. Ber.

d ¶ *Per conuentionem.*] Et si ad certum tempus precarium concessum sit, nihilominus ante tempus illud poterit reuocare. ff. eod. cũ precario. vbi sunt hæc verba; q̃ non licet rem alienam, &c. & culpam non præstat, sed dolum tantum, & etiam culpam si dolo sit proxima. ff. eo. quæsitum. §. illud. Bernar.

e ¶ *Precariæ.*]In alia significatione accipitur hic hoc nomen, precariæ. pro cõtractu scilicet de possessionibus ecclesiarum, de quo habes ꝫ. eod. ti. c. 1. & 2. & 10. q. 2. hoc ius, ad fi. & c. precariæ. nec potest reuocari ante cõstitutum tẽpus, vt hic, nisi irrationabiliter sit fact° talis cõtractus. ꝫ. eo. c. 2. & ita aliud precarium est, & aliud precariæ, siue precaria. Ber.

ADDITIO. Vnde Hostien. dat tales versus:

Ria, ria, rium, tria sunt quibus est caput vnum.
Ria sunt solita post singula lustra renasci.
Ria fit ad mortem, nec citra vult reuocari:
Rium finitur tũc quando vult sum auctor.

DE COMMODATO.

¶ *Visum est de contractu, qui fit gratia recipientis tantum, merito subijcitur rubrica de contractu sibi simili: nam communiter commodatum fit gratia recipientis tantum, licet quandoque fiat gratia concedentis, vel vtriusque. Abbas Siculus.*

De hac materia habetur 1. dist. ius naturale.

CVm gratia.]Habet duo dicta. Secundum: ibi. *Contra.* Primum subdiuiditur. Nam primo ponit vnũ dictum. Secundo aliud, à quo tres casus excipit: ibi, *Licet.* Scđm subdiuidit: nã primo ponit dictũ. Secundo ponit rõnem: ibi, *Cũ non decipi.* Abbas.

CASVS. Cõmodaui tibi equũ meũ, vel etiã rem aliã: res ista deteriorata est: q̃rebat, vtrum tenearis mihi sup hoc? Rñdet Papa, cũ aliquis recepit cõmodatum gratia sui tñ, pp ppriam vtilitatem pcurãdam, tenetur non solum de culpa lata & leui, sed etiã de leuissima: verumtñ de casu fortuito nõ tenetur, nisi p culpam suã casus ille acciderit, vel nisi pactum interuenerit, q̃ de certo casu & expresso in pacto teneret, vel nisi fuerit in mora in restituendo cõmodatũ. Secundo q̃rebat, vtrum cõmodatũ possit repeti ante vsum expletũ, ad quem res fuit cõmodata: & dr, q̃ ꝫ illum qui rem cõmodatam accepit, commodati agi non potest ante vsum completũ: quia non decipi beneficio nos oportet, sed iuuari: qđ esset si ante finitum vsum cõmodatum reuocaretur. Nota q̃ in commodato venit leuissima culpa. Item de casu fortuito quis non tenetur, nisi in casibus, qui hic cõtinẽtur: s. si p culpam suam casus ille acciderit. vel pactum interuenerit de certo casu, vel fuerit in mora in restituendo cõmodatũ. Item intempestiue cõmodatum non reuocatur. Item beneficio decipi non debemus, sed iuuari.

¶ *Glo. seq. recitat p modũ summæ, quid sit cõmodatũ, vnde dicatur, &c.*

f ¶ *Commodatum.*]Est aut cõmodatum[a] alicuius rei ad aliquẽ specialem vsum gratuito facta concessio, & non translatio. & ideo dr, facta concessio: & non translatio: q̃a is qui cõmodat, dñium retinet & possessionẽ. ff. eo. l. rei cõmodatæ. Et dr commodatum quasi vtentis cõmodo datum. & ideo dr gratuito: quia si interueniat merces, transit in locationem, vel in cõtractum innominatũ: do, vt des; facio, vt facias. Instit. manda. §. vlt. Ad aliquem vsum ideo dixi, vt noteẽ differentia inter precarium & cõmodatum. Precarium enim conceditur sine pfinitione certi vsus: vnde q̃ñcunq; potest reuocari precariũ. ff. de preca. cum precario. & ꝫ. tit. pxi. c. vlt. sicut & depositũ, j. tit. pxi. bona fides. Cõmodatum aũt ad certum vsum cõceditur: q̃a statim subijcitur vsus ad quem res cõmodatur: vt si cõmodem equũ tibi vt ad villam duceres, & tu duxisti ad bellum, teneberis: q̃a ad alium vsum duxisti, q̃ duxisti. ff. eod. si vt certo. §. sed interdum. Et cõsistit cõmodatum in rebus mobilibus & se mouẽtibus, & immobilib°, & incorpalibus, puta seruitute habitandi. ff. eo. l. 1. q̃a ibi dicit cõmodari rem mobilem, & etiam soli. & adiecit Iulianus etiam habitationem posse cõmodari, & in iisdem rebus consistit precarium: vt dixi ꝫ. tit. pxi. c. vlt. Sed qđ vsu consumit, non cõmodat, nisi ad pompam, vt ditior appareat. ff. eo. l. 3. §. vlt. & l. seq. & q̃ põt obligare, potest cõmodare, & ei cõmodari. vnde pupillus non est obligatus, sed ali° ei obligat. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. antepen. Ber.

¶ *Glo. seq. dicit ad quid tenetur commodatarius, & quo restitui debet cõmodatum: & casum quomodo tenetur commodans commodatario.*

g ¶ *De leuissima.*]Cum enim gratia sui tñquis cõmodatũ accepit, tenetur

Margin notes (left): ¶ Vide l. 1. & ibi glos. [illegible] Bar. [illegible] — ¶ Hostien. legendum, [illegible] — Precarium & commodatum con[ueniunt] & differunt. — Precarium in quibus rebus consistat. — Precarium quibus finiatur. — [illegible]

Margin notes (right): ¶ Videl. creditores. & quod ibi not. Bar. C. de pign. — ¶ Vide textum in §. [illegible] — Et quod de cõmodato lege diuina [illegible] Raymundus [illegible]. — [a] De materia textus & harum glossarum vide plene p Antonium Gomezium to. 2. [illegible] c. 7. de cõmodato & deposito.

tenetur de dolo, & lata culpa, leui & leuissima, vt hic dicit. quia exactam diligentiam qualem in rebus suis adhibere debet. ff. eo. in rebus. immo non sufficit talem adhibere qualem in suis rebus, si tamen alius diligentior custodire potuit. ff. de actio. & oblig. l. t. §. is quoque cui. & dolum & culpam. ff. eo. si vt certo. §. cōmodatū. Si vero gratia dantis ; tantū cōmodatū detur: tunc venit dolus, & lata culpa. ff. eo. si vt certo. §. interdum. & l. si mei causa. ff. de actio. & oblig. l. §. §. is quoq; apud quem. Si vero gratia vtriusq; tunc pstat dolum & latam culpam. ff. eod. in rebus. r. rñso, ad finem. & l. si vt certo. §. nunc videndum. ad fin. Casus vero fortuiti, qui prauideri non possunt, nō veniunt. C. eo. l. r. & ff. eo. in rebus. & ff. de act. & oblig. l. t. §. is quoque cui. j. de homi. Ioannes. & exp. vlti. nisi ista tria aliud inducant, culpa, pactum, vel mora, vt in pdicto §. is quoque cui. in fi. & l. in rebus. & ff. de reg. iu. contractus. & hic, & j. tit. prox. c. 2. C. eo. l. 1. Culpa potest imputari, si rem sibi cōmodatam remiserit mihi p non idoneam a psona. ff. eod. qui non iam idoneum. secus si per idoneam psonam, licet contrarium euenerit. ff. eo. argentū. & j. de pig. ca. significate. Item ex pacto pstant casus fortuitos: vt hic dicit. & C. cōmo. l. 1. ita quod casus fortuiti cōnumerentur specialiter: vt ff. si quis cautio. sed & si. §. quæsitum. Et mora imputatur, puta si moram fecit in restituendo. j. tit. proxi. bona fides. & intelligendum est etiam si apud commodantem res fuisset eodē modo peritura. ff. de lega. r. l. cū res. §. vlt. & in Authen. de deposito, & denun. inquilinorum. t. sñ. ad fi. coll. 6. Et cōmodatum restitui debet ad pristinam causam. ff. eod. sed mihi. §. r. aliàs quanti interest eius condemnatur, vt ibi dicitur. Ber.

¶ Vt si commodaui sponsæ, vel vxori ornamēta, vt ad me veniret ornata, vbi venit dolus & lata culpa, secundū Goff. idem, secūdū Hostiensem, si cōmodaui tibi tendendas eo modo vxori, vel volens videre ludū scenicū cōmodaui tibi vestes scenicas: vt in concor. glo. Ioan. And.

Licet casus fortuitus (nisi acciderit culpa sua, vel interuenerit pactum, seu in mora fuisset) sibi non debeat imputari. ¶ Cōtra eum quoque recte commodati nō agitur, nisi post [a] vsum expletum, cuius gratia res fuerat commodata: Cum non decipi [b] beneficio nos oporteat, sed iuuari.

a ¶ *Post vsum.*] ff. eo. in commodato. §. sicut. sed in precario contrarium est. j. tit. proxi. cap. vlt. & ff. de preca. cum pcario. Item qui commodauit vasa vitiosa, tenetur contraria actione pro vino effuso, ignorans tamen excusatur. ff. eod. in rebus. §. possunt. & §. item qui sciens. & l. penult. Bernard.

b. ¶ *Decipi.*] ff. eod. in commodato. §. sicut. in fi.

TITVLVS XVI.

De deposito.

¶ Alexander iij. Londoñ. † episcopo.

¶ *Ex deposito facto apud clericum ecclesiæ, non tenetur ecclesia: nisi in vtilitatem ecclesiæ sit versum.*

CAP. I.

Grauis † illa quærimonia vsque ad nos super deposito tuo tibi hactenus denegato peruenit: & infra. ¶ Cum enim non constet pecuniam tuam, quam ille vir Belial furatus est, in ecclesiæ vtilitatem [c] conuersam: non debemus de iure, contra canonicos eiusdem ecclesiæ præcipere intentare iussionis instantiā, vt tibi eandem reddant pecuniam, personæ [d] non ecclesiæ commendatam. ¶ Quocirca suademus, vt in illū furem tuā dirigas actionem [e], eo quòd (vt audiuimus) loculos [f] habet: & ea quæ tibi subrepta sunt, asportauit. Nam & iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum sub quæstionibus [g] † ad rationem ponāt, etiam (si oportuerit) vinculis alligatum, vt dictam pecuniam reddere [h] compellatur: & infra. ¶ Si autem cum eis amicabiliter poteris de reddituum perceptione pacisci, noueris id nobis acceptum.

† Londoñ. † Ludoñ. † Lugdoneñ. † Lindoneñ. † Lincolniñ.

† Cap. 2. eo tit. in 1. compilat. & post concilium Lateraneñ. sub Alexan. iij. par. 50. cap. 33.

† De hoc articulo, q frequenter solet contingere, vide Antonium Gomezium loco supra citato.

DE DEPOSITO.

¶ *Visum est de contractu, qui fit gratia recipientis, nunc subijcitur de contractu qui fit gratia concedentis, ideo merito subijcitur de deposito. Abbas Sicu.*

De hac materia habetur 1. distin. ius naturale. 22. q. 2. ne quis.

Grauis.] Primo ponitur decisa narratio. Secundo ecclesiæ absolutio. Tertio deponentis instructio. Quarto iudicis præceptum. Quinto cōpositionis psuasio. Scda: ibi, *Cum enim.* Tertia: ibi, *Quocirca.* Quarta: ibi, *Nam.* Quinta: ibi, *Si autem.* Abbas.

Casvs. Eps Londoñ. quandam summam pecuniæ deposuit penes quendam canonicum cuiusdā ecclesiæ, noīe Belial †: ille Belial sæpe interpellatus fuit vt depositū restitueret, sed illud facere denegauit, & pecuniam illam subripuit & asportauit: vnde conquestus fuit eps dño Papæ de ecclesia illius Belial: Dñs Papa rñdet. non constat q illa pecunia, quam Belial furatus est, in vtilitatē ecclesiæ sit conuersa: vnde nō possumus canonicis illius ecclesiæ præcipere, vt illā pecuniam tibi reddant, cum non fuerit deposita penes ecclesiam, sed penes illum Belial: vnde mandat episcopo, vt actionem suam dirigat contra illum furem: & mādat Papa quibusdam, vt illum Belial ponant sub duris quæstionibus, & si oportuerit, ponant illum in vinculis: vt sic dictam pecuniam restituat: In fine dicit, si eps poterit amicabiliter cōuenire de redditibus illius, cum canonicis ecclesiæ, Papa gratum habebit. Nota q ecclesia non tenetur, cum depositum non sit ecclesiæ, sed psonæ: tamen si tale depositum factum alicui de ecclesia, versum sit in vtilitatem ecclesiæ, tenetur ecclesia, non actione depositi, sed de in rem verso. Item depositarius torqueri potest, vt reddat depositum.

† Ego non puto nomē proprium sed hoc nomen quia † sic dicit Belial, hoc est nomen Belial Hebraice, Latine per interpretationem significat.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

c ¶ *Vtilitatem.*] & si in vtilitatem ecclesiæ versa esset: licet apud ecclesiam deposita non fuerit, tenet ecclesia inquantū in rem eius versa est. j. de fideiuss. quod quibusdā. arg. C. qd cū eo qui alī. po. l. ei q. 4. 10. q. 2. hoc ius. §. is cre ditor. & ff. depo. l. 1. §. an in pupillū. Alanus.

† Qui dat mutuā seruo, si versum est in rem dñi, habet actionē de in rem verso. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. quærit, soluit, & solutionē determinat.*

d ¶ *Personæ.*] & ita depositum factum psonæ non obligat ecclesiam: quia delictum psonæ in damnum, &c. s. de rescriptis. cum venissent. 16. q. 6. si epm. & c. epo non licet. §. de excep. cū venerabilis. Sed qualiter dr commendata esse ecclesiæ? Rñdeo ex eo qd defertur in thesaurum ecclesiæ: sicut eo tpr̃ q res missæ sunt in naue, tenetur nauta, & debet habere custodiam omnium quæ sunt inuecta & illata. ff. nau. cau. sta. l. parui refert. §. si recepit. & ignorans tenetur. C. de his qui latro. occul. l. r. § ff. furt. aduersus nautas. l. vni. cap. qd tñ nō credo, nisi depositio facta sit in plena præsentia prælati & capituli vt hic. Vinc.

† Hinc ad leges clericos & religiosos posse in carceribus poni, de quo amplissime vide plene per Bernardinū Diaz in pract. criminal. canon. cap. 117 & Simancam in cathol. institu. tit. 61 adde quæ dixi super Directorio lib. 3 schol. 118.

e ¶ *Actionem.*] id est, petitionem: vt s. de iudi. dilecti. vbi de hoc.

f ¶ *Loculos habet.*] & Dominus loculos habuit, vt indigentib⁹ subueniret. 12. q. 1. habebat.

g ¶ *Quæstionibus.*] Nota q suspecti sunt torquendi, & in vinculis detinendi: & verberibus afficiendi, vel subijciendi. 14. q. 6. si res. & 12. q. 2. fraternitas. & 23. q. 5. c. r. & 5. q. 5. illi qui. & j. de rapto. in archiepiscopatu 6. T.

h ¶ *Reddere.*] Cum nota infamiæ. actio enim depositi infamat. C. depo. l. qui depositum.

† Vide textum & ibi plene p Dd. es in §. præterea & in. institut. quib. mod. re contrah. oblig. & Antonium Gomezium tom. 2. variarum resolut. cap. 7.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Dicit ad quid tenetur depositarius, & quomodo repetatur depositum.*

CAP. II.

Bona † fides abesse præsumitur, si rebus tuis saluis [i] ...

Bona fides.] Casvs. Deposui penes te res meas: illæ res amissæ sunt, de reb⁹ tuis nihil amisisti: quæritur an tenearis mihi ad eas restituendas actione depositi? Rñdetur, si res tuæ saluæ sunt, & res depositas amisisti, hoc ipso psumitur q bona fides abest circa res depositas, & ita dolus affuit: & ideo tenetur ad restituendū depositum: & de culpa etiā tenetur depositarius si obtulit se deposito, vel si aliquid accepit pro custodia: sed de casu fortuito nō tenetur, nisi pactū interuenerit, vel nisi culpa vel mora pcesserit casum. Secundo quæritur vtrum depositori liceat reuocare depositū quandocunque voluerit? Rñdet, q sic: sed si depositarius opponeret compensationē, vel in toto, vel in parte, cōpensatio non est admittenda: ne contractus q ex bona fide oritur, ad pfidiam referatur: sed in aliis contractibus bene admittitur compensatio, si causa ex qua compensatio postulatur, liquida sit, & facilem exitum credatur habere. Nota, q ille qui recepit depositum, de solo dolo tenetur, de culpa etiam tenetur, si obtulit se deposito, vel aliquid recepit p custodia. Itē depositarius de casu fortuito non tenetur, nisi pactū interuenerit, vel nisi culpa vel mora præcesserit casum. Item depositum potest reuocari quandocunq; voluerit depositor. Item contra depositum non admittitur compensatio. Item contractus depositi ex bona fide oritur.

† Qui sibi fatetur in receptum, vel offert se vlterius fugisse, pro qualitate personæ aut corporali supplicio, vel rerum dispendio. Io. An.

¶ *Glo. seq. reci. per q. an præsumptio sufficiat ad sententiam.*

i ¶ *Rebus tuis saluis.*] Ex hac præsumptione condemnabitur. sic C. loca. l. 1. & ff. eod. tit. quod Nerua. quia non minorem [y] diligentiā quàm in suis rebus præstare debet, vt in l. qd Nerua. sic ff. commo. si vt certo. §. quod vero senectute. & ita si bona fides abest, dolus adesse præsumitur. nam contra sunt. C. de rescind. venditio. si dolo. & est sim. 32. q. 1. cum renunciatur. & præsumptio sufficit ad condemnationem in casu isto. 32. q. 1. dixit Dominus. & 54. dist. c. fraternitatem. j. de Iudæis. c. vlt. Ber.

† Conuict. s. ob carmen. aliàs ob crimen. & ignom. ff. de testi. not. in l. 1. C. de naufra. lib. 11.

† Causæ diligentia in quæstionem dediscam, vt de hoc per Ioan. And. & alios.

a ¶ Dé

MAncipia ecclesiastica, nisi ad libertatem, non conuenit commutari h: videlicet vt mancipia, quæ pro ecclesiastico homine dabuntur, in ecclesiæ seruitute permaneant, & ecclesiasticus homo, qui commutatur, fruatur perpetua libertate. quod enim semel i Deo cõsecratum est, ad humanos k vsus transferri non decet.

¶ Ex eodem.

¶ *Serui ecclesia cum profanis permutari non possunt, nec alienari, nisi sint fugitiui.*

CAP. IIII.

INiustum videtur & impiũ, vt mancipia, quæ fideles Deo & sanctis eius, pro ani-

f ¶ Vt commutationes.] supple, statuimus.

g ¶ Inconsulte.] id est, in damnum ecclesiæ: qd esse nõ debet: immo rationabilis causa debet subesse ad hoc vt fiat cõmutatio. ȝ. eo. cap. prox. vnde successor reuocare potest inconsultam permutationem. simile ȝ. de pœna. c. 2. immo & illa quæ fecit, successor reuocare potest, quod in damnum ecclesiæ datũ est siue alienatum. 35. q. 9. quod quia commiserit. s. de rebus ecclesię non alienandis. si quis presbyterorum. & 12. q. 2. monemus. dum tamen toleretur in administratione. Ber.

MAncipia.] Breue est, & tolle principium capituli p summario. quod autem sequitur hic, & in ca. seq. est eius expositio. Abbas Siculus.

Casus. Quæsitũ fuit in concilio isto, vtrum mancipia ecclesiarum possint permutari cum mãcipijs laicorum: statuit concilium, q mancipia ecclesiastica permutari nõ debeant nisi ad libertatem, ita videlicet quòd mancipia q dantur pro mancipio ecclesiæ, permaneant in seruitute ecclesiæ, & mancipium ecclesiæ in libertate perpetua maneat: quia quod semel Deo dedicatum fuit, ad humanos vsus non debet redire. Nota, q res ecclesiarum ad humanos vsus redire non debent.

h ¶ Commutari.] 10. q. 2. precariæ. in fi. Arg. contra. sed hic determinat illud, & fauore libertatis hoc fit.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit. alle. quatuor. concor. signat vnum contrarium, & soluit.*

i ¶ Semel Deo consecratum.] 12. q. 2. episcopus qui. & c. nulli licet. 19. q. 3. quæ semel. & ȝ. de religio. domi. ad hæc. Argu. contra. 54. distin. ex antiquis. Solut. illud est præter regulam statutam contra eos qui ordinati sunt sine consensu dominorum suorum, cum in hoc ipso delinquunt, & maxime ad terrorem, ne alij hac occasione subtrahant se dominis suis. arg. 2. q. 7. quapropter. & ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, ponit duas solutiones. vnam Ala. & aliam Lauren. Tertio soluit.*

k ¶ Ad humanos.] id est, seculares. de consecr. distin. 1. ligna. vestimenta. Sed contra videtur 12. q. 2. ecclesiasticis. vbi seruus ecclesiæ seculari personæ datur: ergo multo fortius permutare potest. dicit Alan. quòd loquitur hoc capitul. & sequens de seruo ecclesiæ dato & conuerso facto, qui cum sit religiosa persona, seculari personæ seruire non debet. Lau. dicit, q ex causa phibitũ fuit, q a ad laicorũ suggestionẽ sæpe inutilia mancipia pro vtilibus pmutabant, quod ne fiat, statutũ est vt non nisi ad libertatẽ cõmutentur. sed cessante causa cessabit ȝstitutio. 61. dist. §. his oibus, & ff. de pact. qd dictũ. T. Vel dic, factum principis nõ est trahendũ in ȝsequentiã; ipse enim nõ subijcitur legibus. & sic loquitur ȝrũ in principio. Ber.

INiustum.] Breue est, & idem dicit quòd supra proximo capitulo. Et tres dici possunt partes, sicut tria sunt dicta. Secunda: ibi, Et ideo. Tertia: ibi, Et est. Ioan. de Imola.

Casus. Idem dicitur in capitulo illo quod in primo, scilicet, quòd mancipia quæ fideles Deo & sanctis ecclesijs pro remedio animarum suarum contulerunt, occasione alicuius commutationis

† Silvanectẽsi.

Burchardus lib. 3. decr. c. 173. Iuo par. 3. c. 134. quibus locis scriptũ est: Ex concilio apud Carisiacum. & cap. 1. eo. tit. in 1. compil.

† Burchardus lib. 3 c. 174. Iuo par. 3. cap. 115. habẽt, Ex eodem, scilicet concilio apud Carisiacum c. 3. nõ nondum vidimus. & c. 4. eo tit. in 1. compilat. refert eũ Gratianus 12. q. 2. c. 14 quamuis in multis sit palea.

‡ Quod vim oratorium, vt annotaui l. de consecr. c. 1. super glos. in l verbo ad dotem.

in seruitutem secularium iterum non rediguntur, quia vt canon dicit, Serui fugitiui solummodo distrahi possunt: eleemosyna enim vnius, peccatum alterius fieri non debet, nec ad humanos visus seruus ecclesiæ redire debet. Nota quod mancipia ecclesiastica in seruitutem secularium redigi non debent. Item serui fugitiui distrahi possunt. Item vnius eleemosyna, alterius peccatum esse non debet.

a ¶ *Fugitiuos.*] 12. q. 2. fugitiui. Arg. 3. C. ad legem Fla. de plagi. in fuga. Solu. dum est in fuga, non debet vendi: sed cum fuerit reuersus, & patefacto vitio emptori, ne postea fiat redhibitio. ff. de contrahenda emptio. quod ipse. §. si quis amico. & §. vlt. R.

b ¶ *Humanæ.*] Sic 3. c. prox. cum suis concor. ibi positis.

c ¶ *Seruituti.*] Est & alia ratio, quæ assignatur in seruis minorum. C. de administratio. tuto. l. lex quæ tutores. ff. de fideicommis. liber. cum quali. §. in furiosi. Laur.

Addè quod videns animal nō patefactis vitiis laedi, tenetur redhibere, & hoc... B. Thomā 2. 2. q. 77. ...

...mæ suæ remedio cōsecrarunt, cuiuscunque muneris mancipio, vel commutationis commercio iterum in seruitutem secularium redigantur: cum canonica auctoritas seruos tantummodo permittat distrahi fugitiuos [a]. Et ideo ecclesiarū rectores summopere caueant, ne eleemosyna vnius, alterius peccatum fiat. Et est absurdū, vt ab ecclesiastica dignitate seruus discedens, humanæ [b] sit obnoxius seruituti [c].

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Præbendæ pacto præcedente permutari non possunt: episcopus tamen potest de loco ad locum permutare personas.*

CAP. V.

Quæsitū † est ex parte tua, si commutationes fieri valeant præbendarum, cum commutatio dignitatū [d] in Turoñ. concilio fuerit interdicta: & infra. ¶ Generaliter itaque † teneas, quod commutationes præbendarum de iure fieri non [e] possunt: præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus, labem semper continet simoniæ [f]. ¶ Si autem episcopus [g] causam inspexerit necessariam, licite poterit de vno loco ad alium transferre personas: vt quæ vni loco [h] minus sunt vtiles, alibi se valeant vtilius exercere.

¶ Clemens tertius.

¶ *Ecclesiæ iure proprietatis possunt ad-*

inuicem permutari: & possessiones earum etiam permutari possunt, & pro minus valentibus pretium suppleri.

Quæsitum.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio: ibi, *Generaliter.* & ibi duo dicta. Secundum: ibi, *Si autem.* Abbas Siculus.

Casus. In cōcilio Turoñ. statutum fuit, quod commutatio dignitatū fieri non debet: quæsitū fuit à Papa, vtrum commutatio præbendarum fieri possit, cum hoc in concilio non fuerit prohibitū, vnde videbatur permissum: Respondet Papa, generaliter verū est, quod commutatio præbendarum fieri non potest, præcipue aliqua pactione præmissa, quæ in spiritualibus vel eis annexis simoniacam continet prauitatem: si vero episcopus causam viderit necessariam, poterit de loco ad locum transferre personas. Nota quod permutatio tam in præbendis quam in dignitatibus est prohibita. Item in spiritualibus omnis pactio illicita reprobatur. Item non solum in spiritualibus, sed etiam in eis annexis committitur simonia. Item episcopus propter causam necessariam, potest facere commutationes præbendarum, & translationes personarum: quod intellige, non præmissa aliqua pactione.

Cap. 1. eo tit. in 2. compilat.

Vide notata in c. maioribus. 3. de præb. & de materia plene per Aegidium Bellamera. tract. de permutatione beneficiorū.

igitur

d ¶ *Dignitatum.*] Et etiam diuisio præbendarum 3. 3. de præben. maioribus. quod est concilium Turoñ. de quo fit hic mentio. & 12. q. 2. alienationes.

e ¶ *Non possunt.*] j. eo. cum vniuersorum. & ca. cum olim. nisi hoc fieret auctoritate superioris. 3. de præben. inter cætera. & hic prout sequitur. Bernar.

f ¶ *Simoniæ.*] Quia in spiritualibus, vel spiritualibus annexis, nulla pactio vel conuentio debet interuenire. 1. q. 2. quàm pio. & 3. de pact. cum pridem. & c. vlt. in spiritualibus annexis, vt est iuspatronatus. 3. de iudi. quanto. & 3. de præb. significatū. dic vt ibi.

g ¶ *Episcopus.*] Innocentius quartus dicit quod hoc verum est quando isti commutare volentes habent præbendas in diuersis ecclesiis, vel in eadem. si enim est præbendæ onus annexum, intelligitur hoc cap. si sunt in diuersis ecclesiis: si autem in eadem & sine onere, tunc possunt permutare auctoritate propria, & potest esse ratio, licet ipse non assignet, quæ sequitur in 70. dist. c. sanctorum. & 74. distin. quorundam. Bern.

h ¶ *Vno loco.*] 7. q. 1. mutationes. & c. scias. & omnis qui. & valet interdum mutatio loci. 81. dist. valet. Ber.

Cur ita loquatur hic glossa, vide... Ioannem And.

Ad quæstiones.] Communis diuisio. secunda: ibi, *Respondemus.* Abbas Siculus.

Casus. Duæ conuentuales ecclesiæ constitutæ erant in diœcesi istius episcopi, vtraque illarum habebat ecclesiam parochialem cum possessionibus suis, & vtraque parochialis ecclesia magis erat vicina alteri, quàm illi cui erat subiecta: istæ conuentuales ecclesiæ volebant adinuicem permutare illas parochiales ecclesias, sed altera parochialis ecclesia pluribus possessionibus abundabat: & ideo cōuentualis ecclesia cui subest, postulat sibi adijci certam pecuniæ quantitatem, vt sic cōtractus permutationis possit ad æqualitatem perduci: quærebatur, vtrum hoc licite fieri posset? Respōdet Papa, quòd vnus contractus fiat de parochialibus ecclesiis per se, & alius cōtractus de possessionibus fiat per se: & si ratione possessionum vna ecclesia præfertur alteri, ab alia ecclesia certa sibi pecuniæ quantitas adijciatur, ita quòd contractus sibi inuicem nullatenus misceantur. Nota, quod monasteria possunt habere ecclesias parochiales. Item permutatio temporalium & spiritualium adinuicem fieri nō possunt: sed spiritualia inter se, & tēporalia inter se recte permutari possunt. Item commutatio ecclesiæ fieri potest, licet venditio sit interdicta.

CAP. VI.

Ad † quæstiones soluendas: & infra. ¶ Intelleximus ex litteris tuis, quòd duæ conuentuales ecclesiæ sunt in tua diœcesi constitutæ, quarum vtraque parochialem habet ecclesiam cum possessionibus, magis alteri quàm sibi vicinam. Illis autem eas desiderantibus permutare, cum illarum altera respectu meliorum prouentuū [i] plus abundet; & ideo sibi postulet adijci certam summam pecuniæ numeratæ, vt sic ad æqualitatē permutationis † valeant peruenire: vtrum possit id licite fieri, extitit dubitatum: & infra. ¶ Respondemus, quod cum de dictis † parochialibus ecclesiis per se queat [k] cōmutatio celebrari, & in permutatione possessionum per se nō sit inhibitum [l]: si altera ratione possessionum alteri præponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus adinuicem, prout visum fuerit expedire, refusa certa pecuniæ quantitate, poterit cōtractus [m] permutationis iniri: sic tamē †, quod illi contractus nequaquā sibi inuicem misceantur.

¶ Innocentius tertius Senoneñ. † archiepiscopo.

¶ *Beneficia sua perdunt, qui ea, propria permutant auctoritate.*

Cap. 2. eo tit. in 2. compil.

Et ... vide ... Contra ... de materia ... Bellamera ... permutatione beneficiorum.

permutationes

de prædictis

i ¶ *Prouentuum.*] Scilicet temporalium, quia vnde admiscetur cum temporalibus mutatio, quod aliter non fieret. j. eo. c. vlt. & hic prout sequitur.

¶ *Glossa sequens tria dicit, & primum determinat. De secundo & tertio rationem reddit.*

Aliàs litteræ sic est, quod contractus nequaquā sibi adinuicem misceantur.

Scilicet

k ¶ *Per se queat.*] & ita spirituale cum spirituali potest cōmutari, sicut temporale cum temporali. De hoc dixi 3. de transa. super eo. arg. 16. q. vlt. neminem. & hoc auctoritate superioris. argum. ff. de his qui not. infam. furti. §. qui iussu. & cum indemnitate vtriusque. 10. q. 2. hoc ius. aliàs non liceret. 3. de præben. maioribus. 12. q. 2. diaconi. & c. fine. aliàs, non. j. eo. c. vlt. Item notā, quòd ad hoc quòd aliquid habeatur tamquam beneficium, non potest ex permutatione prouenire, quia esset munus à manu, sicut nec transactione. 3. de transact. super eo. Item licet permutatio locum habeat in spiritualibus, non tenet emptio & venditio, & est ratio, quia nulla est emptio sine pretio, vt Insti. de empt. §. item pretium. quod in quantitate & in numerata pecunia consistit. C. de rescind. empt. & vend. emptis fides. quod nō est in permutatione. ff. de re. per. l. 1. Sed vterque est quasi emptor & venditor. ff. de ædil. edi. sciendum. §. emptorem. Lau.

Est enim necesse, quod vtraque habeat separata, quorum permutatio hic separatim. Io. An.

l ¶ *Inhibitum.*] vnde videtur concessum. arg. 30. q. 4. qui spiritualem. & j. de spon. cum apud. ff. de procu. mutus. §. 1. De hoc dicitur 3. de transla. inter corporalia.

¶ *Glo. seq. tract. per q. an permutata vna, &c.*

m ¶ *Contractus.*] Duo enim erant contractus non se aliquo modo tangentes: tamen si vna villa commutaretur cum alia, ita quòd vtraque ecclesia esset accessoria ad villas, bene permutaretur cum vniuersitate. argum. j. de iure patro. ex litteris. c. cum seculum. ad instar fundi dotalis. ff. de fun. do. l. 1. C. eod. tit. l. 2. nec aliquid intelligitur esse pretium ecclesiæ sicut nec pretium peculij est, cū seruus venditur cum peculio. ff. de pecul. si ex duobus. §. vlt. & l. sequen. Laur.

Con-

CVm olim.] In prima parte narrat processum. In secunda diffinit: ibi, *Cum ergo*. Abbas Siculus.

Casvs. Magister S. archidiaconus, & B. præpositus adinuicẽ suas dignitates permutarant propria temeritate: orta fuit postmodum super ipsa permutatione quæstio inter eos, propter quod partes accesserunt ad dñm Papã, in cuius præsentia magister S. sponte fuit confessus de permutatione, sed B. præpositus eam inficiabatur omnino, dicens, ꝙ ipse præposituram suã sine aliqua conditione resignauit, & post resignationẽ prædicti magistri archidiaconatum fuerat assecutus: Papa auditis hinc & inde propositis, constitit ei, ꝙ dictus B. permutationi consensit, & prædictus magister publice fuit errorem suũ confessus, vnde vtrunq; sua dignitate per sententiã diffinitiuã priuauit. Not. ꝙ qui dignitates vel beneficia auctoritate propria commutant, illis dignitatib' & præbendis sunt priuandi. Item confessus in iure pro conuicto habetur. Item cum sponte confesso mitius agitur quàm cum conuicto, sed hoc forsitan fit propter contumaciam.

a ¶ *Confessus.*] Quæ cõfessio ei præiudicauit. ꝫ. de confes. c. 2. & 3. Sed aduersario non debet pÿdicari. ĵ. de adul. significasti. & 2. q. 5. interrogatum.

b ¶ *Consensum.*] Et sic fuit particeps simoniæ, vnde debuit priuari dignitate illa. ꝫ. eo. quæsitum.

¶ *Gl. seq. no. et soluit ꝫ. rum, ponit rationẽ quare beneficia nõ permutãtur.*

¶ Cap. vnicum vitam perpetuo solis.

¶ Abbas ita præbetur permutationi assensum.

¶ Cap. 2. ext. de præbendis. in 4. compilat. Et de indilecta. vnde Consrrauit, lib. 6. var. resolut. cap. 3.

CAP. VII.

CVm† olim magister S. & B. archidiaconatum & præposituram adinuicem commutassent: & infra. ¶ Licet prædictus magister ab initio sponte fuerit de permutatione confessus a, idem tamen B. eam inficiabatur omnino, proponens, quod ipse præpositurã sine conditione qualibet resignauit, & post resignationẽ prædicti magistri archidiaconatum fuerat assecutus: & infra. ¶ Cum ergo nobis constaret; quòd ipse B. suum præstiterit† permutationi consensum b, prædictus autem magister suum publice fateretur errorem: & hunc præpositura, & illum archidiaconatu curauimus spoliare: super hoc diffinitiuam c contra eos sententiam proferentes.

¶ Idem archiepiscopo & præposito sancti Andreæ Coloniens.

¶ *Si permutatio beneficiorum completa est ex vna parte, & per alteram stat quo minus impleatur, restituitur pars ad suum beneficium. & secundum hoc continet ius.*

CAP. VIII.

CVm † vniuersorum: & infra. ¶ Intelleximus G. canonico referente, quòd cũ ipse & L. clericus, de permutatione præbendarum suarum inter se tractare d cœpissent, quam vtilitati vtriusq; e imminere credebant, tandem idem L. præbenda eiusdem G. cuidam consanguineo suo assignata, præbendã suam ei, sicut promiserat, noluit resignare f: & infra. ¶ Cum igitur deceptis g & non decipiẽtibus iura subueniant, licet ipsi per se de iure non possent ecclesiastica beneficia permutare, vt tamen simplicitati h venia tribuatur† : Mãdamus, quatenus si constiterit prætaxatum G. taliter fuisse deceptum, amoto à præbenda sua consanguineo ipsius L. vel quolibet alio illicito detentore i, eam restitui faciatis eidem.

¶ Gregorius nonus Betoñ. † & Fungiñ. abbatibus.

¶ *Spiritnale cum temporali permutari non potest.*

c ¶ *Diffinitiuam.*] Ergo in ciuili causa aliquæ sunt partes iudicis in conficiendo, similiter & in criminali. 2. q. 1. nos in quemquam. nec obstat ff. ad l. Aquil. l. perinde. Nam nullæ sunt partes in cognoscendo, sed aliquæ sunt in pronũciando. Io. Sic ergo patet ex hoc c. & ꝫ. eod. quæsitum. ꝙ nulli possunt de iure sua auctoritate adinuicem sua beneficia permutare: vt ĵ. cap. proximo. Et alia potest esse ratio, quia non contrahit permutationem qui rem alienam tradidit. ff. eo. l. 1. §. vlt. Et arg. ad hoc. ff. de condi. cau. da. l. vlt. Sed beneficium non potest possideri tamquam proprietas, quia nullus dominium dr̃ habere sui beneficij, cum quasi vsurario clerici comparẽtur: sed ecclesia bene potest possideri ab alia ecclesia tamquam proprietas, vnde possunt bene adinuicem permutari. ꝫ. eod. ad quæstiones. Item permutatio vicina est emptioni. ff. eod. l. vlt. & quasi successit permutationi. ff. eod. l. 1. sed spiritualia emi vel vendi non possunt. ĵ. de simonia. querelã. & 1. q. 1. qui studet. Ber.

¶ Adde ꝑ hoc sentenrĩ & in bonis tamen in glo. in l. 1. C. de condictio.

CVm vniuersorum.] Dicit Ioannes And. ꝙ gratiam continet, & potest summari sm̃ eum in ea parte, quæ continet ius, hoc modo: Clerici per se sua beneficia nõ permutant. In prima parte ponitur narratio. In secunda gratiosa prouisio: ibi, *Cum igitur*. Abbas.

Casvs. G. canonicus Leodieñ. & L. clericus cœperũt inter se tractare de permutatione præbendarum suarum, quam permutationẽ credebant sibi expedire. G. canonicus præbendam suam isti L. resignauit: dictus L. contulit eam cuidam consanguineo suo, sed suam præbendam (sicut promisit) noluit resignare: & sic dictus G. spe sua frustratus remãsit, & super hoc corã Leodieñ. epõ fuit diutius litigatum: tandem dictus L. appellauit ad Papã, sed dictus G. ad sedem Apostolica accessit: dictus L. nec iuit nec misit: dictus G. prædicta exposuit dño Papæ: vnde super hoc scribit Papa quibusdam dicẽs: Cum igitur deceptis & non decipientibus iura subueniant, quamuis ipsi non possent de iure beneficia ecclesiastica permutare, vt tñ simplicitati venia tribuatur, mandat Papa, quatenus si constiterit prædictum G. taliter fuisse deceptum consanguineus illius L. ab ipsa remoueatur prebenda, & quilibet alius illicitus detẽtor, & eam restitui faciant dicto G. Not. hic duas regulas. ꝙ deceptis & non decipientibus iura subueniũt. Item fraus & dolus nemini debet patrocinari. Itẽ permutatio præbẽdarũ nõ põt fieri à possessoribus præbendarũ sine auctoritate superioris. Itẽ simplicitati parcendũ est.

d ¶ *Tractare.*] Quod nõ licet à possessore præbẽdæ vel dignitatis. ꝫ. de præben. maioribus. sed superior hoc facere potest. ꝫ. eod. quæsitũ. Ber.

e ¶ *Vtilitati vtriusque.*] Quia altera alteri magis vicina erat: vel alia cõueniens causa. sim. ꝫ. eo. ad qõnes. & 10. q. 2. hoc ius. §. sed & permutare. & ꝫ. eod. c. 1. T.

f ¶ *Resignare.*] Et sic decipit eum, vnde ei iura non subueniunt, vt infra dicitur.

g ¶ *Deceptis.*] Sic ꝫ. de rescrip. super litteris. ff. ad Velleia. l. 2. §. verba. C. eod. tit. si fine. quia stultis nõ çoluerũt succurri, sed errantibus. ff. de iur. & fac. ignorant. l. pe. §. si quis ius. & C. si minor se ma. dixe. si is. & ĵ. de dona. inter dilectos. Lau.

h ¶ *Simplicitati.*] Cui parcendum est supra de rescrip. super litteris. & in Auth. de instr. & fi. caute. §. hæc autem omnia. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. 2. ff. de eden. l. 1. §. vlt. & ff. de iurisd. om. iu. si quis id. §. doli. 86. distin. tanta nequitia. & supra de transla. inter corporalia. sed de iure debet vterque amittere suam præbendam. supra. e. prox. & cap. quæsitũ. Sed non est verum ꝙ alter renunciauerit. Videtur tñ ꝙ iste G. de iure possit repetere suã præbendam, tum quia contractus talis reprobatus est. ꝫ. de præbẽ. maioribus. & ꝫ. eod. quæsitum. ergo potest venire ꝫ. C. de agricol. & censit. quemadmodum. lib. 11. tum quia non fuit res secuta propter quam data est. C. eo. tit. rebus. Lau. sed T. dicit ꝙ non potest eam per se repetere a. arg. ꝫ. de renũciatio. quod in dubiis. Ber.

i ¶ *Detentore.*] Sic ꝫ. de concessione præbendæ, proposuit.

¶ Vide l. 1. ff. de do. & l. mor. ff. de suspect. tuto.

¶ De Betoñ. & Singeñ. abbatibus.

¶ Betoñ. & Simugieñ.

¶ De Betoñ & Simugieñ. abbatibus.

¶ De Betañ & Simugieñ.

CAP. IX.

EXhibita nobis abbatis & conuentus sancti Martini de Pannonia petitio cõtinebat, quòd cum super causa, quæ inter ipsos ex vna parte, & præpositum Albañ. † ex altera super quibusdã decimationibus vertebatur, ad C. † capellanum nostrum tunc in Hungaria commorantem, nostras litteras impetrassent: ipse ac magister M. in quos vtrinque tamquam in arbitros extitit cõpromissum k, arbitrati l fuerunt, quòd si di-

¶ Albeñ.

¶ Albaneñ.

¶ G.

EXhibita.] In prima ponitur facti narratio. In secunda diffinitionis commissio: ibi, *Quo circa*. Abbas Siculus.

Casvs. Inter abbatem & conuentum sancti Martini de Pannonia ex vna parte: & præpositum Albaneñ. ex altera, super quibusdam decimis quæstio vertebatur: causa super hoc commissa fuit cuidam capellano domini Papæ in Hungaria commoranti: tandẽ super quæstione illa compromissum fuit vtrinque in dictum capellanum & magistrum M. tamquam in arbitros: qui taliter arbitrati sunt, quòd si dictus præpositus obtinere posset à rege Hungariæ decem millia solidorum concedi monasterio prædicto, monachi cessarent à petitione decimarum: monachi dubitantes an forsan talis permutatio valeret, significauerunt hoc domino Papæ: vnde mandat Papa quibusdam, quatenus si constiterit de præmissis, tale arbitrium decernant irritum & inane, & quicquid secutum est ex eo, vel ob id, cum permutatio de spiritualibus ad temporalia sit inhibita. Not. ꝙ temporalia cum spiritualibus permutari non debent. Item si principale non tenet, nec accessorium, vel quod ex eo est secutum.

¶ Idẽ Inn. Host. Pet. & Abbas hunc pratæ causam dedit, ne alter ex suo dolo cõmodum reportaret. sed hodie ꝑ const. cit. si beneficia permutationis causa resignata conferantur, aliis ꝙ permutare volentibus, non tenet collatio: vt eo. tit. ne ob cessione. Io. And.

k ¶ *Compromissum.*] Et sic patet quòd de re spirituali potest in arbitros compromitti. sic ꝫ. de arbitr. cum olim. & cap. contingit. & cap. penult.

l ¶ *Arbitrati.*] Et male, prout sequitur.

a ¶ *Temporalia.*] Ergo temporalia cum spiritualibus cōmutari non possunt. ȷ̄. eod. ad quæstiones. quia nec vendi, nec redimi possunt. ȷ̄. de simo. querelam ᵉ. & ita non permutari: sed cum alio spirituali bene: vt in c. ad quæstiones. & ȷ̄. de transact. statuimus. sic & transactio nō valet, dūmodo spirituale detur ꝓ spūali. sic & permutatio, sed fructus decimarum bene possunt vēdi & locari. ȷ̄. ut. prox. c. a. sed ipsum ius nequaquam vt. Ber.

¶ *Glo. sequens notat, suggerit contrarium, & remouet: vltimo quæstionem soluit.*

b ¶ *Secutum.*] & sic patet, ꝙ arbitrium nullū fuit ipso iure: quia contra formam iuris prolatum fuit de re spirituali ad temporalem. sic ȷ̄. de confirm. vtili vel inutil. examinata. & sic si principale nō tenet, nec accessorium. ȷ̄. de electio. qualiter. ȷ̄. de foro cōpeten. si diligenti. etiam si iuramentum interuenisset: vt ibi. C. de legi. non dubium. & ȷ̄. de fide instru. inter dilectos. & 16. q. 7. & hoc diximus. Sic patet ꝙ temporale nō potest dari loco decimarum. arg. cōtra ȷ̄. de rebus eccle. non alienan. vt super. vbi vł quòd temporale possit dari pro decimis: sed ibi soluitur. Ex hac decr. ᵃ soluitur quæstio, quæ multum occurrit de facto: qñq; aliqui volunt certas possessiones tradere quo ad proprietatē vel vsumfructum ecclesiis, quibus tenentur soluere decimas possessionum suarum, vt sic aliæ possessiones liberæ remaneant ab exactione decimarum: patet quòd hoc fieri non potest: & hoc idem habuimus in antiqua cōpilatione de decimis, intelleximus. ꝗ nō debuit remoueri.

ctus præpositus obtineret decē millia solidorū † regalium à rege Hungariæ concedi monasterio memorato, ipsi ab earundē decimationum petitione cessarent: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis (cum permutatio de spiritualibus ad temporalia ᵃ improbetur) prædictum arbitrium, & quicquid secutum ᵇ est ex eo, vel ob id, irritum decernatis.

TITVLVS XX.

De feudis.

¶ Innocentius. iij. Marien. † episcopo.

¶ *Si dominus à vasallo recipit feudum in pignus, abstinendo ab eius seruitio, non tenetur computare fructus in sortem. hoc dicit secundum intellectum communem: & est casus singularis, qui alibi non legitur.*

CAP. I.

INsinuatione † præsentiū declaramus, ꝙ gageria ᶜ quam de feudo ecclesiæ tuæ ab M. dignosceris recepisse †, à te potest libere detineri †, fructibus non computatis in sortem: Ita videlicet, vt quamdiu fructus illos perceperis in sortem minime computandos, idem M. à seruitio, in quo tibi & ecclesiæ tuæ pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis ᵈ.

¶ Idem Mediolan. archiepiscopo.

¶ *Ponit tres casus, in quibus non obstante iuramento de non infeudando, potest episcopus antiquum feudum ad ecclesiam reuersum nouo vasallo concedere. Ab. h. d. Et est casus notabilis interpretans iuramentum de non alienando.*

CAP. II.

EX † parte tua nostro est Apostolatui reseratum, quòd sæpius dubitasti, vtrum cū contingit vasallū tuū decedere, & ad te feudum ᵉ ipsius redire, feudum eius alij liceat tibi dare, quamuis iuramento tenearis astrictus non infeudare de nouo, Romano Pontifice incōsulto? Ad hæc † si vasallum tuū feudum alienare ᶠ contingat, an ipsius filium vel consanguineum † eiusdem feudi consortē ᵍ, de ipso valeas inuestire ʰ? Alia quoque dubitatio continebat, vt cum feudum alienatum reperceris, quòd per te facile recuperare non potes: vtrum possis alicui laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudum per ecclesiā recognoscat: & infra. ¶ In primo ergo casu feudū decedētis, libere (si videris expedire) concedas: Atque in secundo filiū ⁱ vel consanguineū alienan-

DE FEVDIS.

¶ *Visum est supra de quibusdam contractibus, quibus rerum dominia transferuntur, sed quia per infeudationem transfertur vtile in vasallum, directo remanente apud dominum, & sic est species quædam alienationis, ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 22. q. vlt. de forma.

INsinuatione.] Primo ponitur dictum. Secundo limitatio: ibi, *Ita videlicet.* Abbas Siculus.

CASVS. Episcopus Marien. recepit in pignus quasdam possessiones ab M. pro quadam pecuniæ quantitate, quam mutuauit eidē: quas dictus M. ab ecclesia Marien. tenebat in feudum: quærebatur vtrum episcopus deberet cōputare fructus in sortem? Respondetur, ꝙ episcopus potest licite retinere gageriā prædictam fructibus non computatis in sortem, quamdiu sortem restituerit totam: ita tamen quòd quādiu fructus illos receperit non computandos in sortem, dictus M. à seruitio quo ecclesiæ illi pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis. Not. hic casum, in quo fructus non computantur in sortem, nec tamen committitur vsura. Itē fructus succedunt loco seruitij. Item proprietas fructuum siue possessio penes feudatarium est, & non penes dominum feudi.

c ¶ *Gageria.*] id est ³, pignus siue feudum, & est vulgare Theutonicorum.

¶ *Glo. seq. reddit rationem, & dat simile. deinde quærit & soluit.*

d ¶ *Immunis.*] In hoc casu permittitur ecclesiæ fructus non computari in sortem, vt res illa citius perueniat ad ecclesiam. simile ȷ̄. de vsur. c. 1. & c. conquestus. & in alio casu non computantur fructus in sortem, vt ȷ̄. eod. tit. de vsur. salubriter. Sed quid si vellet seruire ecclesiæ ad hoc vt computaret fructus in sortem? Dico ꝙ in hoc casu non est audiendus. Io.

EX parte.] Cōis diuisio. Secunda: ibi, *In primo.* Abbas Siculus.

CASVS. Archiepiscopus Mediolan. fecit tres quæstiones dño Papæ: vasallus ecclesiæ decessit, feudum quod ab ecclesia tenebatur, deuolutū est ad ipsum: quæsiuit, vtrum feudū illud liceat ei alij dare non obstante iuramento quo tenetur non infeudare de nouo, Romano Pontifice incōsulto. Secundo quæsiuit: ecce vasallus alienauit feudum, quod ab ecclesia tenebat, sine licentia domini, & sic amisit feudum: vtrum possit filiū illius vel consanguineū consortem eiusdem feudi inuestire de illo. Tertia quæstio est talis: Vasallus ecclesiæ alienauit feudum quod ab ecclesia tenebat, & iam non potest feudum illud de facili recuperare: quæsiuit, vtrum feudum illud possit alij laico dare in feudum, qui illud recuperet, & ab ecclesia recognoscat: Ad quamlibet quæstionem respondet, quòd licite feudum illud concedi potest. Not. ꝙ iuramentum de non infeudando de nouo, non extenditur ad feuda antiqua, sed ad illa tantum, quæ nunquam fuerunt infeudata, & ab ecclesia possessa. Item si vasallus feudum alienat sine licentia domini, debet illud amittere. Item valet donatio illius rei quam consequi nō possumus.

e ¶ *Feudum.*] Feudum alienari non potest, sed dari potest in dotē vsq; ad vitam feudatarij. ȷ̄. de donatione inter virū & vxorem, nuper ⁴. Ioan.

f ¶ *Alienare.*] Si vasallus alienat totum feudum, vel maiorem partem, perdit feudum: & dominus à quolibet possessore potest illud reuocare: si vero minorem partem eiusdem dat in libello, vel obligat pignori, dummodo remaneat in seruitio domini, propter hoc non perdit feudum ⁵ vt in libro feu. quibus modis feudum amittitur. §. 2. & 3. Tancre.

g ¶ *Consortem.*] quasi iure accrescendi. ff. de vsufruct. accrescendo. per totum titulum. & in lib. feu. quib. mo. feu. amitta. §. præterea.

¶ *Glo. seq. aperit quod fuerat dubium.*

h ¶ *Inuestire.*] Videbatur quòd non, quasi delictum alienantis feudum sine licentia domini respiceret huiusmodi consortem, vel filium. Vel illud mouebat quæstionem, quia videbatur sufficere, vt haberet iure successionis, nec esset necesse eū inuestire. Ioan. G. & Tan. dixerunt, quòd qui alienat feudum dño inconsulto, ius feudi perdit, & consanguineus non habet ius in illo, vt in lib. feu. si clientulus, & in constitutione Friderici. imperialem. §. igitur habito cū filio. & cū episcopus qui sacramento tenetur non alienare bona ecclesiæ de nouo sine licentia domini Papæ, dare potest tali consorti feudum illud, nō obstante sacramento præstito: quia aliud est alienare de nouo, & aliud antiquum concedere. arg. ȷ̄. de Iudæis, cum sit. & ff. de noui operis nuncia. l. 1. §. opus nouum. ȷ̄. de dona. per totas. 2. q. 1. Achatius. & 12. distin. præceptis. Tan.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem. arg. pro, & contra. Secundo ponit tres casus, quibus vasallus feudum perdit, & reuertitur ad dominum, & quartum in quo perdit, sed ad dominum nōn reuertitur.*

i ¶ *Filium.*] Vł quòd ob delictum patris non debeat filius ⁶ feudū amittere.

¹ Concor. ext. in 1. com. & ibi no. Bar. C. de iac. sanctis.

² Saltem legitur in 2. codicibus manuscriptis: in vno solo habetur, solidorum. In alio, solidorum ad dicitur in vno vetustissimo hæc expositio: genus est monetæ, vel mensuræ in hac idem annotat hic Hostiensis. si legas solidorum vide Couarruuiā tract. de numismat. c. 3. §. 2.

³ Marieñ.

⁴ Cap. 1. eo. tit. in 1. compilat. Et de intellectu vide Couarruuiam lib. 1. varia. resol. c. 1. & de materia tituli plene Iulius Clarus tract. de feudo.

⁵ acceptisse

⁶ retineri

ᵃ Et ex can. 16 q. 7. omnino. & de hoc per A. Bitun. in q. cum quis ecclesiæ dominicalia 45. vbi tenet ꝙ temporale possit loco decimæ, saltem licet vsque pro decima permutata, contra Hostiensem.

ᵇ Gageria quid significet, docet hic plene Hostiensis.

¹ Cap. 2. eo. tit. in 1. compilat. Et de materia vide late per Iul. Clarum in d. tract. de feudo.

² aliás Ad hæc.

³ In codice Barbarico vel consortem eiusdem feudi de ipso. &c.

⁴ Concor. 1. temporalem. & ibi Bal. §. 1. de prohi. feu. ali. per Fed. col. 10.

⁵ Hoc videtur contra dictum: quia & si parum vendas sine assensu domini, feudum amittitur. in lib. feu. de prohibita feu. alie. p Fri. imperialē §. hoc ad descendi Ho. sed glo. ibi, & communiter doctores legū contra. ꝙ si partem vendidit, illā solā perdat. Ioan. And.

⁶ De hoc articulo vide quæ late scripsit dixi lib. 3. comment. in Prolector. inquisitionum. Schol. 134. vbi clarius, qui de hoc differunt.

amittere.arg.ff.de in ius vocan.ad optimū.in fi.ff. de decurio.l.2. §.nullum.& ff.de bonis damna.cum ratio naturalis. 1.respon.§.si plures & arg.ff.de bonis libertorum.quæritur.pro & contra.& C. de quæst.diuo.ff.de iure patro.l.iura. Arg.contra.ff.eo. tit.l.q.ↄtra legem. Ioan. De hoc scire debes, quòd si vasallus infra annum & diem inuestituram feudi ab hæredibus domini non quæsierit, vel domino petente iuramentum fidelitatis, tertio cō monitus nō præstiterit, vel aliquam feloniam ꝯ tenorem iuramēti fidelitatis fecerit, perdit feudum, & reuertitur ad dominum. Si vero aliquid graue ꝯ dominum perpetrauerit, puta fratrem eius vel patrem interfecerit, vel aliud graue, si feudum est paternum, amittit illud: & non ad dominū, sed ad cōfeudatarios suos pertinet, vt in libro feudorum: quibus mod. feud. amit. §. vlt. sed ad filios illius nō pertinet. Tan.

tis inuestiens: in tertio feudum alienatum poteris ei licenter concedere, per quem ipsa ecclesia valeat rehabere.

TITVLVS XXI.

De pignoribus & alijs cautionibus.

¶ Ex concilio Remensi.

¶ Res ecclesiæ pignorari non debēt, nisi ex necessitate, & rationabili causa.

CAP. I.

NVllus presbyter præsumat calicē vel patenam, vel vestimentum sacerdotale, aut librū[a] ecclesiasticum tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico, vel fœminæ in vadium dare: nisi iustissima necessitate[b] vrgente.

¶ Gregorius iij. Exoniensi episcopo.

¶ Liber homo non potest pignorari.

CAP. II.

LAtor præsentium: & infra. ¶ Lex[c] habet, vt homo liber pro debito non teneatur: & si res defuerint, quæ possint pro debito addici[d].

¶ Alexander iij. episcopo Exoniensi.

¶ Si rector ecclesiæ pro facto proprio

DE PIGNORIBVS & alijs cautionibus.

¶ Visum est s. de quibusdam speciebus alienationis; Videndum restat de obligationibus realibus, ideo subijcitur rubrica de pignoribus. Abb. Siculus.

De hac materia tractatur 12.q.3.& q.4.per totum. & j. in rubrica de solutionibus.

NVllus.] Vasa ecclesiæ, & alia deputata ad cultum diuinum, nisi ex iustissima necessitate pignorari nō debent. hoc dicit. Abbas. Et primo ponitur dictum: Secundo exceptio: ibi, *Nisi*. secundum Floren.

CASVS. Dicitur in hoc capitulo, ꝙ nulli presbytero licet ornamēta ecclesiastica laicis impignorare, nisi in summa necessitate. Nota ꝙ ornamenta ecclesiæ impignorari laicis nō possunt, nisi iustissima necessitate vrgente.

¶ Glo. seq. ratio. per obiect. cui dupliciter respondet.

a ¶ *Librum.*] Non prohibet obligari quasi sacrum: quia nō benedicuntur libri: sed ideo, quia ex quo fuerunt in sacro vsu, ad manus laicorum venire nō debent. de ↄse.dist. 1. ligna. altaris palla. vestimenta. in sancta. Vel eodem modo prohibentur obligari liber vel calix, sicut prohibētur aliæ res ecclesiæ, nisi in casibus necessitatis. s. de reb. eccl. alie. vel non. nulli. vt hic patet. T.

¶ Glo. seq. querit, & soluit signat contrarium, & respondet.

b ¶ *Necessitate.*] Quæ erit illa necessitas, puta si parochiani illius ecclesiæ caperent. 12.q.2. sicut omnino. & ꝓ pauperibus alēdis & consimilibus. 12.q.2. aurum habet. Et causa captiuitatis pignori dari possunt: vt in Auth. de non alie. rebus eccl. §. his autē pœnis. coll. 2. Sed ꝯ videtur C. quæ res pig. ob. pos. l. 3. & ff. eo. tit. l. 1. §. eū rem. & ff. de pigno. sed & quod. §. quod emptionem. à cōtrario sensu, sed canones præualent. G.

LAtor.] Liber homo pro debito detineri non debet, etiam si non habeat vnde satisfaciat. hoc dicit. Abbas.

CASVS. Dicitur quòd homo liber capi vel detineri non debet, scilicet pro debito, etiam si res defuerint. Nota ꝙ homo liber pro debito capi vel detineri non debet. quod verum est si bonis cedere voluerit: vt C. qui bonis cede. pos. l. 1.

¶ Glo. seq. alle. concor. & excipit tres casus.

c ¶ *Lex.*] C. de act. & oblig. obæs. & C. q̄ res pig. ob. pos. l. filios. ff. de leg. 1. senatus. §. vlti. in Auth. vt nulli iudi. §. quia vero. coll. 9. Nisi in casibus, vt qui ab hostibus detinentur. C. de cap. & post. re. l. ab hostibus. & l. vlt. Pater enim pōt filium obligare quandoque, quoniam & vendere potest in maxima necessitate. C. de patribus qui fil. distraxe. l. 2. Item ex cōsensu libera persona obligari potest, scilicet in obsidagio, vt s. de iureiur. ex rescripto. aliàs ordinarium est vt qui bonis cedit, liber vadat quo vult. C. qui bo. cede. pos. l. 1. & j. de solu. Odoard. Ala.

d ¶ *Addici.*] id est, adiudicari. quod verum est si bonis cedat, aliàs in carcerē detrudatur. C. qui bo. ce. pos. l. 1. t. rū.

rem ecclesiæ obligauit, cogitur eius hæres rē redimere, & ecclesiæ restituere.

CAP. III.

EX præsentium clericis insinuatiōe accepimus, quòd sacerdos ecclesiæ de Offitona, calicem argenteum, & medietatem vnius breuiarij eiusdem ecclesiæ, pro sua necessitate[e] pignori obligauit: & ea, morte præuentus minime recollegit. ¶ Vnde quoniam indignum est, vt eidem ecclesiæ res suæ, præsertim quæ sacris ministerijs deputatæ sunt, taliter debeant deperire: Mandamus, quatenus si verum est quod asseritur, filium[f] eius qui ex successione[g] ipsius patrimonij ius dicitur obtinere, moneas & compellas, vt ea recolligat, & restituat ecclesiæ memoratæ.

¶ Innocentius tertius G. subdiacono nostro, & P. canonico Pisano.

¶ Si vsurarius emit rem eo pacto, quòd post tempus restituat eam venditori, recipiendo aliquid vltra sortem, fructibus tamen in ea computatis, iudicatur contractus fœneratitius.

CAP. IIII.

ILlo vos credimus scientiæ dono vigere: & infra. ¶ Sane intimastis nobis, quòd causam quæ vertitur inter H. & B. filios G. de Cosa ex vna parte, & G. filiam T. & hæredes ipsius ex altera, super quibusdam terris præfatis personis pro vi-

EX *præsentium.*] Primo narrat factū. Secundo dat iudices: ibi, *Vnde.* Abbas.

CASVS. Sacerdos ecclesiæ de Offitona pro sua propria necessitate, obligauit calicē argenteū, & medietatē vnius breuiarij eiusdē ecclesiæ. & morte præuētus, ea non recuperauit: filius illius defuncti requisitus per successorē, vt res quas pater obligauerat, recolligeret, facere noluit: vnde sacerdos conquestus est dño Papæ: vnde mādat epo Exon. quatenus, si verū est quod asseritur, filiū illius qui successit eidē compellat, vt res prædictas recolligat, & ecclesiæ restituat supradictæ, quia indignum est vt res eius debeāt deperire. Nota, ꝙ prælatus nō potest obligare bona ecclesiæ pro suo facto ꝓprio: quod si fecerit, hæredes illius possunt conueniri. Item bona illius tacite sunt obligata ecclesiæ pro facto rectoris. Itē filius hæres conuenitur ex cōtractu defuncti.

¶ Glo. seq. obijcit, & tripliciter soluit.

e ¶ *Necessitate.*] Si pro sua necessitate obligauit, nō tenuit obligatio. arg. C. si res alie. pig. da. fue. curator. & C. quæ res pig. oblig. possunt. qui filios. qoia non obligantur nisi quæ quis de rebus suis obnoxia facit. Quare ergo præcipitur ꝙ hæres luat, cum ecclesia libere à creditore possit repetere. 10.q.2. hoc ius. §. qui vero res. s. de reb. eccl. alien. vel non. si quis presbyterorum? Forte de facto: quia nisi recolligerentur, ecclesia rehabere non posset. Vel voluit hic Papa creditori prospicere: quia aliter ab hærede presbyteri suum debitū consequi non potuit. vel est in optione ecclesiæ, vtrum velit alienantem vel recipientem conuenire. 12.q.2. si qua de rebus. & c. si quis qualibet. Ala. & C. si tu. vel cura. l. etiá. & l. vlt. ad instar minoris: vt ibi dicitur. Bernardus.

ADDITIO. Et dic pro sua necessitate patrimoniali, non ꝑsonali.

f ¶ *Filium.*] de matrimonio natum ante clericatum.

g ¶ *Ex successione.*] Ex facto defuncti conueniuntur hæredes. C. de euict. l. si parentes. & 55.q.2. eps qui filios. & quia pater eius tutor ecclesiæ fuit, hæres tenetur insolidum. C. de hæred. tuto. l. vlt. R.

ILlo vos.] Communis diuisio. Secunda: ibi, *Respondemus.* Abbas.

CASVS. Henricus & B. eius frater, filij G. de Cosa, receperunt viginti tres libras mutuo à quadā muliere G. nomine filia Theobaldi, & ab hæredibus suis: pro qua pecunia obligauerunt ei quasdam terras: sed cum dicta mulier terras illas restituere nollet, impetrauerunt litteras cōtra ipsam ad quosdam iudices, coram quibus petebāt terras illas sibi restitui: Ex aduerso ꝓdebatur ex parte mulieris, ꝙ terras illas non tenebatur restituere, cum pignori obligatæ non essent: sed venditæ: secundū quod in instrumento inde confecto continebatur: prædictus H. pro se & fratre suo dicebat terras illas non esse venditas, sed pignori obligatas: quia in instrumento vendi-

¹ Alios casus commouet hic Hostiensis, quos vide. ¹ Cap. 1. eo. tit. in 1. compil. Et post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 49. c. 12. ¹ Offes. ¹ Offic. ¹ Canonicis Pisanis. ¹ Cap. 1. eo tit. in 3. compil. Et de intellectu vide Couarruuiā lib. 3. variar. resolut. cap. 9. ¹ Chosa.

venditionis talis erat adiecta conditio, vt si à tempore contractus vsq; ad duos proximos annos præfato T. patri ipsius mulieris emptio displiceret, G. pater H. ab inde vsq; ad vnū annum solueret viginti tres libras fructibus perceptis cōputatis. Iudices dubitauerūt vtrum pura & absoluta esset venditio, an ꝯtractus pignoratitius iudicari deberet: consultus Papa rñdet, q qualiscū que fuerit intētio ꝯhentium, & ex forma ꝯtus non appareat venditio cōditionalis, sed pura: quamuis per conditionem possit resolui, tñ ex duobus quæ in instrumento cōtinētur, videlicet, q fructus percepti in soluēda pecunia debeant computari, & q vltra sortē tres libræ debeant persolui, ꝯ ipsum emptorem præsumitur vehementer, maxime cū ipse cōsueuerit exercere vsuras. Nota, q cū dubitat de intētiōe ꝯhētiū, formæ ꝯtus standū est. Itē cū aliquid vltra sortē pcipit, vsura psumitur. Itē ꝯ eū præsumitur q sit vsurarius, qui vsuras recipere ꝯsueuit.

ginti trib⁹ libris pignori obligatis a, vobis duximus cōmittendam: & infra. ¶ Ex parte prædictæ G. & hæredum b eius fuit propositum terras, quas ijdem H. & B. repetebant ab eis non esse pignori obligatas, sed pure venditas: sicut in instrumento confecto exinde continebatur†. Præfatus vero H. pro se ac fratre suo firmiter asserebat, terras non esse pure venditas, sed pignori obligatas: cum venditioni prædictæ talis fuerit adiecta conditio: vt si à tempore cōtractus vsq; ad duos proximos annos c præfato T. emptio displiceret d, G. pater H. abinde vsque ad annum, viginti sex libras (perceptis fructibus computatis in ipsis) dare deberet. ¶ Verum quia ambigitis, vtrū pura e sit & absoluta venditio: an præfatus contractus pignus f debeat iudicari: Respōdemus, quòd qualiscunque fuerit intentio contrahentium, & ex forma g contractus venditio non appareat conditionalis, sed pura: quamuis per conditionem h possit resolui: ex duobus tamen quæ in pacto fuerunt expressa, videlicet, quòd fructus percepti i deberent in soluenda pecunia numerari: & quòd vltra summam k receptam sexaginta † solidi deberent persolui, contra ipsum emptorem præsumitur l vehementer: præsertim cum vsuras consueuerit m exercere.

† Vide l. quod si no lite in fin. ff. de ædil. edi.

a ¶ Obligatis.] Eo considerato q inter ꝯhētes agebat. ff. de verb. obli. cum qui. quia nō quod scriptū est, sed quod gestum est, inspicitur. C. plus valere quod agi. q̄ qd simu. ꝯci. l. 2. & 3. & l. qui fil. sint legi. p tuas.

b ¶ Hæredum.] id est, filiorū eius: q̄a non dr̄ hæreditas viuentis, sed defuncti. ff. de hære. vel ac. ven. l. 1.

¶ Glo. seq. recitatur per quæstionem.

c ¶ Proximos annos.] Cū ꝯtus sub hac forma celebrat, vt liceat emptori à ꝯtu discedere, si emptio displiceat sibi; tunc vsq; ad sexaginta dies potest emptor a ꝯtractu discedere, nō vltra, nisi hoc dictū sit, q quandocunque velit, possit recedere à contractu 1. ff. de ædil. edic. quòd si nolit. §. vlti.

† quadraginta.

1 Vel aliud tempus determinatū fit in ꝯtractu. vide q̄d dicam ī de do. p tuas. sup 4 glos. Iam. L. An.

d ¶ Displiceret.] ff. de rescin. ven. si couenerit.

e ¶ Pura.] id est, certis verbis, scilicet, vt à verbis nō recedat. Lau.

f ¶ Pignus.] scilicet mente contrahentium considerata. Lau.

g ¶ Ex forma.] Forma tñ inspicienda non est, ex quo ꝯstat de ꝯtu. C. plus valere quod agi. l. 1. & 2. Si autem dubium esset, standum esset scripturæ. ff. de exer. act. l. 1. §. si is qui in nauem.

h ¶ Per conditionem.] C. de ædil. edic. si prædium. ff. de contrahen. emptio. l. 3. 2 ff. de leg. com. l. 1. ff. de in diem addic. l. 2.

2 Non est emptio cōditionalis hic facta vt si displicuisset sit imēpta, sed resoluit sub cōditione. Ioan. And.

¶ Glo. seq. obijcit, & soluit.

i ¶ Percepti.] Hoc vr̄ potius facere pro ipso, q ꝯtus vsurarius nō fuisset: sed hoc fuit ꝯ naturam pacti: quia si aliquis rem vendit eo pacto, q quandocunq; pretium restituerit, rē ipsam recipiat, emptor lucratur fructus perceptos, quousq; pecuniā recipiat. C. de pact. inter emp. & ven. si fundum. Et ideo præsumptio erat ꝯ istum. sed dic q non fuit vēditio, sed pignus: quia in pignore cōputātur fructus, sed in venditione non computantur: vt ī. de rebus eccl. alie. vel non. ad nostram. & in legibus prædictis: quia iste creditor vsurarius erat.

k ¶ Summā.] sunt expresse vsurarium. 14. q. 3. plerique. & c. putant.

¶ Glo. seq. obijcit, & soluit.

l ¶ Præsumitur.] sed vr̄ q hoc nō debeat obstare emptori, q aliqd vltra recipiat, ex quo fructus pceptos cōputat in pecunia recipiēda: nā percipiēdo, fructus suos facit. ff. de in diē addic. l. 2. Rñdeo verū est, sed tamē tenetur eos restituere. ff. de in diem addi. item quod dictum est. & hoc verum est, quando alius emptor meliorem conditionem attulerit. Io.

m ¶ Consueuerit.] Ita ex qualitate personæ præsumitur talis contractus in fraudem vsurarum factus. Idem potest dici in ꝯtu vbi pœna apponitur, quæ excedit legitimum modum vsurarum. ff. de actio. empt. Iulianus. §. idem & C. de vsur. cum allegas. Et est simile vbi præsumitur ꝯ aliquem ex eo quod facere consueuit: vt ff. de pigno. act. l. vel vniuersorum. ff. de vsur. qui semisses. §. 1. & ff. ad Macedo. item. §. quod dicitur. ff. de leg. 3. nummis indistincte. Io.

¶ Idem episcopo Aquinati.

¶ Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.

CAP. V.

EX † litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd causam quæ vertitur inter R. & A. mulierem tibi duximus committendā: & infra. ¶ Si quidem probatum est, quòd pro facinore à marito prædictæ mulieris commisso, eo fugam petente, tam † frater mariti, præfatus videlicet R. quàm ipsa mulier (licet minus iuste †) à regio iustitiario capti fuerint, & de ipsius mandato bonorum omnium delinquentis facta distractio, & soluta pecunia mercatori, qui à marito mulieris vulneratus fuerat, & rebus proprijs spoliatus: sed quædam possessiones illius penes eundem R. remanserant †: quas idem de mandato curiæ retinuit, soluta pro eis pecunia prædicto mercatori: quia emptor alius propter possessionum minutias n † non extabat: pars vero mulieris æstimationem dotis instantius petebat sibi restitui; vel in possessiones, quæ mariti fuerant †, ex officio delegationis induci: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si tibi constiterit ex his quæ in præsentia tua fuere proposita & probata, quod mulier dicit viro dedisse o in dotem: & prædictum R. de bonis fratris aliqua possidere: cum mulieribus fauor p

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compi.

EX litteris] Primo ponitur consultatio. Secundo respōsio: ibi, Mandamus. Abbas Siculus.

CASVS. Quidā spoliauit quendā mercatorē, & etiam vulnerauit grauiter, & sic aufugit de terra: Iustitiarius regis cepit fratrem & vxorem illius malefactoris: & de mandato ipsius omnia bona illius distracta fuerunt: & pecunia soluta fuit mercatori, q spoliatus fuerat & vulneratus à marito illius mulieris: sed quædam possessiones minutæ remāserant, quas frater illius malefactoris retinuit de mandato iustitiarij: q̄a emptor alius non inueniebatur: vnde cum mulier illa dote sua pp maleficium viri fuerit spoliata, impetrauit litteras ad iudicem ꝯ fratrē mariti sui, qui quædam bona mariti possidebat, coram quo petebat dotem suā sibi restitui, vel saltē mitti in possessionē bonorū mariti, q̄ ille possidebat: ipse rñdebat, q bona illa retinuerit de mādato iustitiarij, soluta pro eis pecunia mercatori, prout superi⁹ est narratum: & hæc omnia probauit coram iudice: dubitabat iudex quid iuris esset? & Papa ꝯsult⁹ rñdet, q si constiterit ei ex his quæ in præsentia sua proposita sunt & pbata, q si mulier tñ dedisset viro suo in dotem, quātum ipsa petit, condemnet fratrem sui mariti eidem, ad restitutionem dotis in tñ quantum de bonis mariti noscitur possidere: quia mulieribus fauor multus debetur in dotibus recuperādis, & iure ciuili cauetur, q propter maleficium viri, mulier remanere non debeat indotata; & quia bona mariti obligata sunt pro dote sua, & ad quēlibet transeunt cum suo onere. Nota q fauor multus debetur mulieribus in dotibus suis recuperandis. Item propter maleficium viri vxor dotē suam non debet amittere. Item bona mariti tacite sunt obligata vxori pro dote sua. Item res transit cum onere suo ad quemlibet possessorem.

† Et an ob delictū mariti possit dos publicari, vide Alberto. tuæ. de Rac. pat. 1. q. 6. & q̄ dixi l. 1. 1. in Directo. Inquisitor. Schol. 150.

† Alias tunc tam frater mariti præfati, videlicet, R. &c.

† Vide l. 1. & quasi p totū. C. ne vxor p ma. qd facit in casu l. sacre. C. qui. mo. pi. ra. obliga.

† remanserunt

† In multis vetustis hic legitur, iniusticia tam, quā vocem sensus non admittat.

† fuerunt

n ¶ Minutias.] & est simile, quia exactio & solutio partium nō minima incommoda habet, vt ff. fam. ercis. plane. Ber.

o ¶ Viro dedisse.] De duobus constare debet, quanta scilicet fuerit dos, quia aliàs non potest fieri restitutio ipsius, & q ille R. aliqua possideret de bonis mariti illius mulieris, vt eatenus cōdemnetur.

¶ Glo. seq. recit. per q. quibus creditoribus mulier præfertur.

sed si postea perueniat ad pinguiorem fortunam (vt hic dicitur) sol uere debet. ff. de cessio. bo. l. is qui. sed non in totū nisi in quantū facere potest, vt dicitur in illa l. is qui. habita rōne ne egeat: sed non est fraudandus alimentis cotidianis. ff. eod. qui bonis. Insti. de act. §. vlt. & ff. de reg. iur. in condemnatione. Sed ꝯ videtur s. de fideiuss. peruenit. vbi de redditibus ecclesiæ satisfit creditoribus: quare nō hic eo modo? Forte quia periuri erant: ideo redditus assignantur creditoribus: dignum est enim, vt mala meriti egestate laborent. ff. de posit. bona fides. & 86. distin. non satis. vel hic non fuit actum ad hoc. 86. dist. non satis. ante medium.

De materia hui⁹ decretalis vi de latè per Archidiaconum. Pontanum & alios in § is quoque. Insti. quib. mod. re co. oblig.

I si qui.] Primo ponitur dictum. Secundo exceptio. secunda: ibi. Nisi. Abbas Siculus.

Casvs. Aliquis credēs se teneri alicui creditori, soluit ei pecuniam: videns postea, q non tenebatur, quia plane satisfecerat ei, repetebat pecuniā indebite solutam: quæritur qui debeat probare q indebita fuerit illa pecunia: Rūdet, q ille qui dicit q indebite sit soluta, debet hoc probare, nisi ille negaret solutionem sibi factam: tunc si ei probetur solutionē factam, ipse qui conuenitur debet probare q pecuniam debitam recepisset. Nota, q qui repetit indebitum solutum, illud debet probare. Item qui negat solutionem sibi factam, si de hoc cōueniatur, in eum transfertur onus probandi, q debitam pecuniam recepit.

Lib. 11. Indict. 7. epistola 7. Ad childebertum patricium Gallorum. sed Raymundus posuit solum partem.

¶ Idem.

¶ *Conquerens se indebite soluisse, hoc probare debet, nisi in casu hic posito.*

CAP. IIII.

IS †, qui conqueritur indebitam a pecuniam se soluisse, probare tenetur b quòd indebite sit soluta: Nisi eius aduersarius solutionem inficians, exinde conuincatur c: tunc enim diffitenti onus incumbit probandi d, quod debitum recepisset.

TITVLVS XXIIII.

De donationibus.

¶ Gregorius † A. Patricio Gallorum.

¶ *Potest intelligi duobus modis, & secundum primum intellectum hoc dicit: Liberalis in donando existimat se debere quod donat. Vel sic secundum alium intellectum: Promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere tenentur.*

CAP. I.

PRudentes a † : & infra. ¶ Hāc sibi quodāmodo nobilitas legem imponit †, vt debere f se quod sponte tribuit, existimet †: Et nisi in beneficiis suis creuerit g, nihil † se præstitisse putet.

¶ Alexander tertius Parisien. episcopo.

¶ *Non valet donatio, quam facit prælatus inconsulto capitulo, & in damnum ecclesiæ.*

CAP. II.

FRaternitatē † tuam credimus non latere, quòd cum episcopus & quilibet prælatus ecclesiasticarum rerum sit pro-

¶ *Glo. seq. distinguit quadruplex indebitum.*

a ¶ *Indebitam.*] Nota, q indebitum aliud dī iure ciuili tm̄: & aliud iure naturali tm̄: aliud iure naturali & ciuili. Qui soluit indebitum iure ciuili tantum, p ignorantiam facti, repetere potest illud, quale est id qd potest retineri per l. Fal. C. de iur. & fac. ign. cum quis. & C. ad l. Fal. error. quia credebat se plus habere in hæreditate quàm haberet: sed si p ignorantiam iuris, non repetit: vt in legibus prædict. fallit cum psona facit locum repetitioni. ff. ad Vellei. l. quis. §. interdum. & de condict. indebit. l. interdum. C. si aduersus ven. l. fin. Indebitum iure naturali tm̄, vt est illud quo per chirographum obligamur spe futuræ numerationis, qui tale indebitum soluit, repetit: vt hic, & 1. q. 4. c. turbatur. §. notandum. vbi de hoc. & ff. de prob. cum de indebito. 1. rñ. vnde sumpta fuit hæc decre. & ff. de condi. indeb. indebita. & ff. de consti. pec. q si maritus. §. 1. & Insti. quib. mod. re ꝯ. ob. §. is quoq;. Et hoc verum est ante biēnium, non post: quia tunc etiam posset peti cum effectu: vt Insti. de literarum ob. in fin. C. de non nume. pec. l. 1. §. in ꝯtrib⁹. in princ. Solutum vero indebitum vtroq; iure, quacunq; ignorantia repetitur: vt C. de cond. indeb. l. 1. Quod dictum est hic, & in præcedenti mēbro, fallit in casibus quos habemus Instit. de oblig. quæ ex ꝯ. na. §. ex quibusdam. & in tex. & in gloss. ibi signata. Si sciens se non debere soluit, non repetit, quia donare vr. ff. de condi. indeb. l. 1. & ff. de reg. iur. cuius p errorem. Aliud vero dr̄ indebitum p exceptionem, sed debitum iure naturali, siue ciuili, siue vtroque. hęc exceptio, aut est tpalis, aut perpetua: si est tpalis, cessat repetitio. ff. de cond. indeb. quod in diem. & l. nam & si maritus. & l. nam si cum moritur. Si vero exceptio ppetua est, distinguitur. aut est fauorabilis, aut odiosa. Si est fauorabilis, p errorem solutum repetitur. C. ad Vellei. quis. & ff. de condi. indeb. qui exceptionem. Si est odiosa, vt Macedoniani, quæ datur in odium creditoris, solutum non repetitur, siue ignorantia iuris, vel facti. ff. de cond. indeb. qui exceptionem. & l. si is qui. Aliud est indebitum ad iuris rigorem seruandū. hoc sciens si soluit, non repetit. ff. de condi. indeb. iudex. & l. Iulianus. quia sniā de iure ciuili est, ideo ea quæ iuris naturalis sunt tollere non potest: quare si soluat, non repetit, vt l. Iulianus. Si vero incertum sit an exceptio sit tpalis, an perpetua: procedatur, ac si esset perpetua, ff. de cond. indeb. sufficit. Ciuilis tm̄ dicitur obligatio qn̄ spe futuræ numerationis me chirographo obligaui. Instit. de literarum ob. i prin. Naturalis tm̄, quæ re ipsa tollitur, vt ipsa numeratione pecuniæ: & iusto pacto & iuramēto tollitur, sicut & numeratione pecuniæ. ff. de sol. Stichum. §. naturalis. Ber.

De indebito eiusque materia accurata disputatio.

b ¶ *Probare tenetur.*] quia præsumitur eum debitum soluisse, nisi probet ꝯtrium: quia non est verisimile q aliquis diligens, pecuniam suam iactet. ff. de probat. cum de indebito. 1. respon. Et hoc intelligo de eo qui maior est vigintiquinq; ann. secus in priuilegiatis personis, vt sunt pupillus, siue minor, mulier, miles, agricultor, & simplicitate gaudēs. illæ enim personæ non tenentur probare pecuniam indebitā, sed illa qui recepit, debet probare pecuniam debitam fuisse. ff. de probat. cum de indebito. §. sin autem.

Cap. 2. eo. tit. in 1. compil.

c ¶ *Conuincatur.*] legitimis probationibus: vt ff. de probat. cum de indebito. §. sinautē. in princ.

† ponit

† existimet

† non

d ¶ *Probandi.*] Nota q onus probandi reo incumbit propter delictū inficiationis 1. sic etiā actio legis Aquiliæ ꝑpter inficiationem crescit in duplum. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. hæc actio. & alibi punitur inficiator. C. de non nume. pecu. Authen. contra qui propriam. & in Authen. de tri. & semis. § illud quoque. coll. 3. Item cū est præsumptio contra reum, transfertur probatio in ipsum. C. de proba. siue possidetis. De hac materia dictum est s. vt ecclesiastica beneficia, vt nostrum.

1 Côstit. l. eius qui. ff. de iureiur. & Authen. contra qui propriā. C. de non nu. pecu.

† Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat.

DE DONATIONIBVS.

¶ *Supra visum est de contractibus non gratuitis, restabat videre de gratuitis: ideo merito subijcitur hæc rubrica de donationibus. Abbas.*

De hac materia habetur 86. distin. non satis. & in aliis cap. ibidem. 16 q. 3 placuit. & q. 6. illud. & q. 1. possessiones. 12. q. 2. ecclesiasticus & qui bona & cap. religiosam.

Prudentes.] Duo sunt dicta, quæ patent. Secundū: ibi, Et nisi. Abbas.

Casvs. Si nobilis homo sponte donet aliquid alicui, æstimare debet se ad hoc teneri, & hanc legem sibi debet imponere, vt nisi amplius fecerit, & creuerit in beneficio, nil se credat fecisse. Nota q si aliquis nobilis tribuit, tamq debitū peti potest. Item parum est dare, nisi datum augeatur. Item apud mentes nobilium semiplenū donum vr̄, quod sine adiectione relinquitur.

a ¶ *Prudentes.*] pone 2 casum in hoc cap. per decre. quam habes j. de consec. eccle. vel alta. cum sicut.

a. Hæc glossa nō est Bernardi, nec est in vetustis lib.

f ¶ *Vt debere.*] vnde dixit Dn̄s: Beatius est dare quàm accipere. 16. q. 1. prædicator. & j. de celeb. miss. cum Marthæ. vnde Martialis coquus, reprehendebat quendam qui tota die discurrebat p hospitia aliorum: *Sceuola tu comedis apud omnes, nullus apud te:*

Alterius siccas pocula, nemo tua.

Aut tu redde vices, aut desine velle vocari,

Dedecus est semper sumere, nilque dare. Vinc.

g ¶ *Creuerit.*] Saltem p bonam voluntatem: quia hilarem datorē diligit Deus; & qui dat pp præsentem pudorem, & rem & meritū perdit. 23. q. 6. c. iam vero §. ex his omnibus 3. Tanc. vnde versus:

Da facie læta: sine lætitia facies

Si dederis, perdes rem meritumque rei.

1 Antiqui hic & de iure & 1 q. libros. dabāt versus In potestate nouem, scit in donante notanda: Causa fides, modus & locus, & præmia tempus. Ætas, debilitas cum conditione petentis. Mens hilaris, & lenta manus vultusque iucundus: Dulcior alta mens vitam ... Apud.

FRaternitatem] Tres sunt partes. In prima ponitur exordiū. In secunda narratio: ibi, Accepimus. In tertia cōclusio: ibi, Vnde. Abb.

Casvs. Eps Parisien. prædecessor istius, graues facit donationes de rebus epatus in detrimentum ecclesiæ, inconsultis canonicis suis: petebat iste successor à Papa, verum posset eas reuocare: scribit ei Papa dicens, q eps & quilibet plaus ecclesiæ procurator est, & non dn̄s: & ideo conditionem ecclesiæ meliorem facere potest, deteriorem vero facere non debet: vnde donationes illæ iure non tenent: quare indulget, vt donationes illas tam à clericis q̄ à laicis debeat reuocare. Nota q prælatus non est dominus, sed procurator rerum ecclesiæ. Item conditionem ecclesiæ meliorare potest, deteriorare non. Item donatio episcopi facta sine consensu capituli non valet.

a ¶ Procu-

curator [a], non dominus: conditionem † ecclesiæ meliorare potest, facere vero deteriorē non † debet [c]. ¶ Accepimus autem, quòd prædecessor tuus, graues [d] donationes in rebus episcopatus fecit in detrimentum ecclesiæ, suis canonicis inconsultis [e]. Vnde quoniam donationes huiusmodi de iure non tenent, indulgemus [f] † tibi, vt liceat donationes huiusmodi, tam à clericis, quàm à laicis legitime reuocare.

¶ Idem Vigoriensi † episcopo.

¶ *In considerando an valeat donatio facta per prælatum, debet attendi quantitas rei donatæ, & loci consuetudo. hoc dicit inhærendo litteræ.*

CAP. III.

CÆterum † si abbatem, donationem cum Priore & quibusdam de conuentu, vel solum abbatem facere contigerit, & postea conuentus pars reclamauerit: Datæ rei quantitas, & illius terræ consuetudo [g] (quæ tamen sacris canonibus non obuiet) est diligentius attendenda: & secundum hoc est donum ratum [h] vel irritum iudicandum.

¶ Idem abbati sancti Alberti.

¶ *Ecclesia non vacans in beneficium concedi non potest, sed in proprietatem sic; de auctoritate tamen episcopi, & sine præiudicio prælati.*

CAP. IIII.

COnsultationibus †: & infra. ¶ Donationes vero vel cōcessiones ecclesiarum, si quæ fiant priuatis personis, viuentibus [i] illis, qui ipsas ecclesias possident, nullius debent esse momenti. ¶ Si religiosis fiant locis ab episcopo, vel eius auctoritate [k], ratæ debent haberi: Ita quòd personæ, quæ iam dictas ecclesias possident, sine ipsorū assensu, eis in vita sua non debeant † spoliari [l].

¶ Innocentius iij. episcopo Florētī.

¶ *Non obstante iuramento de non infeudando de nouo, prælatus integrare potest feudum, si appareat vasallum in mensura fuisse deceptum.*

CAP. V.

PEr † tuas litteras proponere procurasti, quòd cum quidam nobiles Florētini tempore schismatis † episcopum Florentinum in domo sua tenuerint: idem episcopus sedata schismatis tempestate, de mandato Alexādri Papæ quatuor modios terræ in feudum concessit [m] eisdem: & successor ipsius (prout est moris [n])

a ¶ *Procurator.*] prælatus enim ecclesiæ procurator est, non dominus. 12. q. 1. c. vlt. & q. 2. sine exceptione. & 10. q. 2. casellas.
b ¶ *Deteriorem.*] sic s. de in integ. resti. c. 1. sim. ff. pro empt. q. fundum. §. si tutor. & ff. de procu. ignorantis.
¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*
c ¶ *Non debet.*] in faciendo, sed omittendo tñ potest. 16. q. 3. placuit. & s. de præscript. cap. 1. in faciēdo etiam modice. nam modicum donare potest, si est consuetudo. j. cap. proxi. & in hoc differt à procuratore: quia procurator nil donare potest, etiam generalissimā habens administrationē. ff. de procu. procurator totorum. Ala.
¶ *Glossa seq. quærit, arg. pro, & soluit, & allegat contrarium.*
d ¶ *Graues.*] ergo à contrario sensu si non sunt graues, non reuocātur: quod verum est. j. cap. proxi. T. Sed quid si per minutas, vel paruas donationes ecclesiam lædat, vel modicum excedat? Videtur q totum debeat reuocari. ff. de iure patr. si libertus. §. si quis plures. immo qđ vltra licitū est reuocatř. arg. C. de dona. si quis argentum. §. in seruis autem. 12. q. 2. si quos de seruis. immo vř q non sit attendenda coaceruatio, sed singularis quantitas. arg. ff. de iurisdict. om. iud. si idē. argumen. contra. ff. de appella. si quis separatim. §. si quis cum vna. ff. de pact. si plures. Lauren.
e ¶ *Inconsultis.*] maxime cum nec eorū consilio potest facere donationem damnosam ecclesiæ. 10. q. 2. hoc ius. §. qui res. 12. q. 2. sine exceptione. Tanc.
¶ *Glo. seq. recit. per obiectionem.*
f ¶ *Indulgemus.*] idest, indultum esse ostēdimus: quia de iure communi hoc facere poterat, vt 35. q. 9. quod quis commisit. s. de rebus ecclesi. non alie. si quis presbyterorum. & s. de precar. c. 2. Similem indulgentiam habes s. de iureiur. & si Christus. in fin. & s. de vsu pal. ex tuarum. Bernar.

CÆterum.] Prælatus modicam rem ecclesiæ donare potest, vbi hoc habet consuetudo. ita cōiter summatur, sed hæc summatio multum restringit litteram. Abbas Siculus. Et potest dici, q primo ponit factum ex quo tacita resultat quæstio. In secunda responsio: ibi, *Datæ rei.* Imola.
Casus. Abbas fecit donationem cum Priore & quibusdam de conuentu, vel solus abbas: postea pars conuentus reclamat & ꝯdicit: quæritur quid iuris sit? Rūdetur, q quantitas rei donatæ & consuetudo loci debet considerari in tali donatione; ita tñ q consuetudo non sit ꝯ canones: & ſm hoc donum ratum debet esse vel irritum. Nota q cōsuetudo in donationibus debet obseruari. Itē quantitas rei facit donum licitum, vel illicitum.
g ¶ *Consuetudo.*] 11. distin. in his. & c. catholica. s. de his quæ fiu. à præla. si. cons. ca. ea noscitur. & 9. q. 3. conquestus. quæ tñ non sit canonibus inimica: vt hic dicit, & s. de te iud. cum causa. 12. dist. sit sancta. & ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus.
¶ *Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit, prima fuit Alani, Secunda Lauren.*
h ¶ *Ratum.*] & ita vř q abbas possit facere donationem. Sed ꝯ videtur, quis nihil habet: ergo nihil dare potest. 1. q. 7. Daibertum. 54. dist. abbati. & 22. q. 2. quisquis. & j. de iure patro. quod autē. in fi. & j. de statu. mona. cum ad monasterium. in fin. Item procurator est, non dñs. 12. q. 1. si priuatum. ergo donare non potest. C. de admi. tut. non omni [s]. & s. tit. prox. Dicit Ala. q illud potest intelligi de pauperum erogatione, quam potest facere quilibet ꝓlatus ecclesiæ, ita tñ q non proroget ad nimiam quantitatem: vt hic innuitur. arg. 85. dist. non satis. ff. de offic. proconsu. solent. §. vlt. considerata consuetudine, & facultate ecclesiæ. j. de censi. cum Apostolus. in fi. Vel etiam potest intelligi de vera donatione, quam potest facere ꝓlatus [s]: si consuetudo loci habet hoc: nam consuetudo loci dat iurisdictionē, & liberiorem tribuit administrationem. ff. quod vi aut clam. prohibere. §. non tantum. ver. hoc ita. & s. de his quæ fi. à præla. sine consen. cap. ea noscitur. ita tñ vt ecclesia enormiter non grauetur. s. c. proxi. Ber.

COnsultationibus.] Potest diuidi: quia distinguit duo mēbra: Secundum: ibi, *Si religiosis.* quod determinat in ver. *Ita quod.* vel secundum Ioan. Andr. In prima ponitur consultatio decisa: In secunda distinguens responsio: ibi, *Donationes.* Imola.
Casus. Aliquis patronus, vel ꝓlatus concessit ecclesiam alicui clerico, viuente rectore illius ecclesiæ: qritur an talis concessio valeat? Rūdetur, q nullius est momenti: si aūt concessio fiat religiosis locis ab epō, vel ipsi[o] auctoritate, tenet: sed persona quæ ecclesiam tenet sine assensu ipsius, remoueri non debet. Nota q ecclesia non vacās priuatæ ꝑsonæ concedi nō pōt: Itē ecclesia concedi pōt locis religiosis, viuentibus personis earum: quod verum est auctoritate epi. Itē nullus sine culpa iure suo priuari debet.
i ¶ *Viuentibus.*] Js. de concessione præbendæ. c. 1. 2. & 3. & c. vlt.
¶ *Glo. seq. signat contrarium, ponit opinionem, & remittit.*
k ¶ *Auctoritate.*] aliter non valerent. j. de iure patr. q aūt. in fine. & c. nullus. ꝯ. j. de iure patr. illud. Quidam dicunt [a] q patronus sine consensu epi iuspatronatus potest donare loco religioso: & sic loquitur contrarium. ecclesiam vero non, vt in primis concor. vt hic. De hoc dicetur in cap. illud. Ber.
l ¶ *Spoliari.*] quia sine culpa sua non est aliquis beneficio suo spoliandus. s. de consti. cognoscentes. & 56. dist. satis peruersum. & 16. q. vlt. inuentum [4]. Bernar.
PEr tuas.] In prima consultatio. In secunda responsio; ibi, *Nos igitur.* Abbas.
Casus. Quidam nobiles Florentini tempore schismatis tenuerunt epm Florentinum in domo sua; sedato schismate episcopus de mandato Alexandri Papæ, dedit in feudum prædictis nobilibus quatuor modios terræ: & successor ipsius ꝓfatos nobiles de certo feudo inuestiuit: sed cum ipsi terram illam mensurari fecissent, nō inuenerunt nisi duos modios: vnde petebant feudum illud sibi redintegrari: dubitabat eps an posset, cum non essent in possessione illius, ne de nouo videretur conferre: Consultus Papa rñdet, q ecclesia in actibus suis non debet fraudem adhibere, vel dolum: vnde secure poterit feudum integrare, cum terra quatuor modiorum illis fuerit assignata. Nota, q eps ratione seruitij personæ suæ præstiti, potest rem ecclesiæ infeudare: Item ex inuestitura nō acicitur quis possessionem. Item ecclesia in factis suis non debet fraudem, vel dolum adhibere. Item beneficium promissum redintegrari debet, non minui.
m ¶ *Concessit.*] sicut & Papa quandoque concedit priuilegium ob gratiam præstiti obsequij. 25. q. 1. c. vlt. circa fi. Laur.
n ¶ *Moris.*] & etiam iuris: vt in constitu. Friderici imperialem. §. præterea.

[s] De monacho notatur 12. q. 1 non dicatis & 16 q. 1. alig. & vide in clemen. de vi. & hone. cle. qđ. ver. si. cæteri. in 1 glo. Ioan. And.

[a] Cap. 25. tit. de iure patronatus in 1. cōpil. & post concilū Lateraneñ. par. 15. cap. 20.

† debent

[a] Cap. 2. eo tit. in 4. compil.

[a] Schismata, quæ variis temporibus ecclesiā Dei infestarūt, enumerat Turrecremata in summa de eccles. lib. 4. par. 1. cap. 9. ad verū cuius hic fit mentio, contigit circa ann. Dñi 1160. inter Alexandrū iij. & Octauianum, & alios, vide Turrecrematam præcitato loco in schismate. 19.

[s] Et bene: vt j. de iure pat. cap. vnico. li. 6. Ioan. And.

[4] Facit ad hoc tex. in l. si qs a se fundū. cum ea glo. magna. & Barto. C. ad l. Iul. de vi.

a ¶ *De certo.*]idest, de certa terra non mensurata: vt j. dicit. Ber.

¶ *Glossa sequens distinguit, an quis decipiatur in quantitate rei, aut in quantitate precij.*

b ¶ *Inuenerunt.*]Nota, quod vbi quis decipitur in quantitate rei, agitur ad supplementum, etiam si deceptio fuerit citra dimidiam rei: quod verum est, nisi fuisset terminus appositus ad mensurandum rem illam; quia tunc vltra terminum non audiretur: & nisi qui rem acceperit, renunciauerit de quantitate. ff. de ßhen. empt. qui fundum. secus si decipiatur in pretio: quia toleratur vsque ad dimidiam iusti pretij. s. de emptio. & vendit. cum dilecti. & c. cum causa. C. de rescin. vend. l. 2.

c ¶ *In possessione.*]Ergo nõ adipiscitur quis possessionem ex inuestitura. s. de his quæ fiunt à maio. par. cap. ex ore.

¶ *Glo. seq. recitat per obiectionem.*

d ¶ *De nouo.*]quia forte iurauerat non infeudare de nouo; sed hoc non obstaret. s. de feu. ex parte. & j. de censi. cum venerabilis. quia non dr̃ nouum quod ab alio fuit factum. Item alia ratione, quia licite potuit pficere donationẽ, licet eam non potuerit inchoare. j. de Iudæis, consuluit. & ff. de noui ope. nunciat. l. 1. §. opus nouum. ff. de dona. inter virum & vxorem. si donatæ §. si sponsus. nihil enim nunc dat, sed datum declarat: vt ibi dicitur. ff. de testa. hæredes palam. §. 1. Item quia multa permittuntur fieri ex prioris actus consequẽtia. C. ad Velleia. si mulier. & ff. de minoribus. l. 3. §. scio. quia de mandato Papæ, hoc factum fuit ab initio. Ioan.

De iure edi: per restitutionem beneficium etiam eo casu consult posset secundum Phi. de rest. in integ. c. 1. Ioan.

Aliàs ius R. G. de Burg & G. Burge abbatibus.

Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. Ad materiam vide Felinum in c. causam. de rescript. adde Bart. in l. fin. ff. de reb. dub. & in l. si idem. § fi. ff. de iurisd. om. iud.

eleemosynas

apparet

Si mulieri suscipienti alienam obligationem succurrit per Velleianum. creditori in pristinum debitorem restituitur actio. Ioan. And.

de certo [a] feudo præfatos nobiles inuestiuit. verum cum ipsi assignatam terram mensurari fecissent: non nisi duos modios inuenerunt [b], feudum integrari cum instantia postulantes: super quo dubitas, eo quòd nõ sunt in possessione [c] ipsius, ne de nouo [d] videaris illud conferre: & infra. ¶ Nos igitur attendentes, quòd ecclesia in actibus suis, fraudem [e] non debet aliquam adhibere: Respõdemus, quòd feudum ipsum securè poteris integrare [f]: cum terra illa quatuor modiorum ipsis fuerit assignata [g].

¶ Idem R. † de Burg. & G. Berbur. Abbatibus.

¶ *In donationibus plenissima fit interpretatio: & ob hoc clausula onerosa post multas donationes apposita, proximam donationem tantum respicit. h. d. & est casus singularis.*

CAP. VI.

Cvm † dilecti filij Abbas & monachi de Melros proposuerint coram nobis, quòd nobilis vir Alanus quasdã terras à patre ipsius, eorum ecclesiæ in eleemosynam † assignatas, violenter redigere cupiat in forestam [h]: & infra. ¶ Mandamus, quatenus ad sententiam pro ipso monasterio proferendam, appellatione postposita procedatis: cum ex tenore instrumenti euidenter appareat †, quòd hæc fuit mens & intentio [i] donatoris, vt clausula, de foresta †, quæ in fine ponitur instrumenti, non ad superiorem [k] donationem, quæ tam libera & pura fuit, vt immunis esset à † vexatione & consuetudine seculari: sed ad inferiorem concessionem, quæ pensionem & determinationẽ habet insertam, iuxta sanum referri debeat intellectũ: quia in contractibus plena [l] † in testamentis plenior [m], in beneficiis quoque plenissima [n] est interpretatio adhibenda.

¶ Idem episcopo Heliensi †.

¶ *Si episcopus in ecclesia quam de consensu capituli pio loco concessit, percipiebat certos prouentus, illos donasse videtur: alioquin omnes prouentus præter cathedraticum, cedunt pio loco. Et si episcopus concessit de consensu patroni, intelligitur patronus donasse iuspatronatus.*

CAP. VII.

Pastoralis † officij: & infra. ¶ Tua nos duxit discretio † consulendos, si episcopus consentiente patrono, viris religiosis aliquam ecclesiam concedendo, hac vtatur simplicitate verborum: Concedimus vobis illam ecclesiam: vtrum eo ipso videatur in eorum vsus fuisse concessa, vel ius tantummodo patronatus? ¶ Nos autem inquisitioni tuæ duximus respondendum, quòd si episcopus ecclesiam illis conferat de consensu patroni, pfecto

e ¶ *Fraudem.*]sic 10. q. 3. constituis. & s. de his quę vi metusve causa fiunt, cum dilecti. arg. nec ecclesia debet alicui iniicere laqueũ. 27. q. 1. de viduis.

g ¶ *Integrare.*]sim. s. de sol. c. 1. & s. de præben. vacante. c. cũ causam. quia adiuuari beneficiis nos oportet, nõ decipi. s. de cõmo. c. vnico. & ff. eo. in cõmodato. §. sicut. in fine. si. 15. q. 2. quæcũq;. Io.

f ¶ *Assignata.*]licet non tanta inuenta. Ber.

Cvm dilecti.] Clausula onerosa post duas, vel plures donationes posita, pximam tñ respicit, non superiorem, quæ habet suam clausulam. h. d. & est hæc lectura etiam notabilis: si non est hoc speciale in donatione, sed idem est in qualibet clausula apposita in fine cuiuscunq; dispositionis. In prima ponitur iudicum decisa consultatio. In secunda Papæ responsio: ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quidam nobilis contulit quasdam terras pure & simpliciter sine aliqua conditione pro remedio aĩæ suæ in eleemosynam monasterio de Melros: Item aliam terrã dedit eidẽ monasterio sub conditione pensionis, vt si forte pensio debita non solueretur, redigere posset terram illam in forestam: Alanus dicti nobilis filius donationes illas volebat per violentiam redigere in forestam: super hoc causa fuit cõmissa iudicibus: iudices examinato negotio dubitauerunt pro qua parte deberent ferre sñiam: remiserũt causam instructam cum instrumento donationis ad Papã. Rescribit Papa eisdem iudicibus, mandans, quatenus pro monasterio ferãt sñiam appellatione remota: quia ex tenore instrumenti apparet, quod illa fuit intentio donatoris, vt clausula illa, de foresta, quæ ponitur in fine instrumenti, non debeat referri ad primam donationem, quæ libera & pura fuit ab omni consuetudine seculari, sed respiciat inferiorem concessionẽ, quæ habet pensionem insertam ßm rectum intellectum: quia in ßctibus plena debet interpretatio adhiberi, in testamentis plenior, in beneficiis plenissima. Nota, quod donationẽ à patre factam filius non potest reuocare. Item qñ dubitatur de intentione testatoris, vel donatoris, & ipse decessit, recurrendum est ad superiorem, & eius interpretatio tenenda est super hoc. Item in donationibus ad intẽtionem donatoris recurrendũ est. Item determinatio qñq; respicit pxime posita, qñq; alia. Item nota regulam quod in ßctibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis plenissima debet interpretatio adhiberi.

h ¶ *Forestam.*]foresta est locus in quo ferę includuntur, & habet quis vsum venandi. Vinc.

i ¶ *Intẽtio.*]Et sic semp recurrendũ est ad intẽtionem donantis, siue scribentis. s. de rescrip. ad aures. & s. de pben. c. vlt. & c. cum causam. & ff. de verb. oblig. in conuentionibus.

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit.*

k ¶ *Ad superiorẽ.*]Sed quare non spectat determinatio ad oĩa pcedentia vel sequentia. s. de appel. secundo requiris. & ff. de leg. 3. si quis. in princ. ff. de leg. 1. talis scriptura. §. vlt. & l. seq. Sed hoc ideo dicit, quia verba donationis largissime interpretãda sunt, vt hic dicit: quia plures fuerũt hic donationes, vna pura, & sine aliqua conditione, de qua dicit: & altera sub conditione, quam respicit clausula illa, de foresta. forsitan conditio apposita erat in vltima donatione, vt posset ibi habere vsum venandi, & illam conditionẽ volebat nobilis iste referre ad primam donationem: vt sic clausula illa, de foresta, respiceret omnia præcedentia.

Foresta, vulgo locus est patens, arboribus obsitus, nullo muro clausus, venandi aptus adẽ muro clausus, in Gallia & Anglia, Parcus dicit.

Sub omni, in testamentibus

Adde quod est dicendum interpretationem meliorem pariter, vt res valeat. L. quoties. ff. de reb. dub.

Heliensi.

De hoc vide hic latius per Felinum.

Cap. 4. eo. tit. in 3. compil.

Reliquam partem huius decretalis. quære s. de rescrip. pastoralis. & in alias eo.

Fraternitas

De materia huius clausulæ p intellectu eiusdem, & glossæ, vide plene per Antonium Gabrielẽ lib. 6. communium conclusionum. tit. de clausulis. conclusione 9.

Addit[io]. scilicet, vt liceret sibi & hæredib[us] suis, possessiones illas, quandocunque vellent, redigere in forestam.

l ¶ *Plena.* C. quæ res pign. oblig. poss. l. vlti. ff. si certum petat. l. 3. verumtamen. si vinum quod est in dolio, venditum fuerit, hoc videtur actum, vt in tpe competenti expediantur dolia pp nouam vindemiam. ff. de pericu. & commo. rei venditæ. l. 1. in fi. & l. 2.

m ¶ *Plenior.*] ff. de reg. iur. in testamentis. ff. de vi. & vi. lega. l. 3.

n ¶ *Plenissima.*] j. de verb. sign. olim. 16. q. 2. visis. & q. 1. frater noster. j. de decimis. ex parte. j. de priui. quia circa. & 1. q. 3. c. si quẽ. §. notandum. in fine. ff. de iure immu. l. 3. C. de vsufru. antiquitas. ff. de consti. prin. l. beneficium.

Pastoralis. In prima ponitur cõsultatio. In secunda responsio: ibi. *Nos autem.* Abbas.

Casvs. Eps̃ de consenso patroni concessit ecclesiam quandam quibusdam religiosis sub hac forma, Concedimus vobis talẽ ecclesiam: q̃ritur vtrum eo ipso videatur in eorum vsus fuisse cõcessa, vel solummodo ius patronatus? Rñdet quod si eps̃ illam ecclesiã illis conferat de consensu patroni, patronus vr̃ conferre quod suum est, scilicet iuspatronatus, & eps̃ conferre vr̃ quod tpaliter obtinet in ipsa ecclesia: vt si aliquã portionem fructuum eiusdem ecclesiæ pcipiat, portio illa conuertatur in eorum vsus. Si vero de fructib[us] illius ecclesiæ nullam pcipit eps̃ portionem, oẽs prouentus pter cathedraticum conuertunt in vsus monachorum: sed vt epi donatio sit legitima, consensus capituli est requirendus. Nota, quod quædã sunt, quæ in

quæ in generali concessione non transeunt, inter quæ est cathedraticum. Item donatio epi non valet sine consensu capituli. Item consensus capituli valet, licet tpe concessionis non sit ꝑhibitus. vnde nota, quod ab initio non valet, ex post facto conualescit.

¶ *Glo. seq. allr. 4. contor. & vnum contrarium, deinde quærit, & soluit.*

a ¶ *Suum.*] Qui ergo cōcedit ecclesiam, quod suū est, intelligitur concessisse. j. de iurepa. qd' aūt. §. 1. ff. de ꝫhē. emp. qui tabernas. ff. de leg. 2. si domus. §. vlti. ff. de vsu & habit. si ita. Arg. ꝫ. ff. de leg. 2. l. Mæui⁹. §. vlt. Sed quid si laicus concedit ecclesiā s de consensu epi? In eo casu non videtur eps aliquid concessisse, sed donationem laici tantū ratam habuisse, in eo quod laicus donare potuit. j. de iurepat. q; autem. Ioan.

¶ *Glo. seq. reprobat opinio. & dat duo similia, allegat pro opinio. illa quatuor iura.*

b ¶ *Temporaliter.*] Per hoc reprobatur qd' dici consueuit 26. q. 2. c. 2. scilicet, q; idem est si eps concedat ecclesiam cum omni iure suo, vel simpliciter dicat; concedo vobis ecclesiā nostram: nam vt hic patet, aliud iuris est hic in vno, & aliud in alio: sicut aliud est, si qui ꝫhunt societatem simpliciter, aliud si ꝫhunt societatem omnium bonorum. ff. pro socio. l. 3. §. 1. & l. coiri societatē. sicut aliud est dicere, à munere: & aliud, ab omni munere. 1. q. 2. sunt nōnulli. Arg. ꝫ. 31. q. 1. qd' si dormierit. ff. de serui. si cui. j. de iure patro. ex literis. ff. de ꝫhend. empt. si aquæ ductus. Io.

¶ Vide L. Cassia com not. ff. de pign. actio.

¶ Hostien. ... Ioan. And.

¶ Cap. 5. ... alteri ... subiud.

¶ contractu

patronus quod suum [a] est conferre videtur, ius videlicet patronatus †: & episcopus quod temporaliter [b] obtinet in eadem: vt si fructuum eiusdem ecclesiæ aliquam recipiat portionem, in eorum vsus illa portio conuertatur. Quòd si ex ipsius prouentibus nullam debeat portionem habere, omnes prouentus præter cathedraticum [c], in eorum vsus credimus conuertendos. Sed vt episcopi donatio sit legitima, consensus est sui capituli [d] requirendus.

¶ Idem Florentiñ. & Fesulañ. episcopis.

¶ *Possunt hospitalarij in præiudicium suum, se & domum suam alteri religiosæ domui subijcere & donare. hoc dicit secundum intellectum gloss.*

CAP. VIII.

INter † dilectos filios hospitalarios sancti Sepulchri, ac fratres hospitalis sancti Allucij, super eodem hospitali quæstione suborta, cum ijdem hospitalarij super possessorio, quod semel & iterum, ex causis tamen dissimilibus [e] intentarunt, contrariam sententiam reportassent: deinde ad petitorium [f] recurrentes, proponere curauerunt, quòd cum G. quondam rector, & fratres, ac patroni eiusdem hospitalis, habito communi tractatu † de-

¶ *Glo seq. ponit dictum, soluit obstaculum, deinum obijcit, & soluit.*

c ¶ *Cathedraticum.*] Si ita generaliter dat eps ecclesiam: tunc etiā dedisse intelligitur ius instituendi. 16. q. 2. visis. sed quantumcunq; generaliter eximat ecclesiam à se, semper intelliguur sibi correctionem retinuisse: vt in cap. visis. & procurationem, & visitationem. j. de censibus. cum venerabilis. & cathedraticum, vt hic. nec obstat j. de relig. domi. constitutus. vbi videtur, q; eps in totum possit eximere ecclesiam: quia illa donatio fuit confirmata ex certa scientia per dnm Papam: sicut vides q; quantumcunq; generaliter patronus remittit iuspatronatus, iura quædam tñ retinet in liberto. C. de bonis liber. l. vltima. & mirum videtur, q; eps plus intelligitur dedisse quando minus habet [2]. sed hoc ideo est, quia donationem interpretari debemus, vt potius valeat q̄ vt pereat. j. de priuileg. in his. & j. de verb. sign. abbate. & ff. de reb. dub. quoties. & s. de fide instru. inter dilectos. Io.

d ¶ *Capitulo.*] aliter non valeret. s. de his quæ fiunt à prała. cū nos. & c. tua. & c. pastoralis. Bernar.

INter.] Potest legi hoc cap. intelligēdo, q; illud erat hospitale priuatum. Et quatuor sunt partes. In prima actorum petitio. In secūda: ibi, *Procurator.* eorum responsio. In tertia: ibi, *Attendentes.* causæ diffinitio. In quarta: ibi, *Ita quod.* protestatio, & ipsios rō. Abb. Sicu.

CASUS. Inter hospitalarios sancti Sepulchri, & fratres hospitalis sancti Allucij vertebatur quæstio sup hoc hospitali, cum hospitalarij sup possessorio semel & iterum quæstionem intentassent, ipsi ꝯtriam sententiam reportarunt: tandem ad petitorium recurrerunt, & proponētes in ꝑsentia Papæ, q; G. rector & fratres & patroni hospitalis sancti Allucij, habito cōi tractatu deliberauerunt ipsum hospitale supponere hospitalarijs supradictis, committentes in hoc tribus procuratoribus vices suas, vt qd' super hoc per eos fieret, approbarent: illi procuratores cum hospitalarijs taliter statuerunt, vt aliqui mitterentur ad ipsum hospitale, qui eorū nomine reciperent assignationem ipsius: duo missi ad ipsum hospitale fuerunt, qui receperunt donationem & assignationem hospitalis à magistro, & procuratoribus, & alijs fratribus hospitalis. Ex aduerso dicebatur, q; ꝑdicta donatio non valebat: quia donatio illa facta fuerat à prædicto rectore: & fratrib⁹ paucioribus periuris & excōicatis, multis ex alijs fratribus inconsultis, & in fraudem plebani de Piscia, qui sup ipso hospitali ꝯ eos mouerat quæstionem: dñs Papa his & alijs intellectis, considerans q; fratres, & patroni sancti Allucij pro se, immo potius ꝯ se suam turpitudinem allegabant, excōicationem, scilicet, periuriū, & fraudem ab ipsis cōmissam, & intelligens donationem, ab ipsis factam, puram & simplicem extitisse: quia deceptis, & non decipientibus iura subueniunt, & per ea quæ ꝓposita sunt, ꝯ proprium factum defendere se nō possunt: adiudicauit hospitale prædictum cum omnibus pertinētijs suis hospitalarijs sancti Sepulchri; ita tñ q; per hanc sententiam nullum præiudicium generetur diœcesano epo & plebano de Piscia: cum res inter alios acta, alijs obesse non debeat. Nota, q; licet quis succumbat in possessorio, nihilominus potest intentare petitorium. Item allegans turpitudinem suā non est audiēdus. Item deceptis & nō decipientibus iura subueniunt. Item res inter alios acta, alijs non præiudicat.

liberassent, hospitale ipsum hospitalarijs supponere supradictis: commiserunt in hoc tribus procuratoribus vices suas; communiter statuentes, vt quod per ipsos fieret, acceptarent: qui cum eisdem taliter statuerunt, vt ad ipsum hospitale aliqui mitterentur, qui eorum [g] nomine, acciperent † assignationem ipsius. cum autem duos illuc de suis fratribus transmisissent, ipsi donationem, & assignationem hospitalis, tam à magistro, quàm à supradictis procuratoribus, & alijs eiusdem domus fratribus receperunt: & infra. ¶ Procurator autem partis alterius ex aduerso respondit, quod prædicta donatio debebat non immerito retractari: quoniam multis ex fratribus inconsultis, à prædicto rectore, ac paucioribus fratribus excōmunicatis & periuris, de re litigiosa in fraudem plebani de Piscia, qui super eodem hospitali mouerat quæstionem [h], fuerat celebrata: & infra. ¶ Attendentes igitur, quod fratres, & patroni sancti Allucij pro se, immo potius contra se turpitudinē [i] allegabant, videlicet, periurium, excommunicationem, & fraudem, non vtique contra ipsos, sed ab ipsis commissam: & intelligentes donationem ab eis hospitalarijs factam, puram ac simplicem extitisse: quia nō

† recipere

¶ Nota quod licet ex vna causa petitum, ex alia petere possum. Ioan. And.

e ¶ *Dissimilibus.*] quod licite fieri potest, vt nūc agatur de adipiscenda possessione, quam nunq̄ habuerunt, & postea de recuperanda. sic ff. de acq. posses. l. naturaliter. §. nihil. & eadē res ex diuersis causis peti potest. s. de iudicijs. examinata. & s. de causa possessionis. c. vlt. & C. de petitione hæreditatis. hæreditas [3]. ff. de exceptione rei iudicatæ. cum quæritur. & l. an eadem. Io.

f ¶ *Ad petitorium.*] s. de causa possessionis, pastoralis. & s. de testib. significauerunt. sed ibi conuerso modo.

g ¶ *Eorum nomine.*] Talia enim possunt fieri per procuratorem. s. de præben. accedens. & s. de præscript. si diligenti. Io.

h ¶ *Quæstionem.*] Et ita rem religiosam transtulerunt in alium; vnde non valuit translatio. C. de litig. l. 2. [4] & C. cōi diuidun. l. 1. in fi. & s. vt lit. pend. ecclesia. & 12. q. 1. §. res litigiosa. vnde reseruat ius suum plebano de Piscia super hac quæstione. in fine.

¶ *Glo. seq. ponit brocar. ad primam partem negatiuam alleg. 7. iura, ad contrariam quinque. & soluit. Ioan.*

i ¶ *Turpitudinem allegabant.*] arg. q; allegans turpitudinem suā non est audiendus. [5] C. de seruo pig. da. ma. si creditoribus. C. de reuo. dona. cum ꝓfitearis. C. de transac. transactione finita. ff. de legat. 1. l. si seruus plurium. §. 1. 15. q. 3. nemini. & s. de cōces. præben. cum super q̄stione. & s. de testi. sicut. Arg. ꝯ. C. de lib. cau. l. 1. & l. interrogatam. Et 35. q. 3. extraordinaria. & s. de re iudi. lator. & c. cōsanguinei [6]. Solu. generale est illud, q; allegans turpitudinem suam non audit. ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. & 14. q. 5. non sane [7]. Arg. nisi vbi vertitur periculum aiæ: vt in c. lator. & c. consanguinei. vel nisi propter fauorem ecclesiæ. 35. q. 9. quod quis commisit. vel fauore libertatis: vt in l. interrogatam.

4 Actiones vel res lite pendente in consanguineos, vel extraneos donatione, emptione, vel alio titulo transferēdæ non sunt. Ioan. And.

¶ Vide Alexan in l. ius iurandum. § procurator. & ibi iā Iasonem. ff. de iureiurando.

6 Et s. de ꝑsump tertio vni eiuš de hoc. Io. And.

7 Vide de hac materia Bart. in l. si confessus. ff. de custo. reo.

a ¶ *Deceptoribus.*] ʒ. de rerum permu. cum vniuersorum. & C. si minor se ma. dixe. l. 2. ff. ad Velleianum. l. 2. §. 1.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

b ¶ *Adiudicare.*] Sed qualiter poterant isti se supponere, cū talia ad epm spectent. j. de excess. præla. sicut vnire. & arg. ʒ. de cōsue. cum dilect°. nec enim aliqui potest eximere se à iurisdictione sui prælati. ʒ. de foro compe. si diligenti. & c. significasti. Rńdeo, licet isti nō potuerint se subijcere, tñ per talem subiectionē sibi poterat fieri ꝑiudicium. sic ʒ. de renun. q̄d in dubiis. & 7. q. 1. si quis presbyter. sub conditione tñ possunt se subijcere: vt ʒ. de resti. spolia. olim. Item ꝑsonas suas possent subijcere. ʒ. q̄d metus causa. cum dilectus. Io.

c ¶ *Præiudicium.*] & sic j. de capellis monachorum. c. 2. & ʒ. de re iudicata. suborta.

d ¶ *Inter alios.*] ʒ. de fide instru. inter dilectos, & ʒ. de re iud. c. penul. vbi ponitur hęc regula, & ibi de hoc.

A *Postolicæ.*] Primo ponitur consultatio. Secundo rńsio: ibi, *Inquisitioni.* Et ibi primo repetit ius antiquū. Secundo illud declarans soluit propositam quæstionem: ibi, *Hoc.* Abbas.

CASVS. Epi successiue locis religiosis de redditibus ecclesiarum suarum conferunt vltra quinquagesimam portionem, quandoque vsq; ad tertiam vel quartā partem: quærebatur vtrum successores possent reuocare q̄d vltra quinquagesimam datum est? Ad hoc rńdet Papa: licet sit diffinitum in canone, vt si aliquis eporum in parochia sua voluerit construere monasterium, & ipsum dotare de rebus ecclesiæ suæ, nō amplius conferat q̄ quinquagesimam portionem census ipsius ecclesiæ: si vero ecclesiam secularem vellet facere monasterium, vel eam ampliare pro suis sepulturis, non amplius ei conferat q̄ centesimam partem census ecclesiæ, cui præest; hac æquitate seruata, vt cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, damna grauia nō infligat; ita tñ q̄ vnam de prædictis remunerationibus, quā voluerit, tm assumat: & hoc seruandum est, q̄ vnus eps, vel alius nō debet vltra quinquagesimam, vel centesimam portionē conferre; sed nec tm̄, vel etiam minus cum graui detrimento ecclesiæ suæ, siue simul & semel id facere velit, siue pluries successiue eidē ecclesiæ vel diuersis: vnde quicquid cum graui detrimento, siue de possessionibus, siue de prouentibus ad ecclesiam cathedralē, vel mēsam epi ꝑtinentibus constiterit esse collatum, poterit legitime reuocari, nisi præscriptione, vel alia legitima exceptione huiusmodi actio excludatur. Tandem rńdet quasi tacitæ quæstioni: diceret aliquis, non vr q̄ collatio q̄nquagesimæ, vel centesimæ partis, possit graue damnum inferre: & ipse rńdet, siue semel tm̄ id fiat, siue pluries, ex varijs circumstantiis potest deprehendi esse valde damnosum, & hoc potius potest cognosci ipso facto q̄ per aliq̄d statutum: & tm nec quinquagesima, nec centesima debet cum graui damno concedi, semel aut sæpe. Si vero intantum abundet eps, vt sine damno ecclesiæ suæ amplius q̄ quinquagesimam, vel centesimam possit conferre necessitati alterius ecclesiæ, licet per se non debeant excedere summam à canone cōstitutā, tñ de superioris auctoritate potest etiam in maiori summa necessitati alterius ecclesiæ subuenire.

Nota, q̄ æquitas est seruanda non solum in iudicijs, sed etiam in donationibus. Item donationem potest eps facere non tm̄ de rebus epatus, sed etiam canonicorum. Item non solū de prouentibus, sed etiam de possessionibus. Item successor potest reuocare donationē factam à prædecessore, si vergat in graue damnum ecclesiæ. Item in donationibus valet pscriptio. Item hic probatur, q̄ eps potest conferre quinquagesimam, vel centesimam portionem. Item licet aliquid ꝑsumatur prima facie non esse damnosum: tñ probatio admittitur in ꝯtrium. Item quædam melius sciuntur ipso facto, quàm iuris expressione. Item summam taxatam à canone potest prælatus in donatione excedere, non tamen propria auctoritate: sed superioris.

deceptoribus[a], sed deceptis iura subueniunt: vnde per ea quæ superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant: hospitale prædictum cum pertinentijs suis, hospitalarijs sancti Sepulchri adiudicare[b] curauimus: Ita quòd per hanc sententiam diœcesano episcopo, & plebano de Piscia, nullum præiudicium[c] generetur: cum res inter[d] alios acta, non debeat alijs præiudicium generare†.

¶ Idem episcopo sancti Andreæ.

¶ *Donatio quinquagesimæ vel centesimæ, quam facit episcopus cum graui ecclesiæ suæ detrimento, potest legitime reuocari: nec etiam potest vltra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam cessante læsione ecclesiæ, sine auctoritate superioris.*

CAP. IX.

APostolicæ† sedis oraculo: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus[e], quòd licet sit in canone[f]† diffinitū, vt si quis episcoporum in parochia sua monasterium construere voluerit, & de rebus ecclesiæ cui præsidet ipsum dotare, non amplius ibidē quàm quinquagesimā, ecclesiæ[g] vero quam monasticis regulis informare, vel pro suis magnificare voluerit sepulturis, nō amplius quàm centesimam partē census ecclesiæ, cui præest, debeat elargiri[h]: Quia tamen in eodem canone consequenter adiungitur, vt† hæc temperamēti æquitas obseruetur, quòd cui tribuit, competens subsidiū conferat: & cui tollit, damna grauia non infligat: ea quidem cautela seruata, vt vnam tantummodo quę placuerit ex his duabus, remunerationem assumat. Hoc semper est obseruandum, quòd vnus episcopus vel alius, non solum non debet amplius, sed nec tātum nec minus cum graui ecclesiæ suæ detrimento conferre: siue simul & semel id facere velit, siue pluries successiue, eisdem† vel diuersis ecclesijs conferendo. vn̄de cum graue detrimentum siue de possessionibus, siue de prouentibus ad episcopalem mensam, vel cathedralem ecclesiam pertinētibus, in quamtalibet portione constiterit esse collatū, poterit legitime reuocari[i]: nisi præscriptione[k],

¶ *Glossa sequens inchoat casum.*

e ¶ *Respōdemus.*] Quæstio fuit de hoc: quidam epi successiue locis religiosis de redditibus ecclesiarum suarū conferunt vltra quinquagesimam portionem, quandoq; vsque ad tertiam, vel quartam partem: quærebatur vtrum successor possit reuocare q̄d vltra quinquagesimam datū est? Ad hoc respondet Papa prout sequitur.

f ¶ *In canone.*] 12. q. 2. bonæ rei.

g ¶ *Ecclesia.*] secularem constitutæ.

¶ *Glo. seq. recit. per q. an sine cōsensu capituli, &c. tenet quod sic. ponit opinio. contrariam, & opinio. Hug. mediam. Secunda pars recitatur p quæstionem, an de fructibus, vel etiam de possessionibus. ponit duas opiniones, & secundam approbat.*

h ¶ *Elargiri.*] Et hoc potest facere sine consensu capituli. sufficit enim à iure semel concessum fuisse. ff. de condi. institu. quæ sub conditione. §. vlti. & ʒ. de his quæ fiunt à præla. sine consenso capituli. pastoralis. vbi de hoc, quæ videntur determinare hanc dubitationē. & j. eod. cap. vbi dicit, per se non debet excedere, &c. ergo p se illam potest concedere[1]: quia quod de vno negatur, de alio conceditur. 25. dist. qualis. & ʒ. de ꝑsump. nonne. & ʒ. de his quæ fi. à præla. sine consensu capituli, cum Apostolica. in fin. [2] Et in alienationibus semper dr̄, q̄ cōsensus capituli requiratur. ʒ. eo. pastoralis. 12. q. 2. sine exceptione. & ʒ. de his quæ fiu. à præla. sine consensu capituli, cum nos. Quidam dicūt vt Lau. & T. & Io. sup illo c. bonæ rei. q̄ hanc donationem facere debet de consensu capituli, argumēto illius cap. 12. q. 2. si eps. Hug. dicit, q̄ hoc potest fieri de ꝯsensu clericorū, & tunc post mortē epi nō reuocat: vel sine consensu clericorū, & tūc reuocatur post mortē epi p successorem. Et ista quinquagesima, vel centesima intelligēda est quo ad fructus im: & hoc patet ex verbo illo, quinquagesimā, vel centesimam partem census. ita intelligit Hug. sup cap. bonæ. & de fructibus formata fuit quæstio. Sed ꝯdicere vr inferior litera, vbi dicit: siue de possessionibus, &c. Ioan. intelligit[3] q̄ etiam de possessionibus, & perpetuo possit donare centesimam, vel quinquagesimam: & hoc satis potest concedi. Et est argumentum vbi dicit, nisi legitima præscriptione, &c. ita tamen hoc facere potest, siue de redditibus, siue de possessionibus, q̄ ecclesia non lædatur. Ber.

¶ *Glo. seq. reci. per quæstionem.*

i ¶ *Reuocari.*] Hic respondet quæstioni, q̄ reuocabitur tantum vltima, si plures fuerint factæ alienationes. ff. de iure patro. si libertus. §. 1. si vna tātum fuit & enormis, de ipsa detrahetur quod plus est. 12. q. 2. si quos de seruis.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

k ¶ *Præscriptione.*] Sed videtur q̄ hoc stare non possit, quia dicit lex: Qui cōtra leges mercatur, malæ fidei possessor dicitur: & ideo non præscribit. C. de agri. & censi. quemadmodum. lib. 11. & nulla temporis longitudo iuuat malæ fidei possessorem. ʒ. de præscriptio. vigilanti. & cap. si diligenti. & c. quoniā omne. & iuris ignorantia non prodest in vsucapione. ff. de iur. & fact. igno. iuris ignorantia. ff. de vsuca. nunquam. Respondeo, hæc est ignorantia facti, & non iuris. Facti enim quæstio est, vtrum lædatur ecclesia grauiter, & ideo ecclesia quæ recipit, cum habeat titulum & bona fidē, præscri-

Vide l. transactionem. C. de pact. & l. si pretior. ff. de iudic. & l. si vnus §. pacta. ff. de pact.

Cap. 4. eod. tit. in 3. compil.

Hunc canonem habes in concilio Toletano nono, cap. 5. refert Gratianus. 12. q. 2. cap. 71. incip. bonæ rei. cuius canonis verba hic inserit Innocentius vsq; ad versi. Hoc semper.

vt p hoc temperamenti, &c.

eidem

[1] Immo nec per se suam facere potest sine capitulo cum nō sit sibi totum, sed membra deficiant de hiis quæ fiu. à pla. nouit. & c. quam. secundū Ho stié. Io. An.

[2] Concor. tex. in l. si maritus in fi. cū vulg. ff. de procu.

[3] Secundū Gost. & Innocētiū. & hoc verum, nam expeditionis est ecclesiæ dare ex nunc quinquagesimam possessionum, q̄ singulis annis dare quinquagesimā redditnum. Dicit tamē Arc. q̄ putat hoc esse de mēte iuris, q̄ ecclesia cathedralis mereatur dimidium. vnde hoc sumit, nō vide. Io. An.

præscribere potest, secundum quod hic dicit T. quia hæc donatio permissa est per canonem illum, bonæ rei. sed in aliis exceptionib⁹ loquuntur prædicta iura. Bernar.

a ¶ *Exceptione.*] Puta, rei iudicatæ. ꝫ. de re iudi. cum inter vos. & ff. de excep. l. 2.

b ¶ *Nam etsi.*] R̃ſſio tacitæ quæstionis.

c ¶ *Ex ostensione.*] Vt si ostendatur ecclesia ære alieno grauata, vel graues imminere expẽsas in proximo, vel quia defecit ecclesia in expẽsis consuetis pp talem donationem, quam si non fecisset, leuiter subiret expensas sine grauamine.

d ¶ *Quàm expressione.*] Quædã enim sunt quæ melius possunt intellectu percipi quàm elocutione exprimi. ff. de solutum. & ff. rem ratam haberi. quo enim tutore. § Iulianus.

e ¶ *Non debeat.*] Ex eo qđ dicit, p se, non debet excedere summam à canone præfixam, ergo p se illam facere potest. vt dixi.

f ¶ *Canone.*] prædicto, bonæ rei.

vel alia exceptione ᵃ legitima, actio huiusmodi excludatur. Nam etsi ᵇ prima facie præsumatur, quòd collatio quinquagesimæ vel centesimæ partis, graue non inferat detrimentũ: quia tamen non solum si sæpe, sed etiam si semel id fiat, ex varijs circumstantijs deprehendi potest interdum valde damnosum: quod quidem magis potest ex ostensione ᶜ facti, quàm expressione ᵈ alicuius statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel, aut successiue debet cum graui ecclesiæ damno conferri. Si vero intantum abundet episcopus, vt sine damno ecclesiæ suæ, possit amplius etiam quàm per quinquagesimam, vel centesimam partem necessitati alterius ecclesiæ subuenire, quamuis per se non debeat ᵉ summam excedere à canone ᶠ præfinitam, per quam incaute largiri volentibus est occursum: de superioris tamen auctoritate [pontificis †] potest etiam in maiori summa inopiæ alterius prouideri.

† Vet. pontificis. deest in vetustioribus codicibus.

¶ Gregorius nullus.

e ¶ *Consuetudinem.*]vt si consueuit deduci in ipsis rebus hæreditarijs, & non fructibus, inde deductio fiat: lex tamen vult ꝙ fructus in ea computentur. ff. de inoffi. testa. contra veteranum. §. si conditioni. vt dictum est s. eo. cap.

f ¶ *Residuum.*] Excipi tñ debuerunt iura sepulchrorũ, & operarũ actiones. ff. ad Treb. qa perinde. §. restituta. & l. si patroni. rñ. 1. sed & actiones quas Adiecta hæres quæsiuit psonaliter credẽdo pecuniã hæreditariã, vel pignus accipiendo pro debito, non transeunt ex sola restitutione, nisi cedantur. ff. ad Trebellianum. si hæres pecuniam. sed actionem habet vt cedantur: vt ibi dicitur. L.

TVa nobis.]Communis diuisio. Primo consultatio. Secundo responsio. Secunda: ibi. *Cum igitur.* Abbas.

CASVS. Quidam in vltima voluntate sua pecuniam & alia bona relinquunt expendenda ad pias causas: & ad hoc faciendum deputant tam religiosos quàm clericos seculares, & etiam laicos executores: isti cum deberent bona prędicta in pios vsus expendere, alia vsibus contra voluntatem testatoris applicare præsumunt: significatum fuit domino Papæ: & cum episcopi locorum debeant prouidere, vt omnes piæ voluntates defunctorum debeant adimpleri, & si testator illud prohibeat, mãdat Papa epo diœcesis, quatenus cõpellat executores hmõi testamentorum, vt bona ipsa fideliter & plenarie in pias causas expendant secundum voluntatẽ defuncti.

Pp Nota,

Marginal notes:

sufficiẽt

legitimã

Tuscanæ

In venetijs fere omnibus exẽplaribus ita: epo Nouiomen.

Nouiom. Nouiomen.

Episcopi hodie tanquam sedis Apostolicæ delegati omnium piarum dispositionum sũt executores. concilium Triden. sessio. 22. de refor. ca. 8. adde idem concilium sessio. 25. in decreto de purgatorio, lam vnde sumat hoc cap. glossa indicat.

Diuersit Lau. & Vin. soluas qui poterit. &c. Ioan. And.

Vide de hac materia gl. in l. de quarta, ff. ad l. Fal. per Bart. & [illegible] & qui in illa computantur fructus in l. in fundum. per doct. C. de inof. test.

Vt quia [illegible] qui legitimus [illegible] non ca [illegible] C. de in libe. l. 2. Ioan. And.

Potest enim minus esse in terna respectu suæ partis vt quia diuidit eã cũ fratribus. Ioan. And.

Hoc innuit, ꝙ filius rogatus restituere, habet ius sepulchri ne reditarij & operarum, quas debebãt liberti testatori, & descendentibus, etiam post restitutionem. Ioan. And.

Nota, q episcopi possunt compellere executores testamentorum, vt voluntatem defuncti ad pias causas adimpleat.

a ¶ *Pijs voluntatibus.*] Nota, q relicta ad pias causas [a], p diœcesanum epm debent executioni mandari, si illi quibus hoc commissum fuerat, nō adimpleuerint. j. eo. Ioannes. ff. de pet. hære. hæreditas. §. 1. & C. de epis. & cle. nulli. & s. eo. si hæres. qui ad hunc casum restringitur, in quo etiā casu duo vel tres testes sufficiunt. s. eo. tit. cum esses. & c. relatum. vt ibi dicitur. & hoc quod dicit hic, sumptum fuit d Auth. de ec. tit. §. si qs autē pro redemptione. coll. 9. vbi dicit Imperator: in omnibus talibus pijs voluntatibus defunctorum, volumus sanctissimos episcopos prouidere, vt secūdum voluntatē defuncti omnia procedant, licet testator, vel donator hoc prohibuerit.

[a] Multa & hus exempla vide l. Spec. de instr. edi. §. nūc vero aliqua. glo. est sub § cōpendio se. 18 eo. ver. st. & textus q. insigr. Ioan. And.

[b] Vide l. si pupillorū. §. si prætor. ff. de reb. eor. per Baldum.

vsus pios expendi, non dubitāt alijs vsibus applicare. ¶ Cum igitur in omnibus pijs voluntatibus [a] sit per locorum episcopos prouidendum, vt secundū defuncti voluntatem [b] vniuersa procedant, licet etiam à testatoribus id contingeret interdici [c]: Mandamus, quatenus executores testamentorum huiusmodi, vt bona ipsa fideliter & plenarie in vsus prædictos expēdant †, monitione [d] præmissa compellas.

¶ Glo. seq. pro vltima rationabili voluntate seruanda inducit 4. iura. & pro non rationabili duo ponit exēpla, dicens vltimā confirmatā per mortē.

b ¶ *Voluntatem.*] quæ omnino seruāda est. 13. q. 2. vltima volūtas. & vltimū testamentū hominis immobile pseuerat. j. de cele. mis. cū Marthæ. §. cæterū. & nihil est qd magis debeat hominib', quàm vt supremæ voluntatis liber sit stylus. C. de sac. san. ecc. l. 1. & tanquam lex vltima volūtas seruari debet. in Auth. de nup. §. disponat. coll. 4. & hoc intellige cum voluntas est rationabilis: nā si qs vult filiū suū exhæredare sine causa, talis voluntas non est seruanda. in Auth. vt cum. de appella. cog. §. aliud quoque. coll. 8. vbi enumerātur causæ ex quibus filius potest exhæredari. Item si quis præciperet ossa sua proijci in mare: talis volūtas non est seruanda. ff. de cōditio. instit. quidam. Sed voluntatem talem moriens potest mutare, quia ambulatoria est voluntas defuncti quousque morte confirmetur. ff. de adi. leg. l. 3. & 4. & in prædicta decre. cum Marthæ.

c ¶ *Interdici.*] Testator enim non pōt phibere q eps non exequat huius voluntatē, vt in Authē. de ecc. tit. §. si qs autē p redēptione. ver. in oibus. coll. 9. & est ratio: q a priuata dispositio testatoris nō pōt generalē constitutionē legis vel canonis immutare. s. eo. requisiti. & ff. de leg. 1. nemo potest. sim. 10. q. 1. sic quidem. sic etiā lex Falcidia contra voluntatem testatoris inducitur. C. ad l. Fal. si vt al legas. & arg. ff. ad l. Fal. Titia testamento. & l. quod de bonis. in fi. & j. tit. prox. in fin. vbi de hoc.

d ¶ *Monitione.*] Quæ semper pcedere debet vindictā. 12. q. 2. indigne. & nisi hoc faceret, deberet pdere oē lucrū qd inde essent habiturn: & eps illud postea exequat, vt in pdicta Auth. de ec. tit. Ber.

R ¶ *Aynaldus.*] Hæc decretalis est famosa, & habet materiam, quę multū dependet à legibus. Et diuidit principaliter in tres partes: In prima ponitur facti narratio: In secunda auditoris pnunciatio: In tertia sniæ confirmatio. Secunda: ibi, *Dilectus.* Tertia: ibi, *Nos igitur.* Prima subdiuiditur. nam primo ponit testamentū Raynaldus Secundo factū post eius mortē emergens: Tertio ponit quæstionem ex testamento, & ex facto prædicto postmodū ortam. & patruū allegationes: Quarto iudicis diffinitionem: Quinto vtriusq, partis appellationē: Secunda: ibi, *Porro.* Tertia: ibi, *Demum.* Quarta: ibi, *Prafatus.* Quinta: ibi, *A cuius sententia.* Secunda principalis subdiuiditur in quatuor: nam primo corrigit iudicis sententiam tantum in vno articulo. Secundo in alio articulo ipsam confirmat: ibi, *Cæterū in eo*: Tertio supplet quod primus iudex omiserat: ibi, *Verum*: Quarto sententiam quo ad alia confirmat: ibi, *Eadem.* Imola.

e ¶ *Raynaldus.*] Ad intelligentiā huius decretalis, Raynaldus. pone casum, q tota hæreditas Peponis valuit sexagintaquatuor, in triginta duob' factū fuit cōpromissum inter Raynaldū & patruos, & latū arbitrium: & in ipsis habebat Raynaldus quartā Trebellianicā, scilicet octo, q sunt quarta pars de trigintaduob'. adhuc remanēt viginti quatuor, in q bus habet tertiā iure naturæ debitam, scilicet alia octo, quæ bis octo, faciunt medietatē: alia vero medietas ptinebat ad patruū ex testamēto Peponis: deducat ergo medietatē suā primo patruus, scilicet sexdecim, modo remanēt alia sexdecim Raynaldo: Raynaldus iste ɔdens testamentū diuisit ista sexdecim per mediū, & legauit octo auunculis: in alijs octo instituit hęredes patruū & filios: dabuntur ergo octo auunculis pro legato suo: quia sniatum est pro eis: dabit ergo istis patruus medietatē, quatuor scilicet, q a ɔfessus est pro medietate se possidere prædicta, & de istis quatuor deducet quartā partē per Falcidiā, vnū scilicet: habebunt ergo auunculi tres, & patruus vnū: aliā vero medietatē legati, scilicet quatuor, dabunt filijs. quia & ipsi instituti sunt hæredes in bonis R. sicut & patruus; & nō deducent inde Falcidiā: quia Falcidia non deducitur nisi qn hæreditas est exhausta legatis: habebūt ergo auunculi quatuor a filijs, & tres à patruo: & ita septē, & patruus p Falcidiā vnū: & ecce cōpleta sunt octo, & ita expeditū est de istis octo quæ Raynaldus legauit auunculis: Modo videamus de alijs octo in qb' instituit patruū & filios: de istis dent quatuor filijs sine aliqua diminutione, alia vero quatuor debebat habere patru': quia si quis instituat patrem & filios hæredes, tantū debet habere pater sol' quantum omnes filij. ff. de vsufru. accrescendi. l. si quis Titio. sed quia patruus venit ɔ testamentum R. punitur: & dabuntur illa quatuor auunculis; neq; deducet inde Falcidiā: quia Falcidia in pœnis locum non habet; sic habent auunculi septē ex legato, & quatuor ex pœna: & ita vndecim; & filij habebunt quatuor: ecce quindecim, & patruus vnum quod deduxit per Falcidiā, & ita sunt sexdecim: & sic diuisa sunt ista triginta duo, super quib' fuit cōpromissum. Nunc videamus de alijs triginta duob': in ijs filiꝰ R. habebat medietatē ratiōe quartę & tertię, & patruus aliam medietatē ex testamento Peponis deducat ergo patruus primo suā medietatē, scilicet sexdecim: nunc remanent alia sexdecim Raynaldo, in quibus instituit hæredes patruum & filios: modo ista sexdecim debēt diuidi per mediū inter patruū & filios: sed quia patruus peccauit veniens ɔ testamentū R. (vt iam dictum est) punietur, & dabitur pars sua, scilicet octo, auunculis: de q bus octo nihil deducet patruus: quia in pœnā soluet illa: vt dictū est de alijs quatuor: alia vero octo dabunt filijs: Habet ergo patruus sexdecim ex prima cōputatiōe ex testamēto Peponis, & vnū qd extraxit de legato p Falcidiā, & ita decē & septē, & ex secunda cōputatione habuit sexdecim, & sic cōputatis omnibus, habet triginta tria: auūculi vero ex prima cōputatiōe habēt vndecim, & ex scda octo, ratione pœnę, & ita habēt decē & nouē: filij vero ex prima cōputatione habēt quatuor, & ex scda habēt octo, & sic habēt duodecim: iūctis itaq; duodecim filiorū, cū decē & nouē auunculorū, faciunt trigintavnū. si ergo ɔiugas trigintavnū cū trigintatrib', q habet patruus, habebis sexagintaquatuor, sine aliqua fractura vnciæ vel dimidiæ, vel quartæ, vel octauæ: Et intellige q fm ista cōputationē auunculi debebat habere octo de toto legato, si patruus nō venisset ɔ voluntatem Raynaldi: sed quia ɔ venit, perdit totā partē suam quam debuit in bonis habere, scilicet duodecim pp pœnā. sed recuperauit vnū, scilicet Falcidiā: de alijs, scilicet quatuor, q restituit auunculis p medietate legati eis debiti ex testamēto R. & ita perdidit vndecim, & ita vndecim accreuerunt auunculis, & ita habēt modo decē & nouē pp pœnā. Nota, q modus p ɔditione seruatur. Itē forma cōpromissi seruāda est: vnde si in plures sit cōpromissū, tertio absente vel mortuo cæteri possunt pcedere, si hoc sit dictum in cōpromisso, vt hic: aliàs non. Itē si pluribus relictū fuerit fideicōmissum, & vnus solus superstes est, illi debetur q tēpore existentis cōditionis solus inuenit. Item verbū, qñq;, ponitur proprie & improprie, sicut hic est in verbo, legauit. Itē testator potest imponere pœnam hæredi, si suæ nō pareat voluntati. Item legatū petendū est ab hærede, non auctoritate propria occupandū. Item ambæ partes possunt à snia appellare. Item litis contestatio facienda est corā iudice appellationis. Item duæ quartæ possunt deduci, scilicet debita iure naturæ, & Trebellianica. Itē in legitima, quæ iure naturæ debetur, nullum grauamē potest imponi. Item snia pro parte confirmatur, & pro parte infirmatur. Item lex Falcidia inducitur contra voluntatem testatoris. Item si hæres fecerit inuentarium, vtetur beneficio legis Falcidiæ, aliàs non potest.

¶ Idem.

¶ Filius rogatus restituere hæreditatem, detrahit tertiam iure naturæ, & quartam Trebellianicam: in quibus potest legata relinquere, hæredes instituere, & pœnam imponere.

CAP. XVIII.

RAynaldus [e] Peponis filius, hæres ab ipso istitutus hoc modo [f], vt patruis suis hæreditatem restitueret, si absque filijs masculis [g] moreretur: cum eis [h] (mortuo Pepone) super quibusdam [i] bonis hæreditatis

[e] De materia & intellectu vide § aliqua hoc Gemarianum, & de intellectu breuiter Ferdinandum Vasquium lib. 2. de succ. creatio. §. 30 Tornell. & Marianum Socinū in rubr. 2. de leg. 2.

¶ Glo. seq. vtitur per obiectionem.

f ¶ *Hoc modo.*] id est, hac conditione [1], si sine liberis masculis moreretur, & ita modus pro conditione seruatur. C. de his q sub modo relin. l. 1. Quæ sit differentia inter modum & conditionem, dicetur j. de condi. appo. verum. & hæc verba hoc modo, potius fuerūt verba illius, qui condidit decretalem.

[1] Hoc dicit qa legatū sub modo fiunt petitur per illum cautione de modo adimplendo. nō sic in eo qd sub conditione debetur si de cōdit. & demonst. qui hæredi. & l. quibus diebus.

g ¶ *Filijs masculis.*] nec sufficit ipsum filios masculos habuisse nisi tempore mortis superstites fuerint. s. eod. Raynutius. super hoc dic vt s. de proba. in præsentia. in gl. quæ incipit, ingressus. & tunc hæc substitutio fideicommissaria. & de hoc dic vt s. eo. Raynutius.

h ¶ *Cum eis.*] scilicet patruis.

i ¶ *Quibusdam bonis.*] Isti patrui forte aliqua possidebant de bonis Peponis ex institutione vel causa legati, vel etiam sine aliqua causa: & ideo dicit ita q neutra pars haberet licentiam transferendi in aliam personam, vel forsitan ipse Raynaldus omnia possidebat

quia

eiusdem in tres arbitros compromisit: quorum duo, mortuo reliquo (prout ex forma compromissi[a] poterant) procedentes, taliter arbitrati fuerunt: quod neutra pars[b] haberet licentiam transferendi quocunque modo in alium, res prædictas[c], nisi in eorum filios masculos, ex ipsis legitime[d] descẽdẽtes: & quod cõtra hoc fieret, non valeret. Porro dictus R. prolem non habens condidit testamentum, in quo medietatem[e] partis suæ, de rebus prædictis[f] quibusdam auunculis suis, aliam vero medietatem, & reliqua bona paterna, vni ex patruis[g] suis & eius filijs legauit[h]: adijciens[i], vt bona in quibus ex testamento, vel ab intestato dicti hæredes R. possent succedere, si venirent contra legatum dictis auunculis suis debitum, ad ipsos[k] pro determinatis portionibus deuenirent. Demum eodem R. naturę debitum persoluente, ac vno ex patruis[l] hęreditatem adeunte[m] prædictam: cum dicti auunculi, aduersus eundem patruũ ac filios eius, coram iudice cõmunitatis † Vrbenateñ. † mouerunt quæstionem, petendo[n] pro rata[o] quæ ipsos contingit, legatum prædictum: & restitui eis, si contra ipsum illi venirent[p], quæcunque[q] occasione testamẽti eiusdem R. ad ipsos peruenerant, vel poterant peruenisse. præfatus iudex ab illorum impetitione super legato ipsos absoluens, ad restitutionem aliorum bonorum[r]

quia forte remanserunt indiuisa inter Peponem & fratres, vnde dicebant se habere ius in bonis illius.

a ¶ *Ex forma compromissi.*] quia dictũ fuit in cõpromisso, vt si omnes interesse non possent, duo arbitrarentur, alias nõ possent. sic & cum plures sint iudices. s. de offi. deleg. vno delegatorum. vt ibi.

¶ *Glo. seq. ponit dictum; quærit, allegat duas leges & vnã contra, & soluit.*

b ¶ *Neutra pars.*] In forma huius arbitrij non est vis facienda, quia nihilominus transferri possunt bona illa, quia sniæ arbitri nõ paretur nisi metu pœnæ. C. de arbi. l. 1. & sic non obstãte illo arbitrio tenuit legatũ: vt j. dicitur. Sed illud potest quæri, an pœna sit cõmissa si aliquas de rebus illis legauit auũculis suis, perinde ac si inter viuos alienasset? Et vr̃ quod pœna compromissi committatur. ff. de verb. oblig. si ita quis promiserit decem tibi dabo. §. ex lege. arg. ff. de leg. 1. peto. §. vlti. Est tamen ↄtrium arg. ff. de leg. 3. pater. §. fundum. vnde dicit Cardinalis, quod non obstante arbitrio tenuit legatũ; nec alia alienatio pp arbitrium potuit impediri, si pœna compromissi committatur, vt dictum est: iudex tñ qui primo tulit sniam, hoc non putauit, immo credidit quod arbitrium impediret legatum & hæredes, & ideo absoluit, vt sequentia docent.

c ¶ *Res prædictas.*] Super quibus fuerat compromissum, de alijs vero arbitri nihil dicere potuissent. ff. de arbi. nõ distinguemus. §. de officio. & s. de arbi. cum dilectus.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

d ¶ *Legitime.*] Vr̃ etiam quod naturales filij debent intelligi per hoc verbum, quia & ipsi excludunt substitutũ: vt si quis sit rogatus restituere hæreditatem, si sine filijs decesserit: sed & si habet naturales, euanescit substitutio. ff. ad Trebel. ex facto. §. si quis rogatus. & l. hæredibus. in fi. C. de institu. & substit. l. generaliter. 10 fi. ff. de leg. 2. cũ pater. §. volo. si dixisset, si decesserit sine liberis, tunc locũ habet qđ dr̃ de naturali: sed ex quo addidit, de legitimis, itelligẽdũ est tñ de natis ex libero matrimonio: aliàs nihil operaret hæc adiectio, legitimis: sed debet operari. argu. ff. de leg. 1. si qñ quis vxori.

e ¶ *Medietatẽ.*] scilicet tertiæ & quartæ, quã poterat legare, cuius dñiũ transiuit in legatarios adita hæreditate; sed si intendisset legare medietatẽ omniũ rerũ suæ partis, quarũ medietas pertinebat ad patruũ ex testamento Peponis, tunc dñium illarum nõ transisset in legatarios, cũ res illæ sint patrui, & illud locũ habet cũ testator rem suã legare intendit: sed legatarius potest agere ↄ hæredẽ actione ex testamento ad totã rem vel æstimationem, & non actione in rem; sed quantum pertinet ad casum præsentem, nõ est multũ circa hoc curandum; quia Raynaldus nõ legauit auunculis vltra illas partes quas poterat legare; nã tertiã & quartã habebat in bonis patris: quæ faciunt dimidiã totius hæreditatis: Nã sua pars erat tertia & quarta, & ipse legauit auunculis medietatem suæ partis. id est tertiæ & quartæ, & sic non possunt agere auunculi contra hæredem nisi ad medietatem tertiæ & quartæ: & hoc notare voluit infra vbi dicit; propter quod in rebus prædictis, &c. vsque, pronunciauit. Ber.

f ¶ *De rebus prædictis.*] De quibus extitit compromissum, & potest intelligi quòd res illæ diuisæ fuerunt inter R. & patruos. Ber.

¶ *Glo. seq. reci. per quæstiones, quare dixit de vno solo patruo, & dupliciter soluit. & quomodo inter patruum & filios hic fiat diuisio.*

g ¶ *Ex patruis.*] qui forte solus supererat, & alij mortui erant: vnde fideicommissum illi soli qui superstes erat debetur: qui tempore existentis conditionis solus inuenitur, ei debet in totum præstari, & filijs præmortuorũ nihil debetur, qui sunt mortui ante diẽ fideicommissi cedentẽ, scilicet antequam ille Raynaldus esset mortuus: vt C. de cad. tollend. l. vnica. §. si autem aliquid. & argu. C. de fideicom. si in persona. & ff. de lega. 1. cum filiofamilias. in fine. & ff. ad Trebel. l. apud. §. vtrum. & accedit ad hoc quòd totum ei debeatur. ff. de condit. & demonstr. si quis legata. §. 1. & cũ sic legatur patruo & filijs eius, patruus solus habebit dimidiam, & filij communiter aliam dimidiam. ff. de vsufru. accre. si quis Titio. & si alij patrui superessent, bene potuit instituere quem voluerit de patruis ratiõe tertiæ & quartæ, sed fideicõmissum debet oib' patruis.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiec. de §. ante hæredis.*

h ¶ *Legauit.*] Istud verbum ponitur proprie & improprie: proprie quantum ad auunculos quibus legauit; improprie quantum ad patruũ & eius filios, quibus non legauit, sed eos instituit hæredes[s]. vnde infra vocat eos hæredes, sic ff. de offi. procon. & lega. l. 2. vbi dicit manumitti tam liberi quàm serui. sic 28. dist. presbyterum. & j. eo. cap. versi. executioni mandari. & auunculi gerunt ↄ ipsos tanquã ↄ hęredes petentes legata: alias non valuisset testamentum, quia non inueniret aliquis institutus. Institu. de leg. §. ante hæredis institutionem nisi dictum esset. si non valet iure testamẽti, valeat saltem ratione cuiuslibet vltimæ volũtatis. C. de codicil. l. vlt. §. id quoque.

i ¶ *Adijciens.*] hoc bene facere potuit testator, quia potest pœnam imponere hæredibus, si non paruerint voluntati suæ. simile Institut. de leg. §. pœnæ quoq; nomine. est §. vlti. & C. de his quæ causa pœnæ. l. vnica. dum tamen nõ sit turpe vel inhonestum quod testator perceperit: vt ibi dicitur. & ff. de condi. instit. quidã. & C. de institut. vel substitut. reprehendenda.

k ¶ *Ad ipsos.*] scilicet auunculos.

l ¶ *Vno ex patruis.*] illi scilicet, qui fuit institutus. vnde planius dixisset, patruo adeunte hæreditatem prædictam.

ADDITIO. Et si quis patrẽ & filios instituit hæredes, tñ habeat solus quantũ & oẽs filij. ff. de vsufruct. accre. si quis Titio. & si alij patrui superessent, hic potuit instituere quem voluit de patruis ratione tertiæ & quartæ, sed fideicõmissum debetur omnib' patruis.

m ¶ *Adeunte.*] & sic locũ habet legati petitio. nam si ex testamẽto non adeatur hæreditas, deficit legatum, nisi sit ita relictum, quod à venientibus ab intestato præstetur[t]. ff. de test. tute. si nemo. alias est §. sub l. præcedenti. & C. de fideicom. l. cum quam.

n ¶ *Petendo.*] Legatũ enim ab hærede petendũ est. C. de fideicõ. eã quã. & si citra voluntatẽ hæredis legatari' occupet legatũ, tenetur interdicto quorũ legatorũ, ad ipsum restituendũ hæredi. ff. quorum leg. l. 1. in prin. tñ postquã est adita hæreditas, ipso iure dñium rei legatæ transit ad legatariũ recta via. ff. de fur. à Titio. ff. de leg. 1. si tibi homo. §. si seruus. vnde re legata nondũ comprehensa, datur legatario rei vendicatio pro ipso legato. C. cõia de le. l. 1. ff. de condi. fur. sed nec legatarius. & sic agebatur pro legato rei vendicatione.

o ¶ *Pro rata.*] id est. pro dimidia.

¶ *Glo. seq. quær. arg. negatiue. ponit opi. contrariam, quam approbat.*

p ¶ *Si contra ipsum venirent.*] Sed nunquid potuit ita formari libellus de iure; peto talẽ rẽ, & si ↄdixeris mihi, peto pœnã? & vr̃ quod nõ: quia iudiciũ nõ debet esse in pẽdenti. ff. de iud. nõ quẽadmodũ. dicitur quidã ↄ: & lex illa loquitur in his quæ pendẽt extrinsecus, non ex his quæ in ipso iudicio aguntur, & quod posset sic formari libellus, est arg. C. locati. conductores. quod satis potest cõcedi arg. huius. cap. & propter lites dirimendas. Ber.

¶ *Hæc glo. & præced. quæ incipit, petendo: circa actionem distinguunt inter legatum & fideicommissum singulare, & fideicom. vniuersitatis.*

q ¶ *Quæcunque occasione.*] Ad hoc agebatur actione ex testamento & non rei vendicatione, quia istud erat quasi fideicommissum vniuersitatis, quia qui rogatur restituere, quicquid ad eum peruenit de hæreditate rogatus videtur. ff. ad Trebellianum. l. cogi. & l. præcedenti. vnde non transit dominium in fideicommissarium, nisi facta restitutione re & verbo, vel saltẽ verbo. ff. eo. restituta. & facta restitutione, tunc dominium transit in fideicommissarium: etiam si nondum sit nactus possessionem. ff. ad Trebellianum. facta. Hęc est differentia inter fideicommissum singulare & vniuersale: quia in singulari sine aliqua restitutione transit dñium in fideicommissarium sicut in legatariũ. C. cõia de leg. l. 1. & 2. secus in fideicommisso vniuersitatis: ibi nõ transit nisi facta restitutione[u]. vnde ista alia non petebantur rei vendicatione: sed actione ex testamento.

¶ *Glo. seq. quærit: & simpliciter soluit.*

r ¶ *Aliorum bonorum.*] Omnium, & hoc fecit iudex propter verba testatoris, qui dixit, quod si patruus & filij venirẽt ↄ legatum, quæcunque ad ipsos ex successione illius poterant peruenire, deuoluerẽtur

ad auunculos. Sed quare nō dixit similiter de rebus legatis, sicut de alijs quę deuenirent ad ipsos auunculos? Potest rñderi, quod de rebus legatis non dixit: quia nō putabat iudex, quod res deberent vel possent trāsire in aliū aliquo modo: & hoc pp præceptū arbitrorum. vel forte ideo non dixit de rebus illis: quia nō putauit iudex quod testator sensert de reb' illis legatis, dū dixit quod bona in qb' ex testamēto vel ab intestato dicti hæredes possent succedere, deuenirēt ad auūculos: quasi ista generalia verba nō pertinerēt ad res de quib' dixerat specialiter. arg. ff. de verb. obli. doli clausula. nec visū fuit iudici, quod easdē res voluerit illos auunculos habere cū alijs reb'. arg. ff. de pœ. sanctio legū. & ar. ff. de leg. 3. hæres meus. §. 1. illa etiam vř esse melior ratio: quia nulla fuisset absolutio de rebus legatis, si postea cōdemnauit: facta fuisset in eisdem, & sic delusoria videretur: ne alia via fiat qđ alia via prohibetur. verū est, quod patruus totū pdere debet, & satis colligitur p hanc litteram aliorum bonorum; & j. vers. verum in portione. quia quicquid patru' potuit capere ex testamento Raynaldi, debuit pdere, non obstāte arbitrio, vt ibi dř, & illud totum fuit petitum per auunculos: & ex alia causa absoluit, & ex alia causa condemnauit eosdem

re potest per doli exceptionem. Ber.

g ❡ *Easque.*] scilicet partes, tertiam & quartam. Ber.

h ❡ *Licet ipsas non expresserit.*] Non legauit tertiam & quartam expresse, dicendo de tertia & quarta, immo dixit de dimidia: vnde si recta fiat computatio, tñ facit tertia & quarta quātum dimidia, & econuerso. verbi gratia: hæreditas. dimiditur in duodecim vncias. Inst. de hæredi. insti. §. hæreditas. si filius detrahit tertiam iure naturę, detrahit quatuor vncias, & remanent octo in quibus vř quod teneat fideicōmissum, & de illis detrahitur quarta, scilicet duæ vnciæ: & ita tertia & quarta faciunt sex, & sic habebat dimidiam totius hæreditatis.

sententialiter condemnauit [a] eosdem: A cuius sententia cum ambæ partes [b] ad nostrā audientiam appellassent, petente vtraque parte dicti iudicis sententiam infirmari, quatenus contra se fuerat promulgata, & quatenus pro se faciebat, executioni mandari †: Dilectus f. † n. O. sancti Nicolai in carcere Tullian. diaconus Cardinalis lite corā se legitime cōtestata [c], quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris sui, tertiam partem debitā iure naturæ, in qua grauari nequiuit [d], necnon quartam Trebellianicam [e], quam quilibet extraneus restitutione grauatus deducere potuisset †, propter quod in rebus prædictis auūculis legatis, portiones [f] easdem habuit R. præfatus, easq; [g] potuit in vltima voluntate legare: ac per hoc legatū tenuit vsq; † ad tertiam & quartam præfatas: licet [h] ipsas non expresserit in legando: pronunciauit [i] (non obstante præmisso arbitrio, quod nec † legatum teneret, non poterat impedire) iudicem ipsum [k], in eo quod super hoc dictum patruum in totum absoluit, qui confessus est se pro medietate possidere prædicta, perperam iudicasse: condemnauitque ipsum ad restitutionem medietatis tertiæ & quartæ partis ipsius legati [l] pro rata [m], quæ dictos auunculos de ipso contingit: & in residuo [n] præfati iudicis sententiā cōfirmauit. ❡ Cæterum in eo † quod idem iudex dictum patruum & eius filios totaliter in alijs quæ in secundo articulo [o] petita fuerant, condemnarat, male ipsum pronunciasse [p] decreuit: quia filij eius contra voluntatem testatoris non inueniuntur aliquid commisisse, cum nihil de petitis [q] reperti fuerint possidere. Verum in portione, quam patruus

a ❡ *Condemnauit eosdem.*] scilicet patruum & filios. & in hoc scilicet quòd filios condemnauit, & in alio etiam pronunciauit, id est, iudicem male pronunciasse.

b ❡ *Ambæ partes.*] sic j. eo. Raynutius. & s. de appel. si duobus.

❡ *Glos. seq. obijcit, & soluit.*

c ❡ *Contestata.*] Et ita vř quod litis ↄtestatio facienda sit coram iudice appellationis. Sed ↄ vř dicere lex, quod non debeat fieri cōtestatio: cū iam sit facta in prima causa. C. de temp. ap. l. vlt. §. illud. & s. de appel. per tuas. Satis potest dici, quod in causa appellationis fiat contestatio de nouo. 2. q. 6. cap. si autem. § si quis in quacunque. nec tñ creditur pp hoc fieri super principali: quia super alio vř fieri contestatio, quàm in principali. Primo fuit cōtestatio facta directe super repetita: in causa vero appellationis super ipsa sñia, quod sit iusta vel iniusta; & super alijs quæ adducuntur, super quibus nulla fuit contestatio in prima causa: tñ altera parte absente posset iudex procedere sine litis contestatione, vt dicit lex prædicta. C. de temp. ap. & decre. per tuas. de appel. & s. de renun. veniens.

d ❡ *Nequiuit.*] Hoc planū est. quia in legitima, quę iure naturę debet, nullū grauamen, & nulla conditio apponi potest. & pro non adiecta habetur si apponatur. C. de inofficioso testamento. quoniam in prioribus. & in Auth. de hæredi. & Falci. §. primum itaque. & §. si quis autem non implens. & j. eo. Raynutius.

e ❡ *Trebellianicam.*] & ita duæ quartæ possunt deduci. De hoc dř j. eo sem, Raynutius. vbi idem dicitur.

❡ *Glo. seq. recitatur per quæst. an filius rogatus in singulis rebus vel vna tantum, &c. sol. quod in singulis, ponit op. cōtrariam quam probat tribus legibus, ad quas respondet.*

f ❡ *Portiones easdem.*] immo habuit res ipsas in totū: nam quandiu viuus fuit; habuit dominium omnium rerum. dicitur autē habuisse portiones easdem in rebus prædictis, id est, facultatem deducendi easdem portiones in singulis rebus: quia de singulis debet fieri deductio tertiæ & quartæ: licet quidam ↄtrium dicant, quod filius in vna re sola deducere possit tertiā iure naturæ, & quartam Trebellianicam. arg. C. fa. ercis. filium a, & ff. de leg. 1. potest. ff. ad l. Falcidiā, si ex pluribus. Sed verum est, quod de singulis rebus debet fieri deductio, & illa lex, filium. nō obstat: quia illud fuit ex voluntate patris: & illa lex. potest. non obstat. quia ibi loquitur cum legata erat pars hæreditatis: vnde vnum legatum censetur, vel illud contingit de voluntate legatarij & hæredis, vel ex officio iudicis: vt ibi dicitur. illa, si ex pluribus. potest intelligi quando vni plures res legatæ sunt: tūc si soluat aliquas integraliter in alijs plenam Falcidiam retineat

i ❡ *Pronunciauit.*] scilicet, Cardinalis. Ber.

k ❡ *Ipsum.*] scilicet patruum.

l ❡ *Legati.*] quartæ scilicet. Ber.

m ❡ *Pro rata.*] quæ quidem vtilis est: nam cū vna res pluribus legat, quilibet ibi habet vtilem: nisi alia mens ↄap pareat testatoris. ff. de leg. 1. si pluribus.

❡ *Glo. seq. declarat quod sit residuum.*

n ❡ *In residuo præfati iudicis.*] De quo residuo absoluerat prior iudex patruū & filios: nā primus iudex in totū absoluit patruū in legato, & male, sed quā ad filios bene: sed Cardinalis condēnauit patruū pro parte scilicet in dimidia ipsius legati tertię & quartæ pro rata. in hoc infirmauit sñiam prioris iudicis, in residuo autē ↄfirmauit. & hoc totū intellige quantū ad legatū possessionū, quę legatę fuerūt, de qbus cōpromissum fuit. In alia autē parte sñiæ, statim sequitur qualiter processit Cardinalis: ibi, cæterū, &c.

n ❡ *Residuo.*] Auunculi petebāt iure legati medietatē bonorum, de qbus fuit cōpromissum. Residuū istud cōsistebat fm intentionem prioris iudicis in illa medietate, à qua medietate absoluit patruū & filios, nō habito respectu ad testamētū Peponis. & hoc pp pceptū arbitrorū, quod tñ non impediebat legatū, & consistit in sexdecim fm computationē nostram: & male pnunciauit in eo qđ patruum absoluit in totū, sed quantum ad filios bene pnunciauit: sed postea Cardinalis ostenso testamento Peponis, correxit p parte sñiam primi iudicis, condemnans patruū pro parte sua, scilicet in quatuor; & in residuo, scilicet in octo, quantū ad filios, & in quatuor, quantū ad patruū ↄfirmauit: & tñ in sequenti articulo pdit patruus illa quatuor, pp pœnam vno retēto per legē Falcidiā. & sic in veritate in octo consistebat legatum ratione tertiæ & quartæ. alia viij. pertinebant ad patruum & filios ex testamento Raynaldi; & hoc secundum computationem prædictam.

o ❡ *Secundo articulo.*] Duo fuerunt articuli. Primus in quo petebātur res legatæ: Secundus, in quo petebantur omnia quæ ad patruū & filios poterant peruenire ex testamento Raynaldi, si veniret contra legatum auunculo relictum.

p ❡ *Male ipsum pronunciasse.*] quantum ad personas filiorū male pnunciauit: quia non venerant ↄ voluntatē testatoris in aliquo: male etiam pronunciauit ↄ patruum, quia condemnauit eū de omnibus alijs, quæ peruenerant ad eum ex testamento Peponis: quia in his quæ subiacebant restitutioni, ipsum non debuit condemnare, sed de his tantum, quæ contingebant eum ratione tertię & quartę: pro qua parte confirmatur sententia: pro alia quæ debebat restitui ei, infirmatur: vt j. dicetur.

q ❡ *Cum nihil de petitis.*] Et ita hæc est bona ratio: quia hic agebatur res vendicatione, saltem quoad legatum, vt s. dictum est: vnde cum illi nihil possiderent, non poterant conueniri rei vendicatione. C. de alie. iu. mu. causa facta. l. vnica: & s. de re iud. examinata. quod sic ageretur, patet ex eo quod dicit, quòd patruus fuit confessus se possidere, quia in reali actione quærendum est, an possideat quia an non. ff. de rei vendicatione. qui petitorio. & l. officium. & si dixerit se non possidere cum possideat, & hoc probetur, transfert possessio in actorē, quāuis nō pbet rē suā esse. ff. eo. l. in rē actio. & quia nondū adierit hæreditatē. nō poterāt ↄueniri. & ante litē ↄtestatam

statim hoc debet quæri, ne delusorium sit iudicium: vt hic patet.
a ¶ *Habebat.*] ratione illius institutionis, quam fecit R. de ipso.
b ¶ *Bonis illis.*] scilicet, in alijs bonis & rebus, exceptis rebus legatis. vel posset intelligi de omnibus.
c ¶ *In bonis eisdem.*] In singulis enim rebus habuit tertiam & quartam: vt dixi. Ber.

¶ *Glos. seq. vertitur per obiect. de Laterntum.*
d ¶ *In quibus eius institutio.*] ergo vř quòd in sola tertia & quarta teneat institutio: quod falsum est: immo tenet in omnibus. C. ad legē Falcidiam, irritum. §. sed dř in eis tenere, quia in eis potest institutus patruus grauari. in eo vero quod subiacet restitutioni, grauari nō potest, immo illud deducitur tamquam æs alienum, residuum vero diuidit inter patruum & filios eius: fideicommissum enim hæreditatis ex testamento Peponis soli patruo debebatur, non autē eius filijs. Raynaldus autem instituit patruū cui hæreditatē Peponis restituere tenebatur, cum illud quod est patruo restituendū ex testamento Peponis, illud habeat præcipuū, & illud primo deducitur sicut æs alienum: vt in l. prædicta, irritū. In quo autē adiectio pœnæ nō tenuit, illud autem qď Raynaldus restituere nō tenebatur, & in quo grauari non potuit, quod est tertia & quarta, illud diuiditur inter patruum & filios eius, quos Raynaldus instituit sibi hæredes. arg. C. ad legem Falcidiam. quamquam & in hoc solo, scilicet. tertia & quarta tenuit adiectio pœnæ: vt hic dicit.
e ¶ *Pro rata eosdem.*] quasi dicat, pro qua parte legatū ɔtingit quēlibet de auunculis, pro ea parte quemlibet contingit illud qď pœnæ causa adimitur illi patruo: quia patruus noluit parere testatori dādo legatū auunculis, ideo perdere debet illud qď capere poterat ex testamento Raynaldi. Vel dic, pro rata, id est, pro medietate tertiæ vel quartæ partis bonorū Raynaldi, in quibus fuit institutus, quam medietatem amittit patruus: quia ɔdixit legato: vt hic dicitur. & istam medietatem restituit patruus tanquam legatum.
f ¶ *Legato.*] quoda amittit patruus nomine pœnæ, id est, vno retento. Item amittit alias duodecim vncias.
g ¶ *In residuo.*] Istud residuū pōt intelligi dupliciter: quo ad bona Peponis quantū ad patruū, quia in illis condemnatio iudicis nō tenuit, quæ contingebant patruū per restitutionē ex testamento Peponis, in quib⁹ nullā pœnam potuit imponere Raynaldus: & ideo absoluitur patruus. Item quo ad bona Raynaldi quantum ad filios quos Raynaldus instituit, & quia non venerant ɔ voluntatem testatoris, & nihil inuenti sunt possidere de rebus petitis, condēnari nō debuerunt: vnde absoluti fuerunt per Cardinalem.
h ¶ *Saluo nihilominus ei.*] scilicet patruo.
¶ *Glo. seq. consequenter vertitur per quæstionem, an in eo quod de pœna soluitur, detrahatur Falcidia.*
i ¶ *Beneficio legis Falcidiæ.*] Istud est ita intelligendum, patruus id qď sibi restituendū est, primo vt æs alienum (vt dixi) deducit de rebus illis, de qbus compromissum fuit, quæ cōtinebantur in primo articulo. De residuo, qď est tertia & quarta, tenetur præstare legata. & de illis detrahit quartam Trebellianicā per legem Falcidiam. C. ad l. Fal. in imponenda. & l. vnū, & l. quāquam. & ff. ad l. Falci. quod de bonis. §. cū fidei. & C. de bon. Authen. iud. pos. l. 1. deducet autem Falcidiam de rebus legatis. Et forte intellexit Cardinalis, ꝙ deducet etiam de alijs, quæ causa pœnæ adimuntur eidem, quia illa legata sunt illis auunculis. Si fieret eis cōtrouersia de alio relicto. & ideo forte dicit j. de Falcidia, quæ inducitur contra voluntatem testatoris. sed hoc non est verum: quia id quod pœnæ causa accreuit, non incidit in legem Falcidiam. ff. ad l. Falci. cū pater. in fi. & l. seq. arg. opt. Et quod prouisum est ad pœnam, non debet trahi ad gratiam. s. de transact. inter corporalia.

habebat in bonis illis ratione quartæ & tertiæ prædictorum, quas R. habuit in bonis eisdem, in quibus eius institutio, & legatio, ac adiectio pœnæ tenebat, pro rata eosdem auunculos contingente de prędicto legato, confirmauit sententiam iudicis supradicti: Eodem patruo & eius filijs in residuo absolutis, & saluo nihilominus ei ex iure institutionis beneficio legis Falcidiæ, in restitutione præfati legati, si infra tempus legitimum voluntati paruerit testatoris: cū inuentarium fecerit, & contra voluntatem testatoris, lex Falcidia inducatur. ¶ Nos itaque ipsius Cardinalis sententiam ratam habentes, eam auctoritate Apostolica confirmamus.

¶ Idem.

¶ *Executor testamentarius, qui suscepit illud officium, exequi compellitur.*

CAP. XIX.

IOannes clericus, & P. laicus, executores vltimæ voluntatis O. clerici sanctæ Crucis, qui venerabilibus & piis locis, de bonis suis in vltima voluntate legauit, mandans insuper satisfieri creditoribus per eosdem: Post mandatum susceptum, per diœcesanum cogi debent, testatoris explere vltimam voluntatem.

¶ Idem.

¶ *Ponit quædam legata, in quibus non soluitur canonica portio, nisi fiat in fraudem.*

CAP. XX.

DE his quæ in ornamentis, vel pro eis, seu fabrica, luminaribus, anniuersario, septimo, vigesimo, trigesimo die, siue alijs, ad perpetuum cultum diuinum legantur ecclesijs, vel reliquis pijs locis, canonica portio, (dummodo in fraudem non fiat, vt eā episcopus seu parochialis ecclesia debeat defraudari) deduci nō debet.

k ¶ *Restitutione.*] id est, præstatione.
l ¶ *Legitimum.*] quod dicitur tempus anni. hoc tempus computandum est iussu iudicis. Si autē infra illud tempus non paruerit, tunc nō potest vti beneficio Falcidiæ, immo pdit omnia excepto illo qď sibi debetur ex fideicōmisso in authentica de hæredibus, & Falcidia. §. illud quoq; coll. 1.
m ¶ *Inuentarium.*] aliter enim beneficio legis Falcidiæ vti nō potest, vt dicitur in Authen. de hæred. & Falcidia. §. si vero non fecerit inuentarium.
n ¶ *Contra voluntatem testatoris.*] Hoc ideo dicit, quia ɔ voluntatem testatoris videtur hic retinere Falcidia de rebus specialiter legatis: quia illas voluit testator omnino præstari illis auunculis, ita ꝙ nulla ɔdictio fieret eis: vnde ɔ eius voluntatē Falcidia retinetur, & tñ retinet nihilominus, quia ɔtra voluntatem testatoris inducitur Falcidia. ff. ad legē Falcidiā. Titia. Sed & in alijs reb⁹ quæ causa pœnę auferuntur, si verum est, quòd quarta retineatur, inducitur ɔ voluntatem testatoris: sed non videtur quòd quarta retineatur in his quæ causa pœnæ auferuntur, vt dixi s. in notula, istud est, &c. Nam testator causa pœnæ omnia voluit auunculis pstari. inducitur ergo Falcidia ɔ voluntatem defuncti. C. ad legem Falcidiam. si vt allegas. & l. pen. & ff. eo. tit. quod de bonis. §. vlt. Hodie vero Falcidia non potest induci contra voluntatem testatoris expressam, si testator certus de quantitate patrimonij sui hoc prohibeat. in Authen. de hæred. & Falcidia. si vero expressim. sed contra tacitam bene inducitur, vt bene dicunt leges prædictæ, si vt allegas. & sequentes. Ber.

IOannes.] Diuiditur, quia primo ponitur quæstio. Secūdo solutio: ibi, Post. Abbas Siculus.
CASVS. O. clericus sanctæ Crucis legauit de bonis suis in vltima voluntate venerabilibus & pijs locis, & hanc voluntatem suā exequendam commisit Ioanni clerico, & P. laico: & mandauit eisdem, vt creditoribus satisfacerent: dicit Papa, quòd post mandatū susceptum, per diœcesanum epm cōpelli debent explere voluntatem defuncti, si fuerint negligentes. Nota, ꝙ volūtates defunctorū ad pias causas per diœcesanum epm mandari debent executioni.
n ¶ *Pijs locis.*] in quibus sufficit minus legitima voluntas. s. eod. cum esses. & cap. relatum.
p ¶ *De bonis suis.*] proprijs scilicet; quia de rebus ecclesiæ nihil posset legare. s. eo. quia nos.
q ¶ *Mandatum susceptum.*] Mandatum suscipere nemo cogitur, susceptum vero necesse est adimplere. ff. commodati, in cōmodato. §. sicut. ff. mandati. si quis alicui. §. qui mandatum. C. de procuratoribus, inuitus. ff. de arbit. l. 3. §. 1. Ber.
r ¶ *Per diœcesanum.*] sic intelligitur. s. eo. si hæres. & cap. tua nobis. vbi de hoc. Ber.
DE his.] Primo ponit dictum, in quo interserit exceptionem ibi, Dummodo. Abbas Siculus.
CASVS. De his quæ legant in ornamentis ecclesiæ, vel ad cultū diuinū, vel anniuersario, vel alijs pijs locis, canonica portio deduci nō debet: dūmodo ista legata non fiant in fraudē, vt epūs vel parochialis ecclesia portione debita defraudetur. Nota, ꝙ epūs vel parochialis ecclesia non debet habere portionem de his quæ legātur in ornamentis ecclesiæ, vel ad cultum diuinum.
s ¶ *Canonica portio.*] Portio ista diuersimode deducitur ſm varias consuetudines locorū. j. de sepul. certificari. & s. eo. requisiti. qñq; est tertia, & qñque media. j. de sepul. c. 1. & 2. & 10. q. 1. de his. & c. antiquos. & c. decernimus. & qñque quartā. j. de sepul. cū super.
t ¶ *In fraudem.*] Tunc non prodesset. s. eo. officij.
¶ *Glo. seq. reddit rationem, & dat simile, & causam addit.*
u ¶ *Deduci.*] Hoc dictum est pp reuerentiam diuini cultus: mul-

Alias stat per diœcesanum episcopum &c.
adimplere.
Vide notas positas in hanc decretalem.
In vulgata . pro ceteu.
Seu anniuersario.
In anti. quia in septimo. vigesimo, trig. simo, siue alijs. &c. nam dictio, dic, nusquā apparet.
Si pater filium quē rogauit restituere, tertia re. p Falcidia ñ sufficit esse contentum: filius stare non tenet. Ioan. And.
Contrarietas. in Authen. sed cū testator. & ibi Cyn. C. ad leg. Falcidiam.
De hoc articulo vide quid sentiat clarissimus, & alij doctores, est enim latis ambiguus.

TITVLVS XXVII.

De successionibus ab intestato.

¶ Ex concilio apud Altes. † habito.

¶ Clericus bona propria dare potest cui vult: sed si decedat intestatus, & non habet consanguineos, succedit ecclesia. hoc dicit iuncta glossa.

CAP. I.

SEd hoc ibidem inuentum est de episcopis, presbyteris, & clericis, vt † si per hæreditatem, vel alio modo intuitu personæ [a], aliquid acquisierint, donare eis liceat cui voluerint, dum viuunt. ¶ Si autem ante obierint, quàm hoc fecerint †, altari cui seruiunt omnia perpetuo sanctificentur [b], & in ius eius tradantur [c].

¶ Ex concilio Tribur. †

¶ Si olim seruus presbyter factus intestatus decedat, eius bona diuidentur secundum formam hic contentam. h. d. secundum intellectum singularem, qui hodie etiam tenet.

CAP. II.

SAncto † concilio allatũ est, quòd quidam laici improbe agunt contra presbyteros suos, ita vt de morientium [d] presbyterorum substantia, partes sibi vendicent, sicut de proprijs seruis. Interdicimus itaq; ne hoc vlterius fiat: sed sicuti liberi facti sunt ad suscipiẽdum gradum, & agendum officium diuinum, ita nil ab eis præter diuinum [e] officium exigatur. ¶ Peculium vero ipsorum diuidatur in quatuor partes, quarum vna episcopo, altera † ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur: & si non sint † idonei [f] parentes, episcopus eã recipiat, & in vsum ecclesiæ diligenter distribuat. Et si quis contra hoc præsumpserit, anathematizetur.

¶ Innocentius tertius Murnen. † epo.

¶ Attingendo duos notabiles & singulares intellectus huius cap. summatur secundum quemlibet intellectum. Et primo sic: Valet testamentum ad pias causas conditum per verba enunciatiua, etiam propter aliud prolata, quamquam successio seu testatio veniat ad exclusionem alterius ecclesiæ. Vel aliter secundum alium intellectum; & sic: Per vnum testem de veritate, & per confessionem etiam incidenter factam, probatur oblatio, etiam quo ad effectum consequendi bona oblata.

CAP. III.

CVm † dilectus filius Abbas de Brusia, pro causa, quam aduersus episcopum Eduen.

ta enim pp religionẽ admitti solent, nã somma est ratio q̃ pro religione facit. ff. de religio. & sumptu. fune. sunt psonę. io fin. vnde in casu isto minus legitima volũtas sufficit. ṡ. eo. cum esses. & c. relatũ. sic in his q̃ ad pias causas relinquuntur, cessat Falcidia. C. ad l. Fal. Auth. similiter. & in Auth. de ec. tit. §. fin ast. coll. 9. vnde sumptũ est Auth. pdictã, similiter & sic cessat Falcidia i testamẽto militis priuilegio militari. C. de testa. mil. io testamẽto. C. ad l. Fal. i testamento. Itẽ cessat deductio istius partis in eqs & armis fauore terræ sãctę j. de sepul. in nostra. Et hoc idẽ quod hic dr, habes ṡ. de verb. sign. ex parte.

DE SVCCESSIOnibus ab intestato s.

¶ Supra visum est de successionibus ex testamento: verum quia sæpe homines decedunt ab intestato, & dubitari potuisset de successione, ideo post rubricã præcedẽtem subijcitur ista. Et scias, quòd intestatus dicitur qui nullum vel non iure fecit testamentum. l. ff. C. fam. ercisc. a Abbas. De hac materia tractatur 12. q. 3. c. 2. & q. 5. cap. vlt.

SEd hoc. Duæ sũt partes. Secunda ibi, Si autem. Abbas.

CASVS. Omnes clerici generaliter de his q̃ habent per hæreditatẽ, vel alio modo intuitu personæ acquisierint: dum viuũt, possunt inde facere quicquid eis placet: si vero ante moriantur quàm de his disposuerint, si consanguineos non habent, in ius ecclesiæ debet tradi. Nota, q̄ clericus potest testari ad libitum suum de omnibus acquisitis intuitu personæ suæ. puta artificio, hæreditario iure, donatione amicorum, & huiusmodi.

a ¶ *Intuitu personæ.*] sic ṡ. tit. proxi. quia nos.

b ¶ *Sanctificentur.*] id est, tanquam sancta deputentur. ṡ. de rerum permutatione, mancipia. 12. q. 2. de laicis. & q. 3. quicunque. Ala.

¶ *Glos. seq. recitatur per obiectionem.*

c ¶ *Tradantur.*] Intellige hoc cum non habent consanguineos, qui eis ab intestato succedant: illi enim admitterẽtur, & non ecclesia. 12. q. vlti. & c. vlti. & q. 3. quicunque. & in Auth. de eccle. titu. §. si quis episcopus. coll. 9.

SAncto.] Si presbyter intestatus decedat, de patrimonio suo fiunt quatuor portiones, put hic habetur. Et nõ tenet hoc hodie sm glos. & sic vult q̄ hodie istud cap. sit correctũ. sed huic lecturę obstat qđ habet ṡ. in procemio, resecatis superfluis. Primo ponit excessus relatio. Secũdo eius phibitio: ibi, *Interdicimus.* Tertio peculij diuisio; ibi, *Peculiũ.* Quarto pœnæ inflictio: ibi, *Et si quis.* Abb. Sic.

CASVS. Laici quidã habebant seruos: manumiserũt illos, & ordinati sunt in presbyteros: qñ presbyteri isti moriebantur, totã substãtiam illorum laici sibi vendicabant, tanquã de proprijs seruis: ista relata sunt in ɔcilio: vnde statuit ɔciliũ, q̄ ista decætero non fiant, sed sicut liberi facti sunt ad suscipiendũ gradum & diuinũ officiũ, ita nihil ab eis exigatur præter diuinum officium: sed peculiũ illorum diuidatur in quatuor partes, quarũ vna assignetur epo, altera ecclesiæ cui seruierunt, tertia pauperibus, quarta consanguineis: quos nisi habuerint, eps eam in vsum ecclesiæ conuertat. Nota q̄ laici nihil debent occupare de rebus clerici morientis. Item patronus in liberto potest retinere operas spirituales. Item substãtia clerici morientis, diuidi debet in quatuor partes, vna epo, alia ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta parẽtibus idoneis danda. Item parẽtibus non idoneis nihil potest testari clericus moriens, vt puta hæreticis, vt j. de hæret. vergentis.

¶ *Gl. seq. distinguit, aut prælatus testatur, aut non. Secundo casu, aut res eius sunt distincta, aut permista: & hoc casu aut ambigitur an habuerit proprium, aut certum est habuisse. signat contrarium, & soluit.*

d ¶ *Morientium.*] cũ decedit prælatus, de omnibus tam ante promotionẽ quàm post acquisitis intuitu personæ, liberam habet potestatẽ testandi. ṡ. c. proxi. & ṡ. de testamen. cum nobis. & 12. q. 3. quicunq;. & q. 5. fixũ. in Auth. de ec. tit. coll. 9. §. interdicim⁹. Si vero decedat intestatus, si sunt distinctę res, eius ɔsanguinei succedũt sibi. 12. q. 5. sint manifestę. Si vero res plati sunt permistæ cũ rebus ecclesiæ, tũc distingue, aut dubitatur an habuit propriũ, aut certum est quòd habuit: si dubitetur, semper pro ecclesia est præsumendũ, & totũ vendicabit ecclesia. arg. 12. q. 3. quicũq;. ff. de reb. dub. cuibus. Sic in vxore. ff. de dona. inter vir. & vxo. Quint⁹ Mutius. & C. eo. tit. &. Si vero certũ est, q̄ aliquid habuit, sed nescit quantũ, obtinet hui⁹ capituli distinctio: nec immerito, quia nullus hæres nobis pximior est, quàm q̄ nos Deo sociauit. j. de pœnis, presbyteri. licet ɔdicere videatur 12. q. 4. c. 1. vbi dr, q̄ si dubium, q̄ æqua debeat fieri distributio inter ecclesiam & hæredes sacerdotis. Sed dic q̄ in alio casu loquitur hoc capitulum quàm illud. hoc capitulum intelligitur de illis presbyteris, qui ex seruis facti sunt presbyteri, qđ videtur verius: vt dicit Laur. ¶ Non credo q̄ hodie haberet locũ talis diuisio, immo credo q̄ si aliquid haberet intuitu personæ, q̄ consanguinei ei succedunt ab intestato. Si consanguineos non haberet, tunc ecclesia ei succederet. 12. q. vlt. c. vlt. j. cap. proxi.

e ¶ *Præter diuinum.*] Arg. quòd patronus potest tenere operas spirituales in liberto, quem manumittit ad clericatum. arg. ṡ. de ser. nõ ordi. nullus. 54. dist. frequens. Alanus.

f ¶ *Non sunt idonei.*] puta hæretici. 24. q. 2. sane profertur. j. de hære. si quis episcopus.

CVm dilectus.] Rector ecclesiæ dr̃ intestatus, si nullum facit testamentum, vel fecit, sed furiosus. & tali succedit ecclesia, si non habet ɔsanguineos: secus autẽ si apparet illũ fuisse monachum, vel sana mente testatũ. sic summat Ioan. And. & cõiter doctores sequẽtes, sed hæc summario de nihilo puidet, nec cõtinet in se aliquam difficultatem. Diuidit in quatuor partes. In prima parte ponit factũ decisum. In secunda motiuũ Papæ ad sniam. In tertia allegatio epi diffinientis. In quarta diffinitiuæ commissio. Secunda: ibi, *Sufficienter.* Tertia: ibi, *Quia vero.* Quarta: ibi, *Nos causam.* Abbas Siculus.

b ¶ *Annos.*] illi non elegerunt sepulturã: nec eligere potuerunt. vnde restituere debent Hospitalarij prædicti, quicquid ipsorum occasione receperunt. Bernardus.

E *x parte.*] Cõis diuisio. Secunda: ibi, *Quocirca.* Abb. Siculus.
CASVS. Quidam nobilis solicitauit sæpe quandã puellam de stupro, & cum non consentiret eidẽ, posuit ei insidias super quodam ponte: & dum fugeret, casu cecidit de ponte, & mortua est: quæritur vtrum debeat in cœmiterio sepeliri? mandat Papa, q̃ cũ illa non sponte præcipitauerit se de ponte, sed casu ceciderit, corpus eius debet in cœmiterio sepeliri: maxime cũ ex honesta causa fugisse noscatur: & cui communicabatur viuenti, communicandũ sit iam defunctæ. Nota, q̃ qui casu & non sponte submergitur, vel moritur, nõ priuatur ecclesiastica sepultura. Item nota regulam: Cui viuo cõmunicamus, & mortuo communicare debemus.
¶ *Glos. seq. recitatur per quæstionem, & soluit distinguendo.*
c ¶ *Non sponte.*] quia si sponte, non esset sepeliẽda in cœmiterio ecclesiæ. 23. q. 5. placuit. sed si fiẽs credebat euadere posse, non imputaretur, et etiam si sponte se præcipitasset de ponte, vbi videbatur q̃ euadere posset. arg. 13. dist. nerui. cum pro bono aut licito hoc facere posset: vnde si quid contrarium eueniat, nõ imputatur. 23. q. 5. de occidendis.
¶ *Gl. seq. ponit. 7. vel 8. casus, quibus fallit regula.*
d ¶ *Communicabatur.*] Vel communicare debuimus: quoniam tunc post mortem absolueretur excommunicatus: & ei postea communicaretur. j. de sent. exc. à nobis. simile 24. q. 2. c. 1. & c. sane. fallit hæc regula in furibus & latronibus. j. de fur. fures. Item in his qui moriuntur in torneamentis. j. de torneam. c. 1. Item in raptoribus. j. de rap. super eos. Item in his qui seipsos interficiunt, vel pro suis sceleribus interficiuntur. 23. q. 5. placuit. Item in his qui presbyteros instituunt in testamentis tutores filijs suis. 88. dist. in. neque apud. Item in quolibet quem constat in mortali peccato decessisse. 13. q. 2. nõ æstimemus. & c. pro obeuntibus. Item in his qui post mortem conuincuntur de hæresi. 24. q. 2. sane profertur.

chianis[a] eius illos solidos recepisse: nec † sit sufficienter ostensum, quod eorum oblati vel conuersi fuissent. ¶ Eisdem prætereа duximus iniungendum, quod nisi probauerint, quod G. † parochianus Prioris, qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, vniuersa quæ ipsius intuitu recepérunt †, Priori restituant memorato †: alioquin quartam partem solummodo restituere teneantur. Pro illis vero quos constat infra annos[b] legitimos decessisse, quæ sepulturæ eorũ gratia receperunt, restituant vniuersa.

¶ Idem archiepiscopo Toronensi.
¶ *Casualiter mortuus, priuari non debet ecclesiastica sepultura.*

CAP. XI.

Ex † parte parentum M. nobis est intimatum, quod cũ nobilis vir dominus I. de insula Butardi † eidem posuisset insidias, quam solicitauerat sæpe de stupro, & ipsa Gartionibus † qui eam rapere nitebantur, super quendam pontem occurreret, tandem fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadẽs fuit casu submersa. ¶ Quocirca mandamus, quatenus cũ illa non † sponte[c] præcipitauerit se de ponte, sed (sicut superius est expressum) casu ceciderit, corpus eius tradi facias ecclesiasticæ sepulturæ: præsertim cum ex honesta causa fugisse noscatur: & cui communicabatur[d] viuenti, communicandum sit iam defunctæ.

S *Acris.*] Diuiditur: nam præmittit exordium ad probationem dicendorum. Secundo soluendo distinguit: ibi, *Vnde.* Et secundũ membrum distinstionis: ibi, *Quod si.* Abbas.
CASVS. Aliqñ contingit, q̃ corpora excõicatorũ per violentiã aliquorum, vel aliquo casu in cœmiterio sepeliuntur, quæritur an debeant exhumari? Respondet Papa, si ab aliorum corporibus disterni possunt, exhumari debent, & longe ab ecclesiastica sepultura iactari: si vero discerni non poterunt, non debent corpora illorum excommunicatorum cum aliorum corporibus exhumari, cũ sicut sepultura pretiosa illis non ꝓdest, sic nulla vel vilis non obest iustis. Nota q̃ cui non communicamus viuo, non est communicandum defuncto. Item ratione dubietatis aliquid admittitur, quod si certum esset, repelleretur. Item vtile non vitiatur per inutile. Item nec pretiosa sepultura prodest defuncto, nec vilis nocet.
e ¶ *Non communicemus.*] sic. 24. q. 2. c. 1. & 2. nisi viuentes reconciliationem petierint, nec per eos stetisset: quia tunc absoluendi sunt post mortem. j. de sen. excom. à nobis. & 26. q. 6. qui recedunt. Ber.

¶ Idem Nidrosiensi † archiepiscopo.
¶ *Si ossa excommunicatorum sunt sepulta in ecclesiastico cœmiterio, & discerni possunt: debent exhumari, & proijci: aliàs secus.*

CAP. XII.

Sacris † est canonibus institutum, vt quibus non cõmunicauimus viuis, non cõmunicemus[e] defunctis: & vt careãt ecclesiastica sepultura qui prius erant ab ecclesiastica vnitate præcisi †, nec in articulo mortis ecclesiæ reconciliati fuérint. ¶ Vnde si contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpora, per violentiam aliquorum, vel alio casu in cœmiterio[f] ecclesiastico tumulentur, si ab aliorũ corporibus discerni poterunt, exhumari[g] debẽt, & procul ab ecclesiastica sepultura iactari. Quod si discerni non poterunt, expedire non credimus, vt cum excommunicatorũ[h] ossibus corpora extumulentur fidelium: cum licet nõ † obsit iustis sepultura nulla vel vilis, impijs tamen celebris, vel speciosa[i] † non prosit.

¶ Innocentius iij. episcopo Magalon. †
¶ *Terra cœmiteriata pro sepultura fodienda, vendi non debet.*

CAP. XIII.

Abolendæ consuetudinis peruersitas apud Mõtem Pessulanum (vt dicitur) inoleuit, vt decedentibus non prius permittatur effodi sepultura[k], quàm pro terra, in qua sepeliẽdi sunt, certum pretium ecclesiæ persoluatur: & infra. ¶ Mandamus, quatenus cũ loci diœ-

f ¶ *In cœmiterio.*] Cœmiteriũ dicitur à cymen Græce, quod est aurum latine, & teron quod est terra, ide cœmiteriũ quasi aurea terra, quia est cæteris pretiosior.
g ¶ *Exhumari.*] Immo forte nec religiosum locum facit cadauer excommunicati, si p̃ ignorantiam sacerdotis vel eo inuito inferatur. arg. ff. de rel. & sum. fu. sunt personæ. Lau. Et ossa inde proijcienda sunt antequam consecretur. de conse. dist. 1. ecclesiam. Bernardus.
¶ *Glo. seq. arg. propter dubium, &c. dat similia de commentatione & difficili separatione, alleg. iura tamen contrarium.*
h ¶ *Excommunicatorũ.*] Nota arg. q̃ ratione dubietatis aliquid admittitur, quod aliter non admitteretur. 11. q. 3. nolite. & 13. q. 2. non æstimemus. & ff. de admĩ. leg. l. 3. §. si duobus. Itẽ contingit ratione connexitatis. 14. q. 5. denique. & 81. dist. cum omnibus. & ff. de sol. si alie oi nummi. & ff. de mi. etiam. Item ratione difficilis separationis. ff. de neg. gest. cum eum actum. ff. de ad mi. tut. l. tutoré qui tutelam. Arg. contra. de pœ. distin. 5. sunt qui. & c. 2. & ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. ff. de testa. tut. duo sunt Titij. ff. de manu. testa. cum ex pluribus. lo.
i ¶ *Speciosa.*] 13. q. 2. animæ defunctorum.
A *Bolendæ.*] Primo præmittit abusum, quem secundo tolli mãdat: ibi, *Mandamus.* Abbas.
CASVS. Apud Montem Pessulanum erat consuetudo, quòd clerici non permittebant effodi sepulturam, nisi prius eis certum pretium persoluatur: præcipit Papa, istam consuetudinem aboleri, & clerici nihil audeant exigere hac de causa. Nota q̃ pro terra in qua sepeliendi sunt defuncti, nihil est exigendum.
¶ *Glo. seq. dicit sepulturam dupliciter sumi, pro loco, & pro officio, & locus tripliciter, scilicet, priuatus, religiosus, & sacer. In primo procedit venditio, in reliquis non.*
K ¶ *Sepultura.*] Sepultura dicitur locus, siue terra in qua fit sepultura. Si in tali terra nullus vnquam fuit sepultus, nec aliàs est locus sacer, vt cœmiterium, licite potest vendi, & ex ea pretium recipi: quia nemo compellendus est de suo beneficium facere. 10. q. 2. precariæ. & quilibet suæ rei moderator & arbiter est. C. mand. an æ mandata. & tutum est vnicuique sua committere. C. de iudæ. nemo exterus. potest ergo talis terra vendi, cum non sit religiosa vel sacra, sed purus dicitur talis locus. ff. de relt. l. 2. §. purus autem, & C. eod. tit. l. locum. & 12. q. 2. aurum. si enim in tali terra aliquis sepultus fuerit, & de voluntate eius cuius erat locus, amodo sacer factus est. C. de religio. l. 2. ff. eod. l. 2. §. sed & si alius. quare vendi non potest vel obligari: vt in l. prædicta. C. de relt. l. 2. & ff. de re. diu. sacra loca. in fi. & 1. q. 1. dictum est. De tali terra potest hoc intelligi, vel de terra cœmiterij, quæ religiosa & sacra dicitur, licet in ea nullus sepultus sit. argum. ff. de rei vendi. qoq; religiosis. & 17. q. 4. quisquis.

Vide Hostiensem super glossam ... ;
§ Nec parentes eius elegerunt, vel si elegissent, nõ habebat hoc consuetudo loci. ... Andr.
Hic in vulgatis erat dictio, nisi ... legendũ sit ... in omnibus manuscriptis, & in veteri cõpilatione.
w.
recepérint.
Vide l. 3. cum eo. C. de infant. & subs. & l. quæ sub cõditione. ... quoniam ... ff. de condi. insti.
Cap. 1. eo. tit. in 3. compil.
Dictio Butardi ... est in ... antiqs ... placitus.
Vox Gartionũ vulgatis est ... latorum, qua ... significant.
Recte dicit, non spõte, nam ... sed ... Thomas 2. 2. q. 64. art. 5. ad ... argumentum. & Archidiaconus in c. nõ est nostrum. 23. q. 5.
Vide S. Thomam & Archidiaconum supra citatos.
Idem ... Tridentinum ... sessio. 25. de ... c. 19.
Vide ... Comment. ... c. viii. nu. 8.
Vide c. 3. de hæret. lib. 6. & ... glossã ... doctores.
Vide ... episcopo.
Cap. 3. eo. tit. in 3. compil. Et vide Alfonsum ... c. 18. de ... hac ... re.
Vide ... de cautione ...
Hæc sunt B. Augustini ... gratia ... decap.
præcisi.
Magalon. ... in ... Honorio ...
Hæc glossa ... Bernardi ... in ... a verbo, ...
Et ... q̃ ... dicit ... Andr.

quisquis. & c. sicut antiquitus. & talis terra vendi non potest. 13. q. 2. quesita est, & c. pcipiẽdũ. Item dr̃ sepultura officiũ sepulturę: qd̃ similiter vendi nõ potest, si clerici ad hoc teneãtur, cũ habeant beneficiũ ab ipsa ecclesia, immo simoniã cõmittunt. j. de simo. non satis. & c. cũ in ecclesiæ corpore. & 13. q. 2. in ecclesiastico. & c. quesita est. Si vero non teneantur ad hoc ratione beneficij, possunt inde accipere pretium: quia de suo hoc facere non tenentur. 12. q. 2. charitatẽ. & s̃. de præscri. cum ex officij.

cesanus existas, inhibeas clericis, ne quicquam omnino præsumant exigere [a] hac de causa.

¶ Gregorius nonus episcopo N.

¶ *Excommunicatus, qui per suum presbyterum fuit absolutus in morte, in cœmiterio sepeliri debet, & ad satisfaciẽdum coguntur hæredes.*

CAP. XIIII.

PArochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet, homicidio, incendio [b], violenta manuum iniectione in personas ecclesiasticas [c], ecclesiarum violatione [d] vel incestu, fuit, dum ageret in extremis †, per presbyterum suum iuxta [e] formam ecclesiæ absolutus, non† debẽt cœmiterium & alia ecclesię suffragia denegari [f]: Sed eius hæredes [g] & † propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodem satisfaciãt, cẽsura sunt ecclesiastica compellendi.

TITVLVS XXIX

De parochijs & alienis parochianis.

¶ Ex concilio Africano.

¶ *Inter episcopum substitutum episcopo hæretico, & ipsum episcopum hæreticum reuersum, & ex dispensatione receptum, diuiditur episcopatus modo hic expresso.*

a ¶ *Exigere.*] Licet clerici exigere nõ possint, laici tñ cõpelli possunt pias & laudabiles consuetudines obseruare, si quæ super hoc fuerunt. j. de simo. ad Apostolicã. multa. n. inhoneste petuntur quæ honeste recipi possant. 18 di. de elogijs. 13. q. 2. quesita est. 1. q. 2. placuit. & c. quam pio. ff. de var. & extraor. co. l. 1. §. est quidem. 14. q. 5. non sane.

P ¶ *Arochiano.*] Diuidit quia duæ sunt partes. Secunda: ibi, *Sed eius.* Abbas.

CASVS. Quidam parochianus fuit excõicatus pro manifestis excessibus, homicidio, incendio, & pro violenta manuum iniectione in personas ecclesiasticas, & pro violatione ecclesiarũ, & incestus dũ ageret in extremis, fuit absolutus per presbyterum suũ iuxta formam ecclesiæ: quæsitũ fuit, vtrum deberet in cœmiterio sepeliri? Rñdet, q̃ nõ debent ei cœmiteriũ & alia suffragia ecclesiæ denegari, sed hæredes eius & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, cõpellẽdi sunt vt satisfaciãt pro eodem. Not. q̃ cui vnum sacramentum conceditur, omnia alia quæ sunt eiusdem censuræ, sunt cõcedenda. Itẽ sacerdos in necessitate põt absoluere à qualibet excõicatione. Itẽ heredes tenẽtur ex maleficio defuncti, licet ad eos nihil ex illo maleficio peruenerit.

b ¶ *Incendio.*] Incendiarij vtrum sint ipso iure excommunicati, dicetur j. de sen. excom. tua nos.

c ¶ *Ecclesiasticas.*] Isti ipso iure sunt excommunicati. 17. q. 4. si quis suadente.

d ¶ *Violatione.*] Violatores ecclesiarũ non sunt ipso iure excõicati, sed tñquam sacrilegi excõicandi. 17. q. 4. sicut antiquitus. & c. si quis domum. & c. omnes. Idẽ est si quis res ecclesiæ inuadat, tamquàm sacrilegus excõicetur. s̃. de foro competenti. conquestus.

e ¶ *Iuxta formam.*] de qua habes j. de senten. excom. ex tenore. & c. cum desideres. 1. respon. & c. à nobis.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. 3. iura, duo alleg. in contrarium, & soluit.*

f ¶ *Denegari.*] quia ex quo communicauimus ei viuo, & mortuo communicare debemus. s̃. eo. ex parte. & 24. q. 2. sane. Itẽ est hic argu. cui vnum sacramentum conceditur vel negatur, & alia intelliguntur concessa vel negata. 5. dist. ad eius. 95. dist. illud. & 13. q. 2. c. vlti. Contra j. de tornea. c. 1. & j. de rap. super eo. vbi conceditur pœnitentia & eucharistia, & tamen denegatur ecclesiastica sepultura. sed illud fit ad terrorem aliorum [s].

¶ *Glo. seq. rect. per contrarium, & soluit.*

g ¶ *Sed eius heredes.*] Similem casum habes. j. de rap. in literis. Et ita ex hoc cap. & illo patet, q̃ hæredes conueniuntur ex maleficio defuncti, licet nihil inde peruenerit ad eos, quamuis lis contestata non fuerit cum defuncto, cum ad eos bona defuncti peruenerint vt hic dicit, & 16. q. 6. si episcopum. j. de vsu. tua nos. & intellige hęredem esse hæredis hæredem. ff. de ver. sig. hæredis. sic hæres hæredis testatoris est hæres. C. de hære. insti. l. vlti. nam & secundum leges hæres tenetur condictione furtiua. ff. de cond. fur. si pro fure. §. si condictio. In casu etiam tenetur filius pro patre, licet non sit hæres. C. de primipilo, cum ex sola. lib. 12. quælibet enim actio ad hæredem, & aduersus hæredem transmittitur. C. de contrahen. & commit. stipul. veteris. & l. vlt. C. vt actiones ab hæredibus & contra hære. inci. l. vnica. & in delictis, licet ad hæredem nihil peruenerit. arg. 1. q. 4. c. ecclesia. §. item peccato Israelitarum. ver. maxime. cum ex eo vtilitas defecatur ignoranti. Tamen secũdum leges non tenetur hæres ex delicto defuncti, nisi in quantũ ad ipsum peruenerit, vel nisi lis contestata fuerit cũ defuncto. C. si ex delic. defun. l. 1. Sed ex cõtu vel quasi, defuncti hæres indistincte tenetur. C. de act. & obli. ex deposi. & ff. de re. iu. ad ea. §. in contractibus. nisi in duob[t] casibus. vnus est ff. si mensor. fal. mo. dixe. l. si duobus. §. vlti. alius est ff. de tributo. illud. §. vltimo. Ber.

[s] Centorum præc. ff. de ind. & l. 8 maritus. in fi. ff. 4 pro tur.

[t] Cap. 1. eo. tit. in 4. compilat. Et ad verũ intellectum huius capitu, videto notas nostras in hũc locum.

CAP. I.

SI † eps̃ [h] ex Donatistis [i] ad catholicã est vnitatẽ cõuersus [k], æqualiter inter se diuidãt [l] eas, quæ sic inuentæ fuerint, vbi ambæ partes [m] fuerint, idest, vt alia loca ad illum, alia ad aliũ pertineant, ita vt ille diuidat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor [n] eligat. Quòd si forte vnus fuerit locus, ad eum pertineat quẽ plebs elegerit [o]. Sed si antiqui catholici suum voluerint, & illi suum qui ex Donatistis conuersi sunt, plurimorum [p] voluntas paucioribus præferatur †. Si autẽ partes æquales sunt, maioris temporis [q] episcopo deputetur [r] †. ¶ Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerint †, vt non possint æqualiter diuidi, velut† si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent

DE PAROCHIIS & alienis parochianis.

¶ *Supra visum est de quodam iure parochiali, quod consistit in funerando. Sed quia poterat dubitari de alijs iuribus parochialibus: ideo subijcitur ista rubrica. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 10. q. 1. & 16. q. 5. & 13. q. 1. per totum.

S *I episcopus.*] Habet quinque dicta ad idẽ tẽdentia, quæ patent in textu. Abbas. Siculus.

CASVS sic [3] potest poni: Episcopus alicuius ciuitatis cũ magna parte plebis incidit in hæresim Donatistarum: Vnde sunt præcisi ab ecclesia: in plebe residua constitutus est nouus eps̃. priore reuertente ad fidem, tum pro multitudine sequentium eum, tum pro vtilitate dispensatur cũ eo, vt dignitatem recipiat: sed quia alter canonice ordinatus est, nõ debet ex toto deponi; sed inter se diuidunt omnia, vt patet in litera. Hodie vero non fieret talis dispensatio: & non continet ius hoc cap. Ber. Not. hic habes vnũ casũ, in quo duo episcopi possunt esse in eodem episcopatu: scilicet quando alter labitur in hæresim, & alter canonice eligitur. Item melior est conditio minoris: quia maior diuidet, & minor eliget. Item voluntas plurium præferenda est paucioribus: qd̃ est verũ, nisi à paucioribus opponat aliquid rationabile & probetur, vt s̃. de his quæ fi. à maio. par. cap. cũ in cũctis.

h ¶ *Episcopus.*] id est, epatus. & sic ponitur contentũ pro cõtinente, vel econuerso continens pro contento. de cons. dist. 2. cũ omne. R.

i ¶ *Ex donatistis.*] Quod dicitur in hoc capitulo, dispensatiue dictum est 4. 23. q. 4. ipsa pietas. Ber.

k ¶ *Conuersus.*] Cum alius episcopus in illo episcopatu iam erat creatus. Lauren.

l ¶ *Diuidant.*] scilicet villas, vel parochias, vel plebes.

m ¶ *Partes.*] id est. æquales. nomine enim partis dimidia intelligitur. ff. de verbor. significa. nomen. ff. de vsur. etiam partis. Ber.

n ¶ *Minor.*] Not. meliorem conditionem minoris. Ber.

o ¶ *Elegerit.*] Vt si pares sint competitores mulieris, moribus & genere, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. C. de nuptijs, vidue.

p ¶ *Plurimorum.*] 63. distin. c. 1. 2. & 3. & s̃. de his quæ fiunt à maiori parte capitu. capitulo primo. & s̃. de electio. licet. in fi.

q ¶ *Maioris temporis.*] Hoc ideo dicit, quia præsumitur citius moriturus. 13. q. 2. illud, & in hoc est melioris conditionis.

¶ *Glo. seq. querit, & soluit.*

r ¶ *Deputetur.*] Quid si nõ conueniant inter se? Alternis annis percipient redditus. ff. communi diui. l. communi diuidundo. §. cum de vsufructu. Vincen.

† Vide l. & suum hæredum. §. fin. cum l. seq. ff. de pact.

† deputentur.

† fuerunt

† velut sub impari.

† velut si impari

[1] Hic casus Bernardi est, & in antiquis etiam pluribus reponitur.

[4] Et loquitur de his qui erant in partibus Africæ, vbi pręualebant Donatistæ, secundũ Innoc. Ioan. And.

Vt

numerum, quicunque locus remanserit, hoc in eo seruetur, quod dictum est, cum de vno loco superius tractaretur.

¶ Ex concilio Maneteñ. †

¶ *Presbyteri parochiales Dominicis diebus & festiuis, parochianos alienos ad Missam admittere non debent, si ex contemptu ad eorum ecclesiã accedũt,*

CAP. II.

VT Dominicis, vel festiuis diebus presbyteri antequam Missam celebrent, plebẽ interrogent, si alterius[a] parochianus in ecclesia sit, qui proprio contempto[b] presbytero, ibi velit Missam audire: quem si inuenerint, statim ab ecclesia abiiciant.

¶ Hadrianus Papa †.

¶ *Episcopus parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum alter iudicare,*

CAP. III.

NVllus episcopus alterius parochianũ iudicare præsumat[c]: & infra. ¶ Nam qui eũ ordinare[d] non potuit, nec iudicare potest.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Fines parochiarum, de quibus cõstat, vel finibus cohærentia, præscribi non possunt.*

CAP. IIII.

SVper † eo vero quod apud vos intelleximus dubitatũ, an quod de finibus & † his, quæ finibus cohærent[e], non præscribendis, statutum per canones[f] esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus † sicut in prouincialibus admittendum: Respõdemus, quòd bene videtur in vtroque[g] seruandum, si fines legitima probatione, vel aliàs indubitata fide constiterit ecclesiastica ordinatiõe statutos.

¶ Celestinus † tertius.

¶ *Si parochianus seu diœcesanus domicilium transfert, primus prælatus in eo iura episcopalia seu diœcesana sibi non vendicat: decimæ tamen prædiales illius parochiæ sibi debentur, nisi alteri debeantur ex consuetudine.*

CAP. V.

SIgnificauit † nobis Aconeñ. † episcopus, quòd cum post recuperationem Aconeñ. † ciuitatis, ad habitandũ in ea, se quamplurimi contulissent, qui ante generalem occupationem terræ sanctæ, in aliis ciuitatibus regni Hierosolymitani elegerant mãsionẽ: & infra. ¶ Fraternitati tuæ † mandamus, quatenus prædictorum locorum prælatos, vt sibi nullã in prædictos Aconeñ. † habitatores[h] iurisdictionem vsurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, districtione, qua conuenit, compellatis: ita quòd si de agris in eorũ parochia constitutis, fructus percipiunt, & in vltra marinis partibus ratione prædiorum[i] decimæ persoluũtur, deinceps eis ipsas cum integritate persoluant: dicto vero Acoñ. † tãquam diœcesano suo cogãtur de cæteris respondere.

VT Dominicis.] Casus. Dicitur in hoc capitulo, q sacerdotes in diebus Dominicis, & in aliis diebus festiuis debẽt proponere in ecclesia, vt si est ibi aliquis qui ex contemptu dimisit suũ presbyterum, statim recedat. Not. q nullus presbyter alterius parochianum recipere debet ad diuina, quod verum est, si contempto prælatum suũ audire velit ibi diuina: absens enim iusta de causa potest audire diuina in ecclesia ad quam venerit.

a ¶ *Si alterius.*] Alienus parochianus dr, licet ibi cõparauerit dominum non causa habitandi: solã enim habitationẽ cõparare in aliena ciuitate non facit domicilium. ff. ad munici. libertus. §. sola. Secus si in vtraque causa inhabitãdi. ff. eo. assumptio. §. iuris prudentibus. Vincen.

b ¶ *Contempto.*] Benè dixit, cõtempto, quia ex iusta causa absens benè potest audire diuina in ecclesia ad quam venerit. arg. 7. q. 1. epi vel presbyteri. 81. dist. cap. vlt. & est simile de pœ. dist. 6. placuit. 71. dist. primatus. & 9. quæ. 2. per totum. Ber.

NVllus.] Casus. Dicitur, q nullus eps alienum parochianum iudicet: quia qui eum ordinare non pôt, nec iudicare. No. q nullus potest iudicare parochianum alterius: quia ad quem spectat ordinatio alicuius, & eius iudicatio: ergo qui non potest ordinare, nõ potest iudicare. hoc tñ intellige de epo: de aliis enim non: quia licet archidiaconus non possit ordinare, potest tñ iudicare, sicut & alii iudices.

e ¶ *Præsumat.*] Nisi eo domicilium transtulerit. C. de inco. & vbi qs do. ha. si in patria. lib. 10. & ?. eo. significauit. & nisi ibi deliquerit. ?. de rap. capitulo primo.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit. Secundo arg. & remittit.*

d ¶ *Ordinare.*] Sic. 9. q. 2. per totum. Arg. ?. 25. dist. perlectis. vbi dr q archidiaconus potest iudicare[1], sed non ordinare. Illud sic expone: sicut eps non potest alienum parochianum ordinare, sic nec iudicare: Secus est de inferioribus iudicibus, sicut sunt archidiaconi, & cæteri prælati, qui possunt iudicare, sed non ordinare. Et ita arg. habes hic q sententia à non suo iudice lata non tenet. ?. de iud. at si clerici. vbi de hoc. & C. si à non compet. iud. l. 2. & ?. de consue. ad nostram. nisi in casibus qui notantur ?. de foro compet. cum sit generale.

SVper eo.] Cõis diuisio. Secũda pars: ibi, *respondemus*. Abb. Siculus.

Casus. In canonibus reperitur, q limites prouinciarum siue diœcesum, & ea quæ limitibus adhærent, non præscribuntur: quæsitum fuit, verum idem sit iudicium in limitibus parochiarũ? Rñdet, q idem seruandum est in vtroq;, dummodo constiterit limites canonica ordinatione fuisse distinctos. Not. q limites legitime distincti, & ea q limitib' adhęrẽt, ꝓuinciarũ, siue diœcesum, & parochiarũ, nõ ꝑscribuntur. Itẽ idẽ iuris est in minori qd in maiori.

e ¶ *Cohærent.*] principaliter: sicut intelligitur illud: Quæ religiosis adhærent, religiosa sunt: vt C. de rei vendi. quæ religiosis. & ff. de contrahen. emptio. in modicis. Vin.

f ¶ *Per canones.*] qui dicunt, q limes præscribi non potest, na prouinciarum termini confundantur. 16. q. 3. quicũq;. & c. licet in regulis. & c. inter memoratos. Quod dicit, parochiarum, exponunt quidam, idest, epatuũ: nam canon prædictus, quicunq;. de prouincialibus limitibus tantum loqui vr, sed sm hoc non traditur hic aliquid de capellis. Sed verius vr quæstionem fuisse propositam de parochiis: nam canones prædicti loquuntur de diœcesibus, i. epatibus. & qd dicit, sicut in prouincialibus, potest exponi, idest, epatibus: sed idem intelligo in limitibus epatuũ, & parochiarum, & prouinciarum, ex quo ibi distincti sunt fines, præscribi non possunt per iura prædicta, cum eadem ratio sit in oĩbus. & q idẽ sit ĩ omnibus, patet satis ex hac decr.

¶ *Glo. seq. elicit tria arg.*

g ¶ *In vtroque.*] Arg. q idẽ iuris est in minoribus qd in maioribus. arg. ?. de præben. maioribus. & ?. de ap. c. de appellationibus. Item argumen. quòd de similibus simile debet esse iudiciũ. ?. de rescri. inter cæteras. & ?. de transla. inter corporalia. ff. de leg. non possunt. Item arg. q vbi est eadem ratio, idem debet esse ius. ?. de confir. vti. cum dilecta. & ?. de constit. translato. & c. nam concupiscentiam.

Additio. arg. ff. ad leg. Aquil. illud. & C. ad l. Aquil. l. fi. Bern.

SIgnificauit nobis.] Duę sunt partes. Secũda: ibi, *Fraternitati*. Abbas Siculus.

Casus. Postquam ciuitas Aconensis recuperata fuit à Christianis, multi se transtulerũt ad habitandum illuc, qui ante generalem occupationem terræ sanctæ, in aliis ciuitatibus regni Hierosolymitani morabantur: prælati prędictarum ciuitatum volebãt exercere iurisdictionẽ in prædictis habitatoribus Aconensibus, & alia spiritualia & tẽporalia exigebant ab eis, quibus non ministrabant spiritualia: Eps Aconeñ. cõquestus est domino Papæ: vnde mandat iudicibus, quatenus compellant prælatos prædictorũ locorũ, vt nullam iurisdictionem vsurpent in prædictos Acoñ. habitatores, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant: veruntñ si de agris in eorũ parochiis constitutis, fructus percipiũt, & in partibus vltramarinis ratione prædiorum decimæ soluũtur, decimas illas decætero integre percipiãt, & dicto Acoñ. tamquã suo diœcesano decætero rñdere cogantur. Not. q licitum est alicui domicilium mutare. Item nota contra episcopos, & archidiaconos, & alios prælatos, qui redditus suos percipere non debent, nisi officium suum in verbo prædicationis & aliis exercuerint. Item decimæ prædiales illi ecclesiæ sunt dandæ, in cuius territorio prædia sunt constituta.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

h ¶ *Habitatores iurisdictionem.*] quia translato domicilio subtracti sunt eorum iurisdictioni. ?. de fo. compe. proposuisti. 13. q. 1. ecclesias. §. quia ergo. & ibi dr quis habere domicilium, vbi habitat. ff. ad munici. municeps. §. miles. Sed vr ?dicere quædã lex. ff. de sena. senatores. vbi dr q licet senatores domiciliũ habeant in vrbe, retinent tñ ius in prouinciis vnde sunt oriũdi. Sed illud verũ est quo ad honores, nõ quo ad onera. ff. ad municipa. municeps. l. 2.

¶ *Glo. seq. notat. quærit, & soluit.*

i ¶ *Prædiorum.*] Not. q decimæ prædiales regulariter illi ecclesiæ debent

---

¶ Vaneteñ.

¶ Naneteñ. sed legẽdũ Nannetẽñ. atque hoc decretum ibi c. 1. non c. 4. 19. vt refert Burchardus li. 3. decret. c. 92. nec c. 19 vt refert Ivo. par. 2. c. 122. habet par c. 2. eo tit. in 1. cõpilatione. concordat concilium Trident. sessio. 22. in decreto de obseruandis in celebratione Missæ. §. moneant.

¶ Burchardus lib. 2. decret. cap. 19. Ivo par. 6. c. 140. & c. 1. eod. tit. in 1. compilatione. & videtur notat. l. hic locum.

¶ Post concilium Lateran. sub Alexan. III. cap. vltimo. & cap. 5. eo. tit. in 1. cõpilatione. Vide Felinum in c. quia iudicãtes. supra de præscrip. & Oldradum consil. 183.

¶ vel

¶ Quid hodie prohibeantur archidiaconi iudicare, vide concilium Trident. sessio. 24. de refor. c. 20. §. ad hæc. & sessio. 25. de refor. mat. c. 14.

¶ Qualiter & quando facta fuerit diuisio prouinciarum,

& episcopatuum, vide in ... dist. cap. 1. & 99. dist. cap. 1. & 13. q. 1. c. 1.

¶ limitibus

¶ Clemens

¶ Cap. vel ... 3. compil.

¶ Aconeñ.

¶ Aconeñ.

¶ Fraternitati vestræ.

¶ Aconeñ.

¶ Aconeñ.

¶ De materia huius glossæ vide Oldradum consil. 168. & glossam c. 1. §. in summa facienti traditam per Albericum tract. de statut. par. 1. q. 187.

debent dari, in cuius parochia prędia sunt sita. arg. 16. q. 1. si quis laicus. & j. de deci. qm̃. & c. cum contingat. sic & ciuitati tributũ soluendum est: vbi sunt agri. ff. de censi. forma. §. si vero. personales vero decimæ illi ecclesiæ debent dari, in qua diuina audiunt officia. 16. q. 1. questi & hic in fi. idẽ dicit. Sed quid de illis qui inhabitãt ciuitatem, & habent prędia & vineas extra, quæ non sunt in parochia aliquius, sed sita in termi nis ciuitatis? Videt esse hoc in epi potestate, ar. j. de deci. qm̃. quia non possunt negari quin sint in parochia eius: non tñ à ratiõe extraneum est, vt ratione domicilij decimæ persoluantur, si cõsuetudo ita se habet. in talibus enim consuetudo præiudicat. j. de decimis. ad Apostolicæ. & c. in aliquib⁹. in fi. Ber.

ecit de ducentis vnum dandum loco primitiarum. Sed quid si tot nõ habeat capita? tunc soluat æstimationem secundum quantitatem illius numeri. Durum videretur dare primogenitum si forte non haberet vltra duo capita vel tria, aliàs minimum esset si haberet quadringenta vel quingenta siue mille. Laurentius.

¶ De materia huius tituli, vide plene p B. Thomã, & Caietanũ. 2. 2. q. 86. & 87. & p Dominicũ Soto lib. 9. de iustitia & iure, q. 3. & 4. per totũ.

¶ Cap. 41. Et cap. 1. eo tit. in 1. compi. Et de materia vide Nauarrum in manuali, c. 21. tit. de tertio præcepto eccle. siæ & plene per Couarruuiam. lib. 1. variarum resolut. cap. 17. & vide notas huius capitis.

¶ Dictũ, &c. deest in aliquot antiquis.

DE DECIMIS, primitijs & oblationibus.

¶ *Quia decimæ, & primitiæ, & oblationes sunt de iure parochiali, ideo post rubricã præcedentẽ merito subijcitur ista. Abbas.*

De hac materia tractatur 16. q. 1. c. cõstit. §. de his vero. vsque ad fi. & q. 7. per totum. 13. q. 1. per totum. de consecr. distin. 5. quadragesima. De oblationibus tractatur 10. q. 1. & 2. & 25. q. 1. per totũ. & 13. q. 2. §. unicuique. vsque ad §. item quæritur.

Decimã, Diuiditur, qm̃ primo agit de quãtitate decimarum, exprimens quatuor genera ipsarũ. Secundo de quotitate primitiarum: ibi, At vero. Abbas Siculus.

Casvs. Primo ponit tria genera decimarũ, secundum q olim in veteri testamento soluebãtur. Secundo dicit, q primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant aliquo speciali nomine designatæ, sed pro volũtate sua quilibet offerebat: postea traditio Hebræorum inoleuit arbitrio magistrorum, q qui plurimum dabant, quadragesimã partem offerebant sacerdotibus: qui minimum, sexagesimam partem: & sic inter quadragesimam & sexagesimam licebat offerre quod volebant. & ita quod prius dubium erat, postea diffinitum fuit propter auaritiam sacerdotum.

TITVLVS XXX.

De decimis †, primitiis & oblationibus.

¶ Hieronymus super Ezechielem † 1.

¶ *Exprimit quatuor genera decimarum, quæ ex veteri lege debebantur.*

CAP. I.

Decimã partem omnium frugum Leuiticæ tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsis decimis Leuitæ, hoc est, inferiorum ministrorum gradus, decimas dabant sacerdotibus. Erãt quoque & † aliæ decimæ, quas vnusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, vt comederet eas, cum iret in templum in vrbe Hierusalem, & in vestibulo templi sacerdotes & leuitas ad conuiuium [a] inuitaret. Erant autem & aliæ, quas pauperibus recondebant. ¶ At vero primitiæ quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine diffinitæ [b], sed offerentium arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum [c] inolitam, quòd qui plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus: qui minimum, sexagesimam: inter quadragesimam & sexagesimam licebat [d] quodcunque voluissent offerre. Quod igitur in Pentateucho [e] dubium derelictum est, hic † specialiter diffinitur propter sacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitijs [f] offerendis.

¶ Paschalis secundus.

¶ *Non potest congrue summari propter varietatem lecturarum.*

CAP. II.

Nouum † genus exactionis est, vt clerici à clericis [g] decimas exigant, cum nusquã in lege Domini hoc legamus: non enim Leuitæ à Leuitis [h] decimas accepisse leguntur. Illi profecto clerici, qui à clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent [i].

¶ Hadrianus † Vigor. & Herfordẽs. episcopis.

¶ *Compositio super decimis non tollitur per priuilegium sequens, si de illa mentionem non facit.*

CAP. III.

Ex † multiplici conquestione V. presbyteri accepimus, quòd cum inter Abbatem de Brudeia, de consensu totius conuentus, & prædictum presbyterũ talis intercesserit † conuentio, scripto monachorum authentico roborata: quòd monachi dicto presbytero & ecclesiæ suæ, de blado & vniuersis leguminib⁹, quãdiu viueret [k]

Novũ genus.] Casvs. Quæsitũ fuit à Papa, vtrum clerici à clericis decimas exigere possint? Respondet, q hoc esset nouum genus exactionis, vt clerici à clericis decimas petant, cũ in lege Dñi nõ legatur: Leuitæ enim à Leuitis decimas nõ accipiebãt: illi vero clerici, qui ab alijs clericis spiritualia recipiũt, d laborib⁹ suis eis debẽt decimas dare. Nota, clericos clericis dare decimas nõ dbere.

¶ *Glo. seq. ro. per obiect.*

g ¶ *A clericis.*] Hoc intellige de dote ecclesię, de qua clerici non debent dare decimas: vt 16. q. 1. questi. Sed de prædijs proprijs siue patrimonialibus, clerici debẽt soluere decimas. vt 16. q. 1. si quis laicus. & hoc siue prædia sint in propria parochia clericorũ, siue in aliena. B.

h ¶ *A Leuitis.*] scilicet paribus, quoniam summis sacerdotib⁹ inferiores decimas soluebant. j. eo. c. proxi. Vel nõ accipiebant Leuitæ à Leuitis, quibus spiritualia non ministrabant. Tan.

¶ *Glo. seq. resp. per obiect. quam dupliciter soluit.*

i ¶ *Debent.*] Videtur cõtradicere principio: sed intellige principiũ capituli de dote ecclesię, vt dixi. qđ hic dicit, intellige de patrimonialibus. Vel posses intelligere, q hic dicit de clericis cõiugatis, q ab alijs clericis spiritualia recipiũt, & hoc innuit litera, & ita planũ est. B.

¶ Alias, hoc

¶ Post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 13. cap. 16. & cap. 7. eo. tit. in 1. compil. Et hunc decretalẽ intellige quæ declarat est B. Thomas & ibi Caietanus 2. 2. q. 87. art. 4.

¶ Credo hũc esse Hadrianũ iiij. qui proxime præcessit Alexan. iij.

¶ Cap. 17. eo. tit. in 1. compil. Et post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 13. cap. 11.

¶ intercedentis

Ex multiplici.] Primo ponitur querela. Secundo iudicium datur: ibi, Vnde. Abbas.

Casvs. Inter abbatem & conuentum de Brudeia ex vna parte, & quendam presbyterum pro ecclesia sua ex altera, talis compositio intercessit scripto authentico monachorum roborata, q monachi deberent soluere annuatim dicto presbytero dum viueret, decimas de blado & vniuersis leguminibus, exceptis minutis decimis, quas eis remisit: postea Abbas impetrauit priuilegium, vt de laboribus suis, quos proprijs sumptibus excolunt, decimas soluere non teneantur, nulla de compositione prædicta mentione facta, statim cœperunt excolere suis sumptibus possessiones, super quibus compositio facta erat, & ea occasione subtrahebant decimas: vnde presbyter conquestus est domino Papæ super hoc: dicit Papa, quòd nõ fuit suæ intentionis, per priuilegium prædictæ compositioni derogare: quare mandat, quatenus Abbas & monachi compellantur prædictam compositionem seruare, vel cum ipso presbytero amicabiliter conuenire, nisi de ipsa compositione in priuilegio contineatur expresse. Nota, quòd Papa per priuilegium suum non intendit reuocare compositionem, de qua in priuilegio mentio non habetur. Item priuilegium veritate tacita impetratũ nõ valet.

¶ *Glo. seq. vocetatur per quæstionem.*

k ¶ *Quamdiu viueret.*] Hic simpliciter & pure facta fuit compositio super decimis: ergo de omnibus præsentibus & futuris intelligendum est: vnde si postea alias possessiones monachi acquisierunt, sub eadem compositione intelliguntur. J. de priuileg. quia circa.

¶ In his enim omnia pari, etiam continuata, non gaudet priuilegio. J. de ce. eõ. iu. c. vnico. in fin. lib. 6. Ioan. And.

a ¶ *Ad conuiuium.*] 13. q. 1. ecclesias. §. his itaque. Ber.

b ¶ *Diffinitæ.*] in qua quantitate dari deberent. Ber.

¶ *Glo. seq. arg. ope. magistrorum, &c.*

c ¶ *Magistrorum.*] Nota hic arg. q opiniones magistrorum sunt fouendæ. vnde Inno. opinionibus magistrorum non vult derogare. J. de restit. spolia. litteras. & j. de sen. excom. officij. Et dicit lex, q ius constare non potest, nisi sit aliquis iurisperitus, per quẽ possit in melius perduci. ff. de ori. iur. l. 2. §. post originem. Lau.

Additio. Ex hoc textu nota, q licet magistri possint glossare sicut placet quo ad primitias, non tamen quo ad decimas.

d ¶ *Licebat.*] non licentia dispensationis, sed iuris communis.

e ¶ *Pentateucho.*] Liber est sic dictus à penta, quod est quinque, & teuchos, quod est volumen, quia in vno volumine quinque libri Moysi continentur. Ala.

¶ *Glo. seq. quærit, opp. ponit, ex qua iterum quærit, & soluit.*

f ¶ *In primitijs.*] Primitiæ enim tanquam debitæ exiguntur, sicut & decimæ. ar. 16. q. 1. reuertimini. 32. dist. præter hoc. & j. eo. quã sit graue. Sed nunquid in pecudibus datur primogenitum? Hug. di

¶ Idest, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium. Concilium Triden. scilicet. 24. de reform. de capitulis ecclesiasticis seruentur.

¹ Modus dicendi vulgaris Italorum, hoc est, le chiamo franche.

a ¶ *Quietas* ¹ *clamauit.*] Arg. quod rebus nondum habitis possit quis renunciare. ff. de acquir. hære. is qui. Arg. contra ff. de reg. iur. qui potest. Sol. non potest quis renunciare iuri antequam sibi competat, vt ibi dicitur, pacisci tamen potest: vt ff. de pactis. l. & hæredi. §. filius familias. & C. de pact. l. 1. & hic. R.

¶ *Glo. seq. arg. in contrarium, & soluit.*

b ¶ *Intentionis.*] Nota secundum intentionem domini Papæ priuilegium fore intelligendum ², sic etiam rescriptum quo conceditur beneficium. s. de præb. c. vlt. & s. de rescrip. mandatum. Item arg. quod Papa per suum priuilegium siue rescriptum, nõ vult facere alicui præiudicium. s. de offi. ord. licet. & s. de vsu pal. ex tuarum. & s. de offi. deleg. super eo. & hoc ideo est hic, quia priuilegium illud fuit tacita veritate impetratum: vnde non valuit; quod si dixisset, priuilegium non fuisset concessum. s. de rescrip. super litteris.

¶ Quietas, lego ex antiquis, non, quietum, vt in nonnullis recentioribus.

² Vide tex. in l. non dubium. & ibi Bar. & glo. C. de legib.

c ¶ *Eandem conuentionem.*] Et ita patet, quod conuentio potest interuenire in spiritualibus, saltem inter ecclesiasticas personas. j. eo. suggestum. & c. nuper abbates. & s. de transac. c. 2. Sed ad hoc vt compositio sit perpetua, debet auctoritas epi interuenire. vt s. de transf. de cætero. & c. 2. aliàs erit personalis: vt s. de transa. veniens. & hic fuit compositio personalis: quia auctoritas superioris nõ interuenit: vt patet ex eo quod dicit s. quàdiu viueret. & sic in vita sacerdotis tantum durauit compositio.

¶ Sanctissimo esse S. Thomã Cantuariensis. Archiepiscopum, qui circa annum Christi 1171. pro libertate ecclesiæ asserenda martyrio traditus sub Alexan. iij.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 2. compil. Et post concilium Lat. 11. cap. 12.

d ¶ *Contineatur.*] Nam si de compositione facta fuisset mentio in priuilegijs, & ex certa ³ scientia, Papa derogasset huic compositioni. arg. s. de rescript. nonnulli. & j. de cape. mo. ex parte. Bernardus.

³ Quid operetur clausula: ex certa scientia, tradit late, Antonius Gabrielius lib. 6. commu. conclus. tit. de clausulis, conclusio. 1.

COmmissum.] Primo ponit querela. Secundo iudicis datio: ibi. *Ea propter.* Abbas.

CASVS. Monachi de Bosse, ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas integre non soluebant: conquestus est rector illius ecclesiæ dño Papæ: vnde mãdat archiepo Cantuariensi. quatenus monachos compellat, vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, ecclesiæ prædictæ cum ea integritate persoluant, quæ prius solui consueuerant, antequam in eadẽ parochia morarentur: & sicut decimæ olim soluebantur de pascuis, ita & nunc soluãtur de eisdem, ad frugum fertilitatem translatis absque diminutione. Nota, decimas integre persoluendas.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

e ¶ *Monachi.*] Nõ dicit hic de quibus monachis: vnde si itelligis cap. de Cisterciens. loquitur de possessionibus, quas nõ excolũt suis sumptibus & laboribus, de quibus soluere debent decimas. j. eo. ex parte. Vel forte per subtractionẽ illarũ decimarũ parochialis ecclesia enormiter lædebatur, quod esse non debet. j. de verb. sign. quid per nouale. arg. C. de preci. impe. offer. quotiens rescripta ⁴. Si vis intelligere de alijs monachis, planũ est, quod decimas soluũt: nisi de noualib⁹ cultis suis sũptib⁹, & de nutrimẽtis animaliũ. j. eo. ex parte.

⁴ Vide de auth. cau. 2. super vlt. gl. 10. An.

decimas persoluerent, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter quietas ᵃ † clamauit: idem Abbas à nobis priuilegium obtinuit, vt de laboribus, quos proprijs manibus aut sumptibus excolunt, nulli decimas soluere tenerẽtur: & infra. ¶ Vnde quia non fuit nostræ intentionis ᵇ, per priuilegium nostrum conuentioni derogare prædictæ: Mandamus, quatenus Abbatem & monachos, vt eandem ᶜ conuentionem (non obstante dicto priuilegio, nisi de ipsa contineatur ᵈ in eo) inuiolabiliter teneant & obseruent: vel exinde secum pacifice conueniant, appellatione postposita compellatis.

¶ Idem Thomæ Cantuariens. † archiepiscopo.

¶ *Monachi tenentur soluere decimas prædiales de prædijs nouiter cultis, de quibus decimæ prius soluebantur.*

CAP. IIII.

COmmissum † nobis: & infra. ¶ Peruenit ad nos, quòd monachi ᵉ de Bosse, ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas ex integro non persoluunt. ¶ Ea propter mandamus, quatenus eos, vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, præfatæ ecclesiæ cum ea integritate ᶠ persoluant, qua priusquam in eadem parochia morarentur, solebant persolui, compellas. Et sicut etiam de pascuis ᵍ olim decimæ persoluebãtur, ita nũc de eisdem ad frugum fertilitatẽ translatis, decimas volumus absq; diminutione persolui.

¶ Alexander tertius Cantuariens. Archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ *Per excommunicationem compellitur quis ad soluendas decimas de molendinis, & alijs hic contentis: & cap. seq. hoc dicit cum seq.*

CAP. V.

PEruenit † ad nos: & infra. ¶ Mandamus, quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit sub excõmunicationis districtione compellere, vt de prouentibus molendinorum ʰ †, piscariarum, fœno ⁱ, & lana ᵏ, decimas, ecclesijs quibus debẽtur, cum integritate persoluant.

¶ Idem Vintoniens. † episcopo.

¶ *Summatum est cum præcedenti, & declara vt in præcedenti dictum est.*

CAP. VI.

NVncios † : & infra. ¶ Mandamus, quatenus parochianos tuos de apibus ˡ, & de omni fructu decimas persoluere ecclesiastica districtione cõpellas.

¶ Idem Exoniens. episcopo.

¶ *Decima fructuum, statim cum collecti sunt; solui debet, non deductis expensis.*

CAP. VII.

CVm † homines de Hortona de frugibus nouem partibus sibi retentis, decimam ecclesiæ cuius parochiani ᵐ sunt, sine diminutione soluere teneantur: & antequam id faciant, seruiẽtibus & mercenarijs suis, de frugibus non decimatis ⁿ, debita totius anni pro seruitio suo impendant, tunc demum de residuo decimam persoluẽtes: Mandamus, quatenus eos cogatis, vt decimam statim † fructibus ᵒ collectis persoluãt,

f ¶ *Integritate.*] sic j. eo. c. pr. & c. non est. & c. cũ hoĩes. & c. tua nobis. & 16. q. 1. si quis laicus. ff. de pub. & vecti. imperatores. Ber.

¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*

g ¶ *Pascuis.*] Quæ ergo dicunt noualia, à quibus oẽs religiosi sunt exempti? Dicas quod illa dicuntur noualia, quorũ nõ erat memoria, quod culta fuissent. j. de ver. sig. quid per nouale. & quæ prius erãt quasi inutilia: vt montana, paludes. vnde parochialis ecclesia nihil ante percipiebat. vel ita modicum quod sine læsione poterat amittere illud, & ita ista pascua non erant prius inutilia, vel area siue domus, vnde non deberent dici noualia per cap. quid per nouale.

PEruenit.] Capitulũ istud & sequens per se patent.

h ¶ *Molendinorum.*] etiã si sit ad ventũ. j. eod. ex transmissa. Ber.

i ¶ *Fœno.*] De omnibus enim quæ fidelis homo acquirit, debet soluere decimas. j. eo. ex transmissa. & de venatione, & de militia. 16. q. 1. decimas. & q. 7. quicũq;. B.

k ¶ *Lana.*] In pecudum fructu lac, lanaq; fœtus habetur. ff. de vsur. l. in pecudum. & Insti. de re. diui. §. in pecudũ.

NVncios.] l ¶ *De apibus.*] & oĩ fructu licite acquisito. j. eo. ex transmissa. siue de animalibus. s. c. proxi. siue intuitu prædiorum, siue intuitu personæ. s. de paroch. c. vlti. & j. eo. pastoralis. Ber.

CVm homines.] Primo ponit factũ reprehẽsibile. Secundo corrigi mãdat: ibi, *Mãdamus.* Abb.

CASVS. Homines de Hortona tenẽtur soluere decimas parochiali ecclesiæ: sed antequam id faciant, de fructibus non decimatis, satisfaciunt seruientibus & mercenarijs suis pro debito totius anni, & de residuo decimas persoluunt: mandat Papa vt statim collectis fructib⁹ ante aliquã deductionẽ decimã soluere cõpellãtur, & de subtractis satis faciant cõpetenter. Nota decimas persoluẽdas ante aliquam deductionem.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 2. compil. Et post concilium par. 4. c. 1. vide B. Thom. 2. 2. q. 86. ar. 1. Concil. Triden. sess. 25. de ref. cap. 12.

¶ Vide glo. dicit. Bart. in l. si mol. fisse. C. de seru. & aqua. & in l. 1. ff. de aqua plu. arcen.

¶ Vintonien.

¶ Vulturnien.

¶ Cap. 18. eo. tit. in 2. compil. Et post concilium par. 4. cap. vbi integra cum fula. adde B. Thom. superiori in pri cita.

¶ Cap. 4. eo. tit. in 1. compil. Et post concilium par. 4. c. 4. & vide B. Thomam 2. 2. q. 87. art. 2. ad quartũ argumentũ. & Guidon. Papæ decis. 581.

¶ statim de fructibus, &c.

m ¶ *Parochiani.*] Arg. decimas esse dandas illi ecclesiæ, vbi quis accipit ecclesiastica sacramenta, etiam prædiales: tñ cõtrium est verũ, quod prædiales potius dari debent illi ecclesiæ, in cuius territorio sita sunt prædia. s. tit. proxi. c. vlti. nisi consuetudo in contrarium esset. j. eo. cum sint homines. Bern.

n ¶ *Non decimatis.*] De oĩbus enim satis, & plantatis, & de omnibus fructibus possessionũ & animalium, & omnibus fructibus ratione prædiorum prouenientibus, nullis expensis deductis decimæ sunt soluendæ. j. eo. non est in potestate. & cap. tua nobis. De alijs vero quę proueniunt ex negotiatione & artificio deducendę sunt expensæ, & de residuo persoluenda decima. j. eo. pastoralis.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

o ¶ *Fructibus collectis.*] id est, quamcitius & competentius solui possunt: quia tardius dare peccatum est. 16. q. 1. decimæ. & qui nõ facit statim, in mora intelligitur, vnde periculum decimarum ad ipsum spectat. ff. de lega. 1. cum res. §. vlt. & s. de commo. c. vnico.

Sed

Sed quid si sacerdos tunc recipere noluerit? non est periculum illius. ff. de solu. qui decem. §. si tñ postea sacerdos voluerit recipere, rursus incipit esse rusticus in mora. ff. de actio. empt. & vend. si per emptorem. §. quod si eod. ff. de nou. oper. nun. prætor. §. penult. ff. quor. leg. l. 2. §. vlt. semper enim posterior mora nocet ei per quem fit. ff. de peri. & commo. rei vendi. illud. ff. de vsur. debitor. Ala.

a ¶ *Dignam satisfactionem.*] sic 16. q. 7. quicunque. & cap. omnes decimæ. & q. 1. si monachus.

D*ilecti.*] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Vnde.* Abbas Siculus.

Casvs. Monachi de Neuclesi. habebant priuilegium de non dandis decimis de terris, quas colunt suis sumptibus: ipsi conducebāt prædia aliorum in parochia monachorum sanctæ Crucis, de quibus prædiis monachi sanctæ Crucis, percipere decimas consueuerunt, de quibus in magna parte sustentationem habebant: & occasione priuilegij prædicti decimas non soluebāt monachis sanctæ Crucis, de prædiis conductis: vnde cū ipsi monachi enormiter grauarentur, conquesti sunt dño Papæ: vnde scribit eisdē monachis de Neuclesi. dicēs, q̃ non fuit intentio antecessorum suorum, vt de possessionibus, quas conducunt, decimas nō persoluant: quare mandat eisdem, vt de prædiis conductis, monachis prædictis integre decimas persoluant, vel cum eis amicabiliter conueniant. Nota priuilegia sic intelligenda, vt intelleant auctor ipsorum. Item priuilegia nō sunt amplianda, quia sunt odiosa.

atque de subtractis & retentis dignam satisfactionem[a] exhibere procurent.

¶ Idem monachis de Neuclesi. †

¶ *Priuilegiati super decimis nō soluendis de his prædiis, quæ ab aliis conducunt, decimam soluere tenentur.*

CAP. VIII.

Dilecti † filij Abbas & fratres sanctæ Crucis, sua nobis conquestione monstrarunt, quòd prædia vnde decimas, & in magna parte sustentationē consueuerunt habere, à plerisque laïcis conduxistis[b], & recepistis ad † firmam. Vnde quoniam iidem fratres ex hoc grauantur enormiter[c], nec fuit intentionis[d] nostræ aut antecessorum nostrorum, vt de possessionibus quas conduxistis †, decimas non soluatis: Mandamus, quatenus de prædiis quæ conduxistis in parochiis suis, de quibus consueuerunt decimas percipere, plenarie soluatis eisdem: vel cum ipsis amicabiliter componatis[e].

¶ Idem Abbati & fratribus Dolosi. †

¶ *Reuocatur priuilegium, si ex postfacto incipit enormiter nociuum esse.*

CAP. IX.

Suggestum † est ex parte vestra, quòd Abbas & fratres monasterij de Vrsiñ. decimas à vobis auferre conantur: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus cum prædicto Abbate & fratribus, super ipsis decimis componatis: nam quando Romana ecclesia ordini vestro priuilegia[f] de decimis dederat, ita erant raræ Abbatiæ vestri ordinis, quòd exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri: sed nūc intantum augmentatæ sunt, ac possessionibus ditatæ, quòd multi viri ecclesiastici, de vobis apud nos querelam † sæpe proponunt[g].

¶ Idem Terraconesi. † archiepiscopo.

¶ *Cistercienses, Templarij, & Hospitalarij decimam prædiorum suorū, quæ propriis manibus aut sumptibus excolunt, soluere non tenentur: alij vero religiosi non soluunt decimas de hortis, & nutrimentis animalium, nec de noualibus, quæ propriis manibus ac sumptibus excolunt.*

CAP. X.

Ex † parte tua ad nos noueris peruenisse, quod albi monachi & nigri, & quidam † alij religiosi, ecclesias tuæ iurisdictionis redditibus decimarum occasione priuilegiorum, quę sibi Romana indulsit ecclesia, spoliare præsumunt. ¶ Sane nolumus te latere, quòd prædecessores[h] nostri fere omnibus religiosis, decimas laborū suorū[i] concesserāt †. Sed prædecessor noster Hadrianus, solis fratribus Cisterciensis † ordinis, & Tēplariis, & Hospitalariis deci-

compositio fieri potest inter ecclesiasticas personas. Item si priuilegium ex prece factum incipiat enorme detrimentum inferre, reuocandum est priuilegium.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. 3. vera, & duo alleg. in contrarium, & soluit dans regulam, & quinque casus.*

f ¶ *Priuilegia.*] Arg. q̃ sm̃ diuersitatē tporum & varietatē rerum priuilegia sunt variāda. arg. 63. distio. cap. quia sancta. §. verum. & j. de consãg. & affi. non debet. 12. q. 1. videntes. Sed ꝯ: quia priuilegia ppetua firmitate constare debent. 25. q. 2. c. 1. & 2. Solu. quod ibi dr̃, verū est, & generale, q̃ ppetua sunt, & immutabilia: sed quod ibi dr̃, casuale est: & causa noua superueniente bene pditur priuilegiū: puta si quis abutatur priuilegiis. 11. q. 3. priuilegium. & 74. distin. vbi ista didicisti. Item pp delictum ciuium perditur priuilegium. 25. q. 2. ita nos. Item p negligentiam spatij x. anno. ff. de nūdi. l. 1. Item per ꝯtrarium factum. s. de præben. pro illorum. & s. de consti. cum accessissent. & j. de priuil. si de terra. Item cum enorme præiudiciū alij inducit: vt hic. & j. de verb. sign. quid per nouale. & s. c. proxi.

Additio. Vnde versus:

Indultum tollit contemptus, crimen, abusus

Oppositum factum, damnum, tempus variatum.

g ¶ *Querela sæpe proponūt.*] vbi enim priuilegiū ex post facto recidit ad iniquum ꝓpēdium, principis est æstimatio. ff. de reg. iuris. Neratius. in fi. quia beneficia principalia ipsi principes solent interpretari, ff. de vul. sub. ex facto. simile 63. distin. c. quia sancta. §. verum.

b ¶ *Conduxistis.*] si propria non sufficiunt, licitum est clericis conducere aliena prædia. vt hic patet: & in Authē. de san. epis. §. aliud. colla. 9. & sic non obstant quæ consueuerunt signari pro cōtrariis. j. ne cleri. vel mo. c. 1. 2. & 3. & 86. dist. peruenit. Ber.

c ¶ *Enormiter.*] in hoc casu perditur priuilegium. j. c. proxi. & j. de verb. sign. quid per nouale.

d ¶ *Nec fuit intentionis.*] forte habebant isti etiam monachi priuilegium, vt de laboribus suis decimas non darent: sed istud priuilegium Papa non vult extendi ad cōductitias possessiones: & sic debet considerari scribentis intentio. s. de rescriptis. mandatum. & c. ad aures. & s. de præbend. cap. vlt. & cap. cum causam. 35. q. 3. quod scripsi. & s. cap. 3.

e ¶ *Componatis.*] & sic compositio bene potest fieri super decimis. De hoc dixi s. eod. ex multiplici.

S*uggestum.*] Communis diuisio, consultatio & responsio. Secunda pars: ibi, *Discretioni.* Abbas Siculus.

Casvs. Abbas & fratres Doloñ. monasterij conquesti sunt Dño Papæ, quòd cum ipsi habeant priuilegia de non dandis decimis, monachi de Vrsiñ. decimas auferre conantur ab eis, ꝯ tenorem priuilegiorum suorum: Vnde mandat abbati & fratribus, vt super decimis illis componant: quia qñ Romana ecclesia ordini illorū priuilegia de non dandis decimis concessit, ita erant raræ abbatiæ illius ordinis, q̃ nulli poterat de iure scandalum suboriri: sed modo intantum sunt augmentatæ, & possessionibus ditatæ, q̃ multi viri ecclesiastici, de ipsis proponunt querelam. Nota q̃ super decimis

E*x parte.*] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Sane.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam monachi albi & nigri, occasione priuilegiorum, quæ super non dandis decimis sibi concessit Romana ecclesia, spoliare præsumebant ecclesias iurisdictionis Terracon. archiepi: vnde ipse significauit hoc dño Papæ, & ipse rescribit ei dicens, q̃ prædecessores Alexandri fere omnibus religiosis concesserunt decimas de laboribus suis, sed Hadrianus postmodum fratribus Cisterciensis ordinis, Templariis, & Hospitalariis decimas laborum, quas propriis manibus & sumptibus excolūt, & de nutrimentis aialium suorum, & de hortis & de noualibus suis: quas ꝓpriis manibus & sumptibus excolunt, & aliis, concessit vt decimas non persoluant: & Alexander super hoc imitatus est Hadrianum: vnde præcipit, q̃ illi quibus hoc indultum est, occasione decimarum, de aliis rebus ecclesiarum suarum decimas subtrahere non præsumant, vel sibi aliquid vlterius vendicare. Nota q̃ priuilegium non debet ad aliud extendi quàm ad ea quæ continentur in ipso.

h ¶ *Prædecessores.*] scilicet Paschalis ij. & Gregorius. 16. q. 1. decimas. 12. q. 1. quia tua.

¶ *Glo. seq. tractat tria tempora circa decimas monachorum primitiuorū, Paschalis & Hadriani, & vltimo 4. casus excipit.*

i ¶ *Laborum suorum.*] hoc intellige de propriis possessionibus, & non de conductis ad firmam. s. eod. dilecti. Quia vero de decimis monachorū varie loquuntur iura, ideo nota q̃ monachi in primitiua ecclesia decimas dabāt de pdiis & laboribus suis, tamq̃ laici arg. 16. q. 1. alia causa. §. & c. generaliter. & 15. q. 1. duo. in fi. vsq; ad tempus

ad tēpus Paschalis ij. Postea vero idem Paschalis & conciliū Maguntinum statuerunt, q nec monachi, nec religiosi, nec aliqui cōiter viuentes, decimas de suis laboribus soluerent. 16. q. 1. q̄stī. &c. decimas. Tpe vero procedente Hadrianus Papa solis Cisterciēs. Hospitalarijs, Hierosolymitanis, seu Templarijs concessit hoc priuilegium, vt de laboribus suis, quos proprijs manibus excolunt, decimas soluere non tenerentur: Alijs vero monachis concessit decimas tm̄ de noualibus, quæ colunt suis manibus, & de hortis, & nutrimentis aīalium suorum, vt hic dicit, & sic modo seruatur. Et ita est tenendum q Cister. Templarij, & Hospitalarij decimas de suis possessionib⁹, quas suis laboribus excolunt, soluere non tenētur: vt hic dr̄, & in duobus proxi. c. seq. nisi pacto ad hoc teneant. ꝭ. eo. ex multiplici. vel nisi parochialis ecclesia enormiter lęderetur. ꝭ. eo. dilecti. & c. suggestum. & j. de verb. sign. quid per nouale. vel nisi soluendo renunciauerint priuilegio suo. j. de priui. accedētibus. &c. si de terra. Et hæc quæ dicta sunt, vera sunt de monachis qui populū non regūt, sed si monachi habent populū, bene possunt recipere decimas personales & ꝑdiales. 16. q. 1. moderamine. Hodie vero abbates Cisterciēs. & alij, qui simili gaudent priuilegio, de possessionibus, quas acquisierunt post cōciliū generale, vel de cætero acquirent, soluere tenentur decimas. j. eod. nuper. Tanc.

a ¶ *De noualibus.*]Quid sit nouale, dicitur j. de verb. sign. q.d ꝑ nouale. & j. de priuileg. c. vlt. libet.] Casvs. Religiosi, qbus concessum est, vt de laboribus suis, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, decimas non ꝑsoluant, si possessiones suas alijs tradunt excolēdas, decimas de illis soluere tenent ecclesijs parochialibus, in quibus priuilegium locum non habet.

b ¶ *Proprijs manibus.*] & sic loquitur de Cisterciēs. Templariis, & Hospitalariis, quibus hoc priuilegium concessum est s. ꝭ. eod. cap. proxi. Bernar.

c ¶ *Traditis.*] ad hoc enim non extenditur priuilegiū, nec ad illas quas conducunt ab aliis ad firmā. ꝭ. eo. dilectū. Et sic priuilegiū intelligitur de propriis possessionibus, quas colunt ꝑpriis sumptib⁹.

A *D audientiam.*] Primo ponit prauam interpretationem, quam secundo reprobat: ibi, *Mandamus.* Istud cap. emanauit ad declarationem cap. ex parte. & ꝭ. eo.

Casvs. In priuilegijs Cisterciensium continetur, q de laborib⁹ quos ꝑpriis manibus, aut sumptibus excolunt, decimas non ꝑsoluant: quidam malitiose interpretantes verbum illud, de laboribus, dicunt: de laboribus, id est, de noualibus: verbum illud ad noualia restringentes: ꝑuenit hoc ad notitiam dn̄i Papæ: vnde mandat quatenus prælati hoc de cætero fieri non ꝑmittant: si enim Papa intellexisset de noualibus: vbi posuit, de laboribus; posuisset, de noualibus. Nota, q priuilegium principis malitiose non est interpretādū. Item non est recedendum à forma verborum.

d ¶ *Interpretatione.*] & male: quia priuilegiū principis largissime interpretandū est. j. de verb. sig. olim. ꝭ. de do. cum dilecti. & C. de

‹ Cap. 11. eo tit. in 1. compilat. & post concilid. par. 21. cap. 6.

‹ Cap. 13. eo tit. in 1. compilat. & post concilium Lateraneh. sub Alexandro. par. 13. c. 8. Et Couar ruuia lib. 1. varia. resolut. cap. 17. nu. 1.

‹ Idem tñ fit quibuscunq; aliis, etiam nō religiosis, qbus idē cōpeteret ex speciali priuilegio. licet non in corpore iuris clauso. Ioan. And.

mas laborū suorū, quos ꝑpriis manibus vel sumptibus colūt, indulsit: cæteris vero, vt de noualibus ᵃsuis, quæ proprijs manibus vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persoluant: quem sumus super his imitati. Quare hi, quibus hoc indultū est, hac occasione decimas de aliis rebus ecclesiæ suæ non possunt subtrahere, vel sibi aliquid vlterius vendicare.

¶ Idem.

¶ *Priuilegium super decimis laborum non extēditur ad terras, quæ alijs traduntur excolendæ.*

CAP. XI.

LIcet † de benignitate sedis Apostolicæ sit vobis indultum, vt de laboribus, quos proprijs manibus ᵇ vel sumptibus colitis, nemini decimas soluere teneamini: propter hoc tamen non est licitum vobis, decimas de terris vestris subtrahere, quas alijs traditis ᶜexcolendas.

¶ Idem.

¶ *Priuilegium super decimis laborum, etiam ea quæ non sunt noualia comprehendit.*

CAP. XII.

AD † audientiam nostram: & infra. ¶ Illud priuilegij capitulum, praua quidam interpretatione ᵈ peruertentes, quo Cisterciēsibus indulgetur, ne de laboribus, quos proprijs manibus aut sumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis exigat: asserunt ᵉ, quòd pro laboribus noualia intelligi debent: & infra. ¶ Mandamus, quatenus non permittatis hoc fieri: nam si intelligeremus ᶠtātummodo de noualibus, vbi ponimus † de laboribus, de noualibus poneremus †.

¶ Idem Brixien. episcopo.

¶ *Decimæ noualium debentur ecclesiæ in cuius parochia surgunt: si vero non sunt in certa parochia, debentur diœcesano qui potest sibi retinere, vel alteri ecclesiæ concedere.*

CAP. XIII.

QVoniam † à nobis sollicitudo tua requirit, quid de decimis noualium tuæ diœcesis tibi sit statuendū: Respondemus, vt si terræ, quæ arabiles sunt, infra certam alicuius ecclesiæ parochiā ᶠ fuerint, decimas earum (tua parte ᵍretenta) eidem ⁱecclesiæ facias assignari: Alioquin ipsas secundum discretionem à Deo tibi datam, alij † ecclesiæ deputare, vel ad opus tuum poteris retinere.

¶ Idem Remensi † archiepiscopo.

¶ *Decimæ possunt exigi.*

CAP. XIIII.

PArochianos: & infra. ¶ Cū decimæ non ab homine, sed ab ipso Domino ᵏ sint institutæ: quasi debitum ˡ exigi possunt.

¶ Idem Ambianen. † episcopo.

¶ *Decima laico iure hæreditario concedi non potest.*

bon. quæ liber. cū multa. in fi. ff. de consti. prin. l. vlt. & ff. de re iud. quidam consulebant. & infamiam iuris incurrit qui priuilegium principis stricte interpretatur. C. de leg. l. 2. & verba calumnianda non sunt. ff. ad exhi. l. penult.

e ¶ *Asserunt.*] & male: quia si verbum esset ambiguum, latissima esset interpretatio faciēda. ff. de cōsti. prin. beneficium. vel ipse idem princeps deberet suum priuilegiū interpretari. C. de leg. l. vlt. & j. de sen. excom. inter alia. & ꝭ. de iudi. cū venissent. 11. q. 3. §. ex his. & priuilegium aliquid debet ꝯcedere. aliàs inutile es set. j. d priuilegiis. i his.

f ¶ *Intelligeremus.*] arg. q à forma verborū sine certa scientia nō est recedendū. 31. dist. oīno. ff. de legat. 3. non aliter. & 31. q. 1. §. q̄uo virginibus. C. de cad. tol. l. vnica. §. si vero. & de ꝯsec. dist. 4. si quis presbyter. & ꝭ. de transla. inter corpalia. & C. de proc. eius qui libertaté meruit. l. vnica. 18. q. 1. sic enim. ver. cum vero dicit, ego dico, nō dn̄s.

QVoniā.] Primo ponitur consultatio. Secūdo r̄sio: ibi, *Respondemus,* in qua distinguit: Secundum mēbrum prosequitur: ibi, *Alioquin.* Abbas.

Casvs. Ep̄s Brixien. ꝗsiuit à dn̄o Papa, quid de decimis noualiū suæ diœcesis sit statuendū? Rn̄det Papa, q si noualia illa sunt infra certā parochiam alicuius ecclesiæ, decimas illas faciat assignari illi ecclesiæ, sua parte sibi retenta: si vero non sunt infra certam parochiam, de illis disponat prout sibi placuerit. Nota, q decimæ noualium illi ecclesiæ dari debent, in cuius parochia surgunt noualia, alioquin in dispositione sunt epi.

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

f ¶ *Parochiam.*] quid si sint insulæ? Considerandum est cui prouinciæ adhęreant, & de illa prouincia sunt, & ibi debent decimas, & ibi iudicentur. ff. de iudi. insulæ.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

g ¶ *Tua parte.*] eandem quam de antiquis pcipis, & non maiorē: quis non debent in his duplici iure cēseri. 12. q. 2. cognouimus. & j. eo. cum in tua. & j. de censi. ecclesiis. hæc est quarta. 10. q. 3. vnio. Vel intellige ꝭm diuersam consuetudinē locorū. ꝭ. de sepul. certificari. Arg. ꝯ, j. eo. cum cōtingat. vbi dicitur, q de iure cōi ad parochiales ecclesias pertinet perceptio decimarum, & ibi soluitur.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

i ¶ *Eidem ecclesiæ.*] Sed nonne dabuntur vbi coloni recipiunt spiritualia, 16. q. 1. quæsti? Rn̄deo, non: quia decimæ & tributa dantur ratione prædiorum, & non personarum. ff. de publi. & vectig. imperatores. 16. q. 1. si quis laicus. & cap. decimę. & ff. de censi. forma censualis. §. si vero quis.

PArochianos.] Littera per se patet.

k ¶ *Domino.*] vt 16. q. 1. reuertimini. & c. decimæ sunt. & q. 7. omnes decimæ.

l ¶ *Quasi debitum.*] Istud, quasi, nō est similitudinarium, sed expressiuum veritatis, sicut illud, quasi vnigeniti à patre. & ex debito requiruntur. j. eod. tua nobis. & 16. q. 1. decimæ. & c. statuimus. & 13. q. 2. quæ oblationes.

A D hæc.] Primo recitat factum, quod secundo reuocari mandat: ibi, *Quoniam*. Abbas.

Casvs. Quidam Abbas fecit donationem de quadam decima cuidam laico, & hæredibus eius: quæritur an talis donatio teneat? R̄ndet Papa, quia sanctuarium Dei hæreditario iure possideri nō debet, mandat ep̄o diœcesano, quaten⁹ donationem viribus carere decernat: & nisi laicus ille decimam ipsam ipsi ecclesiæ libere resignauerit, ipsum excōicet. Nota, ꝙ in spiritualib⁹ successio locum habere non debet.

a ¶ *Sanctuarium.*] 8.q.1. Apostolica. & j. de iurepat. consuluit. Ber.

b ¶ *Resignauerit.*] & ita laicus decimas possidere non potest. 16.q.7.c.1. & s̄. de præscrip. causam quæ. & sic in feudū dari non possunt de nouo. De hoc dr̄ j. eod. q̄uis. & ideo si non restituat, debet excōicari.

D E terris.] Casvs. Quærebatur, vtrū Iudæi compellendi sint ad decimas p̄soluēdas? R̄ndet Papa, ꝙ cōpellendi sunt ad decimas p̄soluendas, vel possessiones penitus dimittendas, ne hac occasione iure suo ecclesiæ valeāt defraudari.

c ¶ *Persoluēdas.*] Is enim ad quē spectat fructuū p̄ceptio, fructuum onera subire cōpellitur. ff. de vsufru. si pendentes. § pen. & l. hactenus. & ff. de pac. inter debitorē. & ff. de censi. forma. §. si vero quis. & ita rōne p̄diorum soluere debent decimas: & non rōne p̄sonarū: quia non sunt de corp̄e ecclesiæ: vnde p̄sonales decimas non persoluunt.

CAP. XV.

A D† hæc donationem decimæ, quā Abbas sancti S. de Monstralt cuidam laico concessit, per successionem tenendam: (Quoniam sanctuarium[a] Dei iure hæreditario possideri non debet) viribus carere decernas: & laicum (nisi decimam ipsam ipsi ecclesiæ libere resignauerit[b]) vinculo excommunicationis astringas.

¶ Idem Marsilien.† episcopo.

¶ *Iudæi coguntur prædiales decimas soluere, aut prædia dimittere.*

CAP. XVI.

D E† terris, quas Iudæi colunt, tuæ prudentię respōdemus, vt eos ad decimas persoluendas[c]; vel possessiones penitus renunciandas, cum omni districtione compellas[d]: ne forte occasione illa ecclesiæ valeāt suo iure fraudari.

¶ Idem.

¶ *Decimæ vel oblationes ecclesiæ, laicis concedi non possunt, & prælatus contra faciens est puniendus.*

CAP. XVII.

Q Vamuis† sit† graue nimis, & diuini dignū animaduersione iudicij habeatur, quòd laici quidā quod sacerdotum est, in ecclesiasticis rebus vsurpant: maiorē tamen incurrunt formidinem, quod fomitem sui erroris dicuntur in ipso clero aliquotiens inuenire: dum quidam prælatorum ecclesiæ decimas, & ecclesias disponere[e] eis indulgent: & eos in denia mortis impellunt, qui prædicatione eorum ad viā vitæ fuerant reuocandi: & infra. ¶ Statuimus, vt si quis alicui laico in seculo remanenti, ecclesiam, decimam, oblationemq́, cōcesserit[f], à statu suo, sicut arbor quæ inutiliter terrā occupat, succidatur[g]: & donec emēdet, dolore suæ iaceat ruinæ prostratus.

d ¶ *Copellas.*] prout traditur j. de vsu. post miserabilem. & c. quāto.

Q Vamuis.] Primo ponit factum reprehensibile. Secundo pœnā: ibi, *Statuimus*. Abbas.

Casvs. Quidam laici vsurpant sibi in rebus ecclesiasticis, quod ad sacerdotes noscitur p̄tinere, q̄d quidē graue nimis est, & dignū pœna diuini iudicij, & maiorē etiā incurrūt formidinē. ꝙ ipsi fomitem sui erroris in clero inueniunt, ex eo ꝙ quidā p̄lati concedūt decimas ecclesiasticas laicis disponendas, vnde impellunt eos in promptum periculū: cum potius eos ad viam vitæ debeant p̄ducere: & ideo statuit Papa, vt si quis p̄latus alicui remanenti in seculo concesserit decimam, vel ecclesiam, vel oblationē, à statu suo remoueatur sicut arbor quæ est inutilis, donec emendet & satisfaciat. Nota. ꝙ laico nulla spiritualis administratio concedi debet.

e ¶ *Disponere.*] quod omnino eis non licet: quia de rebus ecclesiasticis nulla est laicis attributa potestas. 96. dist. bene quidē. 16. q. 7. laicis. & s̄. de consti. ecclesia. & s̄. de reb. eccl. non alie. cū laicis. & 89. dist. q̄n in quibusdam. & c. indicatum. & tales laici excommunicandi sunt[1]. 16. q. vlt. nullus laicorum.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit, quatuor rationes inducens, & vnam simile. demum solutionem declarat, & antiquæ permissionis causam reddit.*

f ¶ *Concesserit.*] Laici enim decimas sine peccato non possunt retinere. 1. q. 3. puenit. & j. eo. p̄hibemus. Sed nūquid possunt dari laicis in feudū? Dicendū est ꝙ nō: quia decimæ sunt cibus in domo dn̄i. 16. q. 1. reuertimini. & q. 7. decimas. debent eis dari à q̄b⁹ spiritualia recipiuntur. 13. q. 1. ecclesias. §. his ita. & p̄terea feudū transit ad hæredes, sed decimæ non. s̄. eo. ad hæc. & ita laicis cōcedi nō possunt in feudum: q̄a ea s p̄ssidere non possunt. s̄. de p̄scri. causam quæ. & 16. q. 7. c. 1. & 1. q. 3. §. potest. in ver. itē decimæ Deo mandante, &c. & hoc ideo, q̄a dantur intuitu diuini obsequij. 13. q. 1. c. ecclesias. §. his ita. & 16. q. 1. q̄ſi. & s̄. eo. nouum. & j. eo. tua nobis. vnde in laicum cadere non possunt, sicut nec ius eligendi. s̄. de elect. sacrosancta. & c. Massana. Fruct⁹ vero decimarū bene possent concedi laico ex causa ad tēpus vitæ suæ: sed nō in feudū. s̄. de loc. c. 2. q̄a etiam possent vendi ad tēpus. j. ne p̄la. vices suas. c. vlt. Sed ius p̄cipiendi q̄d est mere sp̄ūale, non potest eis in feudum dari, vel etiam ad tēpus rōnibus p̄missis concedi. Et est simile cū dicimus, vitulum, fructum vaccę demōstramus, non ius sed corpus. ff. de euict. vaccæ. & sic hodie decimæ i feudū dari nō possunt sicut nec alia feuda. s̄. de feud. c. 1. Et ea fuit causa quare olim antiquis t̄pibus dabātur in feudū laicis. & etiā alia feuda, vt videlicet defenderēt ecclesias ab hęreticis, et ab aliis oppressoribus. postea vero cū causa cessauit, non fuerūt concessæ, immo expresse fuit p̄hibitū: q̄a sine peccato laici non possunt eas retinere. s̄. de his quæ fi. à præla. sine consen. capi. c. cum Apostolica. & j. eo. p̄hibemus. Et decimas ab antiquo cōcessas adhuc possidēt laici & eorum successores: tñ si aliqua noualia consurgunt, in decimatione nō accrescunt eis. j. eod. tua nobis. p̄p rationem, quæ ibi redditur in fi. Ber.

g ¶ *Succidatur.*] i. suspēdatur, vt innuit littera sequēs: donec, &c. vel succidatur, id est, deponat. & hęc expositio probat 23. q. 4. ipsa pietas. sed primum verius videt.

¶ Idem.

¶ *Statur consuetudini, an colonus soluat decimā ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prædia, an ecclesiæ, vbi audit diuina, & percipit ecclesiastica sacramenta.*

CAP. XVIII.

C Vm† sint homines in parochia vnius ecclesiæ (sicut asseris) qui terras in alia parochia excolunt: tua discretio nos consuluit, cui ecclesię de terris illis decimas soluere debeant: & infra. ¶ Sane non est[h] nobis facile super hoc certum †[2] dare responsum: cum auctoritates sanctorum Patrum etiam sint diuersæ[i]. Et ideo in huiusmodi dubitatione, ad consuetudinem[k]

C Vm sint.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, *Sane*. Abbas.

Casvs. Aliq̄ñ contingit, ꝙ morantes in vna parochia, excolūt terras in alia, quæritur cui ecclesiæ decimæ sint reddendæ? R̄ndet Papa, ꝙ super hoc non est facile dare r̄nsum, cum auctoritates sanctorum Patrum sint in hoc diuersæ: vnde in talibus recurrendū est ad consuetudinem, & vidēdum, vtrum illæ ecclesiæ in vno sint ep̄atu, vel diuersis ep̄atibus cōstitutæ: q̄a graue & difficile foret, si vna ecclesia in alio ep̄atu reciperet decimas, cum ex hoc fines ep̄atuum viderētur confundi. Nota ꝙ in decimis consideratur consuetudo. Itē decimæ in parochia alterius præscribi non possunt, vt colligit hic: ne fines ep̄atuum vel parochiarum confundantur.

h ¶ *Non est nobis facile.*] quia quod à sanctis Patribus non est diffinitum, nec nos diffinire debemus. 2. q. 4. consuluisti. & quod Apostolus non diffiniuit, nec nos diffinire debemus. 31. q. 1. quod si dormierit.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem qualis erat ista diuersitas.*

i ¶ *Diuersæ.*] nō tñ aduersæ. sic. s̄. de his quæ fiunt à præla. sine consensu cap. c. cum Apostolica. Quidam enim ibi dicunt dandas esse decimas, vbi recipiuntur ecclesiastica sacramenta. s̄. eo. nouū gen⁹. & 16. q. 1. q̄ſti. Alij dicunt, ꝙ ibi debent dari vbi p̄dia sita sunt. s̄. eo. q̄m. & s̄. de paro. c. vlt. & 16. q. 1. si q̄s laic⁹. Sed facile est soluere[3] hanc diuersitatē: ibi debent dari p̄sonales decimæ, vbi q̄s recipit ecclesiastica sacramenta: & si habet p̄dia in alia parochia, ibi debet dare decimas illorū p̄diorū: vt s̄. tit. pxi. c. vlt. & j. eo. ad Apostolicæ. Si habet p̄dia in eadem parochia vbi audit diuina, ibi debet dare decimas prædiales & p̄sonales: & sic diuersitas illa potest intelligi: nisi consuetudo præscripta sit contraria: vt dicit hic. Ber.

K ¶ *Ad consuetudinem.*] Nota, ꝙ in decimis persoluendis consuetudo attenditur. sic j. eo. ad Apostolicæ. & c. in aliquibus. in fi. Et intelligo, ꝙ illa consuetudo sit pr̄ęscripta, per quam iuri cōi præiudicatur, quæ est optima legum interpres, aliàs non credo locum habere consuetudinem, vt s̄. de consue. cum dilectus.

Margin notes:

¶ Cap. 17. eo. tit. in 1. compila. & post conci. lium par. 30. cap. 19.

¶ Marsilien.

¶ Cap. 18. eo. tit. in 1. compila.

Vide per glo. hic Panorm. tamen, adde Fel. num. in c. cum. s̄. de præscrip. & omnino vide Anchar. tanquam in c. quanto. j. de vsur. in 7. notab.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 2. compilat.

Cur non ꝗ ipsis sacerdotibus nō laicis decimæ debeantur, docet egregie D. Thomas 2.2. q. 87. art. 3.

¶ verbū. sic. deest in aliquot antiquis.

[1] Licet solidæ æstimationem ca⁹ quo: pœna erat excōia à canone parochia ... no qd dic vt j. de vsur. quāto. in fi. Ioan. And.

¶ Cap. 3. eod. tit. in 2. compil.

[2] certū re sponsum ij hi dare.

[3] Sed Ioan. non. And. hic difficile hoc, ... & qualiter hæc diuersitas sit concilianda, vide lau⁹ hic per eum.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas.*

a ¶ *Difficile.*] non tamen impossibile: quia quod vix fit, tñ fit. sim. ff. de iudi. vix certis. quia si decimæ illæ sint infra limites alterius epatus non adhærentes limiti, bene possunt tunc pscribi: dummodo habuerint titulum ex quo causam habent pscribendi. j. eod. dudum. s. de pscrip. ad aures. quæ sic intelliguntur. Si vis intelligere difficile. i. impossibile, quasi non possit percipere decimas in alieno epatu: tunc intellige de decimis in limite positis, & limiti adhærentibus: quia illæ præscribi non possunt, quia sic p consequens: & limes pscribi posset: qđ fieri non potest, ne fines epatuum confundantur: vt hic dicit. & 16. q. 3. quicunque. & c. licet in regulis. & c. inter memoratos. & idē est in parochiis limitatis. s. de parochi. super eo. & sic intellige quod hic dicit. Ber.

PRohibemus.] Primo ponitur prohibitio. Secundo pœna: ibi, *Si quis*. Abbas.

Casvs. Quia laici sine periculo animarum decimas detinere non possunt, prohibet Lateraneñ. cōcilium, q ipsi in alios laicos decimas ipsas transferre non psumant aliquo modo: & si quis eas receperit, & nō restituerit ecclesiæ ad quam pertinent, christiana careat sepultura. Nota q laici sine periculo animę decimas retinere non possunt.

b ¶ *Periculo.*] sic 16. q. 7. c. vlti. & s. de his quę fi. à præla. sine consensu capituli. cap. cum Apostolica.

¶ *Glossa sequens prorogat, quærit, & soluit distinguendo.*

c ¶ *Laicos.*] nec etiā in clericos sine auctoritate epi 16. q. 7. c. vlti. & s. de his quæ fi. à præla. c. cum Apostolica. & j. de iure patr. nullus. Sed nunquid de consensu epi possunt transferri in alios laicos, si laici isti habent decimas in feudum ab antiquo? Dicos vł q illas possunt dare in alios laicos de consensu epi in feudum, sicut ipsi habent: nec dr̃ eps tunc illas dare in feudum. sic s. de feud. cap. 2. sed si aliàs de facto possident: illas nec laico nec clerico possunt transferre, etiam de consensu epi, vt dicit prædicta decre. cum Apostolica. in fi. Bernar.

d ¶ *Sepultura.*] sic ergo qui decimas quas iniuste possidet, detinet, & non restituit ecclesiæ ad quam spectāt, christiana sepultura priuari debet: sicut in vsuris. j. de vsur. quia in omnibus. Ber.

AD apostolica.] Decimæ personales debētur ecclesiæ parochiali, prædiales prædiali, nisi aliud habeat consuetudo. Sic cōiter summant Doctores, sed hęc summatio non congruit textui in versi. *Super*, qui ponit casum capituli cum sint homines. s. eo. Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Nouerit*. Abbas.

Casvs. Consuetudo quædam inoleuit in Hungaria, vt plerique populi de parochia vnius epi, transferantur in parochiam alterius epi, & tñ vterque eps decimam ab eis requirit: quæsitum fuit cui epo potius decimæ sint reddendæ? Rñdet Papa, q decimæ psonales illi ecclesiæ sunt reddendæ, in qua populi ecclesiastica percepperunt sacramenta: decimę vero pdiorum, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia q̃ in ea in qua habitant, quia in casu isto de diuersis diuersa consuetudo seruatur, archieps iste id eligat in hoc casu & obseruet, quod per legitimam & præscriptam consuetudinem nouerit obseruatum. Nota q de iure decimæ personales dandæ sunt vbi quis audit diuina: prædiales, vbi sita sunt prædia: nisi consuetudo præscripta repugnet.

e ¶ *Transferatur.*] 13. q. 1. per totum. & s. de parochiis. c. vlt.

¶ *Glossa sequens præmittit tria circa decimas personales. secundo quærit de animalibus, & soluit. Itē quærit, & soluit, per quam solutionem duas alias expedit quæstiones.*

... duximus recurrendum †: & attendendum etiam si illæ ecclesiæ in vno sint, vel in diuersis episcopatibus constitutæ: quia difficile[a] nimis videtur, vt vna ecclesia in episcopatu alterius recipiat decimas: cum ex hoc episcopatuū fines cōfundi non immerito viderentur.

¶ Ex concilio Lateranesi. †

¶ *Non potest laicus transferre decimā in alium laicum, etiam si cum titulo illam possideat. h. d. cum glo.*

CAP. XIX.

PRohibemus, ne laici decimas cum animarum suarū periculo[b] detinentes, in alios laicos[c] possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura[d] priuet.

¶ Lucius tertius Strigoniensi archiepiscopo.

¶ *Decima personalis debetur ecclesię vbi quis percipit sacramēta, licet alibi lucrum contraxerit. In prædiali vero statur consuetudini, si in aliena parochia colonus prædium coluit.*

CAP. XX.

AD† Apostolicæ sedis regimen: & infra. ¶ Intelleximus, quòd quædam consuetudo in Hungaria inoleuit, vt multitudo populi plerumque de parochia vnius episcopi, in diœcesim alterius transferatur[e]: in qua licet per multa tempora moram traxerit, vterque tamen episcoporum tam is cuius parochiā reliquerunt, quàm is cuius parochiani sunt facti, decimationem requirit: Ideoque tua nos duxit fraternitas consulendos, cui potius decimæ sint reddendæ. ¶ Noueris igitur quod æquū est, vt illi ecclesiæ decimæ personales[f] reddātur ab eis, in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta. Decimas† vero messium, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia, quàm in ea in qua habitāt (quoniam à diuersis diuersa cōsuetudo[g] tenetur) tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtentam ibidem noueris obseruatum.

¶ Clemens tertius.

¶ *De omni fructu prædij soluendæ sunt decimæ.*

CAP. XXI.

EX† parte canonicorum ecclesiæ tuæ, nobis est querela proposita, quod quidā agricultores, cum simul vel diuersis temporibus anni, in eodem horto vel agro diuersa semina sparserint, non nisi de vnius[h] illorum seminū fructibus decimas illi† persoluunt: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si rem noueris taliter se habere, agricultores illos, vt de omnibus[i] prædiorū † fructibus decimas absque diminutione[k] persoluant, ecclesiastica cēsura compellas.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Decimæ prædiales soluendæ sunt, expensis non deductis.*

CAP. XXII.

NOn† est in potestate hominum, cum plantant ar-

f ¶ *Personales.*] hic ergo patet, q decimæ psonales semper dandæ sunt, vbi quis percipit ecclesiastica sacramenta. sic s. de parochi. cap. vlti. Et dicuntur personales decimæ, quæ potius contēplatione personæ soluuntur: vtputa, de negociatione, artificio, & de militia. 16. q. 1. decimæ. & j. eod. non est. & cap. pastoralis. de quibus expensæ ante solutionem decimarum deducendæ sunt: vt in cap. pastoralis. Sed decimæ animaliū an inter personales, an inter prædiales sint, quæritur: & potest dici, quòd inter prædiales. vbi ergo pascuntur continue, ibi decimæ solui debēt. arg. s. eod. commissum. & ff. de seru. rust. prædiorum. pecoris pascendi. C. de verb. signifi. l. 2. Sed quid si per medietatem anni in territorio vnius ecclesiæ, & per aliam medietatem in territorio alterius ecclesię pascuntur? Æquū est vt diuidantur. argu. s. de relig. relatum. in fi. & 2. q. 2. c. 2. & vlti. & 12. q. 2. Vulteranæ. eodem modo si continue iaceant hic, & continue pascantur ibi. arg. ff. ad muni. assumptio. idem esset si aliqui iacerēt in vna parochia, & larem haberent in alia, debent diuidere decimas personales & oblationes.

g ¶ *Consuetudo.*] Ius tamen cōe in promptu est, q illi ecclesiæ debent dari in cuius territorio sunt prædia: vt s. de parochi. cap. vlti. & s. eod. qm̃. tamen statur consuetudini loci si est præscripta: vt dixi s. eodem, cum sint homines. Nam & mulier ibi subit munera patrimonialia vbi habet patrimonium siue prædia: personalia vero vbi habet domiciliū. C. de mulieribus, in quo loco munera sexui congruentia & honores agnoscant. l. 1. lib. 10. Lauren.

EX parte.] Prima pars ponit querelam. Secūda dat iudicem: ibi, *Mandamus*. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam agricultores in eodem agro simul in anno vel diuerso tempore seminant diuersa semina, nec decimas persoluūt, nisi de vno semine: Mandat Papa, q de omnibus fructibus prędiorum sine aliqua diminutione decimas persoluant.

h ¶ *Vnius.*] & male: quia qua ratione soluunt de vno semine, & de aliis soluere tenentur, siue eodem tempore, siue diuerso eiusdem anni: quia vna & eadem res diuerso iure censeri non debet. 12. quæst. 2. cognouimus. & j. eodem. cum in tua. & de consec. distin. 2. comperimus.

i ¶ *De omnibus prædiorum.*] & etiam arborum. s. c. proxi. & de fœno, & de lana, s. eod. peruenit. j. eod. c. proxi.

k ¶ *Diminutione.*] i. nullis expensis deductis. s. eod. cum homines. & j. eod. c. proxi. & j. eo. c. tua nos. Ber.

NOn est.] Primo ponitur exordium. Secundo narratio: ibi, *Reuera*. Tertio conclusio: ibi, *Volumus*. Abbas Siculus.

Casvs

CASVS. Quidam ante solutionem decimarũ deducebant expẽsas: Rñdet Papa, ꝙ sancti Patres statuerũt, ꝙ de oĩbus bonis quæ fidelis homo acquirit, decimas soluere debet: ad qđ etiam compellendus est: vnde præcipit, quatenus anteq̃ deducant expensas de bonis prædictis, persoluant ecclesijs quibus debentur, cum debita integritate. Nota, ꝙ decimæ tam personales q̃ prædiales de omnibus bonis solui debent integraliter.

a ¶ *De omnibus.*] sic 16. q. 1. decimæ. & q. 7. q. cunque. & cap. omnes decimæ. Ber.

b ¶ *Percelli.*] & potest etiã ecclesiastica sepultura priuari qui decimas non restituit. ſ. eo. prohibemus. & qui decimam non soluit, ad decimam partem (vt dicit Aug.) reuocari meretur. 16. q. 1. decimæ. & in fame & ĩ penuria maledict⁹ erit: vt ea. causa q. 1. reuertimini.

e ¶ *Antequam deducatis expensas.*] Hoc verum est in prædialibus decimis: vt ſ. cap. proxi. & j. eodem cap. tua nobis. Secus in personalibus. j. eod, cap. pastoralis.

EX transmissa.] Primo ponit decisam querelam. Secundo dat iudicẽ: ibi, *Quia.* vbi præmittit generalem rationem, ex qua infert conclusionẽ: ibi, *Mandamus.* ¶ Casus de se patet. Et potuit esse ratio dubitandi in alio textu, quia venti non nascuntur in loco, nec videntur moueri ex Dei beneficio, ideo videbatur ꝙ decima ex tali molendino ad ventum non esset soluenda. Sed contrarium dicitur, quia & mare & venti obediunt Deo. Matth. 8. cap. Item quia terra in qua est tale molendinum, subiacet oneri decimarum: vnde sicut ecclesia ex tali terra perciperet fructus si coleretur, ita debet consequi de redditibus ædificij ibi constructi, per hoc cap. & cap. commissum. ſ. eo. Abbas Siculus.

bores, vel aliqua semina terræ mandant: & infra. ¶ Reuera sicut sancti patres in suis tradiderunt scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione, & de omnibus[a] bonis, decimæ sunt ministris ecclesiæ tribuendæ, ita vt qui de his eas soluere neglexerint, ecclesiastica districtione debeant percelli[b]: & infra. ¶ Volumus ergo & districte præcipimus, quatenus antequam[e] villas † deducatis de bonis prædictis expensas, decimas ecclesijs, ad quas pertinent, cum integritate debita persoluatis.

¶ Idem.

¶ *De redditibus molendini ad ventum soluendæ sunt decimæ.*

CAP. XXIII.

EX† transmissa querela rectoris ecclesiæ de N. intelleximus: & infra. ¶ Quia fidelis homo de omnibus, quæ licite[d] potest acquirere, decimas erogare tenetur: Mandamus, quatenus H. militem ad solutionẽ

¶ *Glo. seq. recte per q. an de illicite acquisitis soluenda sit decima. arg. quod non à contrario huius littera. alleg. etiam cano. tres auctoritates & vnam legem ad contrarium. alleg. tres leges & vnam auctoritatẽ, ponit op. Demum soluit distinguendo.*

d ¶ *Licite.*] Ergo videtur ꝙ de illicite acquisitis[3] nõ teneatur decimam soluere. arg. 1. q. 1. non est putanda. vbi de hoc. & sic meretrix de meretricio suo decimam soluere non debet: iuxta illud, non accipias mercedem prostibuli. & Esaias: Non accipias mercedem meretricis, nec pretium sanguinis. & illud: Honorabis dñm Deum tuum de tuis iustis laboribus. vt in cap. non est putanda. & illicite acquisita non sunt in bonis nostris. ff. pro socio. cum duobus. §. vlt. Arg. ꝫ, ꝙ meretrix debet decimam soluere, quia non turpiter accipit. ff. de condi. ob turp. causam. idem & si. §. quotiens. præterea delictum non præstat immunitatem. ff. de interdi. & releg. relegatorum. §. vlti. Criminosum enim non dignitas, sed pœna debet comitari. C. de decu. ne quis. lib. 10. & illud Euangelij: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt 14. q. 5. qui habetis. & §. sequen. Quidam dicunt, ꝙ de nullo illicite acquisito potest fieri eleemosyna, vel etiam decima solui. Et sic nec meretrix, nec aleator, nec simoniacus, nec histrio potest facere eleemosynã, vel decimam dare de tali lucro, pp prior. iura. arg. ex hac littera. Alij dicunt (qđ verius credo) ꝙ de illicite acquisitis potest fieri eleemosyna, & dari decima, si de illis non competat repetitio, & dñium transferatur: & sic meretrix, histrio, simoniacus, & qui de mammona iniquitatis viuit, id est per solicitudinem tpalem aliqua acquirunt: decimam dare, & eleemosynam facere possunt: & de eo quod extorquetur rõne officij. 14. q. 5. non sane. quia in his dñium transfertur. & non competit repetitio, sacerdos tñ nõ debet recipere decimam à meretrice: ne videatur ei impunitatem pstare: sicut quorũdam oblationes[4] aliquorum respuuntur rõne criminis. 90. dist. oblationes. 17. q. 4. miror. Aliàs si dñium non transfertur, aut si transfert & competat repetitio, non potest inde fieri eleemosyna, vel dari decima, cum non sit illius: quia aliena non potest aliquis concedere præter dñi voluntatem. j. eod. tua nobis. vt in vsuris, & in simonia. ſ. de iureiuran. debitores. & j. de simo. de hoc. & c. veniens.

Dictio, vl las, deest in omnib⁹ antiquis codicibus.

Cap. 7. eo. tit. in 2. compil. Vide concilium Tridẽt. sessio. 25. de reformat. ca. 12 & concilium Matisconense 2. cap. 5. adde B. Thomã 2. 2. q. 87. art. 2.

3 De materia hui⁹ glos. in vide omnino beatũ Thomã 2. 2. q. 87. art. 2 ad 2. arg. & Soto lib. 9. de iustitia, & iure, q. 3. art. 3. adde Cynũ in l. 2. C. de condit. ob turpem causam & Iasonem & Paulum Castrẽsem in l. 4. § sed quod meretrici. ff. de condi. ob turpem causam.

4 Vide B. Thomã 2. 2. q. 86 art. 3. vbi late de hoc.

decimarum de his, quæ de molendino[e] ad ventum proueniunt, sine diminutione aliqua compellatis.

¶ Innocentius iij. Pistoriẽs. episcopo.

¶ *Locator vel conductor possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant.*

CAP. XXIIII.

A† Nobis tua fraternitas requisiuit: & infra. ¶ Cum igitur quilibet[f] decimas soluere teneatur, nisi à præstatione ipsarum specialiter sit exemptus[g]: Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd à dantibus & recipientibus[h] possessiones ad firmam†, de fructibus quos percipiunt decimæ sunt soluendæ: Nisi ab eis ostendatur[i], quare ab huiusmodi sint immunes.

¶ Idem Vercellẽsi episcopo.

¶ *Imperialis concessio sub quacunque forma, à solutione decimarum eximere non potest.*

CAP. XXV.

TVa† : & infra. ¶ Porro cũ laicis nulla sit de † spiri-

in furto, & rapina. Decimæ autem quæ dantur ratione prædiorũ, iuste accipiuntur ab ecclesia, & à quocunque etiam inuasore, ex quo non dantur ratione personæ: ecclesia enim suũ recipit.

e ¶ *De molẽdino.*] ſ. eo. peruenit. & j. eod. pastoralis.

A *Nobis.*] Primo ponit decisum exordium. Secundo ratio generalis: ibi, *Cum igitur.* Tertio solutio: ibi, *Fraternitati.* Quarto exceptio: ibi, *Nisi.* Abbas Siculus.

CASVS. Nobilis aliqua locat aliqñ possessiones suas ad firmam: locator de parte sua decimas non soluebat: quæritur quid iuris? Rñdet Papa, ꝙ cũ quilibet decimas soluere teneatur, & dantes & recipientes possessiones ad firmam, decimas soluere tenentur: nisi ostendere possint quare ab huiusmodi sint immunes.

f ¶ *Quilibet.*] Laicus: indistincte nulla temporis præscriptione obstãte. ſ. de præscript. causam quæ. clerici vero secundum quod dicitur ſ. eo. nouum.

¶ *Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit.*

g ¶ *Exemptus.*] Cum enim decimæ sint tributa egentium aĩarum, & eas in signum vniuersalis dñij sibi retinuerit. 16. q. 1. decimæ. & j. eod. tua nobis. & quæ debentur diuina constitutione. j. eod. tua. quõ potest Papa concedere priuilegium de non dandis decimis ꝫ præceptum diuinæ legis, ꝫ quam dispensare non potest: immo vsque ad animam & sanguinem debet defendere. 25. q. 1. sunt quidam. & 5. dist. in prin. & 8. dist. quæ ꝫ mores? Dic, ꝙ nõ dat alicui priuilegium de non dandis decimis: sed concedit ei administrationem decimarum, vt inde suscipiat sustentationẽ, & residuum conuertat in vsus pauperum: tali modo concedit monachis: sic posset etiam laicis concedere. Vel dic ꝙ ꝫ ius naturale dispensare potest remittendo decimas alicui specialiter: non tñ constitutionem posset facere, quæ omnino tolleret illud præceptum: quia ius naturale immotabile pmanet. 5. dist. in princ. verum est in simul, sed non in indiuiduis. i. non potest omnino tolli, sed potest in quibusdã remitti: sicut illud ius naturale ꝙ homines ab initio sint liberi. in Authen. qui. mo. nat. effici. legi. §. si quis vero. versi. postea vero. colla. 6. immutatum est in quibusdam, sed nõ in omnibus: hoc enim fuit impossibile ꝙ oẽs essent serui propter naturam correlatiuorum.

h ¶ *Recipientibus.*] sic j. eo. tua nobis.

i ¶ *Ostendatur.*] puta, priuilegium exemptionis à præstatione decimarum: vel nisi haberet decimas illas in feudum ab[5] antiquo. nũc dominus illas retinet sibi: licet hodie non possint dari in feudum, vt dixi ſ. eo. cap. quamuis.

TVa.] Duo sunt dicta, vt in rubro. Secundum: ibi, *Nec occasione.* Abbas Siculus.

CASVS. Imperator concedit alieni possessiones aliquas liberas & immunes ab aliquo onere, & sine præstatione decimarũ: quæritur an talis concessio liberet à præstatione decimarum? Rñdet Papa ꝙ laicis de spiritualibus nulla est disponendi attributa potestas, & ideo quantumcunq; imperialis concessio generaliter fiat, neminem potest eximere à solutione decimarum, quæ diuina institutione debentur. Scdo dr: alicui laico decimæ alicuius loci sunt in feudum concessæ: surgunt in eodem loco noualia, quæritur vtrum laicus ille habere debeat decimas noualium? Rñdet Papa, licet decimæ sint laico in feudum concessæ, non tamen sunt ea occasione ab eodem

Vide l. falsus. in prin. & ibi Bald. ff. de fur. & in l. 2. C. de cond. ob tur. caus.

Cap. 8. eod. tit. in 3. compilat. Et de materia textus & glossæ vi de Couarruuiã lib. 1. varia. resolu. cap. 17. Guidonem Papæ decisio. 166. & decisione 384 adde Syluestrum in sum. verbo decima. q. 5.

Quod hoc sit, nisi supra hoc tit. cap dilecti.

Cap 4. eo. tit. in 4. compil. Vide hac præ alijs Hostiẽsem, & Oldradum cõsil. 109.

Alibi ita: de spiritualibus nob.

5 De hoc articulo vide omnino Syluestrum in summa verbo 1 decima § 9. idẽ de decimationem capellæ Tholosanæ. 440.

decimæ noualium vsurpandæ: quia in talibus non est licentia extendenda, sed potius restringenda. Nota, q laici qualitercunque sint præeminentes, de spiritualibus disponendi non habent potestatem. Item cui concessum est quod est maius, non ei conceditur quod est minus.

tius decimæ, quas dñs sibi retinuit in signum vniuersalis dñij, sine deductione aliqua expensarum clericis proculdubio sunt soluendæ: & si laici moniti eas soluere noluerint, ecclesiastica cẽsura sunt cogendi. Secundo rñdet ad fm dictum prædictorum: sicut colonus de parte fructuum quæ sibi remanet rõne culturæ, sine diminutione decimam soluere tenetur

Glossa sequens ponit tres casus, in quibus laicus, &c.

a *De spiritualibus.*] nec de spalibus etiam si ad commodum ecclesiarum respiciat. 96. distin. bene quidem. & 3. de iud. decernim⁹. In casibus tamen laici potestatem habent super clericis de licentia ecclesiæ, j. de sal. ad salsariorum. in clerico deposito incorrigibili. 3. de iud. cum non ab homine. Item vbi schisma faciunt, cum non possunt corrigi per ecclesiam 1. 17. distin. nec licuit. 23. q. 5. de Liguribus. & j. de sen. excommu. vt famæ. Tanc.

b *Generaliter.*] puta, cum dicit: Concedimus cum omni honore & districtu ubi possessiones tales, & sine aliquo onere, vel grauamine: per talem cõcessionem non concedit decimas, etiam si specialiter decimas concederet: quia ipsas de iure non posset possidere: ergo ipsas nõ potest alicui concedere. j. eod. dudum. quia lex humana non est supra legem Dei: sed subtus. 10. distin. cap. imperatorum.

c *Diuina constitutione.*] quasi ex debito. 3. eod. parochianos. & j. cap. proxi. quia debent esse cibus in domo Domini. 16. q. 1. reuertimini. & q. 3. §. potest. ver. item decimæ Deo mandante. & q. 7. primum. & sunt tributa egentium animarum: vt ea. causa. quæst. 1. decimæ.

tualibus ᵃ concedẽdi vel disponendi facultas: Imperialis concessio quantumcunque generaliter ᵇ fiat, neminem potest à solutione decimarum eximere, quæ diuina ᶜ constitutione debentur.

Decimæ noualium non pertinent ad laicum, qui decimas habet in feudum. hoc dicit.

Nec † occasione decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ sint concessæ) sunt decimæ noualium vsurpandæ: cum in talibus non sit extendenda licentia ᵈ, sed potius restringenda †.

Idem eidem.

Sine deductione seminis & sumptuũ debent dominus & colonus decimam soluere, & non cui voluerint ecclesiæ vel pauperibus, sed ecclesiæ cui debentur: nec ab hoc excusantur propter maliciam clericorum.

CAP. XXVI.

ij TVa † nobis fraternitas intimauit, quód quidã laici decimas † ecclesijs & clericis suis, peruersis machinationibus subtrahere moliũtur. Quidam enim ex eis semen & sumptus, qui fiunt in agricultura, dicunt primitus deducendos, & de residuo impendendam decimam asseuerant. Alij vero de portione fructuum, quam à colonis accipiunt, partem decimæ separantes, eam capellis suis, aut alijs clericis, aut etiam pauperibus conferunt, vel in vsus alios pro sua volũtate conuertunt. Nonnulli etiam vitam clericorum tamquam abominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non verentur: & infra. Verum si ad Deum (à quo cuncta bona procedunt) assertores huiusmodi, debitum respectum haberent, ius ecclesiasticum diminuere non contenderent, nec decimas (quæ tributa ᵉ sunt egentiũ animarum) præsumerent detinere. Cum enim Deus, cuius est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo, deterioris ᶠ conditionis esse non debeat, quàm dominus temporalis, cuius statutum ᵍ de terris, quas exhibet alijs excolendas, non quidem deductis sumptibus aut semine separato, necessario cum integritate persoluitur: nimis profecto videtur iniquum †, si decimę quas Deus in signum vniuersalis dominij sibi reddi præcipit, suas esse ʰ decimas & primitias asseuerans, occasione præmissa, vel excogitata magis fraude diminui valeant: cum Deo debita sit solutio decimarum, intantum, vt ad eas clericis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, laici si moniti reddere † noluerint, ecclesiastica sunt † districtione † cogendi. Et cum de cunctis omnino prouentibus decimæ sint reddendæ: sicut colonus de parte fructuũ, quæ sibi remanet ratione culturæ: sic & dominus ⁱ de portione quam

sic & dñs de portione quam recipit à colono. Tertio rñdet ad vltimũ dictũ: quis clerici mali sint, pccatũ eorũ malinæ, ecclesijs aliis q̃ his quibus de iure tenentur, non sunt soluendæ: quia nõ licet aliud concedere aliena pter dñs voluntatem. In fine mandat epo, quatenus appellatione remota cõpellat oẽs, ad decimas psoluendas clericis & ecclesiæ suæ diocesis, quibus exhibere tenentur tam rõne pdonarum q̃ etiam pdiorũ. Nota decimas pdiales, sine deductione expensarum soluendas. Item decimæ dantur clericis pro cultu diuino. Item nulli licet concedere aliena præter dñi voluntatem: quia pp hoc non remittitur debitum, sed augetur.

Glo. seq. ponit tres opiniones, mediam approbat, & ponit obstaculum.

e *Tributa.*] vt 16. q. 1. decimæ. sed impropriè dicuntur tributa, quia in tributis non admittitur appellatio: vt 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. & § quotiẽs. sed sup decimis bene admittitur: sicut in alijs causis vbicunq; aliquis grauatur. 3. de ap. vt debitus. Item in tributis nõ currit pscriptio. 16. q. 3. placuit. §. potest. ver. ad hoc ecclesia. sed in decimis bene currit. 3. de pscrip. de quarta. & c. ad aures. Sed qua actione petũtur decimæ? Dixi lo. q petuntur per actionem cõfessoriam, quia ius pstãdi decimas est q̃dam seruitus. Vel potest dici, q petunt rei vendicatione. 16. q. 1. moderamine. & c. reuertimini. Ecclesia enim dr habere dñium decimarũ, licet nondũ habuit possessionẽ, vt quidam dicunt: & satis rõnabile est. Sed verius est, q in hoc cõsistit priuilegiũ ecclesiæ, vt re nõdũ tradita ipsa facta sit dña. arg. de consuetudine ex literis. & C. de sac. sanct. eccle. vt inter diuinum. & sic C. arbi. tute. l. 3. & C. de rei ven. si vt pponis. vbi hoc priuilegium obtinet in minore, & i milite. Nec obstat qđ dr. ff. de pollici. l. a. in fi. vbi dr q nisi decima sit segregata ab alijs. non desinit esse in bonis prioris dñi: sed aliud est cũ decima debet ex voto, vt ibi. aliud cũ debet de iure, vt hic. vel petunt cõdictione ex canone. 16. q. 1. decimæ. & c. reuertimini. & arg. ff. de cõdictiõe ex lege. l. vnica.

f *Deterioris.*] immo melioris: quia plus punire, & plus benefacere potest. C. de modo mul. eos. 11. q. 3. qui resistit.

g *Statutum.*] idest, pars conuenta, siue pensio.

h *Suas esse.*] 16. q. 1. reuertimini.

Glo. seq. quærit, & dubium aperit, & soluit.

i *Sic & dominus.*] hoc intellige cum recipit partem suã ante solutionem decimarum: secus si post: quia tunc illa iã decimata est: & hoc verum est, cum dñs aliquotam partem, puta tertiam, vel quartã vel etiam medietatem pcipit, tunc enim vterq; & colonus & dñs tenentur soluere decimã de parte sua: sic 3. eo. à nobis. Si vero certã partem puta, duos corbes, vel tres im colonus reddat dño, quantũcunq; percipiat iste colonus, tunc dñs de illis tenetur soluere decimas.

Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

d *Extendenda licentia.*] hoc dicit quia laici, sine peccato decimas possidere non possunt. 16. q. 1. cap. vlti. & 3. eod. prohibemus. & 3. eod. quamuis. Et ideo licentia ista non potest extendi ad noualia. Arg. 3. j. eod. ex parte. vbi soluitur. simile 3. de rescript. nonnulli. quia odia sunt restringenda, & fauor ampliandus. ff. de lib. & posthu. cum quidam.

ij *TVa nobis.*] Diuiditur. Primo ponit tres machinationes. Secũdo ad eas respondet: ibi, *Verum.* Tertio concludit: ibi, *Quoniam.* Abbas Siculus.

Licet † quibuſdam monachis[d] & canonicis[e], nec nõ & Hoſpitalarijs & Templarijs à ſede Apoſtolica ſit indultum, ne poſtquam aliquis profeſſus fuerit apud eos, ad alium locum poſſit ipſis inuitis arctioris etiam religionis obtentu, tranſire, vt vnuſquiſque ſecundum Apoſtolum in ea[f] vocatione permaneat, in qua digno ſcitur eſſe vocatus: Quia tamẽ vbi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas: & qui Dei ſpiritu aguntur, non ſunt ſub lege[g], quia lex non eſt poſita † iuſto: ea ratione videtur hoc illis fuiſſe cõceſſum, ne quis ex temeritate[h], vel leuitate, in iacturam vel iniuriã ſui ordinis, ſub prætextu maioris religionis, ad alium ordinẽ tranſuolaret: ſicut frequenter à multis conſtat eſſe præſumptum: non quidem vt ei tranſeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit poſtulandã, vt non ficte, ſed vere, ad frugem melioris vitæ valeat tranſmigrare. ¶ Talis ergo poſtquam à prælato ſuo tranſeundi licentiam[l] poſtulauerit, ex lege priuata[k] (quæ publicæ legi præiudicat) abſolutus[i], libere poteſt ſanctioris vitæ propoſitum adimplere: non obſtante proteruia indiſcreti contradictione prælati; quia priuilegium meretur[m] amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate: Cum etiam Romanus Pontifex, qui ſupremam in eccleſia obtinet poteſtatem, Archiepiſcopis & epiſcopis † cedendi licentiam ex[n] iuſta cauſa petentibus, ſine difficultate concedat. ¶ Quocirca nouerint vniuerſi, quibus huiuſmodi priuilegiũ eſt conceſſum, ſe ad concedendam licentiam tranſeundi taliter poſtulantibus de iure teneri: quia ſicut ſubditus à prælato, cum humilitate & puritate, debet tranſeundi licentiam poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur: ſic profecto prælatus ſubdito, ſine difficultate & prauitate qualibet, debet tranſeundi licen-

d ¶ *Monachis.*] ſ. eod. non eſt.

e ¶ *Canonicis.*] 19.q.3. ſtatuimus. & c. mandamus. Ber.

f ¶ *In ea vocatione.*] 51. q.1.c.1. & q. 2. placuit. & 7.q.1. non oportet.

g ¶ *Sub lege.*] 19. q. 2. duæ ſunt. Ber.

h ¶ *Ex temeritate.*] aduerte qualiter interpretatur priuilegiũ illorũ, ſcilicet q̃ nullus taliũ poſſit tráſire ad ſtrictiorẽ religionẽ, hoc eſt, verũ (vt dicit) temeritatis cauſa: ſic enim cũ prohibetur iuramentum, temerarium tantum intelligitur prohibitum. 22. q. 1. ita ergo. Io.

¶ *Gl. ſeq. allr. tres concor. & vnum contrariũ. quærit & ſoluit, ſolutiõ duplicater opponit. Demum obijcit ad textũ & ſoluit.*

l ¶ *Licentiam poſtulauerit.*] Sufficit ergo petere licentiam licet non obtineatur. ſic ſ. de arbit. cum olim. & ſ. de loca. & conduc. potuit. C.de iur. emphy.l. vlti. Argu. ɔ. ſ. de electio. cũ in veteri. & ad idẽ etiã poſſet iduci circa prin. Sed quid ſi aliquis non petita licentia receſſerit ad ſtrictiorem vitã: nunquid eſt reuocandus? Conſueuit dici q̃ non, dummodo leuitatis cauſa non tráſeat, vt hic in fin. innuitur. Sed obſtat 19.q. 2. mandamus. & illud poteſt intelligi q̃ñ leuitatis cauſa tráſit, adhuc videtur contra. ſ. de ætat. & qualit. intelleximus, vbi tranſiuit quidam ſine licentia ad aliud monaſteriũ, nec inde punitus videtur. Sed qualiter poteſt quis inuito prælato ſuo perſonam ſuam alienare, cum rem alienare non poſſit, & maior ſit alienatio perſonæ quàm rei. 12.q.2. præcipimus. & 17.q. 1.c. 2. a cum forte clericus teneatur iuramento obedire. 8. q. 1. ſciendum. & ſ. de maior. & obe. cum in eccleſijs. nec etiam poteſt peregrinari ſine licentia ſui epi. de conſe. diſt. 5. non oportet. & ſæpe propter obedientiam bonum intermittitur. 11.q.3. quid ergo. cum obediendum ſit, vbicunq; non eſt ɔ præceptum Domini, vel dubium ſit q̃ non contra præceptum Domini ſit. 23.q.1. quid culpatur. in ſi. Sed illud auctoritate canonis ſit inſtinctu Spiritus ſancti, & ita nõ conſtringitur per legem. 19.q. 2. duæ. arg. j. de diuor. gaudemus.

k ¶ *Ex lege priuata.*] quæ eſt amor Dei ſiue Charitas, de qua dr̃. Habe charitatẽ, & fac quicquid vis. de pœn. diſt. 2. radicata. Lau.

¶ *Glo. ſeq. quinque perſonas excipit.*

i ¶ *Abſolutus.*] Ab hac vniuerſitate excipiť vxor carnaliter cognita, impubes, & ſeruus. j. de conuer. coniu. quidam intrauit. 20. q. 2. c. 1. & 2. & 54. diſt. ſi ſeruus. Item excipitur epiſcopus. j. eo. c. ver. illa ſemper regula. & curiæ adſtrictus. 53. diſt. legem.

m ¶ *Meretur amittere.*] 11. q. 3. priuilegium. 74. diſt. vbi iſta. C. de Iudę. l. 3. & l. Iudæis 3. Ber.

n ¶ *Ex iuſta cauſa petentibus, ſine difficultate concedat.*] Quæ ſit iuſta cauſa, & quæ non, oſtenditur ſupra de renun. niſi cum pridem. Io.

a ¶ Superior

Margin notes: ¶ Impoſita. — ¶ Hæc clauſula ponitur in decretali incip. ſi qua liberalitate, quæ eſt in 2. compilatione, quæ ſtatim reperiatur in quam ...dat in hac collectione. — ¶ Vide D. Thomam 2.2.q. 189. art 4. — ¶ Cap. 4. extra in ſ. ... ¶ de monachis decretalis ... vide omnino D. Thomam 2.2. q. 189. art. 8 & Hoſtienſem in ſumma de regularibus. §. & qualiter. — a Facit ad hoc bonũ arg. in l. ſed & ſi. §. ſi ipſe ſeruus. ff. de pecu. — ¶ Si Iudæi cruce veniendus ... ſidem oſtendunt, perdent iuſte ... And.

tiam indulgere, ne videatur propositum impedire diuinitus inspiratum. ¶ Si vero probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem, aut laxiorẽ ex charitate, an ex temeritate transire, superioris [a] est iudicium requirendum: ne forte Angelus satanæ in lucis [b] Angelum se transformet. Illa semper regula inuiolabiliter obseruata, vt nullus absque licẽtia Romani Põtificis presumat occasione quacunque deserere præsulatum: quoniam sicut maius bonum minori bono præponitur: ita cõmunis vtilitas [c] speciali vtilitati præfertur †. Et in hoc casu recte preponitur doctrina silentio, solicitudo [d] contemplationi, & labor quieti. Ad quod vtique designandum vnigenitus Dei filius Iesus Christus, nõ de Rachele [e] secundum carnẽ natus est, sed de Lia †: nec legitur eum in domum suam Mariæ recepisse, sed Martha. Vnde quando potest episcopus preesse pariter & prodesse, nõ debet cedendi licentiam postulare, aut etiam obtinere. ¶ Cum ergo R. monachus vester, ad fratres Cisterciensis ordinis transmigrauerit, nõ vt ordini vestro aliquatenus derogaret, sed vt apud eos vitam duceret arctiorem: Mandamus, quatenus super eo quod de corde [f] puro, & cõscientia bona, & fide non ficta fecisse dignoscitur, eum nullatenus molestetis: quia charitas est fons proprius, cui non communicat [g] alienus.

¶ Idem Præposito, & Decano, & Scholastico Demereñ. † Coloñ. diœcesis.

¶ *Coniuges religionem profitendo ab inuicem diuertere possunt: aliter si se abiurant, & non continent, illicitum est iuramentum.*

CAP. XIX.

VEniens † ad Apostolicam sedem G. mulier supplici nobis insinuatione monstrauit, quòd cum matrimonium cũ E. in facie ecclesiæ cõtraxisset, & diutius cohabitasset eidem, orta est dissensio inter ipsos, in tantum, vt quòd † deinceps alter non requireret alterum, vterque corporaliter præstitit iuramentum: hanc vir ipse diuortij causam assignans, quòd quandam ipsius mulieris amitam [h] cognouisset, antequam eam duceret in vxorem: quod licet assererent quã plurimi, nõ fuit super hoc ecclesiæ facta fides. Cum autem postmodum ad secunda vota conuolasset vterque, secũdo viro viam vniuersæ carnis ingresso, priore superstite, dicta mulier se fecit in arcto loco, ad pœnitentiam agendam includi, postulans vt ei dignaremur impendere cõsilium salutare. ¶ Nos igitur attendentes, quòd illud fuit illicitum iuramentum [i]: Mandamus, quatenus præfatum virum monitione præuia † compellatis †, vt ea, quam superduxit, exclusa, præfatam [k] mulierem recipiat auditluri [l] postmodum si quid fuerit quæstionis. Si vero contra matrimonium nihil fuerit ostensum, & vir seculo derelicto maluerit ad regularem vitam migrare, vos ei super hoc licentiam tribuatis, vt & illa possit in suo proposito [m] permanere.

¶ Idem Abbati de Affligeñ. & magistro R. & G. canonicis Traiecteñ.

¶ *Qui ad monasterium conuertitur sumendo habitum nouitij, potest infra tempus probationis redire ad seculum, nisi appareat eum vitam voluisse mutare omnino.*

CAP. XX.

COnsulti † sumus frequẽter à multis, vtrum is qui mo-

---

a ¶ *Superioris.*] Simile 11.q.1. peruenit. j. de iure patro. nullus. in Auth. de sanctis. episco. §. si à clero. coll. 9. Vinc.

b ¶ *In lucis.*] 26.q.5. nec mirum. & 29.q.1.§.1.

¶ *Glo. seq. rect. per obiectionem, & sol. & remissionem, Ioan.*

c ¶ *Ita communis vtilitas.*] Simile 7.q.1, scias. & in auth. de resti. & ea quæ par. §. licet. coll. 5. & j. de postu. prælat. c. 3. hoc intellige cum per publicam non impeditur priuata: quia ordinata charitas incipit à se. 23. q. 5. si nõ licet. & de pœ. dist. 3. q vult. & 19. q. 2. duæ. 14. dist. quod ait. ff. de iud. si lõgius. in si. 1. ff. de pscri. ver. qui seruandarũ. sic non debet prælatus sua negotia præponere negotijs ecclesiæ. 12. q. 4. quicunque. De hoc etiã dicitur. j. de postu. prælato. c. 3.

Vide j. de vo. quod sup his. per. j. q. in A.

d ¶ *Solitudo contemplationi.*] id est, vita actiua, quæ in hoc casu præponitur contemplatiuæ.

e ¶ *De Rachele.*] Rachel significat vitam contẽplatiuã, quæ est formosa, sicut illa fuit. Lia significat vitam actiuã, quæ fœcunda est in sobole, & ideo præfertur pulchritudini Rachelis. j. de renũciatio. nisi cum pridem. Ber.

Vide l. actione §. Labeo. in verb. eo tẽpore ff. pro socio. in l. 1. & ibi Bar. & Sal.

f ¶ *Corde puro.*] quia presumitur prima facie ex ipso facto, q habet speciẽ boni, nisi probetur contrariũ. j. de scru. c. vnico. & j. de psumptioni. dudum.

Hoc ita patet. Iacob genuit Iudã ex Lia. Gene. c. 29 in fine. Iudas genuit Phares, & Zaram de Thamar: de hoc semine descendit Dauid. & Christus secundũ carnẽ. Matth. c. 1. sic ergo de Lia natus est Christus, id est, de genere suo.

g ¶ *Non cõicat alienus.*] scilicet à charitate. de pœ. dist. 1. cap. resuscitatus. §. itẽ vt Christus. B.

VEniẽs.] Prima pars ponit petitionem mulieris. Secunda prouidet, & iudicem dat: ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quædã mulier contraxit matrimonium cum quodã viro in facie ecclesiæ, & diutius cohabitauit eidẽ: Tandem orta fuit discordia inter eos, ex eo q vir dicebat quandã amitam ipsius mulieris antequam eam duceret, cognouisse; sed de hoc non fuit ecclesiæ facta fides, vnde coniugti q vterq; illorum iurauit, q deinceps alterũ non requireret: & postmodũ ad secunda vota trãsiuit vterque: viro secundo de medio sublato: mulier viro priore viuente, ad agendum pœnitentiam, quoddam monasterium intrauit, postulans sibi consilium salutare impendi: Papa vero considerans, q iuramentum illud illicitum fuit, mandat quibusdam, quatenus præfatum virum moneant & compellant: vt illam, quam superinduxit, dimittat, & vxorem suam recipiat, audituri postmodum si quid fuerit quæstionis: & si contra matrimonium nihil fuerit probatum, si vir ad religionem transire voluerit, ei licentiã tribuant transeundi, vt & illa mulier in suo possit proposito remanere. Nota, q iuramentum contra matrimonium, illicitum est, & nõ seruandum. Item si vir adulterium commisit, mulier tamen non potest intrare religionem ipso in seculo remanente.

al. Mitteñ. de Moteñ. sed vt plurimũ in antiquis legitur Mitteñ.

Cap. 6. eo tit. in 1. compil. Et de materia præter doctores hic. vide Turrecrematam in c. qd Deo pati. 33 q. 5. & Sotum [illegible] lib. 4. sent. dist. 27. q. 1. art. 4.

h ¶ *Amitam cognouisset.*] Si hoc verum fuit, non fuit matrimonium quin ad Deum: Vnde si probaret, separarentur. j. de eo qui co. consan. vxo. suæ. super eo. aliàs non separarentur: vt eo. tit. de illo.

¶ *Glo. seq. quærit, arg. pro, & ponit duas opiniones.*

i ¶ *Illicitum iuramentum.*] Et ideo non seruandum. sic j. de iureiu. tua. 2. Sed nunquid aliqui possunt licite se abiurare, & promittere perpetuam cõtinentiã? Vi q sic: quia talia matrimonia sanctiora sunt alijs. 33. q. 5. quod Deo pari. Ad hoc dicunt quidam, q tali modo non possunt se abiurare, vt remaneãt in seculo, nisi transeant ad religionẽ. Arg. j. tit. prox. ex parte. 1. ad fin. Ioan. Zrium dixit, & isti non abiurauerant se pp perpetuã continentiã, sed vt possent adulterari, & quòd neuter illorum alterum accusaret: talis abiuratio prohibetur hic. & j. de iureiur. tua 2. immo sine aliquo iuramẽto se possent obligare ad ppetuam continentiã. arg. prædict. cap. q Deo pati. nullum enim iuramẽtũ obstat, quin alter crimen alterius denunciare saltem possit. j. de iureiur. quemadmodum.

quid si [illegible]

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

k ¶ *Præfatã mulierẽ recipiat.*] Argu. j. de diuor. significasti. sed hic locũ habet; nihil mihi tu, vel ego tibi, nil Catilina Cethego. 32. q. 6. p to. & j. de iureiur. tua 2. & j. de adulte. c. pen. & vlti. Io. & ff. soluto matrimo. viro atq; vxore. Bernar.

l ¶ *Audituri postmodũ.*] Et ita quæstio restitutionis præcedere debet. j. de restit. spol. ex cõquestione. & j. de ordine cognitionum, super spoliatione.

m ¶ *Possit in suo proposito.*] Et compellenda esset in proposito [a] remanere, si maritus vellet ratum habere vel obseruare propositum. Arg. j. tit. proxi. quidam intrauit. & 33. q. 5. q Deo. Io.

Hoc verũ si si vero alienauit. Ioh. And.

COnsulti sumus.] Cõmunis diuisio. Secunda: ibi, *Licet.* In qua distinguit duo mẽbra. Secundum: ibi, *An conditionaliter.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis intrauit monasteriũ, habitum sumendo nouitij, quæritur, vtrum infra tempus probationis, ante factam professionem licite possit ad seculum redire? super hoc diuersi diuersa dixerunt: Innocentius tamen distinguit, vtrum ille qui conuertitur, proposuerit absolute vitam mutare, vt in habitu regulari decætero Deo famuletur, vel regularem obseruantiam experiri, vt si sibi displicuerit, ad seculum reuertatur: In primo casu saltem ad laxiorem regulam transire tenetur, vt regulariter viuat: In secundo vero casu, potest ad seculũ redire. Vt ergo appareat, quæ fuerit eius intentio, ab initio propositum & intentionem suam protestetur. hanc intellige secundum illam. j. cap. penult. Nota quòd eadem est substantia religionis apud omnes religiosos, sed in qualitatibus differunt. Item nota vtilem distinctionem, quam ponit littera circa conuertendos. Item protesta-

Cap. 7. eo tit. in 1. compil. Et vide concil. Trident. sess. 25. de regularibus. c. 15. [illegible]

protestatio in omni contractu debet fieri, vt sciatur contrahentium voluntas.

a a *Nouitij.*]scilicet causa probationis. habitus nouitiorum debet discerni ab habitu professorum. j. eo. statuimus.

b *Vel noxa.*]Nota versum: *Noxa delictum, delinquens noxa vocatur.* quique tñ vnũ ponitur pro alio, vt hic, vnde melius dixisset, noxia. Insti. de noxa. circa prin.

c *Distinguendum.*] Distinctio ista hodie non vr̃ habere locũ per decre. j. eo. statuimus. ex quo enim simpliciter assumit habitum nouitiorũ, libere ante annum potest redire ad seculũ, nisi euidenter appareat contrarium, vt ibi Lau.

d *Absolute.*] ita quòd euidenter appareat. j. eo. cap. proxi.

e *In primo casu.*] Sic intelligitur. s. eo. super eo. eo enim ipso qđ absolute religionem intrauit, licet non fecerit professioné, intelligitur renunciasse seculo, cum nullã præmiserit protestationem. Vnde vel ibi remanere debet, vel ad laxiorem transire, vt dictũ est in cap. super eo. Arg. contra j. eo statuimus. vbi de hoc.

f *Secularite r.*] idest, dissolute. arg. 81. dist. dictum. Ber.

Glo. seq. querit, ops. ponit, & soluit.

g *Remeare.*]Nunquid licebit tali contrahere matrimonium ex quo licet ei redire ad seculum? Dicunt quidam q non, cũ sit simpliciter vouens. 17. q. 2. nos nouimus. Si autẽ cõtraxerit, tenet. 27. dist. si vir. 27. q. 1. nuptiarum. & j. qui cler. vel vo. rursus. quod non est verum: qa nec fuit expressum votum, nec intendit continere,

nasterium ingressus est, habitũ sumendo nouitij[a], si ante professionem emissam infra tempus probationis exire voluerit, licite possit absque apostasiæ nota vel noxa [b] †, præsertim cum debita morum correctione ad seculum remeare. ¶ Licet autem super hoc senserint diuersi diuersa, nos tamen credimus distinguendum[c], vtrum is, qui conuertitur, proposuerit absolute[d] vitam mutare, vt sub habitu regulari omnipotenti Deo decætero famuletur: an conditionaliter experiri obseruantiam regularem, vt ita demum si [infra annum;] sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam: aut si forte non placuerit, moribus emendatus † ad statum pristinum reuertatur. In primo casu[e] debet, vt regulariter viuat, ad laxiorem saltem regulam pertransire. In secundo potest ad seculum, non tamen vt viuat seculariter[f], remeare[g]. Vt ergo quę sit eius intentio plenius agnoscatur, propositum suum in principio protestetur[h].

¶ Idem.

¶ Qui infra annum probationis non facta professione redit ad seculum, licitè potest ad ordines & beneficia promoueri.

CAP. XXI.

POstulasti †: & infra. ¶ Tertio quæsiuisti, vtrum illi qui in annis minoribus[i] constituti nouitiorum habitum susceperunt, & infra annum postmodum non facta professione, ad seculum sunt reuersi, & episcopis suis hoc scientibus, ad sacros ordines sunt promoti, sustineri debeant in illis ecclesijs ministrare, in quibus sunt ab eisdem episcopis instituti: ¶ Nos fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd propter hoc non sunt ab ecclesijs ipsis amouendi, sed in eis possunt libere ministrare.

qui tantum sub conditione vouet: sicut nec obligatur, qui sub conditione contrahit matrimonium, conditione deficiente. j. de cõdi. appo. cap. de illis.

¶ Glo. seq. querit, alle. proponit op. Io. in fin. soluit, contrarium interserit, arg. de protestatione, alleg. 4. iura, & duo in contrarium.

h ¶ *Protestetur.*]Quid si non protestetur a : nunquid præsumitur pro religione? Vr̃ q sic: quia summa est ratio, quæ pro religiõe facit. ff. de relig. & sum. fun. sunt personæ. dixit Io. quòd præsumi debet, q potius voluerit absolute mutare seculũ, quàm conditionaliter: nisi protestatio præcedat. Et sic est hic arg. q protestatio necessaria est. s. de his q̃ vi metusve cau. fi. perlatũ. 31. q. 2. Lotharius. 7. q. 1. Pontificẽ. & s. de electio. Cumana. Arg. cõ s. de cõsti. cum M. & s. de appel. solicitudinẽ. vbi non valet protestatio illi qui cõ illam facit, & sta præsumitur hic in dubio in securiorẽ partem: qa religio securior est. j. de re iud. estote. ff. eo. tit. semper in obscuris. sicut cũ dubitatur, an aliquis sit excõicatus, præsumitur ipsum excõicatum, vt absoluatur saltem àd cautelã, & tunc postea debet abstinere ratione dubij. j. de cle. exc. mini. illud. & j. de sen. exc. p tuas. Sed cõ vr̃, ex quo assumit habitum nouitij, nec facit professionem, nec renũciat seculo expresse, quòd nõ intendit se obligare simpliciter. j. eo. statuimus. vbi de hoc dicitur, nisi euidenter appareat q tales, &c. quod verum est: & sic intellige illam decre. secundum illam.

P*Ostulasti.*] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Nos. Abb. Sic.

CASVS. Aliqui infra xiiij. annum assumpserunt habitum nouitiorũ, postmodum infra annum ante factam professionẽ ad suas ecclesias sunt reuersi: quæritur, vtrum debeant tolerari? Rñdet Papa, quòd propter hoc non sunt à suis ecclesijs amouendi. Nota, q qui habitum nouitiorum assumunt, infra annum probationis possunt redire ad pristinum statum: nisi fecerint professionem.

¶ Glo. seq. dupliciter legit quod hic dicitur de minore, & secundum aliteram declarat quale sit dubium, & ponit opi. Hug. & Inno.

i ¶ *Minoribus.*]Hæc qõ non habet dubitationẽ: quia si erant infra xiiij. annum, non tenuit ingressus, & ita possunt libere exire. s. eo. ad nostram. significatum. & c. cum simus. & 20. q. 1. illud. sed tamen verbum istud dubium est: quia potest intelligi quòd fuerũt infra xiiij. annum, & sic vr̃ qõ, & quòd fuerint minores xxv. & maiores xiiij. s. de prob. in præsentia. & tunc dicas, q non constabat euidẽter, q seculum vellent mutare qñ habitũ susceperũt: quare possunt redire ad pristinum statum. j. eo. statuimus. Si vis intelligere q essẽt infra xiiij. annos, hęc potuit esse dubitatio: quia forte erant doli capaces. & sic videbatur q malitia suppleret ætatem, sicut in matrimonio carnali. j. de despon. imp. à nobis. & c. tuæ. quia & poterant se obligare diabolo. sic & Deo. j. de deli. pueris. Sed Papa rñdet, q libere possunt ministrare in ecclesijs postea recepti: & sic nõ obligantur ante xiiij. annũ. Hug. vero dicebat, q bene obligaẽ doli capax, & tenebat monachatũ: qa poterat se obligare diabolo, per illud c. pueris. & Innocẽtius fuit in eadẽ opinione, q in decre. ista rñdet, q ingressus tenuit, si malitia supplebat ætatem: vt in antiqua decretali patet [4]. sed hodie non pdest. B.

E*X parte.*] Cõmunis diuisio. Secũda pars ibi, *Ideoque.* Abbas.

¶ Honorius tertius Venetẽsi. † episcopo.

¶ Qui vltra annum portat habitum monachalem in monasterio, vbi sunt habitus indistincti, censetur professus.

CAP. XXII.

EX † parte tua fuit propositum, quòd nonnulli sunt, qui licet pluribus annis gestauerint habitum monachalem, professionem tamen monasticam non fecerunt: vnde cum super eo quòd habent propriũ, & aliàs irregulariter viuunt, à te, vel ab alijs arguuntur: non erubescunt dicere, se ad carentiam proprij, & continentiã, ac alias regulares obseruantias non teneri: cum habitus[k] non faciat monachum, sed professio regularis: & infra. ¶ Ideoque fraternitati tuæ mãdamus, quatenus quoslibet tibi lege diœcesana[l] subiectos, qui prædicto modo terrã duabus[m] vijs ingredi non verentur: vt post-

CASVS. Quidam sunt, qui pluribus annis portauerunt habitum monachalẽ, tñ professionẽ monasticã non fecerunt: Cũ isti postmodum arguuntur, super eo q proprium habent, & aliàs irregulariter viuunt, dicũt se nõ teneri ad carentiã proprij, nec continentiã, cum habitus non faciat monachum, sed professio regularis: significatum fuit hoc dño Papæ: mandat episcopo loci, quatenus quoslibet sibi subiectos, qui prædicto modo terram duabus vijs ingredi nitũtur, compellat per cẽsuram ecclesiasticam, vt postquam p annum gestauerint habitum monachalem, regulam secundũ formam ordinis profiteãtur & seruent. Nota quòd nemo debet terram duabus vijs ingredi. Item qui per annum gerit habitum monachalem, præsumitur monachus: vnde compelli debet vt profiteatur regulam illius ordinis.

k a *Habitus.*]s. eo. porrectũ. vbi de hoc. & j. q cle. vel vo. cõsuluit.

l ¶ *Diœcesana.*] id est, lege iurisdictionis: nam regulares non subsunt epõ quantum ad legem diœcesanam. 16. q. 1. cum pro vtilitate. sed lege iurisdictionis. Quæ differentia sit inter legem diœcesanam, & legem iurisdictionis, dicitur s. de offi. ordi. conquerente. & cap. dilectus. Bernar.

¶ Glo. seq. inducit i ria similia. & arg. alleg. duo iura. Io.

m ¶ *Duabus vijs.*]& male: quia in vno eodemq; officio non debet esse dispar professio. 16. q. 7. in nona actione. & sic s. de elec. cum causam. & est simile quod dr̃, vsquequo claudicatis in duas partes? 49. dist. c. vlt. & nemo potest duobus dominis seruire: vt 86. dis. Acutius. & de pœnit. dist. 1. c. sufficienus. §. item vt Christus ait. Item arg. est q allegans contraria non est audiendus. s. de app. sollicitudinem. 23. q. 7. quod autem. & ideo isti non fuerunt audti.

Marginal notes: ¶ Quæstio etiã ii hæc glossa cessat hodie p concilium Triden. supra citatũ in tit. præcedentis capi. — differentia concilium Triden. sub eo capite relatum. & sic cessat qõ glossæ. — ¶ Venetiarum. ¶ Venetiis. ¶ Veneto. — ¶ Pro intellectu huius tex. vide omnino D. Thomã in 4. senten. dist. 38. q. 1. art. 1. — ¶ Verba autem antiquæ decretalis in 4. compilatione hoc tit. cap. 1. ita habẽt: Nisi prudentia forte suppleuerit ætatem in illis, vt transire debeat ad regulã laxiorẽ: qa est ipsi absque protestatione religionis habitum assumant, vitã præsumontur proposuisse mutare. Ista, quæ cõsulto resecauit Raymundus.

¶ Glo. seq. declarat præsumptionem, quæ insurgit ex lapsu anni: alleg. contr. dicens locum id habere cum est habitus indistinctus.

a ¶ *Per annum.*] Hoc ideo dicit, quia per annũ debet quis esse in probatione antequam fiat monachus. 17. q. 5. Gonsaldus. & s. eod. ad Apostolicam. nisi renunciet illi beneficio: vt ibi dr, & j. cap. proxi.

quam per annũ [a] gestauerint habitum monachalem, regulam secundum formam ordinis profiteantur & seruent, ecclesiastica censura compellas.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Infra probationis annum libere quis redit ad seculum, nisi professionem fecerit tacite vel expresse, vel appareat eum vitã mutare voluisse. hoc primo. Secundo dicit, quòd ad hoc vt dignoscãtur nouitij à professis, debet habitus professorum benedici in locis vbi habitus non est distinctus.*

CAP. XXIII.

STatuimus † nouitios in probatione positos, ante susceptum religionis habitum, qui dari profitentibus [b] consueuit, vel ante professionẽ emissam, ad priorem statum redire posse libere infra annum: Nisi euidenter appareat [c], quòd tales absolute voluerint vitam mutare, & in † religione perpetuo Domino deseruire: Cum quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum †. ¶ Nihilominus statuentes, ad omnem ambiguitatem penitus amouendam, quod cum in quibusdam locis religiosis, nouitiorum habitus non distinguatur ab habitu professorum, professionis tempore benedicantur vestes, quæ profitentibus conceduntur, vt nouitiorum habitus † a professorum habitu discernatur [d].

Qui ergo post annũ remanet in habitu monachali, & non reclamat, intelligitur tunc ipso facto tacite vouere. vnde postea exire non potest: vt hic patet: immo cõpellitur expresse profiteri, nisi protestatio præcessisset. s. quod met. cau. perlatum. & hæc est præsumptio iuris, & de iure, ita quod non admittitur probatio in contrarium, ex quo nulla protestatio præcessit. 27. dist. quod interrogasti. s. eod. vidua. 20. q. 1. quẽ progenitores. similis præsumptio est j. de spon. ad id quod. & c. is q. & j. de Iudæ. c. vlti. & 54. dist. fraternitatem. Et quod dicit, per annũ, posset suppleri, maxime: si intelligatur de habitu monachali, qui dari profitẽtibus consueuit: vt j. cap. proxi. aliàs locũ habet quod dicitur de anno, vbi nõ est distinctus habitus nouitiorum ab habitu professorum. B.

Hæc refecias concilium Trident. sæpe citatum sess. 25. tit. de regularibus c. 15. & vide per alios hoc Henricum Boich, & Panorm. in c. in ea parte.

Aliàs itur & in religione perpetua.

STatuimus.] Duo sunt dicta. Secundũ: ibi, *Nihilominus*. Primum subdiuiditur. Primo statuit. Secundo excipit: ibi, *Nisi*. Tertio rationem subdit: ibi, *Cum*. Abbas.

Casus. Statuitur in cap. isto, quod nouitij in probatione positi, libere possunt ad priorem statum redire infra annũ, antequã susceperint habitũ qui dari profitentibus consueuit, vel ante professionẽ emissam. nisi appareat euidẽter, quod tales voluerint vitã mutare, & in religione perpetuo Dño deseruire: quia licitum est cuilibet renũciare iuri suo. Statuitur insuper ad omnẽ ambiguitatem tollendam, quod cum in quibusdã locis religiosis, habitus nouitiorum non distinguatur ab habitu professorum, tempore professionis benedicãtur vestes, quæ profitentibus conceduntur: vt per hoc habitus professorum, discernatur ab habitu nouitiorum. Nota, quod nouitij in probatione positi infra annum libere possunt redire ad seculum, nisi euidenter appareat, quòd voluerint vitam mutare. Item differentia debet esse inter habitum nouitiorum & professorum, quæ in benedictione vestium consideratur.

¶ Glo. seq. distinguit duplicem habitum, deinde quærit: ponit tres opiniones, & soluit.

b ¶ *Qui dari profitentibus.*] Nota quod est habitus professionis, qui votum habet annexum, & eo ipso quod quis talẽ habitũ recipit, monachus efficitur, & per talẽ habitũ intrando religionẽ solemnizat votum, quare postea reclamare non potest ex quo cœpit cũ alijs canere. & de tali habitu loquitur hic. & sic potest intelligi s. eo. vidua. & 27. dist. quod interrogasti. & 27. q. 1. vidua. & 20. q. 3. quẽ progenitores. & talis habitus impedit & dirimit matrimoniũ. 27. q. 1. c. 1. Item est habitus probationis, qui differt ab habitu professorum: vt hic in fi. dr. & talis habitus non obstat, quo minus possit redire ad seculum infra annum ante factã professionem, vt hic dr. & s. eo. consulti. nisi euidenter appareat, quod voluit seculum mutare, vt statim dr. Sed pone: clericus est in probatione: nunquid expectabit eps vsq; ad tempus probationis, vt conferat [a] beneficium: cũ ecclesia vacare non debeat vltra sex menses. s. de conces. præben. nulla? Dicit Io. quod si auctoritate epi recessit, vr ei dedisse licentiam vsq; ad tempus probationis: si vero sine licentia recessit, tunc poterit eũ legitimo tempore elapso, priuare. Vel dicas, quod si euidenter appareat quod voluit absolute mutare seculũ, statim potest beneficiũ illius eps conferre: si vero non constet de hoc, tunc vr quod eps teneatur ipsum expectare, vsq; ad tempus probationis: cum habeat illud tẽpus à iure ille conueniendus. s. eo. ad Apostolicam. & dicit decretũ, quod licentiam ab Apostolo datã nemini auferre possumus. 28. dist. de his. si iudex minus tempus dederit, quàm sit statutũ à lege, suppleretur à iure. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis. q 2 vr iusta de causa abesse; vnde non debet priuari. s. de cleri. nõ resi. inter quatuor. & c. vlt.

De varijs habituũ generibus quibus religiosi distinguuntur, vide de hoc per alios Henricũ Boich.

Hęc quæstio iam est hodie declarata per decretum Pontificiũ in c. beneficium de regularib. lib. 6.

Verius tñ vr quod si eps non vult eũ tñ expectare, & ecclesia pp huiusmodi absentiã damnũ incurrat, debet eum citare. vt redeat, vel vt profiteatur: & si ad terminum nõ redierit, potest ordinare ecclesiã per iura prius allegata: nec credo illã esse iustã causam expectandi, quia priuata vtilitas non debet præferri cõi vtilitati. s. eo. licet. s. de postul. prælat. c. 3. Idem credo seruandũ si alter spõsus intret religionẽ, & infra certum tẽpus profiteatur, alioquin compellitur redire ad sponsam: quia & ibi periculũ imminet fornicationis. j. de conuer. coniu. ex publico. argu. s. vt lit. non contest. quoniam frequenter. §. 1. satis posset dici, quod eps non posset illũ priuare vsq; ad tẽpus statutũ, & interim faciat deseruiri in ecclesia p aliũ cui prouideat de bonis ecclesiæ. arg. s. de appe. peruenit 2. & s. de cleri. non resi. cap. pen. secus in muliere cui consuli interim non põt. hoc æquius vr fauore religionis. summa enim est ratio quæ p religione facit. ff. de relig. & sump. fune. sunt personæ. Ber.

Vide l. si quis in conscribendo. C. de pact. iliar in l. si filius. ff. de ss. cauti.

Disting. habitus de quo in plerisque usque ad professionem.

¶ Idem.

¶ *Religiosi fugitiui annuatim sunt requirendi, & cogendi vt ad monasterium reuertantur.*

CAP. XXIIII.

NE † religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrãt, & sanguis eorũ de prælatorũ manibus requiratur [e]: Statuimus, vt præsidẽtes capitulis celebrandis, secundũ statutũ cõcilij

¶ Glo. seq. quæ, & sol. nat.

c ¶ *Nisi euidenter appareat.*] Et hoc vr, quod qui simpliciter intrat religionem, dũ tñ nõ faciat professionẽ, vel non recipiat vestes quæ profitentibus conceduntur, licet nullam faciat protestationem, quod semper possit redire ad pristinum statum infra annũ: & sic præsumitur quod cõditionaliter voluit experiri obseruantiã regularem, nisi appareat euidenter, quod seculũ mutare voluerit. Sed qualiter apparet quod hoc voluit? Dico quod si renũciauerit seculo expresse, vel si aliud dicat vel faciat, p quod voluntas eius appareat; vel si statim recipiat vestes, quæ tñ dantur profitentibus. sed si nihil dicat vel faciat, nõ apparet euidenter [3] quod voluerit mutare. j. qui cle. vel vouen. consuluit. optime facit: & sic potest intelligi. s. eo. consulti. & sic non præsumitur pro religione si voluerit redire ad pristinũ statum: quia nõ est verisimile, quod sit immemor suæ salutis. 2. q. 7. sancimus. & quod ei sit credendũ, est ar. de rap. cum causa. & ita non præsumitur pro religione vbi simpliciter intrauit, ex quo vult ante annum exire: immo præsumimus quod conditionaliter habitũ assumpsit. sic ergo debet apparere quod voluerit seculum mutare, quod patet ex eo quod dicit: cum quilibet valeat renunciare ei, quod pro se, &c. & ex eo quod dicit s. eod. consulti. in fine: propositũ suũ in principio protestetur, scilicet quod vult seculum mutare, hoc expresse dicendo: in contrarium tñ consueuit ibi dici, prout dixit ibi Io. & sic intelligimus hodie illam decretalẽ secundum istam.

De monachis post ... vide Anton. ... docet de ... obediẽ.

Quæ sint euidentia signa quibus appareat, quòd quis seculum mutare voluerit, plenum ...

d ¶ *A professorum habitu discernatur.*] Et sic patet, quod alius est habitus professionis: & alius habitus probationis siue nouitiorum: vt dicitur s. vt per hoc appareat qui sint professi, & qui non [4]. Ber.

NE religiosi. Diuidit. Primo constitutionis causa ponit. Secũdo constitutio submittitur: ibi, *Statuimus*. quæ duo facit. Primo prouidet circa eiectos & fugitiuos: Scdo circa inobediẽtes: ibi, *Si vero*. Abb.

Casus. Cum plati corrigere teneanť subditorũ excessus, & oes vagabundas reducere ad ouile, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur: statuit Papa Gregorius, vt præsidentes capitulis celebrandis secundum statutum concilij generalis, siue Abbates aut Priores, requirant fugitiuos suos, & eiectos de ordine suo, solicite annuatim, reducendo eos ad claustrum, ne vagabundi discurrant in animarum suarum periculum: & si in monasterijs suis recipi possunt, compellantur Abbates seu Priores eorum, vt eos recipiãt salua ordinis disciplina: Si autem regularis ordo hoc non patitur, prouideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, vitæ necessaria talibus ministrentur, si absq; graui scandalo fieri potest; alioquin in alijs domibus eiusdem ordinis prouideatur eisdem: si autem ibi fugitiui inobediẽtes extiterint, excommunicentur, & tamdiu ab ecclesiarum prælatis excommunicati publice nuncientur, donec ad mandatum suorum prælatorum humiliter reuertantur. Nota, quòd monachi vagabundi reducendi sunt ad monasterium suum, ne damnabiliter euagentur.

Aliàs difficile ... hodie ... decretũ Vin. Ioan. And.

e ¶ *De prælatorum manibus requiratur.*] & ita prælatus tenetur de facto

facto subdid, nisi eum correxerit. ī. de offi. ord. irrefragabili. & j. de statu regularium, cū ad monasterium. ad finē. & 43. dist. Ephesijs.
a ¶ *Concilij generalis.*] quod habes j. de statu monach. in singulis.
b ¶ *Qui.*] scilicet, præsidentes vel abbates.
ADDITIO. Vel dic & melius: qui, scilicet, fugitiui & eiecti.

j. ¶ *Reuocari.*] sic patet, quòd non sufficit vxoris licentia, vt vir possit intrare monasterium. sic j. eod. ex parte 1. 33. q. 5. notificasti. & j. eod. coniugatus. Sed contra, 33. q. 5. qui vxorem. 27. q. 2. Agathosa. Solu. Dicas quòd si talis est vxor, quæ non possit esse in seculo sine suspicione fornicationis, non sufficit sola licentia vxoris, nisi & ipsa similiter conuertatur: quo casu hæc decretalis potest intelligi, & omnia similia. Si vero senex est, sufficit sola licentia, interueniente auctoritate episcopi, & ipsa voueat, & remaneat in seculo. j. eod. cum sis. & cap. ad Apostolicam. & cap. vxoratus. & in casu isto intellige illa iura, quæ videntur dicere, quòd alter coniugū potest ad religionē transire de consensu vxoris, ea in seculo remanente. Alij volunt dicere, quòd sufficit vxoris licentia. j. eo. ex parte. & cap. consuluit. & in hoc cap. loquitur de licentia extorta, vel quia fuit iuris ignara. sed tene primum. Tanc. Item signatur contra j. eod. veniens. Solu. illa fuit fornicata, & ita obstabat ei exceptio fornicationis: sic 27. q. 2. Agathosa. Bernar.

¶ De materia huius glossæ vide quæ paulo ante citaui.

c ¶ *Salua ordinis disciplina.*] Hoc est dicere, imposita eis pœnitentia, secundum quòd regula illius ordinis requirit & præcipit.
d ¶ *Si absque scandalo.*] Nihil omnino cū scandalo faciendum est. ī. de tempo. ord. ad aures. ī. de præscri. nihil prodest. & væ homini illi per quem scādalum venit. j. de no. oper. nūcia. cum ex iniunctio. Ber.
¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*
e ¶ *Vita necessaria ministrentur.*] Et quis ministrabit ei necessaria? Abbas prioris monasterij, vel secundi? Credo quòd Abbas prioris monasterij: vt si aliquid habeat de suo, prouideat ei de illo. 16. q. 6. de lapsis. & etiam si non habuisset aliquid, prouidebit monacho suo tempore pœnitentiæ, aliàs monasterium illud secundum quare grauaretur?

¶ Dubio, tamen, an si in aliquo ... & redunda ... docens sequentia, videlicet si ... de ordine suo.
¶ præmissa.
¶ Vide l. ... de vsufr. ... & de dona.
¶ Argumentum ... hoc in l. ... de questioni.

DE CONVERsione coniugatorum.
¶ *Supra visum est de regularibus in genere, sed quia coniugati quandoque intrant monasterium, & dubitari posset de eorum ingressu, ideo ad clariorem doctrinam auctor posuit specialem rubricam.*

De hac materia habetur 33. q. 5. & 27. q. 2. cap. sunt quæ, cum duobus cap. seq. & conuenit j. de cap. e. pen. Abbas.

¶ Vberg.
¶ Heliek.
¶ Vercell.

Ræterea.] Cōis diuisio. Secunda pars: ibi, *Dicimus.* Abb. Sicu.
CASVS. Quidam laicus præsentibus sacerdotibus & monachis, ignorante epo, de licentia & permissione vxoris monasterium intrauit, & professioné fecit, vxore in seculo remanente, nec transeunte ad religionem, aut continentiam vouente: quæritur, vtrum laicus ille possit ab episcopo suo ad torum vxoris de monasterio reuocari, an illa debeat compelli ad continentiam obseruandā? Respondet Papa, quòd vir potest & debet de monasterio reuocari, nisi vxor ad religionem transierit, aut castitatem perpetuo seruare promiserit: cum sit illius ætatis, quòd sine suspicione non possit in seculo remanere. Nota, quòd alter coniugum non potest ad religionem transire altero in seculo remanente, nisi castitatem seruare promiserit.
f ¶ *Præterea.*] supple, quæsiuisti.
g ¶ *Transierit.*] cum non possit esse in seculo sine suspicione turpitudinis. 27. q. 2. scripsit. & cap. sunt qui dicunt.
h ¶ *Promiserit.*] manendo in domo propria, si est senex. j. eo. cum sis. & cap. ad Apostolicam.
¶ *Glo. seq. alleg. tria iura pro concor. & duo pro contrarijs, & sol. distinguendo. ponit opi. iterum signat aliud contrarium, & soluit.*

¶ Cap. 1. eo tit. in 1. compil. & Post concilium Lateran. sub Alexand. iij. par. 5. c. 4. Et de materia vide Turrecrematam in c. qd Deo. 33. q. 5. & Dominicū sotum lib. 4. sent. dist. 37. q. 2. art. 4.

lij generalis a †, seu patres Abbates, seu Priores, fugitiuos † suos † & eiectos de ordine suo, requirant solicite annuatim. Qui b, si in monasterijs suis recipi possunt, secundum ordinem regularem, Abbates seu Priores eorum, monitione præuia † per censuram ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salua ordinis disciplina c. Quòd si hoc regularis ordo non patitur, auctoritate nostra prouideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo d fieri poterit †, alioquin in aliis religiosis domibus eiusdē ordinis, ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitæ necessaria ministrentur e. ¶ Si vero huiusmodi fugitiuos vel eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicent; & tandiu faciant ab ecclesiarum prælatis excommunicatos publice nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertātur.

TITVLVS XXXII.

De conuersione coniugatorum.

¶ Alexander tertius Vbergeñ. † epo.

¶ *Si vir de vxoris licentia profitetur, & vxor ipsa suspecta nec continentiā vouet, nec religionem ingreditur, episcopus vxori virum restituet. hoc dicit iuxta litteram.*

CAP. I.

PRæterea f † vtrum laicus vxoratus, qui præsentibus sacerdotibus & monachis ignorante episcopo, de licentia & permissione vxoris, monasterium ingressus professionem fecit, vxore in seculari habitu remanente, nec transeunte ad religionem, aut perpetuam continentiam vouente, ab episcopo suo possit ad torum reuocari vxoris, an illa compellenda sit continētiam obseruare: Dicimus, quòd nisi vxor ad religionem transierit g, aut perpetuo castitatem seruare promiserit h; vir potest & debet de monasterio reuocari i.

¶ Idem Salernitano archiepiscopo.

¶ *Ante matrimonium consummatum potest alter coniugum, etiam altero inuito religionem ingredi: sed remanens in seculo potest ad secunda vota transire.*

CAP. II.

VErum † post consensum legitimum de præsenti, licitum est alteri, altero etiā repugnāte eligere monasteriū k, (sicut l sancti quidam de nuptijs vocati fuerunt) dummodo carnalis commistio non interuenerit inter eos: & alteri remanenti (si cōmonitus continētiam seruare noluerit) licitū est ad secunda vota transire. Quia cum non fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deū transire, & alter in seculo remanere m.

¶ Idem Pisano archiepiscopo.

¶ *Qui inuita vxore professionem fecit, & ei postea restituitur, non compellitur mortua vxore ad monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.*

CAP. III.

QVidā † intrauit monasterium inuita vxore: qua

VErum.] Primo ponit dictum. Secundo ipsius rationem: ibi, *Quia.* Abbas.
CASVS. Dicitur hic, quòd si aliqui per consensum mutuū de præsenti matrimoniū contraxerint, antequā sint carnaliter coniuncti, potest alter religionem intrare altero inuito, sicut quidam sancti de nuptijs vocati fuerunt: & ille qui remansit in seculo, poterit matrimonium contrahere, cum nondum sint vna caro effecti. Nota, quòd ante carnalem copulam potest alter coniugum altero inuito intrare religionem.
¶ *Glossa sequens signat contrarium, & remittit.*
k ¶ *Monasterium.*] 27. q. 2. desponsatam. j. eo ex publico. arg. contra j. de spon. commissum. ibi soluitur. Ber.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 1. compil. Et post concilium Lateran. par. 5. c. 1. Decisio huius decretalis valide tuetur Sotus ab impugnatione Lateranorum. lib. 4. sen. dist. 27. q. 1. art. 4. adde Turrecrematā in c. serui. 32. dist.

¶ Cap. 3. eo. tit. in 1. compil. Et post concilium par. 5. c. 2. vide glossam in ca. mulier. 33. q. 5. & ibi doctores.

l ¶ *Sicut sancti quidam.*] sicut beatus Macharius & Alexius. 27. q. 2. cap. scripsit. §. ecce.
¶ *Glo. seq. ponit opi. quam reprobat. Io.*
m ¶ *Remanere.*] & cum alia contrahere. j. eo. ex publico. Et dicunt quidam, quòd nihilominus remanet vinculum prioris matrimonij. sed prorsus inefficax propter ingressum: & sic habebit duas vxores, sed non obest tale vinculum. arg. de consecr. distinct. 4. c. 2. Sed contra eos facit 31. q. 1. quomodo virginibus. & j. de diuort. gaudemus. Vnde primi matrimonij vinculum soluitur per ingressum religionis: vt in Auth. de sanc. episc. §. si vero constante adhuc matrimonio. coll. 9.
QVidam.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Consultationi.* Abbas Siculus.
CASVS. Quidam intrauit monasteriū vxore inuita, coactus est ad eam redire: tandē mortua est illa: quęrit, vtrū debeat cōpelli ad monasteriū reuerti, an possit aliam accipere vxorem? Respondet Papa,

quòd votum non tenuit: vnde ratione voti ad monasteriũ nõ tenetur redire: tñ vlterius nõ poterit vxorẽ accipere, quia promisit se nõ exigere debitũ carnis: quod fuit in eius potestate, & quantũ ad hoc tenuit votũ: sed nõ reddere, non erat in potestate viri, sed vxoris: vnde dicit Apostolus: Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, & econuerso. Nota, ꝙ alter coniugum altero inuito ad religionẽ transire non potest: Itẽ votũ pro parte tenet, & pro parte nõ tenet. Item votũ meum obligat me ad id quod in me est. Itẽ mutuam seruitutẽ sibi debent vir & mulier, ex quo sũt vna caro effecti.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

a ¶ *Votum non tenuit.*] plene, tenuit tñ quo ad ea quæ erant in eius potestate, scilicet non exigere debitum carnis: qđ in ipsius fuit potestate, sic j. eo. placet. vnde cõpellitur continere, sed non compellitur ad monasterium redire: vt j. eo. placet. Arg. contra. j. eo. ex parte. & c. consuluit. vbi compellitur ad monasteriũ redire. sed ibi soluitur.

1. Cor. 7.

b ¶ *Non tenetur.*] id est non debet ab ecclesia compelli, ipse tñ peccat si non perficit quod vouit, ex quo impedimentum cessauit. arg. 17. q. 2. nos nouimus. Ber.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit. Secundo quærit, ponit op. Tam. contrarium quã approbat, & alternatiue reuertitur ad primã. Tertio quærit, soluit distinguendo, solu. opponit, & respondet.*

ipsum repente, coactus est ad eam redire: ea mortua, quæris, an ipse cogatur reuerti ad monasterium; an aliam possit ducere in vxorem? Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd votum [a] non tenuit: vnde ratione voti ad monasteriũ non tenetur [b] redire: vlterius vero non poterit vxorem accipere: promisit enim se non exigere [c] debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quo ad hoc votum tenuit: non reddere autem, non erat in eius, sed mulieris potestate. vnde Apostolus: Vir non habet potestatẽ sui corporis, sed mulier.

¶ Idem Exonen. episcopo.

¶ *Vxoratus religionem intrare non potest, nisi etiam vxor ingrediatur: vel nisi suspecta non sit, & continentiam promittat. hoc dicit. Et est vnum caput de principalioribus tituli.*

CAP. IIII.

Cvm † sis præditus scientia litterarum, ignorare non debes, sanctorum Patrum constitutioni [d] esse contrarium, vt vir vxore sua, aut vxor viro eius † non assumente religionis habitum, debeat ad religionem transire: & infra. ¶ Inde est quòd auctoritate Apostolica prohibemus, ne in episcopatu tuo, virum vel vxorem (nisi vterque ad religionem migrauerit) transire permittas. Verum si ita vxor senex est & sterilis [e], quòd sine suspicione [f] possit esse in seculo, dissimulare [g] poteris, vt ea in seculo remanente, & castitatẽ promittente, ad religionem transeat vir eiusdem.

¶ Idem Strigon. † & Colon. † Archiepiscopis.

¶ *Coniugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi vxor continentiam promittat.*

CAP. V.

COniugatus † : & infra. Nullus coniugatorum est ad sacros [h] ordines promouendus: Nisi ab vxore continentiã [i] profitente, fuerit absolutus.

¶ Idem eisdem.

¶ *Vxoratus in episcopum promoueri non potest, nisi vxor religionem profiteatur.*

CAP. VI.

SAne † si coniugati consenserint ordinari, vxoris voluntas prius requirenda est: & in-

missa, & vir poterit ad religionem transire. Nota, ꝙ alter coniugũ non debet ad religionem transire sine reliquo. Item si mulier sit senex, & castitatẽ promiserit, potest vir ad religionem transire. Item nota hic argumentum pro senibus, ꝙ sint continentes.

d. ¶ *Constitutioni.*] 27. q. 2. sunt qui dicunt. & cap. Agathosa. quia Agatho. & c. scripsit nobis. in istis constitutionibus dicitur: quod vir & vxor postquam copulatione cõiugij vna caro effecti sunt, non potest alter ad religionem transire altero in seculo remanente.

e ¶ *Sterilis.*] ratione ætatis, & non naturæ: quia multę sunt steriles & iuuenes, q̃ continere non possunt, nec volunt.

f ¶ *Sine suspicione.*] sic j. eo. vxoratus. & cap. ad Apostolicam.

g ¶ *Dissimulare.*] Dissimulatione approbationis: q̃a talis trãsitus bene approbatur, si cõsentit mulier. j. eo. vxorat⁹. & c. ad Apostolicam.

COniugatus.] Diuiditur: quia primo ponitur dictũ. Secũdo exceptio: ibi, *Nisi.* Abbas.

Casvs. Dicitur hic ꝙ nullus coniugatus ad sacros ordines recipiatur, nisi prius continentiam vouerit, & ab vxore fuerit absolutus. Nota, ꝙ non sufficit viro licentiã mulieris, vt ad ordines promoueatur, immo exigitur quòd continentiã voueat.

¶ *Glo. seq. recitat. per quæ. arg. pro, & soluit contrarium. lo.*

h ¶ *Ad sacros.*] ex eo qđ prohibet, ꝙ coniugatus non promoueatur ad sacros ordines, datur intelligi, ꝙ possit ad minores: quia quod de vno negatur, de alio consequens intellectus patet. 55. dist. qualis. sed non est verum: q̃a coniugati promoueri non debent. s. de cleri. coniuga. diuersis fallacijs. immo si clerici sunt in minoribus ordinibus, beneficijs debent priuari. eo. tit. ca. 5.

¶ *Gl. seq. quærit, ponit op. Ala. ponit contrariũ, & reuertitur ad primã.*

i. ¶ *Ab vxore continentiam profitente.*] Sed nunquid sufficit hoc? Vr ꝙ sic. 32. dist. ferraum. & 77. dist. eps benedictioné. quæ potius ꝯdicit. sed ibi exponitur religionẽ, idest castitatem. sic s. de cleri. coniuga. sane. quod concedebat Ala. si vir remaneat in seculo. Alij dicũt ꝙ ordinari non debet, nisi ad religionem conuertatur vterq;. Quod dr̃ hic intellige in eo casu, in quo esset senex & sterilis. ita ꝙ nulla est suspicio de vxoris incontinentia: & sic intelligitur illa decr. sane. de cleri. coniug. nam qui promouetur ad sacros ordines, eo ipso intelligitur continentiam profiteri. & si iuuenis esset vxor, præsumptio esset contra vtrunque. argu. s. cap. proxi. in fin. vnde non debet promoueri talis, nisi ambo transierint ad religionem. secus si sit senex, & sine suspcione. vel dicas vt dixit Alan. quòd aliud est in eo qui promouetur ad sacros ordines remanendo in seculo: quia ibi sufficit quòd communi consensu continentiam promittant, vt dicunt iura primo inducta: quia etiam communi consensu, sine susceptione ordinum possunt cõtinentiam profiteri remanẽdo in seculo. 33. q. 5. quod Deo pari. & aliud est in his qui conuertuntur: quia locum ibi habet quod dr̃ s. cap. proxi. & j. eo. ad Apostolicã.

SAne.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

Casvs. Dicitur hic, quòd si coniugati ordinari voluerint, voluntas vxoris prius debet requiri, & obtineri, vt dicitur in præcedenti cap. prohibet etiam ne vxoratus possit in episcopũ promoueri, nisi vxor sua continentiam profiteatur, & intret religionem, sacrã vestẽ assumendo. Nota, ꝙ vxoratus non debet promoueri sine licẽtia vxoris. Item nota speciale in vxore episcopi, quòd debet continentiam profiteri: & intrare religionem antequam vir eius promoueatur in episcopum.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

SIgnificauit † nobis A. mulier, quòd cum ipsa F. viro suo coram decano sancti Quiriaci, vices † archiepiscopi Senoneñ. in hac parte fungente, licentiam concesserit religionem intrandi: continentiæ tamen voto eidem iniuncto, & recepta fide ab ipsa, quòd perpetuo contineret: idem decanus post factam professionem à viro prædicto in monasterio, in quo habitum assumpserat monachalem, asseruit ipsam debere religionē intrare, quāquam id primo non expressisset eidem, & hoc expresso illi † licentiam non dedisset: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si est ita; & est talis ætatis, de qua suspicio [a] haberi non possit, ipsam votum continentiæ obseruantem, intrare monasterium compelli non permittatis inuitam.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Adultera quam maritus reconciliare non vult, ad agendum pœnitentiam, in aliquo claustro collocatur.*

CAP. XIX.

GAudemus † In Domino: & infra. ¶ Mulieres vero, quę relicto maritali toro, lapsu carnis ceciderunt [b], si mariti earum à te diligenter commoniti, eas ad frugem melioris vitæ conuersas, noluerint recipere propter Deum, in claustris [c] cum religiosis mulieribus studeas collocare, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant.

¶ Idē I. Moniali monasterij de Plauda. †

¶ *Si coniuges se adinuicem absoluerunt continentiam promittendo, & vterque vel alter eorum religionem profitetur, alter alterum repetere non potest.*

CAP. XX.

DVdum † à C. laico mota contra te (quam vxorem suam dicebat) materia quæstionis R. sanctæ Mariæ in Cosmidiñ. diaconum Cardinalem dedimus auditorem. Coram quo dictus C. conquerēdo proponens, quòd indebite recusabas eidem (cuius vxor eras per contensum de præsenti, & carnis † copulam subsecutam) matrimonialiter adhærere, te sibi restitui postulauit. Ad quod fuit responsum, quòd ipse pro animæ suæ remedio, pura & spontanea voluntate, præsentibus duobus religiosis sacerdotibus, & adhibitis quinque testibus fide dignis, omni iuri quod in te habuerat, renuncia-

---

apparet ex eo quòd quamcito exiuit, eum repetijt, & sic per primum & vltimum colligitur, quòd medio tempore non consenserit. sic 28. dist. quia sunt culpæ. & præcipue cum præsumatur ex hoc quòd sit iuuenis: siue sit iuuenis, siue vetula, nunquam debet intrare sine licētia vxoris: sed seruatur quod dicitur j. eo. ad Apostolicam. Sed nunquid iste cum fuerit redditus vxori, poterit exigere debitum? Dicas quòd non poterit exigere debitum: quia renunciauit illi iuri, quod habebat in vxore, intrando monasterium, quod fuit in eius potestate: sed exactus reddere debet, vt dixi j. eo. quidam intrauit. De hac materia consueuit notari 27. q. 2. Agathosa. & 33. q. 5. qui vxorem.

SIgnificauit.] Primo ponit mulieris querelam. Secundo dat iudices: ibi, *Quocirca*. Abbas Siculus.

CASVS. Quædā mulier A. nomine, coram decano sancti Quiriaci fungente vice archiepī Senoneñ. dedit licentiā viro suo religionem intrandi, voto continētiæ sibi iniūcto, & recepta fide ab ipsa, quòd perpetuo continentiam seruaret, & sic vir professionem fecit: Decanus vero, post factam professionem à viro, dicebat, quòd mulier illa debebat religionem intrare: sed illud primo sibi non expressit: quod si expressum fuisset, viro licentiam non dedisset: Sed decanus ad hoc compellebat eandem: vnde mulier illa [†], hæc omnia significauit domino Papæ: vnde mandat quibusdam, quatenus si est ita, & mulier talis ætatis existat, de qua suspicio non possit haberi, non permittant illam compelli religionem intrare, votum continētiæ obseruantem. Nota, quòd mulier coram iudice ecclesiastico debet dare licentiam viro intrandi religionem. Item nota argumētum, quòd si mulier dat licentiam viro religionem intrandi: si iuuenis est, debet compelli vt ipsa similiter religionem intret: alioquin sufficit eius licentia continentiæ voto emisso.

a ¶ *Talis ætatis de qua suspicio.*] Et ita videtur quòd si mulier iuuenis sit, non sufficit quòd continentiam promittat, ad hoc vt maritus possit religionem intrare: nisi & ipsa similiter mutauerit vitā. j. eo. ad Apostolicā. & cap. cum sis. Ex eo enim quod dicit: de qua suspicio haberi non possit, non debet compelli, intelligo quòd si sit suspecta, debet compelli religioné intrare. ex quo promisit continentiam: cum verisimile non sit quòd eam seruet, si remanserit in seculo. arg. j. eo. ex parte. in fin. licet non intenderet ab initio religionem intrare. & arg. ad hoc 33. q. 5. qui vxoré. quia eo ipso quòd licentiam dedit viro, & promisit continentiam, intelligitur tacite promisisse intrare religioné, cum sit iuuenis. arg. bo. j. eo. veniens. versus fin. & quæ sine conditione vouentur, sine conditione soluantur. 32. q. vlt. cap. vlt. & Dominus exigit oblatum, quod non exegerat offerendum. 27. q. 1. nuptiarum. in fi. & 45. dist. de Iudęis. Et sic cum teneatur ad continentiam per suam promissionem, tenetur ad id sine quo eam seruare non potest. arg. j. de offi. deleg. præterea. & cap. prudentiam. ad fin. & sic inuita compellitur intrare religionem, quia fecit id propter quod compellitur: sicut quandoque ex officio suo compellitur intrare monasterium. 50. dist. si ille. 27. q. 1. si quis rapuerit. C. de adulte. Authen. sed nouo iure. & Auth. sed hodie. j. c. pxi. Alij dicunt, quòd vir sibi debet restitui ex officio iudicis. j. eo. c. 1. quod satis pōt dici: vt notat. j. eo. vxoratus.

GAudemus.] Cōis diuisio. Secunda pars: ibi, *Mulieres*. Abb. Sicul.

CASVS. Aliquæ mulieres condemnatæ sunt de adulterio propter quod à viris suis sunt relictæ: dicitur, quòd si ad frugem melioris vitæ conuersæ fuerint, si mariti earum commoniti eas recipere noluerint, in monasterijs cum religiosis mulieribus debent poni, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant. Nota, quòd quandoque propter culpam suam compellitur quis intrare religioné, vt ibi pœnitentiam agat.

b ¶ *Ceciderunt.*] Et sunt condemnatæ per sententiam: vel adulteriū earū publicum & notorium est secuta sententia, vnde viri eas recipere non coguntur. j. de diuor. significasti. etiam si sint emendatæ, vt hic dicitur. Ber.

c ¶ *In claustris.*] Et ita mulier de adulterio cōdemnata, vel publice deprehensa, detruditur in monasterium [d] ad agendā perpetuam pœnitentiam, si eam emendatā vir recipere noluerit: tamen infra bienniū potest eam recipere si vult: si vero noluerit eā recipere, vel si prius moriatur quàm eam recipiat, tunc tondeatur, & habitum monachalem recipiat ibi perpetuo moratura, vt expresse habetur in Authen. vt nulli iudic. li. ha. lo. ser. §. si quando vero adulterij crimen, coll. 9. vnde sumpta [e] fuit hæc decre. & C. de adul. Authen. sed hodie. & cum rebus suis: ne sit onerosa monasterio: vt in Authen. illa, sed hodie continetur: non tamen propter hoc erit monacha, nisi amplius processum fuerit. Et sic quandoque propter culpam suam aliquis compellitur intrare monasterium. 50. dist. si ille. & 16. q. 6. de lapsis. 27. q. 1. si quis rapuerit. & idem videtur dicere decret. 32. q. 1. de bñdicto. & 2. q. 1. in primis. versus prin. & 34. dist. fraternitatis. in fin. Olim vero alia pœna puniebantur adulteræ, quia lapidabantur conuictæ de adulterio secundum legem Mosaicam. 33. q. 5. hæc imago. & C. de adulte. castitatu. vbi legitimis pœnis subijcitur. sed [f] hæc pœna non imponitur cum non agitur criminaliter. j. de procu. tuæ.

DVdum.] In prima ponitur facti & processus narratio. In secūda diffinitio: ibi, *Nos itaque*. Prima subdiuiditur. Primo ponit datio auditoris. Secūdo actoris petitio: ibi, *Coram quo*. Tertio: ibi, *Ad quod*. rei respōsio. Quarta: ibi, *Verum*. actoris replicatio. Quinto: ibi, *Sed ad ista*. rei triplicatio. Abbas Siculus.

CASVS. Inter C. laicum & I. vxorem suam matrimonij quō vertebatur: datus fuit eis auditor: coram auditore petebat dictus C. sibi vxorem restitui, cum qua per verba de præsenti ptraxerat, carnali copula subsecuta: ad quod fuit ex parte mulieris responsum, quòd ipse pro animæ suæ remedio, spontanea voluntate, præsentibus duobus sacerdotibus & testibus quinque adhibitis, renunciauit omni iuri quod habebat in ipsa, resignando illud in manibus alterius sacerdotis, promittens se castitatem seruaturum, deuouendo se hospitali de Ponte voto solemni, & ipsi dedit licentiam monasterium intrādi, & versa vice ipsa dedit ei licentiam simili modo, & resignauit omne ius quod habebat in ipso, prout illa continebantur in publico instrumento: verum prædictus C. proposuit, quòd instrumentum illud mutatum fuerat: quia cum casu amissum fuerat, illud quod prius fuerat in tertia persona, mutatum fuit in primam postea, & plus in vno quàm in alio continebatur: Insuper, quòd quidam deceptorie eum allexerunt proponentes eidem, quòd in hospitali pdicto cibis ad voluntatem suā posset vti, & quòd ardoré libidinis ibi

---

Marginal notes: Honestius ig. — Vide Ludouicū Romanū sing. 674. vt in meo codice incip. Nō sumus in materia. — Vicea, ha bent antiqua exempla, vt impressū est. — Illi, scilicet viro suo. — Vide Ludouicū Romanū sing. 674. vt in nostro codice, inc. p. Nos sumus in materia. & de materia vide j. de adulterijs. — Plenam. — De hac varia [illegible] seruari [illegible] debent. — De pœnitentia [illegible]. — carnali. — Vide locum vnde sumpta est hæc decretalis, vt apertius eā intelligas. — In coniuges [illegible] hæc pœna non imponitur cum agitur ciuiliter. j. de procur. tuæ.

uit omnino [a]; resignando illud in manibus alterius ex sacerdotibus supradictis, qui in personam ecclesiæ resignationẽ huiusmodi recipere procurauit: & quòd idem C. se castitatem seruaturum promisit, pauperumque hospitalis de Ponte obsequio se deuouit [b]; promittẽs voto solemni omnia & singula supradicta, & tribuens tibi licẽtiam ad monasterium transeũdi: te versa vice similiter promittente, ac tribuente illi licentiam, & ius quodlibet resignante: sicut hæc omnia dicebantur per publicum instrumentum esse probata, manu B. notarij Aretiñ. † confectum. ¶ Verum prænominatus C. proposuit, quod casu, amisso instrumẽto † præfato, illud in prima persona, quod prius erat in tertia, insertis pluribus in vno, aliter quàm in alio fuit ab ipso formatum: & cum tibi iratus fuisset, sicut verba & verbera indicabant, nondum calore iracundiæ [c] quiescente, quidã ipsum deceptorie allexerunt, proponentes eidem, quòd in hospitali prædicto cibis ad libitum posset vti, ac propriũ retinere, præfato B. sibi nihilominus promittente, quòd nõ solum ardorẽ, sed etiam appetitũ libidinis extingueret in eodem: propter quod quicquid in hac parte fecisse dignoscitur, iratus, seductus pariter & illectus, & sub spe promissionis, ac sub ea cõditione vel modo, si posset continentiam obseruare, asseruit † à se factum. ¶ Sed ad ista respondebatur econtra, quòd an tabellio in tertia persona instrumentum conficiat; vel in prima (dũmodo non mutetur substantia veritatis [d]) nihil interesse videtur. Insuper quamuis aliquando spes [e] memorato C. data fuisset, per quam ad hoc se proposuit † inductum; eo tamen tẽpore [f] quo talia facta fuerunt, pure, simpliciter, ac volũtarie [g], pro amore Dei, & remedio animæ suę, solummodo ad votum & ad alia supradicta noscitur processisse †; propter quod à cõsortio secularium hominum debet discedere, vitamque mutare; cũ se illius ætatis esse proponat, vt sine suspicione [h] incõtinentiæ non valeat in seculo remanere. ¶ Nos itaque habito fratrum nostrorum consilio, te ab impetitione dicti C. sententialiter duximus absoluendum, perpetuum illi super hoc silentium imponentes.

¶ Idem.

¶ Breue est, sed per alia verba potest sic summari: Post sententiam diuortij, quo ad torum latam ob fornicationem spiritualem mariti, potest vxor libere religionem intrare.

CAP. XXI.

MVlier †, quæ in fide remãsit [i], potest nolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quã ab eo fuerat iudicio ecclesiæ [k] separata, ad religionem libere conuolare.

---

dinis ibi extinguere posset: & sic seductus, iratus, & illectus nõ debet sibi obesse, quod dr̃ in hac parte fecisse: sed ad prædicta sic fuit responsum, q̃ non nocet an instrumentũ loquatur in prima vel in tertia persona, dummodo veritas non mutetur. Præterea quamuis aliquando dicto C. spes data fuisset, tamen eo tempore quo prædicta facta fuerunt, pure, simpliciter, & propria voluntate ea noscitur fecisse: vnde cõpelli debet vitam mutare: Dñs Papa super his habito consilio cum fratribus suis mulierem prædictã ab impetitione dicti C. absoluit, perpetuum silentium imponendo eidẽ. Not. q̃ vir & mulier ab omni iure quod alter habet in alterum, se absoluere possunt. & religionẽ intrare: quia iuri suo quisq; potest renũciare. Item per instrumentũ aliquid probatur sicut per testes. Item non refert diuersitas narrandi vbi eadẽ dicuntur, & veritas nõ mutatur. Item dolus in spiritualibus non rescindit ꝯtractum: quia non fit conditio illius per dolũ talem deterior. Item licet aliquid calore iracũdiæ factum sit ab initio, si postmodum per consensum ratificet, valet.

a ¶ *Renunciauit omnino.*] quod ei licuit, etiam si non tenuisset votum ex toto: quia hoc erat in potestate ipsius. ȝ. eod. quidam. & c. placet.

a ¶ *Omnino.*] simile omnino habes ȝ. de rescriptum contingat. ff. de fideiuss. l. Græce. §. illud. vbi dicitur, q̃ fideiussor in duriorem causam nõ obligatur omnino.

b ¶ *Obsequio se deuouit.*] Et sic solẽnizauit votũ deuouendo se religioni illius hospitalis: vnde compelli debet, vt relicto seculo suum exequatur propositum. ȝ. eod. ex parte, in fine.

¶ *Glo. seq. voci per q. alleg. pro, & vnum canonem contra.*

c ¶ *Calore iracundiæ.*] Si hoc esset verum, non teneret votũ: quia inconsultus calor, calumniæ vitio caret. 2. q. 3. c. si quem. §. notandum 2. & c. si quis iratus. Tempore enim furoris iustum putat esse quod facit. 35. q. 3. illa præpositorum. & ira sæpe innocentes ad crimen inducit. eā. causa & ea. q. ira sæpe. & lubricum linguæ facile ad consequentiam trahi non debet. ff. ad leg. Iul. maie. famosi. C. si quis impe. maledi. l. vnica. Arg. cõtra. 17. q. 4. sunt qui opes. & hoc verum est nisi post calorem iracundiæ consentiat: vt in c. si quis iratus. & supra, de regulari. sicut. in fine.

¶ *Glo. seq. fortificat textum & arg. pro testibus, &c.*

d ¶ *Substantia veritatis.*] Hæc erat satis bona defensio: q̃a nihil refert narrãdi diuersitas, vbi eadẽ dicũtur: vt ĩ. de ver. signi. nihil obstat. sic quolibet loquẽdi genere formata institutio valet, si modo p eã liquebit voluntatis intentio. C. de test. quoniã indignũ. in princ. & est arg. pro testibus diuerso modo narrãtibus: dũ tñ in substãtia factis nõ discordent: 18. q. 5. ĩ scripturis. de ꝯse. dis. 2. quotidie. Ber.

e ¶ *Spes.*] Not. hic arg. immo quasi expressum est, q̃ in huiusmodi spiritualibus dolus aduersarii non vitiat ꝯtum. sic s. de his quæ vi metusve causa fi. cum dilecti. ȝ. eod. ex parte. & c. veniens. aliàs si dolus dat causam ꝯtui, non tenet ꝯtus. ff. de dolo, & eleganter. Sed quare in huiusmodi spiritualibus licet dolus alterius interueniat, non vitiatur talis contractus? Quia talis dolus bonus dolus est, & bonus dolus non prohibetur. ff. de do. l. 1. Dolus, calliditas ad decipiendum dr̃: vt in prædicta l. sed per talem dolũ nõ decipitur nec ad malum inducitur, immo conditionem suam facit meliorem: & ideo non vitiat contractum.

f ¶ *Tempore.*] Not. q̃ [s] si quis renunciationis tempore non habeat metum vel violentiam, licet præcesserit vis vel metus, non aget interdicto quod vi. C. quod vi metusve cau. l. 2. & hic.

g ¶ *Voluntarie.*] Et sic licet ab initio deceptoriè inductus fuisset: ex quo postea sponte hoc fecit, proxima causa turpitudinis ablata esse videtur. sim. infra de desponsatione impu. de illis. in fi. & C. quod metus cau. l. 2. ff. de condi. ob tur. cau. l. si ob turpem.

h ¶ *Suspicione.*] Vnde compelli debet vitã mutare. ĩ. eo. significauit. maxime cum hoc promiserit: vt patet supra. Bern.

MVlier.] Istud cap. propter suam breuitatem non diuiditur. Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis coniugatus transiuit ad infidelitatem, vxore sua remanente in fide, propter quod illa fuit à viro iudicio ecclesiæ separata; vir reuersus est ad fidem: vir eam repetebat, ipsa nolebat redire ad eum, sed potius volebat religionem intrare: quæritur vtrum possit ad religionem transire eo inuito, & respondetur q̃ potest: sed si nollet religionem intrare, debet compelli redire ad virum. Not. q̃ vxor potest à viro per iudiciũ ecclesiæ separari, si sit infidelis. Item si vxor propter infidelitatẽ viri ab eo separata fuerit viro nolente, potest ad religionem transire, licet vir sit reuersus ab infidelitate.

i ¶ *Remansit.*] viro trãseunte ad infideles: puta Sarracenos, vel Iudęos, vel etiam Hęreticos.

¶ *Glo. seq. arg. à contrario, & argumentum determinat, ex quo diuersitatem infert, & tunc ipsius rationem quærit, & dupliciter soluit.*

k ¶ *Iudicio ecclesiæ.*] Ergo à contrario sensu vr̃, q̃ si non fuit iudicio ecclesiæ separata, q̃ eo inuito religionem intrare non possit: & ita aliud est q̃n iudicio ecclesiæ fuit separata ab illo, & aliud q̃n non fuit separata, sed ab illo propria auctoritate recessit. simi. ĩ. de diuor. de illa. sed si nollet intrare religionem, compelli debet ad ipsum redire vtroque casu: siue fuerit iudicio ecclesiæ absoluta, siue non. ĩ. de diuor. quanto, in fine. non obstãte illa spirituali fornicatione, cum iam sit emendatus, & incipiat esse quod non fuit. 50. distin. ferrum. Secus in carnali fornicatione, siue iudicio ecclesię sit separata, siue publice sit fornicata: quia non tenetur illam recipere nisi velit, quamuis emendatam. ȝ. eod. gaudemus. & hæc separatio fit tantum quo ad mutuam seruitutem: quia vinculum matrimonij non dissoluitur [t] in hoc casu cum alter fidelium transit ad infidelitatem: vt in cap. prædicto, quãto. Sed quæ est ratio quare in fornicatione carnali non compellitur maritus recipere vxorẽ, etiam emendatam: sed in spirituali compellitur? Hæc potest esse ratio: si maritus cognosceret vxorem post carnalem fornicationẽ; postea promoueri nõ potest ea mortua propter defectum sacramẽti: & sic præiudiciũ ei fieret. 34. dist. si laici. & c. si cuius vxorem. sed hoc non contingit in fornicatione spirituali: quia per pœnitentiam purgata est. Item alia est ratio: in fornicatione carnali anima & corpus polluitur: sed in spirituali tantum anima: & in carnali fornicatione non tantum fit in anima quòd displiceat marito: sed etiam

---

Aretiñ.

Vide de hoc articulo Henricũ Boich hic, & omnino Guidonem Papæ decisione 344. locis quibus in causa.

Sensus enim inspiciendus est, & non casus. 14. q. 2. non satis. de cõse. dist. 4. retulerunt & his non intendit verba. C. cõmi. de le. l. 2. & de elect. cõmissa. lib. 6. Ioan. And.

Et de hoc ĩ de emp. & ven. cum dilecti. Ioan. And.

s Hæc glossula non est Bernardi, nec habetur in antiquis exemplaribus.

Aliàs ita asseruit esse factum.

proponit

Vide Leges plures. ȝ. locatur. ff. locati.

De materia vide magistrum sententiarum lib. 4. dist. 39. & ibi plene per Bonauenturam, Sotum & alios, vbi copiose de fornicatione spirituali & matrimonio fidelium cũ infidelib⁹. & infidelium inter se.

t Hoc est verissimũ, & diffinitũ concilio Tridentino, sessio. 24. tit. de sacramẽto matrimonij can. 5.

etiam in corpore: quod non fit in spirituali: & vir magis scandalizatur ex eo quod fit in corpore, & magis offenditur, quam ex eo quod fit in anima: & ita causa maioris scandali illati viro fit, vt post carnalem fornicationem non compellatur: sed post spiritualem fornicationem compellitur: nisi ad religionem transire voluerit, vt hic dicitur.

patet in filium, & filius in patrem insurgere debet. ff. de relig. & sumptib. fune. minime. & maritus in vxorem 28. q. 1. vxor. in fine. 23. q. vlti. legi Syromastem.

Glo. seq. not. duo requiri, & ponit casus quibus sufficit alterum. in fine querit. arg. pro, soluit contrarium.

1 Vide Alfonsum Castrum lib. 1. c. 26. de iusta hæreticorum punitione.

DE CONVERSIONE infidelium.

Supra visum est de conuersione coniugatorum ad religionem: nunc subiungit de eorum conuersione ad fidem. habetur de hac materia 28. q. 1. & 2. et 32. q. 8. vnico Abbas Siculus.

TITVLVS XXXIII.

De conuersione infidelium.

Celestinus tertius.

Non potest quis illam habere in vxorem cuius maritum occidit machinatione ipsius mulieris: secus si sine machinatione. Et est pulcher & quotidianus casus.

CAP. I.

Laudabilem: & infra. Interrogasti de Sarracenis, qui dum in captiuitate essent, quarundam Christianarum viros earum insidiis & machinationibus occiderunt, vtrum, quia postea per ipsas ad fidem Christianam conuersi sunt, eas de iure possint accipere in vxores: vel si duxerint, coniugium teneat eorundem. Hic Triburiensis concilij regula contenti sumus, asserentis, quòd si in mortem ipsorum malitiose fuerint machinatæ, licet earum studio ad fidem accesserint, tamen nec eis adhærere debent, nec sunt, si adhæserint etiam tolerandi; cum tale damnum tali lucro ecclesia compensare non velit. Ad hoc Sarraceni quidam in bello sunt Christianos interfecisse notati, & Christiani similiter Sarracenos: postea vero Sarraceni ad fidem conuersi, vxores eorum quos in belli certamine occiderunt, sibi matrimonialiter copularunt, & idipsum Christiani de Sarracenis mulieribus conuersis ad fidem fecisse noscuntur; quæ postquam de priorum virorum morte compererint veritatem, diuortium instanter exposcunt. In his igitur respondemus, quòd cum tales non procurauerint virorum interitum defunctorum, matrimonium inter huiusmodi personas licite potest contrahi; & taliter copulati diuortium nequeunt postulare.

Gregorius nonus Argentin. episcopo.

Si alter infidelium coniugum venit ad fidem, altero remanente in infidelitatis errore, communis proles assignatur conuerso.

CAP. II.

Ex litteris tuis accepimus, quòd quidam de Iudaicæ cæcitatis errore, ad Christum verum lumen adductus, vxore sua in iudaismo relicta, in iudicio postulauit instanter, vt eorum filius quadriennis assignaretur eidem, ad fidem catholicam, quam ipse susceperat, perducendus. Ad quod illa respondit, quòd cum puer adhuc infans existat, propter quod ma

Laudabilem.] Sarracenus, qui machinatione Christianæ mulieris ipsius maritum occidit: si cum ea matrimonium contraxit, separatur, licet per eam sit reuersus ad fidem. Diuiditur, nam duas sunt partes principales. Secunda: ibi, *Ad hoc*, Et quælibet subdiuiditur in consultationem, & responsionem, vt hic patet in textu. Abbas Sicul.

CASVS. Quidam Sarraceni erant in captiuitate Christianorum, & interfecerunt viros quarundam mulierum Christianarum, insidijs & machinationibus ipsarum: postea ipsi Sarraceni per mulieres illas ad fidem Christianam sunt conuersi: quæritur, vtrum de iure illas possint accipere in vxores: & si eas duxerint, an tale coniugium teneat? Rndet Papa, quod ista quæstio determinatur per concilium Triburien. in quo dicitur quod si in mortem ipsorum malitiose fuerint machinatæ, quamuis earum studio ad fidem conuersi fuerint, contrahere non debent: & si contraxerint, non sunt tolerandi: quia tale damnum cum tali lucro compensari non debet.

a *Triburiensis concilij.*] quod habes: 31. q. 1. si quis viuente. quia eas non possunt habere, si in mortem ipsorum aliquid machinatæ fuerunt, vt hic dicit. idem est si fidem dederunt: vt ea. causa. & q. c. 1. relatum. j. de eo qui dux. in matr. c. 1. Vel si de facto contraxit: vt j. eo. super hoc. & cap. cum haberet. Ita tamen quod post fidem datam cognouit eandem vxorem, vxore sua viuente, alias sola fides data non impedit matrimonium. j. eod. qui dux. in matrimonium quam polluit per adult. cap. vlti.

b *Tali lucro.*] sic 14. dist. quod ait. 33. q. 5. si dicat. simile 1. q. 1. non est putanda. j. de vsur. super eo vero. 22. q. 2. ne quis arbitretur.

AD HOC: Quidam Sarraceni interfecerunt quosdam Christianos in bello, & quidam Christiani quosdam Sarracenos similiter interfecerunt in bello: postea vero Sarraceni illi ad fidem conuersi sunt, & contraxerunt matrimonium cum vxoribus illorum quos in bello interfecerunt, & Christiani cum mulieribus conuersis ad fidem illorum quos in bello interfecerunt: mulieres illæ, postquam intelligunt veritatem, de morte priorum virorum, diuortium petunt: quæritur quid iuris sit? Respondet Papa, quod cum tales non procurauerint mortem virorum, matrimonium inter huiusmodi personas licite potest contrahi, nec debent aliquatenus separari: cum hic causa illa non subsit propter quam debeant separari. Not. quod mulier non potest contrahere cum illo qui virum suum interfecit, si mortem eius fuerit machinata. Item compensatio non habet locum in delictis. Item quod per me non stetit, mihi imputari non debet.

c *Et Christiani similiter.*] Pugnantes pro patria & fide, ob quam

d *Procurauerint.*] Ex eo quod hic dicit, & 31. q. 1. si quis viuente. j. de eo qui dux. in matri. c. vlt. ad hoc vt matrimonium impediatur, duo exiguntur, scilicet affectus cum opere subsecuto: & est simi. ff. de condi. & demon. l. 2. in fi. hic enim tunc puniuntur cum concorditer ad hoc procedunt. 15. q. 1. c. 1. in fi. & cap. si quis non iratus. quandoque punit opus sine affectu quo ad legem promotionis. 15. q. 1. si quis non iratus. quandoque affectus sine opere: vt 1. q. 1. qui studet. §. de biga. nuper. ibi. tamen interuenit opus non cum affectu. Quid ergo si ratum habuerunt eos interfectos esse? Videtur: quia in maleficiis ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. sed & si cum quis. Contra credo, arg. j. de spon. cum apud. cum edictum de matrimonio contrahendo sit prohibitorium, vt ibi. Ber.

Ex litteris.] Si vxore in Iudaismo relicta Iudæus ad fidem conuertitur, communis proles assignatur eidem. hoc dicit. Vel quo ad intellectum, maxime iuxta glossam, dic vt in rubro, & est casus notabilis. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio ibi, *Cum autem*. Consultatio vero duo facit. Primo ponit viri petitionem. Secundo defensionem mulieris: ibi, *Ad quod*. Rnsio vero Papæ quadruplicem præmittit causam. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam Iudæus conuersus ad fidem vxore sua in iudaismo relicta, petebat in iudicio, vt eorum filius quadriennis assignaretur eidem, per ipsum ad fidem quam susceperat perducendus: Mulier rndebat, quòd cum puer infans existeret, magis indigeret materno solatio, quam paterno, qui sibi ante partum fuerat onerosus, dolorosus in partu, & post partum laboriosus: Vnde potius coniunctio viri & mulieris dicitur matrimonium, quàm patrimonium: & ideo apud ipsam debebat potius remanere: quæsitum fuit à Papa, quid iuris esset: cum filius in potestate patris consistat, cuius familia sequitur, & non matris, & in tali ætate apud suspectas personas aliquis remanere non debeat, quæ vitæ ipsius insidientur & pueri post triennium apud patrem non suspectum ali debeant & morari: & si apud matrem maneret, posset illum trahere ad infidelitatis errorem: & ideo propter fauorem fidei, rndet Papa puerum illum patri assignandum. Not. quod filius conditionem patris vel matris conuersi ad fidem sequi debet. Item nota diffinitionem matrimonij: Matrimonium est legitima coniunctio maris & fœminæ indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Item filius est in potestate patris & non matris. Item filij apud suspectas personas morari non debent. Item filij post triennium à patre sunt alendi. Item fauor fidei attendendus est.

Glo. seq. primo arg. quod conso, & c. & remittit. Secundo notat patrem quam contra matrem, & c. Tres casus excipit. Tertio distinguit duo membra, & in secundo subdistinguit. Quarto notat filium sequi, &c.

e *Perducendus.*] Iusta fuit causa petitionis & honesta: & ita sumitur hic arg. quod causa petitionis semper inserenda est in ipsa petitione: aliàs repellitur. j. de libel. oblatio. c. 2. & 3. vbi de hoc. Sed nota quod pater potest petere filium in potestate sua constitutum, per interdictum

Cap. 2. eo. tit. in 2. compilat. Et præter doctores hic vide Panormitanum in c. 1. & in c. sup. hoc. infra de eo qui duxit in mat. quam polluit per adult.

Vide concilium Triburiense cap. 40. & cap. 51. sed ibi non sunt hæc eadem verba.

De hoc vide in gl. du. in eo. & per hoc. & c. fi. in Aud.

Idem notat in præd. si quis viuente. Panormit. & Hostiensis Andr.

De casu huius cap. vide S. Thomam lib. 4. sent. dist. 39. q. 1. art. 4. ad 4. argumentum.

dictum de liberis exhibendis ʒ matrem & ʒ quemlibet detinentē: mater isi qùque habet exceptionem ʒ maritum, puta si est minor triennio, cum apud eam tunc debeat educari: Vel etiam si iudicatum esset in ʒtrium. ff. de lib. exhi. l. 1. §. si vero. Et in alio casu habet exceptionem ob nequitiam patris, vt sine diminutione patriæ potestatis apud eā filius moret. ff. eo. deinde. §. et si maxime. Circa hoc distingue, aut fili° à nullo detinet, aut ab aliquo: si ab aliquo, & tūc volēs aut inuitus. Primo casu petere possum per officium iudicis. ff. de libe. exhiben. l. 3. §. hoc autē. Si ab aliquo volens detinetur, potest peti rei vendicat. adiecta causa de iure Quiritū cognitione prætoria. ff. de rei vendi. l. 1. §. 2. quod ius proprie Romanorū est. Insti. de pa. potesta. §. 1. In tertio casu locum habet interdictum de lib. exhibē. vt ff. de libe. exhib. l. 1. 1. respō. & ff. de rei vend. l. 1. §. 1. Et nota quòd filius conditionem patris vel matris conuersi ad fidem sequi debet. 28. q. 1. Iudæi. & in hoc casu fili° infans non doli capax sequitur meliorē cōditionē: aliàs si doli capax esset, non deberet baptizari nisi sponte. 1 23. q. 5. ad fidem. 45. dist. de Iudæis. quandoq; tamen sequitur deteriorē conditionē, scilicet matris, si serua sit. 32. q. 4. c. vlt. Ber.

a ¶ *Paterno.*] ʒ. de præsumptio. illud.

b ¶ *Legitima cōiunctio.*] Matrimonium dr̄ legitima cōiunctio maris & fœminæ indiuiduā vitę

gis materno indiget solatio, quàm paterno [a], sibique ante partum onerosus, dolorosus in partu †, post partum laboriosius fuisse noscatur, ac ex † hoc legitima coniunctio [b] maris & fœminæ, magis matrimoniū, quàm patrimonium nuncupetur, dictus puer apud eam debet conuenientius remanere: & infra. ¶ Cum autem filius in patris potestate [c] consistat, cuius sequitur familiam, & non matris; & in ætate tali quis non † debet apud eas remanere personas, de quibus possit esse suspicio, quod saluti vel vitæ insidientur [d] † illius: & pueri post triennium [e] apud patrem non suspectum ali debeant & morari; materque pueri, si eū remanere contingeret apud eam †, posset illum adducere ad infidelitatis [f] errorem: in fauorem maxime fidei Christianæ: Respondemus, patri eūdem puerum assignandum.

TITVLVS XXXIIII.

De voto † & voti redemptione.

¶ Alexander tertius Exonesi. episcopo.

¶ *Vota possunt eleemosynis redimi, vel in aliud commutari, intercedente superioris auctoritate, & iusta causa redimendi, vel mutandi.*

consuetudinem retinens. 27. q. 2. §. 1. Insti. de pa. po. in prin. Et hæc est ratio quæ consueuit assignari à doctoribus, quare potius dicatur matrimonium quam patrimonium illa coniunctio. B.

c ¶ *Potestate.*] Pater enim dicitur habere filium in potestate, & nō mater. Instit. de patria potestate. §. vlt. & C. de adoptionibus, mulierem. vnde filius patris familiam sequitur, & non matris. Institu. de legitima agnato. tutela. §. 1. vnde ista verba fuerunt sumpta. Et expone, familiā, id est, agnationē, licet aliàs hoc nomē, familia, multas habeat significationes. ff. de verb. sig. pronunciatio. §. familiæ. & facit ad hoc Insti. de pa. potestate. in fi. & C. de verb. sig. l. vlt. non enim denominat fili° à cognatiōe matris, sed patris. ar. ff. ad mu. l. 1.

¶ *Glo. seq. reci. per quæstio. vbi pupillus debeat educari, & distinguit an mortuus est pater, an viuit, &c.*

d ¶ *Insidientur.*] Nota q̀ mortuo patre pupillus educari non debet apud illas personas, quæ ipsius pudicitiæ possunt insidiari. ff. vbi pupil. educ. de. vel mo. l. vlt. Prætor enim decernere debet, vt sine vlla suspicione alatur partus, etiam ʒ voluntatem patris. ff. eo. l. 1. & æstimabit ex affectu singulorum quis magis ad suspicionē & spem successionis sit prior. C. eo. l. 2. veruntamen educatio pupilli nulli magis committenda est quàm matri, nisi vitricū ei inducat. 2. C. eo. l. 1. si vero viuo patre quæstio est, apud quē educetur filius facto diuortio, olim æstimabat prætor quando apud patrem, & quando apud matrem alatur. C. de diuor. l. vnica. hodie distinguitur, vt si pater causam diuortij præstitit, tunc ali debeat apud matrem. si vero mater causam præstiut diuortij, tunc ali debet apud patrem. C. eo. Authen. si pater. ergo hic ali debet apud patrem: q̀a mater præstat causam diuortij. j. de diuor. gaudemus. & c. quanto. quæ non sequitur maritum conuersum ad fidem, quem sequi debet. 13. q. 2. vnaquæque. & quia insidiaretur vitæ ipsius, vt hic dicitur, & per iura prædicta.

e ¶ *Post triennium.*] Filius minor triennio, apud matrem debet ali; maior triennio, apud patrem. C. de pa. pot. nec filium. arg. C. de infan. expo. l. 2. & j. eo. c. vnico.

ADDITIO. Vnde versus:

Mater alit puerum trimum: trimoque minorem.
Maiorem vero pascere patris erit.

f ¶ *Ad infidelitatis errorem.*] Hac de causa etiā si esset minor triennio, vel pater vellet eum perducere ad fidem, cum sit in eius potestate, patri debuit assignari in fauorem fidei Christianę: cum aliàs si esset maior, & proclamet se velle fieri Christianum, debeat de manibus illorum eripi. ar. j. de Iudæ. sicut Iudæi.

CAP. I.

DE † peregrinationis votis, an eleemosynis redimi possint, vel pro necessitate in aliud commutari: Respondemus, quòd ab eius qui præsidet, pendet arbitrio [g], vt consideret diligentius qualitatem personæ, & causam commutationis [h]; scilicet an ex infirmitate, seu affluentia diuitiarum, an † alia causa probabili, peregrinatio an † recompensatio [i] melior fuerit, & Deo magis accepta: & secundum hoc habet exinde dispensare.

¶ Idem Noruicesi. episcopo.

¶ *Commutat Papa votum vltramarinum, in his maxime qui in puerili ætate vouerunt.*

CAP. II.

VEnientis † ad nos R. narratione accepimus, quòd

DE VOTO ET voti redemptione.

¶ *Supra visum est de quodā voto in specie, quod scilicet remittitur per ingressum religionis, vel per susceptione sidei: nunc subijcit de voto in genere, & ipsius voti redemptione.*

De hac materia habetur, 27. q. 1. per totū. & 33. q. 2. c. si. repetitur in 6. & in cle. de fid. instru. c. quod super. Abbas.

DE peregrinationis. Eps ex causa mutare potest votum peregrinationis in aliud quod sit Deo magis acceptum. Vel summa generalius sic, vt in rubro. Et duæ sunt partes. Secūda: ibi, *Respondemus.* Abbas.

CASVS. Aliquis fecit votum peregrinationis: quæritur vtrum tale votum possit redimi eleemosynis, vel commutari in aliud necessitate instante? Rñdet Papa, q̀ de arbitrio superioris pendet, vt ipse consideret diligenter qualitatē vouentis, & causam commutationis, scilicet an ex infirmitate, vel affluentia diuitiarum, aut alia probabili causa, vt scilicet peregrinatio vel commutatio magis sit Deo accepta, & secundū hoc super hoc dispenset. Nota, quòd circa votum peregrinationis potest episcopus dispensare. Item in commutatione voti qualitas vouentis & causa commutationis considerari debent. Item in votis commutandis considerari debet quid Deo magis placeat.

¶ *Glo. seq. arg. ad commutationem pœnarum. alleg. 7. iura, & tria in contrarium sol. & arg.*

g ¶ *Arbitrio.*] Arg. de pœnæ cōmutatione. 82. dist. presbyter. 28. q. 4. innocens. de pœni. dist. 1. medicina. 36. q. 1. de raptoribus. 41. dist. non cogant. j. de maledicto. c. 2. 12. q. 2. fraternitas. arg. ʒ. 16. q. 1. decimę. & cap. de decimis. 32. q. vlt. cap. vlt. Sol. ʒ Cōmutatio pœnæ adhibenda est quandoque, hac consideratione præhabita, vt illud quod vice commutationis præstatur intantum vel amplius sit Deo acceptū: vt hic in fi. & j. eo. scripturæ. & est arg. quod episcopi possunt dispensare in voto. Tanc.

h ¶ *Causam commutationis.*] Causa semper considerari debet quare fiat commutatio. arg. j. eo. magnæ. in fi. & c. quod super his.

¶ *Glo. seq. dat regulam, quam exponit, vnum casum excipit.*

i ¶ *Recompensatio.*] In omni voto, siue consistat in faciendo, siue in non faciendo, siue sit solemne, siue simplex, potest habere locū compensatio, dummodo ante votum fuerit liberæ voluntatis. Hoc dicitur propter articulos fidei, quos vnusquisq; vouit in baptismo, quia illud votum ante baptismum est necessitatis: sed in voto continentiæ secus est, cui æque bonum vel maius inueniri nō potest. arg. 32. q. vlt. c. vlt. Et castitas sola est, quæ potens est, Deo animas præsentare. in Auth. de leno. §. sancimus. coll. 2. & quæ suaderi potest, imperari non potest. 27. q. 1. integritas. j. de statu mona. cum ad monasterium. Ber.

VEnientis.] Duo facit. Primo ponit formā voti. Secūdo eius absolutionem & mutationem: ibi, *Nos autem.* Abbas Siculus.

CASVS. R. clericus dum esset in puerili ætate constitutus & doli capax disposuit proficisci Hierosolymam, & cuidam, qui illuc accede-

¶ aut

¶ aut

gedere volebat, fidē dedit, & suā ab eo accepit, q in via fideles socij existerent: Tandē factus discretus & adultus, accessit ad Papam petens eius ɔsiliū: Papa illū absoluit à voto, qđ in ætate puerili fecerat, ex facilitate potius q̃ arbitrio discretionis: ita tñ q votū redimat eleemosynis: & toto tempore vitæ suæ, si poterit, vni pauperi debeat ꝓuidere. Nota, q votū redimi pōt eleemosynis, iusta ɖ causa.

in puerili[a] ætate constitutus, Hierosolymam disposuit[b] proficisci: cuidam quoque, qui sepulchrum dominicum proposuerat visitare, fidem dedit, & suam recepit ab eo, quòd sibi inuicem in via socij fideles[c] existerent: & infra. ¶ Nos autem ipsum à voto, quod in ætate tenera, facilitate[d] potius quàm ex arbitrio discretionis promisit, absoluimus; ita tamē quòd idem votum eleemosynis redimat: & iuxta consilium nostrum †, toto vitæ suæ tempore, vni pauperum Christi (dūmodo ad hoc suæ facultates sufficiant[e]) debeat prouidere.

¶ Idem magistro A. de Mandeforde.

¶ Ex sola conceptione boni explicandi, non obligatur quis ad bonum conceptū exequendum.

CAP. III.

Litteraturam † tuā: & infra. ¶ Cum ex quadam minutione, nimio fuisses mortis pauore perterritus, hæc verba protulisti: Non diu hic morabor: proponēs[f] in animo, quòd religionis habitū esses aliquando suscepturus: & infra. ¶ Tibi igitur respondemus, quòd si plus non est in voto processum, transgressor iudicari non poteris, si non impleas quod dixisti[g].

¶ Idem.

¶ Omne votum mutabile est in melius religionis.

Gl. seq. recc. per obiic.

a ¶ *In puerili.*] Intellige q erat doli capax, alioquin cōpensatio quæ sequitur, nō erat imponēda: vel forsitan in maiori ætate ratū habuit: vnde tenebat illud adimplere. aliàs nō. 20. q. 1. illud. & s. de reg. significatū. & ca. sicut. Tan.

b ¶ *Disposuit.*] procedendo ad actū exteriorē: vt patet ex littera sequenti. vnde mortaliter peccasset, nisi cōpleuisset votū, si commutatio non fuisset subsecuta. arg. 17. q. 1. qui bona.

¶ *Glo. seq. q̄rit, & soluit.*

c ¶ *Socij fideles.*] Sed nūquid Papa potuit illum absoluere ab obligatione qua socio tenebatur? Videtur quod non: arg. 9. q. 3. per principalē. C. de quadrien. præscriptio. bene à Zenone. C. ɖ ꝓcib⁹ imperato. offeren. quotiēs. nec erit dicēd⁹ voti trāsgressor. j. e. nō est. Alan.

¶ *Glo. seq. arg. alle. canonem, ibi contrarium. alle. gera iura, & soluit.*

d ¶ *Facilitate.*] arg. qđ votū ex facilitate emissum obligat. simile 17. q. 4. sunt q opes. arg. s. de reg. ad nostrā. 22. q. 4. vnusquisq;. & 27. q. 1. nuptiarū. Sed hoc vt dictū est, postea ratū habuit, factus maior.

e ¶ *Sufficiant.*] Nā possibilitas semper subauditur. s. de iureiu. querelā. & c. breui. arg. 4. dist. erit autē. & ff. de statu. libe. l. cū hæredes. §. Stichus. & 47. dist. quod ad nos. Sic impossibile præceptum non obligat. ff. quæ senten. sine appellatio. rescindan. l. Paulus 2. Laur.

Litteraturam.] Hoc capi. continet notabilem & singularē decisionē: & potest sic summari: Simpliciter ꝓponens religionē ingredi, licet non ingrediatur, non est reus voti. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio. ibi, *Igitur*. Abbas Siculus.

Casvs. Magister A. fecit sibi minui in brachio: brachium eius intumuit ex illa minutione, ita q perterritus fuit ad mortem: dum esset in tali statu, protulit hæc verba: nō diu hic morabor: ꝓponēs in animo religionē intrare: dubitauit, an ex tali facto teneretur religionem intrare: rñdet ei Papa, q si plus non est in voto ꝓcessum, non debet dici transgressor, si non adimpleat quod dixit. Nota, q per simplicia verba nō obligat q̄s, nisi habeat animū adimplendi votū. Itē nota hic argu. q ex nuda promissione non orit obligatio.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*

f ¶ *Proponens.*] non tñ animo obligandi, nec firmiter hoc proponendo seu eligendo: q a tunc mortaliter peccasset si nō impleuisset ꝓpositū. 17. q. 1. qui bona. & §. 1. & s. eo. c. px. vbi dicit disposuit ꝓficisci. & ideo dicit j. si pl⁹ nō est in voto ꝓcessum: q a nō dicit hoc animo se obligandi, vnde non fuit mendaciū. 22. q. 2. quod autem ait. & nemo se obligat, nisi qui animū habet se obligandi. ff. de actio. & obligatio. l. obligationum. ar. ff. si cert. peta. si ego.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, item arg. & in contrarium alle. 3. iura.*

g ¶ *Quod dixisti.*] Arg. s. 22. q. 5. iuramenti. Itē argumentū 1 q ex nudo pacto non oritur actio, licet sit ar. 5. 12. q. 2. quicunq; suffragio 2. & quæst. 5. quia Ioannes. & 27. q. 1. hæ vero. in fine. Lau.

Scriptura.] Per ingressum religionis soluitur votū religioni non ɔsonū. h. d. Et est notabilis decisio, intelligēdo q hoc fiat sine auctoritate superioris. Pro declaratione textus pone casum literalē. Quidā vouerat visitare sepulchrū sanctū, demū intrauit religionē voto non cōpleto: dubitatur ao ille esset vere reus fracti voti: & respondetur q non, per rationem quæ habetur in litera. Abb. Sicu. Nota, q non frangit votum qui illud in melius cōmutat. Itē magis seruire videtur qui temporale seruitium in ꝑpetuum commutat.

CAP. IIII.

Scripturæ †: & infra. ¶ Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium[h] in perpetuam nosci tur religionis obseruantiam commutare.

¶ Innocentius iij. Strigonien. archiepo.

¶ Executio voti vltramarini auctoritate Papæ potest ex causa differri.

CAP. V.

Non † est voti dicendus trāsgressor, qui quod vouit, auctoritate[i] sedis Apostolicæ distulit adimplere[k]. Sane significauit nobis rex Hūgariæ, quòd cum in regni perturbatione † consilium & auxilium tuum sibi senserit hactenus profuisse, vtilitati eius non modicum derogaret, si Hierosolymam (sicut ex voto teneris) regno pergeres impacato: & infra. ¶ Ideoque mandamus, quatenus nō prius iter arripias Hierosolymam adeundi, quàm regnū ipsum[l] fuerit tranquillitati pristinæ restitutum: vel super hoc receperis ab Apostolica sede mandatum.

¶ Idem Andreæ duci.

¶ Ecclesia compellit heredem laicum per excommunicationem, & bonorum subtractionem, ad executionem voti vltramarini, ad quod se obligauit pro defuncto.

¶ *Glo. seq. arg. dat simile, & reddit causam.*

h ¶ *Tēporale obsequiū.*] Non enim est illi necessaria certa delicti satisfactio, cuius totū vitæ tempus obedientiæ impeditur sub cōditione de pœ. dis. 1. c. quis aliq. §. his auctoritatibus. sic non frangit propositū, qui illud in melius cōmutat. s. de iureiu. peruenit. Et ita est argu. quòd intranti monasteriū, nō est imponenda poenitentia pro peccato ante commisso: Sic enim remittitur Astulpho pœnitentia publica, si monasterium voluerit ingredi. 33. q. 2. admonere. & hoc ꝓp cōtinuationem pœnitentiæ & exercitij, in quo semper debēt esse monachi. ar. 16. q. 1. vos autē. si vero postquā monasteriū ingressi fuerint, delinquūt, bene subijciuntur pœnitentiæ, & disciplinæ abbatis, secundum regulam illius loci. s. de regu. c. vlti. & j. de sen. excom. cum illorum.

Non est.] Tria facit. Primo præmittit exordiū. Secundo submittit narrationē: ibi, *Sane*. Tertio conclusionē: ibi, *Ideoque*. Abbas.

Casvs. Archieps Strigonien. votū emiserat Hierosolymā visitandi: rex Hungariæ significauit dño Papæ, q cum regnū Hungariæ in perturbatione esset, ɔsiliū & auxiliū archiepi erat sibi multū necessariū: vnde petijt à dño Papa, quatenus mādaret archiepo, vt Hierosolymā non accederet, donec regnum ad trāquillitatē poeniret: vnde mandat Papa archiepo, quatenus iter nō arripiat Hierosolymā adeundi, priusquā regnum tranquillitati pristinæ fuerit restitutum, vel super hoc ab Apostolica sede recipiat mandatum; & ideo transgressor voti non habebitur qui de mandato Papæ votum distulit adimplere. Nota, quòd nō dicitur trangressor voti, qui ipsum differt adimplere: quia quod differtur, non aufertur: & sic ex causa potest differri executio voti.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

i ¶ *Auctoritate sedis Apostolicæ.*] arg. q Papa pōt dispensare in voto[4], & est etiā s. eo. c. 1. Sed cū vota ex necessitate sint soluenda. 17. q. 1. c. 1. & de iure naturali nō vr, q ibi habeat locū dispēsatio: q a dictū est, Vouete & reddite Dño vota vestra. j. eo. magnæ. & c. px. vnde in his votis nō dispensat, sed declarat. cū enim quis vouet peregrinari subintelligit. si cōmode fieri pōt: vt s. de iureiur. quāto. vbi de hoc. & de voto & iuramēto dic vt ibi; sicut nec frangit votū qui illud in meli⁹ commutat. s. e. prox. & de hoc dictū est s. eo. c. 1.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

k ¶ *Adimplere.*] Si iusta causa subest. s. eo. c. 1. aliàs nō est securus quo ad Deū, cū quo Papa dispensat, nisi subsit causa dispēsandi: sicut nec dr absolutus qui causam excōicationis supprimit. s. de off. ord. ex parte. & j. de sen. exc. cū pro causa. habebit tñ exceptionem quo ad ecclesiā ille cū quo sine causa dispensatū est. arg. ff. de iure. iuris. inter oēs. §. pen. quo ad Deum sibi allegatio non valebit, vbi iudicabit eo teste quo iudice. 9. q. 3. aliorū hominū. & 11. q. 3. audi.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

l ¶ *Regnum ipsum.*] Sic ergo Papa præfert vtilitaté priuatam cōi vtili-

¶ Aliàs vestrum. quā lectionem iam olim impugnauit hic Hostiensis.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 2. compil. Et præter doctores hic vide Nauarrum in manuali contrilatio... ca. 12. nu. 16. & 92. in latino nuper impressa.

¶ Illud ar. non tenuisse hic, cū nec pacto fecerit, nec verbum emisit, secundū ... illudem.

¶ Vbi de hoc. & 1. q. 7. quotiens. & de pact. ... Azo.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 2. compil. Et pro mar... vide B. Thomā 2. 2. q. 88. art. 12. ad primum argumentum.

¶ Cap. 6. eo. tit. in 3. compil. Et vide B. Thomā 2. 2. q. 88. art. 12.

¶ De hoc ... glossa. vide B. Thomā loco præcitato.

vilitatia, 3 ad quod habes ff. de post. c. 3. & 7. q. 1. scias. & 8. q. 1. in scripturis. & ff. de reg. licet. Non sunt 3ria, quia hic no pter, sed differt: & quod differtur, non aufert. 3 1. q. 1. ancillā de poe. dist. 6. nemo.

Licet.] Primo ponit exordium. Secundo ibi, *Accepimus*, narrat factū. Tertio ibi, *Mandamus*, concludit. Quarto cōminatur: ibi, *Ne si onus*. Abb. Sicul.

Casus. Rex Hungariæ voto emiserat Hierosolymā adeundi, tādē voto nō cōpleto agens in extremis, filio suo Andreæ duci sub interminatione maledictionis paternæ iniūxit exequēdū; & ille signo crucis assumpto, promisit votū patris sine dilatione adimplere: patre sublato de medio, collecta multitudine quāplurima bellatorū, Hierosolymā adire simulauit, & tandē aciē bellatorū contra fratrē suū regē Hūgariæ conuertit: Papa hoc intelligēs, mādauit eidē, quatenus omnibus aliis postpositis: vsque ad festū exaltatiōis sanctæ crucis iter arripiat Hierosolymā adeundi, sibi onus iniunctum & sponte receptū exequēdo: ne successiōe paterna se reddat indignū: quod si nō fecerit, ex tunc se nouerit excōicatū, & priuabitur iure quod sibi cōpetebat ordine geniture. si dictus rex frater suus sine prole decederet, & regnū ad minorem fratrē ipsius deuolueretur. Not. quod vouere est volūtariū, sed adimplere est necessariū. Itē aliquis votū suū potest exequi per aliū. Itē qui non adimplet voluntatem defuncti, priuari debet successione illius.

CAP. VI.

Licet† vniuersis liberum sit arbitrium^a in vouendo, vsque adeo tamen solutio necessaria est post votum, vt sine proprię† salutis dispendio alicui nō liceat resilire^b. Accepimus siquidem, quòd cum rex Hungariæ pater tuus agens in extremis, votum quod vouerat Domino, Hierosolymitanam prouinciam in forti manu, humili corde visitare, sub interminatione maledictionis paternę cōmiserit† tuę fidei exequendū^c; & tu assumpto crucis signaculo, te id impleturum sine dilatione qualibet promisisti: & infra.¶ Mādamus, quatenus postpositis cæteris sollicitudinibus, vsque ad festū exaltationis sanctæ crucis, debitū acceptæ crucis exoluens, propositum iter arripias, & humiliter prosequaris: Ne si onus† tibi à patre iniunctum, & à te sponte susceptum, occasione qualibet^d detrectaueris, paterna te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumento priueris, cuius recusaueris onera supportare: sciturus ex tūc anathematis te vinculo subiacere: & iure quod tibi, si dictus rex^e sine prole decederet in regno Hungariæ competebat, ordine geniturę†, priuandum^f; & regnum ipsum ad minorem fratrem tuum, appellatione postpósita, deuoluendum.

¶ Idem Trecensi episcopo.

¶ *Commutat Papa votum vltramarinum in vigilias, orationes, & ieiunia: tunc maxime, cum cessat causa quæ induxit ad vouendum; ita etiam quòd expensa fienda in eundo, morando, & redeundo, integraliter mittantur in terræ sanctæ subsidium.*

CAP. VII.

Magnæ‡ deuotionis: & infra.¶ Cum Trecen. ecclesia contra libertatem ecclesiasticam grauaretur, nec per aliū quàm per Campaniæ comitem in vltramarinis partibus constitutum, eidē ecclesiæ crederes posse de facili subueniri, ad ipsum proposuisti accedere: ac in signum peregrinationis & deuotionis terræ Orientalis, crucem Dominicam assumpsisti: & infra.¶ Quamuis autem audita morte ipsius, intentionē tuam conspiceres iam frustratā, noluisti^g tamen sine cōsilio Apostolicæ sedis ad propria remeare, sed ingressus vrbē†, intentionis tuæ propositū, ac statum ...

Magnæ.] Diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponitur facti narratio. Secundo allegatur pro, & cōtra: ibi, *Et quidem*. Tertio diffinit: ibi, *Cum igitur*. Abbas. Siculus.

Casus. Dum comes Campaniæ in vltramarinis partibus moram faceret, & ecclesia Trecen. contra ecclesiasticam libertatem plurimum grauaretur, Trecen. episcopus considerans quòd per alium eidem ecclesiæ nō posset de facili subueniri, ad ipsum proposuit accedere: & in signum peregrinationis & deuotionis terræ Orientalis, signum crucis assumpsit, & sic arripuit iter peregrinationis: dum esset in via, intellexit quòd dictus comes mortuus erat, & licet intentionē suā cōspiceret iam frustratam, noluit tamen redire sine consilio domini Papæ, & sic ad vrbem accessit, & intentionem suam, & statū ecclesiæ suæ domino Papæ exposuit: dominus Papa considerans hæc dicit, quòd in hoc negotio tria sunt consideranda: quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, quid expediat secundum vtilitatem: ostendēs quòd ipse votum suum debeat perficere auctoritate Prophetæ dicentis: Vouete & reddite: & hoc est quod dicit, quid liceat. Item auctoritate Euangelij dictis: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei: & hoc est quod dixit, quid deceat. Itē non expediebat propter exemplum aliorum: quia quòd agitur à prelatis, facile trahitur in exemplū ab aliis: & hoc est quod dixit, quod expediat. Postmodum allegat in contrarium quòd votum perficere non debeat propter ętatem, cū vix posset sustinere labores propter necessitatem Trecen. ecclesiæ, cui est obligatus: Ipsum etiam votū, quod licet ex sui natura sanctum esset, non tamen sine licentia sedis Apostolicæ vouere potuit: postea ostendit quòd votū commutari possit auctoritate veteris testamenti: vnde considerauit, quòd votum possit commutari in aliud opus pietatis, non curando quid homines inique loquantur, exemplo Domini dicentis: Sinite illos, quia cęci sunt, concedit episcopo licētiam votum peregrinationis taliter cómutare, vt expensas quas esset facturus eundo, & morando, & redeundo, transmittat in subsidium terræ sanctæ, laborem orationibus & ieiuniis recompensans: & quia episcopus specialiter pro libertate Trecen. ecclesiæ per dictum comitem assequenda votū peregrinationis emisit, eo sublato de medio causa cessauit, & ideo cessare potuit & effectus: & hac causa inspecta Papa hanc indulgentiam sibi fecit. Nota quòd ecclesia potest implorare auxilium & brachium seculare cum iniuste aggrauatur. Item in quolibet voto tria cōsideranda sunt, quid liceat, quid deceat, quid expediat. Item factum prælatorum de facili trahitur ab aliis in exemplum: & ideo valde cauere debent quid ei aliceat, quid deceat, & quid expediat. Item clericus vel episcopus sine licentia sui superioris votum peregrinationis non debet emittere. Item votum iusta de causa potest commutari. Item veritas propter scandalum nō est dimittenda. Item in voto locum habet recompensatio. Item causa voti in ipso commutando consideranda est. Item cessante causa cessat effectus.

a ¶ *Liberū sit arbitrium.*] Vnde dicit Augus. Quæ non cœpit, deliberet: quæ egressa est, perseueret. 27. q. 1. nuptiarum. & ea sunt in nostris officiis grauiora, quæ cum liceret ea nobis non impendere, causa tamen dilectionis impendimus. 18. q. 1. iam nunc.

b ¶ *Resilire.*] in aliud tamen potest commutari de auctoritate superioris, & iusta de causa: vt supra eod. cap. 1. & 2. & infra eod. c. magnæ.

¶ *Glo. seq. argu. quem posse pro alio, &c.*

c ¶ *Commiserit tuæ fidei exequendum.*] Arg. quod aliquis potest ieiunare pro alio, & votum alterius adimplere, quia mortuus soluit votum suum per superstitem. arg. 13. q. 2. animæ defunctorum. & 26. q. 6. si aliquis fuerit.

d ¶ *Occasione qualibet.*] supple minus idonea, quòd in generali verbo subintelligitur: argu. ff. de elect. causam quæ. & ff. de off. deleg. ex parte. 2. ff. de ritu nuptia. quamquam 2: & de iureiur. veniens. & c. Quintauallis.

e ¶ *Si dictus rex.*] frater ipsius ducis, contra quem dux ipse conuerterat aciem bellatorum, quam contra inimicos crucis dirigere simulauit.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & tripliciter soluit.*

f ¶ *Priuandum.*] Dicit hic Vincentius, quòd qui non adimplet voluntatem defuncti, sit ei auferenda tota hæreditas, & idem dicit canon. 12. q. 2. Siluester. & hoc concordat legi antiquæ. C. de fideicommissis. l. vltima. in fine. attamen illud obseruatur in extraneo hærede. Sed licet filius institutus heres non adimpleat voluntatem defuncti, non ideo totum perdit, sed reseruatur ei legitima. C. de fideicommis. Authent. hoc amplius. Et satis potest dici, quòd lex in hoc casu præiudicet canoni ratione æquitatis. Vel hic auxit poenā legis ob fauorem terræ sanctæ. Vel melius dic, quòd id quod dicit lex de legitima relinquenda, non potest habere locum in huiusmodi dignitatibus, cum diuidi non possint; quia regnum vnicum debet esse: & si contigeret quòd alter diminueretur, cito destrueretur, sed aliæ hæreditates bene diuiduntur inter hæredes, sed hic vnus tantum debet esse rex: & ideo dicit quòd totum regnum deuoluetur ad alium fratrem.

g ¶ *Noluisti tamen sine consilio.*] et bene: quoniam nemo iuramentū suum vel votum debet interpretari, 4. ff de ele. venerabilem. & j. eod. ex multa. nisi certus esset quòd non esset obligatus. arg. j. de sen. excom. inquisitioni. Tan.

De hac videto hic copiosius p Hostiensem, Ioannem And. & alios.

Adde an ordine geniturae, vel electione succedi debeat in regno ...

Cap. 3. eratis in 3. compilat.

Et præter Hostiensem & alios vide hic Henricum Boich. & quatenus agitur de cruce domini ...

Scilicet Romam per cardinales ...

Facit ad hoc tex. in l. 1. ff. de ann. & tu ...

tum Treceñ. ecclesiæ, nobis humiliter expressisti: & infra. ¶ Et quidem tria præcipue duximus † in hoc negotio attēdenda; quid liceat a secundū æquitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundū vtilitatem. Sane non b videbatur contra votum licitū, vt venires c, cum vox clamet prophetica d: Vouete, & reddite Domino Deo vestro: vt primum e ad consilium, secundum f ad imperium referatur. Sed nec decens videbatur g, cū sit scriptum in Euangelio: Nemo mittens manum ad aratrū, & respiciens retro h, aptus est regno Dei. ¶ Præterea non videbatur expedire, cum ex absolutione tua scādalum posset laicorum mentibus generari, dicētium, Vbi est Deus clericorum? & hoc exemplo credentium, se ad voti obseruantiam non teneri. Quod enim agitur à prælatis i †, facile trahitur à subditis in exemplum: iuxta quod Dominus inquit ad Moysen in Leuitico: Si sacerdos qui est vnctus peccauerit, faciet delinquere populum. Verum ætatis k vitæ senescentis defectus, atque canicies, quæ vix labores & dolores suos tolerare possunt, in contrarium allegabant, & ecclesiæ Treceñ. suspiria, cui vinculo pastoralis solicitudinis es ligatus, sine cuius assensu votum peregrinationis emittere forsitan l non debueras: & infra. ¶ Ipsum etiā votum, quod ex sui forma sanctum & honestum erat, ex persona vouentis minus licitum videbatur. Cum enim † iuxta canonica instituta, clericus absque sui episcopi licentia peregrinari m non debeat, & episcopus non minus, immo potius sedi Apostolicæ sit astrictus n; videri merito poterat, quòd absque generali, vel speciali licentia, votum peregrinationis, qua te tamdiu absentares emittere non deberes: & infra. ¶ Cū igitur o in lege veteri, in qua non minus præceptum Domini obligabat, quàm votum hodie obliget in ecclesia, primogenita quæ Domino mandabantur offerri, quædam Domino redderentur, vt primogenita Leuitarum: quædam redimerentur, vt aliarum tribuum: quædam commutarentur in aliud, sicut primogenitum asini, qui † pro oue commutabatur: ex hoc attendentes, quòd votum commutari possit p in opus aliud pietatis: nō † curantes quòd os loquētium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus à tramite veritatis: de illius auctoritate securi, qui cū audisset à discipulis, Scis † quia Pharisæi audito hoc verbo scādalizati sunt? Respondit, Sinite illos q, cæci sunt, & duces cæcorum: tibi pro te & famulis tuis licentiam concedimus votum peregrinationis taliter cōmutare, vt expensas quas fueras in eundo r, morando, & redeundo facturus, alicui religioso committas, in necessarios vsus terræ illius, sine diminutione s qualibet transferendas: & infra. ¶ Laborem etiam laboribus recompenses, solicitius instando vigilus, deuotius vacans orationibus, & in ieiuniis fortius te exercens. Ad hanc autem indulgentiam tibi faciendam specialiter nos induxit, quod cum pro liberrare Trecensis ecclesiæ per dictum comitem assequēda, præcipue votum peregrinationis emiseris, eo sublato de medio, quia cessauere causæ t, facilius cessare potuit & effectus.

¶ Idem Cantuariensi archiepiscopo.

¶ Impedito ad tempus exequi votum vltramarinum, cōceditur dilatio: perpetuo vero impedito, indicitur redemptio in eo quod magis expediat terra sanctæ.

CAP. VIII.

QVod † super his: & infra. ¶ Quæsiuisti de his, qui pro succursu terræ sanctæ, signo crucis assumpto, propter infirmitatem, vel paupertatem, vel aliā iustam causam, votū non possunt vtiliter adimplere, cum sine distinctione receperis in mandatis, vt eos qui signum crucis assumptū abiecerunt, ad resumptionem ipsius, & executionem voti compellas. ¶ Nos † autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod debiles & inopes magis illuc in defectū, quàm ad profectum accedunt; cum u isti pu-

a ¶ *Liceat.*] Hæc tria semper consideranda sunt. arg. 11. q. 1. aliud. & 4. distin. deniq; in fi.

b ¶ *Sane non.*] Hic incipit ostendere, quòd votum suum perficere tenetur.

c ¶ *Vt venires.*] non obstante quod causa voti cessat, cum etiam si sine causa vouisset, nihilominus teneretur. ℥. de conuer. coniu. ex parte. Facilius enim dispensari potest cessante causa: vt dicit in fi. causa enim non impedit nisi exprimatur. C. de condict. ob tur. cau. da. si repetendi. nisi à iure subintelligatur. ff. de iure do. stipulationem. Io.

Psal. 75. d ¶ *Prophetica.*] scilicet, Dauid.

e ¶ *Primum.*] scilicet, vouere. Ber.

f ¶ *Secundum.*] scilicet, reddere.

g ¶ *Sed nec decens videbatur.*] vt venires cōtra votum.

Luc. 9. h ¶ *Retro.*] apostatando. simile j. de aposta. quidam. Nam apostata dicitur retro stans. 26. q. vlt. non obseruetis. & 3. q. 4. beatus. de poen. dist. 2. pennata.

i ¶ *Agitur à prælatis.*] iuxta illud, Cōponitur orbis regis ad exēplū. 1. 11. q. 3. præcipue. Nam prælati sunt tamquam signū positi ad sagittam, vnde inferiores vitā eorum respiciunt. j. de accu. qualiter & quando.

k ¶ *Verum ætatis.*] Hic allegat, quod non tenetur perficere votum suum.

l ¶ *Forsitan non debueras.*] maxime ad loca remota. arg. 7. q. 1. præsentium. & ff. de offic. præsi. illud obseruandū. 7. q. 1. si quis in clero. & de cōse. dist. 5. nō oportet. nec istud forsitan est dubitatiuū. sic 33. q. 2. admonere. ℥. de procu. tuæ fraternitatis. Io.

m ¶ *Peregrinari.*] de conse. dist. 5. non oportet 1.

n ¶ *Astrictus.*] quia sicut clericus sine licētia epi sui, non debet ab ecclesia abesse, vel recedere ab eadē. 7. q. 1. præsentium. & ℥. de renun. admonet. sic & eps sine licentia Papæ. ℥. de transla. inter corporalia.

o ¶ *Cū igitur.*] Hic incipit ostēdere, quod votum commutari potest.

p ¶ *Commutari possit.*] Cum igitur mandatum Dñi, & votum pari passu ambulent, vt hic dicit: & mandatum Dñi potest adimpleri per aliud æquipollēs, vt 22. q. 4. innocens. ergo & votum. sic argumentatur hic Inn. & Io.

q ¶ *Sinite illos.*] vt 11. q. 3. inter verba.

r ¶ *Eundo, morando, & redeundo facturus.*] Hæc tria ipsa considerat tur. cum aliquis condemnatur alij in expensis factis, in prosequenda appellatione. ℥. de appellatio. reprehēsibilis. C. qui accu. nō pos. qui crimen. simile ℥. de concessio. præben. quia diuersitatem. in fin.

s ¶ *Sine diminutione.*] præter illam diminutionē, quæ fieret in pecunia trāsferenda: quia ille qui eam portabit, suis expensis non militabit. ℥. de pscript. cum ex officij. & 12. q. 2. charitatem. Vel intellige, quod hæc pecunia mitti debet per aliquem religiosum, quia aliàs esset illuc iturus. Vincen.

t ¶ *Cessauere causæ.*] Argu. quod cessante causa cessat priuilegiū. ℥. de verbo. sign. abbate. in fi. & 16. q. 1. generaliter. & 25. q. 2. §. vlt. & Insti. de aucto. tut. & cura. §. fin. & C. de testa. mili. l. vlt. & ℥. de deci. suggestū. Ioan. & ℥. de renun. post translationem. vbi de hoc. ℥. de iureiurādo, & si Christus, in fine. Ber.

QVod super.] Cōtinuatio. Secunda: ibi, *Nos aut.* quæ tria facit. Primo ponit generalem doctrinam. Secūdo duplicem distinctionem. Prima: ibi, *Vnde credimus.* Secunda: ibi, *Rursus.* Tertio soluit consultationē indecisam: ibi, *De membrorum.* Abbas.

Casus. Quidā assumpserāt signum crucis in subsidium terræ sanctæ, & quia isti votum suū non adimplebant, mandauit Papa Cantuariensi archiepo, vt eos cōpelleret ad executionē voti: Quidam propter infirmitatem, quidam propter paupertatem, vel aliam iustam causam volūtur nō poterant votum suum adimplere: quæsiuit archieps à Papa, quid de his esset agendum? & ipse rńdet, quod debiles & inopes, magis in defectum quàm ad profectum illuc accedunt: quia debiles pugnare nō possunt, & pauperes mendicare coguntur: nisi forte sint nobiles & magnates, vt suis expensis secum possint ducere bellatores: vel artifices, vel agricolæ, qui de laboribus suis sibi victū quærere possunt: vnde Papa distinguit inter illos qui temporalem causam habere noscuntur, & inter illos qui perpetuam: primis danda est dilatio, secundis est redemptio indulgenda: ita tamen quod expensas, quas essent facturi, trāsmittant in subsidiū terræ sanctæ.

u ¶ *Cum isti.*] scilicet, debiles.

¶ Vide omnino Alfonsum Castrē lib. 2. cap. 8. de iusta hæret. punit.

Leui. 4.

¶ Et ibi sequitur: Nec hic inflectere vsus humanos adiuta valent, vt vita regēns. & Eccle. 10. Qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Ioan. And.

¶ Hæc spectant tradita per beatum Thomam 2. 2. q. 88. art. 8.

Exod. 13. & 22.
Num. 3. & 8.
Deut. 15.
Luc. 2.
Leui. 25.
Exod. 36.

¶ In addi. Barbatia quod ...

¶ In ... Matt. 15.

¶ Cap. 4. ... Et ...

¶ Alibi ... Nunquam ... spondum.

a ¶ *Et illi.*] scilicet, inopes.

b ¶ *Qui temporalem.*] Eandem distinctionem facit lex in iudice, vt si non potest interesse pp tpalem impotentiam, expectandus est: & si habeat perpetuum impedimentum, remouendus est. ff. de vaca. mune. l. vlt. & ff. de iudiciis. si longius [1]. argumētum ad idem ȝ. de rescriptis. sciscitatus. Io.

& illis quibus specialiter à sede Apostolica iniungitur, & est speciale. j. eod. c. proxi. Vinc.

k ¶ *De mulieribus.*] non vouentibus, scilicet.

l ¶ *Viros suos.*] Et hic formauit archiepiscopus tertiam quæstionē. j. cap. proxi. §. quod autem.

gnare non possint, & illi [a] mendicare cogantur: nisi forte sint nobiles & magnates, qui suis secum expensis bellatores adducant: vel artifices & agricolæ, qui de laboribus suis sibi possint adquirere necessaria, & terræ subsidia ministrare: quāuis non multi talium, propter breuitatem possessionum, & paucitatem inhabitantium ibi sint opportuni. ¶ Vnde credimus distinguendum inter illos qui temporalem [b], & eos qui perpetuam impedimenti causam creduntur habere; quòd primis indulgenda est dilatio [c], secundis autem est redemptio iniungenda; ac rerum facultate pensata, quas possunt, aut quas facturi essent expensas, personarum præterea compensato† labore [d], in subsidium terræ sanctæ transmittant, exequentes per alios, quod per se nequeunt adimplere. ¶ Rursus inter illos qui pro defensione terræ sanctæ, votum peregrinationis emittunt, & eos, quibus pro satisfactione suorum criminum, iter peregrinationis iniungitur, credimus distinguendum: quòd circa primos [e], plus terræ sanctæ succursus; & circa secundos [f], plus labor itineris secundum intentionem vouentis, vel pœnitentis debet attendi. Vnde si quis hoc modo vouentium [g] est inutilis ad pugnandum, quamuis habilis [h] sit ad eundum, melius est redimere votum, quàm expensas consumere: quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non potest iter iniunctæ peregrinationis implere, sane valet intelligi: non autem de illo, qui quamuis sit impotens ad bellandum, potens tamen [i] est ad eundum†: & infra. ¶ De mulieribus [k] autem hoc credimus obseruandum, vt quæ remanere noluerint, viros suos [l] sequātur [m]: cæteræ vero [n] (nisi forte sint diuites, quæ secum in suis expensis possint ducere bellatores) votum redimant, quod vouerunt.

¶ Idem eidem.

¶ *Votum vltramarinum certis casibus redimi & commutari potest; non tamen per alium quàm per Papam, vel cum ipsius speciali mandato. hoc dicit, vsque ad §. secundo quæsiuisti.*

CAP. IX.

EX† multa tuę sollicitudinis prouidentia: & infra. ¶ Ex consultatione, quam ad inquisitionem tuam, super negotio Crucesignatorum olim edidimus, viā inuenisti ad alias quæstiones; & vtrum quod in ea dicitur, ius constituat generale, vt passim prælatis quibuslibet illos secundum formam expressam [o], absoluere liceat, qui eorum sunt iurisdictioni commissi, sollicite requisisti. Ad hoc igitur respondemus, quòd in consultatione nostra ius èditur: & licet ad quales [p], ad quos tamen† specialiter spectet eius executio, nullatenus explicatur: illis autem solummodò ius hoc exequendum incumbit [q], qui super hoc mandatū receperint à sede Apostolica speciale. Sic ergo illi est inquisitioni responsum, qua consequenter tua fraternitas requisiuit, de quibus religiosis intelligendū hoc esset: Vtrum scilicet ibi religiosi [r]† vocentur hi tantum, qui religionis habitum susceperunt, quorū plures idiotæ sunt & iuris ignari: an episcopi, qui sicut dignitate præcellunt, sic & religione [s] debent aliis præeminere; nam ad neutros [t] illius executio iuris spectat, nisi per Apostolicam sedem eis specialiter delegetur.

c ¶ *Dilatio.*] Expectandi enim sunt quousque causa impedimēti cessauerit. simile j. de sent. excom. de cætero. & c. quis. in fi. Idem est si p fortuitos casus impediretur, nihilominus cum potest, adimplere tenet. ff. de verb. obl. inter stipulantem. §. sacram. nisi certa res esset promissa, non in genere. C. si cer. peta. incendium. Io.

d ¶ *Compensato labore.*] Ieiuniis & orationibus: vt ȝ. e. proxi. circa fi. Lau. Vel vt q tm mittere teneantur p quanto nollent sustinere laborē hunc, sed vix potest æstimari. prima expositio melior est.

RVRSVS. In isto §. distinguitur inter illos qui p defensione terræ sanctæ votum peregrinationis emittunt, & illos qoibus pro satisfactione suorū peccatorū iter peregrinationis iniungitur: Circa primos plus cōsideratur succursus terræ sanctæ: Circa secundos labor itineris, sm intentionem vouentis, vel pœnitentis: & ideo si aliquis de vouentibus est inutilis ad pugnandum, melius est votum redimere quàm expensas consumere: Et de pœnitente qui nō potest pp debilitatem iter peregrinationis implere, idem est dicendum, scilicet vt redimat votū, sed non de illo qui potest ire, licet non possit pugnare: quia principalis causa consideranda est: Mulieres vero quæ nō vouerūt, si remanere noluerint, viros suos sequātur: illæ vero quæ vouerunt: nisi sint diuites, vt possint secum ducere bellatores, redimāt votum. Nota q votum pro terræ sanctæ subsidio factum, ex iusta causa potest redimi vel differri. Item in voto peregrinationis causa subsidij terræ sanctæ, & cōmutatio potest interuenire, non autem cum causa laboris & pœnitentiæ tantum imponitur. Item principalis causa voti consideranda est: & secundum illam dispensari debet.

e ¶ *Circa primos.*] scilicet, qui pro succursu terræ sanctæ votum emiserunt.

f ¶ *Circa secundos.*] scilicet, quibus pro satisfactione suorum criminum labor peregrinationis est iniunctus.

g ¶ *Vouentium.*] scilicet sponte, & non per pœnitētiam iniunctam.

h ¶ *Quamuis sit habilis.*] hic formatur secunda quæstio sequentis capituli. §. secundo quæsiuisti.

i ¶ *Potens tamen.*] Vnde non subest causa cur debeat immutare: aliàs qui iniunxit, vel quilibet maior eo eam posset immutare iure cōi, sed immutationem huiusmodi pœnitentiæ videtur reseruare sibi,

m ¶ *Sequātur.*] qui de vxorum licentia vouerunt: vel ex causa concedit Papa, q viri possunt vouere se ituros in subsidium terræ sanctæ inuitis vxoribus. j. c. proxi. versi. in tanta quoque.

n ¶ *Cætera vero.*] scilicet vouentes.

EX multa.] Quinque sunt dicta: Secundū ibi, *Secundo*. Tertium, ibi, *Quod autem*. Quartum: ibi, *In tanta*. Quintum: ibi, *De clericis*. Abbas Siculus.

CASVS. In cap. præcedenti, dr q circa crucesignatos dispensatur, vt illi votum redimant, qui ppetuo impedimento detinentur: quæsiuit archieps ille Cantuariens. vtrum id qd in decretali pdicta dr, ius generale constituat, vt licitum sit platis absoluere sibi subiectos sm formā sibi expressam. Præterea in dicta decretali in parte decisa dr̄ per viros religiosos poterit dispēsari: quæsiuit idem archieps, de qbus religiosis intelligatur: Rndet Papa ad primam quæstionem, q in consultatione pdicta ius cō stituitur generale, & licet dicatur ibi, ad quales scilicet viros religiosos, non tn̄ explicatur ibi ad quos eius executio specialiter spectet: dicit Papa, executiō illius iuris ad illos tm̄ ptinet, quibus à sede Apostolica fuerit iniunctum: per hanc rnsionē soluta est secunda quæstio, de quibus religiosis sit illud intelligēdum, scilicet, vtrum de regularibus, an de epis: ad neutros istorum executio illius iuris spectat, sed ad illos tm̄, qbus à sede Apostolica specialiter indulgetur.

o ¶ *Expressam.*] ȝ. cap. proxi.

p ¶ *Ad quales.*] scilicet, viros religiosos, de quibus fiebat mentio in c. proxi. quod super. sed illa clausula remota fuit, quæ posita erat sub illo. & j. ante §. illum de mulieribus.

q ¶ *Incumbit.*] Ecce hic vnum mirabile, q est ius cōe, vt dispenset in voto cum debilibus, & huiusmodi. arg. s. eod. c. 1. & tn̄ eius executio non pmittitur alicui, nisi cui Papa specialiter committit. qd tn̄ restringendum est circa votum huiusmodi, scilicet pro succursu terræ sanctæ emissum: ergo cum hic Papa sibi dispensationē referuet, i aliis votis epis dispēsationē indulget. arg. ȝ. c. 1. de sent. excō.

r ¶ *Religiosi.*] Religiosi dicuntur non solum monachi & regulares, sed & clerici: vt 1. q. 1. nullus. & etiam laici dicuntur religiosi. 28. distin. si qua vidua.

s ¶ *Religione.*] 1. q. 1. vilissimus. 8. q. 1. qualis erit.

t ¶ *Adneutros.*] Arg. generaliter dictū, nullis esse dictum. ȝ. de offi. deleg. ea parte 2. arg. C. de pig. l. 2. Io.

[1] Hic Longius cum subsit longa periodo, licet nō ppetua infirmitas, procellarum pelago, vel pro similia ... personarum. Ioan. And.

† compensato

† Consiue, eundē. addit in margine, alias consilium. vtrumque praeter hūc veterē exemplarium.

† Cap. 5. eo. tit. in 5. compilat. Et quatenus hoc agitur de crucesignatis p terræ sanctæ subsidio, vide post concilium Lateranen. sub Innocentio iii. in expeditione pro recuperanda terra sancta. adde tractatū de forma procedendi contra inquisitores de hæresi, vt de crucesignati. Doctores in c. excōicamus. § catholici. ȝ. de hæret. & plene Cāpegiū apud Zanchinū cap. 17.

† tantum, in vno vetustissimo exemplari.

† religiosi, qui & quot modis dicantur vide per Archidiaconum Ioannem And. & alios. in c. vt officium. §. verum quia. de hæret. lib. 6. tradit plene Albertinus in c. quoniam. de hæret. lib. 6. q. 1. per totam quæstionem.

SECVNDO. In præcedenti decretali dicitur, quod si quis vouentium est inutilis ad pugnandũ, quis sit habilis ad eundum, melius est redimere votum quàm expensas consumere: quæsiuit archiepiscopus, vtrũ sit generaliter intelligendum tam de nobilibus, qui secum possunt ducere bellatores, an de minoribus tantum? Respondet Papa, si diligẽter considerasset, quæstionem istam solutã inuenisset in decretali prædicta, vbi dicitur, quòd debiles & inopes magis in defectum quàm profectum accedunt, &c. Quod autem dicitur in fine præcedentis cap. mulieres quæ remanere voluerint, de illis intelligitur quæ per votum non sunt astrictæ. Item in voto isto viri vouere possunt sine consensu vxorum, propter necessitatem populi Christiani. Clerici vero qui vouerunt ire ad subsidium terræ sanctæ, cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnãdum, votum redimãt, nisi vel consilio sint strenui, vel officio prædicationis instructi, aut sint magnatum obsequio deputati; vel sint adeo diuites, vt secũ possint ducere bellatores: hoc autem de vouentibus intelligendũ est, non de illis quibus labor peregrinationis in pœnitẽtia est iniũctus. Nota hic ab initio vnũ mirabile, quòd ius cõe est, vt dispensetur in voto terræ sanctæ: & tamen eius executio nulli permittitur, nisi cui Papa specialiter committat. Item quod generaliter dictum est, generaliter est intelligendum. Item nota casum, vbi vir potest sine vxoris consensu vouere, & in eius præiudicium. Item clerici pugnare non debent.

a ¶ *Maturitate tamen consilij.*] Idem dicit lex in aduocatis, qui non minus prodent generi humano, quàm si patriam armis defenderent. C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati. Et lex dicit, quod omnibus æque postliminium est, non solum his qui pugnare possunt, sed omnibus qui eiusmodi naturæ sunt, vt consilio vel auxilio, vel alijs modis vsui esse possint: vt ff. de cap. & postli. reuer. l. postliminium. §. vlti. & consilio pollet cui vim natura negauit & est si. ff. de vac. munerũ. l. 2. §. qui ita. & §. seq.

b ¶ *Superius ponitur.*] s. cap. proxi. in fi. & hoc statim sequitur.

c ¶ *Viri præter vxorum.*] Specialissimus casus est iste, quod vir potest emittere votum præter licẽtiam vxoris, contra illa iura. 33. q. 5. quod Deo. & 27. q. 2. si tu abstines. & per hoc vr, quod aliquod votum sit maius voto continentiæ: nam propter continentiam etiam ad tempus non liceret hoc fieri: vt 33. q. 5. cap. 1. sed in voto abstinentiæ secus videtur, dum tamen per tale votum neutri fiat præiudicium. 33. q. 5. noluit. Io.

¶ *Habiles ad eundum, sed inhabiles ad pugnandum, si sint strenui consilio, vel milites bellatores possunt secum ducere, votum vltramarinum nõ redimũt. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ Secundo quæsiuisti, vtrum quod dicitur, Si quis vouentiũ est inutilis ad pugnãdũ, quamuis sit habilis ad eundum, melius est, vt redimat votũ, quàm consumat expensas, generaliter accipi debeat, vt nobiles & magnates qui sunt consilio strenui, & multos secum possunt trahere bellatores, an minores tantummodo verbum huiusmodi comprehendat? Verum si ad superiora oculũ tuæ considerationis extendas, quæstionem istam inuenies in serie consultationis nostræ solutam, vbi dicitur, quòd debiles & inopes, magis in defectum terræ sanctæ, quàm ad eius profectũ accedunt, &c. Quamuis possit aliter responderi, quòd non sunt inutiles ad pugnandum, qui etsi per se pugnare non possunt, maturitate tamen consilij[a], adesse valent pugnãtibus, & personæ defectum per alios releuare: & infra.

¶ *Vxores possunt sequi viros vltra mare si volunt, sed non tenentur, nisi & ipsæ vouerint. hoc dicit. Abbas.*

¶ Quod autem superius ponitur[b], mulieres quæ remanere noluerint, &c. de illis intelligendum esse videtur, quæ se ad peregrinationis propositum, nullius voti vinculo astrinxerunt: & infra.

¶ *Viri sine consensu vxorum emittere possunt votum vltra marinum. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terræ sanctæ impediatur subsidium, viri præter vxorum[c] assensum, huius peregrinationis propositũ, vouere libere valent: & quod vouerint, libere adimplere. Vt autem consentiant, sunt attentius commonendæ.

d ¶ *Inhabiles ad pugnandum.*] clerici vero pugnare non debẽt. Arma enim clericorum sunt lacrymæ. 23. q. 8. clerici qui in quacunque. c. quicunque. & c. conuenior. licet non minus pugnet qui consilio pugnat, vt dictum est in notula, idem dicit lex.

e ¶ *Obsequio deputati.*] qui ex debito officij eos sequi tenerentur. j. de senten. excomm. inter alia.

¶ *Clerici tanquam inhabiles ad pugnandum redimunt votum vltramarinum, nisi in certis casibus. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ De clericis vero duximus respondendum, quòd cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum[d]; nisi vel consilio strenui, vel officio prædicationis instructi, aut magnatum sint obsequio deputati[e], aut vsque adeo diuites fuerint & potentes, vt in expensis suis aliquos secum ducere valeant bellatores, magis ab eis expedit redemptionem accipere, quàm ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel vtilitas persuadet. Hæc autem de vouentibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis, in pœnitentia est iniunctus[f].

¶ Idem.

¶ *Qui vouit religionem ingredi, si voto non completo fiat episcopus, renunciare debet, & votum implere. Sic communiter summatur.*

CAP. X.

PEr tuas nobis litteras intimasti, te in Grationopolitana ecclesia suscipiendi habitum regularem, votum solemniter emisisse; & postea promisisse in manibus prælati eiusdẽ ecclesiæ, te infra duos menses[g] postquam ab Apostolica sede redijsses, votum quod emiseras impleturum. Cumque termino ipso transacto, non curasses quod voueras adimplere, tandem existens voti transgressor, vocatus fuisti ad regimen ecclesiæ Gebẽnensis: & infra. ¶ Nos igitur tuæ discretioni consulimus, vt si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes ecclesiæ memoratæ, ac reddas altissimo vota[h] tua. Quòd si Capitulum eiusdem Gebeñ. ecclesiæ, te postmodum canonice duxerit eligendum[i], electionem recipere poteris de te factam.

¶ *Glo. seq. arguit & soluit contrarium.*

f ¶ *In pœnitentia est iniunctus.*] Videtur ergo quod mutatio voti non possit fieri in his pœnitentijs imponendis. arg. s. 82. distin. presbyter si fornicationem.

PEr tuas.] Communis diuisio. Secũda ibi, Nos igitur. Abbas.

CASVS. Quidã emisit votum solemniter suscipiendi habitũ regularẽ in Grationopolitana ecclesia: & postea promisit, quod infra certũ tempus votum quod emiserat adimpleret: tandẽ termino transacto, votum suum non adimpleuit: postmodũ vocatus fuit ad regimen ecclesiæ Gebeñ. iste considerans quod votum emiserat, nec fecerat quod promisit, petijt consilium à dño Papa, & ipse consuluit ei, vt si suam sanare desiderat conscientiam, resignet regimen ecclesiæ Gebeñ. & reddat Dño votum suũ: si postmodũ capitulum ecclesiæ prædictæ ipsum duxerit eligẽdum, electionem poterit recipere de se factam. Nota quod qui promittit solemniter religionem intrare, omnino intrare tenetur.

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

g ¶ *Duos menses.*] Si hoc non apposuisset, nihilominus tenebatur suscipere habitum regularẽ, & deberet ad hoc compelli, cum ad hoc voto solemni se astrinxerit. s. de conuersione coniugatorum, ex parte. in fi. s. de reg. porrectum. Sed quid si prælatus & fratres prædicti loci nollent ipsum postea recipere? Tunc non diceretur transgressor voti, si per eum non stetit infra tempus statutum. si. j. de spon. sicut. sed ipsi possunt cõpelli, vt eum recipiant, ex quo promiserunt illum recipere: quia qua ratione ille compellitur ad votum reddendum per decretalem prædictam, porrectum. eadem ratione & illi, ex quo votum suum emittit, & recipitur ab abbate. arg. s. de reg. cap. vlti. nisi aliud rationabile obsistat.

h ¶ *Reddas altissimo vota.*] sic s. eod. magnæ. cum hoc sit præceptũ vt ibi: quia Dñs exigit oblatum, quod nõ exigeret offerendum. 27. q. 1. nuptiarum. in fine

¶ *Glo. seq. notat regularem eligi posse, & c. arg. contrarium.*

i ¶ *Eligendũ.*] & sic patet quod canonicus regularis potest eligi ad regimen

Abbas intr. vt nobiles etiam magnates.

Circa hoc dictũ vide B. Thomã 2. 2. q. 88. art. 12. & Summ. lib. 7. de insti. & iure q. 4. art. 2.

De mutatione voti in pœnitentia vide B. Thomã 2. 2. q. 88.

Grationopolitana. Grationopolitana, sed Gratianopolitana.

Vide concilium Tridentinum sess. 25. cap. de regularibus cap. 1.

regimen ecclesiae secularis: quia haec Gebeñ. ecclesia secularis est: alias quare diceret; redde Dño vota tua? & de iure cōi ex quo dicit, duxit eligendum. & ad idem facit ī. tit. proxi. q Dei timorem. vbi de hoc. tñ ibi ɔ potest sumi arg. q nō de iure cōi, vbi dicit; sicut annuendum duximus postulationi, &c. sed tñ aliud vr hic: quia ecclesia Gebeñ. cathedralis est, & monachi regulares de iure cōi possunt eligi in epos. 18. q. 1. c. 1. & sic non probatur p hanc decretalem, q de iure cōi eligi possunt ad inferiores dignitates curam aiarum habentes. & iste monachus fieri nō poterat existendo eps, nisi resignaret epatum, cum ecclesia Gebeñ. secularis esset.

Postulastis.] Diuiditur. Primo ponitur consultatio. Secūdo responsio: ibi, Discretioni. & pro casu praemitte quod habetur in glo. Abbas Siculus.

Casus. Duo Priores regulares, quorũ vnus erat Crucesignatus, & alter signo crucis desiderabat insignari, petierunt à dño Papa, vt liceret eis secum deferre vicesimam prouētuum ecclesiarũ suarum, deputatam succursui terrae sanctae: Rñdet eis Papa: Si ecclesiae suae pro ipsorum absentia enormiter non laedantur, & ipsi vtiles fuerint terrae sanctae verbo & exemplo, (quod tñ committit illorum conscientiae) dimissis procuratoribus idoneis ī ecclesijs suis, tenentur votum suum explere: & sic poterunt vicesimam ecclesiarum suarum, deputatā subsidio terrae sanctae, secum portare. Nota, q cum praelatus se absentat ab ecclesia sua, tenetur dimittere procuratorem, qui vice sua pcuret negotia ecclesiae suae, tam in iudicio q̃ extra iudicium, & istud tenent omnes.

a Vicesimam.] quam soluere tenebãtur oẽs, tam clerici seculares, q̃ regulares ad subsidium terrae sanctae, sm qd fuerat constitutum in concilio generali in decretali illa, ad liberandã, quae non est in hac cōpilatione: sed qui erant crucesignati, vel qui etiam vellēt signari, non tenebant ad hoc, imo sibi poterāt retinere, vt hic dicit.

Glo. seq. arguit, signat contrarium, & remittit.

b Enormiter.] & ita non vult Papa pp succursum terrae sanctae, ecclesias istas enormiter aggrauari in absentia istorũ, in quo casu cessat priuilegium. ī. de decimis, suggestum. & ī. de verb. sign. qd per nouale. & si non potest alter subueniri quin alter laedatur, commodius est neutrum iuuare q̃ alterum laedere. 14. q. 5. denique. 22. q. 2. primum. ff. de cond. indeb. nam hoc natura. Item nota q hic non praefertur publica vtilitas priuatae. arg. ad hoc ī. eod. non est. & est arg. contra id. 7. q. 1. scias. & ī. de postu. c. 3. vbi de hoc.

c Verbo.] scilicet praedicationis: quia licet per officium suũ inhabiles sint ad pugnandum, possunt tamen in alijs se vtiliter habere. ī. eod. ex multa.

d Exemplo.] bonae vitae scilicet: quia verbo & exemplo dicimur praedicare. 43. dist. sit rector.

e Conscientiae vestrae.] ecce q relinquitur aliquis pprie conscientiae suae. sic. ī. c. prox. & 33. q. 4. vir cum propria. ī. de renun. nisi cū pridem. in fi. & 33. dist. habuisse. & 4. dist. denique. & 15. q. 8. cap. 1. & ī. de turcitur. mulieri. quia de nemine praesumendum est q sit immemor suae salutis. 1. q. 7. sancimus.

Glossa sequens arguit.

Haresbeneñ. & Bengadeñ. praepositus.

vtiles

Quo ordine crucesignabantur, qui crucis characterem desiderant insigniri, tradit Campegius in fine tractatus Zanchini de haeretico, in instructione de modo crucesignandi.

Honorius tertius Haresbeñ. & Bengad. praepositus.

Praelatus etiam professus potest votum vltramarinum emittere, et in suos vsus vicesimam prouentuum ecclesiae conuertere.

CAP. XI.

POstulastis à nobis, an vobis professis ordinem regularem, quorum alter Crucesignatus est, & reliquus charactere crucis desiderat insigniri, liceat vicesimam[a] prouentuum ecclesiarum vestrarum deputatam succursui terrae sanctae, deferre vobiscum: & infra. Discretioni vestrae taliter respondemus, quod si ecclesiae vestrae per absentiam vestrā enormiter[b] non laedantur, & vos vtiles fueritis terrae sanctae verbo[c] pariter & exēplo[d], (quod conscientiae[e] vestrae duximus relinquendum) dimissis procuratoribus[f] idoneis in ecclesijs vestris, potestis & tenemini[g] votum peregrinationis implere: & sic potest in vsus vestros transire vicesima ecclesiarum vestrarum, terrae sanctae subsidio deputata.

TITULUS XXXV.

De statu monachorum, & canonicorum regularium.

Gregorius archiepiscopo Neapolis.

Dioecesanus non debet molestare monasteria, praeterquam pro causa correctionis: nec eis oblata sibi vendicare.

CAP. I.

THeodosius: & infra. Alicui monasterio nec tu, nec presbyteri tui, praeter diligentiam disciplinae[h], aliquid molestiae inferatis[i]. Aut si quid illic pro diuersorum deuotione accesserit[k], vobis vendicare aestimetis: Cum monachis ibi seruientibus debeat proficere, quicquid à fidelibus taliter offerri contingit.

Ex concilio Lateranensi.

Monachi non debent poni singuli per parochias. hoc primo. Si pro monachatu aliquid detur, receptus à sacris ordinibus prohibetur: & recipiens ab officio suspenditur. hoc secundo. Monachus habens peculium sine licentia abbatis, ab altaris communione remouetur: & sic decedens, sepultura & fratrum communione priuatur. hoc tertio. Si pecunia confertur pro habendo aliquod officium in monasterio, dans & recipiens deponuntur. hoc quarto. In prioratibus conuentualibus per electionem instituti non sunt remouendi sine causa rationabili, & de causa rationabili, tria ponit exempla. hoc dicit comprehendēdo substantiam.

CAP. II.

MONACHI non pre-

f Procuratoribus.] Nota arg. q praelatus qñ se absentat ab ecclesia iusta de causa, & de licentia superioris, dimittere debet procuratorem in loco sui, qui procuret vtilitatem ecclesiae.

Glossa sequens obijcit, & soluit.

g Tenemini.] Sed quare dicit, tenemini, cum alter istorum nondũ fecerit votum, sed dicat tm̃, desiderat insigniri? Sed dic q ille, licet votum adhuc non emiserit, tñ iam in animo suo plene deliberauerat, & propositum suũ in hoc fixerat: vnde sine peccato ɔuenire non poterat. 17. q. 1. qui bona. & sic ī. eod. c. 2. aliàs non diceretur transgressor. ī. eo. literaturam.

DE STATU MONACHORŨ & canonicorũ regulariũ.

Supra visum est de conuer. coniug. item de votis. sed quia conuersi ad religionem, vel vouentes ingredi, efficiuntur vt plurimum monachi, vel canonici regulares, ideo post rubricas praecedētes subijcitur ista. Abbas.

De hac materia tractatur 58. dist. & 16. q. 1. 18. q. 1. & q. 2. per totũ. & generaliter a 16. causa vsque ad 21.

THeodosius.] Monasteria sunt excepta à lege dioecesana, non à lege iurisdictionis. Sic cōiter summatur: sed haec vocabula sunt potius magistralia q̃ iuris. & ponit duas prohibitiones, & tertio rationem subijcit. Secunda: ibi, Aut. tertia: ibi, Cum. Abbas Siculus.

Casus. Archiepiscopus Neapolitanus monasteria sua grauabat, & ea quae offerebantur ibidem sibi vendicare volebat: vnde Papa mandat eidem, quatenus nec ipse, nec presbyteri sui alicui monasterio aliquid molestiae inferant, pter solam disciplinam: & si aliquid illic à fidelibus accesserit, nihil sibi debeat vendicare, sed totum monachis ibi seruientibus proficiat. Nota q eps nihil iuris habet in monachos, nisi causa disciplinae. Itē de eo q monachis offertur, nihil debet episcopus vendicare.

Glo. seq. vers. per obiectionem quam soluit, & remittit.

h Disciplinae.] hoc intellige cum monachi populum non habent: quia tunc solam disciplinam debent. 16. q. 1. cum pro vtilitate. nisi sit honestum seruitium debitum ex constitutione, vel consuetudine. 18. q. 2. seruitium. & 1. q. 3. quaesitum. Si enim haberent populum, tunc monasteria subsunt episcopo ratione populi, quo ad legem dioecesanam. arg. 18. q. 2. Eleutherius. de hoc dictum est ī. de offi. ord. dilectus filius.

i Inferatis.] nisi hoc solum quod canones iubent. 18. q. 2. hoc tantum. & c. quàm sit. & c. luminoso.

Glo. seq. recitatur per obiectionem.

k Accesserit.] in vita: quoniam si in morte causa sepulturae aliqđ relinqueretur, inde episcopus debet habere canonicam portionē. ī. de sepultu. de his. & cap. cum super. & ī. de testa. requisisti. nisi consuetudo repugnet.

MOnachi.] In hoc cap. quod cōiter non summatur, quinque sunt dicta. Secundum: ibi, Si quis. Tertium: ibi, Quo vero. Quartũ: ibi, Prioratus. Quintum: ibi, Priores. Abbas.

Casus. Statuit Lateran. concilium, q monachi non recipiãtur precio in monasterijs, nec peculiũ habeãt, nec soli p parochias ha-

Praelati enim est illis, & prouidere: vt patet in superscriptione decretalis.

Theodosius

Concilium Lateranen. sub Alex. iij can. Et cap. 20 cont. in 10 compilat.

biteru: quia væ soli: qa non est q subleuet eũ si ceciderit: & q dederit, & qui receperit, puniatur. Qui vero peculium habuerit, nisi forte ab abbate fuerit ei pro iniuncta administratione pmissum, à cõione remoueatur altaris: & qui cũ peculio in extremis inuentus fuerit, & nõ restituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturã: qđ itel ligendũ est de oĩbus religiosis: Abbas autem qui ista diligenter non cauerit, officij sui iactu ram se nouerit incursurum: item nullum officium pretio alicui concedatur, alioquin dãtes & accipiẽtes à ministerio fiant ecclesiastico alieni. In fin. dicit, q Priores q p electionem canonicam capituli sui fuerint instituti, nõ mutentur, nec remouebitur nisi p manifesta causa. Nota q monachus pro sua receptione in monachum, nihil debet dare. Item nõ debet habere peculium. Item solus habitare non debet. Itẽ pœna dantis pecuniam pro sua receptione, est q non potest ad sacros ordines promoueri. Itẽ in casu monach' potest habere peculium, scilicet causa administrationis. Item pœna habẽtis peculiũ est penitus in morte carere sepultura. Item Prioratus vel officia pro pretio alicui dari non debent. Itẽ nota hic differentiam inter Priorẽ conuentualẽ & aliũ: quia Prior conuentualis deponi nõ potest nisi pro manifesta & rõnabili causa, puta, si sit dilapidator, vel viuat incontinenter.

a ¶ *Pretio.*] j. de simo. quoniam simoniaca.

b ¶ *Peculium.*] nisi pro iniuncta administratione: vt j. sequitur.

¶ *Gl. seq. recte p obiectionem de canonibus.* 16. q. 1. *& ante.*

tio [a]. recipiatur in monasterio, nec peculium [b] † permittantur habere: nec singuli per villas & oppida, per quascunque parochiales [c] ponantur ecclesias: sed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant: nec soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum expectent, Salomone † dicente, Væ soli [d]: quia cum † ceciderit, non est qui subleuet eum. ¶ Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros ordines [e] non ascendat: Is vero qui eum receperit †, officij suspensione mulctetur. ¶ Qui † vero peculium habuerit: nisi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum [f], à communione remoueatur altaris: & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, & digne non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres † accipiat sepulturam [g]: quod etiam de vniuersis religiosis præcipimus obseruari. Abbas autem, qui diligenter ista non cauerit †, officij sui iacturam se nouerit incursurum. ¶ Prioratus quoque seu Obedientiæ, pretij donatione nulli tradantur [h], alioquin dantes & accipientes, à ministerio fiant ecclesiastico alieni. ¶ Priores autem cum in ecclesiis conuentualibus, per electionem capitulorum suorum, canonice fuerint instituti, nisi pro manifesta & rationabili causa nõ mutentur [i]: videlicet † si fuerint dilapidatores [k], si incontinenter vixerint, aut tale aliquid † egerint, pro quo amouendi merito videantur; aut si etiam pro necessitate maioris officij, de consilio fratrum fuerint transferendi.

¶ Alexander tertius Abbatibus & conuentibus Cisterciẽs. ordinis.

¶ *Monet Cistercienses, vt seruent regulam secundum primæuam institutionem. hoc dicit primo. Et domus religiosa aggregata Cisterciensibus, eorum mores seruare tenetur. hoc dicit secundo.*

CAP. III.

RĔcolentes † qualiter hæc sancta plantatio: & infra. ¶ Dolentes dicimus, quòd etsi non ab omnibus, neque in omnibus, à plerisque tamen & in pluribus, ab illa sancta institutione dicitur declinatum, intantum, vt aliqui ex vobis primæ institutionis obliti [l], contra ordinis vestri regulam villas, ecclesias [m], & altaria [n] possident, fidelitates † & hominia [o] benignè suscipiunt, iustitiarias [p], & tributarias [q] tenent: & infra. ¶ Ideoque precibus & monitis exhortamur, quatenus domus illæ quæ à prima sui origine, in ipso ordine sunt fundatæ, constitutis [r] ter-

g ¶ *Sepulturam.*] sic j. eod. cum ad monasterium. & c. super quodam. & hoc idem locum habet in quolibet quem constat decessisse in mortali peccato. 88. dist. neq; apud. 13. q. 2. pro obeuntibus. & 23. q. 5. placuit. Ala.

h ¶ *Nulli tradantur.*] vt fiat ibi custos. vel procurator ibi cõstituatur. 1. q. 1. si quis episcopus. & q. 3. saluator.

¶ *Glossa sequens recitatur per contrarium de §. tales.*

i ¶ *Non mutentur.*] hoc intelligitur de illis qui instituuntur perpetuo p canonicam electionem capituli, & confirmationem superioris. Isti sine certa causa remoueri non debent: quia sine culpa nemo priuari debet iure suo. 56. dist. satis peruersum. & 16. q. vlt. inuentum. ǯ. de iudi. cap. 1. Alij Priores qui per electionem canonicam non creant, ad volũtatem abbatum suorum remouentur. j. eo. cum ad monasteriũ. §. tales. & huiusmodi regularibus non confirmantur Prioratus. ǯ. de confirmatio. porrecta. Tanc.

k ¶ *Dilapidatores.*] propter hoc bene remouentur. 3. q. 2. quia ea quæ. & j. de simo. licet Hely. & c. per tuas. & ǯ. de off. deleg. venerabilis. & hoc si probetur. & pp incontinentiam remouetur abbas. 18. q. 2. si quis. Abbas.

R*ecolentes.*] Diuidit in quatuor partes. Primo Cistercieñ. ordo fm antiqua tẽpora multipliciter commẽdatur. Secundo modernis tpibus consideratis reprehenditur. Tertio vt Cistercienses suis terminis sint contenti monentur. Quarto, q domus eis aggregatæ debeant se moribus istis conformare, instruuntur. Secunda: ibi, *Dolentes.* Tertia: ibi, *Ideoque.* Quarta: ibi, *Ceterum.* Abbas Siculus.

CASVS. Abbates & cõuentus Cistercieñ. ordinis in multis recessarunt à sua prima institutione, intantum, vt multi ex illis ǯ regulam ordinis, sibi vendicent villas, ecclesias, & fidelitates, & alia, quæ ab honestate regulari discrepant: de quibus Papa dicit se cõdolere: vnde mandat eis quatenus domus illorum suis terminis sint cõtentæ, fm quod à prima sui origine fundatæ sunt: Si enim suas institutiones reliquerint, & conuerti ad cõia iura aliorum monasteriorũ voluerint, oportebit eos iure cõi censeri, quia dignum est, vt qui similem cũ aliis suscipiunt vitam, similem sentiant in legibus disciplinam: In fine dicit, q domus aliæ, quæ ad istorũ ordinẽ sunt translatæ, vel se transtulerunt, institutionibus istorum se cõforment. Nota q qui similẽ vitam ducunt, simili debent foro conueniri, vel priuilegio gaudere. Item qđ alij aggregatur, eius naturã debet imitari.

l ¶ *Obliti.*] qui eam sciuerunt.

m ¶ *Ecclesias.*] quas possunt habere nigri monachi.

n ¶ *Altaria.*] 1. q. 3. quæsitum. vbi ecclesiæ vulgari vocabulo altaria nuncupant, sed hic restringit ad decimas [4], pp verbum, ecclesias.

o ¶ *Hominia.*] à vasallis, feudum ab ipsis eis tenentibus.

p ¶ *Iustitiarias.*] id est, officia iudicum secularium, qui iustitiarij in aliquibus locis appellantur.

q ¶ *Tributarias.*] id est, officia colligẽtium tributa: qui enim deseruiunt Deo, talibus se implicare non debent. 21. q. 3. c. 1. & 2.

r ¶ *Constitutis terminis.*] quia quilibet debet esse contentus terminis

c ¶ *Parochiales.*] & sic patet, q monachi singuli in parochialibus ecclesijs esse non debent. Et istud quidem ius commune est, quod hic dicitur ex dispensatione: tñ vr q monachus potest præfici in parochiali ecclesia. 16. q. 1. in parochia. & c. cum pro vtilitate. & c. doctos. & c. si monachus. & c. si qs monachus. in collegiata vero ecclesia videtur q de iure communi possunt eligi. j. eo. quod Dei timorem. & arg. s. tit. proxi. per tuas. T.

d ¶ *Væ soli.*] 7. q. 1. illud. 81. dist. in omnibus.

e ¶ *Ad sacros ordines.*] & insuper de monasterio expellatur [1] fm q traditur j. de simo. quoniam simoniaca. Vel debet sibi pecunia restitui, & intret aliud monasterium. eo. tit. veniens.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, op. posit. cui signat contrarium, & posit opinio. Hug. quam approbat cui signat contrarium de decre. dudum.*

f ¶ *Administratione permissum.*] aliàs proprium habere non potest. 12. q. 1. non dicatis. 27. q. 1. monacho. 18. q. 1. c. 1. & j. eo. cũ ad monasterium. Arg ǯ. 27. q. 1. de viduis. Illud planũ est, q monachus propriũ habere non potest [2]: immo & si sub ea conditione fieret monachus vt habeat pprium, conditio frangitur, & remanebit monachus. arg. j. de conditio. appo. quicũq. vbi tenet matrimonium, & cõditio frangitur. arg. ad hoc. ff. si vsusfru. peta. l. 1. §. 1. ff. de vsu & habi. sed neq. & C. de institutio. sub condit. reprehẽdenda. Arg. ǯ. manifestum. j. de conditio. apposi. c. vlt. vbi dr, q si conditio quæ sit ǯ substantiam matrimonij, apponitur in matrimonio, matrimonium nullum est: sed hæc conditio de proprio retinendo, est ǯ substantiam monachatus, vt vr: quia dñs Papa in eo dispensare non potest, sicut nec in continentia [3]. j. eo. cum ad monasterium. in fi. & est arg. ad hoc 31. q. 2. solet. In hac opinio. fuit Hu. & idem credo quòd non sit monachus: quia pprietatis abdicatio & continentia castitatis sunt de substantia monachatus sicut in matrimonio carnali. Arg. contra. ǯ. de conuer. coniu. dudum.

a peculiũ, id est, proprium vide l. cogi. ff. ad Trebellia.

b Ecclesiastico cap. 4.

b recipit

c Vide concilium Trident. sessio. 25. tit. de regularibus. cap. 2.

d Qui dicit tur fratres, & qui monachi, & quò differant à monacis regularibus, tradit Iason § Authen. ingressi. C. de sacrosan. ecclesi.

e contanesie, in conuentu

1 Nec obst. 20. q. 3. constituit. qd loquitur de illis, qui non sunt simoniaci, & ibi Tan. Vincen. & Gof. lo.

2 De hoc vide concilium Tridentinum paulo ante citatum.

3 De hoc articulo vide quæ citauit j. hoc tit. c. cum in vltimis verbis illius cap.

4 Vel alias fiunt decimæ & propter altaria proueniunt. Ioa. And.

minis suis. 13. quæst 1. cap. 1. & ĩ. de sepul. cap. 1.

a ¶ *Communi iure censeri.*] quia per hoc, priuilegio suo renunciare videntur, ex quo abutuntur eo. 11. q. 3. priuilegiũ. fi. ĩ. de vita & honesta. cleri. c. vlt. & ĩ. de cle. coniuga. ex parte. quia duplici iure censeri nõ debẽt. 12. q. 2. cognouimus. in fi. & ĩ. de deci. cũ in tua.

b ¶ *Vel etiam commutatis.*] datis villis pro agris: quia villas habere non debent: vt ĩ. dicitur.

c ¶ *Coaptent.*] & ita id quod aggregatur alij, ipsius naturã imitari debet. 16. q. 1. tpis qualitas. & c. sequen. ĩ. ne sede vacante. c. 1. vbi notatur de hac vnione.

Super.] Communis diuisio. Secunda: ibi, *Inquisitioni*, quam prorogat: ibi, *Hoc autem*. Abbas.

Casus. Quicunque regularis in morte cum peculio inuentus fuerit, inter fratres non debet sepeliri: & si sepultus fuerit, debet inde eijci, dummodo sine scandalo fieri possit. Nota, ꝙ monachus habens proprium, in morte nõ debet cum fratribus sepeliri. Item in similibus idem est iudicium.

d ¶ *Proprium, quod contra.*] cum talibus non dignatur Dñs fieri pars calicis eorum. 12. q. 1. clericus. & c. nolo.

e ¶ *Sepultura.*] pro eo ꝙ in mortali peccato mortuus est. sic ĩ. eod. monachi. §. qui vero. & ĩ. eod. cap. 2. pro talibus enim sancta non orat ecclesia. 13. q. 2. pro obeuntibus. & 23. q. 5. placuit. Ber.

f ¶ *Maximo scandalo.*] pro quo vitando multa fiunt & omittuntur, dũmodo sine peccato mortali possit fieri vel omitti. ĩ. de noui operis nunciatione, cum ex iniuncto.

g ¶ *Proijci.*] si ossa illius possũt discerni ab alijs. ĩ. de sepultu. sacris.

h ¶ *In similibus.*] sic ĩ. de rescript. inter cæteras. & ita de similibus ad similia procedendum est, ff. de legatis. non possunt. Ber.

minis sint contentæ & infra. ¶ Si enim relictis originalibus ordinis institutis, ad cõmunia volueritis aliorum monasteriorum iura diuertere, oportebit vos communi iure censeri[a]: quia dignum est, vt qui similẽ cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam. ¶ Cæterum domus illæ, quæ de aliis institutionibus ad vestrũ ordinem se transtulerint, vestris omnino se satagant vsibus cõformare: & relictis possessionibus vel etiam commutatis[b], quas institutio vestra nõ recipit, sic se in omnibus religioni vestræ coaptẽt[c], vt quemadmodum gaudent se in societatem ordinis, & habitus identitatem assumptas, sic etiam in paupertate seculariũ rerum se lætentur vestris institutionibus conformatas.

¶ Clemens tertius.

¶ *Regularis canonicus, qui non resignauit proprium in morte, non debet in cœmiterio sepeliri: & si de facto sepultus fuit, inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest.*

CAP. IIII.

Super † quodã canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet à Priore suo commonitus, propriũ[d], quod contra regulam latẽter habuerat, noluit resignare, & sic diẽ clausit extremum, & fuit inter alios fratres traditus sepulturæ: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd ille canonicus, non tãtum fuit Christiana sepultura[e] priuandus, verũ etiam si sine maximo scãdalo[f] potuit † fieri, de ipsa proijci[g] dignus est ecclesia. Hoc autem cum forte contigerit, in similibus[h] est agendum.

Quod Dei.] Diuiditur in tres partes. Primo ponit exordium, Secundo facti narratio & supplicatio. Tertio supplicationis admissio cum duplici motiuo. Secunda: ibi, *Sane*, Tertia: ibi, *Licet*. Abbas.

Casus. Quidam plebanus sancti Gauinij desiderans ad frugẽ melioris vitæ transire, coram fratribus sancti Victoris, renunciauit officium plebani, promissionem faciens de sua conuersione: professionem tñ solemnem non fecit; nec habitũ assumpsit: parochiani illius considerantes laudabilem administrationem ipsius, impetrauerunt à Florentino epõ, vt adhuc administraret ibidem: & hoc idem obtinuerunt à quodam legato Apostolicæ sedis: postmodum petierunt à Papa, ꝙ hoc ratum haberet, præcipue cum illud fecisset de licentia Prioris sancti Victoris: Sup hoc rescribit Papa eidẽ plebano dicens, ꝙ licet in concilio Lateranẽ. de monachis caueatur, ne soli per villas & oppida esse debeant: de regularibus tñ hoc non cauetur, qui etsi non putentur seiuncti à monachis, regulæ tñ inseruiunt laxiori, & monachi p canões antiquos ad curam parochialium ecclesiarũ ordinantur, ex quo debent prædicationis officium exercere. qđ priuilegiatum est: sic ergo annuit postulationibus pdictorum parochianorum, vt ibi exerceat plebani officium, ita ꝙ vnum canonicum regularem (si fieri potest) habeat secum.

¶ Innocentius iij. V. plebano sancti Gauinij †.

¶ *Canonicus regularis potest præfici ecclesiæ parochiali, etiam seculari: sed debet habere socium secum, sui ordinis, si commode fieri potest.*

CAP. V.

Quòd † Dei timorem præ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur euidenter, cum opera, quæ facis, testimonium perhibeant veritati. ¶ Sane quondam desiderans ad frugem melioris vitæ transire, officium plebani resignans, coram fratribus[i] sancti Victoris Bononiẽ. promissionem[i] de tua conuersione fecisti, neque professionem solemnem emittens, neque habitum religionis assumens: sed parochiani plebis eiusdem attendentes, te laudabiliter præfuisse, à Florentino episcopo impetrauerunt, vt ministrares[k] ibidem. hoc etiam P. presbyter Cardinalis tunc Apostolicæ sedis legatus proponitur annuisse, quod iam dicti parochiani à nobis ratum haberi, suppliciter † postularunt; præsertim cum de licentia Prioris sancti Victoris, noscaris hactenus id fecisse. ¶ Licet autem in Lateranẽ.[l] † concilio de monachis caueatur, ne singuli per villas & oppida, per quascunq; parochiales ponantur ecclesias, & cætera: quia tamen istud de canonicis regularibus specialiter non cauetur, qui etsi à sanctorum monachorum consortio non putentur seiuncti, regulæ tamen inseruiunt laxiori[m]; & per antiquos canones[n] etiam monachi possunt ad ecclesiarum parochialium regimen[o] in presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis †. officiũ

Nota ꝙ qui promittit regularem vitam assumere, tenetur religionem intrare: & posset ad hoc compelli. Item monachi soli habitare non debent. Item licet eadem sit substantia ordinis canonicorum regulariũ & monachorũ: est tñ differẽtia in qualitatibus. Item monachi possunt habere populũ. Item officium presbyterorum est prædicare. Item officium prædicationis priuilegiatũ est.

i ¶ *Promissionem.*] Ex qua obligatus fuit ad obseruantiam regularẽ seruandam: licet non fecerit professionẽ, vnde posset compelli ex sua promissione si nollet. ĩ. de reg. porrectum. & supra tit. proximo. per tuas.

k ¶ *Ministrares ibidem.*] Aliter non poterat ibi ministrare, nisi de licentia epi, cum iam renunciasset officio plebaniæ quantum in se fuit. ĩ. de renun. quod in dubiis. tamen intelligo ꝙ renũciatio tenuit.

l ¶ *Lateranen. concilio.*] ĩ. eod. monachi.

m ¶ *Laxiori.*] aliàs æquiparãtur monachi & canonici regulares ĩ multis. 20. q. 3. præsens clericus. & ĩ. ne cleri. vel mona. super specula. & supra de postula. ex parte.

n ¶ *Canones.*] 16. q. 1. doctos. & 55. distin. priscis.

¶ *Glo. seq. quærit, ponit duas opi. & solu. Secundo obijcit de decret. per tuas. & soluit.*

o ¶ *Regimen in presbyteros.*] Vtrum monachi de iure cõi, vel dispensatione possint ad regimẽ animarum assumi, dubitari consueuit: Dicunt quidam, ꝙ hodie possunt de iure communi, olim tamẽ ex dispensatione: vt 55. dist. priscis. Alij dicunt, ꝙ nec hodie possunt nisi ex dispẽsatione, cũ Lateranẽ. concilium hoc prohibeat. ĩ. eod. cap. 2. Satis potest dici, ꝙ olim monachi non poterant præfici ecclesijs, nisi ex necessitate, vt 55. distin. priscis. hodie possunt etiam vtilitate suadente. Sed regulares, vt dicit hic, licite possunt eligi ad regimen ecclesiarum vtilitatis causa, & de iure communi, vt videtur, argumen. ĩ. tit. proxi. per tuas. Sed in hoc est differentia inter monachos & canonicos regulares †, quòd monachus tenetur habere socios secum sui ordinis. ĩ. eod. tit. cap. 2. & ĩ. de capel. mona. cap. penult. & vltim. Sed regulares ad hoc non tenentur, nisi commode possint, vt hic dicitur: sed litera sequens contrarium innuit, vt ibi dicit, sic annuendum, &c. & hoc tutius est dicendum. Præterea dicitur hic circa principiũ, ꝙ plebanus iste pmissionem fecerat solũmodo de sua conuersione, nec professionem fecit, nec habitum religionis assumpsit, & ita non fuit canonicus regularis, nec amplius in voto

Sf 4 fuit

fuit processum: quod patet per hanc literam: Quare ergo Papa non mandat q votum suum Dño reddat, ne dicatur voti transgressor: pp quod sigoatur 3rium. ʒ.ɪɪɪ.proxi. per tuas. vbi dicit Papa, q resignet regimen ecclesiæ Gebeñ. & reddat Dño vota sua, & postea si electus fuerit, poterit electionem recipere de se factam: Potest rñderi, ibi necesse habebat resignare epatum, aliter non poterat fieri monachus, aut regularis canonicus, cum ecclesia Gebeñ. esset secularis, & postmodum sine aliqua dispensatione potest eligi in epm: siue cathedralis ecclesia sit regularis, siue secularis, pp excellentiã epalis dignitatis: sicut clericus secularis potest eligi in epm: siue ecclesia sit secularis, siue regularis: Hic vero etiam si esset tam canonicus regularis, nihilominus poterit dispẽsatiue assumi i plebanũ: ergo multo forti[o] poterat ibi remanere de licentia epi & Prioris dispensatiue: sed ʒ promissionem nõ poterat dispensare, cum renunciatio sua non tenuisset simpliciter: & ideo dispensat Papa cũ ipso pp promissionem, vt remaneat in officio plebani pp maius bonum, non facta aliqua professione, & ex hac pmissione debet viuere regulariter tamq̃ professus, vt dicit in fin. Quidam tñ dicunt, q fecerat professionem, sed ex littera hoc non colligitur: sed in illa decre. per tuas. non petebatur dispensatio, vt ibi remaneret tamq̃ monachus, sed petebat consilium quid ei faciendum esset super voto quod fecerat. Papa rñdet sibi de iure q reddat Dño vota sua, & sic non ʒdicit huic: & si idem fuisset petitum, idem fuisset responsum. Ber.

a ¶ *Priuilegiatum.*] in hoc est priuilegiatum officium prædicandi: quia nemo debet prædicare, nisi ei sit commissum ab episcopo loci, vel ab Apostolica sede. infra, de hæret. excommunicamus. §. qa vero. & illi qui per electionem ad hoc eliguntur.

(quod priuilegiatum[a] est) exercere: sic annuendum duximus postulatis, vt exercens plebani officium (si commode fieri poterit) vnum canonicum regularem tecum habeas ad cautelam: cuius in his quæ Dei sunt & regularis[b] obseruantiæ, tam consortio quàm solatio perfruaris.

¶ Idem Abbati † & conuentui Sublaceñ.

§ *Primo tractat de vestibus monachorum. Secundo de abdicatione proprietatis. Tertio de silentio. Quarto de cibis. Quinto de officijs in genere & in specie.*

CAP. VI.

CVm † ad monasterium Sublaceñ. & infra. § Firmiter inhibuimus, ne quis de cætero monachorum, lineis camisiis vteretur: & infra. § Prohibemus quoque districte in virtute obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij, ne quis monachorum proprium[c] aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprij, totum incontinenti resignet[d]. Si vero post hoc, proprietatem aliquam fuerit deprehẽsus habere, regulari monitione præmissa, de monasterio expellatur[e], nec recipiatur vlterius, nisi pœniteat secundum monasticam disciplinam. Quòd si proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte[f], ipsa cum eo in signum perditionis, extra monasterium in sterquilinio[g] subterretur: secundum quòd beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse. vnde si quicquam alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere, sed Abbati, vel Priori, vel Cellerario assignetur. § In † oratorio vero, refectorio, & dormitorio continuum semper silentium obseruetur. In claustro quoque certis horis, & locis, secundum antiquam consuetudinem monasterij, laudabiliter obseruatam. § In refectorio vero † nullus omnino carne vescatur[h]. Nec in quibusdam solemnitatibus (sicut aliquando fieri consueuit) conuentus exeat cũ Abbate paucis ibi relictis, vt extra refectorium edant carnes: cum illis diebus præcipue, regularis disciplina sit studiosius obseruanda. Sed nec extra refectorium: nisi in infirmitorio esum carnium credãt sibi licere. Quamquam ex indulgentia[i] possit Abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos (prout necessitas postulauerit) aduocare, ipsosque secum in camera sua melius & plenius exhibere. Porro debiles & infirmi, qui minutione indigent, vel aliqua medicina, non seorsum in cameris, sed omnes in infirmitorio, quæ necessaria fuerint sibi tam in carnibus quàm in alijs, recipiant competenter. Quòd si quis eorum debilis fuerit, aut etiam delicatus[k], vt non possit communibus cibis esse contentus: sic ei prouideatur sine scandalo aliorum, vt si Abbas vel Prior voluerit in refectorio misericordiam facere specialem, cibum aliquem competentem non ante illum, sed ante se faciat apportari, de quo ipse illi faciat pitantiam, pro sustentatione naturæ. § Tales autem ad agenda officia monasterii deputentur, qui fideles fuerint † & discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo[l] possidenda, tamquam in sua sibi vita locetur; sed cum oportuerit amoueri[m], sine contradictiõe qualibet reuocetur.

beant, & qualiter etiam in aliis officiis tam prælati quàm alij debeant se habere. In fine dicit, q Abbas cum aliquo monacho dispensare nõ potest, vt proprium habeat: quia abdicatio proprietatis, & custodia castitatis ita sunt annexa regulæ monachali, vt ʒ ea summus Pontifex non possit licentiam indulgere. Nota, q monachus lineis camisijs vti non debet. Item monachus proprium habere non debet. Item monachus habens proprium, in sterquilinio sepeliri debet. Item in oratorio, dormitorio, refectorio, & claustro silẽtium seruari debet. Item monachus in refectorio carnes comedere non debet. Item nihil est cum scandalo faciendum. Item nullũ officium alicui monacho concedi debet in perpetuum. Item Prior conuentualis sub Abbate exitẽs, potest monachos corrigere. Item tota cura monasterij ad Abbatem pertinet. Item pp negligentiam potest prælatus deponi. Item cum monacho, vt habeat proprium, non solum Abbas non potest dispensare, sed nec cuã Papa.

c ¶ *Proprium.*] sic ʒ. eodem. cap. 2. & cap. super quodam.

d ¶ *Resignet.*] ʒ. eo. monachi.

e ¶ *Expellatur.*] etiã ab altaris ministerio remouendus est in vita. ʒ. eo. monachi. & c. sup quodam. vel potest mitti in arctiua monasterium, ne euagetur, vt sic pœniteat, & restituat illud. arg. 16. q. 6. de lapsis. & 27. q. 1. si quis rapuerit.

f ¶ *In morte.*] secus si in vita, quia tunc debet cõuerti in vtilitatem ecclesiæ. ʒ. de offi. ordi. quanto. & 18. q. 2. Abbates.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *In sterquilinio.*] sic ʒ. eo. monachi. & c. sup quodam. quia in mortali peccato decessit, vt ibi dr. arg. ʒ. 23. q. vlt. quicunq;. sed illud intelligitur de pœnitẽte. sed ad terrorem aliorũ nõ orat pro eo ecclesia, sicut contingit de his q moriuntur in torneamentis. j. de tornea. c. 1. 2. & j. de raptoribus. c. 2.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

b ¶ *Et regularis.*] sed nunquid tenetur regulam obseruare pp illam promissionem? Dico q sic, vt dixi. ʒ. eod. c. in prin. & ita patet, q per solam promissionem obligatur quis ad obseruãtiam regularem[1]. Bernard.

CVm.] Non potest congrue summari pp multitudinem dictorũ, sed cape diuisionem pro summario. Diuiditur enim principaliter in quinque partes: secunda: ibi, *Prohibemus*. tertia: ibi, *In oratorio*. quarta: ibi, *In refectorio*. quinta: ibi, *Tales*. Et primo ibi tractat de officiis in genere, secundo de claustrali Priore: ibi, *Prior*, tertio de Abbate: ibi, *Abbas*. Et confirmatur hæc decret. in Clemen. ne in agro. eod. tit. Abbas.

Casus. In capitulo isto traditur qualiter monachi viuere de-

h ¶ *Carne vescatur.*] de consec. dist. 5. c. carnem.

¶ *Glo. seq. ponit quatuor casus, in quibus Abbas dispensat.*

i ¶ *Indulgentia.*] sic ergo Abbas potest dispensare in regula monachali quantum ad esum carnium: vt hic[3], & arg. de consec. dist. 5. carnem. Item in cella speciali construenda. 20. q. vlt. monachũ. Item dispensat in ordine. j. de eo qui fur. or. recepit. cum H. Item dispensat cum eo qui excommunicatus ordines suscepit. j. de senten. excom. cum illorum. Io.

k ¶ *Delicat[us].*] arg. ad hoc 41. dist. nõ cogantur. ff. ad l. Fla. de plagia. l. fi.

l ¶ *Perpetuo.*] hoc verum est, qñ non eligitur canonice à capitulo, sed abbas committit ei administrationem. De hoc habes. ʒ. eo. c. 2.

m ¶ *Amoueri.*] Isti etiam regulares canonice electi ex leuibus causa remouentur. j. de simonia, per tuas.

a ¶ In

a alias in [illegible] Abbati Sublaceñ.

Cap. 1. eo. tit. in 3. compilat. Vide concil. Trident. sess. 25. de regularibus c. 2. & 3. & intelle[illegible] ... vide Albertinum ... de agnoscendis assertionibus catholicis & hæreticis q. 19.

In eodem Bataua ... in oratorio, nec non refectorio, & dormitorio.

Credo q ... professione ... emittendo, secundum ... Aud.

Dissi. vero, dedi in anteg.

fuit

Concordat cõcilium Tridentinum sess. 25 de reformat. c. 19.

Hoc non ... carnibus ... ad Abbatis ... dispensare in aliis ... in alios. to.

¶ Prior autem præ cæteris post Abbatem, potens sit in opere & sermone, vt exemplo vitæ, verboq; doctrinæ fratres suos & instruere possit in bono, & à malo etiam reuocare: zelum religionis habens secundum conscientiam, vt deliquentes corripiat & castiget, obedientes foueat & confortet. ¶ Abbas vero (cui omnes in omnibus[a] reuerenter obediant) quanto frequentius poterit, sit cum fratribus in conuentu: vigilem curã & diligentem sollicitudinẽ gerens de omnibus: vt de officio sibi commisso dignam Deo possit reddere rationem. Quod si præuaricator ordinis fuerit, aut contemptor; seu negligens[b], aut remissus, pro certo se nouerit non solum ab officio deponendum, sed & alio modo secundum regulam castigandũ: cum offensa non solũ propria, verum etiam aliena, de suis manibus[c] requiratur. ¶ Nec æstimet Abbas quòd super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispẽsare: quia abdicatio[d] proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.

¶ Idem in concilio generali.

¶ *Primo statuit de conciliis regulariũ prouincialibus celebrandis singulis triẽnijs. Secundo moderatur numerum euectionum & personarum venientium. Tertio disponit de instructoribus, & præsidentibus capitulo. Quarto de tempore quo duret capitulum, & quid ibi fiet. Quinto quòd obseruetur, quod ibi fiet. Sexto de capitulo sequenti. Septimo de communi vita ducenda. Octauo de visitatoribus eligendis, & ipsorũ officio. Nono extendit ad canonicos regulares. Decimo prouidet super discordia visitatorum. Vndecimo hortatur diœcesanos ad monasteriorum reformationem. Duodecimo præcipit proternos & similes compesci ab offensis monasteriorum. Et hæc diuisio sufficit pro summario.*

CAP. VII.

IN singulis regnis siue prouinciis, fiat de triennio in triennium (saluo iure diœcesanorum[e] pontificum) commune Capitulum abbatum atque Priorum abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt[f] tale Capitulum celebrare: ad quod vniuersi conueniãt præpeditionem canonicam nõ habentes, apud vnum de monasteriis ad hoc[g] aptum: Hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plusquam sex euectiones & octo personas adducat. ¶ Aduocent autem in huiusmodi nouitatis primordiis, duos Cistercieñ. ordinis vicinos abbates, ad præstandum sibi cõsilium & auxilium opportunũ: cum sint in huiusmodi Capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati: qui absque contradictione duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire: ac ipsi quatuor præsint Capitulo vniuerso, ita quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem prælationis assumat; vnde cum expedierit prouida possit deliberatione mutari. ¶ Huiusmodi vero Capitulũ aliquot certis diebus continue, iuxta morem Cistercieñ. or-

a ¶ *In omnibus.*] quia tota potestas monasterij ad abbatẽ pertinet. 18. q. 2. nullam. etiam si durum esset mandatum, et parendum est. 23. q. 1. c. quid culpatur.

b ¶ *Negligens.*] quoniam pro negligentia potest remoueri. 18. q. 2. si quis abbas. & 81. dist. dictũ. & 86. dist. c. 2. & 11. q. 3. placuit. & 100. dis. quoniã. & 1. q. 1. cap. si qui epi. §. ecce cum honoris. & C. de offi. præfec. orien. si quis. ff. de custo. & exhi. reo. carceri. & l. milites. quod verum est, si est magna negligentia. ff. de verbo. signi. magna. Ioan.

c ¶ *De suis manibus.*] sic §. de offi. ord. irrefragabili. vbi inuenies concor. de hoc.

¶ *Glo. seq. ponit quosdam casus, in quibus Papa non dispensat. Ponit demum opi. Vin. & Ioã. Item opi. contrariam & soluit. In fin. notat quatuor, quibus monachatio præiudicat.*

d ¶ *Abdicatio proprietatis.*] & ita habes hic ꝙ Papa in multis præter articulos fidei dispẽsare non potest, scilicet vt monachus proprium habeat. & in voto continentiæ. item in secũdo gradu consanguinitatis. §. de resti. spol. literas. Item nec contra Apostolũ. 25. q. 1. sunt quidã. Item nec ꝯ quatuor concilia. 15. dist. sicut. quod vtrumq; verum non est; quoniã Papa dispensat ꝯ multa statuta quatuor conciliorum: quamuis concilia non audeat reprobare: & tñ quod hic dicit, verum est, ꝙ Papa non potest in his dispensare; quoniam abdicatio proprietatis & custodia castitatis sunt de substãcia monachatus. Vin. & Ioan. dixerunt, ꝙ Papa non potest dispensare, vt monachus habeat proprium existendo monachus: sed de monacho potest facere non ꝯ monachum. Alii dicunt, ꝙ potest dispensare propter plenitudinem potestatis, ꝙ monachus habeat proprium: quoniam potest auferre substantiam rei. arg. C. de rei vxo. act. l. 1. in princ. & de nihilo potest aliquid facere. 3. q. 6. hoc quippe. arg. de conse. dist. 2. reuerã. Et exponunt quod hic dicit; non potest licentiam indulgere, i. non congruit potestati illius. simile 32. q. 5. si Paulus. Puto verum esse, ꝙ Papa in his duobus licentiam indulgere non potest, vt littera ista dicit, etiam si vellet. nam ꝯ votum castitatis dispensare non potest: quia nullum inuenitur æque bonum in quo possit cõmutatio fieri: quia nihil est melius continentia: quia virginitas replet paradisum. 32. q. 1. nuptiæ. & castitas sola est quę cum fiducia potest Deo animas præsentare. in Authen. de lenonib. §. sancimus. coll. 2. & nullã cõmutationẽ potest dare homo pro anima sua, quæ sit pretiosior omnibus rebus. 24. q. 3. si habes. arg. 12. q. 1. præcipimus. Item not. ꝙ monachatio præiudicat omnibus votis: voto scilicet peregrinationis. §. de vo. scripturæ. Item præiudicat etiam iuramento. infra de spon. commissum. Item maior est quàm pœnitentiæ impositio. 33. q. 2. admonere. Item præiudicat matrimonio ante carnalem copulam. supra de conuersio. coniuga. ex publico. & capitulo, verum. & cap. ex parte. Ber.

IN *singulis.*] Diuiditur in duodecim partes. Secunda: ibi, *Hoc adhibito.* Tertia: ibi, *Aduocent.* Quarta: ibi, *Huiusmodi.* Quinta: ibi, *Et quod.* Sexta: ibi, *prouiso.* Septima: ibi, *Et qui.* Octaua: ibi, *Ordinentur.* Nona: ibi, *Hoc ipsum.* Decima: ibi, *Si vero.* Vndecima: ibi. *Porro.* Duodecima: ibi, *Ad hoc.* Abbas Siculus.

Casus. Innocentius Papa volens intendere circa reformationẽ & statum monachorum, in generali concilio residens statuit, ꝙ in singulis prouinciis siue regnis: fiat de triẽnio in trienniũ commune Capitulum abbatum & Priorum abbates proprios non habentium, & qui non consueuerũt tale Capitulum celebrare, saluo iure diœcesanorum episcoporũ; ad quod vniuersi conueniant, nisi fuerint legitime impediti apud vnũ de monasteriis ad hoc aptũ, ita ꝙ nullus plusquã sex equitaturas, & octo pſonas adducat: & in hac nouitate aduocent duos abbates vicinos Cistercieñ. ordinis, ad pręstandum sibi consiliũ & auxilium opportunum, cum in huiusmodi Capitulis melius sint instructi, & illi duo aduocent duos abbates de ipsis, quos viderint expedire, & ipsi iiij. psint ipsi Capitulo, ita tñ ꝙ per hoc nullus eorũ auctoritatem prælationis sibi assumat: vnde possunt mutari cum visum fuerit expedire: In quo Capitulo diligẽs habeatur tractatus de reformatione ordinis & obseruantia regulari: & quod statutum fuerit illis quatuor approbantibus, irrefragabiliter obseruetur, & in eodẽ Capitulo cõstituantur certæ personæ, quæ singulas abbatias eiusdẽ regni siue prouinciæ monachorum & monialiũ debeant visitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere; ita ꝙ si rector aliquis fuerit remouendus, denunciẽt hoc episcopo diœcesano vt illum remoueat; quod si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicam sedem: Et hoc quod dictum est de monachis, de canonicis regularibus præcipit obseruari. Itẽ diœcesanus episcopus monasteria sibi subiecta studeat reformare, vt cum visitatores illuc accesserint, plus inueniant ibi commendatione, quàm reformatione dignum: In fine præcipit Papa epis & personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, vt compescant per censuram ecclesiasticam aduocatos, patronos, rectores, consules & magnates, ne monasteria præsumant offendere in personis vel rebus. Not. hic arg. pro antiquioribus, ꝙ sint sapientiores. Item aliquis potest esse delegatus ex constitutione. Item dñs Papa sic vult iura superiorum seruare, vt inferiorum iniurias nolit sustinere. Itẽ ad iudicem secularem pertinet tueri ecclesias: ad quod, si non fecerit, poterit compelli.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. due vera.*

e ¶ *Saluo iure diœcesanorum.*] In visitationibus, procurationibus, & correctionibus. & est arg. ꝙ procuratio necessaria est. simile. 9. q. 3. saluo. & 7. q. 1. pontifices.

f ¶ *Non consueuerũt.*] Per hoc vr ꝙ abbates exẽpti teneanẽ venire ad tale capitulũ qđ verũ est. j. in c. proxi. §. si vero. & §. ꝙ si. Abb.

g ¶ *Ad hoc aptum.*] habita ratione distantiæ quo ad omnes. 63. dist. cum longe.

a ¶ Vide hoc esse concord. & 84. di. dictum. & bene est de glo. & adde ibi han: gl. & §. de off. ar. ea quæ. Io.

b ¶ Alias sunt vt exemplo vitæ, verbo doctrinæ &c.

c ¶ Vide glossam de simili materia in c. propositum. 4. supra de concessione præb. & quæ ibi citantur. & notas nostras in d. c. propositum. vbi alia & hæc glossa declaramus.

¶ Vide l. mercen. & l. milites ff. de cust. reo.

¶ eximet

¶ De hoc articulo, quàm valde est controuersus vide D. Thomã & Caietanum 2. 2. q. 88. art. 11. Late per Turrecrematam in c. de illo dist. 12. dist. adde Ferdinandum Vasquium lib. 1. controuers. illust. c. 23. & Albericũ in suo diction.

¶ Concilium generale Lateran. sub Innocentio iij. c. 12. & c. 2. de statu religiosorum in 4. compil. Et vnde est caliam Tridenti. sessio. 25. tit. de regularibus cap. 2. vbi hæc renouantur.

¶ Vide D. Thomam & Caietanũ in hac huius decretale canon.

¶ Alias non tem. sed in concilio, esto, legit.

¶ De hoc articulo vide quæ citaui in cap. cum ex officij. supra de præscriptionibus.

¶ Vel quia per hoc in nullo enervatur iurisdictio episcopi. vt j. eo. §. omnipotens. secundum Host. Ioan. And.

a ¶ Illus

a ¶ *Illi quatuor.*] Quid iuris sit quando plures sunt iudices, & in pari vel impari numero discordant: dic. s. de re iudi. c. vlt. sed isti nõ videntur delegati, sed potius ordinarij auctoritate huius constitutionis à sede Apostolica, vnde secundum hoc si dissentiunt in numero pari, tenet sententia eorum qui absoluunt. ff. de re iudi. inter pares. & s. de re iud. c. vlt.

b ¶ *Et appellatione remotis.*] Inquisitio ista fit causa correctionis & reformationis, quare locum non habet appellatio. s. de appel. reprehensibilis. & c. cum speciali. in fin. & s. de offi. ordi. irrefragabili. nisi forsitan modum excederent: vt ibi, vbi de hoc: nec etiam recusare possunt. quia cum eos elegerint, eorum personas approbauerunt. 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. & s. de causa pos. cum olim. nisi ex noua causa superueniente. s. de offi. deleg. insinuante. quia iusta recusatio nulli est deneganda. 3. q. 5. quod suspecti. & C. de sen. & interlo. om. iudi. l. vlt. argum.

c *Proportionabiliter.*] id est, pro numero personarum, & secundum facultates cuiuslibet, sicut in naui sit collatio secundum proportionẽ & æstimationem rerũ. ff. ad legem Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadẽ.

d ¶ *Singulas abbatias.*] Et sic exemptas. j. c. proxi. §. quod si abbas. versic. hæc eadem.

¶ *Gla. seq. querit, & soluit, & etiam soluit duas quæstiones.*

e ¶ *Vice nostra.*] Tanquam delegatus auctoritate huius cõstitutionis. simile s. de offi. ord. irrefragabili. Nunquid per hoc fit præiudiciũ epo loci? Videtur quod nõ. per hoc quod dicit in prin. saluo iure. &c. vnde satis potest dici, quod isti tunc demum corrigent, cum eps est negligens: quia aliàs nolla visitatio vel correctio necessaria est, immo grauarentur monasteria ex eorum accessu: & aliorum iurisdictionẽ vsurparent, cum sua iurisdictio epo non seruatur: vnde ordo eporum confunditur. 11. q. 1. peruenit. Videtur etiam quod si eps esset negligens, quod primo debeat admoneri. argu. s. de officio ordina. quanto. & 9. q. 3. nunc vero. Sed verius vr quod sine aliqua admonitione possint visitare, & quia melius sciũt hoc quàm epi: nec epo fit præiudicium. quia si inueniant aliquem amouendum, denunciant epo, vt illum amoueat, & ita saluo iure eps hoc officium exercent. Tñ si eps vellet visitare locum. ipsi præponerentur epo, quia videretur quod eps hoc faceret malitiose causa impediẽdi eos. Monasteria vero exempta sine aliqua distinctione visitabunt. j. eo. c. proximo. immo non obstante visitatione eporũ, ipsi exercent officium suum, vt dicit inferius. j. eo. c. §. porro.

f ¶ *Denuncient episcopo proprio.*] sic j. c. proxi. §. si vero.

g ¶ *Vt cum prædicti visitatores accesserint.*] Hic patet quod visitatores isti possunt visitare, etiam si epi non fuerint negligentes.

h ¶ *Iniurias sustinere.*] ne inde nascatur iniuria, vnde iura nascuntur. j. de accusa. qualiter & quãdo. & C. vnde vi, meminerint. Ber.

dinis celebretur: in quo diligẽs habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obseruantia regulari. Et quod statutum fuerit illis quatuor [a] approbantibus, inuiolabiliter obseruetur, omni excusatione, contradictione, & appellatione [b] remotis: Prouiso nihilominus vbi sequenti termino debeat Capitulum celebrari. ¶ Et qui conuenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter [c] simul omnes communes expensas; ita quòd si non omnes poterunt in eisdem, saltem plures simul in diuersis domibus cõmorentur. ¶ Ordinentur etiam in eodem Capitulo religiosæ ac circunspectæ personæ, quæ singulas abbatias [d] eiusdẽ regni seu prouinciæ, non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra [e] studeant visitare; corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere; ita quod si rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum, denuncient [f] episcopo proprio, vt illũ amouere procuret. Quòd si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicæ sedis examen. Hoc † ipsum regulares canonicos, secundum ordinem suum, volumus & præcipimus obseruare. ¶ Si vero in hac nouitate quicquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ sedis iudiciũ absq; scandalo referatur; cæteris irrefragabiliter obseruatis, quæ cõcordi fuerint deliberatione prouisa. ¶ Porro diœcesani episcopi, monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, vt cum ad ea prædicti visitatores [g] accesserint, plus in illis inueniant quod commendatione, quam quod correctione sit dignum: attentissime præcauentes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur: quia † sicut volumus superiorũ iura obseruari, ita inferiores nolumus iniurias [h] sustinere. ¶ Ad hoc districte præcipimus tam diœcesanis episcopis, quàm personis, quæ præerunt Capitulis celebrandis, vt per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores & consules, magnates & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis aut rebus: & si forsan offenderint, eos ad satisfactionem † compellere nõ omittãt, vt liberius & quietius Deo valeant famulari.

¶ Honorius iij. abbatibus & monachis in Lombardia & Marchia Teruisina constitutis.

¶ *Primo tractat de correctione monachorum. Secundo de correctione abbatum. Tertio visitatorum. Quarto de secularibus in monasteriis beneficiatis. Quinto constitutionem extendit ad moniales: hoc sufficiat pro summario.*

CAP. VIII.

EA quæ pro religionis honestate: & infra. ¶ Porro cum visitatores secundum statutum generalis concilij †, ordinati à generali abbatum [a] capitulo, processerint ad visitationis officium exequendum, de statu monachorum, & obseruantijs regularibus diligẽter inquirãt: & tam in spiritualibus, quàm in temporalibus corrigant, & reforment quæ viderint corrigenda: ita tamen quòd monachos delinquentes, per abbatẽ loci [i] corrigi faciant, eisque iniungi pœnitentiam salutarem, iuxtà beati Benedicti regulã †, & Apostolica instituta, non secundum normam prauæ consuetudinis, quæ quasi pro lege in quibusdã ecclesijs inoleuit. Ipsi etiam visitatores, mona-

E *A quæ.*] Huius capituli quinque sunt partes. Secunda: ibi, *Si vero.* tertia: ibi, *Sequentes.* quarta: ibi, *Præcipimus.* quinta: ibi, *Hoc autem.* Abbas.

CASVS. In præcedenti capitulo concilij generalis statuitur, qualiter cõe capitulum de triennio in triennium debent abbates & priores celebrare: dicit Honorius in capitulo isto, quod visitatores ordinati secundum concilium prædictum, cum processerint ad visitandum, de statu monachorum & obseruantijs regularib' diligenter inquirant, & tam in spiritualibus quàm temporalibus corrigant & reforment, quæ fuerint reformanda secundum regulam beati Benedicti, & puniant delinquentes iuxta modũ culpæ sine personarum acceptione: Si vero abbates fuerint negligentes in corrigendis monachis, aut seipsis: iuxta mandatum visitatorũ, ita publice priuentur in capitulo generali, quod pœna illorum sit cæteris in exemplum. Si vero abbas non exemptus à visitatoribus inuentus fuerit negligens vel remissus, denuncient hoc diœcesano epo, & per epm detur ei fidelis & prouidus coadiutor, visque ad capitulum generale: Si vero dilapidator inuentus fuerit, vel aliàs merito remouendus, per diœcesanum epm remoueatur, postquam sibi à visitatoribus fuerit denunciatum, à regimine abbatiæ: quod si eps hoc non fecerit, Apostolicæ sedi visitatores ipsi studeant nunciare: Sequentes visitatores diligenter perquirant vestigia priorum visitatorũ, & eorum negligentiã referant capitulo generali, vt ipsi inde puniantur: & idem faciendum est de præsidentibus capitulo generali: Itẽ præcipit quod abbates & monachi de cætero non recipiant ad præbendas clericos seculares. & hi qui recepti sunt, in capitulo locum vel vocem sibi non audeant vendicare, sed beneficijs suis sint contenti: & si qui de prædictis clericis inuenti fuerint criminosi, per epm diœcesanum puniantur. Si vero sint exempti, per visitatores vel præsidentes puniantur. Hæc omnia in monasterijs quæ non habent abbates proprios, sed Priores, & in monasterijs monialium quo ad articulos congruentes abbatissis & monialibus præcipit obseruari. Not. quod correctio monachi primo loco spectat ad abbatem. Itẽ pœna non debet excedere culpam: sed secundum modum culpæ puniendi sunt delinquentes. Item pœna verius debet esse metus aliorũ. Itẽ clerici seculares in ecclesijs regularibus pbendari nõ debẽt.

i ¶ *Per abbatem loci.*] Correctio monachi primo loco spectat ad abbatem.

† Secundũ Io. secundũ quem videtur quod si quis capitulo à principio contradiceret, & iustã causam ostẽderet, esset audiendus: & hoc innuitur ibi: qui absque contradictione. idẽ Vin. & Ph. Ioan. And.

† Et equitatẽ, & hoc tenet Vin. non enim esset bene proportionatũ si tantũ soluerent quod ducis tres equos, sicut qui ducit sex, secundũ Hostien. Ioan. And.

† In codi. Barbeitana: hoc ipsum circa regulares canonicos [illegible]

† Videto hic Hostien. & Io. And.

† In codi. Barbeitana: Quia sicut volum' superiorum iura seruari, vt inferiores nolum' iniurias sustinere. [illegible]

† [illegible]

† Sõlum Lateranense [illegible]

† Vide [illegible]

abbatem. ī. de offi. ord. quanto. qui si negligens fuerit, deuoluitur potestas ad superiorem: vt ibi, & aliàs punietur de negligentia vt sequitur ī. §. proxi.

a ¶ *Iuxta modum culpæ.*] vt in quo maior fuerit culpa, maior exerceatur vindicta, 50. dist. quia sanctitas tua. & 24. q. 1. non auferamus. in fi. & si stultus fuerit in culpa, sapiens sit in pœna. 34. dist. qualis ea: nec pœna amplius extendatur quàm delictum fuerit repertum. ī. de his quæ fiũt à maio. parte cap. quæsiuit. & C. de pœ. sancimus.

¶ *Glo. seq. alleg. duas contra, in contrarium alleg. §. infra. soluit, & soluto, in signat contrarium.*

b ¶ *Absque personarum delectu.*] Simile ī. de iud. nouit. & ī. de præb. cap. penult. argum. contra: quia plus punitur quandoque vnus, quàm alter. 24. q. 1. qui contra pacem. 40. distin. homo christianus. 11. quæstio. 3. præcipue. 25. q. 1. nulli. & C. de modo mul. eos, in fi. hic ergo non habet locum distinctio personarum, cũ omnes sunt æquales, nec aliquis censetur amodo nobilis, vel potens: quia iam non habet propriam voluntatem. 12. q. 1. nõ dicatis. 20. q. 3. præsens clericus. & 27. q. 2. scripsit. & ideo sine delectu personarum sunt percellendi, qui ibi delinquũt ². argumentum tamen cõtra. ī. eo. c. cum ad monasterium.

c ¶ *Rebellibus.*] quia in contumacia persistentibus nos conuenit esse seueros. 2. quæstio. 5. quãto. ī. de postula. cap. 1. si vero sine scandalo hoc fieri non posset, referatur ad Apostolicæ sedis ³ iudicium. argum. ī. eo. dem. c. proxim. versicu. si vero in hac nouitate.

d ¶ *Ouem morbidam.*] quia resecãdæ sunt putridæ carnes ³. 24. q. 3. resecãdæ. quia vna ouis morbida totum gregem inficit. 45. dis. sed illud.

Additio. Vnde versus.
Morbida sola pecus ouis inficit omne pecus.

e ¶ *Seipsis, seu monachis.*] Primo enim debent seipsos corrigere abbates, demum monachos. 42. distinct. §. 1. & 47. dist. c. sicut. §. necesse. simile ff. de negot. gest. si pupilli §. vltim. ff. de pact. cum in eo. ff. de fideiuss. iuto. & à quo debet suos monachos prohibere, multo fortius & seipsum. ff. si ser. vend. aliàs. nec potest alios corrigere, cum tacitus respondeat eadẽ quæ corrigit, commisisse. 25. dist. primum. & 26. dist. vna tantum. quia primo debet eiicere trabem de oculo suo, quàm festucam de oculo fratris. 3. q. 7. c. sames. §. porro, in fin. & 1. q. 1. multi ⁴.

Additio. Vnde versus: *Exterfis oculis aliorum facta videmus, Ad discernendum propria sensus hebet.*

f ¶ *Publice in capitulo.*] quia publice deliquerant, & quia admoniti fuerant negligentes. arg. 2. q. 1. si peccauerit.

g ¶ *In exemplum.*] vt 2. q. 7. quapropter. & C. ad l. Iul. repetun. l. 1. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. famosos ⁵. ff. depositi, bona fides. 2. responso, in fine.

¶ *Glo. seq. primo reddit rationem, subdit duo dicta, quorum primum vertitur per quæstio, secundum per obiectionem.*

chos, quos contumaces inuenerint & rebelles, iuxta modum culpæ ᵃ, vice nostra, regulari cẽsura percellant absque personarum delectu ᵇ, non parcendo rebellibus ᶜ ob suam pertinaciam, vel potentiam amicorũ, quin ouem morbidam ᵈ eiiciãt ab ouili, ne inficiat sanas oues. ¶ Si † vero abbates in corrigendis, iuxta visitatorum mandatum & regularia instituta, in seipsis ᵉ, seu monachis, inuenti fuerint negligentes, proclamentur & corripiantur, & ita puniantur publice ᶠ in capitulo generali, quòd pœna ipsorum sit aliis in exemplum ᵍ. ¶ Quòd si abbas non exemptus fuerit à visitatoribus nimis negligens, & remissus inuentus: id loci diœcesano denuncient sine mora: & per illum detur ei fidelis & prouidus coadiutor vsque ad capitulum generale. Si autem dilapidator inuentus fuerit, vel aliàs merito amouendus, per diœcesanum, postquam hoc sibi à visitatoribus denunciatum fuerit, amoueatur absque iudiciorũ † strepitu ʰ, à regimine abbatiæ; ac monasterio prouideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de abbate prouisum. Quòd si forsan episcopus hoc adimplere noluerit, vel neglexerit: visitatores, vel præsidentes capitulo generali, defectum episcopi, Apostolicæ sedi non differant intimare. Hæc eadem circa exemptos abbates fieri præcipimus per visitatores, vel præsidentes capitulo generali: depositione † ipsorum sedi Apostolicæ reseruata: ita vt abbate, qui amouendus videbitur, interim per visitatores, vel in capitulo præsidentes, ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autem excessus & alia, quæ visa fuerint intimanda, capitulo præsidentes nobis denũcient per fideles nuncios & prudentes; quibus de communi cõtributione ⁱ abbatũ, iuxta cuiuslibet facultatẽ sufficienter ministrentur expensæ. Sequentes autem visitatores, perquirant priorum visitatorum vestigia diligenter, & eorum negligentias ᵏ & excessus referant sequẽti capitulo generali, vt iuxta culpam publice debitam pœnam portent. Idem etiam de abbatibus præsidentibus generali capitulo, præcipimus obseruari. ¶ Præcipimus † quoque, vt in nullo monasterio, ad præbendas recipiant decætero abbates & monachi, clericos ˡ seculares: nec hi, qui iam recepti sunt, locum vel vocem in capitulo, dormitorio vel refectorio seu claustro sibi vendicare contendant, seu monachorum cœtibus importune se præsumant miscere; sed beneficiis sibi concessis cõtenti, conuersentur honeste, opportuna obsequia in monasteriis fideliter impendẽtes: nihilque vltra in spiritualibus aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis, vel vsurpẽt. Si qui vero talium à visitatoribus inuenti fuerunt criminosi, per diœcesanum episcopũ † in non exẽptis, & per visitatores vel præsidentes generali capitulo in exemptis, beneficiis priuẽtur eisdem. ¶ Hæc autem omnia etiam in monasteriis, quæ non habent abbates proprios, sed Priores, necnon in monasteriis monialium, quo ad articulos abbatissis & monialibus cõgruẽtes, præcipimus obseruari.

TITVLVS XXXVI.

De religiosis domibus, vt episcopo † sint subiectæ.

¶ Gregorius Victori archiepiscopo Neapol. ᵛ †

¶ *Si dubitatur in cuius diœcesi sit basilica consecranda, ille episcopus consecrabit qui prius in illo loco episcopalia exercebat.*

h ¶ *Absque iudiciorum strepitu.*] quia de plano & sine iudiciorum strepitu. ī. de accusat. olim. & hoc ideo quia huiusmodi regulares de facili remouentur à suis administrationibus. ī. de simo. per tuas. non est ordo iudiciarius vsquequaque seruandus in huiusmodi inquisitionibus regularium. ī. de accus. qualiter & quando. in fine. & in casu isto non est amplius quærendum de talibus, cũ iam constet per inquisitionem visitatorum ⁵: quia de delicto vnius hominis sæpius non est quærendum. ff. nautæ caupo. stabu. l. licet. in fi. Item habes hic quòd iudex potest de causa cognoscere, nõ tamen potest sententiã ferre ⁶. simile in causa episcoporũ. 3. q. 6. quamuis. & c. dudum. sed hoc ideo fit, ne præiudicetur episcopo diœcesano: & in hoc casu saluũ est ius eorum. supra eodem cap. proxim. in princ. idem est etiam in exemptis, quorum depositio sedi Apostolicæ reseruatur: vt ī. dicitur. Ber.

i ¶ *De communi contributione.*] simile ff. ad l. Rhod. de iactu. l. nauis. in princ. & §. cum autem iactus. & l. 1. & 2. in princ.

¶ *Glossa sequens ponit duo similia.*

K ¶ *Et eorum negligentias.*] Et sic aliquis post depositum officium tenetur reddere rationem de his quæ male gessit, vel quæ male administrauit ᵞ. sic curator, tenetur de sua administratione, & cõuenitur post depositum officium. C. de transact. l. 3. sic etiam magistratus reipublicæ de lata negligentia tenetur. ff. de admin. rerum ad ciuita. pertĩ. magistratus.

l ¶ *Clericos seculares.*] Quia in vno eodemque officio dispar non debet esse professio, nec est arãndum in boue & asino. 16. q. 7. in nona. ī. de elect. cum causam. Ber.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

¶ *Suprà visum est de statu religiosorũ, & quibus subiiciantur, nũc de eorum domibus & ecclesiis, & quibus sunt subiecta, est videndum, ideo, &c.*

De hac materia habetur. 11. q. 1. per totam. & 16. q. 7. omnes. basilicæ, cum sequent. 18. q. 2. quidam, cum sequenti. Abbas.

¹ Nisi cessauit sua contrarium, vt in vnico... (marginal note, largely illegible) ... in gl. & gl. Ioan. An.

² Vide etiam Tri dent. sessio. 25. tit. de regularib. cap. 14.

³ Qualiter hæc verba sint accipienda, vide in clem. sæpe contingit. de verb. signifi. & Eymeric. in Directorio Inquisitor. par. 3. q. 15.

⁴ Ad hoc de consu. serm. c. 1. Ioan. And.

³ Vide etiam Trid. con. sessio. 24. de refor mat. cap. 7.

¹ Hierony mus ad Amandũ Presbyter. carnes ferro indigent & cauterio.

⁴ Adde quæ no. ī. de re iud. 2. ... in prin. Ioan. And.

⁵ Vide de calum. c. 1. super visit. gl. Io. And.

⁵ Vide quæ per hunc §. determinat Ludouicus Romanus singulari 661. incip. An simplex capellanus.

⁶ Adde idẽ sentire Barto. in l. 3. an eadẽ. §. actionem. ff. de excep. rei iudi.

ᵛ Dictio episcoporum, deerit in antiquis, & in recentioribus magis emendatis.

ᵞ Episcopis.

ᵛ Neapolitano.

⁷ Ad hoc infra de im. immuni. eccl. aduersus. in glo. ... Ioan. An. ... hoc text. in l. magistratus. ff. de administ. rerum ad ciuita. pertin.

Nunc

CAP. I.

Nunc autem ad basilicã, quæ dedicãda [a] est, debet disquiri, cuius ciuitatis episcopus, antequam fundaretur baptizauerit incolas, & ad cuius consignationem [b] sub annua deuotione concurrerint. Non enim terminis [c] hæc aut locis [d] conuenit diffiniri: sed ille ad consecrationem vocetur [e], cui per hunc modum quem scripsimus, constat debere permitti.

¶ Idem Agapito † abbati.

¶ Nihil iuris deperit episcopo, in cuius diœcesi sita est ecclesia, quã Papa vnit ecclesiæ alterius diœcesis. & est casus quotidianus.

CAP. II.

Quia monasterium, quod in fundo Martiano situ est, hostilitate faciente, dicitur desolatum: illud tuo monasterio, cum omnibus rebus suis, vel quæ ei competunt actionibus, perspeximus vniendum [f]: & infra. ¶ Ipsum autem monasterium, sic tuæ nos ordinationi commisisse cognoscas, ut tamen iurisdictionem illic non episcopus Surrentinus, in cuius ciuitate monasteriũ tuũ est situm: sed Nucerinus, cuius [g] † est diœcesis, habeat. ¶ Nam sic huius † loci ordinationem disponimus, vt tamen iura sua singulis episcopis inuiolata seruemus.

¶ Ex decretis Eugenij Papæ. †

¶ Episcopo subsunt omnia loca pia, & ad eius sollicitudinem debent ordinari ad vsum destinatum.

CAP. III.

De † xenodochiis & aliis similibus locis [h], per sollicitudinem episcoporum, in quorum diœcesi [i] existunt, ad easdem [k] vtilitates quibus constituta sunt, ordinentur [l].

¶ Vrbanus iij. Ariminensi episcopo.

¶ Locus auctoritate episcopi ad vsum hospitalitatis deputatus, est religiosus, & ad mundanos vsus redire nõ debet.

CAP. IIII.

Ad † hæc: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si locus ad hospitalitatis vsum, & pauperũ prouisionem fuerit (sicut moris est) auctoritate pontificis [m] destinatus, cum sit religiosus, non debet mũdanis vsibus [n] deputari: sicut de vestibus, & ligneis vasis, & aliis vtensilibus ad cultũ religionis per pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter obseruat, & venerabilium patrũ edocent sanctiones.

Nunc autem.] Continet vnum constructum, in quo approbat vnum modum cognoscendi, ad quem episcopum pertinet consecratio ecclesiæ, & aliũ modum improbat: ibi, Non enim., Abbas.

Casus. Quædam ecclesia constructa fuit circa confines duorũ epõrum: populus petebat illam consecrari: contentio erat inter epos, quis eorum deberet eã consecrare: quæsitum fuit à Papa quid iuris sit? Rñdet Papa: debet inquiri cuius ciuitatis eps baptizauerit incolas illius loci, antequam ecclesia fundaretur, & ad cuius consignationẽ annuatim concurrerint: non enim hic diffinitur terminis aut locus: Sic ergo ille vocandus est ad consecrationem, qui prædicta cõtulit sacramenta. No. q per collationem spiritualium probatur cui subsit ecclesia, siue populus, & non per terminos vel loca.

a ¶ Dedicanda.] id est, consecranda. tunc enim appellatur ecclesia, sicut electus in consecratione nomen assumit epi: sic monachus tunc dedicatus Deo, cum facit professionem. 27. q. 2. virginibus. & cap. si quis sacro. Ber.

b ¶ Ad cuius consignationem.] Ex istis duob', scilicet, quod dicit baptizauerit, & ad cuius consignationem sub annua deuotione cõcurrerint, apparebit ad cuius iurisdictionẽ debeat pertinere. 16. q. 3. licet in regulis. & q. 5. possessio territorij. Et hoc vr habere locum vbi limes certas parochias non distinguit: Sed si limes distinctus esset, non vr esse dubitatio quis eam consecraret: nisi alter præscripsisset populum.

c ¶ Terminis.] distinctis inter ciuitates per ciues. 10. distin. lege. & 3. q. 6. hæc quippe. vel terminis nouis, scilicet, quoniam antiquis bene diffinitur. argum. ĩ. de paro. super eo. 2 & 16. q. 3. inter memoratos. & c. dilectio. so.

d ¶ Locis.] id est, proprietate locorum: quia proprietas loci nõ facit diœcesim. 16. q. 3. licet. & q. 5. possessio. & c. si quis epõrũ. Eius ergo auctoritate consecrabitur ecclesia, qui populo hæc duo sacramenta sub annua consignatione contulit. Ber.

e ¶ Vocetur.] & si ei quæstio moueatur, interim in possessione defenditur 2. 8. q. 4. nonne. & ĩ. vt lite pendente, à memoria. & capitulo sequenti.

Quia.] Primo ponit vnionem, & eius causam. Secundo: ibi, Ipsum autem. Vnam determinationem, cuius subdit generalem determinationem: ibi, Nam. Abbas.

Casus. Quoddam monasterium situm erat in fundo Martiano, quod fuit hostilitate desolatum: Papa vniuit illud monasterio Agapiti abbatis cum omnibus rebus suis, iuribus & actionibus, ita tñ q eps Surrentinus, in cuius ciuitate est monasterium huiusmodi abbatis Agapiti, nõ habeat ibi iurisdictionem, sed eps Nucerinus, in cuius diœcesi est illud monasterium: vt tñ iura sua singulis epis inuiolata seruentur. Not. q per hanc vnionem non fit præiudiciũ episcopo, in cuius diœcesi est illud monasterium. Item Papa iura sua cuilibet conseruare intendit. Item priuilegium seu indulgentia sine præiudicio alterius dari debet.

¶ Glo. seq. remittit.

f ¶ Vniendum.] De hac vnione 3 dic vt ĩ. ne sede vacante. cap. 2.

¶ Glo. seq. arguit.

g ¶ Cuius est diœcesis.] Per hanc vnionem non fit præiudicium epo, in cuius territorio est. Et sic est argu. quòd Papa non intendit iuri alterius derogare per suum priuilegium. supra de consuet. cũ olim. & supra de vsu pal. ex tuarum. & ĩ. de offi. ordina. licet. & ff. ne q̃d in loco publi. l. 2. §. si qs à principe. & §. merito. & supra de maio. & obedien. cum inferior. quia si vnicuique epõrum sua iurisdictio non seruatur, ecclesiasticus ordo cõfunditur. 11. q. 1. peruenit. sim. ĩ. de do. inter dilectos. Bernar.

De xenodochiis.] Casus. Ordinatio & dispositio xenodochiorũ, & monasteriorum, aliorumque locorum similium pertinet ad episcopũ, in cuius diœcesi sunt constituta. Not. q omnia monasteria & loca religiosa subsunt epo, in cuius diœcesi sunt constituta ipso iure, nisi aliud in 3rium ostendatur.

h ¶ Locis.] supple, statuimus.

i ¶ In quorum diœcesi.] Hic manifeste patet, q monasteria, & alia loca religiosa pertinent ad episcopum loci de iure cõi. 16. q. 5. si quis epõrum. & q. 7. omnes basilicæ. & 18. q. 2. monasteria. nisi ostendat exẽptionem. 18. q. 2. abbatibus. ĩ. de prescript. cũ tion liceat.

Casus. Aliquis est præsentatus epõ à patrono laico, ad aliquam ecclesiam vacantem: sed eps ipsum non admisit: quæritur vtrũ ex tali præsentatione ius sit illi acquisitum in illa ecclesia, & si ille appellauerit, vel alius instituatur, & post appellationẽ patronus aliũ præsentauerit, & eps sm præsentatum instituerit, quæritur, vtrum ille ab ecclesia debeat remoueri: Innocentius vero volens inhærere vestigiis Alexandri, qui distinguẽs inter præsentatos à laico & clerico patronis, possidentis conditionem censuit meliorem; rñdet q̃ institutio scd̃o loco præsentati à laico patrono, robur obtinet firmitatis: Sed quia eps idoneum clericum sibi præsentatum malitiose recusauit, statuit, vt ad prouidendum eidem in competenti beneficio compellatur; quatenus puniatur in eo in quo peccauit. Nota q̃ laicus patronus potest variare ante institutionem. Item inter præsentatos à laico & clerico, melior est conditio possidentis. Itẽ aliquis punitur in eo in quo peccauit, & merito, quia iniuriam fecit primo præsentato.

¶ *Glos. seq. dat vnam concordan. quã argumentatur pro, & soluit.*

h ¶ *Appellauerit.*] similis appellatio est j. eo. c. vlt. Sed nunquid tali appellationi erit deferendum? Vĩ q̃ sic: quia ex sola præsentatione facta à vero patrono acquiritur ius præsentato: ita q̃ si alium nõ p̃sentauerit, obtinere debet aduersus aliũ institutũ. s. de re iudic. cum Bertholdus. & 16. q. 7. decernimus. & ita tenet appellatio, cũ nullus alius sit adhuc pręsentatus. Potest dici, q̃ appellatio ab initio tenet: sed si patronus postea alium præsentauerit, & eps instituerit ipsum, iam non obstat appellatio, cum ei permissum sit à iure variare 3. s. eo. quod autem. & cap. cum autem. Eps vero punitur qui illum primum præsentatum non admisit, vt hic dr: sed non ex vi appellationis, sed quia malitiose ipsum repulit.

c ¶ *Distinguens.*] s. eo. cum autem.

d ¶ *Censuit.*] s. eo. quod autem.

e ¶ *Robur obtinet.*] Ecce vnam differentiam 3 inter præsentatos à laico & inter præsentatos à clerico, quia laicus variare põt, cleri-

¶ Et multa impediunt faciendum quæ nõ cassant iam factum secundum Inn. Ioan. And.

¶ Alias placet distinctionem recensere Panormitanus in c. cum propter. supra eod. tit.

eus non, s. eo. cum autem. vnde vr q̃ si laicus præsentet indignum, non perdit ius eligendi. argu. s. de offi. ordi. cum vos. vbi de hoc.

f ¶ *Malitiose.*] Sed quis probabit q̃ malitiose non admiserit? eps non, quia pro ipsius facto præsumitur. s. de elect. bonæ 1. & s. de proba. possessionem. Item nullo aliquid obiiciente, ipse põt eũ repellere. s. de elect. venerabilẽ. & cap. cũ nobis olim. arg. 28. dis. priusquã. & 39. dist. Petrus. Sed potius cõtrium est verum 4: quia qui malitiã obiicit, eã probare debet. ff. de proba. quotiens. §. qui dolo. & 6. q. 2. placuit. c. si tantũ. Dicendũ est hic, q̃ eps debet ostendere, quod ille nõ sit idoneus, quia quilibet præsumitr bonus nisi probetur malus. s. de scru. in or. fac. c. vni. & s. de præsump. dudum. aliàs præsumitur malitia epi. arg. ff. de rei ven. is qui dolo. & fuit hoc nouũ ius & exquisitum, vt eps propter dolum suum teneatur ei prouidere. arg. prædictæ l. is qui dolo. & 10 hoc p̃iudicat successori, sicut si ordinaret illum sine titulo. s. de præben. cũ sm Apostolum, & est simile. q. enim recusat idoneum fideiussorem, tenetur actione iniuriarum. ff. qui satisda. cogan. l. ve ro. in fine. & eo ipso p̃batur malitia, q̃ eum repellit nulla examinatione facta de ipso.

g ¶ *In quo.*] Sic ergo punitur aliquis in eo in quo deliquit. s. de trãslatione. quanto. cap. inter corporalia. & j. de immunit. eccle. c. vlt. 17. q. 4. frater & coeps.

¶ Abbas, Io. q. quam, variantur nostri cõsilio aducunt hoc, & Ioan. Imola dicunt, cum videns.

4 Hoc reprehendit hoc solum And. esse lectum. ~~(?)~~ [illegible]

¶ Ioan.

¶ Cap. 4. eo. tit. in 1. compilat. [illegible]

¶ Idem Aurien. † episcopo.

¶ *Si ad præsentationem rectoris ad titulũ ecclesiæ aliquis fuerit ordinatus: patronus, qui non consensit, ad ipsam cum vacabit, poterit præsentare.*

CAP. XXX.

Postulasti † per sedem Apostolicam edoceri, vt cum rectores parochialium ecclesiarũ quosdam præsentẽt ad suarum ecclesiarum titulos ordinandos, vtrum electio h talium ad ipsos rectores pertineat, vel etiam ad patronos: & si in his patronorum non est requirendus assensus, vtrum ius illis sal-

Postulasti.] Nullũ præiudiciũ generat patrono, q̃ nõ cõsensit p̃sentationi factæ p rectorẽ, de ordinãdo ad titulũ ecclesiæ suæ. Primo ponit cõsultatio. Scd̃o respõsio: ibi, *Ad quod breuiter*. Abbas.

Casus. Primo format talis qõ, Vtrũ sacerdos parochialis ecclesiæ possit aliquẽ p̃sentare ad ordines ad titulũ ecclesiæ suæ irrequisito patrono: & si possit intitulari irreq̃sito patrono, quærit, vtrũ p talẽ intitulationẽ fiat p̃iudiciũ patrono, quo minus possit p̃sentare quẽ voluerit, cũ eccl̃ia vacauerit illo intitulato excluso? Ad primã qõnẽ nõ vr Papa rñdere: sed ad scd̃am rñdet, q̃ p talẽ intitulationẽ nullũ p̃iudiciũ generat patronis in posterũ, quin possint ad illas ecclesias cũ vacauerint, quos voluerint p̃sentare, nisi illi d assensu patronorũ intitulati fuissent. Nota q̃ p factũ p̃lati nõ p̃iudicat patrono in p̃sentatione futura: nisi patronus consentiat facto rectoris.

¶ *Glo. seq. primo obiicit & soluit. Secundo quærit, argu. pro sol. &c. Tertio ponit lecturam Io. cui obiicit, subdens rationem ipsius I. quã approbat.*

h ¶ *Vtrum electio.*] Duæ proponuntur hic quæstiones: Vna est, si sacerdos parochialis possit aliquẽ ordinandũ præsentare ad titulum ecclesiæ suæ, irrequisito patrono: Secunda, si vacante ecclesia ille sic intitulatus sit alij præferendus, quem patronus præsentauerit? Ad primam quæstionem non vr respõdere: Ad secundam respondet, q̃ non sit præiudicium patrono, quin possit præsentare quem velit. Per hoc potest dici, q̃ vtrique quæstioni responsum est, vt sic illi intitulati maneant in ecclesia; patronus tñ potest præsentare quem velit, qui erit prælatus ecclesiæ: & isti intitulati ius non habent in ecclesia: quia nec sunt ibi vt collegium, sed simplicem sustentationem habent: nec eorum consensus requiritur in electione sacerdotis, sed solus patronus eliget: & ita non fit præiudicium patrono per talem intitulationem, quantum ad præsentationem, cũ eo inuito possint intitulari: sed si cõsentiret intitulationi: tunc fit ei præiudicium, quia postea tenetur illum præsentare, vt dicit in s. Et q̃ hoc fieri possit inuito patrono, est arg. s. de fil. presbyt. proposuit. & 7. q. 1. illud aliud, vr in patrono epo. 16. q. 5. si quis episcoporum. Sed quid si præsente & non contradicente patrono intitulatus?

uideatur? Vr consentire, ex quo nō protestatur ius suum. arg. 54. dist. si seruus. 2. ff. de exerci. l. 1. §. magistrum. & ff. ad municip. l. 2. sed hoc non est verum: quia non nocet ei taciturnitas, si eo inuito possunt fieri talia. Vel posset intelligi aliter quod dicit inferius, vt nullum patronis præiudicium generetur. dixit Ioannes, non præiudicatur, q. n. possint remoueri ab ipsis patronis post mortem sacerdotis. Sed q̄ vr q successor tenetur nihilominus illis prouidere. supra de præben. cum sm Apostolum. & H. dicit, quia ad patronū vr spectare non tantum præsentatio sacerdotis, sed aliorū clericorum. 63. dist. principali. & 18. q. 2. Eleutherius. & 16. q. 5. si quis epōrum. in Authentic. de sanctiss. episc. §. si quis oratorij domum. collatio. 9. dum tñ adsit consensus prælati. argu. supra de fil. presby. propositum. nam patroni iudicium multum est sequendum, q ita dilexit ecclesiam, vt ei sua conferret. arg. ff. de confir. tuto. si patronus. Contrarium tamen notauit Ioan. in cap. principali. quòd electio clerici non pertineat ad patronum, sed ad prælatum. Credo potius istā dum (vt hic notatur) vbi sunt tantum duo in ecclesia, scilicet rector & clericus. quòd patronus præsentet vtrumq; cum ecclesia non dicatur collegiata: vt nota. s. de electio. c. 1. sed in collegiata ecclesia nullum pōt præsentare. B.

titium maneat eligendi: vt cum ipsas ecclesias vacare contigerit, intitulati huiusmodi nō sint alijs præferendi? Ad quod breuiter respondemus, quòd per intitulationem huiusmodi, nullum patronis præiudicium generatur†, quin possint alios ad illas ecclesias cum vacauerint, præsentare: nisi de patronorum processisset assensu.

¶ Gregorius nonus Archiepiscopō Eboracen.

¶ *Patronus etiam clericus ecclesiam vacantem conferre non potest: & si contulit, potest nihilominus ad illam præsentare.*

CAP. XXXI.

TRansmissæ ad nos tuæ litteræ continebant, quòd cum capitulum Eboracen. ecclesiam de Gameforde vacantem, in qua ius obtinent patronatus, R. clerico cōcessissent†, ipsi postmodum L. clericum tibi ad eandem ecclesiam præsentarunt post appellationē a ab eodem R. ad sedem Apostolicam interiectam: & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cum ex vi b iuris patronatus, non cōcessio, sed præsentatio pertineat ad patronum, præsentatum (si ei aliquid non obsistat canonicum) instituere in ipsa ecclesia poteris, vt pote potiorem c.

T*Ransmissa.*] Communis diuisio. Secūda pars: ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Capitulum Eboracen. ecclesiæ, ecclesiā quandā, in qua ius obtinet patronatus, concesserunt R. clerico: postmodum voluntate mutata L. clericum præsentauerunt archiepō ad eandem ecclesiam post appellationem à dicto R. ad sedem Apostolicam interpositam: quæsiuit archieps, vtrum clericū illum sibi p̄sentatum deberet instituere, non obstante appellatione prædictū R. respondet Papa, q illum præsentatum instituere poterit in ecclesia illa, ad quam extitit præsentatus, tamquam potiorē; dummodo aliquid aliud canonicum non obsistat; cum ex vi iurispatronatus, sola præsentatio pertineat ad patronum, & non concessio ecclesiæ. Nota q aliud est concedere ecclesiam, & aliud præsentare: Ille dr̄ concedere ecclesiam, ad quem ordinatio ipsius ecclesiæ & collatio pertinet: hoc non potest facere patronus.

¶ *Glossa sequens ten. per q. an valuerit appellatio.*

a ¶ *Post appellationem.*] quę appellatio non tenuit, cum nullū ius haberet, cum ad ipsum non pertineat concessio, sed præsentatio, vt j. sequitur: quia pro nō dato habetur. & c. s̄. eo. qd̄ autem. in fi. & ita nō intererat eius appellare: q a nō solēt audiri, & c. 2. q. 6. nō solēt, s̄. de elect. cū inter R. & s̄. de his q̄ fiūt à maio. parte. cap. ca. ex ore.

¶ *Glossa seq. arg. item obiicit, & soluit.*

b ¶ *Ex vi iurispatronatus.*] Nota ergo vim & potestatē quā habet patronus, quia patronus in eo q patronus, ecclesiam donare non potest. s̄. eo. quod autem. & c. illud. sed solā præsentationē. vt hic patet. vnde nil aliud sibi vendicare debet. s̄. eo. cum seculum. & ita concessio ista nulla fuit. vnde non præstitit impedimentū secundæ præsentationi, quā idē capitulū postea fecit. sic s̄. eod. illud. & c. cū laici. & est arg. hic, quòd non præstat impedimentū, qd̄ de iure nō sortitur effectum. Sed vr q capitulū Eboracen. faciēdo qd̄ nō licet, concedendo ecclesiam, priuari debuit potestate, saltem ea vice, p̄sentandi, quia dixit sibi ius, & vt puniatur in eo in quo deliquit. s̄. eod. pastoralis. s̄. de transla. quanto. & arg. 16. q. 6. placuit. Propter hoc non puniuntur: quia & ipsi iidem correxerunt factum suum, præsentando prout debebant. nec est iste casus in quo priuetur q̄s potestate eligendi, quia cū sit illud pœna, non debet imponi, nisi exprimatur q sit imponēda. Præterea nō peccauerunt eligendo: q a non elegerunt, ergo puniri nō debent in eo, in quo nō peccauerunt.

c ¶ *Potiorem.*] & vere potior est, quia nullum ius habuit alter, vt dictum est.

TITVLVS XXXIX.

De censibus†, exactionibus, & procurationibus.

DE CENSIBVS.

¶ *Visum est supra de muneribus ecclesiarum, vt est iuspatronatus, restabat videre de alijs oneribus, ideo subnectitur hæc rubrica.*

De hac materia habetur. 10. q. 3. & 3. per totum. & 23. q. vlt. §. ecce, vsq; ad §. hinc datur. 12. q. 2. si tributū. & cap. seq.

¶ Ex concilio apud Guarmaciam†.

¶ *Ecclesia fundāda debet pro dote tribui mansus liber à quolibet seruitio tēporali: ad ecclesiasticum tamē tenetur: sed si aliquid confertur ecclesiæ vltra mansum, tenetur ecclesia ex eo soluere onera consueta. hoc dicit inhærendo literæ.*

CAP. I.

SAncitū d† est, vt vnicuique ecclesię vnus mãsus e integer; absque vllo f seruitio tribuatur. Et presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non† de domibus, neque de areis†, vel de hortis iuxta ecclesiam positis; neque de prædicto manso aliquod seruitium faciant præter ecclesiasticum g, Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus h debitum seruitium i impendant.

¶ August.,† super epistola ad Romanos.

¶ *Solutio tributi arguit subiectionem.*

S*Ancitum.*] Vario modo intelligitur; ideo vario modo summari potest. Tria sunt dicta. Secundum: ibi, *Et presbyteri.* Tertium: ibi, *Et si.* Abbas. Siculus.

CASVS. Statutū fuit in concilio Guarmacien. vt vnicuique ecclesiæ vnus mansus integer tribuatur, absque vllo seruitio. & presbyteri in eis constituti nullum seruitium faciant, neque de decimis, neq; de oblationibus fidelium, nec de domibus, nec de areis vel hortis iuxta ecclesiam positis, neq; de manso p̄dicto, præter ecclesiasticū: Si autem amplius habuerint, senioribus suis debitū seruitiū impēdant. Not. q dos ecclesię immunis debet esse ab omni tributo. Item res transit cum onere suo.

d ¶ *Sancitum.*] istud cap. habes 23. q. vlt. sancitum.

e ¶ *Mansus.*] Mansus dicitur in vulgari Italicorum quantitas terræ, quæ sufficit duobus bobus in anno ad laborandum.

¶ *Glos. seq. quærit, ponit opinionem Ala. contrarium soluit.*

f ¶ *Vllo seruitio.*] Sed quid dices si mãsus ille primo fuit tributarius alterius ecclesiæ: q a ecclesia alia parochialis decimas inde percipiebat? Ala. dicit q mãsus iste in fauorē ecclesię à tributo liberat: sicut seruus factus presbyter, à seruitute liberat: ad hoc induxit 23. q. 8. sm canonicā. Alia autē p̄dia collata ecclesiæ à tributo nō liberant; vt hic in fi. quia res trāsit cū onere suo. s̄. de pigno. ex litteris. & de deci. cū nō sit. & C. sine cē. vel reliq. l. 1. 2. & 3. ff. de pig. act. sane. & l. seq. §. si fundus. & 23. q. vlt. tributū. & 11. q. 1. si tributū. & C. de epis. & cleri. l. 3. in fi. nisi forsitan quid speciale dicatur in dote ecclesiæ. arg. s̄. de dec. nouū genus. Sed verius credo q mansus ille qui datur ecclesiæ, etiam in ipsa fundatione, si primo erat tributarius, vel soluebantur decimæ de ipso ecclesiæ parochiali, nō debet ecclesia propter hoc iure suo priuari. 16. q. 1. ecclesiæ antiquitus. 23. q. 8. tributum. nisi fortassis modicum læderetur, quod de facili pati posset. sed si ex hoc læderetur, nō debet iure suo priuari: quia tunc etiam priuilegium perditur, propter enorme detrimentum. j. de verb. sig. quid per nouale. & hoc bene licitum est, q tale seruitium tributum ecclesiasticum appellari potest. ad quod tenetur ecclesia: vt infra sequitur.

g ¶ *Præter ecclesiasticum.*] Ecce quòd ecclesia potest soluere tributum ecclesiasticum. argu. 18. q. 2. seruitium. & 12. q. 2. ecclesiarum. & 11. q. 1. si tributum. & 23. q. vlt. tributum. vt dictum est.

h ¶ *Senioribus.*] id est, dominis, & est arg. q res transit cum onere suo 16. q. 1. si quis laicus. & 1 20. dist. cap. rationis. Ber.

i ¶ *Seruitium.*] id est, censum.

Omnis.

† Propter quod poni tur electiue, non cōparatiue. secūdum Hostiensem. Ioan. And.

† Vide Tur recremata in c. quæsitum. 1. q. 1. & Conr. Summen. li. 3. varia. resolut. & Bonum lib. 4. de iust. & iure. q. ...

† Garmaciam

† Garmacia. sed vt plurimum habent antiqui codices. vt est impressū.

† Burchardus lib. 3. decret. cap. 13 sine pri. & c. 11. & c. 1. eod. tit. in 2. compilatione, sed in edendis exstat in concilio Vormaciensi cap. 50.

† neque

† Alias, areis. sed omnes Vaticani vt est impressū.

† In codice Barbarino Eugen. Papa. Sed mendose vt credo inuenitur autē hoc in libello veterum locorum ... quæ ... ordinatis & intelli... cap. 13. ... epistulæ Pauli. ita Antonius Augustinus.

† ... temporalibus, quod intelligas quantum ad feudalia & ... annexa. s. c. 1. de man. & obe. soluta. Ioh. And.

OMnis.] CASVS. Dicitur hic φ omnis anima regibus subdita debet esse, & in signum subiectionis dat tributum. Nota, φ tributi præstatio signum est subiectionis.

Glo. seq. recitatur per quæstionē quibus loquatur, et tripliciter soluit.

a *Vos subditi.*] Hoc dictū fuit laicis, sicut illud 11. q. 1. magnū. & ĩ. de maio. & obedi. solitæ. & pōt extendi ad clericos circa exteriora. 23. q. vlt. tributum. Vel quia obedire debēt prælatis suis, 23. distin. quamquam. ĩ. de elect. significasti. Vin.

b *Probatio.*] 10. q. 3. illud. C. de episco. & cleri. nulli.

CAP. II.

OMnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit: & infra. Et vos subditi esse debetis. Ideo enim tributa præstatis: quia hæc est probatio [b] subiectionis.

Gregorius Stephano Cantori †.

Non potest episcopus nouum censum monasterio imponere.

SCientes.] CASVS. Quidam abbas conquestus est dño Papæ: φ eps Massæ nouas cōsuetudines siue possessiones monasterio suo volebat imponere: vnde mandat cuidam cātori, quatenus super hoc veritatē inquirat, & si ab initio hæc imposita nō fuerint, decætero nouiter imponi non permittat. Nota φ initium spectādum est. Item nouus census, siue consuetudines nouæ, ecclesiis imponi non debent.

CAP. III.

SCientes †: & infra. Asseruit prædictus abbas presbyterum [c] Massæ nouas monasterio consuetudines velle imponere: & infra. Mandamus, quatenus si ab [d] initio hoc non fuerit, etiam labentibus temporibus aliquid nouiter non permittas imponi.

Idem Constantino episcopo †.

Cæcus & pauper ad collectas non tenentur.

e *Presbyterum.*] idest, epm. 93. dist. legimus. & 95. distinct. ecce. & 18. q. 2. hoc tantum.

Glos. seq. ponit brocar. de initio spectando, alleg. 12. iura, pro s. alleg. 7. pro medio, sex contra medium, vnum soluit & remittit.

CAP. IIII.

LIcet † multū: & infra. Dixit quoque prædictus cæcus, quod ad collectas inter alios pariter compellatur: quod fieri nō permittas [e]: quia eum quem cæcitas sua grauat, inhumanū est nimis in collectione affligere: cui debuerat ex collectis, si esset necessitas, misereri [f].

Paschalis secundus comitissæ Mathildæ.

Petens censum debet rationem exprimere.

CAP. V.

PEruenit † ad nos: & infra. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd census ignorantiæ [g] nec diuinis [h], nec humanis legibus inuenitur [i]: oportet quippe, vt omnis census, ad quid, & quando persolui debeat, præsciatur.

Ex concilio Laterañ †.

Determinat concilium numerum equorum, quos secum ducere possunt prælati visitātes: & prohibet eis tunc vti venationibus, & sumptuosas epulas quærere. hoc primo vsque ad ver. prohibemus.

CAP. VI.

CVm Apostolus † se ac suos propriis manibus decreue-

PEruenit.] Iste est bonus textus, & habet subtilē materiā, & hoc intendit. Non debetur census, cuius causa ignoratur. Abbas.

CASVS. Abbas Fraxinorēs. deprædatus fuit ecclesiā Carpēsem. occasione cuiusdam cēsus, quē abbas petebat ab ecclesia Carpeñ. dicebat archipresbyter Carpeñ. φ nesciebat causam, quare soluere deberet illum censum: quæsiuit à Papa quid iuris esset & ipse rñdet prout sequitur in littera. Iste duæ ecclesiæ sunt in diœceñ Mutineñ. & comitissa Mathilda fuit domina & patrona in vtraque ecclesia. Bernardus. Nota, quòd census ignorātiæ id est, cuius causa ignoratur, solui nō debet. Item qui petit aliquid, causam petendi allegare debet.

Glossa sequens quærit, arg. negatiue & affirmatiue ad quamlibet partem, inducens quosque iura, & soluit.

g *Census ignorantiæ.*] id est, cuius causa ignoratur. ff. de fideiusso. si quis postquam. & l. si quis pro eo. & ff. quādo dies leg. ce. huiusmodi legatum. Sed nunquid talis census siue consimile seruitium potest acquiri tempore? Vi φ non, quia sicut tempus non tollit obligationem. ff. de act. & obli. obligationum. §. placet. ita nec inducit [5]. C. de pact. si certis annis. 1. q. 1. nullus eps. ad fi. q. vbi de hoc. 10. q. 3. quia cognouimus. C. ne vxo. pro ma. l. vlt. arg. ȝ 18. q. 2. seruitium. 1. q. 3. quæsitum. in fi. ff. de vsur. cum de in rem verso. ff. de aqua plu. arc. l. vlt. ff. si ser. vendi. si quis diuturno. licet ius non probetur: vt ibi dr̃. Sol. licet ex tempore nō acquirat obligatio: tñ huiusmodi seruitia siue seruitutes bene acquiruntur, etiam si non habeant continuā causam. C. de seru. & aqua. l. 1. & 2. & ff. de aqua plu. arcen. l. vlt. & de seruitiis tempore acquirendis loqui vr̃ lex. C. de agr. & cen. libus. lib. 11. arg. 18. q. 2. terultiū. & ideo huiusmodi seruitia acqri possunt spacio 40. annorū. & hoc intellige de his quæ ius cōe possideri non vetat: alia vero q̃ possideri non possunt, nō ꝓscribūtur sine titulo, vt ibi dixi ĩ. de ꝓscrip. si diligēti. quia nec possessor in talibus defenderetur. Et si q̃s aliquid petit tale sibi deberi, sufficit allegare causam in libello, quamuis illam non probet, dum tñ probet tempus [6]. arg. ff. si ser. vendi. l. si quis diuturno. vt dixi ĩ. de consuetu. c. vlt. Alij dicunt φ non est necesse aliquā causam exprimere. sed hæc littera in fine ȝ dicit. ibi, ad quid solui debeat ꝓsciatur. sed priori dicto concordat.

h *Nec diuinis.*] id est, canonicis. tertia quæstione quinta, quia suspecti.

i *Inuenitur.*] supple quod solui debeat sine causa: & ideo qui petit causam alleget, vt dixi. Ber.

CVm Apostolus.] Diuiditur in tres partes principales. Et prima pars subdiuidi potest in duas, vt patet in textu. Secunda: ibi, *Quocirca.* Abbas.

CASVS. Quidam scilicet, archiepiscopi, epi, & alij inferiores cū ecclesias visitabāt, grauabant eas in procurationibus exigendis, vt quandoq; ornamenta ecclesiastica subditi vendere vel obligare cōpellerentur, & breuis hora longi tēporis victū cōsumebat: vnde statuit concilū Laterañ. φ ꝓlati prædicti ꝑm facultates ecclesiarū recipiant procurationes: statuendo certum numerum cuilibet prædictorum tam personarum, quàm equorū quibus contenti existant. recipientes cū gratiarū actione quod illis fuerit ministratū, ab illicitis abstinendo, quærendo nō quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi quærere videantur: prohibet insuper ne subditos suos indebitis exactionibus aggrauare præsumant, nisi quando necessitas superuenerit:

d *Ab initio.*] Sic ergo ab initio potest imponi census ab ipso patrono de consensu epi. ĩ. titu. proxi. præterea 2. & 18. q. 2. Eleutherius. j. eodē, quanto. postea vero imponi non pōt, nec impositus augeri. j. eodem, prohibemus. & ita est hic argumen. initium esse spectandum. C. de bon. quæ liber. cū oportet. in fi. ff. de poe. si quis. §. q. abortionis. 1. q. 1. quibusdam. C. communia de vsucap. l. 1. & vlt. de consecra. distinct. 1. placuit. & ff. commo. l. 1. in fi. & 6. distinct. testamentum & ĩ. de loca. & conduct. propter sterilitatem. §. 1. & ff. de nego. gest. sed an vltro. §. 1. in fi. ff. de verbor. obligationib. continuus. §. cū quis. ff. de cōtra. & vtili act. tute. quid ergo. §. sufficit. arg. ȝ. scilicet finē esse spectandū. j. qui fil. sint leg. tāta. in Auth. de nup. §. quia vero. collatio. 4. 22. q. 2. qđ autē ait. ff. qui satisd. cog. si antequam. de poenit. dist. 3. §. 1. in fi. 7. q. 1. suggestū. & ĩ. de renun. c. 1. argumen. contra, scilicet medium esse spectandum. vnde illud:

Cum media semper gaudebam ludere forma: Maior enim mediis gratia rebus inest. ĩ. de testi. cum tu. & 45. dist. disciplina. & cap. sunt namque. & ĩ. de offic. deleg. quærenti. & 23. q. 4. quidam cum bonorum. in fi. & ff. de poe. respiciēdum. C. de custod. & exhibi. reo. si quis. arg. ȝ. quod medium non sit inspiciendum. C. de hære. institu. sed & si. §. solemus. Solo. medium spectandum est in dissensione opinionū, & opinio media magis est amplectenda. ĩ. de offi. deleg. quærenti [a]. Quod dr̃ initiū esse spectandū, & finē esse spectādū soluit ĩ. de election. dudū. vbi d̃ hoc inuenies alias cōcordātias.

LIcet multum.] Hæc est pars illius. ĩ. de restitu. spoliato. licet. Abbas Siculus.

CASVS. Quidā cæcus conquestus est dño Papæ, φ ipse cōpellebatur ad soluendas collectas pariter cum aliis, non habito respectu ad cæcitatem suam: mandat Papa episcopo loci, quòd hoc fieri non permittat: quia iniquum est, eum qui taliter afflictus est, in collecta affligere, cum ei debeat potius ex collecta, si esset necessitas, subueniri. Nota, φ miserabiles personæ ab ecclesia debent defendi. Item afflictis non est addenda afflictio.

Glossa sequens allegat duo, quærit obiiciendo, & soluit.

e *Non permittas.*] Quid ad Papam de isto cæco, cum non videatur esse de sua iurisdictione, sed potius ad secularem pertineat? Immo cum sit miserabilis persona, eius correctio pertinet ad ecclesiam. 87. dist. c. 1. & 2. & ratione peccati saltem pertinet ad ecclesiam. ĩ. de iudic. nouit. & arg. 11. q. 1. relatum. Vincen.

f *Misereri.*] Potius est consulendum talibus quam auferendū. C. ne. no. vect. l. 1. qui enim morbo corporali laborant, à personalibus muneribus excusantur. C. qui mor. se excu. l. 1. & 2. libro 10. sed priuilegium illud non extenditur ad filios. C. eo. l. vlt. & satis iste affligitur, nec debet amplius affligi. ĩ. de cleri. ægrotan. c. 1. & 7. q. 1. cum percussio. & 3. q. 9. indicas.

ueneris: vt si manifesta & rationabilis causa extiterit, moderatũ auxilium ab eis poterunt postulare: cum dicat Apostolus, non debẽt filij thesaurizare parentibus, sed econuerso. In fine dicit, quod dictum est de prædicto numero personarum & euectionis, sm̃ tolerantiã dictum est, in illis locis, in quibus ampliores sunt redditus: in pauperibus locis illã teneant mensurã, vt minores nõ debeãt aggrauare: & illi qui paucioribus equis vti solebãt, non credant sibi prædictam indulgentiam fore concessam. Nota q procurationes recipiendæ sunt sm̃ facultates ecclesiarum. Item hic determinatur numerus euectionũ in visitationibus faciendis. Item prælati visitantes subditos suos, canes venaticos vel aues habere nõ debent. Item sumptuosas epulas quærere non debent. Item quod eis in pcuratione cõpetenter ministratũ fuerit, recipere debent. Item epi subditos suos talliare nõ debẽt sine causa. Itẽ causa facit licitũ quod aliàs nõ liceret. Itẽ filij nõ debent thesaurizare parentibus: sed ecõuerso. Itẽ quod puisum est ad leuamen, extendi nõ debet ad grauamen.

m ¶ *Parentes filiis.*] 16. q. 1. prædicator. Ordine enim naturę filius succedit patri, & non econuerso. ff. vnde lib. scripto. §. non sic parentibus. iste tñ ordo plerũque turbatur. ff. de inoffic. testa. nam & si. vnde dixit dominus Bulgarus cum a suus vnicus filius decessisset: Ordine turbato succedis. Bulgare nato. & sic nota pro filiis.

ris exhibendos a †, vt locum prædicandi auferret pseudoapostolis, & illis quibus prædicabat, non existeret onerosus: graue nimis esse dignoscitur, quòd quidam prælatorum, ita in procurationibus graues b existant, vt interdum ecclesiastica ornamenta subditi exponere compellantur: Et longi temporis victum breuis hora consumat c †. ¶ Quocirca statuimus, quòd archiepiscopi d parochias visitantes, pro diuersitate prouinciarum & facultatibus ecclesiarum quadraginta vel quinquaginta euectionum numerum, episcopi e autem uiginti vel triginta, Cardinales uigintiquinque nunquam † excedãt: archidiaconi vero quinque vel septem: Decani f constituti sub episcopis †, duobus equis contenti existant g. Nec cum canibus h venatoriis, & auibus proficiscantur; sed ita procedant, vt non quæ i sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quærere videantur. Nec sumptuosas k epulas quærant, sed cum gratiarum actione recipiant, quod honeste ac cõpetenter illis fuerit ministratum.

¶ *Prælati non debent grauare subditos talliis & exactionibus: permittitur tamen ex iusta causa petere ab eis moderatũ auxilium. h. d. vsque ad §. sane.*

¶ Prohibemus etiam, ne subditos suos talliis & exactionibus episcopi grauare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquotiens superueniunt, vt si manifesta ac rationabilis l causa extiterit, cum charitate, moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicat Apostolus †: Non debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filiis m: multum longe à paterna pietate videtur, si præpositi subditis suis graues existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more souere. Archidiaconi vero, siue Decani, nullas exactiones n siue tallias, in presbyteros seu clericos exercere præsumant.

¶ *In effectu dicitur quòd numerus equorum statutus in principio cap. nõ debet trahi ad augendum numerum aliàs solitum. Abbas.*

¶ Sane quod de prædicto numero euectionis, secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit obseruari, in quibus ampliores sunt redditus & ecclesiasticę facultates. In pauperioribus autem locis, tantam volumus teneri mensuram, vt ex accessu maiorum minores merito non doleant se grauari. Nec sub tali indulgentia illi qui paucioribus equis vti solebant, hactenus plurium sibi credant potestatem o indultam.

¶ Ex eodem. †

¶ *Nouus census ecclesiis imponi non potest, nec antiquus augeri. hoc dicit, & est de principalioribus huius tituli.*

CAP. VII.

PRohibemus insuper, ne ab abbatibus, episcopis, vel aliis prçlatis, noui p census q imponãtur ecclesiis, nec veteres r augeantur, nec partem reddituum suis vsibus appropriare

a ¶ *Exhibendos.*] id est, procurandos. 18. q. 1. si nunc. infi. 21. q. 1. c. 1.

b ¶ *Graues.*] quod facere non debent, immo si grauat ecclesia, suis expensis debent visitare. 10. q. 3. cauẽdum. & 1. q. 2. placuit.

c ¶ *Consumat.*] vsque ad exinanitionem extremæ virtutis. 10. q. 3. cap. cauendum. & cap. inter cætera. s. quæstio. 1. placuit.

d ¶ *Archiepiscopi.*] arg. q archieps debet visitare prouinciam, & pcurationes à subditis suffraganeorum suorũ exigere. j. eo. sopitæ.

¶ *Gloss. seq. signat contrarium, & solent.*

e ¶ *Episcopi.*] 10. q. 3. inter cætera. ℥: vbi dr̃, q quinquagenarius numerus nõ excedat: sed illud corrigit p istud.

f ¶ *Decani.*] id est, archipresbyteri rurales.

¶ *Glossa sequens quærit, argum. & solent.*

g ¶ *Contenti existant.*] Quid ergo si plures ducant, nunquid poterit in superfluo prohiberi? Vr̃ q sic. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. Trebatius. & 10. q. 3. quia cognouimus. 64. dist. quia per ambitiones. j. de excessib. prælat. cum ad quorundam. Potest dici, q potest denegari in superfluis: sed si propterea subditi excommunicentur, tenet forte sententia: quia sententia pastoris siue sit iusta, siue iniusta, timenda est. 11. q. 3. c. 1. & 2. & illa decr. cum ad quorundam. continet specialem indulgentiam, vt quidam dicunt. Tanc.

h ¶ *Canibus.*] j. de cle. vena. cap. 1. & 2. & 33. dist. quorundam. & 86. dist. Esau. & ca. non putatis.

i ¶ *Quæ sua.*] 63. dist. nosse. & 8. q. 1. sunt in ecclesia. 65. dist. licet.

k ¶ *Sumptuosas.*] 35. dist. ecclesiæ principes. 4. dist. denique. sed epi in ℥trarium faciunt: nam vix cautela diuersorũ coquorum eos potest satiare: Vnde dicit lex, q ex nimia ingurgitatione olet os. ff. de ædil. edi. qui clauum. §. si cui. habeat ergo pauperem cibum. 42. dist. c. vlt. 35. dist. ecclesiæ principes. 12. q. 2. gloria episcopi. Lau.

l ¶ *Rationabilis.*] Si de hoc dubitetur, superioris arbitrio determinetur. arg. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 1. si clericus.

n ¶ *Exactiones.*] ad op̃ suum sine mãdato epi, vel supple nisi in casu præmisso. nam quæ p̃mittuntur in præfauorabus, in subditis reperita intelliguntur. ff. de verb. obligat. Titia. §. 1. & 32. q. 7. Apostolus. & de appellat. secundo requiris.

o ¶ *Potestatem.*] quia quod prouisum est ad leuamen, extendi non debet ad grauamẽ. 45. dist. licet. j. de appellat. cum speciali. & cap. suggestum. & j. de pœ. in quibusdam. 3. Lau.

P*Rohibemus.*] Primo ponit duplicẽ prohibitionem, quam subiudicat. Secundo ponit decretum: ibi, *Si quis vero.* Abbas.

CASVS. Præcipit concilium Lateranẽ. q archiepi. epi, abbates, & alij prælati nouum censum non imponant ecclesiis, nec veteres augeant, nec partem prouentuum ecclesiarum suis vsibus appropriare præsumãt, sed libertatẽ inferioribus conseruẽt, quam sibi volunt à suis superioribus cõtinuari: quod ℥ factum fuerit, irritum habeatur. Nota q nouus census ecclesiis imponi non debẽt, nec veteres augeri. Itẽ eps non potest sibi appropriare redditus ecclesiæ. Item quod tibi vis fieri, alteri facere debes: & quod tibi nõ vis fieri, alteri non facias.

p ¶ *Noui.*] id est, de nouo, cum ab initio imposita non fuerint. s̃. eod. scientes. & qui ab aliis ecclesiis põ soluuntur. j. eo. cap. ecclesiis.

¶ *Glo. seq. alleg. 11. cõcor. & quatuor ℥ria. & sol.*

q ¶ *Census.*] qui imponitur in ipsa fundatione, puta, vt in singulis annis soluat vnũ cereũ, siue librã ceræ vel piperis, siue etiã certam quantitatẽ pecunię, puta x. solidos, vel minus, vel etiã plus, qđ pręstatur in signũ subiectionis s̃. eo. c. 2. & 3. & s̃. de cau. pos. c. vlt. Nõ credo q possit augeri ab epo vel abbate, licet augeantur possessiones: secus in procuratione. j. eo. quanto. quia procuratio non dr̃ proprie census, sed pensio. vr̃ q possit imponi siue augeri auctoritate episcopi. j. c. prox. hoc intelligẽ si iusta causa subest: aliàs non.

r ¶ *Nec veteres.*] Nota ergo census nõ esse augendos siue imponendos de nouo. C. de pascu. priua. l. 1. lib. 11. & s̃. de transact. de cætero. arg. ff. de acquiren. re. dom. locus. s̃. de præben. auaritiæ. vbi etiã de hoc tangitur. & C. de no. vec. l. 1. 2. & 3. vbi dr̃ q noua vectigalia nõ possunt imponi nisi à principe. j. e. significauit. & j. de verb. signifi. super quibusdam. & 18. q. 2. seruitium. & 1. q. 1. nullus eps grauamen. in fin. C. de allu. l. vlt. arg. ℥. ff. de fideicom. liber. l. generaliter. §. si quis alienum. ff. de flu. l. 1. §. ripam. & ff. qui & à qui. si mortis. & j. eo. quanto. Sol. si per vbertatem fructuum fiat incrementum: cum eorum sit casus fortuitus & dubius. C. de vsur. si ea lege. propter hoc augeri non debet census: sed si accedat nouum prædium, noua parochia, vel aliquid tale: iustam vr̃ habere rationem eius. arg. ff. de vsufr. item si fundi. §. sed si insula. arg. contra. j. de vit.

a Aliàs suo qui successit filio suo ordine &c.

† s. ad Consult. c. 1.

† Scilicet concilio Lateran. sub Alexan. III. cap. 7. § prohibemus. & c. 7. vbi etiam c. e. compilatione. & de materia vide glossam in c. nõ minuẽ infra de immunitat. eccles.

præsumant[a]: sed libertatem quam sibi maiores conseruare desiderant, minoribus[b] suis, bona voluntate cōseruent. Si quis vero aliter fecerit, irritum[c], quod egerit, habeatur.

¶ Alexander tertius Vigoriensi † episcopo.

¶ *Prælatus seu rector ecclesiæ non potest præsertim post mortem, ecclesiam suam, propria auctoritate constituere censualem.*

CAP. VIII.

PRæterea † illi, qui episcopo ignorante[d], auctoritate sua pensionem annuam de ecclesiis quadam illusione † soluerint[e], siue[f] receperint, eis defunctis[g] in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi: si pontificis, aut alterius qui de iure id facere potuerit[h], auctoritatem & assensum super hoc non interuenisse constiterit. Non enim simplices sacerdotes vel clerici possunt ecclesias, quibus præsunt, auctoritate sua (præsertim post decessum suum) efficere censuales.

¶ Idem Carnotensi † episcopo.

¶ *Breue est, vel per alia verba summatur sic: Episcopus ecclesiæ de manu laici per se erepta non potest ob hoc censum imponere.*

CAP. IX.

ECclesiis †, quas de nouo episcopi de manibus laicorū eripiunt, præter cathedraticū, & iura omnia quæ aliis ecclesiis[i] imponuntur, exactionem prohibemus[k] imponi.

¶ Idem †.

¶ *Noua pedagia sine consensu principis imponens, communione priuatur.*

CAP. X.

INnouamus[l]: & infra. ¶ Nec quisquam alicui † nouas pedagiorum exactiones, sine auctoritate & consensu regum[m] & principum, statuere aliquo modo præsumat. Si quis autem contra hoc fecerit, & commonitus † non destiterit, donec satisfaciat, cōmunione careat[n] Christiana.

¶ Idem Cantuariensi Archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ *Qui per collusionem constituit ecclesiam censualem, illa priuabitur.*

CAP. XI.

CVm † clerici: & infra. ¶ Ad hoc quia clerici quidam cum religiosis collusione[o] facta, citra auctoritatem diœcesani episcopi[p], ecclesias quas tenent, eis constituunt censuales: vt post decessum eorum, eædē ecclesiæ per repræsentationem eorundem religiosorum, ad filios vel nepotes[q] clericorum ipsorū possint transferri: Præcipimus, vt si qui inuenti fuerint facere talia, eos à præscriptis ecclesiis, non differatis appellatione postposita remouere.

¶ Idem.

¶ *Si collectores grauant ecclesias, priuari debent officio.*

CAP. XII.

EA † quæ de auaritiæ: & infra. ¶ Cum autem propter beati Petri visitationem, denariorum collectam[r] per archi-

de vit. & hone. cleric. quoniam vt ait. & j. eo. tit. quanto. Lau.

a ¶ *Appropriare præsumant.*] vbi tantum censum habere debent. & est arg. q episcopus fructus parochialium ecclesiarum siue etiam præbēdarū sibi retinere nō debet vltra modū sibi permissum. 10. q. 3. quia cognouimus. j. vt eccle. benefi. c. vni. ar. ad hoc. j. de deci. qm. Ala.

b ¶ *Minoribus.*] 95. dist. esto. & 22. q. 5. de forma. & si iura vniuscuiusque ecclesiæ non seruentur, ecclesiasticus ordo confunditur. 12. q. 1. peruenit. & 2. q. 6. qui se scit.

c ¶ *Irritum.*] etiam si iurauerit hoc. j. eod. grauis. & cap. significauit. 2. q. 6. qui se scit.

PRæterea.] Ponit casum generalem rationem subdens: ibi, *Non enim.* Abbas.

CASVS. Quidā rectores ecclesiarū, collusione quadam facta cū religiosis, q habēt in illis ecclesiis ius patronatus, soluunt eisdē ecclesiis annuatim pēsionē, & illi eam recipiūt episcopo ignorante: quæritur an successores pensionem istam soluere teneātur. Rñt q monachi nō sunt audiendi in receptione pēsiōis, si auctoritas episcopi vel eius officialis, qui auctoritatem præstare possit, non interuenerit super hoc: quia simplices sacerdotes vel clerici, nō possunt ecclesias quibus præsunt constituere censuales, præsertim post ipsorum decessum. Nota, q sine auctoritate episcopi pensiones ecclesiis imponi non debēt. Itē census à priuata persona ecclesiæ impositus, vitam soluentis excedere non potest.

d ¶ *Ignorante.*] Pone exemplum quando volunt isti sacerdotes constituere censum, vt eorum consanguinei succedant post mortem illorum. j. eo. cū clerici.

e ¶ *Soluerint.*] supple, sunt puniendi. j. eod. cum clerici.

f ¶ *Siue.*] pro, &c.

g ¶ *Eis defunctis.*] quia pensio illa non ligabat successorem eius, qui ecclesiam[1] non potuit constituere censualem: vt dicit hic in fine. & j. de transact. de cætero. vnde si petant monachi pensionem à successore, non debet soluere.

¶ *Glossa sequens arg. & remittit.*

h ¶ *Qui de iure id facere potuerit.*] Hic est arg. bonum, q census de auctoritate episcopi possit imponi de nouo, siue etiam augeri. Dic vt no. j. eo. c. prox. Ber.

ECclesiis.] Vt intelligas, ratio dubitandi fuit: quia sicut tempore fundationis vel perceptæ libertatis, potest episcopus sibi certum censum constituere: vt in c. constitutus. j. de reli. do. & in c. præterea. s. de iure patro. ita videbatur q si capiebat ecclesiam de manibus laici, cum eam quasi de nouo duceret ad libertatem, quòd in recompensationē beneficij pōt imponere nouū censum: Sed cōtrarium decidit: quia episcopus ad hoc tenebat ex officio suo, & in necessitatibus nemo liberalis existit: vt in l. rem legatā. ff. de adimen. lega. Abbas.

CASVS. Aliquādo laici tenēt ecclesias: episcopi liberāt eas de manibus laicorū: quæritur, vtrū plus iuris habere debeant in istis ecclesiis q̄ in aliis. Rñt Papa, q nullā exactionē imponere eis possunt, nec debent, pter cathedraticū, & oīa alia iura, q aliis ecclesiis imponunt. Nota q idem ius qd̄ episcopi habent in antiquis ecclesiis, idē & non plus debent habere in nouis, siue in illis quas liberant de manibus laicorum. Item non debent ecclesiæ diuerso iure censeri.

i ¶ *Aliis ecclesiis.*] vt 10. quæst. 3. illud.

¶ *Glossa sequens alleg. 2 iura.*

k ¶ *Prohibemus.*] per decre. Lateran. concilij j. eod. prohibemus. & 18. q. 2. hoc tantum. arg. est ergo hic, q consuetudo aliarum ecclesiarum seruari debet. j. eod. super eo. arg. j. de consuetud. cum olim.

INnouamus.] Primo ponitur prohibitio. Secundo pœna: ibi, *Si quis.* Abbas.

CASVS. Noua pedagia sine authoritate regum vel principū constitui non debent: & q contra fecerit, communione careat Christiana. Nota, quòd soli principes noua pedagia constituere possunt.

l ¶ *Innouamus.*] qd̄ iā statutum erat. 24. q. 3. paternarum.

m ¶ *Regum.*] reges enī & principes tātum potestatē habent noua pedagia constituēdi. ff. de publi. & vect. l. vectigalia. & C. no. vect. l. 1. 2. & 3. alia nouia pedagia interdicta intelliguntur, nisi ex consuetudine, cuius non extat memoria exigantur. j. de ver. significatione, super quibusdā 3. 4. 5.

n ¶ *Cōmunione careat.*] Hæc est pœna canonica, sm leges exilio perpetuo puniri debet. C. noua vectigalia. l. vlt.

CVm clerici.] Primo ponitur excessus. Secundo pœna: ibi, *Præcipimus.* Abbas.

CASVS. Quidam clerici cum quibusdam religiosis sine auctoritate episcopi faciunt collusionē, constituendo eis censuales ecclesias, quas tenent: vt post eorum decessum ad præsentationem religiosorū, ad easdē ecclesias filij vel nepotes clericorum ipsorum repræsententur: præcipit Papa, vt qui inuenti fuerint facere talia, ab ecclesiis ipsis appellatione postposita spolientur. Nota, q clerici ecclesias quas tenent, non possunt constituere censuales, & spoliandi sunt ipsis ecclesiis qui hoc faciunt.

o ¶ *Collusione.*] Collusio est inter reū & actorē occulta, & illicita pactio, per quam alter in iudicio[4] se superari permittit. simile j. eo. præterea.

¶ *Glo. seq. recitetur per obiectionem.*

p ¶ *Citra auctoritatē diœces. episcopi.*] maxime quia collusio mala non excusaret auctoritate episcopi: quia nec ipse nouū censum sine pensionem potest imponere. j. eod. prohibemus. vbi de hoc. aliàs iusta & honesta causa interueniente videtur quòd possit, vt ibi decitur.

q ¶ *Ad filios vel nepotes.*] Hæc est causa quare ista constituebant, & mala: & ideo eius causatum est malum: cuius enim causatum est malum, ipsum quoq; malum est: vnde puniuntur, vt hic dr̄. Ber.

EA quæ.] Primo ponitur excessus. Secundo pœna: ibi, *Quod.* Ab.

CASVS. Quidam archidiaconi faciebant collectā denariorū beati Petri p archidiaconatus suos, & sub tali occasione ecclesias & parochias plurimum aggrauabant: præcipit Papa, q hoc nō faciāt: qd̄ si secus præsumpserint: id quod videntur habere, auferetur ab eis. Nota q prętextu officij sibi cōmissi, non debet quis illicitas exactiones præsumere: quod qui fecerit, officio illo priuari debet. Itē priuilegiū meretur amittere, qui pmissa sibi abutitur potestate.

r ¶ *Collectam.*] Præstatio quædā est, quam Anglici soluunt Romanę ec-

† Vigorn. † Vigorniē. † vigorē.

† Cap. 8 eod. tit. in 3. compila. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 28 c. 9.

† Collusione, legitur post concilium, & for tassis apu.

† Carnot. In vno, certe 31, carnot. tēh. habēt.

† Cap. 10. eo. tit. in 2. compilat. Et post concilium Lateran. par. 2. c 8.

† Scilicet Alexander iij. in concilio Lateran. c. 29. & c. 2. titu. de treuga & pace in 1. compilatione. Et vide Syluestrum in sum verbo Gabella 1. vbi plene d materia huius decretalis.

1 Vide hic latius per Ioan. And.

† Aliud. legitur et plurium. l antiqua, & cohæ quam, al.

1 ...

1 Ponit quod 6 ... Ioan. And.

† Cap. 13. ... & post concilium Lateran. par. 3. c. 2.

1 ... memoria ... dom ...

† Cap. 14. tit. de ... in 1. compilatione. & post concilium Lateran. par. ...

4 Ponit ... Ioan. And.

næ ecclesiæ: & debet esse moderata, vt certū & determinatū quid detur. ff. de dam. infe. ex damni. argu. C. de Iudęis. Iudęos. Alanus.
a ¶ *Grauetis.*] scilicet, quoniā sub specie tributorū nō debent illicitæ exactiones fieri; vt hic patet, & ff. de of. pſi. illicitas. §. illicitas.
b ¶ *Auferetur.*] ne dum quæritis vsurpare quod vestrum non est, perdatis quod vobis cōpetere videbatur. 13. q. 1. §. 1. circa finē qōnis. & 25. q. 2. si decet. quia priuilegium meretur amittere, &c. 11. q. 3. priuilegium. Ber.

diaconatus vestros feceritis, ecclesias vel parochias non grauetis[a]: Quód si secus præsumpseritis, id quod videmini habere, auferetur[b] † à vobis.

¶ Lucius tertius.

¶ *Qui recipit iuramentum de nouo censu imposito ecclesiæ persoluendo, compellitur iurantem absoluere.*

C A P. XIII.

Significauit† nobis T. rector ecclesiæ de Fulsig†. quod cum à monachis de Castig.† ad regimen ipsius ecclesiæ fuisset electus†, de soluendo eis annuo censu trium marcharum, quas predecessor eius soluerat, præstitit sacramentum: postmodum episcopus diœcesanus ne ipsum censum monachis solueret, nisi prius constaret quód episcopali[c] auctoritate fuisset impositus, in periculum ordinis sui interdixit[d]: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si præfatum censum † auctoritate præsulis, & non de nouo[e] impositum fuisse constiterit, episcopo præcipias, vt prohibitionē sine dilatione relaxet. Si vero census sit de nouo impositus, siue a auctoritate episcopi[f] hoc factum fuerit, siue non, eosdem monachos, vt clericū à iuramento absoluant, appellatione remota compellas.

¶ Idem Raueñ. archiepiscopo.

¶ *Archiepiscopus visitans prouinciā etiam à monasteriis prouinciæ procurari debet.*

S ¶ *Ignificauit.*] Primo ponit casum perplexum. Secūdo: ibi. *Quocirca*, distinguēdo puidet. Secundum membrum: ibi, *Si vero.* Abb.
Casvs. Monachi de Castig. elegerunt quendam clericum T. nomine ad regimen ecclesiæ de Fulsig. ipsum iuramenti vinculo adstringentes, de soluendo eidē annuatim censum trium marcharū, quas prædecessor eius soluerat: postmodum episcopus diœcesanus præcepit eidem in periculum ordinis, ne censum illum eis solueret, nisi primo constaret, ꝙ auctoritate episcopali fuisset impositus: Sacerdos prædictus hoc significauit domino Papæ: vnde mandat cuidam, quatenus si constiterit præfatum canonem auctoritate episcopi, & non de nouo fuisse impositum, præcipiat episcopo, vt prohibitionem suam relaxet: Si vero census de nouo sit impositus, siue auctoritate episcopi factū sit, siue non: compellat monachos illos, vt clericum illum à iuramento absoluant. Nota ꝙ noui census etiam de auctoritate episcopi ecclesiis imponi non debent. Item iuramentum de nouo censu soluendo præstitum relaxandum est.
c ¶ *Episcopali auctoritate.*] quod vī sufficere, iusta tñ de causa. ŝ. eo. pterea. ŝ. de præb. auaritiæ. ar. ĵ. de eccle. ædifican. ad audientiā.
¶ *Glo. seq. querit, arg. pro, & contra, ponit ops. Lau. quam approbat.*
d ¶ *Interdixit.*] Sed in hoc dubito, cui potius debuit obtēperare. Vī ꝙ epō. 11. q. 3. qui resistit. & 23. q. 1. quid culpat. Sed vī potius ꝙ seruare debeat iuramentum, maxime cum habeat probabilem causam, quia prædecessor soluit, & sic erunt monachi in quasi possessione: vnde non debent priuari vsquequo cōstet. ŝ. vt lit. penden. c. 1. Laurentius dixit, ꝙ potius seruari debet mandatum epi, & littera illa præstat arg. ad hoc vt prohibitionem relaxet: quod latia potest concedi: quia conditio subintelligebatur in iuramento hæc, scilicet, nisi rationabile aliquod impediat: & quia præsumptio est contra eos, ex eo ꝙ ipsum iurare fecerunt, ad quod non fuerat compellendus, etiam si de iure solui debeat.
¶ *Glossa sequens querit, & tripliciter soluit.*
e ¶ *De nouo.*]& ita ab initio pōt imponi. ŝ. eo. scientes. ŝ. de iu. pat. pterea. & ar. ŝ. vt eccle. bene. cap. vnico. sed ex postfacto nō pōt imponi census, nec etiā per compositionē. ŝ. de transact. de cætero. Sed quem dicit censum nouum? Pōt dici nouus, qui non est impositus in fundatione[a] ipsius ecclesiæ. 18. q. 2. Eleutherius. & ŝ. de iurepa. pterea. vel qui nō est pstitus tanto tempore, ꝙ ad legitimā præscriptionē peruenit[3]. Sed multū refert, vtrū qs alleget pscriptionem, quia ea pbata obtinet, licet in veritate fuerit nouus: an vero cēsum ab initio constitutum: quia tunc non iuuatur tēpore, nisi constet ꝙ legitime fuerit constitutus. vel pōt appellari nouus, qui impositus fuerit post Lateraneñ. cōciliū ŝ. eo. phibemus. & ĵ. eo. grauis. Lau.
¶ *Glossa sequens supplet, & remittit.*

f ¶ *Sine auctoritate episcopi.*]Hic euidenter apparet, ꝙ episcopi nouum censum non possunt imponere: & tu supple, verum est sine rationabili & iusta causa; vt no. ŝ. eo. prohibemus. Dic vt ibi.
S *Opita.*]Primo narrat factū. Secūdo diffinit: ibi, *Eapropter.* Abb.
Casvs. Inter archiepiscopum Rauennateñ. & monasteria de Bononia controuersia vertebatur, super procurationibus recipiendis causa visitatiōis: Abbas sancti Proculi aliorum monasteriorū de Bononia procurator, & pro monasterio suo, ppter controuersiam istam ad Apostolicam sedem accessit, & super causa ista diutius litigauit: archieps asserebat procuratiões ipsas in aliis monasteriis suæ puinciæ, sibi sine ɔdictione præstari, & probauit per testes, procurationes exhibitas fuisse prædecessoribus suis in monasteriis Bonoñ. Papa vidēs intentionem archiepi iure cōmuni fundatam, & antecessorum suorū consuetudine adiuuari, condemnauit monasteria supradicta, ad procurationem præstandā dicto archiepo & successoribus suis, secundum facultates eorum. Nota ꝙ archieps cum visitat suam prouinciā, procurationes de iure communi recipere debet. Item consuetudo in procurationibus recipiendis attendenda est. Item procurationes secundum facultates ecclesiæ sunt exigendæ. Item sententia lata pro prædecessore prodest successori.

C A P. XIIII.

Sopitæ† : & infra. ¶ Sane cum inter te & monasteria Bononiæ, super procurationibus, quas ab eis exegeras, controuersia verteretur: & infra. ¶ Abbas sancti Proculi omniū aliorum procurator[g], sicut ex litteris quas portauit, apparuit, super hoc diutius litigauit: & infra. ¶ Sed tu procurationes ipsas in aliis[h] monasteriis tuæ prouinciæ, asserens tibi sine cōtradictione præstari, eas prædecessoribus tuis in monasteriis Bonoñ. exhibitas, per testes idoneos probauisti. Inde vtique vidimus intentionē tuam iure[i] communi, & prædecessorum tuorum consuetudine[k] adiuuari. Ea propter monasteria supradicta condemnauimus, ad procurationem secundum facultates[l] eorum, tibi tuisque successoribus exhibendam.

¶ Clemens tertius.

¶ *Patroni etiam clerici nouum censum ecclesiæ imponere non possunt, nec veterem augere: & si super hoc iuramenta vel cautiones exegerunt, coguntur absoluere.*

C A P. XV.

Grauis† admodū: & infra. ¶ Ecclesiasticæ personæ,

ex eo, quòd monasterium suum in Cenomanē. villa sit situm, & eidem procurationes hactenus non soluit: Iudices consuluerunt dominum Papam, & ipse respondet, quatenus nisi aliud rationabile ostenderint, compellant abbatem & monachos ad exhibendas eidem episcopo procurationes. Nota, quòd in procuratione quæ ratione visitationis debetur, nō currit pscriptio.

causa, quæ inter ipsum ex parte vna, & abbatem & conuentum de Cultura ex altera, super procurationibus, quas ab eis petit idē episcopus, noscitur agitari, vobis fuerit ab Apostolica sede commissa: dicti abbas & cōuentus, ex eo frustrari intentionem eiusdem episcopi moliuntur, quòd eorum monasteriū in Cenomanensi villa[a] situm esse dignoscitur, & ipsi procurationē hactenus non[b] soluerunt: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus nisi aliud rationabile[c] ostenderint, vos eos ad exhibendum eam, sicut ius dictauerit, cōpellatis.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Qui iure metropolitano, vel legationis, visitat prouinciam, in prouinciales qui sibi procurationes denegant, potest ferre sententiam.*

CAP. XXV.

Cum † nuper archiepiscopus Beneuentanus Beneuētanam prouinciam visitaret: & infra. ¶ Mandamus, quatenus cum eundem archiepiscopum, siue auctoritate[d] propria, siue nostra[e] Beneuentanam prouinciam contigerit visitare, procurationes ratione visitationis[f] debitas, iuxta facultates[g] ecclesiarum vestrarum exhibeatis eidem: Alioquin sententiam,

¶ *Gloss. seq. respondet ad primam alleg. monachorū.*

a ¶ *In Cenomanensi villa.*] Hæc allegatio erat potius cōtra monachos quàm pro eis: q̄a si monasterium situm erat in diœcesi Cenomanē. siue in ciuitate Cenomanē. ergo iure cōmuni suberat episcopo. 16. q. vlti. omnes basilicæ. & 18. q. 2. monasteria. & ī. de relig. dom. de xenodochijs.

¶ *Gl. seq. respondet ad secundam alleg. monachorū.*

b ¶ *Hactenus non soluerunt.*] Hæc excusatio vel allegatio non valebat: quia in procuratione, quæ ratione visitationis debetur, non currit præscriptio. ī. de præscriptio. cum ex officij. ī. c. cum instantia. sicut nec contra ipsam visitationem. Alius tamen prælatus posset præscribere vtrumque cōtra episcopum, vt ibi dicitur. Sic & contra procurationē quæ debetur legatis domini Papæ. non præscribitur. ī. eod. cum instantia. Et ideo dixi: ratione visitatiōis: quia in procuratione quæ competit ratione institutionis siue consuetudinis, bene currit præscriptio. arg. 18. q. 2. Eleutherius. & c. seruitium.

† Vide breuiter hic glo. Henricum Bosch.

c ¶ *Aliud rationabile.*] puta, priuilegiū. ī. eo. cum instantia. vel si allegarent præscriptionē nomine alterius, & probarent. ī. de præscri. cum ex officij. aliàs se tueri non possunt, vel nisi allegarēt tantam paupertatem[‡], quòd ipsum procurare non possent. tunc enim suis sumptibus debet visitare. arg. 10. q. 3. cauendum. & 18. q. 1. iā nunc. De hoc dicitur ī. eo. cum instantia.

‡ Adde quòd sit cēsendus pauper. glo. C. vnde vir & vxor. per totum.

Cum nuper.] Diuiditur: Primo ponit querelam decisam. Secundo mandatum: ibi, *Mandamus.* Tertio comminatur: ibi, *Alioquin.* Abbas.

Casus. Archiepiscopus Beneuentanus, dum visitabat prouinciā suam, tā auctoritate propria, quàm auctoritate domini Papæ, cuius auctoritate procurationes petebat, clerici nolebant ei procurationem exhibere: vnde conquestus est domino Papæ. vnde mandat eisdem, quatenus cum archiepiscopus prouinciam suam visitauerit, siue auctoritate propria, siue auctoritate Papæ procurationes ratione visitationis debitas, secundum facultates ecclesiarum sibi exhibeant: Alioquin sententias, quas tulerit in rebelles, ratas habebit, & eas faciet inuiolabiliter obseruari. Nota, quòd archiepiscopus de iure communi potest prouinciam suam visitare, & procurationes recipere, & contradicentes excommunicare.

¶ *Glo. seq. ponit dictum, quod determinat, & remittit.*

d ¶ *Auctoritate propria.*] Quod ei competit de iure communi. ī. eo. sopitę. & hoc intellige cum episcopus est negligens. aliàs se intromittere non debet[a]. arg. 9. q. 3. cum simus. & c. conquestus. in quibus casibus archiepiscopus possit se intromittere auctoritate metropolitani, de subditis suorum suffraganeorum, notatur ī. de offi. ordi. pastoralis.

a Vide Vincentium. [illegible]

e ¶ *Siue nostra.*] In quo casu potest se intromittere quandocunque auctoritate priuilegij, & tunc potest adiri tam per appellationem quàm per simplicem querelam. quod non potest in alio casu. sic ī. de offi. leg. cum non ignoretis.

f ¶ *Ratione visitationis.*] aliàs non tenetur. ī. eo. procurationes. & c. cum venerabilis.

g ¶ *Iuxta facultates.*] quæ semper in his consideranda sunt. ī. eo. sopitæ. vbi de hoc.

quam ipse rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inuiolabiliter obseruari.

¶ Idem.

¶ *Ad antiquam monetam, vel si non in vsu, ad eius æstimationem soluendæ sunt pensiones antiquæ.*

CAP. XXVI.

Cum † canonicis maioris ecclesiæ, quandam summam pecuniæ, pro pensione ecclesiæ tuæ debitam, aliquot annis[h] persolueris †, & iidem summā illā ex integro de meliori moneta exigant sibi solui: Tibi † damus nostris litteris in mandatis, vt canonicos illos solutione prioris pecuniæ[i], vel si non sit in vsu[k], æstimatione pensionis antiquæ facias manere contentos.

¶ Idem.

¶ *Propter priuatum oratorium, procuratio ratione visitationis non debetur.*

CAP. XXVII.

Auctoritate † præsentium inhibemus, ne quis pro eo quòd in oratorijs, quæ in grangijs† vestris habetis, interdum aliqui vestrum celebrant, procurationes, quæ ratione visitationis[l] debentur, à vobis exigere, vel extorquere præsumat.

Cum canonicis.] Primo recitat factum. Secundo prouidet: ibi, *Damus.* Abbas.

Casus. Rector cuiusdam ecclesiæ soluebat certam pensionem annuam canonicis maioris ecclesiæ, & illam aliquot annis soluit ad monetam antiquam, in qua pēsio fuerat ab initio constituta: postea alia moneta maior fabricata fuit: canonici exigebant pensionem sibi solui de meliori moneta ex integro: Mandat Papa quibusdam, quatenus canonicos illos faciant manere contentos solutione prioris pecuniæ: vel si non est in vsu, contenti sint æstimatione pensionis antiquæ. Nota, quòd pensio soluenda est secundū quòd ab initio fuit constituta, siue moneta diminuta fuerit, siue augmentata: sic initium spectatur.

† De materia solutionis in mutata moneta, vide Bartol. & doctores. in l. Paulus. ff. de solut. & quæ omnia ibi. tit. in 2. colum. causā.

† persoluentis.

† Dictio, Tibi, deest in omnibus manuscriptis.

¶ *Glo. seq. roc. per q. de quot annis. intelligatur. arg. quòd de duobus. sed contrarium.*

h ¶ *Aliquot annis.*] Videtur quòd duo sufficiant: quia pluralis elocutio duorum numero contenta est. 4. q. 3. c. si testes. §. vbi numerus. & de consecra. dist. 1. hoc quoque. & si post annos liber esse iussus est, post biennium liber erit. ff. de manumiss. test. libertas. §. vlti. & si data fuerit cōditio in diebus, si nihil adijciatur, biduo conditionem impleri oportet. ff. de verb. sig. inter illam. in fin. immo exigitur, quòd legitimo tempore præstita sit, ad hoc vt in futurum teneantur, nisi causa esset in euidenti. De hoc dicitur ī. eo. peruenit.

† Pro intellectu vide distinctionem, quam hic affert Henricus Bosch.

† In multis Hispaniæ locis grangias vocant, quas Latini villas appellant.

i ¶ *Solutione prioris pecuniæ.*] quæ ab initio fuit constituta: & non ad nouam, quæ maior est: Si enim moneta diminuta fuisset, illam recipere nollent. ī. eo. olim. Cum ergo minorem recipere nollent, maiorem exigere non debent. ff. de damno infecto, qui bona. §. si quisquam. & C. de solu. l. penult.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

k ¶ *Si non sit in vsu.*] tunc æstimationem illius antiquæ soluant: vt ī. eo. olim. in fin. Sed nunquid posset solui prima, si inueniretur? si non minus valet: si vero minus valet, & non est in vsu, non potest solui[†], quia reprobata moneta non liberat soluentē. ff. de pig. act. eleganter. §. qui reprobos. fin. ff. ad Velle. quamuis. §. si conuenerit. ff. qui satisdare cog. quotiens. Ber.

† Italia credituri, si vsitata[?] enim esset si ab eo sciretur approbaretur. ff. de condi. & demonstr. quamuis. & impuset si ba qua talē elegit. ff. de socio, socius. Ioan. And.

Auctoritate.] Casus. Religiosi licet aliqū celebrent in oratorijs, quæ in grangijs suis habent, propter hoc ratione visitationis, procurationes exhibere non debent. Nota, quòd in oratorijs religiosorum procurationes peti non debent.

l ¶ *Ratione visitationis.*] Talis pcuratio nō præstat nisi qñ psonaliter visitant locū causa correctionis. ī. eo. pcurationes. sed in grāgijs istis nulla fit visitatio. licet ibi qñq; monachi celebrent: sed ad caput[†] accedit prælatus causa visitationis. & ibi non consueuerunt morari monachi, sed conuersi causa colendi agros suos: & ita cum nulla fiat visitatio, nulla propter hoc, quòd ibi aliquando celebrāt, debet præstari procuratio.

† Vel cellis, in quibus parochia habitant. Ioan. And.

DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ, &c.

¶ Supra visum est de censibus, sed quia in consecratione ecclesiæ solent dari immunitates, & census imponi, ideo &c. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur de conse. dis. 1. & 68. dist. ecclesijs. 1. q. 2. c. 1. & q. 3. in multis.

Ad hoc. Habes duo dicta. Secundum ibi. Propter hoc. Abbas.

Casus. Dicitur hic, quod si altare motum fuerit, vel lapis superior qui sigillum continet, confractus, aut diminutus enormiter, iterum consecretur: sed ecclesia propter hoc reconsecrari non debet: licet quidam canones hoc dicere videantur. & hoc dicit in isto capitulo. Nota quod totum non vitiatur, quamuis pars vitietur.

¶ Glo. se. tect. per q. in quo consistat altaris consecratio.

a ¶ *Altare.*] i. mensa altaris: sic exponitur de conse. di. 1. si motum. quandoque tabula consecrata de loco ad locum mouetur, nec tamen iterum consecratur. de cons. dis. 1. concedimus. & c. quia & quod dicit, motum. i. mutatum quo ad formam: ita quod formam amiserit, per diminutionem vel augmentum, cum hæc sit forma rei. arg. 10. q. 2. c. ea enim. §. hoc ius. Idem si mensa altaris sit enormiter fracta: quia consecrandum est altare. j. eo. quod in dubiis. & c. ligneis. Consecratio altaris præcipue intelligitur in coniunctione mensæ, scilicet lapidis superioris, & structuræ inferioris. & ita si mensa fuerit remota, vel aliquis de lapidibus tangens mensam ipsam, execratum est altare, & debet iterum consecrari. sed si aliquid addatur altari non execratur: sed sacrum trahit ad se non sacrum. j. eo. quod in dubiis.

TITVLVS XL.

De consecratione † ecclesiæ vel altaris.

¶ Alexander tertius.

¶ Amoto altari vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur altare; non autem ecclesia.

CAP. I.

Ad † hæc si altare [a] motum fuerit, aut lapis ille solummodo suprapositus †, qui sigillum [b] continet, confractus, aut etiam diminutus [c] debet denuo consecrari [d]. Propter hoc vero nequaquam reiterare suam consecrationem ecclesia consueuit; licet id quidam canones [e] innuere videantur.

¶ Innocentius tertius Tornacensi episcopo.

¶ Diebus etiam non festis possunt ecclesiæ consecrari.

CAP. II.

Tva † fraternitas: & infra ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd in diœcesi tua, licet tibi ecclesiis dedicationem impendere, tam diebus Dominicis, quàm priuatis [f].

¶ Idem Nidrosiensi † episcopo.

¶ Habet duo dicta, & primo idem dicit quod c. primum, supra eodem. Secundum dictum dicit, quòd oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, & totum fit consecratum.

CAP. III.

Qvod † in dubiis: & infra. ¶ Altare vero, in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, si mota [g], vel enormiter fracta fuerit, debet non immerito consecrari [h]. ¶ Nec negamus, quin oleum non consecratum [i], consecrato possit oleo commisceri.

¶ Idem Compostellano archiepiscopo.

¶ Reconciliatur ecclesia, quæ propter homicidia & vulnera hominum ibidem perpetrata, polluta est.

CAP. IIII.

Proposuisti †, quòd venientibus ad ecclesiam sancti † Iacobi ex diuersis regionibus peregrinis, & volentibus aliis ab aliis per contentiones & rixas, altaris de nocte custodiam vendicare, homicidia contingunt fieri † interdum; & aliquando vulnera inferuntur: & infra. ¶ Fraternitati tuæ taliter † respondemus, quòd manente ecclesia & altari, ipsa reconciliari [k] poterit per aquam cum vino, & cinere benedictam.

¶ Idem.

¶ Plura altaria simul in eadem ecclesia consecrari possunt, & idem in pluribus episcopis.

CAP. V.

Cvm † sis: & infra. ¶ Noueris igitur, quòd plura in

b ¶ *Sigillum.*] quod in lapide fit in consecratione.

c ¶ *Confractus aut etiam diminutus.*] enormiter. j. eo. quod in dubiis.

d ¶ *Consecrari.*] ipsum altare, & non ecclesia. Alia enim est consecratio ecclesiæ, & alia altaris: vt sequitur in littera.

e ¶ *Canones.*] de conse. di. 1. si motum. innuitur ibi, quòd ecclesia debeat consecrari dum dicit; si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia. sed exponitur; altare, i. mensa siue tabula: ecclesia, i. altare. quod est dicere; si mota fuerit tabula, consecretur altare. Ben.

Tva.] Casus. Quia consecrationes clericorum certis temporibus fieri debent, quæsiuit episcopus Tornacensis. quibus diebus consecratio ecclesiarum fieri debeat? Rndet Papa. quod diebus Dominicis & aliis potest ecclesias consecrare. Nota, quod omni die possunt ecclesiæ consecrari.

¶ Glos. seq. tect. per q. scilicet quæ fuerit ratio dubitationis.

f ¶ *Quam priuatis.*] Qualibet ergo die possunt fieri consecrationes ecclesiarum vel altarium: virgines etiam propter necessitatem diebus priuatis velum sacrum accipere possunt. 20. q. 1. deuotis. quia necessitas legem non habet. de conse. dist. 1. sicut. & s. de consue. quanto. & sic magna necessitas hoc inducit: vt ibi dicitur. & j. de reg. iu. quod non est. ordines vero sacri non conferuntur nisi certis diebus. s. de temp. ordi. c. 1. & 2. 75. dist. c. vlt. & chrisma certo tempore conficitur. de conse. dist. 4. omni tempore. quod in superficie potius contra dicit: sed exponitur, omni tempore. i. omni anno ante Pascha certo die: & quia isti certis temporibus conferuntur, dubitauit an idem esset de consecratione ecclesiarum. Ber.

Qvod in dubiis.] Casus. Primo dicitur hic, quòd si altare motum fuerit, vel tabula superior enormiter fracta, debet iterum consecrari. Item oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, & dicetur totum consecratum. Nota quòd ea quæ religiosis adhærent, religiosa censentur. Item magis dignum trahit ad se minus dignum.

g ¶ *Mota.*] de consecra. dist. 1. si motum. & s. eo. c. 1.

h ¶ *Consecrari.*] de hac consecratione dic vt s. eo. c. 1. per quod intellige quod hic dicitur.

¶ Gloss. sequens arg. allegatorum, & duo alle. in contrarium, in fi. arg.

i ¶ *Consecrato.*] Et ita sacrum tamquam dignius trahit ad se non sacrum. 1. q. 2. non æstimemus. & ff. de rei vend. quæ religiosis. simile. ff. de sol. si alieni. ff. de vsufru. cum qui ædes. secus si vinum apponatur sanguini. j. tit. prox. cum Marthæ. §. quæsiuisti. ver. præterea. Arg. contra quod minus dignum trahat ad se magis dignum. arg. s. de iurepatro. ex litteris. & c. cum seculum. & arg. s. de offi. deleg. super quæstionum. §. si vero duo sunt. Item argu. quod in reficiendis sacris vestibus, filum non sacrum, siue pannus non sacer potest apponi, nec est opus noua consecratione. Io.

Proposuisti.] Primo ponitur consultatio, secundo responsio: ibi, Fraternitati. Abb. Sicu.

Casus. Peregrini de diuersis mundi partibus veniunt ad ecclesiam beati Iacobi, inter quos rixas & contentiones propter custodiam altaris fieri contingit: vnde vulnera & homicidia inferuntur ibidem: quæritur, vtrum propter hoc ecclesia debeat iterum consecrari? Respondet Papa, quod non debet reconsecrari, sed debet reconciliari per aquam, cum vino & cinere benedictam. Nota quod propter sanguinis effusionem non reconsecrantur ecclesiæ, sed reconciliantur.

k ¶ *Reconciliari.*] Nota quando ecclesia debet consecrari vel reconciliari: primo si dubitatur an sit consecrata. Idem de altari quod propter dubium debet consecrari. de conse. dist. 1. ecclesiæ vel altaria. quia non dicitur iteratum, quod nescitur esse factum. de conse. dist. 1. solemnitates 1. sic est de baptismo. j. de bapt. c. 2. & simi. 68. dist. presbyteri quos. & §. seq. Item si ecclesia est exusta tota vel maior pars, debet iterum consecrari. de consecratio. dist. prima, ecclesiis semel. arg. ff. de contrahen. emptio. domum. si vero tectum corruerit, & parietes illæ si remaneant, vel etiam modicum de ipsis parietibus destructum fuerit, non debet propter hoc consecrari. j. eo. ligneis. & si tota ecclesia simul destructa fuerit vel maior pars, debet iterum consecrari: si successiue [e] sufficit aspersio aquæ benedictæ. de consecratio. dist. 1. de fabrica. Pro remotione altaris vel fractura enormi, non reconsecretur ecclesia: vt s. c. 1. pro sanguinis effusione, & pro adulterio, debet tantum reconciliari: vt hic patet. & j. de adulte. significasti. & at. j. eo. c. vlt. Arg. contra de consecra. dist. 1. ecclesiis semel. Sed illud intelligitur secundum hoc, quod sanguinis effusione vel seminis pollutione non consecratur. Per quem debet fieri hæc reconciliatio, dicitur j. eo. aqua.

Additio. Sed pone quòd vir seipsum, vel aliquis alius aliquem in ecclesia suspendat: quid dices? Non videtur reconsecranda, vt hic, sed est reconcili-anda.

Cvm sis.] Ratio dubitandi in isto text. fuit, nam vni personæ non possunt plures ordines sacri eadem die conferri: vt in c. lit eras. de tem. ord. Item vnica Missa in die per episcopum dici potest, vt in c. consuluisti. j. tit. prox. & istæ consecrationes non fiunt sine Missa. De quo tamen

---

¶ Vide omnino d. Thomã in 4. sentent. distin. 13. q. 1. art. 2. quæstiuncula 5. & Syluestrũ in summa verbo. altare.

¶ Cap. vnico. eo. tit. in 3. compilatione. Et de isto loco præter Hostiensem, glossam & doctores hic, vide Turrecrematam in c. si motũ. de cõsecrat. dist. 1.

¶ suppositus

¶ transpositum

¶ superpositum

¶ Cap. 2. de dedicatione ecclesiarum vel altarium in 3. compila.

¶ Indrosiensi.

¶ Quæ potest designare coniunctionem fidelis animæ ad Deum. sim. de beg. debitum. Ioan. And.

¶ In coniunctione consistit cõsecratio, siue sit mobile siue immobile secundum Tan. Ioan. And.

¶ Hoc locum habet in liquoribus & in his quæ cõmistione cõfunduntur, in aliis nõ, secundum Host. non tamen recõsecrabitur, cum nõ sit enormiter læsum. Io. An.

¶ De hac regula vide late per Ioannem sol. imperator. ff. de testib. omnino.

¶ Cap. 3. tit. de dedicatione ecclesiarum vel altarium in 3. compilatione. Et vide Turrecrematam in c. si motũ. de cõsecra. dist. 1.

¶ De hac amonio vide d. Thomã 3. part. q. 77. art. 8.

¶ Cap. 3. tit. de dedicatione ecclesiarum vel altarium in 3. compilatione. Et vide Turrecrematam super 3. contrario, & Syluestrum in sum. verbo altare, ipsa ibidem & verbo. consecratio 3.

¶ beati

¶ Dicitur fieri, desit in antiq.

¶ Alibi interueniente respondetur.

¶ Cap. vnico. eo. tit. de vxore & ab ea non pollu. in 4. compila.

¶ De hac dubio per Hostiensem & Ioannem Andr. vide dubitationem, quam late consulit Turrecremata.

est dic vt habes per glossam not. in c. quod sicut. de elect. vbi dispu tatur an celebratio Missæ sit de substantia consecrationis: vnde videbatur, quòd plura altaria in eadem ecclesia simul consecrari non possunt. & idem est in epis: sed contrarium hic deciditur: nã nihil obstat quo minus in eadem missa, & in eodẽ loco possint plures epi consecrari vel plura altaria. Abbas.

Casus. Cum plures clericos possit eps simul ordinare, quæsitũ fuit à quodam archiepiscopo, vtrum plura altaria in vna ecclesia, & plures epos posset simul cõsecrare? Et Papa rñdet, q pôt. No. q plura altaria & plures epi possunt simul cõsecrari.

¶ Gl. seq. arg. contra Bazianũ, & dat duo similia.

a ¶ *Plura altaria.*] Arg. contra Bazianũ, qui dicit, q consecrato maiori altari, oĩa alia altaria essẽt cõsecrata, si digito demõstrentur. arg. ff. de acq. pos. quod meo. §. si per vẽditorem 1, C. de na. libe. si quis habens. sic plures clerici possunt ordinari. ī. de tempo. ordi. de eo. & 75. dist. quod à patribus. & plures epos pôt cõsecrare. modica fuit hæc dubitatio, sed non credebebas q licet plures clericos posset ordinare, q posset plura altaria vel epis scopos cõsecrare. Bern.

L *Igneis.*] Duæ sũt partes. consultatio, & rñsio. secunda: ibi, *Inquisitioni.* Abbas.

Casus. Ligna ecclesiæ consumpta sunt vetustate, vel alia causa tectum ecclesiæ destructum est, & cõsumptũ, sed parietes integri remanserunt, sed mensa principalis altaris modicam passa est fracturam: reparatum est tectum, quæritur, vtrum ecclesia vel altare debeat reconsecrari? Rñdet Papa, q cum parietes in sua integritate permanserint, nec ecclesia, nec altare, propter causam prædictam debent denuo consecrari. Not. q parietibus ecclesiæ in sua integritate permanentibus, non est ecclesia reconsecranda.

b ¶ *Parietibus.*] Quam diu parietes integri sunt, non est ecclesia reconsecranda: quia in parietibus consecratur ecclesia, & non in tectis, aut si successiue reparati essent. de conse. dist. 1. de fabrica. De hoc dictũ est ī. eo. proposuisti. & de tabula ī. eo. c. 5. & quæ ibi dicta sunt hic possent dici.

ecclesia vna altaria a, & plures episcopos simul poteris consecrare.

¶ Idem.

¶ *Corruente tecto parietibus illæsis, & mensa altaris non enormiter fracta; nec altare, nec ecclesia cõsecratur.*

CAP. VI.

Igneis † ædificiis ecclesiæ vestræ casu cõsumptis, parietibus b tamen illæsis, ac mensa principalis altaris in sua extremitate modicam passa fracturam: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quòd cũ parietes in sua integritate permanserint, & tabula altaris mota, vel enormiter læsa non fuerit: ob causam prædictam, nec ecclesia, nec altare debet denuo consecrari.

¶ Idem Senoñ. episcopo.

¶ *Polluitur ecclesia, vel cœmiterium, si excommunicatus in ea sepelitur.*

CAP. VII.

Cõnsuluisti †: & infra. ¶ Cœmiteria c, in quibus excõmunicatorum corpora sepeliri contingit †, reconcilianda erunt aspersione † aquæ solemniter benedictæ; sicut d in dedicationibus ecclesiarum fieri consueuit.

¶ Honorius tertius reginæ Hungariæ.

¶ *Qui fecit ecclesiam consecrari, tenetur eam dotare. hoc dicit, & tene menti hunc casum.*

C *Onsuluisti.*] Casus 2. Corpora excõmunicatorum in cœmiterio ecclesiæ sepulta sunt: quæritur, vtrum cœmiterium debeat denuo consecrari? Rñdet Papa, q cœmiteria illa recõcilianda erunt per aspersionem aquæ benedictæ solemniter, sicut in reconciliationibus ecclesiarũ fieri cõsuevit. eiectis prius corporibus excommunicatorũ, si à corporibus fidelium discerni poterunt. Not. q sicut ecclesia reconciliatur, ita & cœmiterium.

c ¶ *Cœmiteria.*] Sicut ergò 3 ecclesia reconciliatur, ita & cœmiterium, cum sit consecratum: vt hic patet, & illa corpora si discerni poterũt, sunt exhumanda, & extra cœmiterũ eiicienda. ī. de sepul. sacris. & eadem gaudent immunitate ecclesia & cœmiterũ. 16. q. 4. si quis contumax. & c. seq. & ita idem iuris est in accessorio qđ in principali. ī. de off. deleg. prudentiã. §. vlt. cũ suis concordantiis.

d ¶ *Sicut in dedicationibus.*] 4 ī. eo. proposuisti. & de consecratio. dist. 1. si motum. & cap. seq. Ber.

C *Vm sicut.*] In prima ponitur facti narratio, in secunda exhortatio: ibi, cum non sit. Abb. Et hæc decretalis ponit quæ deberẽt poni in principio tit. de donationibus. Abbas.

Casus. Regina Hungariæ quandam ecclesiam fundauit, & eã fecit consecrari, & in ea fuerunt clerici instituti: sed ecclesiã nõ dotauit: clerici illius ecclesiæ significauerunt hoc dño Papæ, vnde ipse scribit reginæ dicens: cũ ecclesia non sit consecranda nisi de dote sit ei prouisum: tanto liberalius ad dotandam ecclesiam prædictam liberalitatis seu prouisionis manus aperire debet, quanto ad hoc ex debito iã tenetur. Not. q non debet ecclesia consecrari nec etiã fundari nisi à patrono ei de dote primo prouideatur. Item qui fundat ecclesiam, tenetur dotem assignare eidem.

¶ *Glo. seq. primo ampliat & fortificat tex. Secundo quæstionem format & soluit. & tertiò quærit, ponit opin. quam approbat cum certa moderatione.*

e ¶ *Consecranda.*] Nec etiam fundanda, nisi prius competens dos fuerit ei assignata. de consec. dist. 1. nemo. in Authen. vt nullus fabricã. do. §. 1. coll. 5. & in Authen. vt deter. sit numer. cleri. §. 1. coll. 1. vel si hoc omissũ sit in fundatione sicut hic, non debet consecrari ecclesia, nisi dos ei prius fuerit assignata: vt 16. q. vlti. piæ mentis. 1. q. 2. placuit. & hic. cum ad hoc ex debito teneatur fundator: vt dicit in fine. Sed q̃ erit cõpetens dos? Rñdeo, si sit monasterium, tunc dos debet esse tãta, q presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cãtores & lectores possint ibi esse, prout traditur in Authen. vt determi. sit num. cle. §. 1. si vero alia ecclesia collegiata, dos ad minus debet esse pro duobus. arg. ī. de fil. presby. proposuisti. 7. q. 1. illud aut tribus. de cõse. dist. 1. hoc quoq;. & q possit recipere hospites, & epalia iura persoluere. ī. de pben. de monachis. ī. de sup. negli. pla. c. 2. Sed qđ si eps consecrat, vel fundat ecclesiã non assignata dote? Dicit Bazianus & bñ, q eps tenet dotare ecclesiã, sicut tenetur prouidere illi quẽ ordinat sine titulo. ī. de pben. c. 2. eps. & c. cum sẽm Apostolum. & hoc credo verũ, dũmodo sine læsione ecclesiæ suæ hoc facere possit: aliàs nõ, nisi haberet propriũ, q̃ delictũ psonæ, & c. vt 16. q. 6. si epm. ī. đ exceptio. cũ venerabilis. & tũc fundator dotabit eã. & posset ad hoc cõpelli. ar. 16. q. vlti. piæ mẽtis. arg. ad hoc ff. đ rit. nu. q liberos. & hæres fundatoris ad hoc tenet. i Auth. đ ecc. ti. §. si aũt. & §. si q̃s ędificationẽ. coll. 9. B.

tur eam dotare. hoc dicit, & tene menti hunc casum.

CAP. VIII.

Cum † sicut ex relatione capituli Oradieñ. nobis innotuit †, eorum feceris ecclesiam consecrari: & infra. ¶ Cum non sit ecclesia, nisi de dote prouisum ei fuerit consecranda e, eò liberalius ad dotandã prædictã ecclesiam aperire manus munificentiæ tuæ debes, quò ad hoc fortius, tamquam ex debito iam teneris †.

¶ Gregorius nonus Astoriceñ. episcopo.

¶ *Ecclesia polluta per sacerdotem simplicem reconciliari non potest, etiam si aqua fuerit per episcopum benedicta.*

CAP. IX.

Aqua † per episcopum benedicta, ecclesiam reconciliari posse per alium episcopum non negamus, per sacerdotes simplices hoc fieri decætero prohibentes: Non obstante consuetudine f prouinciæ † Bracharen. (quæ dicenda est potius corruptela) quia licet episcopus committere valeat quæ iurisdictionis g existunt: quæ ordinis tamen † episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demandare. ¶ Quod autem mandantibus episcopis, super reconciliatione factum est hactenus per eos

A *Qua.*] Tria facit Ponit dictum. Damnat consuetudinem, causam reddens. Et subdit præteriti tolerantiam. secunda: ibi, *Nõ obstante.* Tertia: ibi, *Quod autem.* Abbas.

Casus. In prouincia Bracareñ. qñ ecclesia vel per sanguinis effusionẽ, vel alio mõ fuerat violata, recõciliabaẽ p simplices sacerdotes: peruenit hoc ad notitiã Papę, vñ sup hoc scribit Astoricen. epo. dicẽs, q p aliũ epm, q̃ p propriũ ecclesia pôt recõciliari, aqua p epm bñdicta, & non per simplices sacerdotes recõciliaẽ ecclesia, nõ obstante cõsuetudine prouinciæ Brachareñ. q̃ dicenda est potius corruptela: qa licet eps cõmittere possit q̃ iurisdictiõis sunt inferioribus clericis: tñ ea q̃ sunt epalis ordinis nõ pôt eisdẽ clericis inferioribus demãdare. Quod autẽ sup reconciliatione hactenus factũ est de mandato eporũ, duxit de misericordia tolerandũ. Not. q ecclesia solũmodo per epm reconciliari debet, non obstante contraria cõsuetudine. Itẽ eps pôt cõmittere ea q̃ sunt iurisdictiõis inferioribus clericis, sed ea q̃ sunt ordinis epalis demandare inferioribus non pôt. Itẽ recõciliatio, q̃ nulla est, p tolerantiã Papæ fit aliqua: & ita de nihilo 5 facit aliqđ. sicut de sentẽtia quæ nulla est, facit aliquã.

f ¶ *Consuetudine.*] Not. ergo q consuetudo, quæ est contra iuris naturã, non prodest, & contra illud ius non potest præscribi. ī. de consue. cũ inter vos. & cap. cum venerabilis. & c. quanto. & c. vlti. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. exemplificat. & quærit diuersitatis rationem, & sol.*

g ¶ *Iurisdictionis.*] 6 puta iudicare, cognoscere đ causis, instituere, beneficia

beneficia conferre, & omnia alia quæ assecutus est eps in confirmatione. arg. ī. de ele. transmissam. hæc omnia committere potest & delegare vnicuiq; maiori vel minori: Sed ea quæ sunt epalis ordinis, demandare non potest inferioribus, puta clericos ordinare, virgines consecrare, chrisma conficere, & consimilia, quæ ministerium consecrationis desiderant. Sed quæ est ratio quare illa quæ sunt iurisdictionis possit cōmittere clericis inferioris gradus, & non illa quæ sunt ordinis demādare? Hæc potest esse ratio. Iurisdictio sola voluntate & verbo committitur, siue delegatus fuerit siue ordinarius, & reuocatur. ī. de offi. dele. super quæstionū. §. intentionis. & §. porro. ff. de iudi. iudicium. sed collatio sacramentorum non confertur sola voluntate vel verbo, immo facto est opus: quia necessaria est visibilis vnctio & exterior: quæ est signum interioris vnctionis in corde. ī. de sacra vnctio. cap. vno. quæ perpetua est, & amitti non potest, licet executio q̄nq; suspēdatur. 1. q. 1. quod quidam. versi. si forte militiæ, &c. Et ita patet. q̄ non possunt taliter demādari sicut iurisdictio vel reuocari: & talia cōferri non possunt, nisi

† Medio criter, aliàs, misericorditer. Ho stien ss.

† Vide §. fi. C. de dona. inter vir. & vxo. l. imperialis. C. de nup.

† Vide hic præ aliis Hēricū Boich. & c. is qui. vbi late de clericis de sen. excom. lib. 6.

† Vide cō cilium Tridēti. sessio 22. in decreto de ob seruandis, & cauēdis in celebratione Missæ.

† In ōbaliis editis non dū inueni, refert Burchard' li. 3. decr. c. 104. & 105. & Iuo par. 6. cap. 181. & 182. habetur apud Gratia num. 91. di stinc. presbyter. sed signatur vt palea, & c. 3. tit. de suffragiis, in §. compla. & vide no tas nostras in hoc cap.

dem misericorditer † toleramus [a] †.

¶ Idem eisdem.

¶ *Ecclesia etiā non consecrata si polluitur, reconcilianda est.*

CAP. X.

SI † ecclesia non [b] consecrata cuiuscunque fuerit semine, aut sāguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lauetur [c]; ne diuinæ laudis organa suspendantur. Est tamē, quàm citius fieri poterit, cōsecranda.

TITVLVS XLI.

De celebratione Missarum †, & sacramento Eucharistiæ, & diuinis officiis.

¶ Ex concilio Agathen. †

¶ *Presbyter tenetur horis debitis dicere horas canonicas: permittitur tamen sibi ex causa dicere eas vsque ad vesperas inclusiue. hoc dicit secundum vnum intellectum.*

ab eis qui habent ea per collationē. 68. dist. presbyteri quos. & sic reconciliatio talis nulla est, cum sacerdotes illi non habuerunt potestatem illam per talem demandationem, quæ est ordinis epalis sicut consecratio. sed vnus epa alii epo potest hoc demandare, & per huiusmodi demandationem nihil ei committit, cum ipse epa habeat ea quæ ministerium consecrationis desiderant, & ei deest tantū auctoritas: q̄a in alienā messem falcē mittere non debet, nisi de voluntate & mādato illius, cuius est diœcesis. 6. q. 3. scriptū est.

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

a ¶ *Toleramus.*] Sed vř q̄ ista sola tolerantia non sufficiat sibi nisi iterum reconcilietur per epm: quia nulla fuit reconciliatio: ergo iterum debet reconciliari, sicut si aliquis ordinatur ab eo, qui ordinandi potestatem non habebat, iterum debet ordinari. 68. dist. presbyteri. & ī. de presby. nō bap. c. 1. & 3. Sed dic q̄ per talē tolerātiā ratā habet talē reconciliationē; & incipit valere ex nūc. cū prima nulla fuisset, & ita de nihilo [t] facit aliquid. sic 3. q. 6. hoc quippe. & de conse. dist. 2. reuera. quia potest princeps mutare [s] naturam rei. C. de rei vxo. actio. l. vnica. circa prin. Ber.

† Hæc dicta glossæ intellige q̄ ... in c. quanto. supra de translat. episcopi su per glossa in verbo: veri Dei.

SI *ecclesia.*] Habet duo dicta, quæ patent in textu. Secundum: ibi, *Est tamen.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliqua ecclesia non consecrata sanguinis effusione, aut alio modo polluta est: quæritur qualiter sit reconcilianda? Rńdet Papa, q̄ lauetur aqua exorcizata, ne diuinæ laudis organa suspendantur in ea: & quamcito poterit fieri, debet consecrari. Not. q̄ licet ecclesia non sit consecrata, si tñ polluta fuerit, non debet in ea celebrari, nisi prius aqua lauetur. Item ecclesia non consecrata, gaudet eodem priuilegio quo & consecrata, sed aliter reconciliatur quàm consecrata: vt hic patet.

¶ *Gl. seq. arg. a minori, & dat simile.*

b ¶ *Non consecrata.*] Not. q̄ dicit, non consecrata, ergo multo fortius cōsecrata. ī. eo. proposuisti. sic & cœmiterium si taliter polluatur, reconciliari debet, vt ī. eo. consuluisti. arg. q̄ si aliquis excōicatus, vel paganus ibi sepelitur, sunt inde eiiciedi, nec in ea debet celebrari ante eiectionem & aspersionem aquæ benedictæ, licet consecrata prius non fuerit: & parietes sunt radendi, de consecratio. dist. 1. ecclesia. & cap. vbi. & c. seq. Et ita ecclesia non consecrata, gaudet eodem priuilegio quo & consecrata, vt hic patet. & hoc est expressum ĩ. de immu. eccle. cap. penult. & ita si aliquis illuc confugerit, debet ab ecclesia defendi: & hoc ideo, quia locus ille auctoritate epi dedicatus est diuino cultui: & quod semel Deo dedicatum est, ad profanos vsus redire nō debet. 12. q. 2. nulli liceat. & ī. de re. permutat. mancipia [z]. & tñ grauius peccat qui sic delinquit, quàm in non consecrata, sicut magis peccat & grauius punitur qui in maiorem personam, quàm qui in minorem: nā ex persona consideratur iniuria & crimen. instit. de iniur. §. atrox. infra de sentent. excommu. cum illorum. & crimen augente dignitate propositi. ff. de re mili. omne delictum. §. 1. Sed nunquid & isti violatores sunt dicendi sacrilegi secundum distinctioné sacrilegij? Non vř. 17. q. 4. sacrilegium. sed credo quòd tamquā sacrilegi iudicādi sunt, licet locus adhuc consecratus nō sit. arg. supra de so. cōpet. conquestus. & quia eodem priuilegio gaudet, ac si esset consecrata. infra de immu. eccles. cap. penult.

† Concor. l. sancimus, C. de sacr. san. eccle. & Insti. de re. diuis. §. loc. cus.

CAP. I.

PResbyter mane, matutinali officio expleto, pēsum seruitutis suæ, videlicet Primā, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperamq; persoluat [d]: ita tamen, vt horis competentibus [e], iuxta possibilitatem, aut à se, aut à scholaribus [f] publice compleantur. Deinde peractis horis, & infirmis visitatis, si voluerit exeat ad opus rurale [g] ieiunus [h], vt iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitum, siue diuersorum commeantium, infirmorum atque defunctorum succurrere [i] possit, vsque ad statutam horam, pro temporis qualitate: propheta dicente: Septies in die laudem dixi tibi: qui septenarius [k] numerus

Psal. 118.

c ¶ *Lauetur.*] Sed per quem debet lauari? Videtur q̄ per episcopum tantum. ī. capitulo proximo. In hoc casu sacris credo q̄ per simplicem sacerdotem possit lauari: quia si intellexisset Papa, q̄ per epm deberet lauari, illud dixisset, sicut dixit in proximo capitulo præcedenti, cum Papa in vtroque capitulo scribat eidem. & quia dixit aqua exorcizata [z] lauetur, quæ fit per simplicem sacerdotem, & non cū aqua benedicta cum vino & cinere, cum qua reconciliatur ecclesia consecrata. ī. eo. proposuisti. & argu. ad hoc ī. de tempo. ordi. cum in distribuendis. & arg. de consecratio. dist. 2. c. fin. argu. tamen contra. ĩ. de immunit. eccle. cap. pen. Bernar.

† De hoc ... vide latius per Hostiēsem & Io. And.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, &c.

¶ *Visum est supra de consecratione ecclesiæ vel altaris: sed quia in ecclesia consecrata Missæ celebrantur, & alia diuina officia dicuntur, ideo subiungitur hæc rubrica, Abbas.*

De hac materia tractatur de consecra. dist. 5. conuenit. & duobus c. seq. 15. dist. sancta in Pascha. De secunda parte, videlicet de sacramento Eucharistiæ tractatur de consecratio. dist. 2. per totū.

PResbyter.] Communiter non summatur propter multitudinem dictorum. Primo præcipit officiū dici horis debitis, & ex causa permittit anticipationem. Secundo specificat casum, quare permittit sibi anticipare: ibi, *Deinde.* Tertio concludit: ibi: *Ergo.* Abbas Siculus.

CASVS. Presbyter mane omnes horas suas dicere debet, & peractis horis & infirmis visitatis, exeat ad rurale opus si vult, & alia faciat quæ sequuntur in littera. Not. q̄ omnes horæ mane dici possunt excepto completorio. Item clericus cui beneficium non sufficit, ex artificio potest victum quærere.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.*

d ¶ *Persoluat.*] Consilium est, vt simul dicat omnes horas, ne superuenientibus occupationibus aliquam horam dimittat: & intelligitur hoc de clericis pauperibus, quos ad opus rurale oportet exire, vt in littera patet: aliàs suo loco & tempore dicendæ sunt singulæ horæ.

ADDITIO. Vnde versus: *Exeat omnis inops opus ad rurale sacerdos: Si vult completis horis, agris quoque vsus.*

e ¶ *Cōpetentibus.*] Signatis campanis vel alio signo. ī. de electio. in causis. & ī. de officio custo. c. 1. & 1. dist. ius militare.

f ¶ *A scholaribus.*] Hic exaudio, cum aliqua superueniente necessitate ipse officium suum perficere non potest. 7. q. 1. illud. & facit ad hoc ī. de vi. & honestate clericorum. vt quisque.

g ¶ *Rurale.*] Clericus enim cui ecclesia non sufficit, ex artificio suo victū & vestitū quærat. 91. dist. clericus victum, absq; officii sui detrimento. & 21. q. 1. c. 1.

h ¶ *Ieiunus.*] De consecra. dist. 2. liquido. & de conse. dist. 5. sacramenta. & dist. 5. vt ieiuni. & c. vt epi. & 7. q. 1. nihil. Ber.

i ¶ *Succurrere.*] Missam celebrando vsq; ad statutam horā: vt hic dicit, idest, Nonam. de consecratio. dist. 1. solēt. vel vsq; ad Tertiam quandoque. 44. dist. non liceat. hoc in diebus communibus.

† Vide Nauarrum in manuali de horis canonicis c. 3. & notas nostras in hoc cap.

k ¶ *Septenarius.*] Sunt septem [4] horæ sicut sunt septem dona spiritus sancti. 30. q. 2. peruenit. septē dies seculi, & septē ætates, quibus com-

bus completis finietur mundus: septem petitiones in oratione Dominica, septem psalmi pœnitentiales, itẽ septẽ diaconi, sicut septẽ cãdelabra. 93. distinctione, diaconi quis. Et ita septem sunt horæ ad quas tenentur sacerdotes: de alijs nihil dicit: vnde vr, quòd non teneantur: sed certe tenentur. arg. ĩ. de præben. cum secundum Apostolum. 91. distin. c. 1. & 2. & 92. dist. c. vlti. Bernar.

Additio. Vnde versus:
Hæc sunt septenis, propter quæ psallimus horis:
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat:
Prima replet sputis, causam dat tertia mortis:
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipertit:
Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

cantatur inter diẽ & noctẽ: & dr officiũ: Lux fulgebit hodie. Tertia dr in die, per quam designatur tempus gratiæ, s. præsens: vnde dr officium: Puer natus est, & c. quod potes intelligere his versib⁹:
Tres in natali debent Missæ celebrari:
Quarum prima, sacram Christi signat genituram:
Altera venturi do signat gaudia Christi:
Tertia iam factũ quod lex fore sacra designat.

à nobis impletur, si Matutini † Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, & Cõpletorij tempore, nostræ seruitutis officia persoluamus. nam de nocturnis vigilijs idem ipse propheta ait: Media nocte surgebam, & cætera. Ergo his temporibus laudes creatori nostro, super iudicia suæ iustitiæ referamus.

¶ Ex concilio Triburien. †

¶ *Propter Missam specialem Missa de feria dimittenda non est.*

CAP. II.

Quidam laicorum habent in consuetudine, vt per singulos dies audiant Euangelium: In principio erat verbum: & Missas peculiares[a]; hoc est †, de sancta Trinitate, & de sancto Michaele. & ideo sancitum est in eodem concilio, vt vlterius hoc non fiat[b], nisi suo tẽpore, & nisi aliquis velit propter reuerentiam sanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione[c] audire. Sed si voluerint, vt sibi Missæ cantetur, de eodem die Missas audiant, pro salute viuorum, & etiam defunctorum †.

¶ Innocentius iij. Vigoren. † episcopo.

¶ *Sufficit sacerdoti semel in die celebrare: & excipit duos casus, scilicet necessitatem, & festum Natiuitatis.*

CAP. III.

Consuluisti †: & infra. ¶ Respondemus, quòd excepto die Natiuitatis[d] Dominicæ, nisi causa necessitatis[e] suadeat, sufficit sacerdoti semel in die vnam Missam solummodo celebrare.

¶ Idem archiepiscopo Braecharen.

¶ *In Missa commemorationis, licet dicatur propria præfatio, non tamen dicitur hymnus angelicus, nec symbolũ.*

CAP. IIII.

Consilium † nostrum: & infra. ¶ Requisisti, vtrum in diebus profestis[f], in quibus ad honorẽ sancti Spiritus, beatæ Virginis, & sanctæ Crucis, Missam celebrari contingit, hymnus Angelicus[g], symbolum[h], ac præfatio[i] propria debeat decãtari: & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respõdemus, quòd apud nos in diebus profestis, cũ Missarum solemnia in honorẽ beatæ Virginis celebrantur, neque hymnus Angelicus, neque symbolum decantatur; licet in Missa, propria præfatio decantetur, vt inter cõmemorationẽ, & solemnitatẽ differentia ostẽdatur. vnde, Te Deum laudamus, regularius[k] dimittitur, quàm dicatur in laudibus matutinis.

¶ Idem clericis sancti P. Magalon. †

¶ *Sacerdos post sumptam Eucharistiam, perfundat, nisi aliam Missam sit dicturus.*

CAP. V.

Ex † parte vestra: & infra. ¶ Postulationi vestræ taliter respondemus, quòd semper sa-

Qvidam.] Prima ponitur excessus. Secũdo prouisio: ibi, *Ideo.* Abbas.

Casus. Quidam laici habent in consuetudine, vt p singulos dies audiant Euangelium: In principio erat verbum: & Missas peculiares: vnde statuit concilium, vt vlterius hoc non faciant, nisi suo tẽpore, nisi aliqñ ex deuotione hoc facere velint, & non propter aliud: sed audiant Missas de eodem die. Et loquitur in casu, in quo non est nisi vnus presbyter in ecclesia, qui debet celebrare de die. Not. q aliquid prohibetur nõ ppter se, sed propter illud quod inde sequi potest. Item Missæ de die audiẽdę sunt, vbi aliqs ex deuotione velit audire.

a ¶ *Peculiares.*] id est, speciales. de consecratio. dist. 1. & hoc attendendum est. Ala.

¶ *Glo. seq. causam reddit, dat vnũ simile, et argum.*

b ¶ *Non fiat.*] Non quia malum sit audire tales Missas, sed malum est propter talẽ dimittere canonice statutas Missas de die: vt dr in fine. 21. dist. deniq;. vbi prohibetur minori benedicere præsente maiore; & dare eleemosynam non est peccatum, sed dare ad iactantiam malum est. 1. q. 1. non est putanda. & c. vide quantum. & ita est arg. q aliquid prohibetur, non propter hoc q malum sit, sed pp id quod ex eo sequi potest. ĩ. de iureiu. & si christus. & 22. q. 1. i nouo. & 11. q. 3. nolite. 63. dist. c. qa sãcta. §. verũ.

c ¶ *Deuotione.*] quasi melius sit Missas istas audire, quàm alias canonicas de die. Ber.

Consuluisti.] **Casus.** Quæsitum fuit à Papa vtrum sacerdos possit celebrare plures Missas eodem die? Rñdet Papa, q excepto die Natiuitatis Dñi, sufficit sacerdoti semel in die vnã Missam celebrare, nisi necessitas immineat. Not. q necessitas facit licitum, quod aliàs est illicitum. Item nota 3 sacerdotes, qui plures Missas celebrant in die, causa cupiditatis.

¶ *Glo. seq. reci. per q. quare in Natali dicantur tres Missæ, soluit & ponit versus.*

d ¶ *Natiuitatis.*] Dicta enim Natiuitatia Dñi plures Missæ celebrãtur. de conse. dist. 1. nocte sancta. & celebrant etiã tres Missæ propter mysterium: quoniam per illas tres Missas repræsentatur triplex status, s. status ante legem, sub lege, & status gratiæ. Illa quæ cantatur in nocte, repræsentat statum illum, qui fuit ante legem, qñ omnes erant in tenebris: vnde dr in Missa, illa prophetia: Populus gentium qui ambulabat in tenebris. Secunda quæ dr in aurora, repræsentat tempus sub lege: in quo iam incipiebant ex parte scire Christum, sed non plene, propter dicta legis & prophetarũ: & ideo

¶ *Glo. sequens quærit, & soluit.*

e ¶ *Necessitatis.*] Sed quam dicit necessitatẽ? Rñdeo, si celebrauit de die, & postea etiam moriatur aliquis, vel etiam causa honestatis vel vtilitatis: vt si dicta Missa de die superueniat aliqua magna persona, quæ velit Missam audire. arg. ĩ. eod. c. 1. & 2. aliàs ergo sufficit. q vnam Missam celebret quis in die. de consec. dist. 1. sufficit. & j. eod. te referente. nec expresse prohibetur quin plures possint celebrari, ex eo q dicit, sufficit: vnde potest vnam celebrare de die, & aliam pro defunctis: & quotiẽs celebrat, totiens sumat corpus Christi & sanguinẽ. de consecratio. dist. 2. comperimus. & cap. tribus.

Consilium.] Communis diuisio. Secũda pars: ibi, *Inquisitioni.* Et in hoc errant multi sacerdotes, qui cõiter in Missa commemorationis maxime beatæ Mariæ virginis, dicunt, Gloria. Abbas.

Casus. Quæsitum fuit à Papa, vtrum in diebus feriaõs, in quibus ad honorem sancti spiritus, beatæ Mariæ virginis, & sanctæ Trinitatis Missa celebrari contingit, q hymnus Angelicus, symbolum, propria præfatio cantari debeat? Rñdet Papa, q apud ipsum in diebus profestis, cũ Missarũ solemnia in honorẽ beatæ Mariæ virginis celebrantur, neque hymnus Angelicus, neq; symbolũ decantatur, licet propria præfatio cantetur: vt differentia ostendatur inter cõmemorationẽ & festiuitatẽ: vnde, Te Deũ laudamus, regulariter dimittit in laudibus matutinis. No. q in officio ecclesiæ differentia debet esse inter cõmemorationẽ & solẽnitatẽ.

f ¶ *Profestis.*] id est, priuatis, quasi procul à festo.

g ¶ *Hymnus Angelicus.*] scilicet, Gloria in excelsis Deo.

h ¶ *Symbolum.*] id est, Credo in vnum Deum.

i ¶ *Præfatio.*] Præfatio beatæ Virginis habetur 70. dist. sanctorum. Reliquas habes de consecratio. dist. 1. inuenimus.

k ¶ *Regularius.*] id est, regulare est vt dimittatur, nõ vt dicatur. simile 7. q. 1. c. aduersitas. §. cum autem. Ibi comparatiuum ponitur electiue: hic ponitur negatiue. sic minus, i. non. ff. de tribu. illud.

Ex parte.] Breue est & secundum Hostiensem determinantur quatuor quæstiones: Nam primo quærebatur, an sacerdos post sacramenta sumpta perfundere debeat manus. Secundo cum quo liquore. Tertio vtrum illam perfusionem debeat sacerdos sumere. Quarto an post illam sumptam, debeat, seu possit iterum celebrare. Et in effectu rñdet hic Papa ad omnes quæstiones. Nam debet manus primo perfundere cum vino, & vinum perfusionis sumere, nisi sit celebraturus aliam missam: & post perfusionem sumptam, non potest aliam celebrare: & intellige, vt dixi in c. consuluisti. s. eo. nam hoc procedit tam in festo Natiuitatis Domini, quàm in alia festiuitate; & ex hoc declaratus iste textus, Abbas.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat. Et vide B. Thomam. lib. 4. sent. dist. 13. q. 1. art. 2. quæstiuncula. 4.

¶ Magalon.

¶ Cap. 4. eo tit. in 3. cõpilatio. Et. præter B. Thomã citatum supra per glossa in versiculo si forte, vide Nauarrum in Manuali confessariorũ c. 25. nu. de statu clericorum.

Dies profestos appellat Nonnus Marcellus, eos qui sũt à festiuitate vacui.

Casus

CASVS. Quæsitum fuit à Papa, quo (scilicet aqua vel vino) perfundere debeat sacerdos manus suas, postquam totum acceperit Eucharistiæ sacramentum? Rn̄det Papa, q vino perfundere debet, nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare: quia si vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret. Not. q sacramenta à ieiunis sunt percipienda.

cerdos vino a perfundere b debet, postquam totum c acceperit Eucharistiæ sacramentum; nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare: ne si forte d vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

Idem I. quondam archiepiscopo Lugdunēs.

Si qua verba sunt in canone Missæ, quæ ab Euangelistis dicta non fuerunt, credere debemus quòd à Christo Apostoli, & ab Apostolis eorum successores acceperunt. & hoc dicit usque ad §. quæsiuisti.

CAP. VI.

CVm † Marthæ: & infra. Quæsiuisti, quis † formæ verborum, quam ipse Christus expressit, cum in corpus & sanguinem suum, panem transsubstantiauit & vinum, illud in canone Missæ, quo ecclesia vtitur generalis, adiecerit, quod nullus Euangelistarum legitur expressisse: Cum enim in Euangelio sic legatur: Accipiens calicem, gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus noui testamēti, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum: in canone Missæ sermo iste, videlicet: mysteriū e fidei: verbis ipsis interpositus inuenitur. vnde cum non Euangelista Christum hoc dixisse testetur †, miraris, quòd aliquis asseuerare tentauerit eum aliquid plus dixisse f, quàm aliquis Euangelistarum asseueret. Verum si formam ipsius canonis inspicias diligenter, præter hoc, de quo tua fraternitas requisiuit, alia duo g videlicet: eleuatis oculis in cælum: & æterni testamēti: poteris in ipso canone reperire, quæ in textu Euangelico non leguntur. Sane multa h tā de verbis, quàm de factis Dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa †, quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur: Paulus enim in actibus Apostolorum sic ait: Meminisse vos oportet verbi domini Iesu, qui dixit: Beatius † est dare i, quàm accipere. Hæc nullus quatuor Euangelistarum descripsit. Nullus etiam horū expressit, quod Paulus de Christo ad Corinthaios scribēs ait: Visus est plusquam quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo: nouissime autem tamquam abortiuo k, visus est & mihi. Ipsi etiā Euāgelistæ mutuo inter se suppleuisse leguntur: quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omissa l. vnde cum tres Euangelistæ posuerint: Hoc est corpus meum: solus Lucas adiecit: quod pro vobis tradetur. & cum Matthæus & Marcus dicant: pro multis: Lucas dicit: pro vobis: Matthæus autem: in remissionem peccatorum, adiunxit. Cæterū ea, quæ adduntur in canone Missæ, possunt ex aliis locis Euangelij comprobari: Ioannes enim suscitationē Lazari describens, Iesum sursum oculos leuasse asserit, & dixisse: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me: & infra. Si tunc igitur in cælum oculos leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime animā Lazari

a Vino.] Quærebatur quo perfundere debeat sacerdos? rn̄det q vino.
b Perfundere.] manus, scilicet post perceptionem corporis & sanguinis Domini.
c Totum.] bene dicit: quia vel totū recipiat, vel nihil. de cōsecratio. dist. 2. comperimus.
Glo. seq. rect. per q. quare dicat, forte, & dupliciter sol. Secundo de illo qui sumpsit medicinā, & sol. aut in fin. quærit, soluit, & ponit opinio. Hug.
d No si forte.] Quia sacramenta à ieiunis sunt percipienda. 7. q. 1. nihil. de conse. dist. 5. vt ieiuni. 75. dist. q à patribus. & ī. de temp. ordi. litteras. Ideo dicit, forte: q a quorundā est opinio, q quicquid admiscetur sanguini, sanguis efficitur. arg. ī. tit. proxi. q in dubiis. & secundum illos, qui perfusionem acceperit, ieiunus erit: Sed potius vr̄ dubitatiuū illud, forte, & illa opinio hic euacuatur: Sed magis affirmatiue vr̄ poni: qd consuetudo interpretatur, quia sic obseruatur: quæ est optima legum interpres. ī. de consue. cum dilectus. sic ponitur 33. q. 2. admonere. & ī. de procu. tuæ. & sic est arg. q non est ieiunus quis postquam bibit. Sed post medicinam sumptam, vr̄ q nihilominus possit celebrare: quia medicina non computatur inter alimenta. ff. de penu lega. non omne quod bibitur. Sed non est verū: quia si non debet post perfusionem, multo minus post medicinam: quia in honorem tanti sacramenti, prius sumi debet corpus & sanguis Dn̄i. de consecra. dist. 2. liquido. & 7. q. 1. nihil. & antequam cibus digestus sit, corpus Christi sumi non debet. de consecratio. dist. 2. tribus. quòd si conficeret sacerdos post aliquem cibum vel potum sumptum, male faceret, tn̄ conficit. de consecratio. dist. 2. liquido. Hug. dixit 𝔠trū super decreto illo. 75. dist. qd à patribus.

Vide B. Thomam 3. par. q. 80. art. 8.
Cap. 5. eo tit. in 1. compilat. Et vide notas nostras in hanc decretalem.
Ex vetustis codicibus restituimus locū, vt est impressus, nā in vulgatis corrupti sime legebatur ita: Quæsiuisti, quæ sit forma verborum, quam ipse Christus, &c. ex quibus nullum poterat sanum sensum colligi.
Matth. 26.
† testatur
Vide D. Thomam 3. par. q. 77. art. 8.
De hoc dubio vide omnino B. Thomam 3. par. q. 8. art. 8. ad 4. argu.
Errauit Hug. nec alt vilo modo eius opinio tenenda.

CVm Marthæ.] Tria sunt dicta, quæ patent per §§. Secundum: ibi, Quæsiuisti. Tertium: ibi, Tertio loco. Abbas.

CASVS. In Euangelio sic legitur: Accipiens calicē gratias agēs, benedixit, & dedit discipulis suis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, noui testamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum: ad vim & prolationem istorum verborum, panis & vinum in corpus & sanguinem Christi transsubstantiatur: in canone Missæ, quo ecclesia vtitur generalis, additum fuit: mysterium fidei, quod verbum, nullus Euangelistarum expressit: vnde mirabatur archieps iste, quis ausus fuit adiicere verbum illud, quærens à Papa quis illud verbum adiecit: ad hoc rn̄det Papa, si formā illius canonis inspiciat diligenter, præter verbum illud de quo quæsiuit, alia duo videlicet: eleuatis oculis in cælum: &, æterni testamenti: poterit in ipso canone reperire, quæ in textu Euangelii non leguntur: sed multa tam de verbis quàm de factis Dn̄i omissa fuerunt ab Euangelistis, quæ Apostoli suppleuerūt: In actibus Apostolorum legitur Dn̄m dixisse: Beatius est dare, quàm accipere: hoc nullus Euangelistarum expressit: Item ipsi etiam Euangelistæ inter se mutuo suppleuisse leguntur quæ ab aliquo eorum vel aliquibus sunt omissa: alia vero duo, quæ in canone missæ addūtur, possunt ex aliis locis Euangelij cōprobari: Ioānes enim describens suscitationē Lazari asserit, Iesum sursum oculos eleuasse, & dixisse, Pater, gratias ago tibi, q a audisti me: si tunc eleuauit oculos ad patrem qn̄ animam Lazari reuocabat ad corpꝰ, probabilius esse vr̄, q tunc oculos leuauerit ad patrem in cælum, cum panem & vinum transsubstantiauit in corpus & sanguinē suum: Præterea in textu Euangelij ponitur: noui testamenti: In canone missæ interponitur: & æterni: q a vetus testamentū tēporalia pmittebat, nouum autē, qd fuit Christi sanguine cōsecratum promittit ęterna: & ideo testamentū illud fuit vetus & transitorium: hoc autem nouum est & æternū: vel alia ratiōe: vnde nouū, i. vltimum esse describitur, unde æternum, i. perpetuum comprobatur: nouissimum enim hominis testamentum immobile perseuerat: quia testatoris obitu confirmatur: alioquin non valet, dum vixerit, qui testatur: & nō solum scriptura, sed etiam promissio dr̄ testamentum, secundū quod dicit Apostolus: ideo noui testamenti mediator est, vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt hæreditatis æternæ: Sic ergo debet intelligi qd in canone legitur: Hic est sanguis meus, noui & æterni testamenti. id est, nouæ ac æternæ promissionis confirmatiue. Not. q beatius est dare, q̄ accipere. Itē testamentū morte testatoris ɔfirmatur. Itē deambulatoria est volūtas testatoris vsq; ad mortē.

e Mysterium.] istud est verbum de quo quæsiuit, scilicet quis adiecit illud in canone Missæ.
f Plus dixisse.] arg. 2. q. 5. ɔsuluisti. ī. de trāsla. inter corporalia. sed hoc cū ratione est additū. 33. q. 2. quos Deus. & ī. eo. §. ex eo, i fine.
g Alia duo.] scilicet, eleuatis oculis in cælum: & æterni testamenti, prout sequitur.
h Multa.] Multa, enim seruat ecclesia, quæ ab Apostolis nō sūt tradita, quæ tn̄ cum sint longa consuetudine approbata, non sunt minoris auctoritatis: vt 11. dist. ecclesiasticarum. 12. dist. illa.
i Beatius est dare.] 16. q. 1. prædicator. quia dando placet homo: accipiendo displicet. Vnde versus.

Temporibus nostris quicunque placere laborat;
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

k Abortiuo.] Paulus appellat seipsum abortiuum; quia sicut fœtus abortiuus, cum labore, & angustia, & attractione ad lucem attrahitur, ita Paulus cum attractione venit ad fidem. 23. q. 4. displicet. & c. quis nos.
l Sunt omissa.] Nā qd legibus omissum est, supplendum est à iudice. ff. de

Vide Malduat. Comment. lib. 3. de locis Theolog. c. 3. & seq.
Actu. c. 20. circa finem.
In nouibus aliquibus est æterni testamenti, &c.
1. Cor. 15.
Matt. 26. Mar. 14. Lucas. 22.
Ioan. 11.
In codice Barberini ita, multa seruat ecclesia, quæ non ab Euangelistis, nec ab Apostolis scripta sunt, &c.
Vide Maldon. &c.

revocavit†, probabilius ^a^ esse videtur†, quod tunc oculos levaverit ad patrem in cælum, cum panem & vinũ in corpus & sanguinem proprium commutavit. ❡ Cæterum, sicut superius est expressum, cum in textu Evangelico: novi testamenti: ponatur, hic interponitur: & æterni ^b^: nam vetus testamentum: quod hircorum & vitulorum fuit sanguine dedicatum, temporalia † promittebat: novum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit æterna: & ideo testamentum illud, tuit vetus & transitorium: hoc autem novum est, & æternum. vel, vt vtamur alia ratione: vnde novum, id est, vltimũ esse describitur, inde æternũ, id est, perpetuũ cõprobatur †. Novissimũ etenim hominis testamentũ †immobile ^c^ perseverat: quia testatoris obitu cõfirmatur: iuxta quod Apostolus testamentum in morte asserit confirmatum: alioquin non valet ^d^, dum vixerit, qui testatur. Præterea non solum scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum, iuxta quod Apostolus ipse scribit: Ideo novi testamenti mediator est, vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt hæreditatis æternæ. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur: Hic est enim sanguis meus, novi & æterni testamenti: id est, novæ ac æternæ promissionis, scilicet confirm itot, sicut Dominus repromittit: Qui manducat (inquiens) carnem meã, & sanguinem meum bibit, habet vitam æternam. ❡ Ex eo autem verbo, de quo movit tua fraternitas quæstionem, videlicet: mysterium fidei: munimentũ erroris qnidam trahere putaverunt, dicẽtes ^e^, in sacramento altaris non esse corporis Christi, & sanguinis veritatem ^f^, sed imaginem tantum, & speciem, & figuram, pro eo quod scriptura interdũ commemorat, id quod in altari suscipitur, esse sacramẽtum, & mysterium, & exemplum ^g^. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quòd nec auctoritates scripturæ convenienter intelligũt, nec sacramenta Dei suscipiunt reverenter. si enim quia figura est sacramentum ^h^ altaris, veritas ^i^ esse negatur: ergo nec mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) veritas est credenda. siquidem mortẽ & resurrectionem Christi similitudinẽ & imaginem esse Apostolus manifestat: Christus (inquiens) mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram. Apostolorum etiã princeps Petrus sic in epistola sua scribit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt sequamini vestigia eius. sic ergo tam mors Christi, quàm eius resurrectio, est exemplum, vt & nos peccato mortui, iustitiæ iam vivamus: Quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec vere mortuus fuit Christus, nec vere à mortuis resurrexit. sed absit à fidelium cordibus error iste, cum Propheta de ipso testetur, quod vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Dicitur tamen mysterium ^k^ fidei: quoniam aliud ibi creditur, quàm cernatur, & aliud cernitur, quam credatur: cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sãguinis Christi, ac virtus vnitatis & charitatis: & infra. ❡ Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quæ sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutẽ spiritualem. Forma, est panis & vini: veritas, carnis & sanguinis: virtus, vnitatis & charitatis. Primũ est sacramentum ^l^, & non res. Secundum ^m^ est sacramentum & res. Tertium est res & non sacramentum. Sed primum ^n^ est sacramentum geminæ rei. Secundum ^o^ est sacramẽtũ vnius, & alterius res existit.

ce. ff. de testi. quæsitum. & ſ. de elec. cum nobis. & Dominus quandoque diminute dixit. 16. q. 7. & hæc diximus, & ipsius facta supplemus, & contraria tuis factis facimus. & iuste per vsum ecclesiæ diu factum, ad hoc vt iustum præsumi debeat. de cons. dist. 2. liquido. & sufficit quòd aliquid fit diu servatũ, ad hoc vt præsumi debeat, vel Apostolum, vel aliũ iustũ auctorem habuisse. 11. dist. ecclesiasticarum. 12. dist. illa.

a ❡ *Probabilius.*] Not. arg. quòd ex quo quandoque levavit, quòd postea levaverit. 2. q. 1. iudices. in fi. & est arg. ex eo quòd quis facere consuevit. 58. dist. quia sunt culpæ. j. de pig. illo vos. ff. de vsu. qui seminisses. 2. respon. ff. de vi. tri. & ole. le. ex vsu. ff. de pe. le. dfis Sticho. §. testamẽto. ff. de fund. instr. cũ delaniovis §. asinã & ff. de lega. 2. si servus plurium. §. si numerus nummorũ. & ff. ad Macedo. iter 2. §. quod dicitur. lo.

b ❡ *Et æterni.*] hic ostẽdit quare adiectũ fuit: & æterni Ber.

c ❡ *Immobile perseverat.*] C. de sacrosan. eccles. l. 1. C. de testamen. quoniam indignũ. 13. q. 2. cap. vlti.

d ❡ *Non valet.*] Ambulatoria enim est voluntas defuncti, vsque ad supremum vitæ exitũ. ff. de adi. lega. l. 4. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum hic status. §. pœnitentiam. & C. de codi. l. 3. & C. qui testamen. fac. pos. si quis. vnde potest mutari testamentũ, etiam si pactum intervenerit ne possit mutari. C. de pact. pactum quod dotali. etiã si fuerit per principem confirmatum. arg. C. de testament omnium. quia nemo hanc legem sibi dicere põt, vt à priori testamento sibi recedere non liceat. ff. de leg. 3. si quis in prin. 1. respon.

EX EO AUTEM. Antequam respondeat ad quæstionem, dicit Papa, quòd ex verbo illo de quo quęsitum fuit, videlicet: mysteriũ fidei, sumunt quidam munimentum erroris dicentes, in sacramẽto altaris nõ esse corporis Christi & sanguinis veritatem, sed imaginem tantum, & speciem, & figuram: pro eo quòd quandoq; scriptura commemorat id quod in altari suscipitur, esse sacramentũ, & mysterium, & exemplum: sed qui hoc dicunt, errant: quia non intelligunt auctoritates scripturæ, nec sacramenta suscipiunt reverenter: Si sacramentum altaris veritas esse negatur, quia est figura, ergo nec mors nec resurrectio Christi vera fuit, cum figura sit: Sed Apostolus dixit, quòd mors & resurrectio Christi, fuit similitudo & imago, dum dixit: Christus mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter nostram iustificationem: & hoc etiã dixit Petrus in epistola sua: & ita mors Christi & resurrectio, est exemplum: quæritur, si non est veritas, quia fuit exemplum: ergo nec fuit mortuus, nec resurrexit: Sed absit error iste à fidelium mentibus: tñ dr, mysterium fidei: quia aliud creditur quàm cernatur, & aliud cernitur quàm credatur: vt species panis & vini, creditur veritas carnis & sanguinis, & veritas vnitatis & charitatis: & ita inter ista tria distinguendum est, quę sunt in hoc sacramento discreta, & sub ista forma panis & vini, quam videmus, est veritas carnis & sanguinis, & virtus charitatis & vnitatis: ista non videmus, sed credimus: primum, s. forma, quã videmus, sacramentum est, & nõ res: secundum est sacramentum, & res designata per formam panis & vini: tertium est res, & non sacramentũ: sed primum, s. forma, est sacramentum geminæ res: secundum est sacramentũ vnius, & res alterius existit: tertium est res duorum sacramentorum: his præmissis respondet Papa ad quæstionem credens, quòd formam verborũ prout in canone reperitur, Apostoli receperunt à Christo, & ab illis Apostolis eorũ successores.

e ❡ *Dicentes.*] de conse. dist. 2. ego Berẽgarius.

f ❡ *Sanguinis veritatẽ.*] De corpore Christi tres sunt opiniones. Vna dicit, quòd illa substantia, quæ prius fuit panis & vinum, postea fit ^a^ corpus & sanguis Christi. de cõse. dist. 2. panis in altari. & c. quia corpus. Secunda tenet, quòd substãtia panis & vini desinit ^b^ esse, & tantum accidentia ipsorum remanent, scilicet sapor, & pondus, & sub illis accidentibus est corpus Christi, & hoc approbatur ſ. de summa trinitate & fide cath. c. 1. Tertia ^c^ dicit, quòd remanet substantia panis & vini, & sub eadẽ specie est corpus Christi. lo.

g ❡ *Exemplum.*] de consecratio. dist. 2. nõ oportet. & c. nos enim. & c. forte dicas. & capitu. in quibus. & cap. semel mortuus est. & hic ostendit quare dicatur mysterium,

h ❡ *Sacramentum.*] 1. q. 1. multi secularium. de consecra. dist. 2. sacrificium.

i ❡ *Veritas.*] sicut ipsi hæretici dicunt.

k ❡ *Mysterium fidei.*] de consecratio. dist. 2. forte dicas. & c. in quibus, & cap. semel mortuus.

l ❡ *Sacramentum.*] id est, sacræ rei signum ^q^. de consecratione, distinctione 2. sacrificium.

m ❡ *Secundum est sacramentum.*] de consecratione, distin. 2. hoc est quod dicimus. & cap. dupliciter.

n ❡ *Sed primum.*] scilicet forma panis & vini, est sacramentum geminæ rei, idest, corporis Christi, & vnitatis: & ita est figura tantũ.

o ❡ *Secundum.*] id est, corpus Christi est sacramentum, scilicet vnitatis,

❡ concesser. a. ❡ B. Thomas 3. par. q. 83. art. 5. ad 2. arg. ❡ Quamvis hoc ita modo ingrediantur pro ch ... B. Thomas 3. p. q. 93. art. 6. & Durand ... ❡ Alii, sed Iulianus. ❡ approbatur. Hebr. 9. ❡ Hic post vocem, testamentum, in quibusdam est dictio, æterni, quæ dicit non omnibus antiquis esse debet, vt indicant sequentia. Hebr. 12. ❡ Hunc errorem novissime condemnavit concilium Tridentin. sess. 13. de sanctissimo Eucharistiæ sacramento cap. 1. & canone 1. vide quoque B. Thomã 3 par. q. 75.

Rom. 6. 1. Corint. 15. 1. Pet. 2. Esaias c. 53. ❡ Scilicet per transsubstantionẽ & hæc est propositio catholica, quam novissime adhibuit concilium Trident. sessio. 13. de sacramento Eucharistiæ c. 4. & canone 2. & vide B. Thomã 3 par. q. 75. art. 2. ❡ De hac vide B. Thomã 3. par. q. 75. art. 2. ❡ Hæc est hæresis damnata in concilio Trid. damnata, sessio. 13. de sacramento Eucharistiæ c. 4. & canone 2. ❡ B. Thomas. 3 par. q. 60. art. 2.

tatis, & est res sacramenti. Specierum panis & vini: & ita est signans & signatum.

a ¶ *Tertium.*] scilicet vnitas est res sioe signatum gemini sacramenti. id est, duorũ sacramentorum præcedentiũ, i. corporis Christi, quod est sacramentũ vnitatis, & specierum panis & vini, quæ sunt sacramentũ corporis Christi: & ita illud tertiũ, est tñ signatũ per illa duo sacramẽta: species panis & vini, & corpus Christi. Primũ vero est tñ sacramẽtũ signans. Secundũ est signans & signatũ. Tertium est signatum tantum.

b ¶ *Credimus.*] Cõcludit ex præmissis solutionẽ principalis qõnis: Et de hoc habes 11. dist. ecclesiasticarum.

QVAESIVISTI ETIAM. Secũda qõ fuit, vtrũ aqua cũ vino in sanguinẽ cõuertatur? sup ista qõne variæ sũt opiniones apud scholasticos: quidã dicunt, quod cũ duo sacramẽta profluxerint de latere Christi, s. sanguis & aqua, in illa duo sacramenta vinũ & aqua cõmixta in calice, diuina virtute mutantur, vt in hoc sacramento sit veritas & figura. Alii dicunt, quod aqua cũ vino transsubstantiatur in sanguinẽ. Præterea dici posset, quod aqua nõ trãsit in sanguinẽ, sed remanet prioris vini accidentibus circunfusa: ita quod vini saporem assumit: quod inde probatur, si post calicis consecrationẽ aliud vinũ mittatur in calicẽ, illud nõ transit in sanguinẽ, nec sanguini cõmiscetur, sed accidentibus prioris vini cõmixtũ circunfunditur corpori, quod sub illis accidẽtibus latet, non madidans circunfusum: & sic cõtingit accidentia permutare subiectũ, & sic cedit natura miraculo: Verũ tñ inter pdictas opiniones illa probabilior iudicatur, quæ asserit, aquã cũ vino in sanguinẽ transmutari, vt expressius elucescat pprietas sacramenti: & ideo vino aqua vnit, vt Christo populus aduneť: per hoc enim quod ipse accepit de nostro, & nos accepimus de suo, indissolubili vinculo cõiungimur: vt ille qui est vnũ cũ patre per vnitatem ineffabilẽ, fiat vnũ nobiscum per admirabilẽ vnionẽ, & eo mediante efficiamur vnũ cum patre. Not. quod accidentia mutant subiectũ, & eõ. Item natura cedit miraculo. Item virtus supra consuetudinem operatur.

Tertium [a] est res gemini sacramenti. Credimus [b] igitur, quod formã verborum sicut in canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

¶ *In sacramento altaris, aqua cũ vino transsubstantiatur in sanguinem. hoc dicit vsque ad §. Tertio loco. Abb. Sicul.*

¶ Quæsiuisti etiam, vtrũ aqua cum vino in sanguinẽ cõuertatur? Super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur: Aliquibus enim videtur, quòd cũ de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua: in illa duo [c], vinum & aqua, quæ commiscentur in calice, diuina virtute mutantur: vt in hoc sacramẽto plene sit veritas [d] & figura [e]. Alii vero tenent, quòd aqua cum vino transsubstantiatur [f] in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino: licet physici [g] contrarium asseuerent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Præterea potest [h] dici, quòd aqua nõ transit [i] in sanguinem, sed remanet prioris vini accidẽtibus circunfusa, ita quòd vini saporem assumit: quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem, aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris [k] vini commixtum, corpori, quod sub eis latet, vndique circunfunditur, non madidãs circunfusum: ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Cõtingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum cõtingit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo: & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconueniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur: cum legatur de ipsius latere processisse: & infra [l]. ¶ Verum inter opiniones prædictas, illa probabilior [m] iudicatur, quæ asserit, aquam cum vino [n] in sanguinem transmutari: vt expressius elucescat [o] proprietas sacramenti. Nam cum aquæ multæ sint populi multi [p], iuxta quod alibi legitur: Beati qui seminatis super omnes aquas: ideo vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur: per hoc enim quod suscepit [q] ipse de nostro, & accepimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, vt qui est vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnũ nobiscum per admirabilem vnionem: ac per hoc, ipso communiter mediante, cum patre vnum efficimur. Pater, inquit, sancte, serua eos, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos: non pro his rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt & ipsi in nobis vnũ sint, & mundus credat quia tu me misisti.

¶ *Oratio quæ dicitur in secreta, in festo sancti Leonis, immutata est: quia vbi dicebatur: Annue nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc nobis prosit oblatio: hodie dicitur: vt intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio. & hæc mutatio contingit, quia sancti nostris orationibus non indigent, sed nos suis. hoc dicit vsque ad finẽ. Abb.*

¶ Tertio loco fraternitas tua requisiuit, quare fuerit mutatũ, qd in secreta beati Leonis [r], secundũ antiquiores codices [s] continetur, sic videlicet: Annue nobis Domine, vt animæ famuli tui Leonis, hæc prosit oblatio: cum in modernis sacramentariis habeatur: Annue

c ¶ *Illa duo.*] sacramenta, quæ fluxerunt de latere Christi, scilicet aquam & sanguinem. j. eo. in quadam.

d ¶ *Veritas.*] id est, caro & sanguis.

ADDITIO. Vel dic, veritas transsubstantiationis istius aquæ, in illam veram aquam Christi, & illius vini in sanguinem.

e ¶ *Et figura.*] id est, species panis & vini.

ADDITIO. Vel dic, & figura. quia per aquam figuratur regeneratio, & per vinum redemptio.

f ¶ *Transsubstantiatur.*] ita quod desinit ibi esse aqua & vinum.

g ¶ *Physici.*] qui dicunt, quod aqua & vinum non commiscentur per minima, idest nõ ita quod inseparabilia sint, sed talis separatio impossibilis vel difficilis est, postquã bñ admixta sũt. arg. ff. de acq. re. do. adeo. §. cũ quis. & de cõsecratione distinctione 2. cũ oẽ. versus finẽ.

h ¶ *Præterea potest dici.*] Hæc est tertia opinio.

i ¶ *Transit.*] Contra istos est: quia si quis sumpserit hãc aquam cũ sanguine, iam non erit ieiunus, & ita illa die non poterit conficere. j. eo. ex parte. sed ʒ, de cõsecratione. dist. 2. relatum. & j. eo. titulo. cum lulusti. & c. ex parte.

k ¶ *Accidentibus prioris.*] Licet logici dicãt, quod accidentia non possint pmutare subiectũ, quod verum est secundum naturam: Sed hic natura cedit miraculo, vt littera dicit.

l ¶ *Processisse: & infra.*] sub hoc infra, ponitur alia opinio, quæ ponit in antiqua cõpilatione, quæ est j. eo. tit. in quadam.

m ¶ *Illa probabilior.*] Nũquid hoc diffinit vt Papa, nobis prohibens alias opiniones: an vt Doctor vt non imponat nobis necessitatẽ? tenẽs ergo opinio est amplectenda: vt s. de tes. capellanus. & tñ non vt aliquã reprobare. s. de rest. spolia. litteras.

n ¶ *Cum vino.*] idest, vinum aquaticum: non enim transeunt duo in sanguinem, sed vinum quod aquã sibi incorporauit: & ita expone aquam cum vino, id est, compactum vel compositum ex eis. hæc expositio est secundum illã opinionem quæ asserit, quod aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem: & illa probabilior est, vt dicatur hic.

o ¶ *Elucescat.*] aliàs elucescat. Ber.

p ¶ *Populi multi.*] de cõsecr. dist. 2. cum omne. & dist. 4. propter.

q ¶ *Suscepit ipse.*] de cõs. dist. 2. in Christo patri.

TERTIO LOCO. In secreta beati Leonis olim ita dicebatur: Annue nobis quæsumus Domine, vt animæ famuli tui Leonis, hæc prosit oblatio: modo sic dr: Annue nobis quæsumus Domine, vt intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio: quæsiuit archiepiscopus, quare fuit illud mutatum? Rñdet Papa: Sacra scriptura dicit, quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre: & idem est intelligendum de aliis sanctis, qui orationibus nostris nõ indigent, sed nos potius eorum orationibus indigemus; vnde quod cõtinetur in plerisque orationibus, prosit vel proficiat huic sancto vel illi, talis oratio ad gloriã & honorem: ita debet intelligi, vt magis à fidelib[us] glorificetur in terris. In fine dicit Papa, verum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quod defunctorum alij sunt valde boni, alij valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali, discretio huius archiepi hoc inquirat. Not. quod iniuriã facit martyri, qui orat pro martyre. Item vbi eadem est ratio, debet esse idem ius.

r ¶ *Leonis.*] quia olim orabatur pro ipso: hodie ipse orat pro nobis. & ita mutatum est.

s ¶ *Codices.*] id est libri missæ, aliàs litera oratorii.

a ¶ Iniuriam.

a ¶ *Iniuriam.*] quasi diceret superfluum. simile ī. de maiori. & obe. legebatur.

b ¶ *Idem est ratione.*] arg. vbi eadē est ratio, debet esse idem ius. ff. ad leg. Aquiliā. illud. æquitatis enim ratio similia iura suadere vr. C. ad leg. Falcidiā. l. vlt. & ī. de cōfirmatio. vti. cū dilecta. vbi dī hoc.

¶ *Glo. seq. quærit obijciendo, & soluit dubitatione. I semel obiicit & soluit.*

c ¶ *Inuestiget.*] Sed quare Papa ponit hūc casū in hanc dubitationem, vtrum habeat locū hic illa distinctio vel non, cum Augustinus dicat, quòd non pro valde malis propitiationes sunt. 13. q. 2. tempus. forte ideo, quia dubiū est, qui mediocriter mali appellantur: si enim illi tm̄ appellantur mediocriter mali, qui nō decesserūt in aliquo mortali peccato, sed tm̄ in venialibus peccatis, sed hoc idē est quòd mediocriter boni: si aūt appellat illos mediocriter malos, q decesserūt in aliquibus mortalibus peccatis, nō tn̄ valde magnis, obstat 13. q. 2. pro obeū tibus. vbi dī, quòd pro nullo est orandū qui decesserit in mortali peccato: Item si preces valēt pro illis, qui decesserūt i mortali peccato: pone quòd aliqualiter eleemosynæ & orationes valeant ad tollendam partem illius pœnæ, secundū hoc possunt tot orationes & eleemosynæ fieri, quòd pœna tollatur tota: & ita damnatus saluabitur: Ad hoc posset dici, quòd mediocriter mali dicuntur, qui habent multa venialia: mediocriter boni qui pauca. Vel melius dicas, quòd mediocriter mali dicuntur, qui mortalia cōmiserūt peccata. licet leuia, & in quibus non est necessaria inscriptio. ff. de acc. leuia. & in quibus procurator cōstitui potest. ff. an per aliū causæ ap. resi. pos. l. 1. Et secundū hoc dicas, quòd si vnus denarius aliquātam partē pœnæ tollat siue quartam siue tertiā, secūdus tollat tm̄: tantum dico in proportione, sed non in quantitate: secundum hoc etiam si totus mundus effunderetur, semper aliquid remaneret: Idē pōt dici de indulgētiis, quæ fiunt in dedicationibus ecclesiarū. B.

Hic distinguit B. Augustini de verbis Apostoli, sermone 17. refert Magister sentent. lib. 4. distinc. 45. cap. 1.

Alias ingratis & sanctis suis sentētiam.

Vide Sotum lib. 4. sen. dist. 45. q. 1. art. 1.

pluribus

illis

Alias imo quòd magis ac magis, &c.

De hoc dubio, quòd valde disputatur, vide præ aliis Dominicum Sotum lib. 4. sent. distin. 45. q. 2. art. 2. & ibidem Magistrum in littera, cap. 2.

nobis quæsumus domine, vt intercessione beati Leonis, hæc nobis prosit oblatio? Super quo respondemus, quod cum sacræ scripturæ dicat auctoritas †, quod iniuriam [a] facit martyri, qui orat pro martyre: idem [b] est ratione consimili † de aliis sanctis sentiendum: quia orationibus nostris non indigent, pro eo quód cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt: Sed † nos potius orationibus eorū indigemus, quos (cum miseri simus) vndiq; mala nostra perturbāt: vnde quod in plerisque † orationibus continetur: Prosit vel proficiat, huic sancto vel illi † talis oblatio ad gloriam & honorem: ita debet intelligi, vt ad hoc prosit, quód † magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: licet plerique reputent non indignum, sanctorum gloriam vsq; ad iudiciū augmentari: & ideo ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Verum † vtrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quód defunctorum alii sunt valde boni, alii sunt valde mali, alii mediocriter boni, alii mediocriter mali: vnde suffragia, quæ fiunt à fidelibus in ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum: pro valde malis, consolationes viuorum: expiationes vero pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio inuestiget [c].

¶ Idē rectoribus Romanę fraternitatis.

¶ *Grauius peccat qui simulat conficere & non conficit, quàm ille qui conficit in mortali.*

CAP. VII.

De† homine: & infra. ¶ Quæsiuistis †, quid de incauto presbytero videatur, qui cū se sciat in mortali † crimine constitutum, Missarum solemnia, quæ non potest propter necessitatem [d] quamlibet [e] intermittere, propter sui facinoris conscientiam dubitat celebrare: peractisque cæteris circunstantiis, Missam celebrare se fingit, & suppressis [f] verbis, quibus cōficitur corpus Christi, panē † & vinum tantūmodo pure sumit: ita credens per id quod prætēdit [g], populo satisfacere, vt per hoc, quod intendit, Deū non debeat prouocare. Cum ergo falsa [h] sint abiicienda remedia, quæ veris [i] sunt periculis grauiora [k]: licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet grauiter [l], si se ingerat irreuerenter ad illud: grauius tamen videtur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare: cū ille in solius misericordis Dei manum incidat, iste vero non solum Deo (cui non veretur illudere) sed populo, quem decipit, se astringat.

¶ Idem Ferrariensi episcopo.

¶ *Hic improbat opinionem, quæ habet, quòd in sacramento altaris aqua cōuertatur in phlegma; & probat Christum fuisse verum Deum, et verum hominē, & quòd de ipsius latere exiuit vera aqua.*

CAP. VIII.

In † quadam nostra decreta-

De homine.] Primo ponitur qō. Sedo solutio: ibi, *Cū ergo.* Abb.

Casus. Quidam sacerdos cū esset in mortali peccato constitutus, & oporteret ipsum Missarum solemnia celebrare, propter conscientiam dubitabat celebrare: peractis cæteris circunstantiis, Missam celebrare se finxit, & suppressis verbis, quibus conficitur corpus Christi, panem & vinum solummodo purum sumpsit, credens per hoc populo satisfacere, & Deum non prouocare: Quæsitum fuit, quid de hoc presbytero videatur, vtrum minus malū fecerit, quàm conficiendo. Rñdet Papa, quòd falsa remedia sunt abiicienda, quæ sunt veris periculis grauiora; licet enim ille qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, grauiter peccet, si se ingerat irreuerenter ad illud; grauius tn̄ offendit qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare: quia ille qui vere conficit, in manum solius Dei incidit: ille vero qui sic simulat, & Deo & populo se cōstringit, quia taliter decipit. Not. quòd falsa remedia veris periculis sunt grauiora. Itē existens in mortali peccato, celebrare nō debet.

d ¶ *Necessitatē.*] quia forte dies festus imminet, vel funus alicuius.

e ¶ *Quamlibet.*] id est, aliquam, quæcunq; illa sit. 16. q. 1. similiter. & 2. q. 7. si quis omnem.

f ¶ *Suppressis.*] id est, tacitis: quia non dicit illa verba, quibus conficitur corpus Christi.

g ¶ *Prætendit.*] id est, fingit se celebrare. Ber.

h ¶ *Falsa.*] quia populus vana simulatiōe nō est fallēdus. 27. dist. quod interrogasti. & C. de lat. lib. tollen. l. 1. §. sed & qui. Ber.

i ¶ *Quæ veris sunt periculis.*] Io. sic exponit, id est, manifestis piculis.

¶ *Glossa seq. ponit duas lecturas.*

k ¶ *Grauiora.*] Quasi diceret, grauius est peccare occulte, quàm manifeste. 12. q. 1. certe. 11. q. 3. pcipue. §. in hoc: enim periculosius est, quia occulte peccans, non habet qui eū corrigat. Alio autem respectu magis peccat, quòd publice peccat, quàm qui occulte: quia pstat aliis exemplū delinquendi: vt in dicto c. præcipue. quia peccatū suū metitur rationibus. & sic intelligitur illud 32. q. 4. nemo. & 14. q. 5. pœnale 2. Tancr. intelligit, vt iacet littera: quoniā grauius peccat sacerdos criminosus, qui simulat celebrare, & nō celebrat, quàm si criminosus celebraret: quia in primo casu, in pluribus delinqt: Deū enim offendit, & proximum decipit: In secundo casu, solum Deum offendit. Et iste est bonus intellectus, quia talia remedia nullus debet inuenire: quia falsa sunt, ex eo quòd non conficit cū videatur cōficere: ideo grauiora sunt, quàm vera pericula peccatoris q cōficit: & hoc innuit bene littera sequens.

l ¶ *Peccet grauiter.*] Sic patet, quòd quicunq; est in mortali peccato, celebrare non debet. 6. dist. testamentū. & de conse. dist. 2. quotidie. & 1. q. 1. sacerdotes. & c. sacro sancta. & omnis talis suspensus est quo ad se. supra de cohab. cle. & muli. c. vlt. sed non quo ad alios, vt ibi: nisi sit simoniacus vel notorius fornicator: quoniam illi suspensi sunt quo ad se, & quo ad alios: vt 32. dist. §. verum nullus. & c. præter hoc. & infra de simo. tanta. Sed nunquid talis sacerdos potest celebrare, si habeat contritionem cordis: quia forsitan dum instat necessitas celebrandi, non potest habere cui confiteatur? Satis ¦ potest dici quòd sic, dum tamen habeat propositum satisfaciendi ¦ & illud postea quam cito potest confiteatur: vt j. de senten. excommu. de cætero. & c. à nobis 2. & c. quamuis. & 26. q. 6. qui recedunt. de consecra. distin. 2. quotidie.

In quadam.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio: ibi, *Nos igitur.* Et ibi primo refert duos errores. Secundo: ibi, *Sed aduersus*: illos improbat. Tertio: ibi, *Per hoc.* rñdet principali quæstioni, probans, quòd de latere Christi exiuit vera aqua. Quarto: ibi, *Cū autem*, dicit, quare de latere Christi exiuit sanguis & aqua. Abbas.

Casus. In præcedenti decretali, cū Marthæ. inter cæteras opiniones, quæ ibi ponuntur, erat alia opinio, quę dicebat, in sacramēto Eucharistiæ aquam in phlegma conuerti: quia de latere Christi dicebant non aquam, sed humorem aquaticum profluxisse: hanc opinionē tenebat magister Hug. eps Ferrariēs. quā opinionē Papa reprobauit in decretali prædicta cum Marthæ. sed ex quo vidit, quòd Papa cōtrium sentiebat, voluit sibi adhærere: Sed auctoritas Ioannis Apostoli

Cap. 6. cōtit. in 3. compilat.

In antiquis legitur Quæsiuisti.

Vide D. Thomam 3. par. q. 79. art. 6. & q. 82. art. 5. & Ludouicū cōtarēdum tract. de horis canon. 19.

In codice Barbatię, ita. panem & vinū purum tantūmodo sumit.

Concurrit in l. 7. in fi. & ibi Cy. C. vbi de crim. agi oport. & in l. 2. C. de furt. vsu.

Cap. 7. extr. in 3. compila.

Præter D. Thomam paulo post citatum vide Sotum lib. 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 1. & dist. 9. q. 1. art. 6.

Vide D. Thomam 3. pa. q. 83. art. 6. ad 2. arg.

[a] epistola asseris te legisse, illud esse nefariũ opinari, quod quidam dicere præsumpserũt, in sacramento videlicet Eucharistiæ aquã in phlegma conuerti: nam de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticũ mẽtiũtur exisse: & infra. ¶ Nos igitur ad tuæ supplicationis instantiam respondemus [b], quòd quidam dixerunt, sed errauerunt, Christum non fuisse verũ Deum, sed adoptiuum, vt miseri Ariani [c] †. Alii Christum nõ fuisse verum hominẽ, sed phantasticum, vt impii Manichæi †. ¶ Sed aduersus huiusmodi hæreses, Ioannes Apostolus in epistola sua loquitur, dicens: Tres sunt, qui testimonium dant in in cælo, pater [d], verbum & spiritussanctus: & hi tres vnũ sunt. per hoc intendens ostendere, quod Christus sit verus Deus. Et tres sunt, qui testimoniũ dãt in terra: spiritus, aqua, & sãguis. per hoc intendens ostendere, quòd Christus sit verus homo. Nam ad esse hominis duo principaliter [e] exiguntur, videlicet corpus & anima, ex quorũ coniunctione [f] verus homo subsistit. Per hoc autem, quod in articulo mortis Christus inclinato capite tradidit spiritũ, de quo voce magna clamauerat; Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: manifeste probatur, quòd ipse spiritum habebat non solũ flatũ vitalẽ [g], sed animam rationalẽ †, de qua prædixerat: Tristis est anima mea vsque ad mortem: &, Potestatẽ habeo ponendi animam meã, & iterum sumendi eam. ¶ Per hoc autem quòd vnus militũ lancea latus eius aperuit, & continuo sanguis exiuit & aqua: probatur aperte, quòd Christus verum corpus habebat: Nam de phãtastico corpore, nec sanguis nec aqua potuisset exire. vnde ille qui vidit, testimoniũ perhibuit, & testimonium eius est verum: quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quòd videlicet Christus sit verus homo, ex anima rationali † & humana carne subsistens, probatur ex eo, quòd spiritum vitalẽ emisit: & de † vero corpore probatur, quoniam ex eo sanguis exiuit & aqua. rationalis quippe anima, non posset viuificare, nisi corpus humanum [h], ex quibus verus homo consistit. Cæterum sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis, ita proculdubio vera aqua: cum Christus sit veritas: & à veritate omnis fallacia sit penitus aliena. nã si non fuisset aqua, sed phlegma, quod de latere saluatoris exiuit, ille qui vidit, & testimoniũ veritati perhibuit, profecto non aquam, sed phlegma dixisset [i]: nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum, cũ per sacramentũ baptismi non regeneremur in phlegmate, sed in aqua. Neque per hoc posset vero argumento probari, quòd in sacramento Eucharistiæ admiscenda † sit aqua vino, si de latere Christi non aqua, sed phlegma cũ sanguine profluxisset †. Sed nec vera fuisset figura, quæ super hac re præcessit in veteri testamen-

Apostoli mouebat magistrũ Hug. quæ dicit: Tres sunt qui testimoniũ dant in terrã, spiritus, aqua & sanguis, & hi tres vnum sunt, id est, de vna & eadem re, scilicet de humanitate Christi, vt Hug. exponebat: dicebat Hug. quod si vera fuit aqua quæ exiuit de latere Christi, & non aquaticus humor, non vĩ qualiter probatur per illã auctoritatem, quod Christus sit verus homo. glossa super locum illũ sic se habet, spiritus, id est, humana anima, quã emisit in passione: aqua & sanguis, quæ fluxerunt de latere Christi: per hanc auctoritatẽ probatur, quod Christus sit verus homo: Sed dato quod illa non fuerit vera aqua, sed aquaticus humor: verba Apostoli & glossa super illum locũ, intelligibilia sibi videbantur: sed dato quod esset vera aqua, non intelligebat auctoritatẽ Ioannis, & glossam super locum illum: vnde petiit à Papa vt auctoritatem & glossam sibi exponeret, & ipse rñdet dicens, quod quidam dixerunt, sed errauerunt, Christũ nõ fuisse verum Deum, sed adoptiuũ: vt miseri Ariani. Alij dixerũt Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, vt impij Manichæi. Sed contra istos loquitur Ioannes Apostolus in epistola sua: Tres sũt qui testimoniũ dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus: & hi tres vnum sunt. per hoc ostendẽs, quod Christus sit verus Deus. Et tres sũt, qui testimoniũ dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. per hoc intendens ostẽdere, quod Christus sit verus homo. Ad esse enim hominis duo exigũtur principaliter, scilicet corpus & anima, ex quibus verus homo cõsistit: per hoc autẽ quod in articulo mortis tradidit spiritum, de quo dixerat: Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meum, manifeste probatur, quod spiritum habebat & animã rationalẽ, de qua dixerat: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ: per hoc quod vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. probatur, quod Christus habebat verũ corpus, & non phantasticum, de quo nec aqua nec sanguis posset exire: vnde ille qui vidit, testimonium perhibuit, & testimonium eius verum est: & sic tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quòd Christus sit verus homo ex anima rationali subsistens, probatur ex eo quod spiritũ vitalem emisit: & de vero corpore hoc probatur, quia inde sanguis & aqua exiuit: sed anima rationalis non posset viuificare nisi corpus humanũ, & ita sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis: ita & vera aqua: quod si non fuisset vera aqua, sed phlegma, ille qui vidit, profecto non aquã, sed phlegma dixisset: nec tñ hoc verũ regenerationis sacramentũ fuisset ostensum, cũ per sacramentũ baptismi, nõ regeneremur in phlegmate, sed in aqua: nec per hoc posset probari, quod in sacramento Eucharistiæ admiscenda sit aqua cum vino, si de latere Christi non aqua, sed phlegma cũ sanguine fluxisset. Item nõ fuisset vera figura, quæ super hac re præcessisset in veteri testamento, qñ Moyses virga percussit silicẽ, & ex ea, nõ phlegma, sed aqua manauit: ergo qualiscunq; fuerit illa aqua, siue de nouo diuina virtute creata, siue de cõponentibus resoluta, proculdubio vera fuit, sicut verus extitit sudor ipsius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in

Hos damnauit concilium Nicænum. vl de Nicephorum lib. 8. cap. 5. 6. 7. & 8.

Vide Epiphanii lib. 2 contra hæreses, hæresi 66.

1. Ioan. 5.

Matth. 27.

Luc. 23

rationabilem

Luc. 22.

Marc. 15.

Matt. 26.

Ioan. 10.

Ioan. 19.

1. Ioan. 5.

terram. cum enim ad compositionẽ humani corporis quatuor elementa concurrant, terra, aqua, aer, & ignis; & ad vegetationẽ eiusdem corporis, quatuor humores consimiles illis conueniant, videlicet, sanguis, cholera, phlegma, & melancholia: vt veritatẽ humani corporis expressius demonstraret, vnum de elementis, & vnum de humoribus, quæ magis mysterio congruebant, Ioannes expressit ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinẽ: in quib⁹ duo maxime sacramenta relucẽt redẽptionis per sanguinẽ, & regenerationis per aquã. Not. quod ad esse hominis duo exigũtur, scilicet corpus & anima. Itẽ de corpore phantastico sanguis exire non potest. Item à forma verborũ non est recedẽdũ. Itẽ compositũ in cõponentia, & elementatũ in elemẽta resolui põt.

a ¶ *In quadam nostra decretali.*] s. ex. cũ Marthæ. sed illa opinio est remota est modo inde.

b ¶ *Respondemus.*] ad quæstionem magistri Hug. epi Ferrariensis, qui opinionẽ prædictã secutus fuit. Dicebat enim Hug. si illa fuit vera aqua, quæ de latere Christi exiuit, non intelligebat qualiter per illã probatur, quod Christus sit ver⁹ homo, nec intelligebat secundum hoc auctoritatẽ illã Ioannis Apostoli, nec glossã ibi positã; tres sũt qui testimoniũ dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnũ sũt. & glossa super illo loco sic se habet, spiritus, id est, humana anima, quam emisit in passione. aqua & sanguis, quæ fluxerunt de latere Christi: sed dato quod illa aqua non fuisset aqua, sed aquaticus humor humani corporis, tñ auctoritas Apostoli, & glossa intelligibilia sibi videbant. vñ quæsiuit à dño Papa, vt exponeret sibi prædictas auctoritates & glossam: & ipse rñdet.

c ¶ *Ariani.*] & Bonosiani. 24. q. 3. quidã. ver. Bonosiani. sed Ariani sunt illi qui dixerunt, filiũ non coæternũ patri. 24. q. 3. quidã. ver. Ariani. de secta Manichæorũ habetur. 24. q. 3. quidã. ver. Manichæi. sed de ista non continetur hic. sed forte alibi. Bernar.

d ¶ *Pater verbum & spiritussanctus.*] Pater dedit testimonium deitatis, qñ dixit: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui: Filius dedit testimonium deitatis, quando in monte transfiguratus potentiam deitatis & speciem æternæ beatitudinis ostendit: Spiritus enim Sanctus dedit testimonium deitatis, qñ super baptizatum in specie columbæ requieuit, vel quando ad inuocationem nominis Christi corda credentium adimpleuit.

e ¶ *Duo principaliter.*] Et ita Christus est duo neutri generis: quia & est Deus & homo. ĩ. de hære. cũ Christus. Lau.

f ¶ *Coniunctione.*] id est, ex quibus coniunctis inuisibiliter.

g ¶ *Non solum vitalem.*] secundum quod physici diuidunt spiritum vitalem scilicet & animam. Lau.

h ¶ *Nisi corpus humanũ.*] cũ nõ possit habitare in sicco. arg. 32. q. 2. Moyses. nec corpus humanũ vegetari põt, nisi per animã: nã si aliqñ spiritus malignus corpus mortui hominis subintret: vt 26. q. 5. nec mirum. non tñ illud viuificat, nec vnũ cum illo efficitur, sed illud mouet ad instar venti, qui laruam subintrat, & mouet ipsam.

i ¶ *Sed phlegma dixisset.*] Simile ĩ. de transla. inter corporalia. & ĩ. de deci.

to, quando Moyses[a] virga percussit silicẽ, & ex ea non phlegma, sed aqua manauit†. Restat igitur, vt qualiscumque fuerit illa aqua, siue naturalis, siue miraculosa, siue de nouo diuina virtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta, proculdubio vera† fuit: cum naturaliter possit, & compositum in componentia, & elementatum in elementa resolui: quemadmodum vetus extitit sudor ipsius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Cum autem ad compositionẽ humani corporis, quatuor elementa cõcurrant, videlicet terra, aqua, aer, & ignis: & ad vegetationem eiusdem corporis, quatuor humores illis[b] consimiles cõueniant, videlicet, sanguis, cholera, phlegma, & melancholia: vt veritatem humani corporis expressius demonstraret, vnum ex illis, & vnum ex istis Ioannes expressit, illaque potius ex illis, & ex istis, quæ magis mysterio† congruebant, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: in quibus duobus, duo maxime† sacramenta, redemptionis videlicet, & regenerationis elucent.

¶ Idem in concilio generali†.

¶ *Præcipit prælatis & clericis in virtute obedientiæ, vt nocturnum officiũ & diurnũ, studiose celebrẽt & deuote.*

CAP. IX.

Dolentes referimus, quòd non solum quidam minores clerici, verumetiam aliqui ecclesiarum prælati, circa† comessationes superfluas, & fabulationes illicitas (vt de aliis taceamus) fere medietatẽ noctis expendunt; & somno[c] residuum reliquentes, vix ad diurnum concentum auium excitãtur, transcurrendo vndique cõtinua† syncopa[d] matutinum. ¶ Sunt & alij, qui Missarum solemnia vix celebrant quater in anno: & (quod deterius est) interesse contemnunt: & si quando dũ hæc celebrãtur, intersint, chori silentium fugientes, intẽdunt exterius collocutionibus laicorũ: dumque auditum ad indebitos sermones effundũt, aures intentas non porrigunt ad diuina. ¶ Hæc igitur & similia sub pœna[e] suspensionis penitus inhibemus, districte præcipientes in virtute obediẽtiæ, vt diuinum[f] officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiose[g] celebrent pariter & deuote[h].

¶ Honorius tertius.

¶ *Eucharistia debet munde seruari, & in eius eleuatione & delatione populus debet se inclinare: & cum defertur ad infirmum, debet deferri in decenti habitu, & cum lumine: transgressores vero grauiter sunt puniendi.*

CAP. X.

Sane† cũ olim: & infra. ¶ Ne propter incuriam sacerdotum diuina indignatio grauius exardescat, districte præcipiendo mandamus, quatenus à sacerdotibus Eucharistia, in loco singulari, mũdo, & signato semper honorifice collocata, deuote ac fideliter conseruetur[i]. ¶ Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebem suam, vt cum in celebratione Missarum eleuatur Hostia salutaris, se reuerenter incliner†, idem[k] faciens, cum eam defert presbyter ad infirmum. Quam in decẽti habitu, superposito mũdo velamine ferat, & referat manifeste ac honorifice ante pectus, cum omni reuerentia & timore, semper lumine præcedẽte, cum sit cãdor lucis æternæ; vt ex hoc apud omnes fides & deuotio augeatur. Prælati autem huiusmodi mãdati grauiter punire non differant trãsgressores: si & ipsi diuinam, & nostrã volũt† effugere vltionẽ.

¶ Idem vniuersis ecclesiarum prælatis.

¶ *In ecclesiis collegiatis debent celebrari duæ missæ collegialiter. vna pro defunctis, alia secundum exigentiam diei, vt pro festo, si festum occurrit: vel pro feria, si feria.*

CAP. XI.

Cum† creatura non habeat quid pro meritis respõdeat

---

de deci. ad audientiã. & est ar. non esse recedendũ de facili à forma verborum. j. de spons. ex litteris. & C. de libe. præte. l. 3. & ff. de iu. do. permittendo. Et hoc si iuri consonat, alias ad iurisperiti interpretationem recurrendum est. ff. de vsufru. leg. si alij. arg. s. de consue. ex literis. j. de verb. sig. præterea. & ff. de leg. 3. non aliter. Ber.

a ¶ *Moyses.*] sic s. de conse. dis. 2. reuera. hic ergo exigitur expressa similitudo inter ea quæ sunt in nouo testamento, & ea quæ sunt in veteri. alibi non exigitur diuersitas, ne videamur iudaizare. arg. s. de sac. vnc. c. vnico. ver. verum tñ vnctiones, & c. Lau.

b ¶ *Illis consimiles.*] s. in frigiditate & caliditate siccitate & humiditate. quam conuenientiam physicorum propriũ est assignare, non iurisperitorum.

Audistis. Vide bonam glo. in procemio Insti. §. igitur.

Dolentes.] Duo facit. Primo ponit clericorum duplicem excessum. Secũdo prohibet: ibi, *Hæc igitur.* Prima subdiuidit in duas, put duo sunt excessus. Secunda: ibi, *Sunt & alij.* Abbas Siculus.

Casus. In concilio isto reprehendit Papa clericos, & prælatos ecclesiarum, qui circa comessatiões superfluas, & cõfabulationes illicitas potius sunt intẽti, quàm circa diuina officia; & quidã eorũ vix Missarũ solẽnia quater in anno celebrãt. hæc & alia similia, pcipit Papa sub pœna excõicationis & in virtute obedientiæ corrigi ac emẽdari. Nota quòd clerici & prælati, comessationibus superfluis, & confabulationib' illicitis vacare nõ debẽt. Itẽ in officiis diuinis syncopatio reprobat. Itẽ officiũ diuinũ deuote celebrari debet.

c ¶ *Somno.*] Requirit natura requiem: tñ captanda est hora cõgrua: vnde Seneca: Quies tibi sit, non desidia. Ouidius sine titulo:

Stulte quid est somnus, gelida nisi mortis imago.

Longa quiescendi tempora fata dabunt. Ioan.

d ¶ *Syncopa.*] De cõsecrat. dist. 4. retulerunt. vnde versus.

Syncopa de medio tollit quod epenthesis auget.

De istis figuris dr. j. de verbo. significat. forus.

e ¶ *Sub pœna.*] Et ita non est canon latæ sñiæ, sed potius ferendæ. s. de iure patro. relatum. vbi de hoc.

¶ *Glos. seq. recitetur per quæstionem, quæ sit pœna contra facientis.*

f ¶ *Diurnum officium.*] Ad quod etiã sine isto præcepto tenẽtur. s. eod. presbyter. & ita qui contra hoc præceptum faciunt, inobedientiam incurrunt. vnde vr quòd sint suis beneficiis priuandi pp inobedientiam: arg. supra de maioritate & obedientia, illud. quia peccatum paganitatis incurrit quisquis sedi Apostolicę obedire contẽnit, octuagesima prima dist. si q̃ sunt presbyteri. & infidelis esse conuincitur, etiã si fidelis esse videatur. 8. q. 1. sciendũ. si hoc est verum, immo quia est: multi punirentur de inobedientia, quæ est grauissimũ peccatum, vt patet per iura prædicta. Sed dicas, quòd qui canonis inobedientiam incurrit, cum eo mitius agitur q̃ cũ eo q̃ iudicis inobedientiam incurrit. argu. j. de cle. excõicato ministr. si celebrat[a]. & ff. de arbitris. Celsus. Bernardus.

g ¶ *Studiose.*] quantum ad officium oris, id est, sine syncopa.

h ¶ *Deuote.*] quantum ad officiũ cordis.

Sane.] Quatuor sunt dicta. Secundũ: ibi: *Sacerdos.* Tertium: ibi, *Quã.* Quartũ: ibi, *Prælati.* Abbas Siculus.

Casus. In capitulo isto pcipit Papa, quòd sacerdotes in loco mũdo custodiant Eucharistiã diligẽter, ne p eorũ incuriã diuina indignatio exardescat; & quilibet sacerdos frequenter doceat plebẽ suam. vt qñ in celebratione Missarũ Hostia eleuatur, se reuerẽter incliner & idem faciat, cũ portatur ad infirmũ lumine pręcedẽte, & plati huiusmodi mandati transgressores puniãt, si & ipsi diuinã volũt effugere vltionẽ. Nota, quòd Eucharistia in loco mũdo custodiri debet. Item qui faciunt contra mandatum Papę, puniendi sunt.

i ¶ *Conseruetur*] sub fidelib' clauib', ne sinistra manus ad ea possit extendi. j. de custo. Eucha. c. 1.

¶ *Glo. seq. rec. per q. quam tripliciter soluit, & solutionem mediã moderatur.*

k ¶ *Inclinet*] flexis genibus, & potest dicere ista verba:

Salue lux mundi, verbum patris:

Hostia vera, viua caro, deitas integra, ver' homo.
NOn† vt apponeres: & infra. ¶ Postulasti, vtrū parvuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos, propter aquæ penuriā, & absentiā sacerdotis, aliquorū simplicitas in caput & pectus, ac inter scapulas pro baptismo saliuæ consperssione† liniuit. Respōdemus, quod cū in baptismo duo semper, videlicet, verbum[c] & elementum[d], necessario requirantur, iuxta quod de verbo veritas[e] ait: Eūtes in mundū vniuersum [prædicate† Euangeliū omni creaturæ, &] baptizate omnes gentes in nomine patris, & filii, & spiritussancti: eademque dicat de elemento[f] Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum: dubitare nō debes, illos verum non habere baptismū, in quibus non solū vtrumque[g] prædictorum, sed eorum alterum est omissum.

¶ Idem† in concilio generali.

¶ *Baptizatos à Latinis, Græci rebaptizare non debent.*

CAP. VI.

LIcet † Græcos diebus nostris, ad obedientiam sedis Apostolicæ reuertentes[h], fouere ac honorare velimus, mores ac ritus eorū (in quantū cū Domino possumus) sustinendo: in his tamen illis deferre non† volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & ecclesiasticæ derogāt honestati. Postquam enim Græcorum ecclesia, cum quibusdam complicibus & fautoribus suis, ab obedientia sedis Apostolicæ se subtraxit, intantum Græci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum impie committebant, si quando sacerdotes Latini super eorum celebrassent altaria, non† prius ipsi sacrificabant in ipsis, quàm ea tamquam[i] per hoc inquinata, lauissent: baptizatos etiam à Latinis, ipsi Græci rebaptizare, ausu temerario præsumebant: & adhuc (sicut accepimus) quidam hoc agere non verentur. Volentes igitur tantum scandalum ab ecclesia Dei amouere, sacro suadente concilio districte præcipimus, vt talia decætero non præsumant, conformantes se tamquam filii obedientiæ, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ: vt[k] sit vnum ouile, & vnus pastor. Si quis autem tale quid præsumpserit, excommunicationis mucrone percussus, ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur†.

TITVLVS XLIII.

De presbytero non baptizato.

¶ Ex concilio apud Compendium.

¶ *Si non baptizatus ordinatur, ordinis characterem non recipit.*

CAP. I.

SI quis presbyter ordinatus[l], deprehenderit se nō esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur[m].

¶ Innocentius tertius epo Cremonen.

¶ *Omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum.*

CAP. II.

APostolicam† sedem consulere decreuisti: & infra.

b ¶ *Referantur.*] natura enim correlatiuorū est, q simul nō patiuntur se in eodē subiecto. arg. 35. q. 1. c. 1. Lau.

¶ *Non vt apponeres.*] Cōmunis diuisio. Secunda pars: ibi, *Respondemus.* Abbas Sicu.

Casus. Ecce, aliquis puer erat baptizandus pp periculū mortis: cū aqua non posset haberi nec sacerdos, aliqs simplicitate ductus liniuit puerum in caput, & pectus, & inter scapulas saliuæ aspersione loco baptismi: qrit an talis esset baptizatus? Rńdet Papa, q cum in baptismo duo sint necessaria, scilicet verbū & elemētū, cū Dominus dicat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnū cælorū: dubiū non est, q ille non est baptizatus, in quo defuit nō solū alterū, sed vtrūque. Nota, q forma verborū est de substantia baptismi. Itē nō potest qs baptizari in alio liquore, quàm in aqua.

¶ *Glossa sequens. recitat per contrarium, & tripliciter exponit litteram.*

c ¶ *Verbū.*] 1. q. 1. detrahe, vbi de hoc. Ista duo necessaria sunt in baptismo aquæ: secus in baptismo sanguinis vel flaminis: de cōsecr. dist. 4. baptismi vicē. Quòd dicit, verbū, sic intelligе: si qs baptizat, & nō dicit, in nomine patris, & filii, & spiritussancti, non est baptizatus: qa nec elemētū nec verbū tantum sufficiunt. Vel verbū, id est, filii: quasi diceret, si qs baptizat & non addit, in nomine filii, nō est baptizatus. de cōsecra. dist. 4. in synodo. vel verbū, id est, forma: quasi diceret, si nō seruetur forma quæ traditur s. eod. c. 1. & hic, non est baptismus.

d ¶ *Elementum.*] id est, aqua. & sic non est baptismus sine aqua.

e ¶ *Veritas ait.*] De consec. dist. 4. proprie.

f ¶ *De elemēto.*] De cōse. dist. 4. c. 1. & 1. q. 1. c. firmissime. Hic enim exprimit forma baptismi: quæ si obseruata non fuerit, non est baptismus. de hoc dictū est s. eod. c. 1.

g ¶ *Vtrumque.*] scilicet aqua, & verbum.

LIcet Græcos.] Præmittit exordium, & duplicem narrat Græcorum excessum. Secundo id fieri prohibet. Tertio pœnam imponit. Secunda: ibi, *Volentes.* Tertia: ibi, *Si quis.* Abbas Siculus.

Casus. Postquā Græci se subtraxerūt ab obediētia ecclesiæ Romanæ in tantū cœperūt abominari Latinos, q inter alia quæ contra eos cōmittebant, si qn sacerdotes Latini in eorum sacrificassent altaribus, non prius sacrificabant in ipsis, quàm ea, tamquam per hoc polluta, lauissent: & baptizatos à Latinis psumebāt ausu temerario rebaptizare: Præcipit Papa, vt talia decætero nō psumāt, cōformātes se tamquā filii obediētiæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ, vt sit vnū ouile, & vnus pastor. Si qs tale quid psumpserit, excōicationis sentētiā pcussus, ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponat. Nota ritus Græcorū reprobatos: quia mēbra debent conformare se capiti suo. Item ipso iure sunt excommunicati, qui hæc faciunt, quæ hic prohibentur.

h ¶ *Reuertentes.*] De iure enim ecclesia Græcorum subiecta est Romanæ ecclesiæ. 24. q. 1. rogamus.

i ¶ *Tamquam per hoc.*] a dictum est s. de maio. & obe. solitæ.

k ¶ *Vt sit vnum.*] a s. de maio. & obedien. solitæ. circa fi.

DE PRESBYTERO non baptizato.

¶ *Viso de baptismo, quia aliqui sæpe promouentur non baptizati ad ordines; de quibus dubitari poterat vtrum essent vere ordinati vel an deberent baptizari: merito post præcedētem subiicitur ista. Ab.*

De hac materia tractatur 1. q. 1. si quis confugerit. & ca. si quis per ignorantiam.

SI quis. Breue est, & hoc summat c. si . j. ep. Abbas Siculus.

Casus. de se patet. Nota, quod de iure non fit, pro non facto habetur.

l ¶ *Ordinatus.*] de facto: quia qui de iure ordinatus non est, presbyter non est censendus: vt 1. q. 1. si quis confugerit. & cap. si quis per ignorantiam.

m ¶ *Iterum ordinetur.*] Et hoc patet, q nullum ordinē recepit. j. eo. veniens. quia baptismus est ianua omniū sacramentorū. 32. dist. præter. §. verum. & j. eo. veniens. si ergo primo ordinem suscepisset, iterum non esset ordinandus. 1. q. 1. quod quidam. Ber.

APostolicam.] Primo ponitur decisa cōsultatio. Secundo responsio: ibi, *Inquisitioni.* Abbas Siculus.

† sententia

† per quā proles.

† Indrosiā.

† Nidrosiā.

† Cap. 3. in tit. in 3. compilat. Vide S. Thomam 3. par. q. 60. art. 5. 6 & 7. & q. 66. art. 3. 4. & 5.

† aspersione

Matt. 28.

† Inclusa desunt in omnibus antiquis codicibus Vaticanis.

Ioan. 3.

† Scilicet Innocētius 3. in concilio generali Lateranēs. c. 4. & c. 1. eo tit. in 4. compilat.

† Vide Leonem Papā nonum in epistola aduersus præsumptiones Michaelis & Aceridani c. 29. & seq. vbi multa deum Græcorum in Latinos ad de Gennadium Scholarium de primatu Papæ, cap. 5.

† In aliquot ueteris codici. bus, & in cōcilio ita. nec volumus, nec debemus, &c.

† In concilio erat non prius ipsi sacrificare volebant in illis, &c.

† Et ab eo & alterum omniū ecclesiarum; mater est Romana ecclesia, magistra, de summa tri. & fi. cath. c. 2. ad h. & alibi sæpe.

a Hæ duæ clausulæ nec sunt aeternæ dis, nec habētur in vetustis codicibus.

† Alias, suspectatur, sed in concilio, & in antiquis codicibus legitur, deponatur.

† Cap. 5. vt ait Burchardus li. 4. decret. c. 74. & Iuo par. 1. cap. 268. refertur etiam c. 1. eo. tit. in 1. compilatione. Et vide S. Thomam in additionibus 3. par. q. 35. art. 3.

† Antonius Augustinus ait scribendū, Innocētius 3. sed Vaticanis. iii. habent.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compilat. Et vide notas nostras in hanc decretalem.

sacro suadente concilio

Casus. Quidā sacerdos credēs se baptizatū, & in fide baptismi p̄sistēs, mortuus est: postmodū cōpertū est, q̄ nō fuerat baptizatus: q̄sitū fuit à Papa, vtrū ecclesia deberet eū habere p baptizato, vt p eo posset orare? Rñdet Papa, q̄ si presbyter ille in fide sanctæ matris ecclesiæ, & in cōfessione nominis Christi p̄seuerauerit, ab originali peccato solutus, gaudiū cælestis patriæ fuit adeptꝰ: In viij. libro Augustini de ciuitate Dei legitur: Baptismus inuisibiliter ministrat. quē nō cōtēptus religionis, sed terminus necessitatis excludit: & in lib. Beati Ambrosij de obitu Valentiniani idem legitur: & sic hmōi q̄stionibus sopitis, ecclesia pōt preces & hostias Deo offerre p presbytero memorato. Nota q̄ per fidē quā quis habet de baptismo, licet non sit baptizatus, sed in fide illa decessit, saluatur.

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Ab originali.*] et etiā ab actuali peccato. de conse. distin. 4. catechuminū. Sed contra de cōse. dist. 4. firmissime. & 1. q. 1. firmissime. in q̄bus dr̄, q̄ sine baptismo nullus saluatur: qđ verum est de eo qui potest baptizari, & nō baptizatur: iste vero credebat se baptizatum, & in fide illa saluatur: & iste nō contempsit. Et est triplex baptismus, scilicet fluminis, & flaminis, & sanguinis. hic autem baptismo flaminis inuisibili baptizatus fuit, per fidem quā habuit de baptismo. s. ī. ti. proxi. debitum.

b ¶ *Augustini.*] prout habes de consec. dist. 4. baptismi vicē. & c. catechuminum. & c. nō dubito. aliàs, non dubiū.

c ¶ *Beati Ambrosij.*] Legitur beatum Ambrosium dixisse de Valentiniano, qui dum properaret ad baptismum in itinere decessit: Ventrē meum doleo: quia quē regeneraturus erā perdidi: ille tñ gratiā quā poposcerat nō amisit. Lau. Sic ergo patet, q̄ iste per solā fidē, quā habebat de baptismo, saluatus est. Iste credebat se sacerdotē fuisse, sed nō erat in veritate. s. eo. c. proxi. j. eo. c. proxi. Nūquid cōficiebat? nō in veritate: sed quo ad se bene cōficiebat[r], & quo ad alios, qui hoc credebant: & tāquam verū sacramentū conficeret, sibi & recipientibus ab ipso, credo quòd proficiebat. De hac materia dr̄ s. de elect. dudum a.

[absolutus] — [Aliàs se per octauum librum.] — [s articulus] — [fraternitati] — [Domino]

¶ Vnde inquisitioni tuæ taliter respondemus, presbyterū, quē sine vnda baptismatis extremū diem clausisse significasti: quia in sanctæ matris ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseuerauit, ab originali[a] peccato solutum †, & cælestis patriæ gaudium esse adeptum, asserimus incunctanter. Lege super octauo † libro Augustini[b] de ciuitate Dei, vbi inter cætera legitur: Baptismus inuisibiliter ministratur, quem non contemptus religionis, sed terminus† necessitatis excludit. Librum etiam beati Ambrosij[c] de obitu Valentiniani idem asserentis, reuolue. Sopitis igitur quæstionibus doctorum, patrū sententias† teneas: & in ecclesia tua iuges preces, hostiasque Deo † offerri iubeas pro presbytero memorato.

¶ Innocētius tertius Ferrariēsi episcopo.

¶ *Non baptizatus ordinari non potest: & si de facto ordinetur, non recipit ordinis characterem, licet credatur baptizatus.*

CAP. III.

VEniens † ad Apostolicā sedem I. lator præsentium, nobis exposuit, quòd cum ad gradum sacerdotij ascendisset, cœperit tandem quòd nō fuerit† secundum formā Euangelij[d] baptizatus, vnde nos eum rite fecimus baptizari. ¶ Cumque † super ordinibus fuisset diutius disputatum, quidam in eam declinauerunt sententiam, vt cum baptismus sit fundamentum omnium sacramētorum[e], ante susceptionem baptismi non suscipiatur aliud sacramentum: quoniam vbi fundamentum non est, superædificari[f] non potest. Porro ecōtra videri posset: Nam cū quis non solum per[g] sacramentū fidei, sed per fidem etiam sacramēti, efficiatur procul dubio membrum Christi: & qui Christum habet per fidem[h], etiam si baptismum nō habeat, habet vtique fundamentū, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus: superædificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quælibet ecclesiastica sacramenta: cū illud non sit generaliter verū, neque de nouis[i], neque de veteribus[k] sacramentis, quòd baptismus sit fundamētum illorum: quoniā & sacramentum coniugij[l], & Eucharistiæ, à nō baptizatis[m] recipi potest. Præterea sacramētū ordinis non solum pontificalis, sed sacerdotalis etiam & Leuitici ex institutione sua præcessit baptismum: per† quod forsitan videtur[n], quòd ante baptismū huiusmodi ordines possent rite conferri, maxime his qui baptizati esse creduntur. † ¶ Quia vero in cōcilio apud Cōpēdiū[o] legitur cōstitutū: quòd si quis in presbyterū ordinatus, deprehēderit se non esse baptizatū, baptizetur, & iterū ordinetur: Nos circa latorē præsentiū in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequētes: Mādamus, quatenus ipsum per singulos ordines, vsque[p] ad sacerdotiū promouere procures, & permittas eū in sacerdotio ministrare[q]:

[Cap. vel eo sic tit. in 3. compila. Vide Soto lib. 4. sent. dist. 26 q. 2 art. 3. circa finem. & d. Thomā citatum supra hoc tit. cap. 1.] — [fuerat] — [In codice Barbatiæ ita: Cumque super ordinibus eorū nobis fuissent aliquandiu disputatum.] — [r Hoc est, credebat se conficere.]

VEniens.] Pro summa accipe. c. 1. s. eo. Primo ponit de baptismo tradito ei qui nō fuerat rite baptizatus. Secunda: ibi, *Cumque.* circa ordinē allegat pro, & contra. Tertia: ibi, *Quia vero.* diffinit. Abb.

Casus. Quidam credens se baptizatum s̄m formā ecclesiæ promotus fuit vsque ad sacerdotium: tandē inuenit, q̄ non fuerat s̄m formā ecclesiæ baptizatus: accessit ad Papā hoc sibi exponēs: vnde Papa fecit eū rite baptizari: postea disputatū fuit super ordinibus, vtrum videlicet ordines suscepisset: Et quidā dicebant, q̄ cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum, ante baptismū non suscipitur aliud sacramentū: quia vbi fundamentū non est, superædificari non potest. Sed contra vr̄, q̄ per solā fidem baptismi efficitur quis membrū Christi; & qui Christum habet per fidem, etiā si baptismum non habeat, habet vtique fundamentū: & ita superædificari posse vr̄, sicut salutifera opera, sic & quælibet ecclesiastica sacramēta: præterea sacramētū ordinis pōtificalis, & sacerdotalis, & Leuitici ex institutione sua præcessit baptismum: per quod vr̄ q̄ etiā ante baptismū hmōi ordines possint rite conferri, maxime his qui baptizati credūt: His p̄missis dicit Papa. q̄ cū in cōcilio apud Cōpendiū sit constitutū, vt si quis in presbyterū ordinatus deprehenderit se non esse baptizatū, baptizet, & iterū ordinet: mādat Papa quatenos ille per singulos ordines, vsque ad sacerdotiū ordinetur, & ministret in officio sacerdotis: quia non intelligit iteratū, qđ ambigitur esse factū: nec de sacramēto male sentit, cū illud nō cōtēptus religiōis, sed necessitatis articulus impediuit. Si enim aliquis natus est de christianis parentibus, & inter christianos fideliter cōuersatus, præsumitur q̄ fuerit baptizatus, vt huiusmodi præsumptio pro certitudine habeatur, donec in cōtrarium manifestis constiterit argumentis. Nota q̄ baptismus est fundamentum omniū sacramentorū, ita vt q̄ hunc non habet, ad ordines non poterit promoueri. Itē non intelligitur iteratū, qđ nescit esse factum. Itē p̄sumitur baptizatus, qui inter christianos tanquā fidelis fuerit cōuersatus: tñ contra hmōi præsumptiones probatio admittit. Et sic nota hic, q̄ violenta præsumptio recipit p̄bationē in cōtrarium.

d ¶ *Euangelij.*] Ite per mūdū vniuersum. baptizate omnes gētes in nomine patris, & filij, & spiritussancti. quā habes s. ti. proxi. nō vt apponeres. & c. debitū. de conse. dist. 4. proprie.

e ¶ *Omnium sacramentorum.*] 32. dis. c. præter. §. verum. Ber.

f ¶ *Superædificari.*] 1. q. 1. cum Paulus.

g ¶ *Per sacramentum fidei.*] In cuius perceptione gratia cōfertur: secus in sacramēto matrimonij[a], qđ est etiā apud infideles. j. de diuor. gaudemus. & 28. di. deinde opponitur. & s. de transla. c. quanto.

h ¶ *Habet per fidem.*] quam quis habet de ipso sacramēto, licet ipsum sacramentum nō habeat, sed credat se habere. s. eo. c. proxi. & s. ti. proxi. debitum. & ita talis baptismus dicitur baptismus flaminis. idē est in baptismo sanguinis, per quē saluati sunt innocētes.

i ¶ *De nouis.*] idest, de sacramentis noui testamenti.

k ¶ *De veteribus.*] idest, de sacramentis veteris testamenti.

l ¶ *Coniugij.*] j. de diuor. gaudemus. & c. quātū. & 28. di. deinde.

m ¶ *A non baptizatis.*] s. baptismo fluminis. sed baptismo flaminis baptizatis, cum illi quò ad gratiam, baptizati intelligantur. & accipere possunt sacramentum Eucharistiæ.

n ¶ *Videtur.*] sed nō est verū q̄ cōferat: vt j. patet. sed alle. dicit hoc.

o ¶ *In concilio apud Compendium.*] s. eo. c. 1. & hic ponit quæstionis solutionem, per concilium apud Compendium celebratum.

p ¶ *Vsque.*] inclusiue per hoc quod sequitur.

¶ *Glossa sequens obiicit & soluit. demum quærit, & respondet.*

q ¶ *Ministrare.*] Sed obiicitur: ille credebat se baptizatū, & sic habebat sacramentū fidei; ergo fuit ordinatus. ar. s. eo. c. prox. & s. eo. c. 1. quare ergo ordinat, cū p hoc fiat iniuria sacramēto. 1. q. 1. qđ quidā? Hæc obiectio nō valet: q̄a licet q̄s habeat sacramētū p fidē, quācito incipit scire se nō habere sacramētū baptismi, & cōtēnit illud recipere, statim amittit sacramētū fidei: vnde iterū ordinat: q̄a certus

[Aliàs hoc propter qđ forsitan videretur.] — [Post verbum, cordi tua, in aliquot antiquis sequitur sm: & soluta. & recte, qa nōnulla omisit hic Raymundus, q̄ sunt in veteri compilatione.] — [a Immo in matrimonio gratia confertur. & contrarium dicere est hæreticum. concilium Tridentinum sessio. 24. de sacramento matrimonij can. 1. Dom. Soto. 4. sen. dist. 26 q. 2. art. 3.] — [Vide Sotum 4. sen. dist. 12. q. 1. art. 3.] — [Vide quos citaui supra eod. tit. cap. 1.]

certus est, quod non receperat ordines ante baptismum: Sed quæ forma seruabit circa istũ, si omnino certum esset quod non fuit baptizatus? Tunc cõis forma seruabitur, quã habes ĩ. tit. proxi. nõ vt apponeres. sed si illud habet dubiũ, seruabitur forma illa. ĩ. tit. pxi. c. 2.
a ¶ *Intelligitur iteratum.*] sic de conse. dist. 1. solemnitates.
¶ *Gl. seq. q̃rit et respõdet.*
b ¶ *Nec male.*] Tacita q̃stio vt, quasi dicat, licet dicamus istum baptizandũ, non ideo male sentimus de sacramẽto baptismi: quia si aliquis in articulo mortis velit baptizari, nec est qui velit eũ baptizare: pp hoc non minus erit saluus. ĩ. tit. proxi. debitũ. de cõse. dist. 4. catechuminum. cũ illud nõ religionis contemptus, sed necessitatis articulus impedit.
c ¶ *Necessitatis.*] vel ignorantiæ facti, quæ excusat. ĩ. c. proxi.
d ¶ *Contrarium probaretur.*] Nota violentam præsumptionẽ admittere probationẽ in cõtrariũ. 35. q. 3. extraordinaria. & 27. q. 1. nec aliqua. ĩ. de pba. pposuisti. & c. causã matrimonii. B.

quia non intelligitur[a] iteratũ, quod ambigitur esse factum: nec male[b] de sacramento sentitur, cùm illud non religionis cõtemptus, sed articulus necessitatis[c] excludit. Et certe de illo, qui natus de Christianis parentibus, & inter Christianos est fideliter conuersatus, tã violenter præsumitur quòd fuerit baptizatus, vt hæc præsumptio pro certitudine sit habẽda, donec euidẽtissimis forsitan argumentis contrariũ probaretur[d].

¶ De custodia Eucharistiæ, & aliorum sacramentorũ.

¶ Lateranens. c. 20. & c. 2. tit. de baptismo, & eius effectu in 4. cõpilatione. vide concilium Tridẽt. sessio. 13. c. 6. de asseruãdo sacra Eucharistiæ sacramẽto. adde notas nostras in hoc cap.

TITVLVS XLIIII.

De † custodia Eucharistiæ, chrismatis, & aliorum sacramentorum.

¶ Innocentius iij. in cõcilio generali †.
¶ *Eucharistia & chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri: & cõtra facientes sunt puniendi.*

DE CVSTODIA Eucharistiæ, &c.
¶ *In præcedentibus titulis visum est qualiter Eucharistia cõsecratur: ideo merito subijcitur de ipsius custodia. Et quia in baptismate vtimur chrismate: vt in c. 1. de sacra vnct. & supra visum est de baptismo, ideo additur hic de custodia chrismatis, et generaliter de custodia omniũ aliorũ sacramentorũ. Abbas Siculus.*
De hac materia tractatur. 23. dist. c. clerico quĩ comam. vsque ad §. de cõs. dist. 2. qui bene, et c. si quis per necessitatẽ. & in alijs cap. & 1. q. 1. interrogo.

CAP. I.

STatuim[e], vt in cunctis ecclesiis chrisma & Eucharistia, sub fideli[e] custodia clauibus adhibitis conseruentur: Ne possit ad illa temeraria manus extẽdi, ad aliqua horribilia vel nefaria† exercenda. ¶ Si vero is, ad quẽ spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus mẽsibus ab officio suspendatur: & † si per eius incuriã aliquid nefandum inde contigerit, grauiori[f] subiaceat vltioni.

¶ nefanda

¶ In codice Barbaro ita: & si per eius incuriam aliquod nefarium cõtigerit, deinde grauiori &c.

Statuimus.] Primo statuit. Secundo rationẽ submittit. Tertio addit pœnam. Secunda: ibi, *Ne possit.* Tertia: ibi, *Si vero.* Abbas.

¶ Scilicet concilio Lateran. c. 19. & c. 1. tit. de immunit. eccles. in 4. cõpil.

CASVS. Statuitur in hoc capitulo, quod chrisma & Eucharistia custodiãtur sub clauibus: & si is ad quẽ pertinet eorũ custodia, ea incaute dereliquerit, tribus mensibus ab officio suspendi debet: & si inde aliqđ nefariũ cõtigerit, grauiori pœna puniatur. Not. quod chrisma & Eucharistia sub clauibus custodiri debent. Itẽ si per culpã alicuius aliqood nefandum eueniat, puniri debet ac si fecisset. Et sic nota hic, quod qui occasionẽ damni dat, damnum dedisse videtur.
e ¶ *Fideli custodia.*] Simile ĩ. de cele. Mis. sane. & per laicos 1 ad infirmos non debet deferri Eucharistiæ sacramentum. sed presbyter hoc facere debet. de con. dist. 2. peruenit. vel per diaconũ si necesse est. 93. distinctio. præsente. & cap. diaconus. secundum formã quæ traditur ĩ. de cele. Mis. sane. §. sacerdos vero.
¶ *Glo. seq. arg. alleg. duo iura pre, in contrarium alleg. alia. 2. Item secũdo arg. alleg. duo iura. si. vers. per q.*
f ¶ *Grauiori.*] Arg. quod pp culpã tenetur quis ad oĩa illa. q̃ sequitur ex illa culpa. 31. q. 2. de neptis. & 1. q. 1. placuit. Arg. ĩ 15. q. 1. inebriauerũt Loth. ff. de fur. verũ. Itẽ arg. quod qui occasionẽ dãni dat, dãnum dedisse vr. 50. dist. sæpe. ff. ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac. & hæc pœna erit ad arbitriũ iudicis. ex quo nõ determinatur. ĩ. de offi. deleg. de causis. sed ĩ. imponitur certa pœna trium mensium.

¶ Idem in eodem †.
¶ *Supellectilia in ecclesiis poni non debent, nisi necessitas vrgeat. hoc dicit primo. Ecclesia debent sua vasa et vestimenta munde tenere. hoc secundo.*

CAP. II.

REliqui nolumus incorrectũm, quòd quidam clerici ecclesias[g] sic exponunt supellectilibus propriis, & etiam alienis, vt potius domus laicæ, quàm Dei basilicæ videantur: non cõsiderantes, quòd Dominus nõ sinebat, vt vas transferretur per templum. Sunt & alii, qui non solum ecclesias dimittunt incultas, verumetiam vasa ministerii, & vestimenta[h] ministrorum, ac pallas altaris, nec non & ipsa Corporalia tam immunda reliquunt, quòd interdum aliquibus sunt horrori. ¶ Quia vero zelus nos comedit domus Dei: firmiter prohibemus, ne huiusmodi supellectilia in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates vrgentes ad eas oporteat haberi † refugium: sic tamen, vt necessitate cessante, res in loca pristina reportẽtur. Præcipimus quoque, vt oratoria, vasa, Corporalia, & vestimenta prædicta, munda & nitida conseruentur. Nimis enim videtur absurdum, in sacris sordes negligere, quæ † dedecerent etiã in profanis[i].

¶ habere.

a Vide Nauarrum in Manuali & Horis canonicis, vbi latè disputat hunc articulum.

¶ In codice Barbaro ita: quas dedecerent in profanis etiam sustinere.

Relinqui.] Recitat duos excessus, contra quos secũdo prouidet. Secũda: ibi, *Quia.* Abb.
CASVS. Quidã clerici ecclesias supellectilib⁹ suis & etiam alienis, sic exponunt, vt potius videãtur domus laicorũ, quàm ecclesiarũ: Sunt & alii, qui ecclesias dimittũt incultas siue immundas, & etiã vasa ministerii, vestimenta & pallas altaris, & corporalia tã immunda relinquunt, quod aliquibus interdũ sunt horrori: vnde præcipit Papa, quod hmõi supellectilia in ecclesiis non ponãtur, nisi necessitate instante; sic tñ, vt ea cessante de ecclesiis remoueantur. pcipit ẽt, vt oratoria, vasa, & corporalia, & vestimenta prædicta munda & nitida conseruentur: absurdum est enim, in sacris hmõi sordes negligere, quæ dedecerent etiã in vestib⁹ priuatorũ. Not. quod necessitas facit licitũ, qđ aliàs esset illicitũ. Itẽ cessante causa, cessat effectus. Itẽ ecclesia & ornamenta ecclesiarũ, munda & nitida sũt seruãda. & supellectilia in ecclesiis nõ sũt ponenda nisi ex causa.
g ¶ *Ecclesias.*] in ecclesiis tñ põt & debet iudiciũ ecclesiasticũ exerceri. 2. q. 8. pceptũ. sed non secularia. ĩ. de immunita. ecclesiarũ. c. 1.
h ¶ *Vestimenta.*] Vestimenta ecclesiæ honesta & mũda debent esse. de conse. dist. 1. vestimẽta.
i ¶ *In profanis.*] i. priuatorũ vestibus. Et ita est arg. quod clerici debẽt incedere ornati vestibus, non tñ ad iactantiã. 21. q. 4. omnis iactantia. quia dissolutos & fractos vestibus nõ recipimus. 41. dist. parsimoniã. & incõpositio corporis qualitatẽ indicat mentis, vt dr ea. dist. §. vltim. in fin. nec tamen prohibitas portare debent. ĩ. de vita & ho. cle. clerici.

¶ Vide omnino concil. Tridẽt. sessio. 25. de inuocatione, veneratione, & reliquiis sanctorum, & sacris imaginibus. & D. Thomã 3. par. q. 25. art. 6.

TITVLVS XLV.

De † reliquijs & veneratione sanctorum.

¶ Alexander tertius.
¶ *Sine Papæ licentia non licet aliquem venerari pro sancto.*

CAP. I.

AVdiuim[†], quòd quidam inter vos diabolica fraude decepti, hominem quendam in potatione & ebrietate occisum, quasi sanctum (more infideliũ)

¶ Cap. vni. co. tit. de veneratione sanctorum in 3. compilatione. hac de materia vide omnino Zanchinũ tract. de hæretica, cap. 22. & Cassaneum in catalogo gloriæ mundi par. 3. consideratione 44. cũ multis sequentibus. adde Melchiorẽ Canum. li. 5. c. 5. de locis Theolog.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCT.
¶ *Visa de custodia Eucharistiæ, & chrismatis, & veneratione sacrorũ sacramẽtorũ, merito subiicitur rubr. de reliquiis et veneratiõe sanctorũ. Ab.*
De hac materia habetur 11. q. 1. si quis dixerit. 50. dist. si quis propostera. de consi. distin. 1. loca.

Audiuimus. Primo narrat factum quod audiuit. Secũdo illud improbat: ibi, *Cum vos.* Tertio illud prohibet: ibi, *Illum ergo.* Abbas Siculus.
CASVS. Quidã diabolica fraude decepti, quendam in ebrietate occisum, quasi sanctũ venerabãtur, cũ etiam pro talibus in ebrietate occisis ecclesia vix orare permittat: cum dicat Apostolus: Ebriosi regnũ Dei non possidebunt. verumtñ mandat Papa, quod illũ decætero

de cætero colere nõ pſũmãt: qa & ſi per eũ miracula fierẽt ſine auctoritate Romanę eccleſię nõ liceret p ſãcto venerari. Not. q ebrietas eſt mortale peccatũ. Item nullus debet venerari, quãtuncunq; miracula per ipſum fiant, niſi prius à Romana eccleſia approbet.

¶ *Gloſſa ſeq. ponetur per q. quando eccleſia oret, &c.*

a ¶ *Cum vix.*] quaſi dicat oò i oi caſu: qa nõ nõ orat eccleſia p eo, cũ ebrietas fuerit mortale peccatũ, vt puta aſſidua. de cõſe. diſt. 5. nullus, & 25. diſ. §. 1. aliàs; ea demũ. & 35. diſ. epiſ. ſecus cũ ebrietas fuerit veniale peccatũ. 35. diſ. §. aliàs. ver. quotiens.

¶ *Gl. ſeq. fortificat textũ.*

b ¶ *In ebrietatibus.*] in ebrietate nõ potuit demereri. 15. q. 1. ſane. & c. ſi ꝯcupiſcẽtia. ita nec meritũ augeri. arg. hic & 22. q. 4. vnuſquiſque.

c ¶ *Miracula.*] Quoniã miracula fiunt ꝗ̃q; p malos. 1. q. 1. teneamꝰ. ideo nõ debet venerari pro ſancto quiſquis miracula facit, niſi ab eccleſia Romana priꝰ fuerit per teſtes legitimos approbatus, vt hic dicit, & j. c. pxi. & ſ. de teſti. venerabili. vbi teſtes ſuper vita & miraculis recipiuntur: quia quẽ ipſa reprobat, reprobandus eſt: & quẽ approbat, approbandus eſt. 24. q. 1. hæc eſt fides. & c. quoniã verꝰ. & q. 2. ſane pfert.

venerantur: Cum vix a pro talibus in ebrietatibus b perẽptis, eccleſia permittat orare: dicit enim Apoſtolus: Ebrioſi regnũ Dei non poſſidebunt. Illum ergo non præſumatis de cætero colere: cum etiã ſi per eũ miracula c fierẽt, nõ liceret vobis ipſũ pro ſancto, abſq; auctoritate Romanæ eccleſiæ venerari.

¶ Innocentius tertius in cõcilio gñali †.

¶ *Sanctorum reliquiæ vendi non poſſunt, vel paſſim oſtendi non debent, ne circa illas populus decipi poſſit.*

CAP. II.

CVm † ex eo, quòd quidam ſanctorum reliquias exponunt venales d, & eas paſſim oſtendunt, Chriſtianæ religioni detractum ſit ſæpius: Ne in poſterum detrahatur, præſenti decreto ſtatuimus, vt antiquæ reliquiæ amodo extra capſam nullatenus oſtendantur, nec exponantur venales. Inuentas autem de nouo, nemo publice venerari præſumat, niſi prius auctoritate e Romani Pontificis fuerint approbatæ †. Prælati vero non † permittant eos, qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedunt, variis † figmentis, aut falſis documentis decipi, ſicut in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſueuit.

CVm ex eo.] Ponit duplicem exceſſum, quẽ prohibet diſtinguẽdo inter veteres & nouas reliquias: ibi, Ne in poſterũ. Tertio fraudes p plãtos prohiberi præcipit: ibi, *Prælati*. Ab. Sic.

CASVS. Quidã exponunt reliquias ſanctorũ venales, & eas indifferẽter oſtendunt, pp qđ ſæpe detrahitur chriſtianæ religioni: vnde ſtatuit cõciliũ, vt antiquæ reliquiæ decætero extra capſam nullatenus extrahantur, nec exponant venales. Inuẽtas de nouo nullus venerari præſumat, niſi prius à ſede Apoſtolica fuerint approbatæ: nec plati eccleſiarũ pmittant aliquos decipi hmôi falſis figmẽtis: ſicut in pleriſq; locis occaſione quæſtus fieri conſueuit. Not. q reliquiæ venales exponi non debent. Itẽ reliquiæ venerari nõ debent ſine auctoritate Apoſtolica.

d ¶ *Venales.*] Quod eſſe non debet: quia reliquiæ ſanctorũ martyrum, vel ipſi martyres vendi non poſſunt. C. de ſacroſan. eccle. nemo. qa res ſacra nõ recipit æſtimationẽ. ff. de re. diui. ſacra loca. §. vlti. & ideo non põt vendi: quia venditio ſine pretio non conſiſtit. Inſt. de emp. & ven. §. pretiũ. & ff. eo. l. 2. §. ſine pretio. Et ſpiritualia vẽdi nõ poſſunt, nec ſpiritualibus annexa. j. de ſimo. querelam. & ſ. de iure pat. de iure: immò qui ſpiritualia vendit, capitale crimen cum ſimonia committit. 1. q. 1. qui ſtudet. ideoque reliquiæ ſacræ vendi prohibentur, vt j. ſequitur.

e ¶ *Auctoritate.*] vt ſ. eo. cap. proxi. receptis teſtibus ſup vita & miraculis illius, ſupra de teſti. venerabili.

TITVLVS XLVI.

De obſeruatione ieiuniorum †.

¶ Innocentius tertius clericis ſancti Petri Magaloñ.

¶ *Vigilia occurrens in Dominica ieiunari debet in ſabbato: & ieiunanda eſt vigilia B. Matthiæ.*

CAP. I.

EX † parte veſtra quæ ſitum fuit, vtrũ ſi Natiuitatem Domini, vel Aſſumptionem beatæ Mariæ, vel feſtiuitatẽ alicuius Apoſtolorũ in ſecunda feria contigerit euenire, die ſabbati f præcedẽtis † vigilia debeat ieiunari: & vtrũ in vigilia beati Matthiæ Apoſtoli, ſit ieiuniũ iniungendũ? Ad quod breuiter reſpondemus, quòd die ſabbati feſtiuitates prælibatas † ſecũdæ feriæ præcedentis, & beati Matthiæ Apoſtoli, debet vigilia ieiunari.

¶ Idem Bracharenſi archiepiſcopo.

¶ *Non capit congruam ſummationem, & textus in ſe ſatis clarus eſt, & multa ſunt dicta quæ patent per §§.*

CAP. II.

COnſilium † noſtrum: & infra. a Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd omnium Apoſtolorũ g vigiliæ ſunt in obſeruatione ieiunii celebrãdæ; præter vigilias Apoſtolorũ Philippi & Iacobi, & beati Ioãnis Euangeliſtæ: quoniam † ipſorum ſolemnitas infra ſolemnitatẽ paſchalẽ h, iſtius autem infra Natalẽ Domini celebratur. Ieiunium etiam apud nos in Aduẽtu Domini agitur. Sanctorum † quoque vigiliæ; quorum feſtiuitates oportet ſecun-

CASVS. Si Natiuitas Dñi, vel Aſſumptio beatæ Mariæ, aut feſtiuitas alicuius Apoſtolorũ veniat in ſecũda feria, die ſabbati pcedẽti, vigilia debet ieiunari: & vigilia beati Matthiæ Apoſtoli debet ieiunari. Not. q dignitas diei feſti non aufert onus ieiunii.

¶ *Glo. ſeq. obiicit, & ſoluit.*

f ¶ *Die ſabbati.*] Simi. j. de verb. ſig. quæſiuit. ſic vt q dies ſabbati debeat ſeruituti diei lunæ. Sed ꝓ, dies Dñicus, qui eſt medius, impedire debet illã ſeruitutẽ: nã locus ſacer interueniens, impedit illã ſeruitutem. ff. de ſer. ſeruitutes. §. lacris. & mediũ prædiũ quod non fuit in ſeruitute, impedit ſeruitutẽ. ff. de ſer. ruſti. pdi. q. ſella. §. in ruſticis. Sed iſtud nõ eſt ſeruitus, immo eſt debitũ quoddã: vnde cũ nõ poſſit ſolui vna die, debet ſolui alia. arg. 76. diſt. ieiuniũ. ver. & hoc ſerendũ eſt. ſic ſ. de do. & contu. cũ dilecti. ff. de arbi. Celſus. §. 1. quia ad duo tenetur, ſcilicet ieiunare vigiliã Apoſtoli, & ieiunare; vnde ſi nõ põt ieiunare vigiliã ob reuerentiã diei Dñicæ, ieiunet die ſabbati. argu. prædictæ. legis & ff. de viuris, debitor.

COnſilium noſtrum.] CASVS. Quæſitũ fuit, vtrũ omnes vigiliæ Apoſtolorũ debeant ieiunari: & rñdet qſic, pter vigilias Apoſtolorũ Philippi & Iacobi, & beati Ioãnis Euãgeliſtæ: quia feſtiuitas illorum infra ſolemnitatem paſchalem celebratur, feſtiuitas beati Ioãnis infra Natale Dñi: & etiã ieiuniũ in Aduẽtu Dñi agitur: Vigiliæ ſanctorũ quorũ feſtiuitates ſecunda feria celebrantur, in præcedenti ſabbato ieiunandæ ſunt: de celebratione beati Bartholomæi dubitabatur apud quoſdam: Rñdet Papa, cõſuetudo regionis ſeruetur. Itẽ quidã in Quadrageſima pp neceſſitatem famis coacti ſunt comedere carnes: quæritur quæ pœnitentia illis ſit iniungenda? Rñdet Papa, q in tali articulo non peccant. Item quidã propter debilitatem comedunt carnes die ſabbati ꝫ loci conſuetudinẽ, vnde alii habent moleſtum: Rñdet Papa, q conſuetudo loci ſeruetur, ita tñ q debilibus & infirmis propter hoc periculum non immineat. Item quidam infirmantur in Quadrageſima, & in aliis ieiuniis, & petunt eſum carnium ſibi concedi: Rñdetur, q deſiderium infirmorum ſupportandum eſt, cũm vrgens neceſſitas hoc requirit, cum legi non ſubiaceat neceſſitas. Not. q bonarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi culpa non eſt. Item conſuetudo regionis in eſu carnium attendenda eſt. Item neceſſitas legem non habet.

¶ *Glo. ſeq. obiicit de illis verſic. Petrus & Andreas, & c. & ſol.*

g ¶ *Omnium Apoſtolorum.*] Qui, omnĩũ dicit, nihil excipit, niſi tres vigilias quæ ſequuntur: ergo in omnibus aliis eſt ieiunandum, niſi conſuetudo contraria ſit, vt io §. proxi. ex quo excipit tantum de iſtis, ergo de omnibus aliis intelligendum eſt, quia doli clauſula non refertur ad ea, de quibus ſpecialiter cautum eſt. ff. de verb. obliga. doli clauſula. non obſtantibus verſibus illis:

Petrus & Andreas, Paulus cum Simone, Iudas:
Vt ieiunemus nos admonet atque Matheus.

h ¶ *Paſchalem.*] inter quam nullum ieiunium neceſſitatis eſt. 76. diſt. c. ieiunium. §. non autem. niſi rogationes & vigilia Pentecoſtes. de conſe. diſt. 3. rogationes.

DE OBSERVATIONE IEIVNIORVM.

¶ *Viſo de veneratione ſanctorum: quia propter eorum venerationẽ & deuotionẽ ſunt indicta ieiunia ab eccleſia, merito poſt rubricã præcedentẽ ſubiicitur iſta. Abb.*

De hac materia tractatur 41. & 76. diſt. per totã, & de conſe. diſt. 3. q. ſi per totum & de conſe. diſt. 5. per totum. & in concor. ſuperius allegatis.

X parte.] Cõis diuiſio. Scđa pars: ibi, *Ad qđ*. Abb.

a ¶ *In precedenti sunt sabbato.*] i.ca. pr. & j. de verbo signifi. ꝯsuit.
b ¶ *Consuetudinē.*] Arg. consuetudinē cuiuscunq; regionis seruandā. 12. dist. illa. ff. de sepul. certificari. 76. dist. vtinā. j. eo. ca. 5. nō.
c ¶ *Ponerendas.*] & sic necessitas excusat, quæ legem non habet. de con. dist. 1. sicut. & j. eo. c. 5. vlti.

d ¶ *Bonarū.*] 5. dist. ad eius. in fin. tñ pp ambiguū duplicitatis pōt talibus pœnitentia imponi, 23. q. 5. excōmunicatorum. 34. q. 2. in lectum.
e ¶ *In sabbato.*] quæ in sabbato comedi nō debent. de con. dis. 3. sabbato. & arg. 12. dis. illa.
f ¶ *Consuetudinem.*] à qua recedi nō debet sine magna causa: cū ex hoc scādalū generetur. Immo tanquā contemptores legum puniendi sunt q̄ ꝯ faciūt. 12. dis. in his. si tñ periculū cōtigerit, non est seruāda vt hic dicit inferius: q̄ vtilius etiā scandalū nasci permittitur, q̄ veritas relinquatur. j. de regu. iu. q. scādalizaueris.
g ¶ *Indulgeri.*] nō ex debito, sed ex humanitate.
h ¶ *Necessitas.*] De cōse. dist. 1. sicut. & j. de regu. iur. quod non est.
i ¶ *Vt maius periculū.*] scilicet mortis: sicut olim permittebatur dare libellum repudii, vt maius periculū vitaretur: vt 33. q. 2. si qđ verius.

E ¶ *Xplicari.*] Cōis diuisio. Secunda pars: ibi, *Respondemus.* Abb.

CASVS. Quæritur, si dies Natalis Dñi in sexta feria euenerit: verū illa die liceat nobis carnes comedere? rñdet q̄ sic. si voto vel regulari obseruantia nō sumus astricti, nec tñ peccamus, si ob deuotionem abstinemus. Not. q̄ consuetudo generalis ecclesiæ seruanda est.

¶ *Glo. seq. arg. à cōtrario.*
k ¶ *Nec voto.*] ergo si voto tenent, nō debēt comedere carnes: quia q̄ sine conditione vouentur, sine cōditione soluātur. 32. q. vlti. c. vltim. q̄a ex quo in voto emisso nihil exceperunt, generaliter tenentur. arg. j. de priui. quia circa. & ff. de seruitut. vrbanor. præd. si seruitus.
l ¶ *Consuetudinē.*] quę p̄ lege seruari debet. 11. dis. in his reb⁹. & 12. dis. diuturni. & sic cōsuetudo ecclesiæ gñalis seruāda est tāquā lex. s. đ celebra. Mis. perniciosus.

da feria celebrari, in præcedenti sunt sabbato^a ieiunādæ. De festiuitate vero beati Bartholomæi Apostoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quosdam: Respōdemus, quod in hoc consuetudinem^b tuæ regionis obserues: & infra. ¶ Cū autē quæsieris, quæ sit illis pœnitentia iniungēda, qui diebus Quadragesimalibus; quo † tēpore tantæ famis inedia ingruebat, quòd magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti: Respōdemus, quòd in tali articulo illos non credimus puniendos^c †: preces tamen Domino pro illis, & cū illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur: quia bonarum^d mentiū est, ibi timere culpā, vbi culpa minime reperitur. Itē de illis, qui propter debilitatē in sabbato^e carnes sumūt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consueuit, cum hoc ab aliis moleste feratur, & oriatur inde illis occasio detrahendi: Respondemus, quòd super hoc consuetudinē^f tuæ regionis facias obseruari; sic tamen, quòd debilibus & infirmis propter hoc periculū non emergat. ¶ Præterea de illis, qui in Quadragesima, vel in aliis ieiuniis solēnibus infirmantur, & petunt sibi esum carnium indulgeri^g: Respōdemus, quòd cū nō subiaceat legi necessitas, desideriū infirmorū cū vrgens necessitas^h exigit, supportare potes & debes, vt maius in eis periculum^i euitetur.

¶ Honorius tertius Pragen. episcopo.

¶ *Si festū Natiuitatis occurrit sexta feria, licitū est omnibus carnes comedere, exceptis professis & vouentibus.*

CAP. III.

EXplicari † per sedē Apostolicā postulasti: & infra. ¶ Respōdemus, quòd illi, qui nec voto^k, nec regulari obseruantia sunt astricti, in sexta feria, si festū Natiuitatis Dominicæ, die ipso venire cōtigerit, carnibus propter festi excellentiā vesci † possunt, secundū cōsuetudinē^l ecclesiæ generalis. Nec tamen hi† reprehēdēdi sūt, qui ob deuotionē voluerint^m abstinere.

m ¶ *Voluerint.*] Immo magis laudandi sunt, quia ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cum liceat nobis non impendere, gratia tñ dilectiōis impēdimus. 28. q. 1. iā nūc. q̄a maioris gratiæ est offerre qđ nō debes, q̄ reddere qđ teneris. 33. q. 5. q̄ sitt. alias est sub illo c. tūc saluabit. q̄a nemo in necessitatibus liberalis existit. ff. de adim. leg. l. rē legatā. & ff. de do. inter vi. & vxo. si quis p̄ vxore. B.

DE PVRIFICATIONE POST PARTVM.

¶ *Supra visum est de ieiuniis indictis, ob reuerentiam Sanctorum, sequitur merito videre de purificatione post partū: quę fuit indicta ob reuerentiam ecclesiarum. Abbas.*

De hac materia tractatur 5. dist.

V ¶ *Olens.*] Primo ponitur decisa consultatio. Secundo dubii fortificatio: ibi, *Licet.* Tertio Solutio: ibi, *Quia.* Quarto pmissio: ibi, *Si tamen.* Abbas.

CASVS. Quæsitū fuit à Papa, per quantū tempus mulier post partum ab ingressu ecclesiæ debeat abstinere: quia s̃m legem Mosaicam, certi dies determinati erant, quib⁹ mulier ab ingressu ecclesię post partum abstinebat; Sed quia p̄ Iesum Christū veritas facta est: Rñdet Papa, q̄ postquam vmbra legis euanuit & veritas illuxit Euāgelii: si mulieres post partū voluerint ecclesiam intrare acturæ gratias Deo, nullum est peccatū: nec aditus ecclesiæ illis est denegandus; ne pœna illis videat in culpā ꝯuerti: tñ si aliquādiu voluerit abstinere, nō est improbādū. Not. q̄ pœna nō debet cōuerti in culpam.

n ¶ *Certi dies.*] s. p̄ masculo xl. dies: p̄ fœmina lxxx. dist. 5. §. t. & ideo ad literam hoc fiebat, q̄a reputabant immundæ vsq; ad ips illud. B.
o ¶ *Intrare voluerint.*] prohiberi non debent: ne pœna eis vertatur in culpā. 5. dist. si mulier. & cap. ad eius vero. & 7. q. 1. cū percussio.
p ¶ *Ex veneratione.*] De cōse. dist. 2. quotidie. & quia bonarum mentiū est, & c. s̃. iii. proxi. consilium. §. 2. & 5. dist. ad eius vero concubitum.

TITVLVS XLVII.

De purificatione † post partum.

¶ Innocētius iij. Armachan † Archiepo.

¶ *Mulier post partū statim potest ingredi ecclesiā, nec tenetur abstinere per aliquos dies secundum legem Mosaicam.*

CAP. VNICVM.

VOlens † : & infra. ¶ Licet secundum legē Mosaicā certi^n dies determinati fuissent, quibus mulieres post partum à tēpli cessarent ingressu: Quia tamē lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christū facta est: Inquisitioni tuæ taliter respōdemus, quód postquā vmbra legis euanuit, & illuxit veritas Euangelii: si mulieres post prolē emissam, acturæ gratias ecclesiā intrare voluerint^o, nulla proinde peccati mole grauantur: nec est ecclesiarum eis aditus denegandus, ne pœna illis † cōuerti videatur in culpā. Si tamē ex veneratione^p voluerint aliquādiu abstinere, deuotionem earum non credimus improbandam.

DE ECCLESIIS Aedificandis, vel reparandis.

¶ *Supra visum est de ecclesiarū consecratione; Sed quia ecclesiæ consecratæ quandoq; ruunt, et sic reparatione indigent; quandoq; vero ex necessitate de nouo ædificari debent; merito subiicitur de ecclesiis ædificandis vel reparādis. Vel continua magis ad proximum sic: Supra visum est in rubricis præcedentibus, de veneratione ecclesiarum et sanctorum, Sed quia ad decus ecclesiæ pertinet reparare eā, vel denuo ædificare; Ideo subiicitur hæc rubrica. Abb.*

De hac materia tractatur 16. q. 2. §. hinc etiam. vsque ad §. §. item sunt aliqui. de conse. dist. 1. in multis capitulis.

TITVLVS XLVIII.

De ecclesiis ædificandis † vel reparandis.

¶ Ex concilio Maguntin †.

¶ *Habentes beneficiū in ecclesia tenētur contribuere ad ipsius reparationē.*

CAP. I.

QVicunque ecclesiasticū beneficiū habēt, omnino adiuuēt ad tecta ¶ ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesias emendādas.

Q ¶ *Vicunque.*] Littera huius cap. patet. Not. q̄ cuius est emolumentum, eius debet esse & onus.
q ¶ *Ad tecta.*] Nam vbi est emolumentum, ibi debet esse onus: quia non est ferendus is qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. C. de caduc. tollen. l. vnica. §. pro secundo. in fin. & §. ne autem. ver. si nec talis. sicut ad quē spectat onus, & emolu-

† Melius est enim q̄ suffragia ... [side notes, partly illegible]
† Alibi ... tempore illo ... famis, &c.
† In antiquis ...
† Vide Co ...
† Alias iter de purgatione.
† Armacan. epo. Armacan episcopo. alias tñ: Innocētius tertius, cæteris omissis.
† Cap. vni. eo tit. in 3. compila. ... cui purificatio fuerit in lege instituta, vide per B. Thomam 2. 2. q. 87. art. 4. & de purificatione legitur Leuit. c. 12.
† eis
† De materia huius tituli vide cōcilium Tridenti. sessio. 7 de reformat. cap. 8. & plenius sessio. 21. de reformat. cap. 7.
† In concil. illis editis habet hoc decretū in cōcilio Magūtiaco sub Carolo Magno c. 42. & refert Burchardus li. 3. decret. c. 30. & Ivo. par. 3. cap. 13 & c. 4. eo. tit. in 1. compila.

& emolumentũ. C. de fur. manifestissimi. §. penult. in fi. sic ĩ. de his q̃ fi. à maio. par. cap. c. vlt. & j. eo. de his. Nã & ipse fructuarius tenetur ad sarta tecta. C. de vsufr. eum ad quem. & ff. eo. vsufructu legato. 1. respon. in fi. & §. hactenus. [aliàs est lex] Et hoc intelligo, cũ quarta ad hoc deputata non sufficiat de qua habes 10. q. 3. vnic. aliàs si sufficeret, nõ teneretur.

li ecclesiæ assignare velit: Si autẽ rector matricis ecclesiæ, opus illud voluerit impedire, vel presbyterũ idoneũ distulerit præsentare, archieps nihilominus idẽ opus fieri faciat, & presbyterũ instituat. Not. q̃ ex iusta causa noua ecclesia fieri põt in parochia alterius ea inuita, ita tñ q̃ pro facultatibus ipsius loci nouiter cõstituti honor matrici ecclesiæ, & p̃sentatio rectori maioris patrono seruetur. Item modicũ damnũ ex causa sustineri põt. Itẽ negligentia inferioris suppleri debet p superiorẽ.

Ex concilio Lateran. sub Alexan. iij. c. 31. & c. 1. eo. tit. in 1. compilat.

Ex concilio Lateran.

Leprosi permitti debent, sine præiudicio antiquarum parochiarum habere ecclesiam propriam & presbyterum, nec tenentur soluere decimas de hortis, vel nutrimentis animalium.

CAP. II.

Cum dicat.] Duæ sũt partes. Secũda: ibi, *Statuimus*. Prima subdiuiditur. Secunda: ibi, *Caueant*. Abbas Sicul.

Casvs. Quia Leprosi cũ sanis habitare nõ debẽt, ne vna ouis morbida inficiat sanas oues, statuit conciliũ Lateranẽ. vt vbicunq; tot simul leprosi fuerint cõgregati sub cõi vita, q̃ ecclesiã cũ cœmiterio possint cõstruere, & p̃priũ p̃sbyterũ habere: sine 9dictione alicuius hoc faciant: caueant tñ, q̃ de iure parochiali veteribus ecclesiis iniuriosi nequaquã existãt: qa qd̃ eis p pietate conceditur, ad aliorũ iniuriã redundare nõ debet. De hortis tñ & nutrimentis animalium suorũ, decimas soluere nõ cogant. Not. q̃ noua ecclesia in p̃iudiciũ veterũ ecclesiarũ fieri nõ debet. Itẽ priuilegium in iniuriã alterius dari nõ debet. Itẽ qd̃ datur pro pietate, non debet trahi ad grauamen alterius. Itẽ leprosi de hortis & de animalibus suis decimas soluere non coguntur.

Consistuere, legitur in concilio & in pluribus veteribus Gregorianis.

Dictio, pro, deest in pluribus exemplaribus, & male.

Cvm dicat Apostolus: & infra. ¶ Constituimus, vt vbicumque tot[a] simul leprosi sub communi vita fuerint congregati, quòd ecclesiam cũ cœmiterio sibi construere †, & proprio gaudere valeant presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, vt iniuriosi veteribus[b] ecclesiis de iure parochiali nequaquam existant: quod enim eis pro † pietate conceditur, ad aliorum iniuriã[c] nolumus redundare. Statuimus etiam, vt de hortis & nutrimentis[d] animalium suorum, decimas tribuere non cogantur.

Alexander iij. Eboracẽ. Archiepo.

Propter nimiã distantiã ecclesiæ, potest noua ecclesia in ipsius parochia ædificari, & certa portio de antiqua sibi deputari.

CAP. III.

Ad † audientiam nostrã noueris peruenisse, quòd villa quæ dicitur H. tantum perhibetur ab ecclesia parochiali distare, vt † tempore hyemali cũ pluuiæ inundant, nõ possint parochiani sine magna difficultate[e] ipsam adire: vnde non valent congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta ecclesia, ita dicitur redditibus abũdare, quòd præter illius villæ prouentus minister illius cõueniẽter[f] † valeat sustentationem habere: Mãdamus, quatenus si res ita se habet, ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad præsentationẽ rectoris[g] ecclesiæ maioris, cum canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam eiusdem villæ obuẽtiones[h] ecclesiasticas percepturum: prouidens tamen, vt competens in ea honor[i] pro facultate loci, matrici † ecclesiæ seruetur: quod quidem fieri posse videtur, cũ eiusdẽ villæ dominus viginti acras[k] † terræ frugiferę velit ad vsus sacerdotis cõferre. Si vero persona matricis ecclesiæ virũ idoneum præsentare distulerit[l], vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonũ appellationis cessante diffugio instituere non omittas.

Idem Lexouiẽ. † episcopo.

Rectores ecclesiarum possunt compelli, vt de redditibus qui supersunt, teneantur conferre ad constructionem seu reparationem ecclesiæ.

Cap. 2. eo. tit. in 1. compilat.

¶ Glo. seq. querit, & sol.

a ¶ Tot.] Sed quot sufficiunt? forte x. vt 10. q. 3. vnio. vel etiã pauciores, dũmodo velint ecclesiã dotare. argu. de conse. dist. 1. nemo.

quibd

b ¶ Veteribus.] Veteres enim ecclesiæ pp nouas lædi non debent. 16. q. 1. quicunq;. ecclesiæ tamen de decimis modicũ damnũ possunt sustinere infra, cap. prox.

¶ Glo. seq. arguit, & arguendo probat.

c ¶ Alterum iniuriã.] Arg. nullius inopiã releuari cũ alterius iactura. 22. q. 2. primũ. & ff. de condi. inde. nã hoc arg. 14. q. 5. deniq;. arg. C. de eman. li. nec auus. q̃ a & si princeps cõcedit alicui ædificare in loco publico, hoc intelligitur facere sine dãno alterius. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. si qs à principe. & ff. ad Treb. sed cũ ab hærede. ff. de admi. tuto. impuberi. & j. eo. ad audientiã. Sic enim interpretanda sunt beneficia principis, vt non incipiãt esse iniqua. ff. de vul. & pup. sub. ex facto. ff. de p̃to. stipula. l. Paulus. ff. ex quibus cau. maio. l. sciendũ. ĩ. d̃ vsu pal. ex tuarũ. & ĩ. d̃ of. ord. c. licet.

d ¶ Nutrimentis.] De oĩbus aũt aliis soluãt decimas, ex quo de istis tñ p̃hibent: q a qd̃ de vno prohibet, de alio cõcessum intelligitur. 31. dis. qualis. nisi religionẽ aliquorũ assumerẽt, tũc gauderẽt eorũ priuilegio. ĩ. de sta. mona. recolẽtes. i fi. & arg. ĩ. d̃ dec. ex parte. lo.

Ad audientiam.] Primo ponit facti narrationẽ. Secundo prouisionem: ibi, *Quia igitur*. quæ primo prouidet qñ rector cõsentit: secundo quando dissentit: ibi, *Si vero*. Abbas.

Casvs. Quædã villa tantũ distabat à parochiali ecclesia, q̃ tempore hyemali sine magna difficultate parochiani ipsam ecclesiam adire non poterant: vñ congruo tpe nõ poterant diuinis officiis interesse: vnde dñs illius villæ petiit, vt ibi posset ecclesiã cõstruere, quã dotare volebat: & maior ecclesia intm abundabat, q̃ nullũ vel modicũ præiudiciũ pp hoc fieret eidẽ sine obuẽtione illius villæ: vnde mandat Papa diœcesano: quatenus si ita est, ecclesiã ibi ædificet, & in ea sacerdotẽ instituat, ad p̃sentationẽ rectoris maioris ecclesiæ, cũ assensu patroni, pcepturũ obuentiones illius villæ: p̃uideat tñ, vt cõpetens honor ſm facultates illius loci ecclesiæ matrici seruetur: qd̃ latus fieri põt, cũ dñs euidẽ villę xx. acras terræ illi ecclesiæ assignare velit.

e ¶ Magna difficultate.] Hæc est iusta causa constituendi ecclesiã in alterius parochia, & in eius p̃iudiciũ. & ita difficultas aliqd permittit qd̃ aliàs p̃hibet. simi. 63. dist. cũ longe. & 93. dist. c. iuxta. & ff. d̃ iud. si longius. & ff. de arbi. si cũ dies. §. si arbiter. & C. in quib. cau. tu. vel cura. habenti tu. da. l. pp late. & l. cũ ob augmentum. simile ĩ. de rescrip. nonnulli. ĩ. de ele. nihil est. §. vlti. & 7. q. 1. temporis qualitas. §. 1.

Conuenienter

f ¶ Conuenienter.] Aliàs non permitteretur. 56. q. 1. quicunq;. & c. ecclesiæ. & cap. de deci. & ĩ. cap. prox. 12. q. 2. bonæ rei.

Aliàs in: ecclesiæ matrici mandat seruetur.

g ¶ Rectoris.] Præsentatio rectoris est necessaria: quia ille est ei subiectus. arg. 24. dist. glo. 50. dis. i capite. & qd̃ ipsum tangit, approbare debet. ĩ. de temp. ord. si archieps. C. de au. præstan. l. vlti. & 16. q. 1. statuimus. & ĩ. de offi. archi. quia. in fin. Sed quare præsentatio non spectat principaliter ad patronum: vt ĩ. de iurepa. per totum? Potest dici q̃ ideo spectat ad maiorẽ ecclesiam: quia in eius præiudiciũ fundatur alia in ipsius parochia: vñ quasi quadam cõpensatione præsentat cũ assensu patroni: & hoc p̃uidet Papa forte de consensu patroni. Vel põt dici, q̃ patronus iñ eliget & præsentabit electũ rectori maioris ecclesiæ, qui illũ postea epo præsentabit. arg. 24. dist. quando. sed primũ verius vĩ. Sed quid si patronus nõ concordat cũ illo rectore? Nisi iustã causam 9dictionis ostendat, non nocet. vel dic q̃ ambo sunt patroni, & ambo debẽt similiter eligere: quia de bonis vtriusq; dotatur ecclesia: & presbyterum præsentabunt archiepo. Ber.

Acra, inquit Hostiẽ. hic. vulgare est Anglicorum, & tantum valet acra apud Anglos quantum iornale apud nos, & quantum arpentum apud Gallos, & quantum bubulca vel tabula apud Italos & Lõbardos.

Extra.

Lexouẽ.

¶ Gl. seq. signat 9trium. et dupliciter soluit. et secũda solutione signat 9triũ.

h ¶ Obuentiones.] & ita vĩ, q̃ debeat habere decimas illius villæ. sed 9 16. q. 1. quicunq;. & c. ecclesiæ. non sunt 9ria, sed Papa hoc fecit ex plenitudine potestatis. & hoc ideo, quia pp p̃uentus illius villæ rector maioris ecclesiæ poterat cõpetenter sustentari: vt ĩ. dr: sed eps hoc facere non posset nisi de consensu rectoris maioris ecclesiæ, quia non potest iura illius ecclesiæ dare alteri. ĩ. de reb. eccle. nõ alienan. c. 1. & arg. 16. q. 1. cõstitutũ. & §. sicut duo. Gratianus tñ 9dicere vĩ: vt colligitur ex illo §. sicut duo. à 9rio sensu precedentium capitulorũ. Licet possit dici, q̃ Papa non intellexit de decimis prædialibus, sed de obuentionibus aliis, scilicet oblationibus: & de personalibus decimis, quæ dantur diebus quibus accedunt ad ecclesiam, & ex mortuariis & consimilibus, quia de iure cõi pceptio decimarũ pertinet ad parochialẽ ecclesiã. ĩ. de deci. cũ in tua. & si Papa de illis intellexisset, bene expressisset. arg. ĩ. de deci. ad audientiã. sicut expressit de obuentionibus, expressisset supra de decimis. arg. 9 j. de ver. signifi. cum inter vos.

Ex hoc probat liste pro facultate loci: vel ve vemiant ad sãcum. mum, & ha pastura. & capitulum, & simile supra de capel. mo. dilectus. vel retenuabit illi sepultura de prætert. ex transmissa. Io. And.

i ¶ Honor.] Scilicet vt aliquid annuatim in signum subiectionis præstetur: arg. ĩ. de censi. omnis anima. moderandum tamen ad arbitrium episcopi. supra de offi. deleg. de causis.

k ¶ Acras.] Mensura terræ est; & est vulgare Anglorum.

l ¶ Distulerit.] & patronus cum eo.

De his.] Casus. Quæritur, vtrum rectores ecclesiarum cõpelli debeant eas reparare: Et rñdet, q cogi debent de bonis ecclesiæ, si eis superliuot, ad reparationẽ ecclesiarũ cõferre, vt eorũ exẽplo cęteri inuitentur. Not. q cuius est emolumentũ, eius debet esse & onus. Item qui aliũ inuitat, in se debet habere qd̃ prædicat.

a ¶ Cogi debent.] Si parte fabricæ recipiant: arg. 10. q. 2. decernimus. & q. 3. vnio. immo certe & sine illa si possũt, vt colligitur ĩ. de his q fi. à maio. par. ca. c. vlt. & arg. 12. q. 3. põtifices. & ĩ. de testi. cũ in officiis. & ĩ. eod. cap. 1. vbi de hoc.

b ¶ Exemplo.] Qui aliũ inuitat ad aliquid faciẽdũ, in se debet habere qd̃ pdicat. 26. dist. vna tñ. & 25. dist. primũ. & ff. de neg. gest. si pupilli. §. vlti. & ff. de fideiu. tuto. ff. si. serui. ven. altius. & 61. di. miramur. 42. dist. §. 1. & 47. dist. c. sicut. §. necesse.

CAP. IIII.

DE† his, qui parochiales ecclesias habent, duximus respondendũ, quòd ad reparationem & institutionem ecclesiarũ cogi debent[a], cũ opus fuerit, de bonis quæ sunt ipsius ecclesiæ, si eis supersint cõferre, vt eorũ exẽplo[b] cæteri inuitẽtur.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Secularis ecclesia sine præiudicio clericorum ad statum regularem potest reparari: & collegio, quod nondum est, priuilegium non confertur.*

CAP. V.

AD† audientiam nostram peruenit, quòd tu in ecclesia, de qua in episcopum vocatus fuisti, regulares canonicos desideras ordinare: inde si quidem est, quòd hoc deuotioni tuæ auctoritate Apostolica indulgemus[c], si tibi episcopus diœcesanus consenserit in hac parte. Verũ si clerici seculares in ea adhuc superesse noscuntur, volumus eis, dum vixerint ibi[d] vel alibi necessaria prouiderit†. ¶ Licet autẽ nobis instãtius supplicaueris, vt ecclesiæ prædictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi non possumus[e] de iure deferre; cũ nulli canonici adhuc ibidẽ existãt, quibus priuilegiũ concedatur.

¶ Celestinus† tertius.

¶ *Non obstãte iuramẽto de rebus ecclesiæ nõ alienandis, potest episcopus propter indigentiã nouã ecclesiã ædificare.*

CAP. VI.

TVa† nos duxit: & infra.

AD audientiã.] Diuidit in duas partes. Secunda: ibi, *Licet autem.* Abbas.

Casus. Quidam canonicus ecclesiæ secularis, vocatus fuit in epm ecclesiæ alteri[9] epatus, desiderabat in ecclesia illa de qua fuerat assũptus, instituere canonicos regulares: petiit à dño Papa vt hoc ei liceret: indulget Papa vt hoc facere possit, si eps diœcesanus in hoc sibi consentiat: ita tñ, q clericis, si qui sunt ibi dũ vixerint vel alibi necessaria ministrẽtur. Itẽ petiit à Papa vt faceret priuilegiũ confirmationis canonicis ibidẽ instituẽdis: in hoc Papa ipsum exaudire non potest, cũ nulli canonici adhuc ibi sint, quibus priuilegiũ concedatur. Not. q Papa per suã indulgentiã vel priuilegiũ alicui piudicare nõ intẽdit, vt hic patet: q si eps diœcesanus hoc nõ pmittat, nõ valet hæc indulgẽtia, nec etiã clericis illius ecclesiæ præiudicatur. Itẽ rei q nõ est, nõ dat priuilegiũ.

¶ *Glo. seq. quærit obiiciendo, & soluit.*

c ¶ Indulgemus.] Sed quid valet ista indulgẽtia, cũ hoc nõ possit sine licentia diœcesani: quia & hoc idẽ poterat, si tñ licentiã epi habuisset? quantũ ad hoc parũ valet, nisi q eps citius mouebitur ad ꝯsentiendũ: & si nõ cõsentiret, facilius cõpelleret. arg. ĩ. de iurepa. nullus. sed in hoc pdest, q hoc facere poterit clericis inuitis, dũmodo æque ibi vel alibi puideat eis, aliàs eis inuitis hoc facere nõ posset. similis indulgentia est ĩ. de vsu pal. ex tuarũ. Et est opti. arg. q Papa non intendit alicui facere præiudicium per suum priuilegium. De hoc no. plura. arg. ĩ. eo. cum dicat.

¶ *Glo. seq. obiicit, & sol. Iterum obiicit & soluit.*

d ¶ Ibi.] Sed hoc vr̃ ꝯ ius: quia homines diuersæ pfessionis in eodẽ officio nõ debent associari. 16. q. vlt. in noua. & ĩ. de electioni. cũ causam. arg. ĩ. de postu. c. 1. in fi. In potestate epi erit an velit eis puidere ibi vel alibi, sed honestius est, vt eis alibi puideat. Arg. est hic, q aliquis punit̃ sine culpa. qd̃ esse nõ debet. 56. dist. satis peruersũ. & 16. q. vlt. inuẽtũ. Et hoc qdẽ regulare est, sed hoc facit Papa ex speciali indulgẽtia, vt remoueant̃ fauore religiõis. & est summa rõ q p religiõe facit. ff. d̃ reli. & sũpti. funo. sunt psonæ. pp quã multa fiũt q aliàs nõ fierent. ĩ. de apostta. c. 2. & ĩ. de fil. pbyte. c. 1.

¶ *Glo. seq. fortificat textum, signat contrarium, & soluit.*

e ¶ Non possumus.] Sic ergo patet, q rei q nõ est, non datur priuilegiũ: nõ enim ante ratio quærenda est, q persona. ff. de iure codicil. quidã referis 1. & ff. cõia prædio. l. 1. & ĩ. de despõ. impube. ad dissoluendũ. sic rescriptũ non datur ad lites, q nondũ sunt. ĩ. de rescrip. c. vlt. vbi plures ꝯcor. sunt ad hoc. Arg. ꝯ. ff. de serui. vrbano. pdio. si seruitus. §. futuro. Solue istud ꝯtiũ cũ suis cõcor. & dic, q futuro ædificio nõ põt seruitus ꝯstitui, vt statim sit seruitus: q nõ est cui seruiat, sed aliq̃s põt obligari ad eã ꝯstituẽdã cũ fuerit ędificiũ. arg. ff. fam. erc. hęredes. §. an ea stipulatio.

Margin notes: ¶ Cap. 1. in tit. in 2. compilat. Et post concilium Lateran. sub Alexan. III. par. 19. c. 1. Et vide concilium Trident. sessio. 21. de refor. ma. c. 7. — ¶ Cap. 4. eo. tit. in 3. compilat. — ¶ Vide l. fin. autem. C de man. hoc. & in l. ea tuta. ff. de vul. & pu. pil. sustitu. — ¶ Alexan. III. in vno aut altero vetusto codice. — ¶ Cap. 5. eo tit. in 2. compilat. Et vide Io. And. Ant. Butrium & Imolam in c. extirpandæ. §. qui vero. supra de prebend. — Hanc & duas sequẽ. vide in antiq. de rebus, super q glo. Io. And.

¶ Præterea quia occasione iuramenti, quod de rebus ecclesiæ† non alienandis[f] te asseris præstitisse, in locis tui episcopatus, in quibus populi habitantes oratoriis egere videntur, ne prætextu nouarum ecclesiarũ commissa tibi ecclesia destitui videatur[g], ecclesias formidas erigere: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus illius iuramenti[h] occasione, nullatenus prætermittas, quin populo indigẽti[i] super basilicarũ institutione studeas salubriter prouidere.

TITVLVS XLIX.

De immunitate† ecclesiarum, Cœmiterij, & rerum ad eas pertinentium.

¶ Ex synodo Ioannis Papæ.

¶ *In domibus ecclesiarũ nõ debet iudex laicus iudicare, nec hospitium quærere.*

CAP. I.

VT† in domibus[k] ecclesiarũ[l], neque missus neque comes, vel iudex publicus, vel minister, quasi pro consuetudine placitum[m], vel hospitium[n] vendicent: sed in publicis locis domos constituant, in quibus pla-

TVa nos.] Prima pars ponit dubiũ epi, qd̃ secundo tollit: ibi, *Fraternitati.* Abb. Siculus.

Casus. Quidã eps iurauit, q bona ecclesiæ non alienaret: postmodũ quidã habitatores sui epatus, nõ habẽtes ecclesias vel oratoria, in quib[9] possent audire diuina, petebãt ab epo, vt oratoria in locis illis erigerent, in quib[9] audirent diuinũ officiũ: eps occasione iuramenti pdicti, dubitabat ecclesiam ibi erigere, ne prętextu nouarũ ecclesiarũ ecclesia sua detrimentũ incurrat: quare super hoc consuluit Papã: & ipse mandat, quatenus occasiõe illius iuramẽti, nõ dimittat qn populo indigenti super ecclesiis cõstruẽdis debeat puidere. Not. q iuramẽtũ ad casum inopinatũ extẽdi non debet. Itẽ ex iusta causa nouæ ecclesiæ possunt ꝯstrui in parochiis aliorum: aliàs nõ debẽt cõstrui.

f ¶ Nõ alienãdis.] Simile 28. di. d̃ Syracusanæ. 10. q. vlt. c. vlt. & ĩ. d̃ rebus eccl. nõ alie. vesa p. sic & rex in sua coronatiõe iurat regni sui iura illibata cõseruare. ĩ. de iureiu. intellecto.

g ¶ Destitui videatur.] Trepidauit, vbi nõ fuit timor. in hoc facto videbatur pũdiciũ fieri ecclesiæ suæ, quia parochiani illi veniebãt forte ad ecclesiã suã. Ber.

h ¶ Iuramenti.] Iuramentũ enim nõ extendebat̃ ad hũc casum, licet illi essent parochiani sui: ex quo populus indigebat. arg. ĩ. d̃ cõsti. cũ M. & ĩ. eo. ad audientiã 1. nec poterat illud seruare iuramentũ sine periculo animarũ, pp carentiã sacerdotũ: vnde si pp epi negligentiã aliqui perirẽt, imputaret̃ ipsi. 16. q. 6. si psbyter. & c. seq.

i ¶ Indigenti.] Ecce causa quare noua põt ꝯstitui ecclesia i pũdiciũ etiam alterius. sic ĩ. eo. c. 3. 16. q. 1. præcipimus. & q. 7. ecclesias.

Margin notes: ¶ Aliàs stat ecclesiæ cur. &c. — ¶ Vide cõcilium Tridentinum sessio. 25. de reformatione c. 20. vbi immunitates & priuilegia ecclesiarũ & personarum ecclesiasticarum innouantur, & cõfirmantur. adde tractatũ Remigij d Gonni de immunitate ecclesiarum. — ¶ Cap. 1. eo tit. in 1. compilat. Et de materia vide tiõe per Nauarrum in Manuali de horis canonicis cap. 3.

DE IMMVNIT. ECCLESIARVM, &c.

¶ *Cõtinuatur hæc rubrica ad pcedẽtia hoc ordine secundũ Gof. et Io. And. Viso de ecclesiis ædificatis & reparatis, quia ipsa cũ suo ambitu et cæmiterio et suis rebus grauari nõ debẽt oneribus, quib[9] res laicorũ pmũtur, ideo recte post pcedẽtẽ rubricã subiicitur ista, vbi d̃ istorũ imunitate tractatur.*

De hac materia tractatur 42. dist. §. sed hæc. vsq. ad finem dist. et 87. & 98. dist. & 14. q. 4. et 23. q. vlt. c. si in morte. §. ecce qd, vsq. ad §. hinc datur. 16. q. 1. generaliter, vsque ad §. idem. & q. 6. & 2. q. 1. in primis.

VT in domibus.] Casus. Statuit Papa in capitulo isto, q in domibus ecclesiarũ placitũ vel hospitiũ nullus sibi debeat vẽdicare, nõ obstãte aliqua consuetudine, sed in publicis locis hoc faciãt. Not. q placita secularia in ecclesia teneri non debent. Itẽ iudices seculares prætextu alicuius cõsuetudinis, hospitium in ecclesiis vendicare non debent.

a ¶ Vt in domibus.] supple, statuimus.

l ¶ Missus.] id est, executor vel officialis: vulgare est Italiæ.

m ¶ Placitum.] Et ita placita secularia non sunt in ecclesia tractãda, sed ecclesiastica. sic 2. q. vlt. cap. vlt.

n ¶ Hospitium.] C. de episcop. & cler. l. 1. in fine. quod quasi debitum non

a

tam non debent habere, sed charitatiuũ hospitium petere possunt à clericis: ad quod tenentur. 42. dist. §. 1. & supra de supplen. negli. prælato. sicut. & 3. de præben. cap. de monachis.

Peruenit.] Hoc capitulũ multos habet intellectus: ideo per multos non summatur. Primo ponit dictũ. Secundo rationẽ ipsius: ibi, *Quatenus*. Abb. Sic.

Casus. Statuitur in capitulo isto, quòd ingruente necessitate nemo excusari debeat, quin à custodia ciuitatis seu vigiliis debeat excusari: sed omnes ad hoc generaliter teneantur, ut omnibus vigilantibus ciuitas melius valeat custodiri. Not. q̃ in necessitate cessat priuilegium. Item quod oẽs tangit, ab omnibus prouideri debet.

a ¶ *Nullum.*] de hominibus ecclesiæ.

b ¶ *Aut alio modo.*] id est, sub hoc prætextu excusari, q̃ sit homo ecclesiæ nostræ vel suæ.

c ¶ *Omnes.*] nisi sint senes, ut eo prætextu excusentur. C. de decu. l. vlti. lib. 10. & 12. q. 2. ecclesiarum seruos. ʒ. sed hoc est speciale. Ben.

d ¶ *Vigilãtibus.*] vicissim & successiue, vel etiam simul si periculũ immineat: quia expedit reipublicæ plures habere defensores. ff. de no. oper. nuncia. nam reipublicæ. Vicen.

Indicatum est.] Hoc capitulũ cõiter nõ summatur, & nõ diuiditur. Abbas.

Casus. Dĩ hic, q̃ rustici ecclesiæ, rura ecclesiæ dimittere nõ debent, transferendo se ad priuatorũ rura. Not. hic ꝯ rusticos ecclesiæ, scilicet ascriptitios.

e ¶ *Rustici ecclesiæ.*] De illis intellige, qui glebæ sunt astricti: vt recedere non possint. C. de agricol. & censit. cum satis omnino. lib. 11. de quibus habes j. de Iudæis, multorum. §. 1.

Non minus.] Prima pars narrat, & aggrauat horridã oppressionem ecclesiæ, quam faciebãt Potestates seculares. Secunda: ibi, *Quocirca*, prouidet. Et hæc tria facit. Primo pœnam comminatur. Secundo ponit casum permissum. Tertio pœnam comminatam imponit. Abb. Siculus.

Casus. In quibusdã partibus mundi rectores locorum tot onera imponũt ecclesiis, vt sacerdotes earũ deterioris conditionis videantur, q̃ fuerint sub Pharaone, qui legis notitiã non habebat: immo sacerdotes & iura eorũ in pristina libertate dimisit, & de publico eis necessaria ministrabat: sed isti omnia sua onera fere imponunt ecclesiis, & iurisdictionẽ ecclesiarũ sibi in totum vsurpant: vnde Lateran. conciliũ sub anathemate ꝓhibet ne talia decætero attentare præsumant: nisi eps & clerus tantam necessitatem aspexerint vel vtilitatem, vt absq; vlla coactione existiment eis subueniendum, vbi laicorũ non suppetũt facultates: Si vero decætero ꝯ ista venire præsumpserint, & cõmoniti non destiterint, se nouerint excõicatos, nec cõioni restituantur, donec satisfecerint competenter. Not. q̃ laici non debent onera imponere ecclesiis, nec earũ iurisdictionem vsurpare: & si cõmoniti non satisfecerint, sunt excõicati.

f ¶ *Non habebat.*] & ideo minus peccauit: Vnde Apostolus: Misericordiam merui, quia ignorans feci. 1. dist. consuetudo. sed isti excusationem hanc habere non possunt.

g ¶ *Subactis.*] id est, redactis.

h ¶ *Angariis.*] Angariæ dicuntur personalia obsequia, propriis sumptibus ꝓstita: Parãgariæ vbi persona seruit sumptibus alienis.

citum teneant, & etiam hospitentur.

¶ Gregorius archiepiscopo Tricen.

¶ *Tempore magnæ necessitatis, non debet aliquis excusari à murorum seu ciuitatis custodia. hoc dicit secundum intellectum Panormitani.*

CAP. II.

Peruenit: & infra. ¶ Fraternitas tua, nullum[a] per nostræ vel ecclesiæ suæ nomẽ, aut alio modo[b] excusari à murorũ vigiliis patiatur: sed omnes[c] ad hoc generaliter compellantur: Quatenus cũctis vigilãtibus[d], melius valeat ciuitatis custodia procurari.

¶ Idem Vitali defensori Sard.

¶ *Rusticus astrictus ad culturam agrorũ ecclesiæ non potest illam deserere. hoc dicit summando generaliter.*

CAP. III.

Indicatum est: & infra. ¶ Dictum est nobis, quòd rustici[e] ecclesiæ rura eius deserentes, in priuatorum possessionibus culturam exhibeant: quod experientia tua fieri non permittat.

¶ Ex concilio Lateran.

¶ *Laici collectas imponentes clericis vel ecclesiis, seu iurisdictionem eorum vsurpantes, si moniti nõ desistunt, sunt excommunicati cum suis fautoribus: potest tamen episcopus cum clero eis in necessitate præbere subsidia.*

CAP. IIII.

Non minus: & infra. ¶ In diuersis mũdi partibus cõsules ciuitatum & rectores, necnon & alii, qui potestatem habere videntur, tot onera frequẽter imponunt ecclesiis, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotiũ videatur, quàm sub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam nõ habebat[f]. Ille quidem omnibus aliis seruituti subactis[g], sacerdotes & possessiones eorum, in pristina libertate dimisit, & eis alimoniam de publico administrauit: Isti vero onera sua fere vniuersa imponunt ecclesiis, & tot angariis[h] eas affligunt, vt eis quod Hieremias deplorat competere videatur: Princeps prouinciarum facta est sub tributo[i]. Siue quidem fossata, siue expeditiones, seu alia quælibet sibi arbitrentur agenda, de bonis ecclesiarum & clericorũ & pauperum Christi vsibus deputatis volunt fere cuncta compleri. Iurisdictionem etiam & auctoritatem prælatorum ita euacuant: vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse. ¶ Quocirca sub anathematis districtione fieri decætero talia prohibemus: nisi episcopus & clerus tantam necessitatem[k] vel vtilitatẽ aspexerint, vt absque vlla exactione ad releuandas[l] communes vtilitates vel necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existimẽt conferenda. Si autem consules, aut alii decætero ista commiserint, & commoniti[m] desistere noluerint, tam ipsi, quàm fautores eorum, excommunicationi se nouerint subiacere: nec communioni reddantur, donec satisfactionem fecerint competentem.

¶ Lucius tertius.

¶ *Causæ sanguinis in ecclesiis vel cœmiteriis agitari non debent.*

CAP. V.

Cum ecclesia[n] Dei secundum Euangelicam veritatem domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum: Seculares iudices causas, vbi de sanguinis

¶ *Glo. seq. arg. clericos immunes, &c. allegat septem iura, in contrarium allegat quinque, & soluit.*

i ¶ *Sub tributo.*] Arg. q̃ sacerdotes & clerici debent esse immunes ab omni exactione seculari. 23. q. vlt. conuenior. & C. tributũ. §. quãuis. & C. de sacrosan. eccle. l. ad instructiones. & l. placet. & 11. q. 1. si tributum. & 16. q. 1. c. generaliter. §. nouarũ. & 11. q. 1. sacerdotibus. arg. ꝯ. 23. q. 8. tributũ. & 11. q. 1. magnum. ĩ. de censi. c. 1. in fine. C. de epis. & cler. de his. ff. de pub. & vect. imperatores. Solu. quæ vsibus ecclesiasticis deputantur, quo ad fundationẽ ecclesiarũ, & cœmiterium, & domos, & hortos iuxta positos, immunia debent esse ab omni exactione, cætera autem transeunt cum suo onere ad ecclesiam, argumen. ĩ. de censi. c. 1. vbi de hoc.

k ¶ *Tantam necessitatẽ.*] Et ita ex arbitrio epi dependet inspicere hãc necessitatẽ, aũ aliquid conferre non debent: nisi super hoc prius Romanus Pontifex consulatur. j. eo. aduersus. 2. respon. in fine.

l ¶ *Releuandas.*] Cõferre enim debent sicut & alii possessores ad iter faciendum, vel pontem ædificandum, vel reficiendum. in Auth. de eccle. titu. §. ad hoc. colla. 9. C. de sacrosanctis ecclesiis. ad instructiones.

m ¶ *Commoniti.*] Admonitio enim semper præcedere debet vindictam. 12. q. 2. indigno & nisi se correxerint post admonitionẽ, sunt ipso iure excõicati, vt hic dicit, & fautores ipsorum, & successores ipsorum si non satisfecerint infra mensem. j. eo. aduersus. §. vltim. B.

Cum ecclesia.] Diuiditur: Nam in principio & fine ponitur duplex constitutionis causa: In medio ponitur constitutio. Secũda: ibi, *Seculares*. Abbas Siculus.

Casus. Ecclesia Dei s̃m Euãgeliũ debet esse domus orationis, & non spelunca latronũ, aut sanguinis forũ, & ideo statuit Papa, q̃ iudices seculares causas criminales, vbi de sanguinis effusione, vel corporali pœna agitur, ibi sub interminatione anathematis nõ debeãt exercere: absurdũ est enim ibi causam sãguinis agitari, vbi est tutela refugii ꝯstituta. Not. causas criminales laicorũ i ecclesiis nõ debere agitari. Itẽ ꝯfugientes illuc debent ab ecclesia defendi.

¶ *Glo. seq. inducit simile.*

n ¶ *Cum ecclesia.*] Hic ergo propter reuerentiã loci non tractantur causæ seculariũ in ecclesia. s. eod. c. 1. sic & alibi expelluntur de ecclesia. 2. q. 7. accusatio. alibi habes de reuerẽtia diei, in quo causæ etiam ex consensu partiũ tractari non possunt. 15. q. 4. c. 1. C. de fer. omnes. & melius s. de fer. cap. vlti.

¶ Glossa

effusione[a], & corporali pœna agitur, in ecclesiis vel cœmiteriis[b] agitare sub interminatione anathematis[c] prohibemus: absurdũ enim est, & † crudele, ibi iudiciũ sanguinis exerceri, vbi est tutela[d] refugij cõstituta.

Innocentius iij. illustri regi Scotiæ †.

Reus criminis ad ecclesiã fugiens, nõ est violẽter ab ea extrahẽdus, nec debet amplius prætextu criminis cõmissi dãnari ad mortẽ vel ad aliã pœnã corporalem: est tamen aliter legitime puniẽdus, fallit in duobus casibus hic expressis. hoc dicit primo. Seruus fugiens ad ecclesiam timore domini sui, est domino de eius impunitate iuranti restituendus. hoc dicit secundo.

CAP. VI.

Inter † alia: & infra. Tuis quæstionibus respondentes iuxta sacrorũ statuta canonũ[e], & traditiones legũ[f] ciuiliũ, ita duximus distinguẽdũ: quòd fugiens ad ecclesiã, aut liber, aut seruus existit. Si liber, quantũcunque grauia maleficia perpetrauerit, non est violenter ab ecclesia extrahendus[g]: nec inde dãnari debet ad mortẽ, vel ad pœnã[h], sed rectores ecclesiarũ sibi obtinere debent mẽbra & vitã. Super † hoc tamen quod inique fecit, est aliàs legitime puniendus[i]: Et hoc verũ est, nisi publicus latro[k] fuerit, vel nocturnus depopulator[l] agrorum, qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis, ab ecclesia extrahi potest, impunitate non præstita, secundum canonicas[m] sanctiones. Si vero seruus fuerit, qui confugerit ad ecclesiã: postquã de impunitate sua, dominus eius clericis iuramẽtum præstiterit, ad seruitiũ domini sui redire cõpellitur[n] etiam inuitus: alioquin à domino poterit occupari.

Idem ex concilio generali †.

Clerici non debent necessitatibus, seu vtilitatibus ciuitatum, seu aliorum locorum, etiam vbi laicorũ non suppetũt facultates, subuenire, nisi prius Romanus Pontifex consulatur. hoc primo. Sẽtentiæ et constitutiones editæ à laicis collectantibus ecclesiam, sunt ipso iure irritæ, nec vllo tempore conualescunt. hoc secundo. Rectores excommunicati ob grauamina præmissa, remanent excommunicati, etiam post depositum officium: nihilominus excõmunicati sunt successores, nisi satisfecerint infra mẽsem. hoc tertio. hoc dicit ad maiorẽ declarationẽ, & pro nouitiis.

CAP. VII.

Aduersus † consules & rectores ciuitatum vel alios, qui ecclesias & ecclesiasticos viros, talliis seu collectis, & exactionibus aliis aggrauare nitũtur, volens immunitati ecclesiasticæ Lateranũ[o] †. cõciliũ prouidere, præsumptionẽ huiusmodi sub anathematis districtione prohibuit: trãsgressores & fautores eorũ, excõmunicationi[p] subiacere præcepit, donec satisfactionẽ impenderint cõpetentẽ. Verũ si quando forte episcopus simul cũ clericis, tantã necessitatẽ vel vtilitatẽ perspexerit †, vt absq; vlla coactione ad releuãdas vtilitates vel necessitates cõmunes, vbi laicorũ non suppetũt facultates, subsidia duxerit † per ecclesias cõferenda:

Gl. seq. quæritur, & dupliciter soluit.

a Effusione.] maxime: qa nec aliæ ciuiles causæ. s. eod. c. 1. secus de ecclesiasticis 2. q. 2. pceptũ. & arg. s. de app. qua fronte. Quid ergo si alteri parti vel vtriq; esset interdict⁹ ingressus ecclesiæ? Rñdet nihilominus possunt intrare, qa interdictũ non extẽditur ad hũc casum. arg. q. etiã post votũ vel iuramentũ de carne nõ comedenda, comedere debet, vt se purget si esset suspect⁹. 30. dis. c. vlti. ar. s. de cõstit. cũ M. & s. tit. pxi. cap. vlti. Vel tũc causæ tractant extra ecclesiã, vt illic seruet interdictũ: qa nihilominus valeat iudiciũ, nec est pceptũ ita qd nõ possit alibi tractari. q. in ecclesia: sed de honestate dictũ est, vt pp loci reuerẽtiã forte magis caueant à periuriis & mendaciis.

b Cœmiteriis.] quę eodẽ privilegio gaudent cũ ecclesiis. 17. q. 4. quisquis. & cap. id cõstituimus. & s. de cõse. eccle. vel alta. capitu. consuluisti.

Glo. seq. recitetur per quæstionem.

c Anathematis.] Non credo quòd ipso iure sint excõicati, sed post admonitionẽ sunt excõmunicandi. Ber.

d Tutela.] Sic confugiens ad ecclesiã tutus debet esse, qa est tutela refugii, vt hic dicit: & j. c. prox. & 17. q. 4. diffiniuit. Bernardus.

Inter alia.] Malefactor fugiens ad ecclesiã, imunitate gaudet: nisi in duobus casibus. seruus vero restituitur dño de ipsius impunitate iurãti. Ita cõiter summatur. Duo sunt dicta. Secundũ: ibi, Si vero. Abbas Siculus.

Casus. Quæsitũ fuit à Papa, verũ confugientes ad ecclesiã debeant ibi defendi: Papa super hoc distinguit, cõfugiẽs ad ecclesiã aut est liber, aut seruus: si liber, quãtumcunq; grauia cõmittat, non est ab ecclesia p violentiã extrahendus, nec inde debet dãnari ad mortẽ vel ad pœnã: sed rectores ecclesiarũ vitã sibi reseruent: puniatur tñ aliàs super eo qd inique fecerit: nisi fuerit latro publicus, vel nocturnus depopulator agrorũ: qui publicas stratas obsidet suis insidiis, q ab ecclesia extrahi possunt nulla defensione sibi tradita. Si autẽ fuerit seruus ad ecclesiã confugiens, si dñs eius de impunitate personæ, clericis iuramentũ præstiterit, dño suo restituatur etiã inuitus, alioquin à dño poterit occupari. Not. distinctionẽ huius decretalis circa fugiẽtes ad ecclesiã. Itẽ cõfugientes ad ecclesiã debẽt ibi defendi, pter duas personas, scilicet, latronẽ publicũ, & deuastatorẽ agrorũ & vinearum.

Glo. seq. recitetur per obiectionem.

e Canonum.] 17. q. 4. diffiniuit. cap. id constituimus. cap. reum ad ecclesiam. & cap. metuentes.

f Legum.] C. de his qui ad ecc. confug. l. præsenti.

g Extrahendus.] etiã Iudæus, dummodo absit simulatio. C. de his qui ad eccle. confug. l. 5.

h Ad pœnam.] Ab omni genere pœnarum interim sunt securi. 17. q. 4. id constituimus.

i Puniendus.] pecunialiter dumtaxat, vel alia satisfactione præter pœnam corporalem. 17. q. 4. reum. & c. id constituimus.

k Nisi publicus latro.] vt 17. q. 4. sicut antiquitus. lex tñ plures personas excipit. i Auth. de man. prin. §. qui si deliquentes. coll. 3. ver. neq; vbi homicidæ, adulteri, & raptores virginũ, extrahuntur ab ecclesia: sm q isti de quibus hic dr. sed decr. tñ duas personas extrahit, vt hic: & canõ expresse præstat immunitatẽ raptoribus virginũ. 36. q. 1. de raptoribus. & sic in casu isto derogatur illi auth. p ista iura omnibus aliis immunitatẽ pstat, nisi in casu. j. eo. c. vlti. publicos enim latrones cuilibet impune occidere licet. & sine peccato. 23. q. 5. cũ homo. & C. qñ li. vnicuiq; sine iud. se vindi. l. 1. & tales famosi latrones capti in furto, in furca suspenduntur. ff. de pœn. capitaliũ. §. famosos. sed si famosus nõ est, tũc iubetur castigari: sed nec vitã nec membrũ perdit. C. de ser. fugi. Auth. sed nouo. Vinc.

l Nocturnus depopulator.] De istis duobus habes C. quando lic. vnicuique. l. 1. cuius verba hæc sunt. & l. 2.

m Canonicas.] signatas in princ. decretalis.

n Compellitur.] 17. q. 4. metuentes. & c. id cõstituimus. & C. de his qui ad eccle. confug. si seruus.

Aduersus.] Ioannes And. specifice non summat, sed p summario dicit sic: Generale conciliũ repetit Lateranen. s. eo. nõ minus, addẽs quandã punitionẽ i ver. Propter. & pœnã. in ver. Quia vero. Sed dñs Ant. sũmat sic: Ciuitatibus psidẽtes, & ecclesias collectãtes, pter formã cõcilii generalis, sunt excõicandi, nisi satisfecerint infra mensẽ: & sententiæ ab eis latæ sunt nullæ, q pœnæ trãseunt ad successores, & eos sequunt officio deposito. hoc dicit. Sed certe hoc summarium non euacuat radicitus intellectũ cap. Vnde dicit Panor. q illud ca. habet principaliter tria dicta: Nã primo repetit cõcilium Lateranñ. s. eod. non minus. & quandã determinationẽ annectit: Secundo: ibi, Quia vero. pœnã illius concilii auget. Tertio: ibi, Cæterum. pœnã illius concilii determinat, & extendit ad successores, & hæc diuisio sufficit p summario. Abb.

Casus. Lateran. conciliũ excõicauit rectores ciuitatũ & aliorũ locorũ, q admonitione pmissa de grauaminib⁹ illatis ecclesijs nõ satisfacerẽt sm tenorẽ cõcilii Laterañ. s. eo. nõ minus. Sed qa nec sic eorũ malitia cõquieuit, adiicitur in isto cõcilio generali, vt cõstitutiones & sententiæ, q à talibus, vel de ipsorũ mandato fuerint pmulgatæ, inanes & irritæ habeãtur, nullo vnquã tpe valituræ: veruntñ quia fraus & dolus alicui patrocinari nõ debet, nullus rector decipiatur vano errore, nec credat, vt infra tps sui regiminis tñ sit excõicatus, quasi post illud nõ sit cõpellendus ad satisfactionẽ: qa tã ipse q satisfacere recusauerit, quàm successor ipsius erit excõicatus, nisi infra mensẽ satisfecerit, donec satisfecerit cõpetẽter, qa in onere succedit, qui substituit in honore. Not. q laici exactiones ab ecclesiis exigere nõ debent. Item dñs Papa omniũ vtilitatibus intẽdit. Itẽ snia vel cõstitutio per excõicatũ plata nulla est: nec tractu tẽporis cõualescit, & ita qd ab initio nõ tenet, nullo tpe cõualescit. Itẽ fraus & dolus nemini patrocinari debẽt. Itẽ snia excõicationis trãsit in aliũ, i quẽ lata nõ fuit. sed hoc est qa ille successit i vitiũ. Itẽ q succedit in honore, succedere debet in onere.

o Laterã. cõciliũ.] s. eo. nõ min⁹. cuius verba hic inferius ponũt. B.

p Excõicationi.] scilicet, post admonitionem. s. eo. non minus.

Aliàs inaudita valde crudele.

In omnibus exemplaribus Vaticanis pro, Scotiæ, legitur, Comaciæ, vel Comatiæ.

Vide Remigium de Gonni tract. de immunit. eccle. paulo post principium verbo, commissũ, in quarta ampliatione.

Cap. vnico eo. tit. in 3. compila. De materia vide late Couarruuiam lib. 2. variar. resolut. cap. 20. & Remigium tract. de immunit. eccles. fallentia 2. & 3.

Secundũ Alcialle. in dis. hac est sustentandũ. idem Host. Ioan. And.

Aliàs ita: Seq. eo tit.

De hoc articulo vide quos paulo ante citauimus.

Scilicet Lateranen. cap. 46.

Hoc dictum glossæ indistincte acceptum, falsum est, de quo tenent quod tradit d. Thomas 2. 2. q. 64. art. 2. & 3. addo Sotum lib. 4. de iust. & iure q. 6. art. 2. & 3. & 8.

Cap. 1. tit. de censibus, in 4. compilat. Vide quæ citauimus supra in cap. non minus. eo. tit.

Lateran. concilium sub Alex. iij. cap. 19.

præsumpserint

duxerint

a Propter

a ¶ *Propter imprudentiã.*] Ab hoc loco vsque ad finem additur prædicto concilio Lateranẽ.
b ¶ *Mandato.*] simi. s. de procu. consulti.
c ¶ *Tempore valitura.*] Sic ergo patet q sniã ipe excõicationis lata, nulla est. j. de hæreti. excõicamus. §. credẽtes. nec etiã cõualescere põt, vt hic patet: immo & si detegatur post sententiam, q a aliquis fuerit publice excõicatus, retractatur snia. s. de re iud. ad pbandũ. q a hæc exceptio i qualibet parte litis põt opponi. s. d exce. exceptioné. imo nec priuilegiũ ipsorum valet. 3. q. 4. nullus.
¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem, de lege curatores, & c. & soluit.*
d ¶ *Infra tempus.*] & ita est hic arg. q iudex post officiũ depositũ cõueniri põt: & hoc ideo, q a cõuenitur de maleficio qđ cõmisit in ipso officio; secus si cõueniret ex cõtu: nã administratores ciuitatũ, & tutores, & curatores non cõueniũtur post depositũ officiũ ex cõtu, quẽ fecerũt nomine ciuitatis vel pupilli. ff. de admi. rer. ad ciuita. per. curatores. §. in eũ. & C. de admi. tut. cũ quædã. ff. de euict. illud. §. 1. sed ex maleficio cõuenitur deposito officio. t. q. 1. iubemus. & legibus sequẽtibus, ad finẽ q̃onis. & illa lex C. ad le. Iul. repetun. iubemus. tñ pcurator negotiorũ bene conuenit deposito officio. ff. de pcura. pcurator qui pro euictione.
¶ *Glo. seq. recitatur per obiectio. & solut. in fine obiecit & soluit.*
e ¶ *Successorem.*] & ita delictũ pdecessoris pjudicat successori. sed hoc nõ est verũ: immo est propriũ delictũ, ex quo ipsũ nõ purgat, q a cõsentit, & sic incipit esse propriũ delictũ, vñ punit eadẽ pœna cũ pdecessore. sic s. vt li. nõ ɔte. c. 1. in fi. Præterea cũ iste generalis successor hãbeat, si succedit in vitiũ, eadẽ sententia ligat. ff. p diuer. & tẽpo. pscri. cũ hæres. & vitia à maioribus ɔcta perdurant. C. de acq. pos. vitia. ff. d acq. poss. Põponius. §. 1. & facto auctoris successio dãnat hæredis. 1. q. 1. cito turpẽ. tñ iste successor quia prius cõicauit ei in crimine, statim fuit excõicatus post ambitionẽ. j. de sent. excom. nuper. & c. si concubinæ. Sed cũ ille iudex nõ excõicatur expresso nomine, quare statim non transit ad successorem. s. de offi. deleg. qm Abbas. & s. de offi. ordi. pastoralis? Rñdetur [1], hoc prouenit ex delicto, vnde non descendit statim ad alios. 24. q. 3. si hæres. sed datur tempus infra quod purget illud vitium: quo elapso nisi hoc fecerit, præsumitur consentire. 1. q. 1. constat. quis ex quo succedit in honore, debet succedere in onere, vt dicit in fine. Ber.

prædicti laici humiliter & deuote recipiãt cũ gratiarũ actione. Propter imprudẽtiã[a] tamẽ quorundã, Romanus Pontifex prius consulatur: cuius interest cõmunibus vtilitatibus prouidere. ¶ Quia vero nec sic quorũdã malitia cõtra Dei ecclesiã cõquieuit, adiicimus, vt cõstitutiones, & sentẽtiæ, quæ † à talibus, vel de ipsorũ mãdato[b] fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeãtur, nullo vnquã tẽpore valituræ[c]. Cæterũ, quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus vano decipiatur errore, vt infra tẽpus[d] regiminis sustineat anathema, quasi † post illud non sit ad satisfactionis debitum compellendus. nã & ipsum, qui satisfacere recusauerit, & successorẽ[e] ipsius, nisi satisfecerit infra mensem, manere decernimus ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter: cũ succedat in onere, qui substituitur in honore.

¶ Idem in eodem †.

¶ *Prælati plus debito à subditis extorquentes prætextu procurationis vel alterius seruitii impẽsi legato vel alteri, illud restituent, & tantundem pauperibus erogabunt.*

CAP. VIII.

QVia † plerique prælati, vt procurationẽ aut seruitium aliquod impendant legato vel alii, plus extorquent à subditis, quàm soluãt; & in eorum damnis lucra sectantes, quærunt prædam, potius quàm subsidium in subiectis, id decætero fieri prohibemus. Quòd si quis forte præsumpserit, & sic extorta restituat, & tantũdẽ cogatur pauperibus[f] elargiri. Superior autem, cui fuerit querela deposita, si negligens fuerit in huiusmodi executiõe statuti, canonicæ subiaceat vltioni †.

¶ Gregorius nonus Altoricen. †.

¶ *Ecclesia non consecrata, in qua diuina officia celebrantur, gaudet immunitate.*

CAP. IX.

ECclesiæ †, in qua diuina mysteria celebrantur[g], licet adhuc non extiterit cõsecrata, nullo iure priuilegium immunitatis † adimitur[h]: Quia obsequiis[i] diuinis dedicata †, nullius est temerariis ausibus profananda.

¶ Idem Toletano & Compostellano Archiepiscopis.

¶ *Qui sub spe immunitatis in ecclesiis vel cœmiteriis delinquunt, immunitate non gaudent.*

CAP. X.

IMmunitatẽ † ecclesiasticã: & infra. ¶ Nonnulli impunitatem suorum excessuum, per defensionem ecclesiæ obtinere

QVia plerique.] Primo prohibet. Secundo pœnã imponit contra facienti: ibi, *Quòd si.* Tertio superiori negligenti pœnam cõminatur: ibi, *Superior autem.* Abb. Sicu.

CASVS. Aliqñ contingit, q epi & alii plati, vt procurationẽ vel aliud seruitiũ impendãt legato vel alii, plus extorquens à subditis, q̃ soluant legato vel alii: & sic in aliorũ dãnis lucra sectant, phibet cõciliũ, ne decætero hoc fiat, qđ si quis forte ɔ psumpserit, sic extorta restituat: tantũdem de suo cogat pauperibus elargiri, & si de hoc ad superiorẽ querela puenerit, & negligẽs fuerit in huiusmodi statuti executione, canonicæ subiaceat vltioni. Not. q cum damno alterius nemo lucrũ quærere debet. Itẽ si aliquis exigit indebitum à suis subditis, debet illud restituere, & tãtundem pauperibus erogare. Item prælatus negligens puniendus est.
¶ *Glo. seq. ponit contrariũ pomt solu. Ioan. quã reprobat, & demũ soluit.*
f ¶ *Pauperibus.*] s. d cẽsi. pcurationes. ɔ i fi. vbi dr, q illud dari debet ecclesiæ à qua illud accepit, & hic datur pauperibus. Solu. hic ignorat quantũ quilibet ɔtulisset: & ideo iubet dari pauperibus, vt dixit Io. Sed hæc solutio nõ est vera, q a sicut restituit sic extorta vltra q̃ debuit, ita põt eisdẽ à quibus recepit, tãtundẽ dare: & ita nõ est verũ qđ dicit Io. q ignorat quantum quilibet contulisset. quia inde põt fieri scriptura, & quilibet scit quantũ dedit. Vñ dicas, q illud ca. pcurationes. loquitur de alio casu, scilicet cũ platus visitat ecclesiã sibi subiectã: si tunc exigit plures pcurationes q̃ sint dies, quibus ibi morat, grauius excedit, quàm in psenti casu, & plus grauat ecclesiã, & dr tũ cõmittere crimen cõcussionis, vnde posset puniri in quadruplũ [a]. 18. dist. qm quidẽ in fi. & 5. q. 7. sancimus. & 23. q. 1. militare. qđ optime dicit hic, quia tamẽ q̃ calumniator & concussor talis puniri debet: sed in hoc exp. pcurationes. punit illos pœna dupli. in casu isto nũ ita excedit crimẽ ɔcussionis, quia à nullo exigit vltra q̃ soluat, sed facta coaceruatiõe plus recipit. Sufficit ergo istis, vt recipiant qđ vltra dederunt: & ille in pœnã sui tandũdem soluat pauperibus. simile infra de Iudæis, ad liberandam.
ECclesiæ.] Primo ponitur dictũ. Secundo ratio dicti: ibi, *Quia.* Abbas.
CASVS. Aliqua ecclesiã nondũ est consecrata, tñ diuina officia celebrantur in ea: quæritur, vtrũ censeri debeat eodẽ priuilegio, ac si esset cõsecrata: & rñdetur, q licet nondũ sit consecrata, nullo iure adimitur priuilegium immunitatis: quia ex quo diuinis officiis est dedicata, non est temerariis ausibus quorumlibet profananda. Not. q ecclesia non consecrata, priuilegium habet immunitatis propter diuina officia quæ celebrantur in ea.
g ¶ *Celebrantur.*] Ex hoc vr, q si adhuc ibi non sunt diuina officia celebrata, nondũ gaudeat priuilegio illarũ, in quibus celebrantur diuina, quia nondũ plene dedicata vr diuinis obsequiis: vnde sacrilegiũ ibi nõ diceretur committi, nec debet aspergi propter hoc: quia nullum diuinum officium fuit ibi celebratũ: aspergi tñ debet si aliquid turpe ibi factum est, antequàm ibi celebretur.
h ¶ *Adimitur.*] Sic ergo patet, q ecclesia non consecrata eodem gaudet priuilegio quo & cõsecrata [1], ratiõe diuini officij, quo ad priuilegium immunitatis: vnde si cuiuscunq; semine vel sanguine fuerit polluta, debet aqua exorcizata lauari, anteq̃ celebretur i ea. s. de consecra. eccle. vel altar. c. vlt. & de cõsecra. dist. 1. ecclesia. & confugientes ad ipsam priuilegiũ immunitatis, ac si consecrata esset, habebunt. s. eo. inter alia. cum suis concordan.
i ¶ *Obsequiis diuinis dicata.*] Quicqd. n. Dño ɔsecrat, sanctũ sanctorũ erit Dño. 12. q. 2. nulli licet. vñ ad vsus pfanos. & ad humanos redire nõ debet. s. de rerũ perm. mãcipia. & s. de relig. do. c. ad hæc.
IMmunitatem.] Diuiditur: quia primo ponitur dictum. Secũdo ratio dicti: ibi, *Cum autem in eo.* Abbas.
CASVS. Quidã in ecclesiis vel cœmiteriis earũ, cõmittũt aliqñ homicidia, & alia maleficia, sperantes obtinere ibidẽ impunitatẽ suorũ excessuũ, quos nullatenus cõmisissent, nisi p ecclesiã, ad quã cõfugiũt, crederẽt se defendi: q̃ritur an isti debeãt, ab eccłia defendi? Rñdet Papa, cũ i eo q s puniri debeat, i quo peccauit, & frustra legis implorat auxiliũ, q ɔ legẽ delinq t. mãdat Papa, q tales publice nũcient nõ debere gaudere immunitatis priuilegio, quo factũt se indignos. Not. q quis puniri debet in eo in quo peccauit. Itẽ q offendit canonẽ, bñficiũ illius impetrare nõ põt. Itẽ ipso facto amittit q s priuilegiũ. Itẽ nõ dẽt q s offendere illũ à quo sperat auxiliũ.
a ¶ *Speran-*

Marginal notes, left side:
† In concilio apertius legitur ita. quæ ab excommunicatis huiusmodi, &c.
† Perperã in pluribus exemplaribus. præsertim recentioribus legitur, quamuis, cum sensus exigat, quasi, vt est in cõcilio, & in antiquis codicibus.
† Scilicet concilio Lateran. c. 14.
† Cap. 4. tit. de censibus in 4. cõpilatione. Et vide Felinum in c. irrefragabili. §. cæterum supra de offi. ord.
1 Secundũ I. Tanc. & Goff. Ioan. And.

Marginal notes, right side:
a Sub quo est sei proseruo, & maxime vel plus ... vt not. 1. q. 7. in can.
† Vide notata p Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam.
† Altoricẽ. episcopo. † Senonẽ. episcopo. Concilii.
† Vide Syluestrum in summa verbo, immunitas. 2. q. 1. & Couarruuiam loco citato in c. seq.
† communitatis
† dicata
† Vide Couarruuiam lib. 2. variar. resolutione. c. 20. & Remigium de Gonnes. tract. de immun. eccle. 10. p. fallentia, vbi plenissime de materia huius decretali.
1 Concor. l. pen. cum not. & de te. fin. mi. & viam hod pi talis. 1. omnia pœnalia pa. c. de epi. & cler.

sperantes[a] homicidia, & mutilationes membrorum, in ipsis ecclesiis, vel earum cœmiterijs committere non verentur: qui†, nisi per ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nullatenus fuerant cōmissuri: & infra. ¶ Cum in eo, in quo delinquit[b], puniri quis debeat: & frustra[c] legis auxilium inuocet, qui committit in legem: Mandamus, quatenus publice nūcietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos.

TITVLVS L.

Ne clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant.

¶ Ex concilio Maguntino †.

¶ *Enumerat concilium multa secularia negotia, à quibus iubet clericos & monachos abstinere. Et sunt xiiij. si recte enumerentur.*

CAP. I.

Multa sūt negotia secularia, de quibus pauca[e] perstringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quicquid plus iusto appetit[f] homo, turpe lucrum est: Munera[g] iniusta accipere, vel etiā dare[h]: Pro aliquo seculari quæstu, pretio aliquem cōducere[i]: Contentiones, vel lites[k], vel rixas[l] amare: In placitis secularibus[m] disputare, excepta defensione orphanorum[n] aut viduarum: Conductores[o] secularium rerum, aut procuratores[p] esse: Turpis verbi vel facti esse ioculatorem[q], vel iocum secularē diligere: Aleas[r] amare: Ornamentum[s] inconueniens proposito suo quærere: In delicijs[t] viuere velle: Gulā & ebrietatem sequi: Pondera[u] iniusta, vel mensuras habere: Negotium iniustum exercere: Nec tamen iustum negotium est† contradicendum propter necessitates diuersas, quia legimus sanctos Apostolos[x] negotiatos† fuisse: & in regula beati Benedicti præcipitur prouideri per quorum manus negotia monasterij procurētur: Canes[y] & aues sequi ad venandum: & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia, & his similia, ministris altaris Domini, necnon & monachis omnino cōtradicimus; de quibus ait Apostolus: Nemo militans[z] Deo, implicat se negotiis secularibus.

¶ Eugenius Papa Lucasi. episcopo.

¶ *Clerici non debent esse ministri vel procuratores laicorum; quòd si contra fecerint, & deprehendātur in fraude, non subuenitur eis ab ecclesia.*

CAP. II.

SAcerdotibus † & clericis tuis denuncies publice, ne ministri laicorū fiant, nec in rebus

a ¶ *Sperantes.*] Nemo enim sub spe veniæ peccare debet. j. de cler. excom. mini. illud. & de conse. distin. 4. qñ quis. quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23. q. 4. est iniusta. & s. de vi. & hone. vi. clericorum.

b ¶ *In eo in quo delinquit.*] Sic s. de tempor. or. literas. & s. de iure pat. pastoralis. cum suis concordantiis.

c ¶ *Frustra legis.*] j. de vsuris, quia frustra. j. de sentent. excommunicationis, in audientia. ff. de minoribus. l. auxilium. in fine.

¶ *Glossa ista induxit hoc capitulum contra Hugonem, & signat contrarium; & sol. in si. quæris, & respondet.*

d ¶ *Quo faciunt se indignos.*] & merito: quia non iure ad supplicandum debet admitti vbi cōmittere sacrilegium nō expauit. 17. q. 4. frater & coepiscopus. & cap. seq. vnde sumptū fuit. idem dicit lex. quoniam illis qui in ecclesia scelus studuerunt perpetrare, permittimus aliquod auxiliū ex terminis ecclesiasticis inuenire. in Authen. vt hc. ma. & aux. §. qa vero. coll. 8. Et est hoc cōtra H. qui dicit super illo cap. frater & coeps. q & isti debent habere immunitatis priuilegiū si confugerint ad ecclesiā: & nisi satisfecerint, nō admittuntur postea ad supplicandum, idest, orandum in ecclesia. & pro eo est s. eod. inter alia. vbi tantū duæ personæ excipiūtur. 17. q. 4. sicut antiquitus. vbi canon tantum publicū latronem excipit. & ita hic contradicit prædictis iuribus proximis, & Hug. Dicas q non contradicunt, quia illa decre. inter. & omnia illa iura, quæ illud dicunt, intelligunt, quando confugientes ad ecclesiam non deliquerint in ecclesia vel cœmiterijs, sed alibi; vnde ecclesia præstat tunc eis immunitatem. Et Hu. male dixit, quòd isti non habebant immunitatem ab ecclesia, quia reddiderunt se indignos eius præsidio: & si fuerint stulti in culpa, sint sapientes in pœna. 38. distin. cap. qui ea. Sed quare publicus latro & depopulator potius extrahuntur ab ecclesia, quàm alius malefactor, qui forte est deterior? Quia plurimum interest illos puniri quam alios malefactores: cum pluribus tacita cogitēt quàm alij. 23. q. 3. est iniusta.

NE CLERICI VEL MONACHI secularibus negotijs se immisceant.

¶ *Supra visum est, de his quæ clericis competunt: nunc autem de prohibitis est videndum secundum Doctores. Vel continuatur ad titulum proxime præcedentem sic: quia supra tractatum est de immu. eccle. & clericorum, ne forte ob hanc immunitatem clerici vel monachi superbirent, & arbitrarentur sibi omnia licere, merito subijcitur hæc rubrica: per quam ostenditur, quòd non debent se immiscere secularibus negotiis. Abbas.*

De hac materia habetur 88. dist. & 22. q. 4. 33. q. vlt. & de pœn. per totum & 86. distin. cap. vltimo.

MVlta.] CASVS. In capitulo isto enumerantur quædam negotia causa exēpli, à quibus debent clerici, & monachi, & moniales omnes omnino abstinere: De quibus ait Apostolus; Nemo militās Deo, debet se negotiis secularibus immiscere. Nota q causæ miserabilium personarum ad ecclesiam pertinent. Itē iusta & honesta negotiatio licita est clericis: & hoc intellige, cum non habent sufficiens beneficium. Itē canes vel aues ad venandum habere non debent. Itē nemo militās Deo, secularibus negotiis se immiscere debet.

e ¶ *Pauca.*] vt eorū exēplo oia similia caueantur, & exēpli causa pauca sunt exprimēda. 25. dist. cap. vnū oratoriū. §. criminis appellatio. 24. q. 5. de Liguribus. & ff. ad l. Aql. ita vulneratus. §. vlt. sic quod vni dr, omnibus intelligitur esse dictum. 61. dist. miramur. & de pœnit. dist. 1. nunc autem.

f ¶ *Appetit.*] 32. q. 4. origo.

g ¶ *Munera.*] 14. q. 4. clerici. & c. quicunque. 11. q. 3. nō licet. & 18. dist. quoniam quidem.

h ¶ *Dare.*] 14. q. 5. non sane.

i ¶ *Cōducere.*] ad peccādum q̃d. nō licet. 22. q. 4. si ad peccatum. vel p seculari quæstu prohibito clericis: qa nec per se, nec p aliū licet. 98. dist. negotiatorem. & cap. fornicari.

k ¶ *Lites.*] 11. q. 1. te quidem. & qa criminibus materiā creare noscuntur. C. de iud. properandum. in principio.

l ¶ *Rixas.*] 46. dist. §. 1. & in alijs per totum.

ADDITIO. Et nota, q fm Petrum & Ioannē contentiones in verbis, lites in iudicijs, & rixæ in factis consistūt.

m ¶ *Secularibus.*] s. de postulando clerici.

n ¶ *Orphanorum.*] 88. dist. cap. 1. & in aliis pluribus capitulis.

o ¶ *Conductores.*] si tamen conductori succedunt, bene possunt in conductione remanere. ff. de decu. l. decurio. arg.

p ¶ *Procuratores.*] in negotijs secularibus, sed p ecclesiasticis possunt. in Authent. de sanct. episco. §. alium. colla. 9. & 21. q. 3. credo. & cap. Cyprianus. & j. cap. proxi.

q ¶ *Ioculatorem.*] 46. dist. clericum scurrilem.

r ¶ *Aleas.*] 35. dist. cap. 1. & vlt. & in Authent. de sanct. episcop. §. interdicimus. coll. 9. & s. de vi. & hone. cleri. clerici.

s ¶ *Ornamentum inconueniens.*] 21. q. 3. cap. 2. & 3. & s. de vi. & honest. clerico. clerici.

t ¶ *In delicijs.*] 35. dist. ecclesiæ principes.

u ¶ *Pondera.*] j. de empt. & ven. vt mensuræ.

x ¶ *Apostolos.*] Paulum scilicet. 21. q. 1. cap. 2. in fine.

y ¶ *Canes.*] j. de cleric. ven. cap. 1. & 2. & 86. dist. qui venatoribus, & cap. Esau. & cap. an putatis.

z ¶ *Nemo militans.*] 21. q. 3. c. 1. 2. & 3. & j. eod. sed nec.

SAcerdotibus.] Si clerici ministri vel procuratores laicorum deprehendūtur in fraude, non debet eis ab ecclesia subueniri. hoc dicit. Primo ponit prohibitionem. Secundo pœnam transgredientium, vt ibi, Quod si. Abbas.

Alias sunt ei cōtradicēdū, &c. — Ad. c. 2. ad Timot. 2. — Lucas. Luce. Luc. in omnib. Vaticanis. — Cap. 2. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateranēs. sub Alexan. iij. par. 16. c. 17. Et vide Federicum de Sen. consilio. 260. incip. quid si de... — Sequitur qui prohibetur cōducere quēdā, si dure successorie in cōductione, remanet in ea, quod in omnibus similibus seruandum est. Ioan. And. — Concor. l. 3. & ibi glo. C. de reli. & sum. fu. & in l. 3. §. militia. ff. de re milit.

eorum procuratores [a] existant. Quod si, postmodum facere præsumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehēdantur in fraude, indignum est eis ab ecclesia [b] subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari.

¶ Alexan. iij. in concilio Turoneñ. †

i ¶ *Transferentes.*] vnde non tenetur sequi ipsum vagabundũ. ff. de oper. lib. qđ nisi hæc. §. ex prouincia. & sic de sponsa intelligũt quidã illud cap. 34. q. 2. si qs. Sed nõ est verũ, immo de vxore iã cognita.

K ¶ *Liberum erit.*] post tres annos s̃m leges. C. de repu. l. 2. hic hoc intellige de sponsa de futuro, de qua hic loquitur: secus in spõsa de præsenti. j. eod. in præsentia. & j. de secun. nupt. dominus noster.

¶ *Glo. seq. obycit, & soluit, & ponit tres casus, quibus soluuntur sponsalia de futuro.*

l ¶ *Si per eas steterit.*] vnde in culpa fuerunt: quare imponitur eis pœnitentia. Sed si per eas stetit, quare dat ecclesia licentiam ꝯtrahẽdi? Rñdeo, ne deterius inde cõtingat: scilicet periculum fornicationis. sim. j. qui cleri. vel vouen. veniens. sed si per eas non steterit, quo minus matrimonium compleuissent, non imputaretur eis piuriũ. j. eo. sicut. si hoc certum esset. si vero dubium esset, pp tale dubiũ imponitur eis pœnitentia, saltem ad cautelam. Habes ergo vnum casum[3], in quo sponsalia de futuro soluũtur. alium habes s. de iureiur. quemadmodum. Item si ꝯhit cum aliqua per verba de præsenti. j. eo. si inter virum. & j. de spon. duorum. cap. 1. Ber.

[2] Dic, vt not. 3. q. 2. quicunque. Ioan. And.

[3] Casus, in quibus sponsalia dirimuntur enumerat. & explicat B. Thomas in quæstionib⁹ additis ad 1. par. q. 41. art. 3. Syluester in summa verbo: sponsalia. q. 10. Dñicus Sotus lib. 4. sent. distin. 27. q. 2. art. 3. & Couarruuias initio capitis citatum.

¶ Idem Paduano episcopo.

¶ *Non omnis violentia impedit contractum matrimonij. hoc dicit, quo ad titulum.*

CAP. VI.

De † muliere, quæ est inuita tradita viro, & detenta: cum inter vim & vim[a] sit differentia, & vtrum postea consensus intercesserit, certum[b] nobis nihil postea expressisti, nihil certum † inde tibi possumus respondere.

¶ Idem Cantuarien. archiepiscopo.

¶ *Si aliqui apti ad matrimonium contrahunt per verba obscura, communem verborum intellectum sequi tenentur.*

CAP. VII.

Ex † litteris: & infra. ¶ De hoc autem quod consuluisti, quid debeat obseruari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit: Respondemus, quod inspiciendum est iudici, si matrimonium contracturi ad id faciendum sint idonei scientia[c] & ætate[d]: quo cognito, si alter non intellexerit[e] quod alter proposuit[f], ad communem verbi intelligentiam[g] recurratur †, & cogatur vterq; verba prolata in eo sensu retinere, quem solent recte intelligentibus generare.

¶ Idem Vigilien. episcopo.

¶ *Inter sponsam & consanguineos sponsi oritur impedimentum publicæ honestatis impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum.*

CAP. VIII.

Sponsam † alterius (maxime si est nubili[h] ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

¶ Idem abbatibus S. Eadmundi † & Demer. †

¶ *Si vir & mulier inuicem promittunt, quòd ab eo tempore se pro coniugibus habebunt, contractum est matrimonium de præsenti. hoc dicit, & est casus notabilis.*

CAP. IX.

Ex † parte C. † mulieris nobis intimatũ est, quòd Andreas iuramentum præstitit, quòd eam ab † eo tẽpore pro

---

ADDITIO. Pro istis & similibus dantur tales versus:
Lepra superueniens, furor, ordo, sanguis, & absens,
Læsaque virginitas, membri damnum, minor ætas:
Ac hæresis lapsus, fideique remissio prorsus,
Sponsos dissociant, & vota futura retractant.

De muliere.] Communiter nõ summatur quo ad titulum, sed quo ad litteram sic: Incerto quæsito nõ potest dari certa responsio. Abbas.

CASVS. Quædam mulier per vim tradita fuit viro, & detenta: Quærebatur à Papa, an inter eos esset matrimonium? Rñdet Papa: Inter vim & vim est differentia, nec constat an post violentiam consensus interuenerit: & ideo certum Papa non potest dare rñsum. Nota, q inter vim & vim est differentia. Item certa & finita debet esse quæstio, & non duplex, ad hoc q certa dari possit responsio.

a ¶ *Inter vim & vim.*] Hoc ideo dicit: quia duplex est vis siue metus qui cadit in constantem virum, & ille metus excusat, nisi postea consentiret. j. tit. proxi. de illis 2. & alius est metus vanus siue vis, & illa vis non excusat. j. eod. veniens. & cap. consultationi. & s. de his quæ vi metusve causa fiunt, cum dilectus. & ff. de re iudic. si quis alii alio. & ff. quod metus causa. l. 2. Ber.

b ¶ *Certum.*] quia nesciuit quæ violentia fuit illata: vnde certum non potuit dare rñsum. 15. q. 3. graue. & 30. q. vlt. §. vlt. & s. eod. iuuenis. vnde dicit lex: Vt congruum possis habere rñsum, insere facti exemplum. C. de trans. vt rñsum. poterat tñ si voluisset rñdere distinguendo inter vim & vim: vt j. cap. veniens. & cap. consultationi. & de eo qui renuntia. episcopa. cap. 1. Ber.

Ex litteris.] Diuiditur: quia primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, *Respondemus*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam vir & mulier ɔ̃xerunt sponsalia, nec alter intellexit quod alter proposuit, & dicebant se non intellexisse: Quærebatur, quid deberet obseruari? Rñdet Papa, iudex primo debet videre vtrum ɔ̃henies sint idonei ad hoc discretione & ætate: vt per hoc præsumatur pro eo quod dicunt, vel contra: quo facto seu cognito, si alter non intellexit quod alter proposuit, recurrendum est ad communem intelligentiam verborum, & vterq; compellatur verba prolata in eo sensu retinere, quem solent recte intelligẽtibus generare. Nota q in matrimonio discretio & ætas est attẽdẽda & consideranda. Item verba obscure prolata ad communem intelligentiam sunt reducenda.

c ¶ *Scientia.*] idest, discretione: Nam furiosus contrahere non potest, quia non habet consensum. 32. q. 7. neque furiosus. & j. eod. dilectus. nisi per interualla dilucida laboraret. 7. q. 1. quamuis triste. 3. quæst. 9. indicas.

d ¶ *Ætate.*] xij. annorum in muliere. & xiiij. annorum in viro. j. tit. prox. attestationes. & cap. continebatur. vel cum malitia supplet ætatem. j. tit. proxi. de illis 2. & cap. vlt.

e ¶ *Intellexerit.*] idest, si dicat se non intellexisse siue per se, siue per interpretem. ff. de verb. oblig. l. 1. in fi. cum tamen contrarium præsumatur, cum sint eiusdem vulgaris.

¶ *Glossa sequens distin. an actor tantum, an reus, an vterque committat dolum. Secundo arg. non recedendum, &c. alleg. 6. iura. & 2. alleg. in contrarium.*

f ¶ *Proposuit.*] Nota sm canones, si actor tantum dolum adhibet, intelligenda sunt verba, vt reus intelligit, qui non adhibet dolum. 22. q. 5. humanæ. §. item obijcitur. & cap. quacunque. Si vero reus tantum, tunc sm quod actor intellexit. 22. q. 5. §. ex his. & cap. quacunque. & q. 2. ne quis. Si ergo vterque dolum adhibet, locum habet quod hic dicitur, vt verba prolata in suo proprio sensu intelligantur. Et sic est arg. q non est recedendum a significatione verborum, nisi cum constat testatorem aliud voluisse. ff. de leg. 3. non aliter. & j. de verb. signifi. intelligentia. argum. de consecr. distin. 4. retulerunt. & ff. qui & à qui. maio. l. prospexit. quia non ex opinionibus singulorũ, sed communi vsu nomina sunt intelligẽda. ff. de supel. lega. l. Labeo. & s. de decr. ad audientiam. arg. contra. C. de verb. signifi. cum quidam. & de consecr. distin. 2. in calice.

¶ *Glo. sequens de ambiguitate verborum determinat & subdiuidit, ponit primo duo mẽbra. Et primum subdiuidit in duo, secundum in tria, & aliorum tertium iterum in duo.*

g ¶ *Intelligentiam.*] Huiusmodi ambiguitas verborum quãque incidit in iudiciis, quandoque in contractibus: In iudiciis circa litis exordium plus creditur actori q̃ reo. ff. de verb. oblig. inter stipulantem. §. 1. postea in confessionibus vrgeri debet confitens, vt certum confiteatur: alioquin id accipiet quod magis expedit aduersario suo. ff. de confess. certum. ff. de inter. act. de ætate. §. nihil. In contractibus & pactis distinguitur: aut certum est q consenserunt, & tunc valet quod agitur: aut non consenserunt, & tunc non valet quod agitur. ff. de contrahen. empt. & ven. in venditionibus 3. & 30. q. 2. vbi. aut dubitatur quid senserint, & tunc subdistingue: quia aut valet intellectus secundum vnam partem, aut sm vtranque: si secundum vnam partem, commodius est id accipi, vt res de qua agitur magis valeat q̃ pereat. ff. de reg. iur. quotiens idem sermo. & ff. de verbo. oblig. l. quotiens. & s. de fide instrumen. inter dilectos. & j. de verbo. signifi. abbate. si secundum vtranque, tunc id quod verisimilius est, accipiendum est. ff. de verbo. oblig. cum qui calendis. & quod qñque consueuit accidere. 28. distin. de Syracusanæ. vel contra eum fit interpretatio qui pactum apposuit, qui debet legere: id est pactum apertius apponere. ff. de pact. veteribus. & secundum promissorem fit interpretatio, quia liberum fuit stipulatori verba late concipere. ff. de verborum obligat. quicquid.

ADDITIO. De hac materia not. ff. de verb. oblig. quotiens. in stipulationibus.

Sponsam.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q sponsam alterius maxime nubilem & septennem, nullus de consanguinitate viri ducere potest in vxorem. Nota q sponsam consanguinei consanguineus habere non potest.

h ¶ *Nubili.*] Illud, maxime, ponitur proprie comparatiue: quia ex quo habet vij. annos, tenent sponsalia, & ita nullus consanguineorum potest eam habere. j. tit. proxi. literas. & c. accessit. ergo multo fortius impedit; cum est proxima nubili ætati. Idem videtur si est proxima septennio, & doli capax. s. eo. iuuenis. Ber.

Ex parte.] Primo ponit casum narratum. Secundo diffiniendum committit: ibi, *Quia igitur*. Abbas.

CASVS. Quidam Andreas nomine, iuramentum præstitit, q C. mulierem ab eo tempore in antea pro vxore haberet, & ei fidem seruaret: & illa similiter promisit eidem: Quo facto, dictus Andreas illam dimisit, & aliam superduxit: vnde illa mulier domino Papæ fuit conquesta: Dicit Papa, nemini licere suam vxorem dimittere sine manifesta causa fornicationis: & tunc aut debet illam sibi reconciliare, aut viuere continenter ea viuente: vnde mandat

---

¶ Cap. 5. eo. tit. in 2. cõpilatione, & post concilium Lateran. par. 6. cap. 13.

¶ Vox, certum, deest in omnib⁹ antiquis codicib⁹. in vno reperit illo ita: nihil intentioni vt possumus, &c.

¶ Cap. 6. eod. tit. in 1. cõpilatione, & post concilium Lateranen. par. 42. cap. 1. Vide Alexandrũ consil. 152. in 3. volu.

¶ Pro intellectu huius glossæ & seq. vide beatũ Thomã in quæstionibus additis ad 3. par. q. 47. art. 3. & seq. & Magistrum sententiarum, & ibi late Sotum & Doctores lib. 4. distin. 29.

¶ Concor. tex. in l. Labeo. & ibi Bart. ff. de supel. leg.

¶ Cap. 7. eo. tit. in 1. cõpilat. & post concilium Lateran. par. 6. cap. 4. Et vide citatos supra eod. tit. c. ad audientiam. & conc. Trident. sessio. 24. de reformatione matrimonij c. 3. & Decreto. 18. cap. 1. de reformat. lib. 6.

¶ Cadmundi, & de Mesfeia.

¶ Ramesia.

¶ Cap. 8. eo. tit. in 2. cõpilat. & post concilium par. 6. ca. 13. vide citatos sup. glossa.

¶ l. R.

¶ In codice Marbano ab eo tempore pro anteo.

¶ De hoc supra de rescrip. si pro. & ac Ioan. And.

¶ Sequitur, vtrumq; consensu(?) sit, sed in venditione distinctio in tempore vel ante pore, imperfecta est cum pro. Ioan. And.

de mandat dictum Andream compelli, vt illam quam superinduxit, dimittat, & ad primã redeat, & affectu maritali pertractet. Nota quod qui vxorem suam causa fornicationis dimittit, aliã super ducere ea viuente nõ potest, & debet continẽter viuere. Itẽ qui dimissa vxore legitima, contrahit cum alia, debet cõpelli eam dimittere, & ad primam redire.

rum: quæritur, an præcise debeat cõpelli eã ducere, cum aliam ducere non possit? Arg. quod sic. ff. de cõtrahen. empt. si in emptione. §. si emptio. & ff. de sol. Stichũ aut Pãphilũ. & ipse se ad hoc arctauit. ff. si quis cau. l. 2. §. vlt. 15. q. 1. si quis insaniens. immo videtur, quod statim sit matrimonium. j. de condi. ap. de illis. & j. eod. is qui. arg. contra ff. de rit. nupt. generali. & ff. si quis cau. sed & si. §. quæsitum. & ff. de verb. oblig. quotiens. Quidam dixerunt eũ non compellendũ, quia inuitæ nuptiæ, & cætera. 31. q. 2. §. 1. c. 1. & s. eod. præterea. Sed contrarium est verum, quod debeat compelli. Sed vr. quod non sit compellendus eam recipere: quia in veritate nec sponsalia præcesserunt, nec matrimonium: quia cũ dixit: volo accipere vnã de filiabus Titij, nullæ cum aliqua illarũ sponsalia contracta sunt: quia in personam certã cõsentire debuit, & incerta sponsalia non sunt sponsalia. arg. 30. q. 5. nostrates. & arg. ff. de testa. tu. l. duo sunt Titij. & si dico: exhæredo vnum de filijs meis, cũ plures habeam, nullus est exhæredatus. ff. de lib. & posth. nominatim. & certus debet esse hæres, alias non valet testamẽtum. ff. de hære. insti. in tẽpus. §. quotiens. & ff. de manu. testa. cum ex pluribus. Dic quod nõ cõpellitur ex vi sponsaliorum, sed propter iuramentum forte debet compelli, licet ad illam recipiendam non se obligauerit directe, nisi deterius inde contingeret. vt no. s. eod. præterea. & j. in glo. quæ incipit, arg. contra. Ber.

a ¶ *Pro coniuge teneret.*] Et sic contractũ fuit matrimoniũ inter eos. Sed nunquid per illa verba tantum cõtrahitur matrimoniũ, Iuro quod de cætero habebo te pro legitima cõiuge, & econuerso, &c. non videtur: quia ista verba tantum futurum tempus respicere videntur. hæc quæstio ponitur 30. q. 5. c. si quis diuinis. Et dicit Io. quod est matrimonium, secũdũ quod ex illa nouella satis patet: & hic videt Hugo aliter intelligere illa verba, scilicet, quod post matrimonium cõtractum de præsenti accedant illa verba, vt notaui: ibi. Arg. contra. s. eod. de illis. Ber.

b ¶ *Eandem.*] supple, & cum alia cõtraxit.

c ¶ *Manifesta.*] probata scilicet, & sententia subsecuta: quia alias non licet dimittere. 33. q. 2. seculares. & §. in hoc. & 35. q. 6. multorum. & j. de diuor. porro.

d ¶ *Continere.*] quia non potest cum alia contrahere. 32. q. 1. dixit. & si cum alia postea fornicaretur, compelleretur redire ad ipsam, non obstante sententia. infra de diuor. ex litteris.

coniuge [a] teneret, & ei sicut vxori suæ fidem seruaret. Ipsa quoque eidem Andreæ iurauit, se illum pro marito habituram †, & fidem ei tamquam viro proprio seruaturam: quo facto, prænominatus A. reliquit eandem [b]. ¶ Quia igitur nemini licet vxorem suam, sine manifesta [c] causa fornicationis dimittere, & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere [d]: Mandamus quatenus eundem, vt superinducta dimissa, ad vxorem suam redeat, & eã maritali affectione pertractet, monitione præmissa, per ecclesiasticam censuram cogatis [e].

d ¶ Idem Pictauien. † episcopo.

¶ *Qui iurauit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum, per censuram ecclesiasticam contrahere compellitur.*

CAP. X.

ij EX † litteris Siluani episcopi accepimus, quòd cum duo nobiles viri sui episcopatus G. † scilicet de Monstra, & B. filios & filias impubescentes haberent, inter se conuenerũt, quòd eos adinuicem matrimoniis copularent: & hoc tam patres [f] † quàm filij, sub iuramento [g] † se promisere facturos: inter quos siquidem G. filiam alterius consentiente patre, se iurauit ducere in vxorem: quo volente ad alia vota migrare, eum episcopus compellere voluit, vt quod iurauerat, adimpleret: & infra. ¶ Quia igitur prædicto G. periculosum est, contra suum iuramentum venire: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas [h]: & si nõ acquieuerit monitis, ecclesiastica censura compellas [i], vt ipsam (nisi rationabilis [k] causa obstiterit) in vxorem recipiat, & maritali affectione pertractet.

¶ Idem archiepiscopis & episcopis & aliis prælatis per Angliam constitutis.

¶ *Per censuram ecclesiasticam pater compellitur restituere filio eius vxorem, quã iniuste detinuit, vel detinet.*

CAP. XI.

NOn † est vobis (sicut arbi-

e ¶ *Cogatis.*] & superinductam, si nollet ab ea recedere, vel si impedimentum præstaret, posset excõicari. j. eo. Veniens. in fi. Ber.

g ¶ *Ex litteris.*] Primo ponit casum narratum. Secundo committit ipsius diffinitionem: ibi, *Quia igitur.* Abbas.

Casvs. Duo nobiles viri Siluanen. episcopatus, scilicet G. & B. filios & filias impuberes habebant: conuenerunt inter se, quod eos adinuicem copularent, quod promiserunt adinuicem facturos, & hoc tam parentes quam filij iurauerũt: vnus illorum, scilicet G. filiam alterius cõsentiente patre iurauit ducere in vxorem: postmodum vero voluit aliam ducere in vxorem: Episcopus cõpellebat eum ducere illam, quam iurauerat: Quæsiuit episcopus a Papa, quid esset in hac causa faciendum. Respondet Papa, periculosum esse dicto G. contra iuramentum suum venire: mandat Pictauien. episcopo, vt si de hoc sibi constiterit, moneat illum & compellat, quatenus ipsam recipiat quam iurauit, & eam maritali affectu pertractet, nisi rationabilis causa impediat. Nota quòd sponsalia contrahi possunt per verba generalia. Item iuramentum impuberis tenet. Item compellitur quis accipere illã quam iurauit se ducturum in vxorem.

¶ *Glossa sequens alleg. vnam concor. obycit, & soluit.*

f ¶ *Tam patres.*] sim. 31. q. 3. si qui parentes. Sed videtur quod istud iuramẽtũ nõ valeat, & sit anceps periuriũ, cũ sit de facto alterius. ff. re. amo. Marcellus. §. 1. & ff. de in lit. iur. videamus. Et arg. ad hoc ff. de verbo. oblig. stipulatio ista. quia vt ibi dicit, qui alienum factum promittit, non obligatur: tamen hic factũ suum potius promiserunt, vt procurarent bona fide, quod filij contraherent: vt ea lege, & in illa stipulatione. Ber.

¶ *Glossa seq. obycit & soluit, secundo quærit. alleg. pro, & contra, ponit opi. quam reprobat, reprobationem impugnat. Impugnationi respondet.*

g ¶ *Quam filij sub iuramento.*] illi erant impuberes, vnde nõ tenuit iuramentum. 22. q. 5. paruuli. & c. pueri. & 5. q. 3. c. 1. Sed illa intelliguntur cum ad testimonium perhibendum inducuntur, sed alias si sint doli capaces, bene tenet iuramentum. j. de delic. pue. pueris. Hic ponit Lau. talem quæstionẽ: Aliquis iurauit accipere in vxorẽ vnã de filiabus Titij, & postmodũ dormiuit cũ vna illa-

h ¶ *Eum moneas.*] & si non acquieuerit. arg. quod admonitio semper debet præcedere vindictã. 12. q. 2. indigne. & j. de sen. excõ. sacro.

¶ *Gl. seq. signat contrarium, dupliciter sol. vtramque solutionem impugnat: & in fine ponit tertiam solutionem. Iterum obycit, & soluit.*

i ¶ *Compellas.*] Arg. contra. j. eo requisiuit. Hoc consueuit intelligi pluribus modis: quod hic dr̃ de rigore intelligitur, ibi de misericordia, ne deterius inde contingat. arg. s. eo. præterea. Vel conditionaliter sunt cogendi, vt de nolentibus fiant volẽtes, sed nõ finaliter. 23. q. 6. vides. Sed neutra solutio vr̃ sufficere, quia ille mortaliter peccat veniendo contra iuramentum. ergo potest cõpelli finaliter. 24. q. 3. tam sacerdotes. & c. ecce autẽ crimina. Sed quomodo potest ille excõicari, quia nondum venit contra iuramentũ? Potest dici, quod ille qui iurauit, de iure cõi compelli debet, vt iuramentũ seruet, licet nondum sit transgressus. quia post transgressionẽ contrahendo cum alia per verba de præsenti nõ posset vlterius cõpelli, cũ iam fortius vinculũ superuenerit, & ecclesia nõ solũ peccata commissa punire debet (vt dicũt iura prædicta) sed etiam cõmittenda prohibere [4], vt si videat aliquẽ vicinũ præcipitio, vel paratũ ad peccandum. 93. dist. diaconi. 23. q. 4. ipsa pietas. & 22. q. 5. hoc vr̃. alioquin consentire videtur. 83. dist. quasi per totum. & sic debet ecclesia excõmunicare, & facere quod potest: quia excõicatio est medicinalis. 2. q. 1. multi. & 24. q. 3. corripiant. & c. notandũ. & hoc solum bene agit, vt vita hominũ corrigatur. 23. q. 5. prodest. Hoc quidem ius commune est, casus tñ potest esse, vbi non compellit finaliter ex causa. vt in c. requisiuit. j. eo. & causa redditur in littera ipsius c. requisiuit. & s. eod. præterea. ex causa quandoque detrahitur seueritati, vt 50. dist. vt constitueret. Vel potest exponi littera ipsius c. requisiuit. potius monenda quam cogenda, id est, prius monẽda, & postea cogẽda, nisi acquiescat? & ita nõ contradicit illo modo, immo concordat cũ ista: tamen si contrahat cum alia, tenet contractus, & absoluetur, nec compellitur finaliter. Ber.

k ¶ *Rationabilis causa.*] puta consanguinitas, vel affinitas, vel aliquod aliud perpetuum impedimentum.

NOn est vobis.] Primo narrat factum. Secundo prouidet: ibi, *Nec itaque.*

Casvs.

tramur) incognitum, qualiter rex Anglorum pro discordia, quæ inter ipsum & filios suos est suborta [f], vxores eorum detineat: & infra. ¶ Nos itaque attendentes, iustum & honestum esse, vt viri suas petant vxores: Mandamus, quatenus eundem regem, ad eas restituēdas sollicite moneatis: & si iuxta commonitionem vestram, filijs suis vxores [a] suas infra certum terminū non restituerit [f], extunc in quacunque prouinciarum [b] vestrarum detinentur vel trāsferuntur, donec ibi fuerint [c], nulla diuina officia (præter baptismum [d] paruulorū, & pœnitentias morientium [e]) celebretis, vel permittatis aliquatenus celebrari.

¶ Idem episcopo sanctæ Agathæ.

¶ *Dictum vnius afferentis impedimentum, impedit matrimonium contrahendum non iuratum.*

CAP. XII.

ij PRæterea [f] de muliere, quæ à viro impetitur, cuius cōsanguineus cum ea se deliquisse [f] se proponit, sed hoc publice [f] confiteri recusat propter metū & potentiam mulieris: Taliter respondemus, vt matrimoniū ipsum fieri (nisi iuramentum [g] interuenisset [f]) districte prohibeas, ne deterius inde cōtingat.

¶ Idem procuratori & canonicis Soran.

¶ *Si mulier inuita cum aliquo cōtrabat, nec in eum postea consentiat, tenet matrimonium si alteri postea nubit. Ita communiter summatur. Et secundum hunc intellectum esset hic casus apertus, quòd matrimonium metu cōtractum esset ipso iure nullum. hoc tamen clare non colligitur ex litera.*

CAP. XIII.

VEnieus [f] ad Apostolicā sedem Mariota supplici insinuatione mōstrauit, quòd quēdam adolescentem adamauit intantum, quòd [f] vterque de matrimonio contrahendo, sub trium personarum testimonio præstitit [f] iuramentum: quod parentes mulieris ipsius ignorantes, eam inuitam & reclamantem [h], in vxorem alij tradiderunt: quem ita exhorruit, quòd se ab eo nullo modo cognosci [i] permisit. Cumque publice fateretur, quòd à priori viro cognita esset atque iurata, episcopus Soranus, cognito, quòd proxima inter [k] eos esset linea consanguinitatis, ipsos abinuicem separauit [l]. Cæterū cum causa ipsa tractaretur [m], & viro, cui tradita fuerat à pa-

---

CASVS. Inter regem Anglorum & filios eius, orta fuit controuersia, propter quod rex Anglorum detinebat vxores filiorū ipsius, ita q̃ mariti ad eas accedere non valebant: Conquesti sunt dño Papæ filij regis: mandat Papa archiepis & episcopis p Angliam constitutis, quòd cum sit iustū & æquum, vt viri suas petant vxores, quatenus dictum regē moneant, vt filijs suis vxores eorū restituat: qđ si ifra terminū statutum non fecerit, extunc in quacunque terra vel pūincia detineant, vel etiā transferantur, donec ibi fuerit, nulla diuina officia celebrentur, vel pmittatur aliquo modo celebrari, præter baptisma paruulorū, & pœnitentias morientium. Nota quòd mitius agitur cū regibus & principibus, q̃ cum alijs. Itē pp delictū dñi tota terra supponitur interdicto. Itē in generali interdicto ista sacramēta excipiunē, scilicet baptisma paruulorū, & pœnitētia moriētium.

¶ *Gl. seq. recita. p quæstionem quo iure, &c. soluit distinguendo.*

a ¶ *Vxores.*] Possunt enim filij regis petere vxores suas p interdictū de liberis exhibendis, imo de vxore exhibenda. ff. de liber exh. imo. & C. eo. tit. si ad instar. & C. de nup. si iniuria. Et hoc habet locū cū inuita detinetur vxor, sicut hic. Si vero volens, detinet tunc p officiū iudicis vel epi loci: Cum enim volens detinetur filius, nō datur interdictum de lib. exhib. nisi iter duos, q dicūt se esse pñes vel dnos, & cōtrouersia esset. ff. de lib. exhib. l. vlt.

b ¶ *Prouinciarum*] sic ergo pro delicto vnius, tota prouincia interdicitur: vt s̃. de offi. deleg. tane 2. Ber.

¶ *Glossa sequens arg. à contrario allegat 2. iura, & vnam legem in cōtrarium. Secundo quærit, & soluit.*

c ¶ *Donec ibi fuerint.*] Ergo videtur quòd postq̃ inde recesserint possint celebrare. arg. ff. de postulan. Imperator. C. ex qui. cau. infa. irro. & si seuerior. arg. contra. C. eo. tit. ad tempus. Dico quòd hic est suspensio iuris, & cū temporis diffinitione, & ideo tēpore elapso non indiget absolutione, & ita illis recedentibus celebrabūt [1]. sim. 81. dist. si q̃ sunt pbyteri. Vin. Sed nunqd tunc possint celebrare submissa voce, & ianuis clausis? Nō: nisi essent priuilegiati. j̃. de priui. quod nonnullis. vel nisi esset episcopus. j̃. de priui. quod nōnullis. & singulariter in conuentualibus ecclesijs bini & bini possunt dicere horas suas, vt legere videantur potius quàm cantare. j̃. de pœn. & re. quod in te. B.

d ¶ *Baptismum paruulorum.*] Ista duo sacramēta semp excipiunē de quolibet interdicto, quia sunt sacramēta necessitatis. 1. q. 1. cap. remissionē. §. sed notandū est. & cap. si quis hæreticæ. §. ecce si clericus. & melí² 32. dist. c. pter. §. veru. vnde etiā i necessitate possūt recipi ab hæretico. 24. q. 1. si quē forte. secus de alijs. 24. q. 1. cœpit.

e ¶ *Pœnitentias morientium.*] & præter cōionem, quæ viaticum appellatur. j̃. de pœ. & remis. q̃ in te. & etiam suscipientibus signū crucis, & peregrinis pœnitentia conceditur: vt in c. quod in te B.

ij P*Ræterea.*] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, *Taliter.* Abbas.

CASVS. Quidam vir volebat ɔ̃here cum quadam muliere: Consanguineus illius viri dicebat, se deliquisse cum ea, sed illud non audebat confiteri propter potentiam mulieris: Quæritur quid iuris? Respondet Papa, quòd matrimonium illud fieri non permittitur, ne deterius inde contingat, nisi iuramētum interuenisset. Nota q̃ matrimoniū ad dictum vnius impedit, ne pbatur. sed si iuramentum interuenisset, propter dictum vnius non impeditur.

Glossa sequens recitatur per quæstionem, an publice confitenti credendum sit: & soluit quod non, duplici de causa.

f ¶ *Publice confiteri.*] Quid si publice confitetur? Duplici ratione nō debet ei credi: Primo quia vnius cōfessio in alieno facto nulla est. 4. q. 4. c. placuit. §. item in criminali. ver. itē vnius testimonium. & j̃. de testi. veniens 1. Secundo quia turpitudinem suā confitetur. j̃. de dona. inter dilectos. 14. q. 5. non sane. & j̃. de eo qui dux. in matrimo. c. 1. [2] sed cōsanguineo reuelare tenetur. 35. q. 3. si homo.

g ¶ *Nisi iuramentum.*] & ita si iuramētū interuenit, nō debet matrimonium prohiberi pp cōfessionē illius secretā, nisi aliter pbaretur: nā si legitima affinitas pbaretur, impediret matrimoniū nō obstāte iuramēto illo, qđ habuit cōditionē annexā: scilicet, nisi iusta causa prohibeat. j̃. de iureiu. quēadmodum. immo iam ɔ̃tractum separaret. j̃. de eo q cog. cōs. vxo. suæ. de illo. Si vero iuramētū nō interuenisset, ad testimoniū vnius, siue ad famam impediretur matrimonium ɔ̃hendū. s̃. de testi. sup eo 2. §. 1. & j̃. de cōsangui. & affinita. sup eo. & hic.

V*Enies.*] Primo narratur factum. Secundo diffinitionem committit: ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Quædā iuuenis mulier M. nomine, intantū adamauit quēdā iuuenē, q̃ vterque illorum in pñtia trium testium præstitit iuramentum de matrimonio inuicem cōtrahendo. Parentes mulieris hoc ignorātes, eam inuitam reclamantē cuidā alij tradiderunt: sed illa ipsum ita exhorruit, q̃ nullo modo ab ipso cognosci se pmisit, & cœpit publice confiteri, q̃ à primo viro cognita fuit & iurata: Tandem eps diœcesanus cognito, q̃ illi essent cōsanguinei, eos abinuicē separauit: Sed dum causa tractabatur, & illa nollet cōsentire viro, cui à parentibus tradita fuerat, ipse vir aliam duxit in vxorē, & illa cuidā alij T. nomine fuit publice desponsata: de quo postmodū filium genuit: pater illius viri ei opposuit, q̃ filium suum in virum habere non poterat, eo q̃ ab alio viro, qui iam defunctus erat, desponsata fuerat: Vnde mulier illa ad dñm Papam accessit, exponens ei omnia supradicta: Mandat Papa quibusdam, quatenus si inueniāt, q̃ prædicta mulier à priori viro iudicio ecclesiæ fuerit separata, & ab illo T. sine ɔ̃dictione ecclesiæ in vxorem traducta, & ille cui à parētibus tradita fuerat, de pñti vita decessit, moneāt dictū T. & cōpellant, vt præfatam M. recipiat in vxorē, & eam maritali affectione pertractet: quod si non fecerit, eum, & superinductā, & patrem ipsius, si contradixerit, excōicationi subijciant. Nota q̃ coactū matrimoniū est nullū. Item omnes impedientes iurisdictionē iudicis, sine exceptione sunt excommunicandi: quia per hoc efficiuntur de iurisdictione ipsius iudicis.

h ¶ *Reclamantem.*] ergo non fuit matrimonium. 31. q. 2. c. 1. & 2. & j̃. eod. c. proximo.

i ¶ *Cognosci permisit.*] quod si fecisset, amplius reclamare nō posset j̃. de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adulterium. c. 1. & j̃. qui matrimo. accusa. pos. insuper 3.

k ¶ *Inter eos.*] scilicet, ipsam mulierem, & primum virum.

l ¶ *Separauit.*] 35. q. 3. progeniem. & c. contradicimus.

m ¶ *Tractaretur.*] cum secundo, vel potius cū primo. Bernard.

a ¶ *Nupsit.*

a ¶*Nupsit.*] quod fieri nō debuit lite pendente: vt arg. ī. de spon. duo. tua fraternitas. de hoc habes ā. eo. cum in Apostolica.
b ¶*Decessit.*] maxime, quia idem esset si viueret: quia si inuita tradita ei fuit, nullum fuit matrimonium. s. ī. c. proximo.
¶ *Glossa sequens arguit in fine.*
c ¶*Recipiat.*] Ergo pp solum scandalum non separatur matrimoniū: quia iudicium ecclesiæ nō expectauit. ī. eo. cū in Apostolica. & ī. de matrimo. contrac. contra interdi. eccle. c. 1. & 2. Et est hic argu. quòd non præstat impedimētū, quod de iure nō sortitur effectum. s. de iure patro. illud. cū suis concor.
d ¶*Restiterint.*] Omnes impedientes iurisdictioné iudicis possunt excōicari. s. de offi. delega. c. 1. & s. de testi. tam litteris. Ber.

CVm locum.] Primo ponit regulam. Secūdo infert genus: ibi, *Matrimoniū.* Tertio speciē: ibi, *Quocirca.* Abb.
CASVS. Inter duos ciues Papień. quæstio vertebatur super matrimonio cuiusdā puellæ: vterque dicebat se matrimonium cum illa cōtraxisse: mulier timebat violentiam sibi inferri à prædictis, qui eam petebant: quæsitū fuit à Papa quid fieri deberet. Respōdet, vbi metus vel coactio intercedit, cōsensus locū habere non potest: sed vbi consensus requirit, metus vel coactio debet repelli & matrimonium solo cōsensu cōtrahitur: & sic omnis metus vel coactio debet repelli, ne per timorem dicat sibi placere quod odit: vnde mandat Papa episcopo Papień. vt puellā illam de cuius matrimonio quæritur, ponat in domo aliqua, vbi nullo modo timeat, & faciat eā custodiri honeste, donec causa fuerit per sententiā terminata. Nota, q matrimoniū solo consensu contrahitur. Item inuita matrimonia fieri non debent. Item iudex locum securum debet partibus prouidere.

rentibus, consentire nollet, ipse aliam in vxorem traduxit, & illa cuidam T. nomine, publice in conspectu ecclesiæ nupsit [a]. Tandem † cum de illo filium genuisset, pater ipsius T. ei opposuit, quòd filium suum non potuit in virū habere, eo † quòd alij, qui defunctus est, prius desponsata fuisset: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si inueneritis, quòd prædicta mulier à priori viro, iudicio ecclesiæ fuerit separata, & ab eodem T. sine contradictione ecclesiæ in vxorem traducta, & ille cui à parentibus fuit † copulata, de præsenti vita decessit [b], prædictum T. monitione præmissa compellatis, vt præfatam Mariotam recipiat [c], & studeat maritali affectione tractare: alioquin eum, & superinductam, & patrē eius † (si huic rei restiterint [d] †) excommunicationi subdatis.

¶ Idem Papień. episcopo.

¶ *Si timetur inferri violentia puellę, de cuius matrimonio agitur, debet iudex sibi prouidere locum tutū & honestum, donec causa terminetur. hoc dicit: Et est textus multū allegabilis.*

CAP. XIIII.

CVm † locū non habeat cōsensus, vbi metus [e] vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiusquam requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo [f] consensu cōtrahitur: & vbi de ipso [g] quæritur, plena [h] debet securitate ille gaudere, cuius est animus indagādus [i], ne per timorem dicat sibi placere quod odit, & sequatur exitus [k], qui de inuitis solet nuptiis prouenire [l]. ¶ Quocirca mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio quæstio ventilatur, in domo, in qua nihil eā timere [l] oporteat, facias honeste teneri, donec [m] prædicta causa terminata fuerit, & † sententia sine cōtradictione cuiusquā valeat executioni mandari.

¶ Idem.

¶ *Sponsalia de futuro, si secuta est copula, non soluuntur per sponsalia de præsenti, aliàs tenent sponsalia de præsenti, nisi per metum qui potuisset cadere in constantem virum, contracta sint.*

CAP. XV.

VEniens † ad nos G. sua nobis relatione monstrauit, quòd in domo sua mulierem quandā recepit [n], de qua prolem habuit, & cui fidem corā pluribus præstitit [o], quòd eam duceret in vxorem: Interim autem cum apud domum vicini sui pernoctauerit [p], eius filia nocte illa secum concubuit: quos pater puellę simul in vno lecto inueniens, ipsum eā per verba de præsenti desponsare coegit. Ideoque mandamus, quatenus si inueneris, quòd primam post fidem præstitam cognouerit [q], ipsum cum ea facias remanere: alioquin secundæ, (nisi metu coactus, qui posset † in virum [r] † cōstantem cadere, eam desponsauerit) adhærere facias vt vxori [s].

¶ Idem Exoneń. † episcopo.

¶ *Qui iurauit cum aliqua contrahere: si vult religionem ingredi, debet primo contrahere, vt iuramentum seruetur, & ante copulam carnalem monasterium ingredi poterit.*

mur. & 33. q. 2. siue. & ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. alioquio potest appellari si requisitus iudex hoc non fecerit [3], ā. vt lite non contesta. accedens 2. & ā. de appella. ex parte 1.
m ¶*Donec.*] id est, quousque constet de matrimonio istius puellæ inter eos qui illam petunt [3], & cui ipsa consenserit: sic stabit quasi in sequestro in loco tuto: ista puella timebat sibi inferri violentiam à quibusdam nobilibus ciuibus Papień. & ideo ne raperetur ab illis, ponitur in loco securo: postq̄ constiterit cui consenserit, tradetur ei, vt hic in fine.

VEniens ad nos.] Primo ponit casum: Secundo diffiniendum committit: ibi, *Ideoque.* Abbas.
CASVS. Quidam nomine G. quandam mulierē in domo sua recepit, de qua prolē habuit, & ei postmodum fidem dedit, q eam duceret in vxorem: post hoc accessit ad domū vicini sui, & cum nocte illa in domo vicini stetisset, inuentus fuit cum filia vicini dormiuisse: Pater puellæ inueniens illos simul in lecto, compulit eum accipere in vxorem filiam suam, per verba de præsenti: iste G. accessit ad Papam, & exposuit ei prædicta: vnde mandat Papa episcopo loci, quatenus si inuenerit quòd primā mulierem post fidem datā cognouerit, cum illa remaneat: Si vero post fidem datam non cognouerit, maneat cū secunda, nisi per talem metū fuisset cōpulsus eam accipere in vxorē, qui potuisset cadere in constantē virum. Nota q si fides data sit de aliqua ducenda, si postea carnalis copula interueniat, inducitur statim matrimoniū præsumptū. Itē matrimonium cōtum per metū qui cadit in constantē virum, non tenet.
n ¶*Recepit.*] vt concubinam.

e ¶*Metus.*] qui posit cadere in cōstantem virum. ī. c. proxi. & c. cōsultationi. in fi. & ff. quod met. cau. metum. minor tamen metus magis excusat fœminam quam virum. arg. 32. q. 6. indignantur. & arg. ī. de homi. sicut dignum. 1. respon.
f ¶*Solo consensu.*] 27 q. 2. sufficiat. & ita omnia quæ dicuntur 30. q. 5. aliter. & cap. nostrates. referuntur tantum ad solemnitatem.
g ¶*De ipso.*] scilicet consensu. Bernardus.
h ¶*Plena debet.*] ille vel alla, qui in aliū vel aliam cōsentire debet.
i ¶*Indagandus.*] id est, inquirendus ad consentiendum.
k ¶*Prouenire.*] quia quod qs non diligit, facile contemnit. 20. q. 3. præsens. & ā. co. præterea 1. & ī. eo. requisiuit. & 31. q. 2. §. 1.
¶ *Glossa sequens arguit quod iudex, &c.*
l ¶*Nihil ea timere.*] est ergo hic arg. q ad officium iudicis pertinet, locum securum assignare partibus, & honestum. 3. q. 9. horta-

o ¶*Præstitit.*] post prolem susceptam: & sic sponsalia de futuro ɔ̄facta fuerunt: vnde si postea antequam contraheret cum alia, illam cognouit, inductum fuit matrimonium præsumptum: ɔ̄ quam præsumptionem probatio in contrarium non admittitur. ī. eod. is qui. & ī. de condict. appo. de illis. Bernard.
p ¶*Pernoctauerit.*] Pernoctare, totam noctē significat. ff. de verb. signi. Vrbana. § pernoctare. sic. ī. de accusat. si confiteretur. Tan.
q ¶*Post fidem præstitam cognouerit.*] Quod si ita est, matrimoniū est inter eos, vt dixi: q̄uis non credebat tali tacito consensu ɔ̄here. velut si qs se filium familias existimauerit, cum sit pater familias, poterit acquirere hæreditatē. ff. de condi. & demon. multum interest.
r ¶*In virum constantem.*] quia tūc nullum fuit matrimoniū. ī. eo. consultationi. q2 libertatem debet habere qui consentit. ā. c. prox. Quis metus excuset, & quis nō, dictum est ā. de his quæ vi metusve causa fiunt, cum dilectus. & cap. abbas.
¶ *Glo. seq. rōnē reddit dcto arg. alleg. duas leges, & vnā alleg. in ɔ̄trium.*
s ¶*Vt vxori.*] quia fortius vinculum superueniens præiudicat primo. ī. de

mo. j. de sponsa duo.c.1.sicut matrimonium adoptioni. ff. de rit. nop. non solum. §. 2. [1] Et est hic.argu.q licet culpa mea inciderim in metum, nihilominus excusor pp metũ. argu. ff. q met.cau.nec timorem.cum l.seq.argu.contra.ff.eod si mulier. Bernar.

[1] Pone casum: Si filius meus filiã quã tua pupilla fuit, ducit vxorem, demũ ipsum filiũ vel me adoptas, tunc peditur ado ptio.ip.An.

C Ommissum.] Communis diuisio.Secũda pars:ibi, *Fraternitati*. Abbas.

CASVS. Quidam dedit fidẽ cuidã mulieri q eam duceret in vxorem, & q cum ea per verba de præsenti contraheret infra bienniũ interposito iuramento: postea vero priuata lege ductus, volebat intrare religionẽ. Dubitabatur, an posset pp iuramẽtum: quæritur qd iuris? Respondet Papa, q tutius est illi iuramẽti religionẽ seruare, vt prius contrahat, & postea poterit religionem intrare, dummodo carnalis copula inter eos non interuenerit. Nota, q iuramentum seruandũ est, dũmodo sine peccato seruari possit. Itẽ ante carnalẽ copulam poterit alter cõiugum religionẽ intrare, etiam altero inuito.

a ¶ *Lege*] 19.q. 2.duæ sunt.& ĩ.de regu.licet. & ĩ.de renun.nisi cum pridem.§.sed dices.

¶ *Gl. seq.obijcit, & soluit, Iterum obijcit, & soluit.*

b ¶ *Tutius.*] Sed contra videtur: quia dicit: Qui se dat nuptui, bene facit: q se nõ dat nuptui, melius facit: vt 27.q.1.nuptiarũ. & vtrũque expedit, sed vnum plus, alterũ minus. 28.q.1.sic enim neq;. ver. ideo. & sic tutius esset nõ cõtrahere, saltẽ pp periculũ carnalitatẽ exigendi postea debitũ. Non cõdicit:qa hoc faciendo potest vtrunq; seruare, & iuramentum & ppositum suũ, & ideo dicit; tutius: Vel dic, tutius, saltem quo ad opinionẽ, ne de facto dicat iste venire cõ iuramentũ. præterea nõ vr infringere iuramentũ, q illud in melius cõmutat.ĩ. de iureiur. peruenit.ĩ. de vo.& vo.redem. scripturæ.& sic ille intrãdo religionem seruat iuramentum, & ita tutius est non cõtrahere. & qui bona agunt, si meliora deliberata nõ faciunt, ceciderunt in cõspectu Dei. 17.q.1.qui bona.& si cõtrahat, videtur facere cõ conscientiam, & sic peccat:ergo nõ est tutius.28.q.1.c.omnes.§.ex his. Sed dicas: iste nullum votum emisit, sed ad votum suspirat: vnde non debet dici voti transgressor, etiã si non intret religionẽ, si amplius non processit.ĩ.de vo.& vo.redem.litteraturam, & non facit cõ ppositum suum: quia licet gerat in corde virginitatem, consentire potest in matrimonium. 27.q.2. Beata Maria. Potest ergo seruare vtrunque, vt dixi, si vult: tamen sine peccato potest intrare religionẽ, & non contrahere. Bernardus.

[2] Cap.4.eo. tit.in 2. cõpilat.

De materia vide Magistrum sen ten. lib. 4. distin.17.§. hoc autẽ ob togatis. & ibi Soto q. 2.art.4.

[3] Verbum, transire, deest in antiquis, & in restitutio huius impressis magis emendatis, in antiqua tamẽ compilatione legitur suam frugẽ melioris vitæ suspirat consulare.

[4] Rapulen. Rabulen. Abulen. hoc vltimũ placet, nisi Capuano, aut Crapulẽ si. legas, vt alij dictitãt.

[5] Cap. 12. eo.tit. in 1. compilat.& post concilium Lateranen. sub Alexan. iij. par.41.c. 6.

Et de intellectu vide Couaruuiã in epitome lib 4. decretalium par. 3.cap.4. ad. de Fragmẽtis de Vittoria in relectiõe de matrimonio par. 1.& concilium Tridentinũ supra in c. cum locũ.

CAP. XVI.

C Ommissum † : & infra. ¶ Significauit nobis fraternitas tua, quòd quidã cuidam mulieri de contrahendo matrimonio fidẽ dedit, & se cum ea infra biennium per verba de præsenti contracturum, præstito iuramento firmauit: nunc autem priuata lege [a] ductus, ad frugem melioris vitæ transire † suspirat: & infra. ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd tutius [b] est ei (religione iuramenti seruata) prius contrahere, & postea, si elegerit, ad religionem migrare, si tamẽ post desponsationem copula non dignoscitur interuenisse carnalis.

¶ Lucius tertius Rapalen. † episcopo.

¶ *Qui iurauit cum aliqua cõtrahere, moneri potius debet quàm compelli, vt contrahat. hoc dicit inhærendo litteræ.*

CAP. XVII.

R Equisiuit † à nobis tua fraternitas, qua censura mulier compelli debeat, quæ iurisiurandi religione neglecta nubere renuit, cui se nupturam interposito iuramento firmauit: & infra. ¶ Ad quod breuiter respondemus, quòd cum libera [c] debeãt esse matrimonia, monenda est potius, quàm cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

R Equisiuit] Duæ sunt partes. Consultatio & responsio. Secũda: ibi, *Ad quod*. Abbas.

CASVS. Mulier quedã iuramento interposito pmisit cuidã viro, q cum eo cõtraheret:postea vero volũtate mutata nolebat cum eo cõtrahere: quæritur qua censura sit ad hoc compellenda? Rñdet Papa, q matrimonia libera debent esse, & non coacta: & ideo monenda est potius q̃ cogenda: quia coactiones huiusmodi frequenter solẽt difficiles exitus habere: Vel prius est monenda:& nisi acquieuerit, postea compellenda. Nota, q matrimonia libera debent esse, non coacta. Item s̃m vnam lecturam videtur, q ecclesia dispenset hic contra iuramentum propter rationem quæ hic redditur. Item coactiones difficiles exitus solent habere.

¶ *Glossa sequens allegat septem concor.obijcit, & soluit, & remittit.*

c ¶ *Cum libera.*] ĩ.eo. cum locũ.& arg.ĩ.de pcu.accedẽs. & ĩ.eo. præterea 1.& 31.q.2.§.1.& c.1.& 3, 20.q.3.psens. Sed nunqd erit minus libera, si compellatur ex postfacto, ad qđ iureiurando se astrinxerit? Videtur q non, quia nec inuitus crescere ad ordines dr̃, qui pp iam susceptum beneficium ad ordines vrgetur. 60. dist.innotuimus.& ĩ.de æta.& quali c.1.& c. quæris. [5] cum sponte susceperit beneficium: & non dr̃ inuitus q propter volũtariã pmissionẽ vrgetur ad promissi solutionem. 12.q.2. qcunq; 2. Item pp delictũ præcedens quandoque qs cõpellitur ad matrimoniũ. ĩ.de eo qui dux. in matri.quã pol. p adulte. c. 1. & ita vr q ista cõpellenda sit. Simi. ĩ. eo.ex litteris.arg. 22.q. 4.inter cætera. Sed littera ista cõtradicit; potius monenda q̃ cogenda. Sed expone; potius monẽda, idest, prius monenda, & postea cogenda pp iuramentum suum. similis expositio. 23.q.4. non inuenitur. in fin. [3] Dic sup hoc quod dixi ĩ. eo. ex litteris. Ber.

[5] Et supra de clerico cum in con clusio. An.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Litis pendentia super matrimonio non impedit secundum matrimonium contrahi, si primum erat nullum.*

CAP. XVIII.

C Vm † in Apostolica: & infra. ¶ Intelleximus, quòd cum inter villicũ de N. & vxorem eius, matrimonij quæstio tractaretur †, ante publicationem testium villicus reuersus ad propria †, publice inter se & vxorem suam proposuit sententiam diuortij, iudicio ecclesiæ promulgatam: & sic falsitate suggesta [d], quandam aliam facti nesciã [e] † sibi copulare præsumpsit. Postmodum vero super prioris matrimonij quæstione litteris impetratis, delegati iudices sententiam diuortij protulerunt. Verum quia villicum, & mulierem quam superinduxit, pendente lite prioris vxoris, inuicem asseris consensisse: Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd imposita [f] viro pœnitentia competenti, & infra pœnitentiæ tempus carnali commercio [g] interdicto, postmodũ in maritali copula poterunt remanere [h].

C Vm in Apostolica.] Primo cõsultatio. Secũdo responsio: ibi, *Consultationi*. Abbas.

CASVS. Matrimonialis causa vertebatur inter quẽdã virũ & vxorẽ eius corã ordinario: ante publicationẽ testium ille reuersus domũ cœpit publice dicere, q inter ipsum & vxorẽ suã sentẽtia diuortij fuerat promulgata, & sic falsitate suggesta, quandã aliam facti nesciã in vxorẽ accepit: Postmodum vero per quosdã delegatos, quibus causa fuit commissa, sententia diuortij fuit lata: Dubitauit diœcesanus, vtrum matrimoniũ illud teneat, cum lite pendente inter virum illum & priorem vxorem cum illa cõtraxit? Quæsiuit à Papa, quid iuris esset? & ipse respondet, q bene possunt insimul remanere, imposita illi viro pœnitentia cõpetenti, & infra tempus pœnitentiæ carnali copula interdicta. Nota q matrimoniũ qđ de iure nõ tenet, licet p matrimonio ab ecclesia teneat, non prestat impedimentũ secũdo, dũmodo primũ appareat postmodũ nõ tenuisse.

[6] Cap. 10. eo.titulo 1. cõpil.& post concilium Lateranen. sub Alexan. iij. par.6.c.21.

[7] vocatione

[8] idest, ad domũ, cum simulum distaret, contra, vnde facilius ponit secundũ decipere.

[9] inscium

[1] De voto autẽ habita ratio est, quia potius admonere monui ab errore discedere, quam pro scelere puniri. i.Ioh. An.

¶ *Glossa sequens quærit opponendo, & soluit.*

d ¶ *Suggesta.*] Nunquid debuit ei credi? Non, absque litteris iudicis. 8.q.5.cap.vlt.fin.8.q.4.nonne. C.de.mao.princ.l.vnica. Quare ergo excusatur mulier, cũ lite pendente nihil debeat innouari, vt lite penden.cap.1. Ideo excusatur, quia omnes ita credebant [4]; & verius:quia nullum erat matrimonium cum prima.

e ¶ *Nesciam*] Et ideo videtur q marito priuari nõ debuit mortua prima:etiã si fuisset matrimoniũ cum prima.j.de eo q dux.in mat. quam pol.per adul.cap.3 & 17.q.2.nos nouimus.in fi.

[4] Secundũ Vin. & sufficit ad excusationem adulterij. q non sit in dolo. ff. ad leg. Iul. de adult. l. penult.Io.An.

¶ *Glossa sequens opponendo quærit, & soluit.*

f ¶ *Imposita viro pœnitentia.*] Sed quare imponitur viro pœnitentia, cum nullum fuerit matrimonium primum? Ideo qa lite pendente contraxit cum secunda, in contemptum ecclesiæ.j. de matrimo.contract.contra inter.ecclesiæ.c.1. 2.& 3.

¶ *Glossa sequens opponit, & dupliciter soluit.*

g ¶ *Commercio.*] interim. Sed quare punitur hic mulier in debito suo? Potest dici, q ipsa ex post facto cõsensit, vt præsumitur, quia postea causa tractata fuit:vel punitur vir in exigendo, sed non in reddendo, si exigatur debitũ ab vxore. sim.j.de sent. excõ. inquisitioni.& j.de secun.nup. dominus. Si vero illa sciuisset, puniretur, vt dixi j.de matrimo.contracto contra interdict.eccle.c. 2.& 3.

¶ *Glossa sequens distinguit.*

h ¶ *Remanere.*] Sic patet, q si aliquis habens vxorem, licet ex viuẽte & lite

te & lite etiã pendente contrahat cũ alia, soluto primo matrimonio tenet secundum: sed hoc locum habet cum primũ matrimonium fuit nullum: vt hic, & s̃.eo. veniens. & etiam sciente secunda vxore. Et qđ dicit 3. facti nesciam. dicas maxime, q̃a non ꝓstat impedimentũ qđ de iure nõ sortitur effectum, vt hic, & s̃. de iurepa. illud. & ca. cum laici. cũ suis concor. & j̃. de despõ. impub. litteras. & c. accessit. & tũc primo apparet ꝑ sententiã q̃ nullum fuit primum matrimonium. sic j̃. de frig. & malefi. fraternitatis. in fi. Arg. contra s̃. eo. ad audientiã [1]. & s̃. de biga. nup. Si vero contrahat cum secunda, ignorãte prima vxore, cum qua de iure tenuit matrimoniũ, tunc nullum est matrimonium cum secunda: sed mortua prima potest remanere cum secũda, si ipsa voluerit, & vir compellitur eam recipere pp dolum suum. j̃. de eo q̃ dux. in matr. quam pol. ꝑ adul. c. 1. & si post mortem prioris scienter consentiat in illum, tũc primo inducitur matrimoniũ. j̃. de eo q̃ dux. in matri. veniens. & c. significauit. j̃. de coniu. ser. proposuit: si vero scienter contraxit cum illo, tunc nullum est matrimonium, nec esse potest etiam post mortem prioris. j̃. de eo q̃ duxit in matrimon. quam polluit ꝑ adulteriũ, ex tuarum. & cap. cum haberet.

¶ Clemens tertius Cæsaraugustensi † episcopo.

¶ *Vxor non certificata de morte viri, contrahere non potest, quãuis ignoret quid sit de marito, qui longo tempore abfuit.*

CAP. XIX.

IN † præsentia nostra quæsiuisti, quid agendũ sit de mulieribus, quæ viros suos causa captiuitatis vel peregrinationis absentes, vltra septennium præstolatæ fuerint †: nec certificari possunt de vita vel de morte ipsorum, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem: & pro iuuenili ætate, seu fragilitate carnis, nequeunt continere, petẽtes aliis matrimonio copulari. ¶ Consultationi ergo tuæ taliter respondemus, quòd quantocunque [a] annorum numero ita remaneant, viuẽtibus viris [b] suis, non possunt ad aliorum consortium canonice conuolare: nec auctoritate ecclesiæ permittas contrahere, donec [c] certum nuncium recipiãt de morte virorum.

¶ Idem.

¶ *Contractus matrimonij cum peccatrice volente se corrigere, proficit ad remissionem peccatorum.*

IN *præsentia.*] Primo consultatio. Secundo responsio: ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Quidam viri erant in captiuitate, vel aliás absentes causa peregrinationis: Vxores eorum expectauerunt illos ꝑ septenniũ & vltra, nec poterant certificari de vita vel de morte illorum, quãuis super hoc diligentiam adhibuissent, & quia iuuenes erant, non poterant continere: petebant aliis copulari: Quæritur quid iuris? Respondet Papa, q̃ quantocunq; tpe ita remanserint, viuentibus viris suis ad alia matrimonia nõ possunt conuolare, nisi primo certum nuncium receperint de morte virorũ. Nota q̃ in matrimonio non currit præscriptio, licet omnia iura præscriptione tollantur. Item alter coniugum alterum expectare tenetur, quousque sit certus de morte alterius. Item ꝑ hanc decretalẽ abrogãtur leges quæ dicunt, mulierẽ ꝑ quinquẽnium tantum debere expectare virum.

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Quantocunque.*] A. gunien. cõtra. ff. de diuor. vxores. vbi dicit, q̃ per quinquennium debet expectari. Sol. Lex illa & consimiles non tenent per Autheñ. C. de repu. l. hodie.

b ¶ *Viris.*] Vbi tamen verisimiliter præsumitur de morte, si mulier nubat, excusatur, & viro reuerso nisi sponte redeat ad virum, statim merito sunt notandæ de adulterio: vt 34. q. 2. cum per bellicam: si vero matrimonio contracto dubitant de morte, nõ exigãt debitum, sed reddant; & si postea certificatæ fuerint de vita, statim recedant. j̃. de secun. nup. dominus.

¶ *Glos. seq. alleg. tres concor. quærit, & soluit.*

c ¶ *Donec certum nuncium.*] sic j̃. de secun. nupt. dñs. & C. de repud. Auth. hodie. & in Authẽ. vt lice. ma. & aui. §. q̃ autem. coll. 8. Sed pone q̃ fuit aliquis in exercitu Sarracenorũ, vel etiam in alijs; nec est reuersus, nec potest certificari mulier de morte ꝑ magistrũ militum, vel ꝑ alium? Tunc mittat ad locum si potest, vel ad vicina loca, vt inquirat si potest, aliás expectet quandiu certificata fuerit de morte, vt patet hic, & per iura prædicta. Ber.

INter *opera.*] Licitum & pium opus est cũ meretrice contrahere. hoc dicit. Duo facit: Primo ponit causam statuti. Secũdo statutum: ibi, *Statuimus.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, q̃ inter cætera opera charitatis, magna charitas reputatur peccantẽ ad pœnitentiam reuocare: Vnde statuit Clemens Papa, q̃ quicunq; publicas mulieres de lupanari extraxerint, & eas duxerint in vxores, in remissionẽ eis ꝓficiat peccatorũ. Nota, q̃ opus charitatis est errantem ab errore reuocare. Itẽ q̃ meretricẽ ducit in vxorem, meretur. & sic nota, quòd castitas debet esse in matrimonio.

CAP. XX.

INter † opera charitatis non minimum est, errantem ab erroris sui semita reuocare [d]: & infra. ¶ Statuimus, vt omnibus, qui publicas [e] mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores [f], quod agunt, in remissionẽ ꝓficiat peccatorũ.

¶ Idem.

¶ *Matrimonium per vim contractũ, cohabitatione spontanea conualescit. hoc dicit, & quotidie allegatur.*

CAP. XXI.

AD † id quod per tuas litteras intimasti, de quadam parochiana tua, quam suus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulauit: Taliter respondemus, quòd quãuis vndecim [g] annos habens, ab initio inuita fuisset ei tradita & renitens: tamen quia postmodum per annũ & dimidium [h] sibi cohabitans, consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire: nec de cætero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quòd nõ consenserit in eundem, nominauerit producendos: cum mora tanti temporis huiusmodi

d ¶ *Reuocare.*] Hoc est vnum genus eleemosynarũ. 45. dist. tria sunt genera [2]. & hoc quantum in te est. 43. distin. Ephesijs. & primo a te, aliás inordinata esset talis eleemosyna: Vnde dicit Augustinus: Qui vult dare eleemosynam, á se debet incipere: vnde scriptũ est: Miserere animæ tuæ placens Deo. de pœni. dist. 3. §. sed si verba. c. q̃ vult. sine hac, eleemosyna nulla valet ad vitã. Ad hoc enim præcipue tenentur prælati. 23. q. 4. ita plane. hic tamen crimen meretricij sub dissimulatione pertransit ecclesia.

e ¶ *Publicas.*] nulla necessitas eas excusat. ff. de ritu nup. palam. §. non est. 32. q. 5. ita ne. argu. j̃. de pœn. & remis. cum infirmitas. in fin. quas etiam vilitas vitæ indignas facit legum obseruatione. C. de adulte. l. quæ adulterium. in fin. Et dicitur meretrix quæ multorum libidini patet. 34. dist. vidua. vel quarum publice venalis est turpitudo. 32. q. 4. meretrices [3].

¶ *Glossa sequens alleg. vnam concor. signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *In vxores.*] 32. q. 1. non est culpandus. Arg. cõ. ea. causa. q. 1. c. 1. Sol. cõtrium loquitur de illa quæ meretricari nõ desinit: & illa non est retinenda, ne patronus turpitudinis videatur. hic de ea quæ continere libẽter vellet, si inueniret q̃ eam ducere vellet in vxorẽ. Ber.

AD *id quod.*] In prima parte ponitur pars facti. In secunda responsio cum aliquo facto: ibi, *Taliter.* Tertio decidit ipsum factum: ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Quædam mulier contraxit matrimonium cũ quodam viro inuita & renitens (vt dicebat) in xj. anno, postea ꝑ annũ & dimidium cohabitauit eidem, tandem recessit ab illo, & tam vir q̃ mulier ad illicitos concubitus transiuit: post hæc dicebat mulier, q̃ inuita & renitens cõtraxit cum illo, & hoc volebat ꝓbare: vnde ab illo separari debebat: quærebatur qđ iuris? Respondet Papa, quãuis xj. annos ab initio habens inuita & renitens tradita viro fuisset: q̃a tamen postmodum ꝑ annũ & dimidium cohabitans eidem, in eum consensisse videtur, cogi debes ad ipsum redire: nec testes recipiendi sunt, si quos mulier vellet inducere ad probandum, q̃ non consensit in illũ: q̃a mora tanti tẽporis probationem excludit, cũ illa coactio iam transiuerit in consensum: Vnde mandat ordinario loci, vt pp hoc non dimittat, quo minus compellat vtrunq; ad tractandum alterũ maritali affectu: nisi ambo vellent ad religionẽ transire, cum vterq; fidem alteri non seruauerit. Nota ex illa decretali præsumptionem iuris & de iure. Item quis tacite videtur cõsentire. Item matrimonium qđ ab initio nõ tenet, tractu tẽporis conualescit. Item quæ ꝑ metu fiunt, ꝑ sequentem consensum valent, nec testes in contrarium sunt amodo recipiendi. Item mutua delicta pari compensatione tolluntur.

g ¶ *Vndecim annos.*] Et sic infra duodecim annos potest esse vxor, & hoc si malitia supplet ætatem. j̃. tit. proxi. de illis 2. c. vlt. Ber.

¶ *Glossa sequens notat per patientiam, &c.*

h ¶ *Per annum & dimidium.*] Et ita ꝑ patientiam sequentis temporis proxima causa sublata est per consensum sequẽtem, sicut j̃. ut. proxi.

---

† Cæsaraugustano.

[1] Temere de sponsalibus ex consensu. qđ dic. in infra. Ae gyp. lib. 6. Ioan. And.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compilatione. Vide Anchar. and. ... gen. & ... plures mora. tradit Mach. in ... repet. l. ... potest. ff. de acquir. hæred.

† fuerant

† Cap. 5. eo. tit. in 2. compilat. Et de materia & intellectu vide Anto. Gomezium tom. 1. varia. reso. c. 13. vers. Quinctus casus. Iulium Clarum in pract. crim. §. fin. q. 58. & Couarruuiam in epitome lib. 4. decretalium par. 2. cap. 8. §. 11.

† Cap. 7. eo. tit. in 2. compila. Et pro declaratione huius decretalis, vide Oldradũ cõs. 36.

[2] Prima corporalis, egẽti dare qđ poterit. Secũda spiritualis, dimittere ei, à quo læsus fueris. Tertia delinquentes corrigere, & in viam veritatis reducere, vt ibi scriptum est Ecclesiastic. 30. Io. And.

[3] Concor. l. palam ff. de rit. nup. Cy. in l. mercatorem. C. de condi. ob tur. cau. & Bal. in l. ... C. de probat.

tit.proxi.de illis 2. & ĩ.de eo q dux.in matri. quam pol.p adulte. significauit.& ĩ.q ma.accus.poss.insuper. Et eo ipso q in domum viri traducta patienter perficit ætatem,& amplius præsumitur cōsensisse.ff.de ritu.nup.minorem. contra quam præsumptionem probatio in contrarium non admittitur.ĩ.eod.ss qui.& ĩ.de condi.appol. de illis. & præcipue, quia hæc non posset probare se virginē, si vir dicat q eam cognouit p aspectū corporis,cum iam sit corrupta: vt dicit in fi. Iiē est hic argu. ad multa de tacito consensu. 1.q.1.constat. 50.dist. presbyteros.& ff. de libe. exhi.l.vlt. Vnde versus:

Effuge cum poteris ne consensisse puteris:
Nam si perstiteris, illius vxor eris.

a ¶ *Transiuit.*] Vnde neuter potest obijcere alteri adulteriū: q a paria delicta mutua compensatione tolluntur. ĩ. de adult.cap.penul. & vlt. ff. solu. matrimo. viro atq; vxore. & 32. q.6.nihil.Ber.

S*Icut.*] Communis diuisio. Secūda: ibi, *Postulationi tuæ.* Et continet tria dicta. Secundum: ibi, *Quòd si forte.* Tertium: ibi, *Quòd si de his.* Abbas.

Casvs. Quidam nomine Laurentius iurauit se ducturū mulierem P. nomine in manus patris ipsius mulieris iurantis similiter quòd ei filiā suam traderet in vxorem; nec stetit p virum, sed per mulierem, quominus matrimoniū contraxissent: postmodum quatuor annis vel quinque elapsis, quandam aliā E.nomine p verba de præsenti desponsauit: Quærebatur, quā de istis habere debeat? Respondet Papa, & mandat epo loci, si constiterit ei quòd idem Laurentius primam mulierem p verba de futuro,& aliam postmodum p verba de præsenti desponsauerit, matrimonium secundo loco contractum legitimum iudicetur, imposita illi viro pœnitentia competenti, pro eo q primam fidem irritam fecit, nisi iuramento suo certum terminum apposuerit, infra quem illam duceret in vxorem, nec stetit p eum, quin ad statutum terminum matrimoniū consummaret: & si forte cum vtraq; per verba de futuro contraxerit, primum iuramentum ipsum seruare cōpellat, & de secundo sibi pœnitentiā iniungat. Si vero de his non constiterit ad plenum, tādiu adhuc de causa cognoscat, donec super his plenius instruatur. Nota q matrimonium præiudicat iuramento. Item iuramentum primo factum seruandum est, nisi fortius vinculum superueniat. Item si p me nō stat, quo minus faciam qđ promisi: non est mihi imputandum. Item vbi paria vincula sunt, primum tenet, secundum non obligat. Item quandiu iudex pleno instruatur, de causa cognoscere debet.

di probationem excludat †. ¶ Mandamus igitur, vt propter hoc non omittas, quo minus vtrunque compellas ad alterum maritali affectione tractandum: nisi forte vellent ad religionem pariter conuolare, pœnitentia eis iniuncta, pro eo quòd ad alienos & illicitos cōcubitus vterque transiuit a.

¶ Innocentius tertius Fernatiā. † epo.

¶ *Sponsalia de futuro etiā iurata, soluuntur per secunda sponsalia de præsenti, nō autem per secunda de futuro.*

CAP. XXII.

SIcut † ex litteris tuæ fraternitatis accepimus, cū L. parochianus tuus P. mulierem se ducturum in coniugem, in manus patris eiusdē P. iurantis b, quòd eam sibi traderet in vxorem, proprio firmauerit iuramento; nec per virum steterit, sed per c mulierē potius, quominus inter eos matrimonialis solemnitas sit secuta; quatuor postmodū vel quinque annis d elapsis, idem L. E. mulierem per verba de præsenti, (vt eius consanguinei asserunt) despōsauit: & infra. ¶ Postulationi tuæ taliter respondemus, quòd si tibi constiterit, quòd idem L. P. per verba de futuro, E. vero desponsauerit per verba de præsenti: imposita ei pœnitentia competenti, quia primam fidē irritam fecit (nisi forsan in iuramento suo certum terminum, infra quem dictam P. duceret in vxorem, præfixit; nec per eū stetit, quin ad statutum e terminum matrimonium consummauerit) matrimonium secundo loco contractum legitimū iudices, & ad illud seruandum compellas f eundem. ¶ Quòd si forte per verba de futuro spōsalia cum vtraque contraxit, iuramentum primum, sicut licite factum est, ipsum seruare compellas, de secundo ei pœnitentiam iniuncturus. Quòd si de his non constat ad plenū, tandiu g adhuc cognoscas de causa, donec super his sufficiēter † instruaris.

¶ Glossa sequens signat contrarium, & soluit.

b ¶ *Iurantis.*] Hic videtur promitti factū alterius, & quòd alteri possit stipulatio fieri. Sed contra, Instit. de inuti.stip.§.alteri. ff. de verbo.oblig.l. stipulatio ista.§. alteri. & l. stipulatione. & si puella nollet illi nubere, nō dicitur pater periurus dummodo per patrem non stet: quia hoc solum intelligitur iurare se facturū & curaturū, vt illa contrahat cum illo si poterit, alias esset periurus. De hoc dicitur ĩ.eod.ex litteris 2. Ber.

c ¶ *Per mulierem.*] Vnde nō fuit ei imputandū, si hoc verū fuit.arg. ĩ.de offi.ord. pastoralis.& 47. dist.q ad nos.& ĩ.eo.de illis.imo p cōpleta, habenda est conditio.ff.de cond.& demon.iure ciuili.

d ¶ *Quinque annos.*] non teneбatur spōsus tandiu expectare, nisi vellet. C.de spō.l.2.nisi cā subesset.ff.eo.l.penul.sed hoc verū est si terminus fuisset appositus: vt ĩ.sequit. vbi iuramentū interuenit. B.

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit.*

e ¶ *Ad statutum terminum.*] Sed videtur, q etiā nihilominus post terminum teneatur.arg.ĩ.de do.& contu.cum dilectis. ff. de arbi.l. Celsus. §. 1. Sed aliud est in matrimonio: q a res ipsa nō capit tantā dilationem, pp periculum fornicationis. ĩ.vt lit.nō contest. quoniā. §.2.& vbi terminus apponi, vltra terminum nō tenetur ad contrahendū: alias nihil operaretur appositio termini, vbi terminus nō apponitur, ei nocet q vltimo est in mora. ff. de peri. & cōm. rei vend. illud sciendū.& q a nulla est contracta obligatio de præsenti 2: sed in contrarius obligatio est pura,& de pñti, quare obligatio nō tollitur pp lapsum terminum, sed solutione eius qđ debetur.argu.ff.de act. & obl.l. obligationū 2. §. placet. & ita ista sūt dissimilia,& nō cōtra.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & remittit.*

f ¶ *Seruandum cōpellas.*] ĩ.eod.ex litteris 2.Arg. cōtra.ĩ.eo.requisiuit. Dic vt ĩ.eo.tit. ex litteris 2.

¶ *Glossa sequens argu.*

g ¶ *Tandiu.*] Sic s. de pba.causam matrimonij.& ĩ.de consang. & affinit.ex litteris. & 30. q.5. iudicantem. Extra est hic argu. q in causa matrimoniali secundo inducant testes sup eodem articulo, post publicationem: vt in prædictis capitulis.

¶ Idem Arelatensi archiepiscopo.

¶ *Mutus & surdus, & omnes qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt.*

CAP. XXIII.

CVm † apud sedē Apostolicam: & infra. ¶ Sane consuluisti nos, vtrum mutus & surdus h alicui possint matrimonialiter copulari: Ad quòd taliter respōdemus, quòd cum prohibitorium i sit edictum de matrimonio contrahendo, vt

C*Vm apud.*] Primo ponit decisum exordiū. Secundo consultationē: ibi, *Sane.* Tertio respōsionē: ibi, *Ad quod.* Quæ tria facit. Primo ponit duas rationes: Scdo rńdet: ibi, *Videtur.* Tertio soluit obstaculū: ibi, *Cum quod.* Abb.

Casvs. Quæsitum fuit à Papa vtrum mutus & surdus possint cōtrahere matrimoniū: Respondet Papa, edictum de matrimonio contrahēdo prohibitorium est: qđ est dicere, quicunq; non phibetur p iura, per consequentiā contrahere potest,& solus consensus sufficit ad matrimonium ɔhendum: Vnde si mutus & surdus velint contrahere,& inueniant cū quibus, eis non debet denegari: q a qđ non possunt verbis, p signa valent declarare. Nota q edictū de matrimonio phibitorium est. Item qđ non prohibetur, cōcessum intelligitur. Item solus consensus facit matrimoniū. Item in matrimonio idem faciunt signa q verba: & hoc intellige cum contrahentes voluntatem suam verbis exprimere non possunt. Item nō refert an verbis vel signis quis declaret voluntatem suam.

¶ *Glossa sequentis prin.voce.per q secundo quærit de dubitationis causa, quam assignat, illam fortificans: tūc respondet.*

h ¶ *Surdus.*] qui prorsus non audit: q a de alio non est dubium, qm potest postulare.ff.de postulan.l.1.§.pp casum.sic ergo surdus & mutus possunt ɔtrahere matrimonium.ff.de iure dot. mutus. & ĩ.eo.tit. Quæ fuit ergo dubitatio huiusmodi quæstionis? Illa potuit esse dubitatio: q a certa forma est expressa ad ɔhendum.ĩ.eod. si inter.& ĩ.de sponsa duorum licet. Et q a illi non possunt seruare illam, dubitat qđ iuris. & quantum ad ecclesiam verba sunt necessaria.ĩ.eo.tit.tuæ. vnde altero subtracto non videbat matrimoniū. arg.1.q.1.detrahe. Sed nō est ita: q a solus consensus sufficit, vt hic dicit.& 27.q.2.sufficiat. Vnde 4 si nō potest exprimi p verba, exprimat per nutum vel signum, vt hic patet in fin.& ĩ.eod. tuæ.

i. ¶ *Prohibitorium.*] vt 30.q.4. qui spiritualem. vnde omnes admittuntur, qui non expresse prohibentur.ff. de proc. mutus.tit.ff. de .cur.l.1.

de testi. l. 1. aliter accipitur prohibitorium. ff. de no. ope. nun. prætor. §. hoc enim interdictum.

a ¶ *Non prohibetur.*] Arg. ad qd non prohibetur, concessum videtur. Arg. contra. ff. de colleg. illi. l. 3. & 2. q. 5. consuluisti. De hoc traditur ĩ. de transla. inter corporalia.

quicunque non prohibetur [a], per cõsequentiam admittatur; & sufficiat ad matrimonium solus cõsensus illorum, de quorum quarumque coniunctionibus agitur: Videtur, quòd si talis velit contrahere, sibi nõ possit, vel debeat denegari: Cũ quod verbis non potest, signis valeat declarare.

¶ Idem Vercel. [1] episcopo.

¶ *Furiosus matrimonium contrahere non potest.*

CAP. XXIIII.

Dilectus † filius R. proposuit †, quòd filiã suam cuidam matrimonialiter copulauit [b]: & infra. ¶ Cũ autem eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore [c] laborat, morari non possit, & † propter alienationẽ furoris legitimus non potuerit interuenire consensus: Mandamus, quatenus si rẽ noueris ita esse, præfatas personas cures abinuicẽ separare.

¶ Idem Brixieñ. episcopo.

¶ *Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur quo ad probationem: & intellige, vel alia signa æquipollentia. hoc dicit secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.*

Dilectus.] Primo decise narrat factum. Secundo causas inferendo rñdet: ibi, *Cum autem.* Abbas Siculus.

Casus. Quidã nomine Robertus filiam suam cuidã iuueni matrimonialiter copulauit, ignorans, q ille iuuenis esset furiosus: vnde petebat filiæ suæ prouideri. Rñdet Papa, q cum mulier illa cum ipso viro qui continuo furore laborat, morari non possit, & pp alienationem furoris legitimus inter eos consensus interuenire nõ potuit: mandat Papa epo loci, vt si res taliter se habuerit, prædictos abinuicẽ studeat separare. Nota, quod q non potest consentire, non potest matrimonium cõtrahere.

b ¶ *Copulauit.*] ignorans q ille esset furiosus. Ber.

¶ *Glo seq. primo distinguit tempus contractus & posterius. Secundo obycit & soluit. Tertio quærit & arg proponit duas opi. cõtrarias, quas concordat.*

c ¶ *Furore.*] Si tpe cõtracti matrimonij taliter laborabat, non fuit matrimonium. 32. q. 7. neq; furiosus. fini. ĩ. de reg. sicut si tamen tempore sanæ mentis cõtraxit, durat, vt in c. neque furor. quia etiam retinet dignitatem. ff. de statu homin. q furere. & ff. de sponsa. furor. & retinet filios in potestate. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso. sed quomodo potuit hoc esse, quia si quando mulier illa contraxit, laborabat illo furore, stulta fuit: Sed hoc non est verisimile, q aliqua cum tali contraheret. sed si tunc non laborabat furore, tenuit matrimonium: vnde adueniente furore non dissoluitur. ergo nõ debent isti separari: qa initium cõsiderandum est: vt 32. q. 7. hi qui. & c. neq;. Potest dici quòd ille tẽpore cõtractus erat furiosus, & pater iste & filia ignorabant [1] illum furiosum: Sæpe enim furiosi sunt cõstituti in conspectu vmbratæ quietis. ff. de acq. pos. q meo §. si furioso. nec tñ sunt mentis sanæ, licet videant: & si tunc mulier illa cum eo contraxit, non tenuit matrimonium: & si hoc pbauerit, separabuntur. Et qui tali furioso tradit possessionem, non transfert eam in ipsum, nec adipiscitur possessionem, sed tradens eam pdit. sufficit enim si existimat se trãsferre. ff. de acq. poss. q meo. §. si furioso. qñq; tñ furiosus per dilucida interualla redit ad sanam mentem, & tunc si contrahat, tenet arg. 7. q. 1. quamuis. & 3. q. 9. indicas. & ff de offi. præsi. diuus. & C. de cu. furi. l. penult. Sed pone q mulier contrahat cum furioso, si consentiat in eum postquam reuersus est ad sanam mentem: nunquid est matrimoniũ? Videtur q sic. ĩ. de eo. q dux. in matri. quam pol. p adult. c. 1. & c. veniens. & ĩ. de conuer. infi. proposuit. Io. dixit, q non est matrimonium: qa ibi non fuit consensus. 30. q. 2. vbi non est. ff. de verb. oblig. l. 1. verum est qd dixit Ioannes, si referas te ad primum cõsensum. Tan. dixit q est matrimonium, qd intellige non ex tunc, vt referas te ad primum, sed vt ex nunc ex nouo consensu. Ber.

Tua fraternitati.] Per legitimum cõsensum contrahitur matrimonium: inter eos tñ qui loqui possunt, debet consensus verbis exprimi. hoc dicit. Primo ponit quæstionem. Secundo eius solutionem, quam probat exemplis. Secunda: ibi, *Nos igitur.* Abbas.

Casus. Quæsitum fuit a Papa, vtrum per sola verba possit cõtrahi matrimonium: & si p sola verba, quæritur ex qbus. Rñdet Papa, q matrimonium in veritate ɔ̃hitur per legitimũ consensum viri & mulieris, sed verba necessaria sunt quantũ ad ecclesiam, exprimentia consensum mutuum de præsenti: & p cõsensum re vera ɔ̃hitur matrimonium: quia muti possunt contrahere matrimonium p consensum mutuũ sine verbis, dummodo per aliqua signa consensum exprimant: Sed pueri ante legitimos annos p sola verba non contrahunt, cũ antea eorum consensus non sit legitimus. Nota q solus consensus facit matrimonium expressis verbis, vel signis. Itẽ muti possunt contrahere matrimonium, Item pueri non possunt matrimonium contrahere, quia non possunt consentire.

CAP. XXV.

Tuæ † fraternitati: & infra. ¶ Postulasti vtrũ ex solis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris consensum [d]: sed necessaria sunt quãtum ad ecclesiam, verba [e] consensum exprimentia de præsenti. Nam [f] surdi † & muti possunt contrahere matrimonium, per consensum mutuũ sine verbis [g]: & pueri ante annos legitimos, per verba [h] sola non contrahunt [i], cum intelligantur minime consentire.

¶ Idem.

¶ *Si alter contrahentium vtitur verbis dubijs, animo decipiendi mulierẽ, & eam postmodum cognoscit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: secus in pœnitentiali. hoc dicit secundum verum & communem intellectum.*

CAP. XXVI.

Tua † nos duxit fraternitas cõsulendos: & infra. ¶ Cõ-

d ¶ *Consensum.*] 27. q. 2. sufficiat. ã. eod. cum ad locum.

e ¶ *Verba.*] Licet enim solo cõsensu contrahatur matrimonium sine verbis, vt in mutis. ĩ. eod. cum apud. tñ in his qui loqui possunt, non contrahitur sine verbis, p quæ exprimatur consensus, quæ ad hoc inuenta sunt. 22. q. 2. is autẽ qui. Vel p aliquod aliud, puta ipso facto per quod intelliguntur consentire, contraherẽ matrimoniũ, sicut dicit lex de fideicõmisso, qd nutu relinqui possit, dum tñ possit loqui [a]. C. de fideic. l. & in epistola. ff. de leg. 3. nutu. Si tamen parentes cõtrahant pro filija præsentibus & scientibus, sufficit nutu eorũ taciturnitas. 32. q. 2. honorantur. ff. de spõ. sed ea quæ patris. Et idẽ credo si per alios ɔ̃hatur subsequente annuli subarrhatione: vt not. ĩ. tit. proxi. c. vlti. in prima notula. Et in mutis solus consensus non sufficit, imo signa necessaria sunt cõsensum exprimẽtia. Et ita hoc idem faciunt signa in mutis, qd verba in loquentibus. ĩ. eo. cum apud. Et hoc intellige cum matrimonium contrahitur solis verbis exprimentibus consensum mutuũ de præsenti; & hoc expresse apparet ex forma consultationis, dum dicit, vtrum ex solis verbis; & ad hoc respondet: secus in matrimonio præsumpto, vbi ipso facto præsumptiue contrahitur matrimonium. ĩ. eod. is qui. Et secundũ quod not. ĩ. tit. proxi. c. vlt. & ĩ. de re iudi. tenor.

Additio. Et idem credo si per alios contrahatur subsequente subarrhatione: vt not. ĩ. eo. c. prox. in prima notula, & melius ĩ. tit. proxi. c. vlti.

f ¶ *Nam.*] Et istud, nam, respicit qd dixit ã. per legitimum viri, & mulieris consensum: quia mutus contrahit per consensum.

g ¶ *Sine verbis.*] sed non sine signis vel nutibus. ã. eod. cum apud.

h ¶ *Verba.*] ergo patet, q duo sunt necessaria ad istud sacramentum, scilicet verba [3], & signa vel cõsensus: altero subtracto nõ est matrimonium, sicut dicitur de baptismo. 1. q. 1. detrahe.

i ¶ *Non contrahunt.*] quia nõ possunt reddere debitum. ĩ. de frig. & malefi. quod sedem. & consensum non habent, vt hic dicit: qa ætas illa ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1. Bernardus.

Tua nos.] Generaliter summari sic potest: Non est matrimonium vbi alter ɔ̃hentiũ non consentit. hoc dicit. Sed hoc summarium nullam dubitationẽ habet. Primo ponitur consultatio. Secũdo rñsio: ibi, *Sup quo.* Secunda vero est duplex. Prima quo ad forum iudicialẽ. Secũda quo ad pœnitentialẽ: ibi, *Nos autem.* Abbas.

Casus. Quidam iuuenis sæpe requisierat quandam mulierẽ, vt ei carnaliter commisceretur, sed ipsa consentire nolebat, nisi desponsaret eandem: tandẽ nullo præsente, ac nulla solemnitate adhibita dixit illi mulieri; Ioannes te desponsat: cũ non vocaretur Ioannes, sed finxit se sic vocari, non credens ppea matrimoniũ contrahere cum eadem, ex eo q ipse nõ vocaretur Ioannes, nec habebat propositum

[Left margin notes:]

[1] Versellensi. † Versel'. † Vercellẽs.

[a] Cap. 4. eo. tit. in 5. cõpilatione. Et de materia & intellectu vide Magistrũ & Doctores lib. 4. senteñ. distin. 14. & Couarruuiã in epitome lib. 4. decretalium, par. 2. cap. 2.

[b] Alias fuit propositum coram nobis

[c] Forte legendum: & propter alienationem mentis. sed nostri et antiquis codicibus adstipulamur.

[1] Hoc est verũ, vt patet in antiqua compilatione, in qua scriptũ est ita. R. mihi proposuit, quòd Optioni Rta suam filiã sibi matrimonialiter copulauit, ignorans quod Optio esset furiosus, &c.

[Right margin notes:]

[a] Cap. 5. eod. tit. in 3. compilat. Et de materia & intellectu vide plene per Theologos lib. 4. senten. dist. 27. vbi Sotus late q. 1. art. 3. adde Couarruuiã in epitome lib. 4. decretalium, par. 2. cap. 4. in principio.

[b] Dictio, surdi, deest in omnibus antiquis codicibus.

[a] Nisi morbus esset ei impedimento, ita dicit l. nutu. Ioan. And.

[b] Cap. 1. eo. tit. in 4. cõpilat. Vide beatum Thomã quodlibeto 5. q. 8. art. 15. Adrianum super 4. sentẽ. tract. de matrim. q. 2. & Syluestrum in summa verbo, matrimonium 4. q. 8.

[1] Contra, glo. infra l. ...

sequenter quæsiuisti: cum quãdam mulierem [a] quidam aliter inducere nequiuisset, vt sibi cõmisceretur carnaliter, nisi desposasset eandem: nulla solemnitate adhibita, vel alicuius præsentia, dixit illi: Te Ioannes desponsat: cum ipse Ioannes non vocaretur, sed finxit se vocari Ioannem nõ credens esse coniugium, eo quòd ipse non vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantum exequendi carnalem: vtrum inter prædictos sit matrimonium celebratum, cum mulier consenserit in eundẽ, & † ille dissenserit & dissentiat, nec † aliud quicquam egerit, quàm superius est expressum, nisi quod cognouerit eandem? ¶ Super quo tibi respõdemus, quòd cũ præfatus vir prædictam desponsauerit mulierem in propria persona †, & sub nomine alieno quo tũc vocari se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta [b]: videtur † forte [c] pro coniugio præsumendum, nisi tu nobis expresse scripsisses, quòd ille nec proposuit, nec cõsensit illã ducere in vxorem: quod qualiter [d] tibi constiterit, non videmus. ¶ Nos autem quid iuris sit rescribentes: dicimus quòd, si res ita se habuerit, videlicet, quòd ille eam non proposuit ducere in vxorem, nec vnquam consensit in prædictam personam, non debet ex illo facto coniugium iudicari; cum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma [e] contrahendi coniugium valeat inueniri: quoniam ex altera parte dolus solummodo affuit, & defuit omnino consensus, sine quo [f] cætera nequeunt fœdus perficere coniugale.

¶ Idem episcopo Beluacen.

¶ *Ad denuntiationem vnius honesti viri, qui defert consanguinitatem, & de fama vel scandalo docet: impeditur matrimonium contrahendum.*

CAP. XXVII.

Cum † in tua diœcesi: & infra. ¶ Sane quia contingit interdum, quòd aliquibus volentibus matrimonium cõtrahere, bannis [g] (vt tuis verbis vtamur) in ecclesiis editis, ac nullo cõtradictore publice cõparente, licet [h] fama † priuatũ impedimentum deferat parentelæ, cum ex parte contrahentium, iuramenta maiorum de sua propinquitate (vt suspicionis tollatur materia) offeruntur †: quid tibi sit faciendum in casibus huiusmodi, quæsiuisti: Ad quod taliter respondemus, quòd si persona [i] † grauis, cui fides sit adhibenda, tibi de-

positum habendi cum ea, nec consensit in illã: Quæritur, vtrum sit matrimonium inter eos? Respondet Papa, quòd cum præfatus vir mulierem illam desponsauerit sub propria persona, & sub nomine alieno quo vocari se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta, videtur pro matrimonio præsumendum, nisi expresse dictum fuisset Papæ, quòd ille nec proposuit nec cõsensit illã ducere in vxorem. Itẽ dicit Papa, quòd si res ita se habet, videlicet quòd ille non proposuit eam ducere in vxorẽ, nec consensit in eam, non debet ex illo facto matrimonium iudicari: quia in eo non inuenit substantia coniugalis contractus, nec forma cõtrahendi matrimonium: quia ex altera parte dolus solummodo affuit, & defuit omnis consensus, sine quo matrimonium non cõtrahitur. Nota, quòd ad hoc vt matrimonium cõtrahatur, necesse est vt vterque contrahentiũ consentiat in alterum, & quòd forma verborum per quam matrimonium contrahitur, expresse vel tacite exprimatur: & sic substantia & forma necessaria sunt: aliàs non est matrimoniũ. Itẽ destructo principali destruit accessorium.

¶ *Gloss. seq. obiicit & respondet. Secundo quærit. & soluit.*

a ¶ *Mulierem.*] Si iste desponsauit istã mulierem, quibuscunque verbis vsus fuerit, potius considerandum est quod fuerit factum, quàm quid dictum. arg. ff. de appel. ad audientiam. & j. de ver. sig. in his. C. plus. val. quod agi. si quis. Itẽ simulatio siue dolus non impedit matrimonium spirituale. 27. dist. quod interrogasti. ergo nec carnale. Sed hæc nõ procedunt: quia simulatæ nuptiæ nõ sunt nuptiæ. ff. de rit. nup. simulatæ. & propter rationem, quæ inferius redditur. Sed pone quòd aliquis protestetur coram pluribus, quòd omnia quæ dicet vel faciet, nõ faciet animo contrahendi matrimoniũ, & postea publice dicat, consentio in te: nunquid est hic matrimoniũ, vel non? In casu isto dico quòd ecclesia iudicare debet pro matrimonio: quia recurrẽdum est ad cõem verborum intelligentiam. ff. eo. ex litteris. Talia enim verba nõ possunt seruire suæ intentioni. præterea si probet quòd illa verba protestatus fuit primo, potuit postea recedere ab illa volũtate, & consentire in illam, & hoc vr per illud quod postea publice facit: & si dicat quòd adhuc tẽpore cõtractus erat in eadem volũtate, non creditur ei: quia contra eum debet fieri interpretatio, quàm dolum adhibet, vt dictum est supra eo. ex litteris.

b ¶ *Copula subsecuta.*] Per hoc videtur consensisse. j. eo. is qui. & j. de condi. appo. de illis. & c. per tuas.

c ¶ *Videtur forte.*] quibusdam non recte intelligẽtibus est dubiũ, sed recte intelligentibus non est dubium.

d ¶ *Qualiter tibi constiterit.*] immo bene potuit constare: quia vir ille hoc ei cõfitebatur: quia hoc dicimur scire, quod ab aliis audiuimus. 22. q. 5. hoc videtur. Vel quia ille hoc ei confessus fuit in pœnitentiali iudicio, in quo cuilibet est credẽdũ. vt j. de homi. significasti. quia soli sibi fit præiudicium: vnde non est verisimile, quòd sit immemor suæ salutis. 1. q. 7. sancimus. sed in iudicio pro tribunali nõ crederetur ei in præiudicium alterius.

e ¶ *Nec forma.*] Nota, quòd ad esse matrimonii duo sunt necessaria, scilicet substantia & forma, sicut ad esse hominis: pro substantia est ibi cõsensus, & pro forma verba ad exprimẽdũ cõsensum deputata: quã formam habes j. eo. si inter. j. de spon. duorum, licet præter. & quia hic defuit substantia & forma, nullum fuit matrimonium. Idem esset, & si alterum deesset. ff. eod. cum apud. & cap. tuæ. & j. de frigi. & malefi. quòd sedem. & matrimonium quamuis duo exigat, res tamen simplex est & indiuidua. 27. q. 2. §. t. & in matrimonio præsumpto ipsum factum habetur pro substantia, per quod præsumitur sufficiens cõsensus. infra eodem, is qui.

f ¶ *Sine quo.*] ff. eo. cũ locum. & 27. q. 2. sufficiat. Ber.

Cum in tua.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Ad quod.* Abbas.

CASVS. Quidam vir & mulier volebant cõtrahere matrimonium secundum consuetudinem loci: propositum fuit publice in ecclesia, vt quòd sciret impedimentum, illud exponeret: Sed nullus apparuit cõtradicens; fama tamen priuatum impedimentum parentelæ deferebat: vt omnis suspicio tolleretur, ex parte cõtrahentium offerebant iuramẽta maiorũ suorum ex propinquitate sua: quia nulla esset consanguinitas inter eos: Quæritur, quid sit in hoc articulo faciendũ? Respondet Papa, quòd si persona grauis, cui merito sit fides adhibẽda, denuntiat, quòd illi sunt consanguinei, & de fama probat vel scandalo, aut etiam ipse iudex de plano certificari per se possit: iudex nõ solum debet iuramẽta parentum sponte oblata non recipere, sed etiã debet illos compellere, vt á tali contractu desistant, ex quo fama vel scãdalum est probatũ, si moniti induci non possunt, vel contra famam huiusmodi iuramenta exhibeant propinquorũ: alioquin si persona denuntians talis non fuerit, vel si talis fuerit, & de fama vel scandalo non probauerit, monendi sunt ne contrahant, sed non compellendi. Nota, quòd qui denunciat, debet esse honesta persona & grauis, aliàs repellitur a denuntiando. Item fama vel scandalum impedit matrimonium contrahendum. Item contra famam probatio admittitur.

g ¶ *Bannis.*] idest, denunciationibus [1]. & hodie consuetudo ista reducta est ad ius commune. j. de clande. despon. cũ inhibitio.

¶ *Glossa sequens not. rationem, reddit contrarium, & soluit.*

h ¶ *Licet fama priuatum.*] Et sic est fama aliquid quod dicitur occultum siue priuatum. ff. de coha. cleri. & mu. ma. & ideo dicitur fama priuatum impedimentum: quia per famam solam non constat de impedimento, nisi alia probatio adsit: vt cap. tua. Sed si fama hæc erat de consanguinitate, quare non interdicitur matrimonium? vt j. de consan. & affi. super eo. quod signatur pro contrario, sed non est contrarium: quia hic non constabat de fama: vt j. dicitur, sed denunciatur fama: vel priuatum impedimentum deferebat, vnde primo debet inquiri de fama: contrarium intelligitur quando constat de fama.

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & soluit. arg. & remittit.*

i ¶ *Persona grauis.*] immo & turpis persona videtur admitti ad impediendum. ff. eo. præterea [2]. Sed illud obtinet cum impedimentũ oritur á persona denunciante [4] consanguinitatẽ, quæ tenetur reuelare impedimentum consanguineo. 35. q. 3. si homo. Est ergo hic argu. quòd criminosi non admittuntur ad denuntiationem criminum. arg. 35. q. 6. episcopus in synodo. & ff. de testib. cogen. præterea. §. 1. De hoc no. 2. q. 1. si peccauerit.

¶ *Glossa sequens alleg. duas concor. & signat vnum contrarium.*

a ¶ *De fa-*

[Marginal notes, left:] In codice Barbatiæ: & ille dissenserit in eandem, & dissentiat. — nec aliud aliquid egerit. — De multiplici errore circa matrimonium, & qualis error illud impediat, vide Magistrum & theologos lib. 4. senten. distin. 30. — videretur — Et recte, nam aliter daretur omnibus matrimonia cõtrahentibus ma cria sic procedendi, vt postea dicerent se cõiugibus si displicerẽt. Ioan. And. — Id est, materia & forma, quæ quidem in sacramento matrimonii, multis dicit seruator Theologis scholasticis, sed de hoc articulo vide plene per S. tum lib. 4. sent. dist. 1. q. 1. art. 6. & dist. 26. q. 2 art. 1. ad primum argumentum.

[Marginal notes, right:] Cap. an. ... 4. de pub. — Denunciandum est publice in ecclesiis inter quos matrimonium sit contrahendum, concilio Lateranensi sub Innocentio III cap. 51. & concilio Tridentino sess. 24. in decreto de reformat. matrimonii c. 1. — Vide latius Glos. in præallegat. S. sin. q. 6. vnde intelligas quid ad hunc articulum spectat. — efficitur — Vide etiam supra hoc c. 26. persona. — Et sunt di... — De hoc articulo vide latius hic per Hostiensem & Ioan. And.

a ¶ *De fama.*] ergo fama probari potest. s. de testi. tam litteris. & c. cum causam 1. Arg. contra. j. de accusa. inquisitionis. in fin. Item sola denonciatio non impedit matrimonium, nisi adsit fama, & ita sola fama impedit matrimoniũ. j. de cõsang. & affi. sup eo. & vnus testis. s. de testi. super eo 2. sed iste denuncians non testificabatur.

¶ *Glossa sequens elicit vnum notabile.*

b ¶ *Scandalo.* Nota, q̃ pp scandalum impeditur matrimonium, vt hic patet. sic j. de cog. spi. super eo. in fi. Et ita habes, q̃ scandalũ siue consuetudo reddit aliquos inhabiles ad contrahendum: secundum quod notatur in illa decre. super eo.

c ¶ *De plano.*] Summaria cognitio sufficit hic. sic j. de accu. sicut olim. & c. olim. sic eodẽ modo vr̃ q̃ iudex possit inquirere de fama alicuius de plano, & sine iudiciorum strepitu: multiplex enim clamor famam inducit, ita vt prælatum moueat ad inquirendum. j. de accu. qualiter & quñ 2.

¶ *Glossa sequens elicit vnum notabile.*

d ¶ *Famam.*] Nota hic, q̃ si probes famam 𝔠 aliquem, q̃ potest probari 𝔠rium ad tollendã famam: & ita si probasti aliquem esse malæ famæ, ipse potest probare se esse bonæ famæ. 2. q. 5. presbyter. & c. si mala.

e ¶ *Arbitrium*] quasi dicat, licet multa diximus, & te instruxerimus, & multa dicantur circa hãc materiam, tñ cum ex variis causis varia præsumantur, nec pp malitiam hominũ, & varietatem tẽporum certa regula dari possit, finaliter arbitrio tuo

nunciet, quòd hi, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate cõtingant, & de fama[a] vel scandalo[b] doceat: aut etiã per te ipsum possis certificari de plano[c]: non solum debes iuramenta parẽtum sponte oblata non recipere, verumetiã eos, qui sic contrahere nituntur, si moniti induci nequiuerint, cõpellere, vt à tali contractu desistant: vel contra famam[d] huiusmodi, secundum tuæ discretionis arbitrium[e], iuramenta exhibeant propinquorum. Alioquin si persona denunciãs non extiterit talis, vt diximus; vel † de fama, vel de scãdalo nõ poterit edocere: ad desistendũ monere poteris non compellere contrahentes.

¶ Honorius iij. episcopo Berguen̄ †.

¶ *Mulieri, quæ negat se in matrimonium consensisse, non creditur, marito probante contrarium: secus si probat se consensisse per metum, qui potest cadere in constantem virum.*

CAP. XXVIII.

Consultationi † tuæ breuiter respõdemus, quòd mulieres, quæ veniunt ad valuas ecclesiæ benedicendæ cũ sponsis, & ibi reclamantes affirmãt, se nunquam in eorum matrimoniũ consensisse, audiri (sponsis legitime probantibus contrarium) non oportet. cum legitimis & idoneis testibus non

relinquimus, vt pensatis psonis, causis & tpĩbus, facias hoc vel illud. arg. j. de homi. sicut. de transac. c. fi. ff. de vsur. mora. ff. de testi. l. 1. ff. de verb. oblig. continuus. & not. s. e. præterea 2. & cap. sicut, in fin & j. c. seq. secundum Hostiensem. Ioan. And.

C ¶ *Onsultationi.*] Duos casus determinat. Secũdus: ibi, *Sane.* Abb.

Casvs. Consuetudo est in quibusdam locis, q̃ sponsus & sponsa cum debent benedici, veniunt ad valuas ecclesiæ, id est, ad ostia ecclesiæ: sponsa tunc dicit, quòd nunq̃ consensit in sponsum matrimonialiter: sed sponsus vult probare 𝔠rium; scilicet, quòd in matrimonium illius consensit: Quæritur, vtrum sponsa sit audienda: & dr̃, q̃ non debet audiri, cum eius simplex assertio nõ debeat legitimis testibus pualere. Secundo ponitur alius casus: Quidam desponsauerunt aliquas in vxores: sponsæ benedictione recepta, statim ante carnalem copulam aufugiunt à sponsis, dicentes se nullatenus in illos consensisse, sed compulsæ p metum pferebãt verba consensus, sed animo dissentiebant: Quæritur, vtrũ illæ sponsæ sint audiendæ? Rñdet q̃ sic: & si talis metus probatus fuerit, qui possit cadere in constantem virum, à spõsis merito sunt separãdæ. Nota, q̃ potius testibus credẽdum est, q̃ simplici assertioni alicuius. Item matrimonium per metum contractum, qui possit cadere in constantem virum non valet.

f ¶ *Assertio.*] assertioni illarum non est credẽdũ, sed potius testibus, qui iam probauerunt 𝔠rium, ergo si vellent probare 𝔠rium, videtur quòd sint audiendæ: sed nõ vr̃ quòd possent hoc probare, cum sit negatiua, scilicet, q̃ nunq̃ consenserunt. s. de ele. bonæ memoriæ. immo possent probare metum, vt dicit in fin.

g ¶ *Ante carnis copulam.*] secus si post: quia tunc consensisse videtur; ita q̃ postea in contrarium reclamãtes non audiantur. s. eo. ad id quod. & j. qui ma. accu. pos. insuper.

h ¶ *Cum diligentia.*] Nota, q̃ dicit, cum diligentia: quia vbi maius periculum vertitur, cautius & diligentius agẽdum est. 7. q. 1. c. vlt. & circa maiora maius periculum vertitur. 42. dist. quiescamus. ff. ad Car. l. 1. §. si quis. §. 3. & arg. 61. dist. miramur. vnde causæ matrimoniales non sunt cõmittendæ nisi iurisperitis ‡, & qui potestatem habeant iudicandi. j. de cõsan. & affi. ex litteris. in fin.

Additio. Nec potest compromitti i matrimoniis. s. de transac. cap. vlt. & s. de testi. in integ. c. penult.

i ¶ *In cõstantem.*] sic s. eod. veniens 2. Et talis metus continet mortis periculum, aut corporis cruciatũ. C. de transact. interpositas. s. de his quæ vi metus ve causa fiu. cum dilecti. & c. perlatum. 31. q. 2. Lotharios. & ead. causa. q. 2. si verum. aliàs vanus timor non excusat. ff. quod me. causa. metum autẽ 2. ff. de re iudi. si quis ab alio. B.

Additio. Hoc autem arbitrio discutitur iudicantis. ff. quibus ex cau. ma. l. metus.

debeat illarũ simplex assertio[f] præualere. ¶ Sane illis †, quæ benedictione accepta, mox à sponsis aufugiunt ante carnis copulam[g] subsecutam, asserentes se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas, verba protulisse cõsensus, licet animo dissentirent, non statim est audientia deneganda: sed de illato metu est cũ diligentia[h] inquirendum: & si talis metus inueniatur illatus, qui cadere potuit in constantem[i] virum †, erunt non immerito audiendæ.

¶ Gregorius nonus.

¶ *In matrimoniis & sponsalibus debet esse libertas, vnde in eis promissio pœnæ non obligat.*

CAP. XXIX.

Gemma † mulier nobis exposuit, quòd cum T. filia eius cũ C. contraxit † matrimonium. B. de Alferio † ea occasione, quòd inter P filium suũ, & prædictam puellam infra septennium[k] constitutos, sponsalia contracta fuerũt, pœnam soluendam à parte, quæ cõtrauenirет in stipulatione appositam, ab ipsa nititur extorquere. Cum itaque libera[l] matrimonia esse debeant: & ideo talis stipulatio[m], propter pœnæ interpositionem † sit merito improbanda: Mandamus, quatenus si est ita, eũdẽ B. vt ab extorsione pdictæ pœnæ desistat, ecclesiastica censura cõpellas.

G ¶ *Emma.*] Duo facit. Primo ponit mulieris querelam. Secundo dat iudicẽ: ibi, *Cum itaque.* Abbas Siculus.

Casvs. Teberga filia Gemmæ, dum esset infra vij annum constituta, cõtraxit sponsalia cum Petro filio B. de Alferio, præsentibus ipsa Gemma & B. prædicto: pœna fuit apposita à parentibus, vt pars quæ contrauenirет, pœnam alteri parti psolueret. Postmodum dicta T. contraxit matrimonium cum alio C. nomine: Vnde hac occasione dictus B. à prædicta Gemma pœnam in stipulatione appositam nititur extorquere: vnde conquesta est dño Papæ: Papa dicit, cum matrimonia libera debeant esse, & ideo stipulatio pœnæ in matrimonio, vel sponsalibus apposita, merito sit improbanda: Mandat Papa, quatenus si est ita, iudex dictum C. per excõicationem compellat, vt à petitione dictæ pœnæ desistat. Nota, q̃ matrimonia siue spõsalia libera debent esse ab omni coactione personæ vel pecuniæ: & si pœna fuerit apposita, non tenet promissio siue stipulatio pœnæ.

¶ *Glossa sequens ponit duas lecturas: secundum primam duplex est causa: iuxta secundam vna tantum.*

K ¶ *Infra septennium.*] Vnde non tenuerunt sponsalia. j. tit. proxi. litteras. accessit. & s. de resti. spol. ex parte. ergo nec pœna etiam si licita fuisset aliàs, non tenuit: quia si principale non tenuit, nec accessorium. ff. de re iudi. cum inter. & C. de legi. non dubium. cum suis concor. sed si post vij. annos, forte consenserunt, & tenuerunt sponsalia: pœna tamen non tenuit. Ber.

l ¶ *Libera debeant.*] ab omni coactione. s. eo. cum locum. & c. requisiuit. & etiam à pœna pecuniaria, vt hic patet.

¶ *Glossa sequens recitetur per q. scilicet, an teneat stipulatio arrharũ. tenet quod sic. arg. contrarium, redit ad primum.*

m ¶ *Stipulatio.*] Stipulatio pœnæ in spõsalibus apposita non tenet pp rationem quæ redditur in littera: sed arrhas datas pro sponsalibus pficiendis amittit qui resilit sine iusta causa. C. de spon. l. vlt. & ff. de verb. obli. Titia. vnde hæc decr. sumpta fuit. C. de inuti. stip. l. 2. & hic. Sed vr̃, q̃ idem sit in arrha qđ dicitur de pœna: quia ei

Z z decret

† & de sca. hic.

† Besguen̄. † Besguen̄. † Besguen̄. † Besguen̄. † Bonon̄.

† Vide pro aliis hic Hẽrici Boich. & Præpositum.

‡ Hæc glossa sola videtur esse Ioannis And. vt finis indicat.

* Nisi appareat eas inuitas detentas & coactas, secundũ Vincẽtium. Ioan. And.

‡ Vide Couarruuiam in epitome lib. 4. decretalium par. 2. cap. 3. §. 4. & seq. adde citatos supra hoc tit. in c. cum locum.

† Adde quia dicatur talis metus, not. glo. & Doct. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acq. hæred.

† Vide concilium Tridenti. sessio. 24. de reformat. matri. c. 9. & Couarruuiam in epitome lib. 4. decretalium par. 2. c. 3. §. 7.

† contraueniret.

† de Alfio

† impositionem

† Per iurisperitos non intelligas laicos, sed eos qui habent noticiã vtriusq; iuris, & theologiæ, nam causæ matrimoniales iudicibus ecclesiasticis sunt cõmittendæ. concilium Tridenti. sessio. 24. de sacramento matrimon. canone 12.

dem est ratio vtrobiq;:ergo eadem debet esse prohibitio,& idē ius. ī.de consi.r.cum dilecta.cum alus concord.ibi posios.& ī. de transla.inter corporalia.sed secus est secundum leges, vt dicit lex prædicta.de spon. io C.

Additio. Vel dic q̄ arrha est res fauorabilis, & etiam matrimonium,& ideo arrha potest esse in matrimonio, pœna vero non: quia res est odiosa, vt ibi dicitur.

tua.vnde non est matrimonium. Satis dr̄ hic fuisse substātia & forma:quia consensus & forma fuit hic,licet p verba de futuro, quæ p carnalem copulam subsequentēm fiunt de p̄senti p̄sumptiue:sed p carnalem copulam subsequentem p̄sumitur consensus, p verba p̄cedentia designat forma,licet illa ab initio fuerint de futuro. Ber.

¶ Idem episcopo Cenomanēsi.

¶ *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per carnalem copulam subsecutam, sed non per nisum carnalis copulæ tantum. hoc dicit cum cap. fin. infra eod.*

CAP. XXX.

IS†,qui fidem dedit M. mulieri super matrimonio contrahendo, carnali copula subsecuta,& si in facie ecclesiæ ducat aliam & cognoscat, ad primam redire tenetur[a]: quia licet præsumptum primum matrimonium videatur, contra præsumptionem[b] tamen huiusmodi non est probatio admittenda: Ex quo sequitur, quòd nec verum, nec aliquod censetur matrimonium, quod de facto est postmodum subsecutum.

¶ Idem.

¶ *Sponsalia de præsenti non soluuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consummatū. sed sponsalia de futuro etiam iurata, soluuntur per sequentia de præsenti.*

CAP. XXXI.

SI† inter virum & mulierem legitimus cōsensus interueniat de præsenti, ita quòd vnus alterum mutuo consensu, verbis consuetis expresso, recipiat, vtroq; dicente[c]: ego te in meā accipio: &, ego te accipio in meum: vel alia verba[d] consensum exprimentia de præsenti: siue sit iuramentum[e] interpositum,siue non, non licet alteri ad alia vota[f] transire: quod si fecerit, secundum matrimoniū de facto contractum (etiam si sit carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in sua firmitate manere. ¶ Verū si inter ipsos accessit† tantummodo promissio de futuro, vtroq; dicente alteri: ego te recipiam in meam: &, ego te in meū: siue verba similia: si alius mulierem illam per verba de præsenti despōsauerit, etiam si inter ipsam & primū,iuramentum interuenerit (sicut diximus) de futuro, huiusmodi desponsationis intuitu, secūdum matrimonium non poterit separari[g], sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungēda.

¶ Idem.

¶ *Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matrimonium.*

CAP. XXXII.

ADolescens†, qui desponsatam sibi per verba de futuro,licet sæpe nisus fuerit, carnaliter non cognoscens, cū alia

IS,qui fidem.] Primo ponit thema, ex quo tacite elicitur quæstio. Secūdo illam soluit, & rationē submittit: ibi, *Ad primam*. Abbas.

Casvs. Quidam iuuenis dedit fidē cuidā mulieri,q̄ eam duceret in vxorem, & eā postmodum carnaliter cognouit: postea in facie ecclesiæ cū alia matrimonium ɔ̄xit: Quæritur, quam istarum debeat habere? Dicitur,q̄ ad primā redire tenetur:quia licet p̄sumptū primum matrimoniū videatur: tñ contra talē p̄sumptionem p̄batio in ɔ̄rium nō est admittenda: Vnde sequitur, q̄ matrimoniū postea de facto ɔ̄ctum, nullū fit:Nota q̄ hæc est præsumptio iuris & de iure,contra quam probatio non admittitur.

a ¶ *Redire tenetur*.] sic ī.eod. veniens. & j. de cond. appo. de illis. & c.per tuas.

¶ *Glo seq. distinguit circa præsumptiones. in fin. obycit. & soluit.*

b ¶ *Contra p̄sumptionē*.] Nota circa hmōi p̄sumptiones[1]:q̄ p̄sumptio alia est iuris & canonis siue legis, alia hominis, alia naturæ, alia facti. Præsumptio iuris & canonis,siue legis,siue iuris,siue de iure, qd̄ idem est,non recipit probationem in ɔ̄rium,vt lex p̄sumit,mulierem stipulatam dotem sibi reddi, quæ non est stipulata: & si qs vellet p̄bare ɔ̄rium,non auditur. C.de rei vxo. actio.l.1.§.1.Idem est in arrogato, qui semp intelligitur stipulatus quartā partem de bonis arrogatoris, si emācipat.ff.de ado.si arrogatur.& de tali loquitur hic.Et ita p̄sumptum dr̄ istud matrimonium. similis p̄sumptio est 11.q.1.si qui clericorū.& j.qui ma.accu.poss.insuper.fin. s.eod.ad id qd̄.& 54.dist.fraternitatem. & j.de Iudæ.c. vlt. qd̄ loquitur in eodem casu cum c.fraternitatē. Præsumptio hoīs est, cū p̄sumitur contra aliquem hoīem pp malam famam: contra hanc p̄sumptionē bene admittitur p̄batio in contrariū.s.eo.cum in tua. & 2.q.5.p̄sbyter.& c.si mala fama.j.de pur.ca.cum P. & ff. quod met.causa.nno est verisimile.Præsumptio naturæ est,vt cum exhæredo filiū meū,p̄sumitur contra me,q̄ iniuste exhæredauerim eū, & hoc pp naturam: & ideo hæredes mei p̄bare tenentur q̄ iuste exhæredauerim eum. C.de inoffi.test.l.oimodo.ver.si tñ. Præsumptio facti alia p̄cedentis circa futura,vt si semel calūniatus es contra me, & iterū velis me accusare, p̄sumitur modo te velle iterū calumniari. ff.de accu.si cus.§.1.idem. 3.q. 11.placuit.& c.si accusatorum.& ī.de p̄sump.mandata.& c.scribam eis.Præsumptio facti subsequentis circa p̄terita est,vt si aliqui fuerint accusati de crimine adulterij, qd̄ depellebāt p̄textu proximitatis,si postea in matrimonium se coniunxerint, manifeste p̄sumitur facinus, in quo accusati fuerunt.C.de adult.si hi qui adulterij. ff.ad Macedo. item si filius.alias incipit,sed Iulianus.§.interdū.circa fin. & in Authen. vt nulli iudi.§.si quis vero.coll.9. Et est alia p̄sumptio iuris tñ, vt si vir diu cohabitauit vxori, p̄sumit ab eo cognita.32.q.1.dixit dn̄s. & 27.q. 1.nec aliqua.& contra hanc p̄sumptionem p̄batio admittitur.ī.de p̄ba.pposuisti.& ff.de p̄ba. si chirographum[2]. sed hic non fuit substantia & forma coniugalis contractus, de qua dr̄ ī.e.

SI inter virum.] Duo sunt dicta. Secūdū: ibi, *Verum*. Abbas Secu.

K ¶ *Dispensatiue.*] Et ita epi possunt etiam dispensare cum clericis constitutis in sacris ordinibus, si contrahant de facto. sic ꝯ. de cleri. coniu. sane 2. Arg. ꝯ. ꝯ. de biga. nuper. sed illud intelligitur de illo, qui in seculari habitu vnam habuit de iure vxorem, & in sacro ꝯxit: cum illo tamquam cum bigamo non potest dispensari. arg. contra. ꝯ. cap. proxi. sol. vt ibi. B.

¶ *Glo. seq. rect. per q. quæ fuit dubitationis causa.*

l ¶ *Interfecerit.*] Putabat enim forte iste archieps̃ ꝓp homicidiũ, ꝙ degradari debeat, & ꝙ amisisset ordinẽ, qđ non est verum: quia character in aĩa impressus non tollitur. vt 1. q. 1. ꝙ quidam. vnde non potest ꝯhere: ꝓp delictum enim non est alicui subueniẽdum. ff qui. ex cau. maio. sed & si ꝑ prætorẽ. §. actio. nec stulti melioris cõditionis debẽt esse q̃ periti. ff. ꝙ vi aut clam. seruus. nemo enim delinquendo fit melior. ff. ad l. Fal. pretia. & 16. q. 1. legi. sic malæ fidei possessor non debet esse melioris conditionis q̃ bonæ fidei. ff. de petitione hereditatis, si a dño, vel à patre. §. si prædo.

m ¶ *Canonum.*] 32. dist. si quis eorum. & cap. de illo. & c. 1. & 84. dist. cum in prætexto. Bcr.

Vide Magistrum lib. 4. sent. dist. 37. & ibidẽ Doctores scholasticos. & B. Thomã in quæstionibus additis ad 3. par. q. 53. art. 3. vnde accipiant lumen hæc decretalis & glossa.

Loquitur de æstimatione serui, q̃ dedit noxam. Io. An.

Ex litte-

EX litterarum] Communis diuisio, consultatio & responsio. Secunda: ibi, *Super quo*. Abbas.

CASVS. Quidam subdiaconus copulauit sibi quandam mulierē in vxorem: Eps suus fecit illum abiurare ipsam, mittens ipsum dño Papæ, petens quid sit de ipso faciendum: Papa commendat ipsum, mādans, quatenus si ad religionem transire voluerit, & dignus apparuerit, poterit illum ad maiores ordines pmouere: q si ad religionē transire noluerit, neq; in subdiaconatu pmittat illum administrare, neq; ad maiores ordines promoueri: Sed in minoribus poterit ministrare. Nota, q hic non permittit Papa dispensare cum illo qui ɔxit in ordine subdiaconatus: Sed in præcedenti capitulo dicit Papa, q eps cum tali dispensare potest: ratio redditur in glossa in capitulo isto signata. Itē fauore religionis mitiꝰ agetur cum aliquo. Itē si subdiaconus ɔhit matrimonium, in ordine subdiaconali ministrare non debet.

¶ *Glo. seq. signat contrariū & soluit dupliciter.*

a ¶ *Abiurare.*] Arg. cōtra. s. de cohab. cle. & mu. clericos. illud intelligendum est vbi suspicio habetur de periurio, vt sæpe faciunt inter se concubinarij: cū non exigitur iuramentum, vt ibi satis colligitur: vel illud circa contubernium, hoc in diuortio cuiuscunq; matrimonij. 35. q. 6. ab isto die.

¶ *Glo. seq. obijcit decretali proximæ: & soluit dupliciter.*

b ¶ *In subdiaconatu ministrare.*] Arg. ɔ. s. c. p. xi. vbi dispensatur cum eo, qui in pluribus deliquerat q̄ iste: Quæ fuit ergo ratio? placuit hoc dño Papæ, vt maiorem gratiam faceret illi quàm isti: Illa potuit esse ratio: quia non videbatur vere pœnitens, & psumptio erat ɔ ipsum de sua incontinentia, & cum talibus non est dispensandū, cum pro reuersionis spe prauæ actionis desideria concipere non formidant. 50. dist. c. 1. & c. vt constitueretur. & ideo Papa phibet, ne cum ipso dispenset, cum aliàs suo iure dispensare posset. vt s. c. proxi. sed si intrare voluerit religionem, tunc fauore religionis poterit circa ordinem dispensare. hc j. de apostat. c. 2. vel de consilio loquitur cum de iure suo eps posset dispensare cum ipso: vt s. cap. proxi. & s. de cleri. coniuga. sane. Ber.

c ¶ *In minoribus.*] sim. 50. dist. placuit. & 15. q. 8. si qs psbyter. Ber.

MEmínimus.] In prima parte ponitur decisa cōsultatio. In scda distinguens ratio. Scdm membrū: ibi, *Verum*. Abbas Siculus.

Aliquis suscepit habitum religionis: quæritur, an possit postea ɔhere matrimonium? Rñdet Papa, q si deuouerit religioni, & pfessionem fecerit, postea matrimonium ɔhere non potest: q si ɔxerit postea compellendus est eam dimittere, & ad monasterium redire: sed si nec habitum suscepit, nec professionem fecit, sed solūmodo votum fecit, si postea ɔxerit, non est cogendus ad religionē trāsire, nec matrimonium debet rescindi. Nota q votum simplex non impedit matrimonium contractum, cum sit fortius vinculum q̄ votum simplex.

¶ *Glossa sequens casum inchoat.*

d ¶ *Meminimus.*] Aliquis promisit trāsire ad religionem, & habitum religionis suscepit, postea ɔxit matrimoniū, quæritur quid iuris? & respondetur prout sequitur in littera.

e ¶ *Professionem.*] quæ etiam sola facit monachum. s. de reg. porrectum. vnde in seculo remanere non debuit, nec ɔhere [1] matrimonium, immo compelli debet redire ad monasterium. s. de regul. sicut. vt hic dicitur. arg. 27. distin. quod interrogasti. & 27. q. 1. quasi per totum.

¶ Idem Cenomañ. episcopo.

¶ *Subdiaconus matrimonium contrahere non potest.*

CAP. II.

EX † litterarum tuarum tenore accepimus, quòd lator præsentium in subdiaconatus officio constitutus, quandam sibi in coniugem copulauit, quam † eundem abiurare [a] fecisti: Super quo prudētiam tuā in Domino cōmēdamus: Mandantes, quatenus si ad monasticum † ordinem transire voluerit, & tibi post laudabilem conuersationem ipsius visum fuerit, eū ad maiores ordines promoueri concedas, quòd † si ad religionē se trāsferre noluerit, eum neque in subdiaconatu [b] ministrare, neque ad altiores permittas ordines promoueri: in minoribus [c] tamen ordinibus poterit ministrare.

¶ Idem Vigorieñ. † episcopo.

¶ *Votum solenne impedit & dirimit matrimonium post contractum: votum simplex tantum impedit contrahendum, sed non dirimit post contractum.*

CAP. III.

MEminimus [d] †. & infra. ¶ Respondemus, quòd si quisquam, qui se religioni deuouit, & habitu suscepto professionem [e] fecit, postmodum sibi aliquam copulauerit, est cogendus ab ea recedere, & ad ecclesiam cui se contulit, sine contradictione transire. Verum si nec habitum [f] suscepit, nec professionem, sed votū solummodo fecit, & se ad religionem trāsiturum [g] promisit, licet postea matrimonium cōtraxerit, non est cogēdus ad religionem transire, & matrimoniale votū rescindere.

¶ Idem Luceñ. episcopo.

¶ *Susceptio habitus professorum extra religionem à non habente potestatē incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. hoc dicit secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.*

CAP. IIII.

COnsuluit † nos tua fraternitas, quid faciēdum sit de nobili muliere, quæ vestibus pretiosis abiectis, mutauit habitum [h], & de manu presbyteri velamen [i] assumpsit: sed non renunciauit [k] propriis, nec intrauit claustrum, nec in manu alicuius episcopi, abbatis, vel abbatissæ, aut super altare [l] professa est, vel obedientiam promisit: postmodū vero elapso anno, abiecto religionis habitu, cuidā nobili nupsit: Consultationi tuæ taliter respōdemus, quòd sicut simplex † votū matrimonium impedit cōtrahendum, & non dirimit [m] iam contractū: ita habitus sine professione susceptus [n], ne contrahatur impedit, sed contractum nequaquam dissoluit.

¶ *Glossa seq. soluit contrarium.*

f ¶ *Nec habitum.*] maxime: quia solus habitus nō facit monachū, sed pfessio regularis: s. de regular. porrectū. nisi gestaret habitum monachalem cū aliis per annum: quia tunc psumitur professionē fecisse, vt postea ei exire non liceat. s. de reg. ex parte. & c. vidua.

g ¶ *Transiturum promisit.*] Et ita votū fuit simplex tm: quod per fortius vinculum tollitur. j. eod. rursus. 27. dist. si vir. 17. q. 2. nos nouimus. æqualiter [3] tñ cum solenni obligat apud Deum, vt dicit illa decretalis, rursus. vbi de hoc dicetur.

COnsuluit.] Susceptio habitus sine professione nō dirimit matrimonium contractum, sed ɔhēdum impedit. hoc dicit. sed hæc summatio est nimis generalis. Primo ponitur cōsultatio. Secundo rñsio: ibi, *Consultationi*. Abbas.

CASVS. Quædā nobilis mulier vestibus ptiosis abiectis mutauit habitum, & de manu presbyteri velum assumpsit, sed non renunciauit propriis, nec intrauit claustrum, nec in manu alicuius professa est, vel obedientiā promisit: postmodum anno elapso matrimonium ɔxit: Quæritur quid iuris? Rñdet Papa, q sicut simplex votum impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum, ita habitus sine professione susceptus impedit ne contrahatur, sed non dissoluit iam contractum. Nota, q votum simplex impedit matrimoniū contrahendum, sed non dirimit iam contractum. Item habitus sine professione monachum non facit.

h ¶ *Mutauit habitum.*] nulla facta professione seu voto, vnde nō impedunt [4] matrimonium. 17. q. 2. Gonsaldus. & s. eo. c. pxi. Ber.

i ¶ *Presbyteri velamē.*] scilicet, pbationis, qui distinctus esse debet ab habitu professorum. s. de reg. c. penult. qui non dirimit matrimonium iam contractum. s. c. proxi. & j. eo. rursus.

k ¶ *Non renunciauit.*] per hæc quæ hic enumerantur, patet, q non assumpsit religionem, nec habuit propositum mutandi seculum [5] vnde libere exire potuit infra annum, & etiam anno cōpleto. s. de regular. c. pen. vbi dicitur, q euidenter debet apparere si seculum mutare voluerit: & ita signa mutationis euidenter debet apparere, ad hoc vt aliquis censeatur monachus, alias exire poterit infra annum, & anno finito. 20. q. 1. illud.

l ¶ *Super altare.*] Vide qualiter quis potest profiteri in manu epi. 27. q. 1. viduitatis. & in manu etiam monachi [6]. j. eod. insinuante. & coram sacerdote per ipsius benedictionem. 27. q. 1. sciendum. & 20. q. 1. vidua & super altare, vt hic dicit.

¶ *Glo. seq. obycit. & soluit.*

m ¶ *Non dirimit.*] 27. dist. c. presbyteris. §. hinc distinguendum. & c. si vir. & j. eod. rursus. s. de regularib. porrectum.

n ¶ *Susceptus.*] sed vr q co ipso q suscepit habitum & velamē, votum

Aaa

[Marginal notes, left:]
† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōpilatione & post concilium par. 50. cap. 59.
† Aliàs ita: quem eandem, &c. in altero vetere itaquam eundem P. nomine abiurare, &c.
† Vox, monasticum, deest in omnibus manuscriptis.
† Aliàs ita: qui si ad religionem se afferre, &c.
† Vvigorien. Vvigorn.
† Cap. 6. eo. tit. in 1. cōpil. & post concilium Lateranen. par. 6. cap. 9. Vide omnino magistrum sententiarum, & ibi Doctores libro 4. dist. 37. & 38. & B. Thomam in quæstionibus additis ad 3. par. q. 53. art. 1. & 2.
1 Vincentius ponebat talem versiculum: Hic est ergo minor, ibi dispensatio maior.

[Marginal notes, right:]
1 Immo cōtrahendo sit species de hæresi. Simancas catho. instit. tit. 40. de matrimonio, vbi plena, & recta.
2 Qualiter hoc sit intelligendū, docet pulchrè B. Thomas in d. q. 53. art. 4. ad 1. argumentū.
† Cap. 7. eo. tit. in 1. cōpilatione & post concilium Lateran. par. 49. cap. 4.
† Vide omnino citatos paulo ante in c. meminimus. eo. tit.
4 Secundum Pet. & Abbatem melius dixisset, nō dirimunt: nam bene impedit, vt sit votū simplex: vt patet in fine. Ioan. And.
5 Ad hoc vide supra de regul. ad Apostolicā. Ioan. And.

tum suum solénizauerit, ita vt ad monasteriũ redire cogatur. arg. s. de reg. vidua. 27. dist. quod interrogasti. littera illius cap. satis sol uit 𝔠ria illa: hic constabat, ꝙ absolute habitum non mutauit, ibi ve ro eo animo & proposito habitum & velamen susceperunt, vt mo nachæ essent: vnde postea nõ audiuntur, etiam si 𝔠trium vellent iu rare. Bernar.

V*Eniens*.] Primo narrat casum præmissa causa. Secũdo ponit mandatum: ibi, *Nos itaque*. Abbas.

CASVS. Quædã mulier promisit fide data se nupturam cuidã viro absenti: postmodũ audiuit plura de crudelitate ipsius: noluit cũ eo 𝔠here: & cum timeret ne compelleretur 𝔠here cum ipso, in manu M. eremitæ votum continentiæ ꝑmisit, tñ vestem vel locũ non mutauit: vir hoc audito cũ alia 𝔠xit: dictus eremita ad dñm Papã accessit, proponens ei ꝑdicta: ipse considerãs tutius esse vt prædicta mulier post fidem & votum simplex matrimoniũ 𝔠hat, quàm fornicationem incurrat: mandat, vt si nõ est amplius in facto processum de fide mentita, & de voto violato pœnitentiam imponat, & ei det licentiam contrahendi. Nota, ꝙ post votum continentiæ simplex matrimonium contractum non dissoluitur.

¶ Idem.

¶ *Votum castitatis de præsenti impedit matrimonium contrahendum: ecclesia tamen ex causa matrimonium contrahi quandoque permittit. hoc dicit inhærenda littera.*

CAP. V.

VEniens ✝ ad præsentiã nostram M. eremita proposuit, quòd I. mulier cuidam viro absenti [a], fide data, se nupturam promisit [b]: sed postmodũ audiens plura de seueritate [c] ipsius, ei noluit copulari. cũ itaq; timeret, ne illi nubere cogeretur, in manibus suis continentiæ votum [d] promisit: non tamen locum, aut vestem mutauit: quo audito, vir aliam sibi copulauit. ¶ Nos itaque attendẽtes tutius esse, vt præfata mulier post fidem, & votum simpliciter oblatum, matrimonium contrahat, quàm fornicationis [e] reatum incurrat: Mandamus, quatenus si plus non processit, sibi de fide mentita & voto violato [f] congruam satisfactionẽ indicas, & ei, cui vult, nubendi in Domino licentiam tribuere non postponas [g].

¶ *Glo. seq. arguit, allegat tria iura.*

a ¶ *Absenti*.] Arg. ꝙ matrimoniũ inter absentes 𝔠hi potest. 32. q. 2. honorantur. & 30. q. 5. nec illud. & s. de conuer. coniu. ex parte 1. & eodem modo sponsalia: vt hic. & ff. de spon. l. 4. & 5. Ber.

b ¶ *Promisit*.] per interpositam personam, quæ mãdatum habebat ad hoc, alias nihil esset.

¶ *Glo. seq. vacatur per quæstionem an ille timor excusaret.*

c ¶ *De seueritate*.] Timor ille vanus erat, vnde non excusatur quo minus debeat compelli ad matrimonium 𝔠hendum ꝑp fidem datam, si ille cum alia non 𝔠xisset, non obstante voto simplici. arg. s. de spon. ex litteris 2. prima enim [1] fides seruari debet s. de sponsa. sicut. nisi fortius vinculum superueniat: vt s. de sponsalib. si inter.

d ¶ *Continentiæ votum*.] Mulier ista vouit continentiam, nec mutauit locum nec vestẽ, nec eoã fecit ꝓfessionem, & tñ post votũ continentiæ de ꝓsenti 3 𝔠here potest. & ita est arg. optu. ꝙ votum nõ solemnizatur per votum continentiæ tm̃. De hoc dicitur j. c. primo.

¶ *Glo. seq. arguit, allegat quatuor iura.*

e ¶ *Fornicationis*.] Arg. minus malum tolerandum, vt maius euitetur. 33. q. 2. si ꝙ verius. 27. q. 1. hi qui. 22. q. 1. considera. & 4. distin. denique.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas.*

f ¶ *Voto violato*.] idest, violãdo. sim. ff. de iniur. admonẽdi. in ver. absolutus. i. absoluẽdus. Vel dic, violato animi destinatione: qa petebat sibi dari licentiam 𝔠hendi [4]. nec intelligo, ꝙ imponatur pœnitentia nisi sub ea conditione, si 𝔠xerit, vel imponetur postq̃ contraxerit, vel etiam de voluntate mutata agitur pœnitentia. argu. 27. q. 4. sunt qui opes.

¶ *Glo. seq. obycit, & soluit.*

g ¶ *Non postponas*.] sed qualiter datur huic licentia 𝔠hendi p̃ votũ cõtinentiæ, licet sit simplex, cum apud Deũ æqualiter [5] obliget cũ solemni. j. c. prox. ergo debuit cõpelli, vt seruet votum, sicut fit in sponsalibus. s. de spon. ex litteris 1. Dicas ꝙ non dat hic ecclesia licentiam 𝔠hendi directe, sed est hic quœdam comparatiua ꝑmissio, ne deterius inde contingat, vt ex littera patet [6]. & quia in perturbatione animi votum emisit. arg. 17. q. 2. Consaldus. vnde datur ei licentia 𝔠hendi, alias non daretur: nam votũ continentiæ seruandum est etiam à coniugatis [7]. 33. q. 5. quod Deo pari.

R*Vrsus*.] Votũ solẽne dirimit matrimoniũ 𝔠ctũ, scilicet sequẽs, simplex vero impedit, sed nõ dirimit. Primo ponit q̃stio Secũdo distinguens solutio: ibi, *Vnde*. & 3m membrũ: ibi, *Quid si*. Abb.

CASVS. Quidam emisit votũ castitatis, & postea iurauit se ducturum quandã in vxorem: Quæsitum fuit, qd istorum potius seruari debeat, votũ, vel iuramentum? R̃ndet Papa, ꝙ simplex votum apud Deum nõ minus obligat, q̃ solemne: Vnde pro eo ꝙ iurauit, agat pœnitẽtiam, & votum suum studeat obseruare: Si vero postq̃ iurauit 𝔠xit, matrimonium tenet & valet: quia votum simplex matrimonium 𝔠hendum impedit, sed non dirimit iam 𝔠ctum. Nota ꝙ votum simplex & solẽne quo ad Deum æqualiter obligant. Itẽ votum simplex impedit matrimoniũ 𝔠hendum, sed non dirimit iam contractum.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Votum simplex impedit sponsalia de futuro, non autem dirimit matrimonium sequens: secus in voto solenni.*

CAP. VI.

RVrsus ✝ quidam votum castitatis [h] emittens, iurauit se quandam ducturum postea in vxorem: Vnde à fraternitate tua requisiti arbitramur, quod cum simplex votũ apud Deũ [i] non minus obliget, quàm solemne: pro eo quòd iurauit temere, pœnitentiam agat: & votum, quod Deo fecit, studeat

h ¶ *Castitatis*.] simpliciter. s. eo. c. proximo.

¶ *Glo. seq. vacatur per obiectio. & sol. Secundo quærit de cãs, quod sit votum simplex, & quod solemne. subdit opiniones diuersorum.*

i ¶ *Apud Deum*.] Ergo vr̃ æqualiter obseruandum vt solẽne, qđ falsum est: quia solemne seruatur post 𝔠ctũ matrimonium. j. c. proxi. istud vero nõ. 27. dist. si vir. & hic dicas, ꝙ ab initio sunt æqualiter [8] obseruanda, & vtrumq; in tantũ obligat, ꝙ qui ꝯuenit, peccat mortaliter. Et dico, nõ minus, idest nõ minori tpe: quia vtrũque in ꝑpetuum obligat, & vtriusq; factio est mortale peccatum, licet vnus min⁹ peccet alio: qđ patet ex minori pœnitẽtia. 27. dist. si vir. & 27. q. 1. virginibus. & c. deuotã. Vel hoc contingit ꝑp adiũctum. s. ꝑp bonum matrimonij. arg. 27. q. 1. nuptiarum. & est simile qđ dr̃: inter simplicem loquelam & iuramentum nõ facit Deus differentiam. 22. q. 5. iuramenti. & collige ex hoc qđ hic dr̃, votum ex sui natura non dirimere matrimonium, sed cõstitutio facta sup voto. Quia fit hic mentio de voto simplici & solemni: vide qđ sit vtrũq;. Votũ solẽne [9] est qđ fit interueniente aliqua istarũ solẽnitatum, videlicet ꝑ susceptionẽ sacri ordinis. 28. dist. diaconi. & 84. dist. cum in ꝑterito. Item ꝑ susceptionem sacræ vestis, quæ tm̃ ꝓfitentibus dari debet. s. de reg. statuimus. & maxime si cũ alijs icipiat cantare, & oblationẽ facere in ecclesia. 27. q. 1. vidua. & s. de reg. vidua. & 27. dist. quod interrogasti. Tertio modo cũ ꝑ ꝓfessionẽ deuouet se alicui religioni in manu abbatis vel abbatissæ, vel etiã in manu monachi. s. de reg. statuimus. & s. eo cõsuluit. & j. eo. c. ꝓxi. ꝓsentibus testibus ꝑ quos possit ꝓbari professio, si ille negaret, & ne hoc negari possit, fiat inde publica scriptura. 27. q. 1. oẽs foeminæ. in qua scriptura ꝓfiteatur se velle religiose viuere. 30. q. 1. vidua. & tale votum impedit matrimoniũ 𝔠hendum, & dirimit iam 𝔠ctum. 27. q. 1. ꝑ totum. vsq; ad c. nuptiarum. Alias aũt votũ continentiæ factum, q̃uis coram multis, dr̃ simplex, quasi non vestitũ, siue institutum aliqua solẽnitate: & tale votum impedit matrimonium 𝔠hendum, sed non dirimit iam 𝔠ctum, quasi dicat nõ debet 𝔠here post tale votum: tñ si 𝔠hat, tenet. s. eo. cõsuluit. & c. veniẽs. & 27. q. 1. nuptiarum. cũ seq. cap. & post hoc votum continẽtiæ, cũ quis dicit: voueo continentiam, dat ecclesia licentiã 𝔠hendi. s. eod. cap. proxi. Hæc opinio hodie quasi [10] cõis est, & in hac opinione fuit Gratianus 27. dist. §. vlt. & c. vlt. Hug. vero dixit, ꝙ votum cõtinentiæ perpetuæ inter omnia vota impedit & dirimit matrimonium iam 𝔠ctum, & in nullo casu est matrimonium post votum ꝑpetuæ continentiæ, quo ad Deum: & si postea contrahat, de solo facto contrahit, & mortaliter peccat: & hoc dicit esse verum si votum continentiæ proprie teneatur. Proprie dr̃ votum continentiæ cum dico: voueo ꝑpetuam continentiam. Improprie cum dr̃: voueo siue promitto, ꝙ post annum siue post mortem vxoris meæ, vouebo ꝑpetuam continentiam: quod est dicere, votum de ꝓsenti & de futuro. Et dicit Hug. quòd solemnitates ꝓmissæ, non sunt de substantia voti, sed signa & probationes voti, si votum reuocetur in dubium. Ioannes dixit, ꝙ si aliquis coram tota ecclesia dicat: voueo ꝑpetuam continentiam: nõ solemnizatur votum, nisi aliquid de ꝓmissis interueniat: vnde si postea contrahat, tenet matrimoniũ. Hug. vero contra, vt patet. Sed certe quod dicit Hug. magis videtur tutum: licet enim aliquis non efficiatur monachus, bene potest se obligare ad continentiam ꝑpetuam per votum, sicut potest se obligare ad alia vota: quia votum continentiæ excedit oĩa alia vota, vnde nõ posset cõmutari in maius bonũ. arg. 32. q. 1. nuptiæ.

vnde

vnde & si coniugati continentiam promittant, eam seruare tenentur. 33. q. 5. quod Deo pari. Hugo contradicit Alexandro i. cap. proxi. cui potius standum est.

ADDITIO. Vnde versus: *Votum solenne demonstrant quatuor ista.*
Ordo sacer, scriptum, professio præstita sponte:
Et professorum vestis,
suscepta scienter. Vel sic:
Ordo sacer, vestis, professio religionis:
Quæ sit facta palam, faciunt solemnia vota.

obseruare. Quod si postquam huiusmodi præstitit iuramentum, ad nuptias motu proprio conuolasset: cum votum simplex matrimonium impediat contrahendum, non tamen dirimat iam contractum, nihil ambiguitatis quæstio tua continere videtur.

¶ Innocentius tertius Vlisbonen. & Colimbrien. Episcopis.

¶ *Votum solenne impedit & dirimit matrimonium post contractum.*

CAP. VII.

INsinuante I. nobili muliere, nostro est Apostolatui reseratum, quòd à quibusdam curialibus fuit regi Legionen. pro ipsius copula supplicatum: quòd cum ad consanguineorum eius notitiam peruenisset, vt maritum acciperet, ei sub obtestatione regia suggesserunt: ipsa vero quòd tunc nollet nubere protestans, consilium accepit ab eis, quod votum emitteret castitatis: quod in manibus cuiusdā de fratribus sancti Augustini fecit, eo adiecto tenore, vt in domo propria, cum omni substantia sua remaneret. Sane in eiusdem ordinis habitu, biennio post permansit, licet id se inuitam fecisse asserat & coactam, non tam metu regio, quàm parentum: & infra. ¶ Tandem attendens, quod inuita votum emiserit, eo dimisso de parentum consilio, P. Michaeli publice fuit matrimonialiter copulata: de quo quatuor sustulit filios tempore procedente: & infra. ¶ Nos igitur attendentes, quòd in emissione voti, quod præcessit, nulla vel modica coactio affuisset, quā patientia & perseuerātia sequētis temporis penitus profugauit: & quòd sequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta: Mādamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, præfatam mulierem ad male dimissum religionis habitum resumendum, & seruandum quod vouit, monere & inducere procuretis, & (si opus fuerit) per censuram ecclesiasticam coercere.

TITVLVS VII.

De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

¶ Alexander iij. Abbati Sancti Albani.

¶ *Si quis viuente vxore contrahit cū secūda hoc ignorāte prima mortua, ad sui petitionē nō separabitur à secunda.*

CAP. I.

PRopositū est nobis, quòd vir quidam vxorē habēs, sibi aliā huiusmodi rei insciam copulauit: sed prima mortua, nititur discedere

a ¶ *Obseruare.*] Quòd si prius iurasset, & postea votū simplex emisisset, tene quod dicitur s. de spon. commissum.

b ¶ *Videtur.*] quia remanebit cum illa s. eo. consuluit.

I*Nsinuante.*]. Primo ponit factum. Secundo diffiniendum committit: ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quidam curiales regis Legionen. supplicauerunt ipsi regi, vt I. nobilem mulierem faceret copulari in matrimonium cuidam viro: Cum istud peruenire ad notitiā consanguineorum, ipsi eidem mulieri consuluerunt, vt virū acciperet: & ipsa respondit, quòd nubere nolebat, cōsilium recipiens ab eisdem, quod votū emitteret castitatis: quod fecit in manibus cuiusdā de fratrib. sancti Augustini, hoc adiecto tenore, quod in domo sua cum omni substātia remaneret, & sic in habito eiusdē ordinis postea per biennū permansit, coactā & inuitā metu regio id asserēs se fecisse: Tandē cōsiderans, quod inuita votū emiserat, eo dimisso matrimonium publice contraxit de parentum consilio: mulier desiderans aīæ suæ saluationē, domino Papæ fecit scribere prædicta: Vnde Papa scribit duobus modis, considerans quod in emissione voti quod præcessit, nulla vel modica coactio interuenit, quam etiam patientia tēporis sequētis profugauit, & coniunctio iniqua fuit: mandat, quatenus si prædicta vera sunt, prædictā mulierem moneant, vt habitū male dimissum reassumat, & seruet quod vouit, & si opus fuerit, per censuram ecclesiasticā compellant eandem. Nota, quod quis potest profiteri in manu monachi. Item votum contractum per metum, per patientiam sequentis temporis fit validum, & postea violentia profugatur. Item qui habitum regularem dimittit, debet compelli ad reassumendum.

c ¶ *Supplicatum*] contra illa iura: nam à principe non est petenda vxor. 36. q. 2. nullus. & pœnam deportationis meretur. C. si nu. ex rescript. petant. l. 1. & quia debent esse libera matrimonia. supra, de sponsalibus Gemma.

Vide concil. Tridē. sess. 24. de reform. matri. cap. 9.

d ¶ *Quòd in manibus.*] Et ita solemnizauit votum continentiæ tradendo se ordini sancti Augustini in manibus illius monachi: vt s. patet, & habitum professorum suscipiendo.

¶ *Glo. seq. obijcit probās per quatuor iura pro textu inducit duo, sed excludit pro absolutione ponit opinionē & remittit, & ad hāc litterā respō.*

e ¶ *Vt in domo propria.*] Ergo nō erat monacha, ex quo potest proprium retinere. arg. s. de statu mona. cum ad monasterium. in fi. cum talis conditio sit contra substantiam monachatus. s. de conditio. appo. c. fi. & 32. q. 2. solet. & arg. ff. de actioni. & obli. non solum. Arg. 10. q. 1. sic quidem. & s. de condi. appo. c. si talis enim conditio est cōtra substantiam monachatus, vnde ea retenta impedit monachatum: Quidam tamen dicunt, quod ea adiecta tenet monachatus, & pro non adiecta haberi debet. arg. huius litteræ. De hoc dixi s. de condi. apposi. c. vlt. verba ista in domo propria, cum omni sua substantia: sic expone, id est, cum vsufructu suæ substantiæ olim ante monachatum; vt de vsufructu illarum rerum victū & vestitum haberet in vita sua: quicquid enim superest, debet esse & est monasterij: & si quid deest ei, suppleatur à monasterio: similis. n. expositio hē. 27. q. 2. si quis rapuerit. & sic ista erit monacha, & potest remanere i domo quōdam sua, cum vsu rerū, quas contulit monasterio. sic 27. q. 1. de viduis.

In antiqua compilatione ista de qua &c.

¶ *Glossa sequens arguit, signat contrarium, & arguendo dat simile.*

f ¶ *Metu regio.*] Arg. quod imperiū regiū nō sufficit ad iustū metum. arg. C. quod met. caus. ad inuidiā. arg. cōtra. C. eod. l. vlt. & 15. q. 8. conuenior. similiter imperiū parentū non sufficit. ff. de ritu nuptia. si patre. 32. q. 7. omnes caulationes.

g ¶ *Vel modica.* Nota, quod leuis metus nō excusat in votis vt hic. & s. quod met. cau. cū dilectū. sed in electione leuis metus sufficit. 1. q. 5. si quis aūt. similiter in matrimonio, vt videt: quia plena debet securitate gaudere: vt s. de spō. cū locū. ff. de ri. nup. si patre. tn̄ talis debet esse, quod possit cadere in cōstantē virū. s. de spon. veniens 2. & c. consultationi.

De materia huius tituli vide Magistrum sententiarum & ibidem Theologos scholasticos lib. 4. dist. 37.

¶ *Glossa sequens not. quod ex tempore, &c. allegat sex iura.*

h ¶ *Patientia.*] Nota, quod duratione temporis euanescit exceptio: quia præsumitur cōsentire. 1. q. 5. constat. s. de spon. ad id quod. i. de frig. c. 5. C. quod met. cau. l. 2. ff. de condi. ob tur. cau. si ob turpem. ff. de rit. nup. si pater. B.

Cap. 1. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateranen. par. 6. c. 1.

Vide Magistrum lib. 4. senten. distin. 35. § solet enim quæri.

DE EO QVI DVXIT IN MAtrimonium, quam polluit per adulterium.

¶ *Supra visum est de quibusdā impedimentis matrimonij, scilicet ordinis, & voti: nunc subijcit de alio impedimento, quod scilicet causatur ex adulterio vel machinatione in morte coniugis. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 31. q. 1. & 32. q. 4. per totum. & q. 7. in multis capitulis.

P*Ropositum.*] Commonis diuisio Secunda: ibi, *Licet autem.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam habens vxorē, ea ignorante contraxit cū alia: Tandem prima mortua vult recedere à secunda: quæritur quid iuris? Rñdet Papa, quod licet in canonibus habeatur, vt nullus ducat in matrimoniū, quā polluerat prius per adulterium, & præcipue illā cui fidem dedit de ea ducenda viuente vxore, vel quæ machinata est in mortē vxoris: tamē quia mulier fuit nescia, quod ille haberet aliam vxorē viuentem, & ille vir de dolo suo cōmodū non sentiat, dicit Papa, quod nisi mulier illa diuortiū petat, ad petitionē viri non sunt aliquatenus separandi. Nota hic duos casus, in quibus non potest quis contrahere cū ea, cum qua adulteratus est. Item de dolo suo non debet quis commodū habere. Item argumentum, quòd contractus pro parte tenet, & pro parte non tenet.

¶ *Gl. seq. tractat quomodo ignorantia valet ad duo, residuum recitat per quæstionem, an mortua prima incipiat esse matrimonium. soluit, & dat simile, allegat duo iura in contrarium.*

i ¶ *Insciam.*] Hoc excusatur mulierem ab adulterio, quia ignorans

non cōmittit adulterium. 34. q. 2. in lectum. & ff. de adul. l. vlt. alioquin si fuisset conscia, non posset postea cum eo remanere. j. eo. cū haberet immo plus, pdest: qa filij de tali matrimonio legitimi sunt censendi, pp bonam fidem vxoris. j. qui fi. sint legi. ex tenore. &c. cum inter. & tñ non fuit matrimonium inter eos, etiam post mortē primæ vxoris: licet enī ista crederet eum liberum, ligatus tñ erat: & in primo consensu, q nullus fuit, intelligitur pdurare: sicut nec matrimonium ɔ̄hitur cum seruo, licet credatur liber, aliàs non ɔ̄ctura, etiam si postea manumitteretur eo ignorante: quia post manumissionem factā manendo cū eo, approbare semper intelligitur primū consensum, qui erroneus fuit, & non aliū vnde matrimoniū non pcedit. Arg. ɔ̄ ff. de offic. procon. obseruare. §. vlt. immo vr̄ expressum. ff. de iure do. Proculus. prior dictum verum est, tñ si mulier vult, cōpellitur ipsam ducere pp dolum & fraudem illius: vt in fine dicit.

a ¶ *In canonibus.*] 31. q. 1. c. 1. & j. eo. ex tuarum. cum haberet. & c. vlt. in fi.

d ¶ *Fidem dederat.*] vel si de facto eam duxit. j. eod. cum haberet. & supple, & eam cognouit viuente sua vxore: aliàs non impediretur ɔ̄here cū ea. j. eo. c. vlt.

Alibi hæc in canonibus habentur expressum.

Vide Lib. ... de ...

Cap. ... concil. Lateran. ... cap. 13.

à secunda: & infra. ¶ Licet autem in† canonibus[a] habeatur, vt nullus copulet matrimonio, quā prius polluerat adulterio; & illam maxime, cui fidem dederat[b] vxore sua viuente, vel quæ machinata[c] est in mortē vxoris: quia tamen præfata mulier erat inscia, quòd ille aliam haberet vxorem viuentem: nec dignū est, vt prædictus vir, qui scienter cōtra canones venerat, lucrū de suo dolo[d] reportet †: Cōsultationi tuæ taliter respōdemus, quòd nisi mulier[e] diuortiū petat, ad petitionē viri non sunt aliquatenus separādi.

¶ Idem Abbati de Fontibus.

¶ *Si viuente prima vxore, & non cognita, quis contraxit cum secunda scienter, & eam cognouit: etiam mortua prima secundam habere non potest: & secus si prima erat non legitima vxor.*

CAP. II.

SIgnificauit[f] † nobis O. Andegauensis: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si constiterit, quòd eidem O. tanta vis[g] illata fuerit, quòd non sponte in primam consenserit, nec post præstitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit[h], propter hoc non dimittas, quin ad aliā, quam postea in vxorē accepit, reuertendi liberam tribuas facultatem †. Alioquin sibi, ne ad secūdam reuertatur[k], sub interminatione anathematis inhibens, des ei licentiā ducendi aliam in vxorem.

¶ Idem Baranensi † episcopo.

¶ *Non potest quis cum illa contrahere, quam vxore viuente cognouit, si machinata fuit in mortem vxoris.*

CAP. III.

SVper† hoc vero quod quæsiuisti, an liceat alicui cū ea contrahere matrimonium, quā vxore sua viuente sibi de facto matrimonio copulauit[l]: Taliter respōdemus, quòd si adultera est in mortem vxoris aliquid machinata[m], siue fidem[n] dederit, [siue† non] quòd ea defuncta hanc esset ducturus: secundum canones ab eius consortio prohibetur: & hæc prohibitio perpetuo est seruanda.

c ¶ *Machinata.*] 31. q. 1. si quis viuente. & j. eo. super hoc.

d ¶ *De suo dolo.*] s̄. de rescrip. sedes Apostolica. & 30. q. 1. dictum.

¶ *Glo. seq. arg. q contractus claudicat. allegat 12. iura.*

e ¶ *Nisi mulier.*] Et ita compellit vir remanere cum ea, si voluerit, pp culpam & dolum ipsius viri, sed non econuerso. sim. j. de adul. c. 2. & ita est hic arg. q ɔ̄ctus pro parte tenet, & pro parte nō. s̄. de despon. imp. de illis. ff. man. potest. C. de resc. ven. l. 2. & Insti. de auctor. tu. circa prin. ff. locati. sicut emptio. §. interdū. & ff. de act. emp. & ven. Iulianus. si quis à pupillo. 29. q. 2. si quis ingenuus. 32. q. 5. pposito. & 32. q. 2. aliqñ. & 37. q. 5. §. 1. & 31. q. 2. c. 1. & 2. si tñ cōtraheret cum alia, teneret matrimonium. j. eod. veniens.

ADDITIO. Et hoc est verum, ante primū vel nouū consensum.

SIgnificauit.] In prima parte decisa cōsultatio. In secūda: ibi, *Mandamus.* distinguēs cōmissio. & s̄m membrū: ibi, *Alioquin.* Abb.

CASVS. Quidam O. noīe, Andegauensis coactus fuit iuramento interposito A. mulierem recipere in vxorem: Postmodū aliam in vxorem accepit, pp quam dicta A. eū traxit in causam coram Eboracen. archiepo, qui compulit ipsum O. iurare, q ad illā quā sponte cepit in vxorem, non accederet, donec inter ipsum O. & dictam A. lis esset in ecclesiastico iudicio terminata: Sed anteq̄ de causa cognosceretur, pdicta A. diem clausit extremum, tñ idem O. non audebat redire ad illam, quam spōte acceperat, pp iuramentū: Vnde hoc significauit dño Papæ: vnde mādat Papa cuidam Abbati, quatenus si constiterit, q illi O. tanta vis fuerat illata, q coactus & nō sponte in illam A. consenserit, nec post iuramentum pstitum eā cognouit: ad illam quam postea sponte accepit, libere reuertatur: alioquin eidem pcipiat sub interminatione anathematis, ne ad secundam reuertatur; aliam tñ accipiat, si voluerit, in vxorē. Nota q matrimonium per vim contractum non valet: quia libera debent esse matrimonia. Item licet vis præcesserit, verumtñ per sequentem carnalem copulam consummatur matrimonium. Item quod ab initio non valuit, tractu temporis nō cōualescit.

f ¶ *Significauit.*] Iste O. coactus fuit quandam despōsare in vxorē pstito iuramento: postea vero contraxit cum alia spontanea voluntate cōscia huius facti: prima petit illum in virū coram Eboracen. Archiepo, qui eum compulit recedere à secunda pstito iuramēto, donec lis esset iudicio ecclesiæ terminata inter ipsum & primam: lite pendente mortua est prima: dubitabat iste O. an deberet redire ad secundam, quam sponte duxerat in vxorem: Respondet Papa, prout sequitur.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Tanta vis.*] quæ posset cadere in constantē virum. s̄. de spon. veniens 2. & c. consultationi. sim. s̄. qd̄ met. cau. platum. & c. cum dilecti. Arg. contra. 15. q. 1. merito q̄ritur. & s̄. de iureiur. si vero. Iuramentum istud poterat seruari sine interitu aīæ, ergo debuit seruari vt ibi dr̄: & hæc non habent hic locum: qa matrimonia libera debent esse & nō coacta. s̄. de spon. cum locum. & c. pterea. & c. requisisti. & c. Gemma.

¶ *Glos. seq. argumentatur, allegat 5. iura.*

h ¶ *Cognouerit.*] Quod si fecit anteq̄ contraheret cum secunda, cōsensisse vr̄, vnde amplius secundam habere non posset. s̄. de spon. ad id quod. s̄. de despon. impube. de illis. & j. de his qui ma. accusa. possunt, insuper. & est arg. q ratihabitio retrotrahitur. sic s̄. de regu. significatū, ad finem. 1. q. 1. constat. 63. dist. Salonitanæ. de coniug. seruo. proposuit. & s̄. qd̄ metus causa. perlatum.

i ¶ *Ne ad secundam.*] consciam huius facti: alias enim bene posset eam habere. s̄. cap. proxi.

¶ *Glossa sequens ponit brocar. ad nega. alleg. quatuor iura, ad affir. tria, & soluit.*

K ¶ *Reuertatur.*] Arg. est hic: qd̄ ab initio non valet, tractu tpis nō conualescit, licet perueniat ad eum casum, à quo potuit habere initium. Institu. de leg. §. an seruo. 2. q. 1. in primis. circa prin. Insti. qui test. fa. pos. §. vlt. 36. q. 2. cap. vlt. arg. ɔ̄. 30. q. 1. ad limina. ff. de ser. vt pomum. 34. q. 2. in lectum. Prima rubrica locum habet qñ perpetuum subest impedimentum: ɔ̄ria adaptantur ad hanc regulā: Multa impediunt faciēdum, quæ iam factum nō dirimunt: quia qd̄ ab initio legitime factum est, ex superueniente delicto nō mutatur. ff. de in. actu qui pri. nec enim, nisi lege vel canone illud exprimatur, vt patet per ɔ̄ria: qd̄ perpetuo phibetur fieri, quolibet casu superueniente, prohibitio durat: vt in primis concor. & j. c. proxi.

SVper hoc.] Præmittit quæstionem, cui rn̄det: ibi, *Taliter.* Abbas.

CASVS. Aliquis viuente vxore sua de facto aliam sibi matrimonio copulauit. Tandem vxor sua mortua est: q̄ritur, an ipse possit ɔ̄here cum illa, quam sibi matrimonio copulauit viuente sua vxore? Rn̄det Papa, q si adultera in mortem vxoris aliquid machinata fuerit, siue fidem dederit, q eam duceret post mortē vxoris, illam habere non potest: & hæc prohibitio est perpetua. Nota q adulter cum adultera potest ɔ̄here, nisi ei fidem dederit ɔ̄hendi: vel nisi fuerit machinata in mortem vxoris.

l ¶ *De facto matrimonio copulauit.*] & eam viuēte sua vxore cognouit, alias non phiberetur. j. eo. c. vlt. & ea sciente, q haberet vxorē, secus si ignoraret. s̄. eo. c. 1. & 2. & j. eo. ex tuarū. & c. cū haberet.

¶ *Glo. seq. exponit, & ponit opi. quam reprobat. secūdo quærit, & soluit.*

m ¶ *Machinata.*] 31. q. 1. si quis viuente. & s̄. eo. c. 1. & intellige cō effectu, vt dicit. c. si quis viuēte. qd̄ dicit, machinata: qa verba cum effectu sunt accipiēda, s̄. de cle. nō resi. relatū. & s̄. de spon. c. vlt. de poen. dist. 1. §. hæc aūt verba. & ff. qd̄ q̄sq; iur. l. 1. §. hoc aūt. & arg. j. eo. c. vlt. Quidam dicūt q sufficit conatus sine effectu: & sufficit q ita scriptū est; ff. qui & à qbus. pscripsit. & 6. q. 3. scriptū. quod nō est verum. j. eo. c. vlt. Quid si aliquis interficit aliquem in bello, non eo proposito q velit vxorem eius sumere, nunquid potest illā ducere in vxorem? Dicas q sic. s̄. de conuer. infidel. laudabilem.

n ¶ *Fidem dederit.*] 31. q. 1. relatum. & j. eo. significasti. Ber.

Præter ... & alios hic, vide ... Quinto ...

Vide ... de ... & ... sec. ...

Reuerti. Baranensi. Reuerti. ...

Cap. ... concil. Lateranensi. ... c. 16. Vide ... Thom. lib. 4. ...

Hæc duo verba: siue non ... in omnibus manuscriptis.

Hic negotium scripta ... q sola machinatio sufficiat. & c. si quis viuente ... de occisione ... hæc præsup ponit vxorē mortuam. Ioan. And.

Ex litte-

sunt à parentibus, licet hoc fit contra leges.

e ¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Perpetua continentia.*] Hoc sit propter causas, quæ hic ponuntur: & quia ambo processerunt in dies suos: tñ si timeretur de incontinentia ipsorum, puta si essent iuuenes, daretur eis licentia contrahendi. 33. q. 2. in adolescẽtia. & cap. vlt. Sed contra videt s. cap. proxi. vbi datur licẽtia ꝯhendi in simili casu, sed ratio redditur in littera, quòd isti plus peccauerunt q̃ alij, vnde plus puniuntur: & quia senes videbantur.

EX litterarum] Cōis diuisio. Secunda: ibi, *Fraternitati*. Abbas. Casus. Quidam auctoritate prælati sui dimisit vxorẽ suam in adulterio deprehensam, quæ postmodum assumpsit habitũ monachalem: ille maritus aliam superduxit illa viuente: tãdem prima decessit: quæritur, an simul debeãt remanere? Rñdet q abinuicem sunt separandi, & ille, vir pœnitentia sibi iniuncta de adulterio, poterit aliam ducere in vxorem. Nota, q mulier in adulterio deprehensa dimitti potest, sci licet quo ad torum. Item vir viuente vxore aliã habere non potest. Item nota mirabilem casum, q viro nõ præiudicatur quo ad continentiam, si vxor nõ intret religionem: votum viri propter intronium vxoris solemnizatur.

a ¶ *Deprehensam.*] id est, conuinctam, sola enim deprehensio non sufficeret ad hoc vt separaretur. 2. q. 1. c. 1. & 3. licet sufficiat ad infamiã. ff. de ritu nuptia. palam. §. vlt.

¶ *Glo. seq. recitetur per contrarium.*]

b ¶ *Aliam superinduxit.*] in vxorẽ, quæ sibi coniecta, q aliã habeat vxorem, alias non noceret. i. eod. cap. 2. & j. eo. veniens.

c ¶ *Separare.*] j. eod. cap. proxi. & cap. significasti. 31. q. 1. relatum.

d ¶ *Aliam ducere poterit.*] acta pœnitentia. arg. s. de spon. cum in Apostolica. vel etiam parte pœnitentiæ, si timetur de incontinẽtia. 31. q. 2. in adolescentia. Bernardus.

CVm haberet.] Primo ponitur cõsultatio. Secundo responsio: ibi, *Tale*. Abbas. Casus. Quidam I. nomine, habens vxorẽ A. noie, commisit adulterium cum Matilda: & cum super hoc vocatus fuisset in ius, illã adulteram abiurauit. Tandem iuramento contẽpto, viuente vxore sua, matrimonium cum altera ꝯxit, diutius cohabitando eidem: de qua decem filios suscepit: Quæritum fuit a Papa, vtrum tale matrimonium stare possit: Rñdet Papa, q separentur omnino, & imposita eis pœnitẽtia, ppetua continentia indicatur, qui tanto tpe in adulterio & periurio ex certa scientia perdurarunt: Leo enim Papa statuit, vt nullus ducat in matrimonium quam polluit p adulterium: sed hic plus fuit pcessum, q̃ si fides tñ data esset adulteræ, vt mortua vxore eam duceret in vxorem: quia legitima vxore viuente, copulauit sibi adulteram, & iuramentũ violauit: Et si etiam iuramentum non interuenisset, tam Gregorius, quam Triburien. synodus tale connubium detestatur: & q tanto tpe permanserunt insimul, vt simul remaneant, non præstat adminiculum, vel q decem filios susceperunt: quia diuturnitas tpis non minuit peccatũ, sed augmentat: tñ solicitus sit eps, vt vterq; filijs suis ẽm facultatem suam necessaria subministret. Nota q nullus potest habere in matrimoniũ illam, cui fidem dedit de ea ducenda post mortem vxoris, si eam cognouit vxore viuente. Item plus est aliquam facto ducere, q̃ fidem dare. Item hæc impedimenta impediunt & dirimunt matrimonium. Item in casu isto multiplicitas filiorum non inducit dispensationem. Item diuturnitas temporis non minuit peccatũ, sed augmentat. Itẽ filij nati ex illegitimo matrimonio vel coniu. alendi

¶ Clemens tertius.

¶ *Qui viuente vxore etiam ab eo separata quo ad torum, secundam conscius ducit vxorem, prima mortua separabitur à secunda, sed cum alia contrahere poterit.*

CAP. IIII.

EX litterarum tuarum insinuatione accepimus, quòd T. vxorem suam in adulterio deprehensam a, de tui antecessoris assensu abiecit: quæ postmodum accepit habitũ monachalem: sed dictus T. antequam illa decederet, aliam superinduxit b: & plures suscepit filios ex eadem: & infra. ¶ Fraternitati tuæ igitur respõdemus, quòd illos debes abinuicem separare c. Idem vero vir, indicta ei de adulterio pœnitentia, aliam d ducere poterit in vxorem.

¶ Idem.

¶ *Qui viuente vxore legitima cum secunda contrahit adultera, etiam prima mortua separabitur à secunda, etiam si longo tempore ei cohabitauit, & filios ex ea suscepit.*

CAP. V.

CVm haberet vxorem legitimam A. nomine, I. lator præsentium, cum M. adulterium perpetrauit. Cũque super hoc fuisset in ius vocatus, abiurauit adulteram; & postmodũ iuramento contempto, viuẽte legitima, cum ea matrimoniũ contrahere, & ipsi diu cohabitare præsumpsit: demum prædicta A. de præsenti luce subtracta, memoratus I. cum adultera per decennium est moratus de qua decem filios procreauit.

¶ Tale ergo damus consultationi tuæ responsum: vt separentur omnino, & eis iniuncta pœnitentia, perpetua e cõtinentia indicatur, præsertim cum in dies suos ambo processerint, & tamdiu publice in adulterio & periurio ex certa scientia perdurantes, ecclesiã in graui scandalo perturbauerint. Nosti enim quòd Leo Papa f statuit, vt nullus ducat in matrimoniũ, quã adulterio polluit; & quòd hic plus g processum fuit, quàm si fides præstita dumtaxat fuisset adulteræ, vt defuncta legitima eam duceret in vxorem, cum eadem h etiam prima viuente, quasi matrimonialiter mœchæ mœchus adhærere præsumpsit, & sacramentum suum temere violare: quod vtique connubium (vbi etiam nulla intercessit religio iuramẽti i) tam Gregorius Papa, quàm Triburien. k synodus detestatur, & vtrumq; hoc modo coniunctũ, præcipit publicæ pœnitentiæ subijci, ac perpetuo sine vlla spe coniugij permanere. Nec aliquod eisdem I. & M. adminiculum afferunt, vt simul maneant, quòd decennio cohabitauerunt adinuicem, ac decem filios susceperunt: cum multiplicitas l prolis ita susceptæ, magis eorum crimen exaggeret, & diuturnitas temporis peccatum non minuat m, sed augmentet. Solicitudinis tamẽ tuæ intererit n, vt vterque liberis suis, secundum o quòd eis suppetunt facultates, necessaria subministret.

f ¶ *Leo Papa.*] 31. q. 1. cap. 1.

¶ *Glo. seq. obijcit, & dupliciter soluit.*

g ¶ *Et quod hic plus.*] Sic j. eod. c. vlt. Sed videtur quòd casus iste non sit alius ab alijs duobus, de quibus habes s. eo. super hoc. q si ducit illam, fidem dat, illi: & ita idem est ducere sic eam de facto, quod fidem dare. Saltus potest dici, q iste casus non est diuersus ab illis, & hic non dicitur q sit alius omnino, sed quòd plus est hic, q̃ si fides tñ detur: quia hic primo interuenit fides in desponsatione tali de facto, & postea eam duxit. sed verius est q est tertius, & bene differt ab alijs: quia hic est fides de præsenti, ꝯhendi cũ ea quatenus potest: Sed in alio casu est tãtum fides de futuro: & est similis differẽtia, sicut inter sponsalia & matrimonium. arg. j. c. vlt. & plus est hoc q̃ fidem dare, vt hic dicit, & plus peccat.

h ¶ *Cum eadem*] scilicet, vxore. B.

i ¶ *Iuramenti.*] Iuramentum istud quod fecit iste, vt ei vlterius non adhæreret, non sufficit, q eam habere non possit: quia idem esset si eam abiurasset, cum aliud subsit impedimentum, vt patet per hanc litteram, vnde supple, maxime.

k ¶ *Quam Triburien.*] 31. q. 1. relatum. & c. sequenti.

l ¶ *Multiplicitas.*] quandoque tamen fauor filiorum dispensationem inducit. 35. q. 8. de gradibus. & ff. de rit. nup. qui in prouincia. alias incipit, diuus.

m ¶ *Non minuat.*] j. de simo. non satis. & cap. seq. & s. de consuetudine. cap. vlt.

n ¶ *Intererit.*] Apud quem debeãt demorari filij facto diuortio, habes C. de diuor. facto. l. vnica. & apud talem commorari debent, qui eorum vitæ, vel sanguini non insidietur. s. de conuer. in fi. cap. vlt. vbi de hoc.

¶ *Gl. seq. ponit regulam q secundum facultates, &c. et dat simile, secũdo not. de alimentis filiorum & parentum, ponens quatuor casus, quibus pater nõ tenetur alere filium: vnde de vtis sign. contrariũ ad tex. & sol.*

o ¶ *Secundum facultates.*] hoc est regulare, q ẽm facultates alimẽta ministrentur ff. de lib. agno. si quis a liberis. 1. rñ. & §. si quis ex his. & C. de alen. lib. si competenti. & l. vlt. sic & procuratio exhiberi debet ẽm facultates ecclesiæ. s. de cẽs. lopitæ. & c. cum nuper. Et nota q filius minor triennio, ali debet apud matrẽ, maior triennio apud patrem. C. de pat. pote. nec filium. & s. de conuer. in fin. cap. vlt. & arg. ff. de lib. agno. si qs a liberis. §. non tñ. Illud sciaſ q sicut

Vide Bar. in l. Claudius. ff. de his quibus vt indig.

Ad hoc supra de spō. duo. cap. 1. Ioan. And.

Vbi, primo, dicit in antiquis codicibus. non debet esse. vt constat ex glossa verbo eadem.

Intercessisse.

Videtur Hostiensem hoc inducere tam vacuas Gregorius ad etiamsi in lectione causa.

Cap. 40. & cap. 31.

publice

cohabitauerunt.

susceptos.

Vide Antonium Gabrielẽ lib. 6. commun. conclus. tit. de alimẽtis conclu. 1.

Quare illud intelligunt de illegitimis coniu. & facit quod notatur 11. q. 1. q præcessor. 31. q. 1. illud. 11. q. 9. qd q. 19. Aud.

¶ Innocentius tertius episcopo Spoletano.

¶ *Si quis mortua vxore contrahit cum ea, quam viuente vxore sine fidei datione cognouerat, tenet matrimonium, dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus.*

CAP. VI.

SIgnificasti † nobis, quòd cum P. ciuis Spoletanus, quandam mulierem duxisset legitime in vxorem, ea relicta cuidam meretrici adhæsit a: & infra. ¶ Verum cum vxor ipsius esset viam vniuersæ carnis ingressa, meretricem, cui adhæserat, desponsauit. ¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd nisi alter eorum in mortem vxoris defunctæ fuerit machinatus b: vel ea viuente sibi fidem c dederit † de matrimonio contrahendo, legitimum † iudices matrimonium supradictum: excommunicato munus absolutionis (si petierit d) iuxta formam ecclesiæ impensurus.

¶ Idem Messanen. capitulo.

¶ *Si quis viuente prima, secundam huius rei insciam duxerit vxorem: mortua prima, licite remanet cum secunda, nouo consensu interueniente.*

CAP. VII.

VEniens † ad præsentiam nostram G. laicus humili insinuatione monstrauit, quòd cum in ciuitate Lemouicen. quandam sibi matrimonialiter copulasset, ab ea recedens, Messanam aduenit, vbi M. mulierem insciam e quòd aliam haberet vxorem, sibi solemniter copulauit. verum cum eidem pœnitentia fuisset iniuncta, vt ad legitimam rediret vxorem, & ipse propter hoc in suam patriam rediisset, vxorem suam inueniens carnis debita persoluisse, ad Messanam rediit ciuitatem, & supradictæ M. tanquam legitimæ cohabitauit vxori: & infra. ¶ Licet autem viuente vxore legitima, prædictam M. sibi copulare nequiuerit in vxorem †: quia tamen vxore defuncta, vt pote à lege ipsius solutus, in eandem M. de nouo f potuit matrimonialiter consentire: dummodo nõ præstiterit fidem adulteræ g, vel machinatus fuerit in mortem vxoris: Mandamus, quatenus, si est ita, eidem G. vt supradictæ M. affectu adhæreat coniugali licentiam cõcedatis.

¶ Gregorius nonus fratri R.

¶ *Contrahens cum secunda viuente prima, quam tamen non cognouit, nec ante contractum nec post, mortua prima potest contrahere cum secunda.*

CAP. VIII.

SI quis vxore viuente, fide data promisit aliam se ducturum: vel cum ipsa de facto contraxit †; si nec ante nec post

---

Debita tamen eorum non tenent soluere, vt d. l. si quis. §. si vel parens. Ioan. And.

i ¶ *Consuetudo.*] Et intellige de tali consuetudine, quæ scãdalũ generaret, nisi fuerit obseruata. ſ.e.c.1. in fi.& surgit consuetudo ista ex quadam affinitate cõtracta ex compaternitate vtrius filiorũ, vt etiã alij coniungi non possint, prout olim obseruabatur secundum intellectum Alexã. vt ſ.eo.c.1.& 30.q.3. post susceptũ. licet illud immutatum fuerit, vt oẽs possint coniungi, præter illas psonas, quibus mediantibus compaternitas cõtracta fuerit. 30.q.3.super quibus. & ſ. eo.cap.1. & sic si scandalum magnum sit in aliquo loco, quòd tales cõiugantur, vel remaneant coniuncti, adhuc propter scandalum seruatur ibi illud ius, non obstãte coniunctione, quæ emanauit postea in cõtrarium. Vnde forte simili modo potest dici: si in aliquo loco esset magnum scandalũ & horror, quòd aliquis cõtraheret in quinto gradu: illud nõ toleraretur, non obstante constitutione illa j. de consan. & affini. nõ debet. quia propter scandalũ multa etiã cõtra ius omittuntur: ergo multo fortius vbi alia ratio subesse videtur: & ita hic.& ſ. eo.c.1.in fi. scandalum impedit matrimonium & dirimit 5.& est simile: quia consuetudo facit aliquem illegitimũ ad eligendũ. ſ.de cle.coniu.cum olim. In prohibitione talis matrimonij nullũ est peccatũ: ergo si scandalum est, quòd coniungatur, propter scandalum prohibendi sunt. arg. j. de no. ope. nun. cum ex iniuncto. sed si nulla prohibitio vnquã fuisset, inter tales personas cõtractum matrimonium non deberet dissolui propter scandalum, quia talis dissolutio sine peccato mortali fieri non posset. arg. prædi. decre. cum ex iniũcto. Quidam tamen volunt intelligere versiculum illum: ita quòd si eiusdẽ ecclesiæ, &c. de primis personis de quib' præmisit, in prin.c. quia inter eas, de quibus secundo dicitur, licitum est matrimonium: vt ſ.eo.c.1. nec de tali matrimonio dixit Alexander quòd sit dissimulandum, ne in exemplum trahatur: cũ ecclesia talia matrimonia approbet: sed verius credo primum dictum. veruntamẽ si consuetudo habet, vt postquam contracta sunt, tolerentur, poterit ille dissimulare: ita quòd nec consentiat, nec contradicere videatur, propter rationem quæ infra sequitur.

K ¶ *Dissimulare.*] Talis dissimulatio loco approbationis tacitæ habetur, & merito, cum nullum subsit impedimentum.

¶ *Glossa sequens de taciturnitate notat tria.*

l ¶ *Nec contradicere.*] Nota: quòd tacet[4], neque consensit neque negat. ff. de reg. iur. qui tacet. Quandoque tamen taciturnitas habetur pro consensu. 54.dist. si seruus. ſ.de pręsump.nonne. & aliquando pro contradictione.de consec.dist.4. cum pro paruulis. ff. de procurato. filius familias. ꝯ. inuitam. 65.dist. si forte.

m ¶ *Circumadiacentium.*] Et ita vicinorum locorum non est contemnenda consuetudo: immo seruanda, ne si contrariũ fieret, sumeretur inde exemplum: quia cum illa consuetudo satis sit honesta, non debet ille videri auctor, vt alij recedant ab illa consuetudine: & ita taceant, si sine scandalo id sustineant.

n ¶ *Assumi.*] ab alijs, qui talia coniugia non contrahunt de consuetudine.

MArtinus.] Duo facit. Primo ponit quæstionem. Secundo eius solutionem: ibi, *Nos autem.* Abbas.

CASVS. Martinus contraxit matrimonium cum Bertha: & Lotharius cũ Teberga: Lotharius filium Martini & Berthæ de sacro fonte leuauit: tandem Lotharius & Bertha mortui sunt, & Martinus contraxit

1 Qualiter sit hoc dictũ accipiendũ, tradit Panormitanus hic, & plenissime Hostiẽ. in summa tit. de cognat. spiritu. § quis sit effectus. circa medium. quod omnino videto. adde glossam. & doctores supra eod. cap. 1.

v Cap. 1. eo. tit. in 2. compilatione.

Est autem illustris diffinitio huius decretalis, de qua vide pręter alios Durandũ lib. 4. sent. dist. 42. q. 1. & ibidẽ Sotũ q. 1. art. 3. respõdendũ est tempore cõcilium Tridentinum, immo tunc cessare.

4 De hac regula vide latè per Felinum in c. nonne. supra de presumpt. & per Bartholomæum Socinũ in fallentiis regula 484. & sequẽ. verbo taciturnitas & tacit.

nus contraxit cum Teberga: Quæritur vtrum tale matrimonium teneat & valeat? Respondet, q cum vir & vxor per connubium efficiantur vna caro, patet q Teberga non potest esse vxor Martini, qui fuit compater Lotharij, cum quo Teberga vna caro noscitur extitisse. Nota q compaternitas contracta per virũ transit ad eius vxorem, & econuerso, cum sint vna caro.

a ¶ *Per cõnubium.*] id est, per carnalẽ copulã. 27. q. 2. Agathosa.

b ¶ *Vna caro.*] 30. q. 4. sciscitatur. & capit. si quis ex vno.

c ¶ *Eius.*] scilicet, Lotharij.

Genes. 2. Matth. 19. 1. Corint. 6. Ephes. 5.

¶ *Glossa seq. ponit versus quos primo exponit.*

d ¶ *Cum quo*] scilicet Lothario. Nota, quod post matrimonium carnali copula consũmatũ (de quo intellige, qđ dicitur hic) si alter coniugum suscipit filium alterius de sacro fonte, amoo coniuges compatres efficiuntur parentibus infantis: & ita si vir suscipiat filiũ alterius de sacro fonte, vxor mediante viro cõmater efficitur parentibus infantis, & mater spiritualis efficitur filius, & econuerso. 30. q. 4. sciscitatur. c. si qs ex vno. si vero compaternitas matrimonium præcessit, sine carnalẽ copulam, puta, suscepisti filiũ Berthæ & Martini de sacro fonte, & postea contraxisti cum Teberga. & cã cognouisti, vel licet ɔ̃traxisti, non sum carnaliter illam cognouisti, quãuis illam postea cognoscas, vxor tua non efficitur commater parentibus illius infantis: quia nõdum eras effectus vna caro cum ea: qa per vnionem carnis sequentem compaternitatem, non transitur ad vnionem spiritus præcedentem matrimonium: vnde te mortuo & mortua vxore Martini, quorum filium antequam haberes Tebergam, de sacro fonte leuaueris, Martinus poterit habere Tebergam in vxorẽ. 30. q. 4. q. spiritualẽ. & c. post vxoris obitũ. & sic Teberga potest habere duos compatres, vnũ post aliũ: Vnde nota versus:

Quæ mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit:
Hæc mea commater, fieri mea non valet vxor:
Si qua mea natum non ex me, fonte leuauit:
Hanc post fata mea nõ inde vetabor habere.

Sic quãdoq; facto suo alter coniugum solemnizat votũ alterius, puta vir qui volente vxore ordinem suscepit. 27. dist. quia sunt.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 2. compilatione. Vide etiam notata in c. proximo præcedenti: 1 & 1. 5. verum ibidem art. 2.

¶ quondam

copulauit Lotharius, qui Berthæ & Martini filium de sacro fonte suscepit. L. vero & B. sublatis de medio, M. cum T. præfata contraxit. ¶ Nos autẽ consultationi tuæ duximus respõdendum, quòd cum secundum verbũ Domini, vir & mulier efficiantur per connubiũ a vna caro b, liquidum est, Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui compater eius c fuerat, cum quo d vna caro Teberga noscitur extitisse.

¶ Idem.

¶ *Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed contractũ nõ dirimit.*

CAP. V.

Contracto † matrimonio inter P. & A. vxorem suam quidam consanguinei eiusdem A. contra matrimonium obiecerunt, quòd eadem in primo sacrati salis e pabulo, filium quondam † concubinæ f ipsius P. tenuit: & infra. ¶ Verum, si constiterit vera esse quæ diximus, non ideo tamen contractum matrimoniũ solueretur: quæ res vix contrahendo g matrimonio impedimentum afferret. Ideoque mandamus, quatenus præfato P. auctoritate nostra iniũgas, vt memoratam A. sicut vxorem maritali affectione pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigat & persoluat; siue ipsam ante matrimonium contractum cum P. siue postea constiterit hoc egisse; dum tamen si in fraudẽ hoc fecerit causa matrimonij separandi, pœnitentiam pro præsumptione accipiat, matrimonio in sua firmitate durãte.

Contracto.] Duo facit. Primo ponit casum. Secundo: ibi, *Verum.* diffiniendum committit: & in commissione prius exprimit diffinitionis causam, vsque; ibi, *Ideoque.* Abbas.

Casus. Quidam P. nomine cõtraxit matrimonium cum A muliere: Tandem consanguinei eiusdem A. contra matrimoniũ obiecerunt, q non poterat esse vxor ipsius, pro eo q eadem A. tenuit filium concubinæ ipsius P. in primo pabulo sacrati salis: iudex dubitauit: Consultus Papa respondet, q si vera constarent esse prædicta, matrimonium ɔ̃tractum non dissolueretur: quæ res vix præstaret impedimentum matrimonio ɔ̃hendo: Vnde mandat, quatenus præfato P. iudex iniungat, vt dictam A. sicut vxorem pertractet siue hoc fuerit factum ante contractum matrimonij, siue post: sed si fraudulenter hoc fecit causa matrimonij separandi: pœnitentiã inde accipiat, matrimonio in sua firmitate durante. Nota, q per ea quæ præcedunt baptismum, non contrahitur compaternitas.

e ¶ *Sacrati salis pabulo.*] De consecratio. distin. 4. sal cælestis.

f ¶ *Concubinæ.*] Quidam dicunt, q ille filius tantum erat filius cõcubinæ ipsius P. de alio viro: dicentes, q compaternitas ɔ̃hitur p illud sacramentũ sacrati salis, seu secũdũ hoc nulla fuisset quæstio.

¶ *Glossa sequens recitetur per quæstionem, an per catechismum, &c. & tria allegat. q nona, & duo in contrarium ponit tres opiniones, & tertiam improbat, hanc decre. respondens decretum in f. illam approbat.*

f Pabulum salis sale parentum, ubi ... catechumeni ... sal eis apponitur.

g ¶ *Vix contrahendo.*] Ex hoc a videtur, q per illa quæ præcedunt baptismum, non ɔ̃hitur compaternitas. arg. 32. dist. præter, §. verũ. in fi. vbi dicitur q baptismus est ianua omnium sacramentorum. Item q p catechismum non fit aliquis aptus ɔ̃here matrimonium, 28. q. 1. caue. Item si decederet sine baptismo, non prodesset ei catechismus quin perpetuo damnaretur, de cõse. dist. 4. firmissime. & cap. nulla. & sic est adhuc membrũ diaboli, ergo nõ potest esse spiritualis filius. Arg. ɔ̃, q contrahatur compaternitas p catechismũ, 30. q. 1. c. 1. vbi dicitur q a primo pabulo sacrati salis vsq; ad confirmationẽ ɔ̃hitur cõpaternitas. ea. causa. q. 4. si qs ex vno. de cõse. dist. 4. i catechismo. nã & Christiana dr̃, postquam est catechizata. 28. q. 1. caue. Hug. dixit sup illo cap. peruenit. 30. q. 1. q sicut septem sunt dona spiritus sancti, ita septem dona baptismi: & p quodlibet illorum ɔ̃hitur cõpaternitas, ita q impedit & dirimit matrimonium: Primum est collatio sacrati salis. de consecratio. dist. 4. ex hinc. Secundum aurium & narium linitio cum sputo. distin. ea. postea tanguntur. Tertium in fronte & pectore crucis signatio. distinct. ea. postea signat. Quartum olei sacri perunctio. dist. ea. deinde. Quintum ablutio baptismi. distinct. ea. venit. Sextum in vertice chrismatis perunctio à sacerdote. dist. ea. postquam ascendit. Septimum confirmatio chrismatis in frõte p episcopum. dist. ea. presbyteri. Et illi qui sequũtur Hug. dicunt q ille filius non fuit filius Petri, sed tantũ concubinæ: & dicunt hanc decre. non tenere, dato, q fuerit filius Petri. Alij dicunt, q per tria sacramenta tantum contrahitur compaternitas, scilicet p catechismum b, baptismũ c & confirmationem. de consecra. distinctio. 4. in catechismo. 30. q. 4. si quis ex vno. & hæc mulier non tenuit illum filium ad totum catechismum, sed tantum ad immissionem salis: qd satis apparet p hanc literam. Alij dicunt, q licet compaternitas ɔ̃hatur per catechismum: p illam tamen non dirimitur matrimonium ɔ̃ctum, prout innuitur p hãc litterã, tali ratione, qa baptismus est ianua omnium sacramentorum: vt dictum est in c. præter. §. verum. 32. dist. & §. de presby. non bap. c. 1. & 3. ergo si ianua non est aperta, nullũ sacramentum recipitur. Item alia ratione, qa ante baptismum nõ est filius ecclesiæ, qa sine eo nullus saluatur, vt dictũ est: ergo si nõ est filius ecclesiæ, non est filius spiritualis: & si non est filius spiritualis, nulla per eum est cognatio ɔ̃cta: ergo p hoc non debet matrimoniũ separari. Sed certe ɔ̃ illos q dicunt, q etiam per catechismum nõ dirimat matrimonium, manifeste faciunt illa duo. c. si quis ex vno. & c. in catechismo. qa ibi æquiparantur illa tria, catechismus, baptismus, & confirmatio: Vnde credo, q si qs teneat aliquem in toto catechismo, in quo vnus patrinus debet esse, q ille fit compater effectus parentibus infantis: sed hæc mulier non tenuit illũ filium infantem nisi in primo pabulo sacrati salis: nec expresse dicit littera, q fuerit filius P. & ideo dico, q catechismus impedit & dirimit d. T. dicit, q cõpaternitas per catechismum cõtracta inualida est ad matrimonium dirimendum. quod satis possit tolerari ratione prædicta.

a De materia huius glossæ vide Theologos scholasticos lib. 4. sent. dist. 42. & præ aliis S. Thomam & Sotum q. 1 art. 1. vbi de opinionibus hic relatis iudicium faciunt.

¶ Innocentius tertius episcopo & archidiacono Linconiensi.

¶ *Inter patrem baptizati, & leuantem seu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio spiritualis valida ad impediendum & dirimendum matrimonium post contractum.*

CAP. VI.

Veniens † ad Apostolicam sedem C. † Anglicus: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si constiterit H. mulierem præ-

b Cap. 1. eo. tit. in 3. compilatione. Concordat concilium Tridentin. sessio. 24. de reformat. matr. cap. 2. adde citatos in superioribus.

† R.

b Qui ita sentiunt, propter vocabulum ignorant, quia catechismus nõ est sacramentum, sed sacramentale, ita D. Thomas & Sotus dist. 4. q. 1 art. 1. in corpore.

c Hæc opinio glossam olim displicebat theologis lib. 4. sent. dist. 42. vbi D. Thomas & Sotus ambo, q. 1. art. 2. hodie per constitutionem Bonifacij octaui reprobata est in c. 2. de cognat. spirit. lib. 6. vbi catechismus impedit matrimonium contrahendum, non tamen dirimit iam contractum.

Veniens.] Casus. Quidam Anglicus C. nomine, contraxit matrimonium cum H. muliere: dicebatur q H. mulier susceperat filium prædicti C. viri sui de sacro fonte: Quærebatur, an propter hoc deberet separari ab ipso. Mãdat Papa, quatenus si constiterit dictam H. filium viri sui ante contractum matrimonium de sacro fonte leuasse, omnino separetur: secus esset si post matrimonium contractum. Nota quod cognatio spiritualis impedit matrimonium

trimonium & dirimit, sicut copula carnalis.

¶ *Glossa sequens vertit per quæstionem, de qua remittit.*

a ¶ *De sacro fonte.*] Idem si tenuisset eum in catechismo, vel in confirmatione: vt ī c. proxi. dictum est.

b ¶ *Antequam*] Bene dicit, antequā: quia si post ꝯctum matrimonium hoc fecisset, non separaretur matrimonium ꝯctum. ī. eod. si vir. & 30. q. 1. ad limina. dictum est de eo.

T *Va nos.*] Sunt duæ partes. In prima trimēbris consultatio. In secunda cuique responsio: ibi, *Super quo.* Abbas.

Casvs. Aliquis, puta Martinus habebat filium, nato isto filio Martinus suscepit filiā Petri de sacro fonte: quæritur, vtrum filius iste natus ante compaternitatē ꝯctam inter Martinum & Petrum, possit accipere in vxorem filiam Petri, per quā compaternitas illa contracta fuit: & an si contraxerint, debeant separari? & an illi q conscij sunt illius matrimonij, debeant illud accusare? Respondetur, ꝙ huiusmodi personæ non possunt ꝯhere: & si contraxerint, debent separari: & qui contractum sciuerint, debent illud ecclesiæ nunciare. Nota ꝙ persona illa, qua mediante cōpaternitas est contracta, non potest copulari alicui de filijs alterius cōpatris: siue sit natus ante compaternitatem siue post. Item quilibet tenetur denunciare matrimonia illicite contracta.

c ¶ *Filium.*] spiritualem: per quam compaternitas est contracta. ā. eo. c. 1. & cap. super eo. in prin.

d ¶ *Possunt*] idest, debent de iure. s. eodem cap. 1. & cap. super eod. in princ.

¶ *Gl. seq. arg. signat contrarium, & remittit.*

e ¶ *Nunciare.*] Nota arg. ꝙ denunciatio criminum ad omnes spectat, & non tantum ad prælatos. Item personæ illæ quæ sciuerunt contrahi matrimonium, non admittūtur ad accusationem matrimonij, aut etiam ad testificationem. ī. q ma. accus. pos. cum in tua. non tamen repelluntur a denunciatione: vt hic patet. & tamen hic consequitur idem p denunciationē in hoc casu, qđ per accusationem: non enim potest pœnitere ille cui denunciat tale crimē, nisi remota vxore. 14. q. 6. si res. arg. Itē alia via excluditur, & alia admittitur, sic ī. de iureiur. quemadmodum. ī. de despon. impub. ad dissoluendum. Argumen. contra. supra de procurator. tuæ. vbi de hoc. Bernar.

E *X litteris.*] Diuiditur in duas partes. In prima indicū consultatio. In secunda mandatum: ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quædam mulier M. nomine, corā officiali Cantuarieñ. archiepiscopi petiit quendam A. nomine in maritum, dicens se affidatam ab ipso, & carnaliter cognitam: Ad hoc probandum induxit testes: publicatis attestationibus testium, p quos mulieris intentio pbata erat, dictus A. excipiendo proposuit, ꝙ eam habere non poterat in vxorem, p eo ꝙ pater eiusdem mulieris, q sacerdos fuerat, ipsum baptizauerit: sed non obstante huiusmodi exceptione, tulit sententiam diffinitiuā p matrimonio ꝯ ipsum: à qua sententia sedē Apostolicā appellauit: Mandat Papa quatenus, si est ita, eundem A. iudex ab impetitione mulieris absoluat, eidem super hoc silentium imponendo. Nota ꝙ filius sacerdotis spiritualis vel filia, non potest copulari in matrimonio filio vel filiæ carnali ipsius sacerdotis.

¶ *Glo. seq. fortificat. tex. quærit, & sol. solutioni respondet, & dat simile. secundo quærit. arg. negatiue. sol. contrarium.*

f. ¶ *Baptizauit.*] sic ita fuit filius spiritualis ipsius sacerdotis. 30. q. 1. omnes quos. vbi de hoc. & c. non debet. & 30. q. 4. si quis ex vno. arg. ergo & [1] filia illius effecta est soror spiritualis viri, ac si ipsum sacerdos de sacro fonte leuasset, qa tunc illam habere in vxorem non posset, qa ea mediante compaternitas esset ꝯcta. s. eo. c. 1. & c. super eo. & 30. q. 3. super quibus. ergo multo fortius cum sit pater spiritualis illius. Sed quid mouit illum officialem ad sententiandū p matrimonio? Hæc potuit esse causa; qa edictum de matrimonio prohibitorū est. ī. de spon. cum apud. sed hoc non inueniebatur prohibitū expressis verbis de his q baptizant, ꝙ filij eorum cum talibus non possent ꝯhere: sed licet expresse non esset prohibitum, satis videbatur esse prohibitum, ex quo pater est ipsius spiritualis: quia in eo qđ minus est, prohibitio inuenitur, scilicet in filio illius, qui aliam de sacro fonte leuauit, simile est quod dicit Vrbanus: nulla ratione p hibitum inuenitur, ꝙ vir & vxor simul non possint filium alterius de sacro fonte suscipere [2]. 30. q. 4. ꝙ autem. hoc est verum verbis expressis: sed in genere prohibitum est, dum prohibetur, ꝙ plures simul nō suscipiāt puerū de sacro fonte. de cōse. dist. 4. non plures. & qa prohibetur commisceri filiæ spirituali; vt c. non debet. Sed nunquid filius sacerdotis potest contrahere cum filia illius, quam recepit ad pœnitentiam [3]? Videtur ꝙ non, quia & illa filia spiritualis est sicut illa, quam baptizat. 30. q. 1. omnes quos. sed nō est ita: quia non contrahitur tanta affinitas in pœnitentia sicut in baptismo: quia per pœnitentiam nō efficiuntur filij sacerdotis affines filiis eorum, quibus pœnitentiam iniungunt, nec vsquequaque inuenitur prohibitum directe vel indirecte. ergo intelligitur esse concessum. ī. de sponsa. cum apud.

dicti viri filium de sacro fonte [a] leuasse, antequam [b] eam despōsasset vxorem, vos inter eos diuortium, appellatione postposita, celebretis.

¶ Idē magistro S. canonico Herfordeñ.

¶ *Si filij duorū compatrum, per quorum alterum deuentum est ad compaternitatem matrimonium contrahant, separantur: & tempore contractus scientes impedimentum, illud denunciare tenentur.*

CAP. VII.

TVa † nos duxit discretio consulendos, an natus ante compaternitatem, filiam [c] compatris patris sui, vel commatris sibi possit matrimonialiter copulare? & si contraxit †, an debeant separari? & an conscij talis matrimonij teneantur illud in publico accusare? Super quo respondemus, quòd huiusmodi personæ non possunt matrimonium cōtrahere: & si contraxerint, possunt [d] abinuicem separari: & qui contractum sciuerint, debent ecclesiæ illud nunciare [e].

¶ Gregorius nonus.

¶ *Inter baptizatum & filium baptizantis, oritur cognatio spiritualis impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum. hoc dicit.*

CAP. VIII.

EX † litteris vestris accepimus, quòd cum M. mulier corā officiali Cantuarieñ. Alanum peteret in † virum, & se affidatam ab eo, ac carnaliter cognitam, per testes idoneos probauisset: dictorum tandem testium depositionibus publicatis, idem A. excipiēdo proposuit, quòd eā habere non poterat in vxorem, pro eo quòd ipsum pater mulieris eiusdem, qui sacerdos extitit †, baptizauit [f]. Sed cum idem officialis exceptione huiusmodi non admissa diffinitiuam tulerit sententiam contra ipsum, & idem ad sedem Apostolicā appellauerit: Mandamus, quatenus, si est ita, eundem A. super hoc, ab impetitione mulieris absoluatis ipsius: eidem mulieri perpetuū silentium imponentes.

TITVLVS XII.

De cognatione legali †.

¶ Nicolaus ad consulta Bulgarorum.

¶ *Inter adoptatum & filiū adoptantis, non potest durante adoptione consistere matrimonium.*

CAP. VNICVM.

SI † qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quādiu [g] durat adoptio, inter me & ipsam nuptiæ cōsistere non possunt.

DE COGNATIONE LEGALI.

¶ *Viso de cognatione spirituali, merito subijcitur de cognatione legali. Et vide ad materia huius tit. textum cum glo. 30. q. 3. c. 1. & in c. per adoptionem. Et dic quòd adoptio legalis est quadam propinquitas, per quam efficitur quis filius, vel nepos, vel deinceps seu frater, vel affinis qui non est naturam imitans. l. adoptiones. ff. de adopt. Abbas.*

S *I qua per.*] Casvs. Pater meus adoptauit aliquam in filiam: quæritur an ego possum illam accipere in vxorem: Dicit Nicolaus, quòd quamdiu durat adoptio inter me & illam, matrimonium tenere non potest. Nota, quòd non possunt contrahere cum sorore adoptiua, quandiu durat adoptio. Item cessante causa cessat effectus.

¶ *Glossa sequens argumentatur à contrario, &c.*

g ¶ *Quandiu*] 30. q. 3. ita diligere. ergo ea finita cum ea possum contrahere. Inst. de nup. §. sed & si qua. Item arg. hic quod causa cessante cessat effectus. ī. de renū. post translationē. ī. de iureiu. & si Christus

Marginal notes:

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cōpilatione. De intellectu [illegible] Sont. lib. 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 1. vers. secunda conclusio circa finem.

† contrahentias

† Vide c. 1. de cognat. spirit. lib. 6. & Thomā lib. 4. sent. dist. 42. q. 1. art. 1. & Durandum ea. dist. q. 1.

[1] alias fuit in marito.

† Forte legendū [illegible]

† existens

[2] Vide Magistrum lib. 4. sent. dist. 42. & ibi Thomā q. 2. art. 1. 2. & 3. & Durandū q. 1.

† Cap. vnico eo. tit. in 1. cōpilatione.

[2] Quod dic vt infra eo. c. vlt. lib. 6. Ioan. And.

[3] De his filiabus spiritualib[us] vide Magistrū lib. 4. sent. dist. 42. de spiritualibus filijs suis.

& si Christus.ad fin.& 61.dist. cap.statuimus. §.his omnibus.ff.de rit.nup.per adoptionem. Nota ad intelligentiam huius decretalis ꝙ cognatio quædā est spiritualis, de qua dicitur.§.tit.proxi. Quædam etiam legalis, de qua hic dr̃. Legalis cognatio fit duobus modis, vel per adoptionem, vel per arrogationē. Dicimur aũt arrogare illum, qui sui iuris est, & per arrogationē transit in nostram potestatem: & fit arrogatio principis auctoritate: adoptio aũt per quemlibet magistratū. Inst. de adop. §. 2. & 3. nec transit in potestatē adoptantis. C.de ado.l.vlt. & Insti.eod.tit. sed hodie remanet in potestate sui patris. Et tā arrogati q̃ adoptati dicunẽ filij adoptiui siue fratres. Et iter fratres adoptiuos siue naturales et legitimos impedit matrimoniū quamdiu durat adoptio: vt hic, & ff. de rit. nup. per adoptionem. & 30.q.3.ita diligere. Sed inter ascēdentes & descendētes, idest, inter adoptantem & adoptatum semper impedit matrimoniū. ff.de ritu nuptiarum, adoptiuus. licet soluaẽ adoptio.ff.eod. tit.quin etiam. Item posset dici, ꝙ filius adoptatus posset copulari filiæ adoptantis, cum adoptatus non transeat in potestatem adoptãus. Institu.de adopti.§.2.sic etiam potest dici, ꝙ filius illegitimus potest copulari filiæ adoptiuæ: quia illegitimus nō est in potestate patris. Insti.de nup.§.vlt. Illegitimus non potest copulari filiæ spiritualis. Alij dicunt, ꝙ adoptatus nō potest copulari filiæ adoptantis: quia licet adoptatus non transeat in potestatem adoptantis, acquiruntur tñ ei quædam iura p adoptionem, quæ dissoluuntur per emancipationem. C.de adopti.l.penult.§.finautē. & hoc idem vr̃ per decretalem istam, quæ indistinctè loquitur de adoptione, nō distinguendo inter arrogatum & adoptatum. & hoc impedimentum desinit per emācipationem alterutrius.ff.de adopti.in omni. ff.de ritu nuptiarum, per adoptionem. Sed nunquid filij adoptiui possunt ꝯhere inter se? Dici potest ꝙ sic: quia non inuenitur prohibitum. Item quid si adoptiuus durante adoptione ꝯhat cum legitima? Dicunt quidam ꝙ non dissoluitur matrimonium, cum illud impedimentum sit tp̄ale. Hug. dicit, ꝙ non est matrimonium: nec obstat ꝙ temporale sit impedimentū: & inducit simile, hodie non possum ꝯhere cum illa quæ habet virum, tamen cras potero mortuo viro suo, & hæc decretalis facit pro Hug.

Vide q̃ nouissime decreuit concilium Trident. sessio. 24. de refor. matr. cap. 4.

Hæc duo verba: vel sponsæ, desūt in aliquot antiquis codicibus. & in omnibus manuscriptis Vaticanis.

Mod. Mentiam. Meldam. sed in concilijs nondū repertū est sicut pleraque alia.

Cap. 1. eo. tit. in 1. compilatione. Vide Burchardū lib. 29. decret. cap. 5. tit. de fornicatione 2. vers. se cum fornicationem cū filiastra sua.

alijs

De materia huius glossæ quatenus agit de adoptione, & arrogatione, vide plene per Aretinū & Doctores in Insti. de adoptio.

Hoc placet Guil. in Spec. eo. tit. in prin. & omnino vide quod p hoc dicto sit scriptū. Ioan. And.

TITVLVS XIII.

De eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ (vel sponsæ).

Ex concilio apud Metiam.

Affinitas superueniens post matrimonium contractum, non soluit matrimonium, sed exactionem debiti impedit: & crimen incestus inhabilitat quo ad matrimonium contrahendum.

CAP. I.

SI quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit: Nec à matre debitū petere, nec filiam vnquam habere potest vxorem: nec filiastra, nec ille vllo vnquam tempore, alij se poterunt matrimonio copulare.

Alexander iij. Pictauien. episcopo.

Affinitas superueniens etiam per illicitum coitum dissoluit sponsalia de futuro, sed non matrimonium: & incestuosus contrahere non potest.

CAP. II.

VEniens ad nos præsentium lator: & infra. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si matrem sponsæ suæ cognouit, & sponsæ nunquā carnaliter adhæsit, imponēda est ei pœnitētia paulo maior, quàm pro adulterio: qua peracta, vel parte ipsius, poterit ex dispensatione, cum alia matrimonium contrahere. Cæterum si sponsam cognouit, antequam matrem, vel post, nunquam eam vel aliam potest accipere in vxorem.

Idem.

Non separatur matrimonium ad dictum vnius asserentis affinitatem inter coniuges præcessisse.

CAP. III.

DE illo, qui vxorē fratris, antequam ei matrimonio

DE EO QVI COGNOVIT CONsanguineam vxoris suæ (vel sponsæ.)

Viso de cognatione spirituali & legali, de carnali videndum restat: Sed quia ex copula habita cum consanguinea vxoris, oritur affinitas cognatio, de qua poterat dubitari vtrum dirimeret vel impediret matrimonium, ideo subijcitur hæc rubrica. Et virtus totius tituli consistit in hoc, ꝙ affinitas contracta ex copula consanguineæ vxoris, non dirimit matrimonium prius contractum, sed soluit sponsalia de futuro. Item priuat facultate contrahendi matrimonium, & exactione debiti in vxore habita: vt patebit in prosecutione tituli. Abbas.

De hac materia tractatur 37.q.7.in multis capitulis.

SI quis.] Primo ponitur thema, ex quo triplex elicitur quæstio. Secundo soluit: ibi, *Nec à matre*. Abbas Sicu.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis cognouit filiastram suam, non potest petere debitum ab vxore, nec filiastram habere in vxorem, nec vnquam filiastra vel ille poterunt se alij matrimonialiter copulare. Nota ꝙ incestuosi contrahere non possunt.

a *Filiastra.*] 32.q.7.quædā.& c.q dormierit & c. si qs viduā.

b *Scienter.*] secus si ignoranter.3.q.2.io lectum.

Glossa sequens cum vltima recitari possunt per quæstiones, vel textualiter, si places.

Sed cauti legēdi sunt hi canones, vt optime admonet Soto dū hoc ipsum decernit interpretaf lib. 4. sent. dist. 37. q. 1. art.

c *Petere.*] Exactus tamen reddere tenetur. ĵ. eod. tit. transmissæ. non obstante affinitate inique ex postfacto ɔ̃cta: & sine culpa priuari iure suo nemo debet. ĵ. eo. discretionem. & cap. vlt. & cap. tuæ.

d *Nec ille.*] post mortem vxoris.

e *Copulare.*] propter incestum. 32.q.7. qui dormierit. & ĵ. eod. cap. ex litteris. tamen si ɔherēt, tenet matrimonium: & etiam si essent iuuenes, dispensaretur cum eis. 33.q.2. in adolescentia. Ber.

VEniens.] Primo ponitur decisa consultatio. Secūdo distinguens responsio: ibi, *Inquisitioni*. Secundum mēbrum: ibi, *Cæterum*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam ɔxit sponsalia de futuro cum quadam, & pater ipsius matrem sponsæ accepit in vxorem: Tandem instigante diabolo matrem sponsę cognouit: tam pater q̃ consanguinei sui volebant vt matrimonium de præsenti consummaret: sed ipse noluit donec factū ep̄o proponeret. Ep̄s cōsuluit dñm Papam, & ipse r̄ndet, ꝙ si matrem sponsę cognouit, & sponsæ carnaliter nō adhæsit, imponenda est ei pœnitentia paulo maior, q̃ pro adulterio, & illa peracta vel parte ipsius, ep̄s dispenset cum eo vt aliam recipiat (si voluerit) in vxorem. Si vero sponsam cognouit ante matrem, vel post, aliam nō poterit accipere in vxorem, pp incestum, sed à sponsa non separabitur: & in hoc non tenet quod dicit, nunq̃ eam, scilicet sponsam, potest accipere in vxorem. Nota hic pœnam illius qui matrem sponsæ suæ cognouit.

Cap. 3. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateranen. par. 12. cap. 4.

Aliàs in sponsæ, &c.

Cap. 1. eo. tit. in 2. compilatione.

f *Matrem sponsæ.*] de futuro: vnde affinitate superueniente, illam in vxorem habere non poterit solutis sponsalibus. ĵ. de consang. cap. 2. & ĵ. eod. ex litteris.

g *Adhæsit.*] postquam cognouit matrem.

Glo. seq. obijcit, & soluit.

h *Paulo maior quàm pro adulterio.*] Quare maior pœnitētia imponitur q̃ pro adulterio, cum tamen publicæ honestatis iustitiam violauerit, cum illa esset sponsa de futuro? Dicas ꝙ non solū violauit publicæ honestatis iustitiam, sed adulterium commisit cum matre sponsæ suæ, quæ nupta erat patri suo, vt patet in antiqua. alias si mater sponsæ non esset coniugata, non puniretur plus, nec etiam tantum: vnde iste multo plus debet puniri, q̃ pro adulterio, propter tria, videlicet propter honestatis iustitiam, propter adulteriū, & incestum etiam, quod perpetrauit cognoscendo affinem primi generis, & primi gradus.

Antiquā decretalem integrā habes locis citatis in summario huius cap.

i *Vel parte.*] Arg. ꝙ sufficit aliquid inchoare, & si non sit cōpletum. ŝ. de elect. cum in cunctis. §. inferiora.

k *Ex dispensatione.*] Incestuosi enim ɔhere non debent, & ideo dispensatur cum eo, quia iuuenis erat: alias sine peccato ɔhere nō posset. 33.q.2. in adolescentia. tamen si contraheret citra aliquam dispensationem, teneret matrimonium.

l *Cognouit antequam matrem.*] Vnde statim fuit matrimonium præsumptum. ŝ. de spon. is qui. & ŝ. de condi. appo. de illis. vnde matrem vlterius habere non posset, etiam si non esset cognata: & hoc idem esset, etiam si nunquam cognouisset ipsam. ŝ. de spon. sponsam. Bernardus.

m *Eam.*] scilicet matrē, vt dictū est. Vel dic, eam, idest, sponsam suam, & secundum hoc non tenet. ĵ. eo. discretionem. & cap. vlt.

n *Aliam.*] post mortem illius: quia ex quo eam cognouit antequam matrem, non dissoluitur matrimonium, licet postea cognouerit matrem. ĵ. eod. discretionem. & cap. penult. & vlt. sed ea mortua cum alia propter incestum contrahere non debet. ĵ. eod. transmissæ. in fin.

DE illo.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, *Respondemus*. Abbas.

Casus.

CASVS. Quidam dicebat, quod cognouerat vxorem fratris sui, antequam cum illa matrimonium contraxisset: quæritur quid iuris? Respondet Papa, quod propter hoc non sunt separandi, nisi hoc esset notorium, aut per idoneos testes legitime probaretur. Nota quod simplici assertioni alicuius non est credendum.

¶*Glo. seq. recitari posset per contrarium.*

a ¶*Occasione*] quia confessio illa sola non præiudicat 1, etiam si rumor viciniæ consentiret. infra eod. super eo. secus esset in matrimonio contrahendo. supra de spon. præter ea 1. & infra tit. proxi. cap. 2. Ber.

Transmissæ] Primo consultatio. Secundo responsio: ibi, *Quia vero*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam habebat vxorem, ea mortua filiam vxoris defunctæ cognouit: postmodum aliam accepit, & nihilominus cum priuigna publice delinquebat: Quæsitum fuit a Papa, qualiter in facto isto esset agendum? Respondet, quod vxori legitimæ cohabitet, & necessaria ei subministret, nec eam cognoscat quamdiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus: & donec cum ea permanserit, pro incestu & adulterio pœnitentiam agat pro arbitrio imponentis: & si superuixerit vxori, sine spe coniugij perseueret. Nota quod pœnitentiæ sunt hodie arbitrariæ. Item incestuosi contrahere non debent; tamen si contraxerint, tenet matrimonium.

¶*Glo seq. dat simile, & tradit regulam.*

b ¶*Illicitam rem.*] Incestus adulterium adiungendo.

c ¶*Legitimæ.*] sic patet quod incestus a non impedit quo minus matrimonium sit legitimum, licet contrahere non debeat, sicut votum simplex. supra qui cle. vel vouentes, rursus: talia enim crimina impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt iam contractum, nisi in tribus casibus, si machinatus fuerit in mortem alterius, si dedit fidem adulteræ, si duxit eam de facto. supra de eo qui duxit in matri. cum haberet. & cap. super hoc.

d ¶*Fuerit requisitus.*] Et sic intellige supra eod. cap. 1.

e ¶*Sine spe coniugij.*] 32. q. 7. si quis viduam. & 35. q. 3. de incestis. supra eod. veniens. & infra de pœn. & remis. cap. 2. vbi de hoc.

Super eo.] Primo ponit quæstionem. Secundo solutionem: ibi, *Tua*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum aliqua muliere: tandem tam ipse quam vxor confitebatur, quod quandam consanguineam vxoris suæ antequam cum ea contraxisset, carnaliter cognouit: & aliqua pars viciniæ illud clamabat: quæritur an sint separandi: Respondetur, quod propter eorum confessionem tantummodo non sunt separandi, vel propter rumorem viciniæ, quia multi quandoque colluderent adinuicem, & ad confessionem incestus faciliter prosilirent, si per eorum confessionem crederent separari: & rumor viciniæ non est adeo validus, quod bene coniuncti debeant separari, nisi rationes probabiles accedant. Nota quod confessio coniugum contra matrimonium, non præiudicat ipsi matrimonio, propter collusionem. Item rumor viciniæ non facit probationem: secus de fama.

¶ *Glo. seq. obijcit & soluit. distinguendo triplicem confessionis speciem. Iterum obijcit, & soluit.*

f ¶ *Confessionem.*] Sed videtur quod confessioni standum sit: quia confessus in iure, pro iudicato habetur. C. de confes. l. vnica. & ff. eod. tit. l. 1. & l. certum. & supra de censi. olim causam. Dicas quod in casu isto non statur confessioni contra matrimonium, propter rationem quæ hic in littera redditur. Et est ratio: quia contra se quisque testificari potest, pro se vero minime. 14. q. 2. §. 1. & ff. de inter. act. de ætate. §. 1. præterea iste non confitetur contra se, immo pro se: vnde iure cōt non prodest ei talis confessio: Nam iste petit separari ab vxore, quia dicit se cognouisse eius consanguineam: si confiteretur aliquid contra hoc, propter quod ei præiudicaretur, tunc videretur standum suæ confessioni: sed vt dixi, speciale est in matrimonio, vbi non creditur viro vel vxori in præiudicium coniugij, sed si confiteatur pro matrimonio contrahendo, bene statur confessioni: puta si petam aliquam in vxorem, & ipsa confiteatur matrimonium, præiudicatur ei, licet ipsa nollet me habere: quia modo directe confitetur contra se: secus in confessione quæ fit quantum ad tori separationem propter adulterium: quia ibi statur confessioni 1. infra de diuortiis. cap. ex litteris. Arg. contra 35. q. 6. si duo. Solu. ibi confitentur consanguinitatem esse inter eos, & fama publica confessioni coniugum consentit, & tunc statur famæ & confessioni: sed hic tantum est rumor, & aliud est fama, & aliud rumor: vt hic videtur.

g ¶*Concurrendum.*] quod faciendum non est propter rationem hic expressam: immo ex collusio puniri debent. 2. q. 3. si quenquam. & infra de collu. cap. 1. & 3.

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit.*

h ¶*Rumor.*] Arg. contra supra de præsumpt. illud. & cap. 3. vt dixi, aliud est rumor quam fama. & illa decre. tertio. loquitur de matrimonio contrahendo, quod ad solam famam impeditur 4. infra in prox. cap. super eo.

iungeretur, se proposuit cognouisse: Respondemus, quòd nisi hoc publicum & notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum: prædictum matrimonium occasione a illa, ipsum impetere non permittas.

¶Celestinus tertius.

¶*Incestuosus matrimonium contrahere non debet: sed si contrahit, tenet: & tunc tenetur reddere, sed non potest debitum exigere, & non minus tenetur vxori necessaria administrare.*

CAP. IIII.

TRansmissæ † nobis tuæ litteræ demonstrarunt, quòd G. vxore sua defuncta, filiam eius, priuignam videlicet propriam, copula carnali cognouit: postmodum aliam accipiens in vxorem; cum priuigna publice tamquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem b committere non expauit. ¶Quia vero super his consilium requisisti, præsenti pagina respondemus, quòd legitimæ c vxori cohabitans, & necessaria subministrans, non cognoscat eam quamdiu vixerit, nisi ab ea fuerit d requisitus: & tunc ad ipsam non sine graui cordis dolore accedat: qui etiam pro incestu & adulterio, donec cum ea permanserit, iuxta moderamen tui arbitrij pœnitentiam agens, postmodum si superuixerit ei, perpetuo sine spe coniugij e permanebit.

¶ Idem.

¶ *Non separatur matrimonium ad confessionem coniugum, qui dicunt affinitatem præcessisse, etiam si rumor viciniæ cōsentiat. Et est casus multum allegabilis & notabilis.*

CAP. V.

SVper † eo quod postulas, vtrum coniugatus, qui ante contractum matrimonium, vxoris suæ consanguineam carnali commixtione cognouit, cum id fateatur vterque, & aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicatur, sit ab vxore sua iudicio ecclesiæ separandus: Tuæ fraternitati respondemus † f, quòd propter eorum cōfessionem tantum, vel rumorem viciniæ, separari non debent: cum & quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere, & ad confessionem incestus facile prosilirent, si suo iudicio crederent, per iudicium ecclesiæ concurrendum g. Rumor h autem viciniæ non adeo est iudicandus validus, quòd nisi rationabiles † & fide dignæ probationes accedant, possit bene contractum matrimonium irritari †.

¶Innocentius tertius Præposito Magdeburgensi.

¶*Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti.*

CAP. VI.

DIscretionem † tuam: & infra. ¶Sane ex parte tua fuit propositum, quòd quidam cum muliere quadam, legitime per verba de præsenti contraxit,

Discretionem tuam.] Communis diuisio. Secunda: ibi, *Nos igitur*. Et ibi primo dicit, mulierem ad continentiam inducendam. Secundo: ibi, *Quod si*. dicit quid iuris si ad hoc non potest induci. Tertio soluit tria obstacula: ibi, *Nam & si*. Abbas.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam per verba de præsenti, & antequam eam cognosceret, tradidit illam inquantum potuit renitentem & inuitam cuidam consanguineo suo in vxorem, & ille eam accepit, licet inuitam: Sed mulier quamcito fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & primo viro restitui postulauit: quærebatur, an deberet ei restitui? Respondet Papa, quod viro pro tam turpi facinore grauis pœnitentia debet imponi, & mulier monenda est propter publicæ honestatis iustitiam, vt nec primum repetat, cuius consanguineus eam cognouit, licet inuitam: tedeat ad secundum, cui propter adulterium commisceri non potest: sed in continentia maneat, donec primus vir viam fuerit vniuersæ carnis ingressus. Si autem ad hoc induci non poterit, prior vir cogatur eam recipere, & maritali affectione tractare: nec potest ei adulterium obijcere, qui eam adulterandam tradidit, præsertim inuitam: & licet dicatur in Euangelio, quod propter fornicationem vir dimittere possit vxorem: non tamen propter eandem causam vir semper potest dimittere, nec vxor virum, cum possit per exceptionem repelli, vel replicationem, & affinitas superueniens matrimonio ei obesse non debet, quæ conscia seu particeps huiusmodi iniquitatis non fuit: cum

Cap. 4. est in 2. compilat. De materia videto præ alijs hic Præpositum.

f refutabimus

Maxima, quia nec remanent obiurgt, vnde nō sic timent colludium. 32. q. 1. dixit. fecundū Gof. Io. An.

Probabiles, legitur in aliquot manuscriptis recentibus libris.

Adde quæ no. Bal. in l. 1. C. de proba. & in l. eo quidem. C. de accusat.

Cap. 1. est in 1. compilat. Vide Conuarruuiam lib. 4. decretalium par. 1. cap. 5. cōlege a principio.

Dicebat Laur. Propter rationem nō dissoluo sociatatem. Io. And.

fuit, cum iure suo sine culpa non debeat defraudari: Alexander tamen in consimili casu dixit distinguendum, prout sequit in littera. Nota ꝙ ei adulterium obijci non potest, quæ ad hoc inuita tracta est. Item non semper pp adulterium vir potest dimittere vxorem. Item affinitas superueniens matrimonio ipsum nō dissoluit. Item nullus debet sine culpa iure suo priuari.

quam postmodum à se incognitam, cuidam consanguineo suo tradidit, inquantum potuit renitentem: Ille vero cum ipsa licet inuita, matrimonij solemnia celebrauit: sed mulier quamcito fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & se priori viro restitui postulauit. ¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd & viro pro tam turpi facinore grauis est pœnitentia iniungenda, & mulier propter publicam honestatem, est monenda sollicite, vt nec primum repetat, cuius consanguineus, eam licet inuitam, cognouit: nec redeat ad secundum, cui non potest propter reatū adulterij commisceri. sed in continentia maneat, donec prior fuerit viā vniuersæ carnis ingressus. Quòd si forsan ad id induci nequiuerit, vir prior cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare: cum adulterium ei nō possit obijcere, qui eam adulterandam tradidit, præsertim inuitam. Nam & si secundum Euangelicam veritatem, nunquam nisi propter fornicationis causam, aut vir vxorem, aut vxor possit dimittere virū; nō tamen semper propter causam eandē vel vxor virū, vel vir dimittere potest vxorem: cum possit exceptione, vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas, quæ post cōtractum legitime matrimoniū inter virum & vxorem inique contrahitur, ei debet officere, quæ huiusmodi iniquitatis particeps non existit; eum suo iure nō debeat sine sua culpa priuari: quamquam à quodam prædecessore nostro dicatur in simili casu fuisse distinctum, vtrum incestus vel adulterium manifestum fuerit, an occultū: alijs asserentibus inter gradum proximū & remotum esse potius distinguendum.

Glo. seq. distinguit an vir tradiderit, vel occasionem dederit: & ad secundum signat cōtrariū.

a *Tradidit.*] Et ideo nō potest illi opponere adulterium. arg. 32. q. 5. §. 1. & c. 2. & 4. nec adulterium dicitur hic cōmisisse, vt ibi dr, qa non consensit: & hoc patet ex eo, ꝙ quācito potuit, aufugit, vt sequitur. arg. 1. q. 1. constat. secus esset si occasionē adulterandi ei dedisset: qa nihilominus imputaretur ei. arg. 27. q. 2. Agathosa. & cap. si tu abstines. j. de diuor. significasti. ff. solu. matr. cū mulier. ff. de adulte. l. s. Sed ꝫ videtur p cap. prædictū, si tu abstines. & argu. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & i Authen. vt lic. mat. & auiæ. §. qa vero plurimos. in fio. colla. 8. vir enim debet esse mulieri auctor colēdi bonos mores. ff. de adulte. si vxor. §. si iudex. & 32. q. 6. indignanē. alioquin esset detrahēda à viri potestate. C. de episcopa. audien. l. si lenones.

b *Publicam honestatem.*] id est, affinitatem, quæ sic inique ꝯhitur.

Glo. seq. not. cū sponsa, &c. allegat tria iura.

c *Reatum adulterij.*] quia primus est maritus illius, & non secundus. Et est hoc notabile, ꝙ adulterium committitur cū spōsa nondum cognita a viro: vnde si alias commisisset adulterium, posset accusari à sponso. ff. de adulte. miles. §. quærebatur. š. de iureiu. quēadmodum. qa iniuria facta est ei. ff. de iniur. item apud. §. sponsum.

d *Præsertim.*] idest, tantum: quia in talibus quæ sine peccato mortali committi non possunt, mandatum non obligat. 32. q. 5. ita ne. & §. quod metus causa. cap. sacris.

e *Nam & si.*] responsio videtur tacitæ quæstionis.

f *Fornicationis.*] 32. q. 7. omnes causationes.

g *Exceptione.*] puta, ꝙ ipse tradidit eam inuitam, vel quia idem similiter fornicatus est. j. de adul. cap. penult. & vlt. 32. q. 6. nihil.

Glo. seq. notat contra opinionem, &c. allegat pro ea duos §§.

h *Nec affinitas.*] Hic reprobatur illorum opinio, qui dicebant, ꝙ per fornicarium coitum non ꝯhitur affinitas. & j. eo. cap. penult. & vlt. arg. 35. q. 3. nec eam. arg. contra. ff. de gradi. non facile. §. sciendum. & §. affines. sed illa non obstant.

Glossa sequens arg. legitime factum, &c. alleg. 3. iura in contrarium, & vnam legem.

i *Officere.*] arg. qđ legitime factum est, non irritaē, licet deueniat ad eum casum, a quo nō potuit habere principium. ff. de in. actuqꝫ pri. non enim. ff. de postu. l. 1. §. casum. & 30. q. 1. ad limina. arg. contra. ff. de iudic. si a me.

k *Sine sua culpa.*] hoc generale est. sim. j. eod. cap. vlt. si qua contraria sunt, casualia sunt.

l *A prædecessore.*] scilicet Alexandro, sed illa decretalis remota est de hac compilatione.

¶ Idem Bisuntinen. archiepiscopo.

¶ Copula carnalis habita cum puella septem annorum, dirimit matrimoniū postea contractum cum consanguinea. hoc dicit secundum vnum intellectū.

CAP. VII.

FRaternitati tuæ: & infra. ¶ Diuortij sententiam approbamus, quam in eum canonice promulgasti, qui illam sibi postea copulare præsumpsit, cuius antea sororem adhuc septennem, contractis sponsalibus extraordinaria libidine noscitur polluisse.

¶ Idem episcopo Gerunden.

¶ Affinitas causata ex copula illicita, rumpit sponsalia præcedentia, & priuat facultate contrahendi matrimonium.

CAP. VIII.

EX litteris fraternitatis tuæ accepimus, quòd G. lator earum, matrē puellæ, quam infra nubiles annos desponsauerat in vxorem, carnaliter sæpe cognouit: & post carnali commixtione puellā tractauit adultam: & infra. ¶ Nos autem eidem viro pœnitentiam iniungi fecimus pro peccato: consultationi tuæ respondentes, quòd eis abinuicē separatis, mulier alteri viro non nubat, si postquam nouit viri & matris delictum, ei non erubuit commisceri. Vir etiam & ma-

FRaternitatis.] Ex sponsalibus contractis cum puella, quæ nondū compleuit septēnium, interueniēte copulę attentatu, oritur publica honestas impediēs matrimonium ꝯhendum cum cōsanguinea. hoc dicit secundum alium intellectum. Communis diuisio. Secūda: ibi, *Diuortij*. Abbas.

CASVS. Quidā contraxit spōsalia cū quadam puella septem annorū, quam polluit extraordinaria libidine: Postea ꝯxit matrimonium cū sorore ipsius: postmodum vero archiepiscopus Bisuntinen. cum de hoc ad ipsum quæstio esset delata, diuortij tulit sententiam inter eos, quā dominus Papa approbat. Nota, ꝙ post ꝯcta sponsalia, sponsus nullam de cōsanguinitate sponsæ potest habere vxorem, nec ecōuerso, nullum de consanguinitate sponsi sponsa potest habere.

Glossa sequens soluit contrarium.

m *Contractis sponsalibus.*] Et sic maritali affectu, cum esset sponsa ipsius, eam polluit. sic š. de sponsali. iuuenis; & ita nō est ꝯtrium. 35. q. 3. extraordinaria.

n *Extraordinaria.*] id est, extra naturalia cū nondū esset idonea.

EX litteris.] Affinitas superueniens rumpit spōsalia de futuro. Commonis diuisio. Secunda pars: ibi, *Nos autem*. Abbas.

CASVS. Quidam G. nomine ꝯxit sponsalia cum quadā puella infra nubiles annos, & postmodū matrē puellæ carnaliter sæpe cognouit, & postea puellam ipsam carnaliter tractauit adultam, & hæc notoria erant: petiit eps loci, illi viro prouideri, & vtrum ipsa mulier possit cum alio matrimonium ꝯhere: Dominus Papa fecit illi viro pœnitentiam iniungi, mandās epo, vt illos debeat separare abinuicē. & mulier alteri viro non nubat, si postquam sciuit delictum viri & matris, ei non erubuit cōmisceri: & vir & mater mulieris non debent ad alias nuptias conuolare, sed continenter viuere debent, & suum flere delictum, si de lapsu carnis non timeatur ipsorum. Nota, ꝙ affinitas superueniens soluit sponsalia. Item incestus impedit matrimonium contrahendum. Item cum incestuosis potest dispensari vt contrahant, si timeatur de lapsu carnis.

o *In vxorem.*] futuram, scilicet.

p *Carnali commixtione.*] post contractam affinitatē: vnde illam in vxorem habere non poterat.

q *Pœnitentiam.*] pro incestu; sed maior debet imponi q̄ pro adulterio, qa incestus vincit adulteriū. 32. q. 7. adulterij. & š. eod. cap. 2.

r *Separatis.*] si ita esse constiterit, aliás fiat quod dicitur j. cap. prox. Et nota ꝙ affinitas superueniens sponsalibus de futuro rumpit ea. š. eod. cap. 2. & j. tit. proxi. cap. 1. & 2. secus in matrimonio. š. eod di-

Vide concilium Tridentinum, sessio. 24. de reform. matr. cap. 3.

potest

Ad hoc ff. de ritu nup. post l. § nō est ignotum. Ioan. And.

Et etiam patris & de mani. Ioan. And.

Matth. 19 Mar. 10. Luc. 16.

Vide concilium Trident. sessio. 24. de sacramento matrimonij in principio & cap. 7.

legitimā

causam

Vide S. Thomā in quæstionibus additis ad 3. par. q. 55. art. 3.

Et infra de reg. iur. factum legitime. lib. 6. Ioan. And.

Cap. 2. in tit. in 1. compilatione. Et de isto loco vide Scot. lib. 4. senten. dist. 41. q. vnica. art. 2. vers. quod si obijcias.

Gerunden. Ferinden. Gerunden.

Cap. 3. in tit. in 3. compilat. Vide Tabienam in summa verbo sponsalia. § 9. in quarto modo.

Præter Hostiensem, Ioannē And. & alios veteres interpretes, quid in hoc loco dicatur extraordinaria libido, tu pollutio præter ordinem Præpositus

s. eod. discretionem. & j. eod. cap. penul. & vlt. 34. q. 2. in lectum.
a ¶ *Nunquam debent*] Incestuosi contrahere non debent propter enormitatem delicti: vt dictum est s. en. cap. 2.
b ¶ *De lapsu carnis*.] Si timeretur de hoc, dispensaretur cum eis. s. eod. cap. 1. & 33. q. 2. in adolescentia.

h ¶ *Remotior.*] si vis scire in quo gradu aliquæ duæ personæ diuersarum linearũ sibi attineant, recurre ad cõem stipitem siue parentem, à quo descenderunt: & descende æqualiter computando per ambas lineas, quousque altera illarũ primo occurrat: & si ambæ simul occurrãt, erũt in eodẽ gradu primo, secũdo, tertio vel quarto; & istæ personæ quæ æqualiter descendunt, non dicuntur distare à gradu, sed potius sunt in gradu æquali descendente à cõi stipite æqualiter: & si sunt infra quartum gradum, non possunt matrimonialiter coniungi: Sed si vna primo occurrit quàm altera: descende per lineam alterius vsq; ad illam: & semper post illum gradum, in quo occurrit prima persona, additur gradus pro numero personarum: & sic habebis quoto gradu vna distat ab altera: & istæ personæ non dicuntur esse in gradu, sed distãt gradu, sicut istæ personę, de quibus hic dicitur, cum vna distet quarto gradu, & alia quinto à communi parente, quod planum est videre: & quinto gradu remotior persona distat a cõi parente, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam: verbi gratia: Cõis parens istorum fuit Petrus, eius filij fuerunt Martinus & Berta, qui sunt in primo gradu. de Martino descẽdit Ioannes: de Berta ex alia parte natus fuit Robertus, qui Ioannes & Robertus sunt in secundo gradu æqualiter descendentes a Petro: de Ioanne natus est Stephanus: de Roberto est Albertus natus, qui sunt in tertio gradu, & æqualiter descendunt à Petro tertio gradu: scilicet, de Stephano natus est vir iste, de quo hic quæritur: de Alberto natus est Titius, qui est in quarto gradu cum viro isto, ęqualiter distãtes à Petro: Primo loco occurrit tibi vir iste, qui quarto gradu distat à Petro, & sic est vltima psona in cõsanguinitate Petri ex vna linea, & Titius ex alia linea: de Titio nata est hæc mulier, de qua hic quæritur: & distat quinto gradu a Petro, & sic exiuit iam consanguinitatẽ Petri: ergo eodem gradu distat à quolibet alio descendente per aliam lineam, & sic distat quĩnto gradu a Martino, Ioanne, Stephano, & ab isto viro, videlicet filio Stephani: ideoque recte potest illum habere in virum; & quemlibet descendentem à Petro per aliam lineam posset accipere, cum omnes illæ personæ huic sint in quinto gradu. Hoc in arbore melius videtur.

Re uocantes a, præsenti constitutione decernimus †, vt sic contrahẽtes de cætero b libere copulentur. ¶ Prohibitio † quoque copulæ coniugalis, quartũ consanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero nõ excedat: quoniam in vlterioribus gradibus, iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari. Quaternarius vero numerus bene cõgruit prohibitioni coniugij corporalis: de quo dicit Apostolus, quòd vir non habet potestatẽ sui corporis, sed mulier: neq; mulier habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt humores c in corpore, qui † cõstant ex quatuor elementis. ¶ Cum ergo iam vsq; ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis, vel ab aliis, vel à nobis, vt si quis cõtra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, nulla d longinquitate defendatur annorum: cum diuturnitas temporum non † minuit peccatum, sed auget: tantoque sunt grauiora crimina, quanto diutius infœlicẽ e animam detinent alligatam.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Distans à stipite quarto gradu vel citeriori, cum distante quinto vel vlteriori cõtrahere potest. hoc dicit cum glossa.*

CAP. IX.

Vir †, qui à stipite quarto f gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulã approbatã g, qua dicitur: Quoto gradu remotior h differt † à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendentium ex eodẽ: licite possunt matrimonialiter copulari.

---

† decernimus

† De hoc vide late per S. Thomam lib. 4. sent. dist. 40. q. 1. art. 4.

1. Cor. 7.

† In concilio, & aliquot veteribus exemplaribus ita: quod constant ex quatuor elementis.

† In cõsilio: non minuunt peccatum, sed augent.

† De materia huius glossæ vide plenissime per Hostien. sum. in sum. tit. de cõsanguin. §. qualiter computentur, & §. seq.

† Vide eundem in ep. præcedent.

† distat

DE FRIGIDIS, ET MALEFICIATIS, & impotentia coeundi.

TITVLVS XV.

De frigidis†, & maleficiatis, & impotentia coeundi.

Ex Brocardico lib. 18.†

¶ *Si marito prouocante ad diuortium, & se impotentem asserente, mulier hoc idem fatetur, seruata solemnitate canonica matrimonium indistincte dirimitur: sed si decipiatur ecclesia, primum matrimonium reparatur: si vero muliere agente, vir asserat se potentem: nisi per aspectum corporis, vel alio indubitato modo conuincatur, mulier non auditur: sed si vir hoc idem confitetur, vel conuincitur, matrimonium separatur, & mulieri contrahendi licentia datur. hoc dicit secundum Hostiensem.*

CAP. I.

Accepisti† mulierem, & per aliquod tempus habuisti, per mensem, aut per tres, aut per annum: & nunc primum dixisti te esse frigidæ naturæ, ita vt non potuisses coire cum illa, nec cum aliqua alia: si illa, quæ vxor tua esse debuit, eadem affirmat, quæ tu dicis, & probari potest per verum iudicium[a]; ita esse vt dicitis, separari potestis: ea tamen ratione, vt si tu post aliam acceperis, reus periurij dijudiceris[b]†: & iterum post peractam pœnitentiam, priora connubia reparare[c] debebis. ¶ Illa autem si prior post† annum, aut dimidium, ad episcopum, aut eius missum[d] proclamauerit, dicens, quòd non cognouisses eam, tu autem contrarium affirmas[e]; tibi credendum est, eo quòd caput[f] es mulieris: quia si proclamare voluit†, cur tamdiu tacuit[g]? cito enim & in paruo tempore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa nouitate, post mensem, aut duos, ad episcopum, aut eius missum proclamauerit, dicens; volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi: sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, & nõ potest illa facere, propter quæ illum accepi: si probari[h] potest per rectum iudicium, separari potestis: & illa si vult, nubat in Domino.

¶ Alexander tertius Ambianensi.† episcopo.

¶ *Impotens ad copulam, est impotens ad contrahendum matrimonium. siue sit impedimentum ætatis, siue naturæ.*

CAP. II.

Quod† sedem: & infra. ¶ Sicut puer, qui non potest reddere debitũ, non est aptus[i] coniugio: sic qui impotentes[k] sunt, minime

¶ *Viso de pluribus impedimentis matrimonij, quia frigiditas & maleficium, & generaliter impotentia coeundi sunt impedimenta matrimonij, ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abbas.*

De hac materia tractatur 33. q. 1. & q. 2. per totum.

Accepisti.] Diuidit in tres partes, quia habet tria dicta. Secundũ ibi, *Illa autem.* Tertium: ibi, *Si autem.* Abbas.

CASVS. Aliquis accepit aliquam in vxorem, & cum ea mansit per mensem, vel per tres, vel etiam per annum postmodum dicit vir, quòd est frigidæ naturæ, ita quòd cum illa vel alia reio habere non potest: dicitur hic, quòd si illa idem affirmat, quod ille dicit, & potest hoc probari per verum & rectum iudicium, debent separari: ita quòd si postmodum aliam acceperit, reus erit periurij, & acta pœnitentia priora connubia restaurabuntur: Si vero illa prior post annum & dimidium ad episcopum proclamauerit dicens, quòd eam non cognouit, ille autem contrarium affirmat, ei credendum est, cum sit caput mulieris: quia si proclamare voluit, cur tantum tacuit? cito enim potuit scire, si eam cognoscere potuit: Si vero ab initio post mensem vel duos ad episcopum proclamauerit dicens, volo mater esse, sed vir quẽ ego accepi, frigidæ naturæ est; si hoc probari potest per rectum iudicium, separentur, & mulier alteri si voluerit nubat in Domino. Nota quòd non creditur viro vel mulieri confitenti contra matrimonium, sed exigitur probatio. Item vir caput est mulieris. Item ex taciturnitate præsomitur contra aliquem. Item impotentia coeundi impedit matrimonium & dirimit.

a ¶ *Iudicium.*] scilicet, quòd vterque iuret cum septima manu propinquorum. 33. q. 1. cap. 2.

¶ *Glo. seq. not. conuinci mendacium. alleg. tria iura.*

b ¶ *Dijudiceris.*] Nota contrarij operis euidentia mendacium conuinci, supra de præsump. litteras. arg. ff. de maio. & obed. legebatur. & 22. q. 5. cauete.

¶ *Glossa sequens not. quòd sententia, &c. ponit distinctionem circa fraudem mulieris, quam non approbat. in fin. signat contrarium, & soluit, & arguit.*

c ¶ *Reparare.*] Nota quòd sententia contra matrimonium lata, non transit in rem iudicatam, cum appareat ex postfacto ecclesiam fuisse deceptam. sic supra, de re iudi. lator. & cap. consanguinei. & infra eodem fraternitatis. quare priora etiam matrimonia restaurantur, etiam muliere contradicente, si fraudis fuerit conscia. ff. de adult. si vxor. § iudex. & § vlt. vt dicit Ala. Si vero conscia fraudis non fuerit, poterit repellere eum, si voluerit, prætextu adulterij. argumen. trigesimasecunda quæstione prima, de benedicto. & quæstione 6. nihil. sed non credo quod hoc obstet, quia matrimonia priora debeant restaurari. infra eod. laudabilem. & cap. fraternitatis. Item argumen. contra. trigesimatertia quæstione prima, si per sortiarias. sed ibi separantur propter maleficium, non propter frigiditatem.

d ¶ *Missum.*] simile supra, de reg. capitulo secundo. & expone missum, idest, vicarium, qui fungitur vice episcopi. supra, de insti. cap. 3.

e ¶ *Affirmas.*] quòd eam cognouit.

f ¶ *Caput.*] supra de despon. impub. continebatur. trigesimatertia quæstione prima. si quis acceperit. & hoc intellige, nisi ipsa velit se probare virginẽ per aspectum corporis. ff. de proba. proposuisti. & cap. causam matrimonij.

g ¶ *Tacuit.*] ergo videtur, quòd post annum & dimidium reclamare non poterit. Sed contra videtur. C. de repu. in causis. vbi dicitur, quòd vsque ad duos annos poterit reclamare, immo vsq; ad triennium. in Authen. de nupt. § per occasionem. colla. 4. & infra eodem laudabilem. Quod dicitur in istis duabus vltimis cõcor. tenendum est, & non tenet quod hic dicitur de anno & dimidio. Et est argumen. ad præscriptionem, si quis taceat vsque ad completam præscriptionẽ, quia gesta, taciturnitate firmauit. C. de his qui à non dom. ma. l. vlt.

h ¶ *Probari.*] Hoc ideo dicit, quia non est standum eorum confessioni contra matrimonium: & si vterque confiteatur non videtur credendum, ne in fraudem hoc diceretur. supra de eo qui cogno. consan. vxo. suæ, super eo. nisi quod asserunt, probauerint cum septima mano propinquorum. trigesimatertia quæstione prima. capitulo 2. sed pro matrimonio bene creditur eis. ff. de clandesti. desponsatio. cap. 2. & quod dicitur; non creditur eis contra matrimonium, verum est quantum ad hoc, vt contrahendi facultatem acquirant: sed si vellent in continẽtia manere, creditur eis. 33. q. 5. quod Deo pari.

Quod sedem.] CASVS. Dicitur hic, quòd sicut puer nõ est aptus matrimonio, ita nec vir qui coire non potest. Nota quòd impotentia coeundi impedit matrimonium.

i ¶ *Non est aptus.*] ff. de despon. impub. à nobis. arg. eod. tit. puberes. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

K ¶ *Impotentes.*] Hac ratione videtur, quòd senes qui à naturali calore defecerunt, contrahere non possunt; sed contrarium est verum. C. de nupt. sancimus. 27. quæst. 1. nuptiarum. quia in senibus dicitur esse legis obsequium, & humanitatis solatium, vt ibi. & trigesimaprima quæstione prima. aperiant. & cap. quòd si dormierit. sed hic non loquitur de tali impotentia, sed de eo qui so-

Bbb 4 ctus

† De materia huius tit. vide Magistrum sent. lib. 4. dist. 34. vbi Doctores, & per alijs P. Thomã ibidem. q. 1. & 2. quæst.

† Alibi, 10. & 14. & 16. sed refertur ita. Ex Berchardo lib. 19. decret. cap. 5. tit. de discidio non legit. vir. accepisti. & c. 3. eod. tit. in 1. cõpilat.

† Vide Durandum lib. 4. senten. dist. 34. q. 2. & Ricciam ibidẽ. Soci q. 1. art. 2.

† iudiceris

† In aliquo manu scriptis ita: post annũ & dimidiũ, quod secundum videtur plane agnoscere glossa hæc in verbo tacuit.

† voluerit. Burchardus ita. quia si se proclamare voluerat.

† Ambian.

† Cap. potest in 1. compilat. & post concilium Lateranẽ. sub Alexan. iij. par. 19. c. 8. Et pro intellectu textus & glossæ præter citatos in præcedenti cap. vide Syluestrũ in summa, verbo, matrimonium. q. 16.

ctus est 1. & qui perpetuo impotens est: sed senes aliquando aliquo beneficio mouentur.

E *X litteris.*] Communis diuisio, consultatio & responsio. Secunda: ibi, *Respondemus*. Abbas.

Casus. Quidam contraxit matrimonium cum quadam, qui cum debitum reddere non posset, licet vterque legitimæ fuisset ætatis, mulier tam grauem contraxit infirmitatem, vt omnino inutilis sit facta viro, ita quòd nullo modo eam cognoscere potest: Quæritur, an debeant separari? Respondet Papa, si vitium illud a natura contraxit mulier, nec ope medicorum poterit ei subueniri, vir poterit aliam ducere vxorem. Nota, quod cum inhabilis ad coitum, nullum est matrimonium.

¶ *Glo. seq. soluit obiec. cano. dixit.*

a ¶ *Contraxit*] id est, cótraxisse apparuit, vel in veritate contraxit, ex eo quòd contra naturam vim ei forsan intulit, quia arcta fuit: vnde nullo modo sibi potuit commisceri, vnde magis inhabilis reddita fuit, & sic non fuit matrimonium. infra eodem, fraternitatis. si enim non loqueretur de impedimento præcedente matrimonium, stare non posset quod dicitur in si. trigesimasecunda quæstione prima, dixit. & quæstione quinta, si vxorem. & supra, de coniug. leprosor. c. 1. & 2.

b ¶ *A natura.*] quia erat arcta, vt dixi.

¶ *Glo. seq. signat contrarium.*

apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

¶ Idem.

¶ *Naturale impedimentum ad coitum, irreparabile arte medicorum, matrimonium impedit.*

CAP. III.

EX† litteris tuis accepimus, quòd quidam sexdecim annorum quãdam annorum tredecim duxit vxorem: qui cum debitum reddere non posset, mulier tam grauem infirmitatem contraxit[a], vt omnino viro sit facta inutilis, & instrumentum eius impeditum, ita quòd vir ei commisceri non potest: Respondemus igitur, quòd si vitium illud mulier à natura[b] contraxit, nec ope medicorum[c] poterit adiuuari: viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.

¶ Lucius tertius.

¶ *Contrahens scienter cum impotenti ad copulam, ab ea non separatur.*

CAP. IIII.

COnsultationi † tuæ, qua nos consuluisti, vtrum fœminæ clausæ, impotentes commisceri maribus, matrimoniũ possint contrahere, & si contraxerint, an debeat † rescindi? Taliter respondemus, quòd licet incredibile[d] videatur, quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium: Romana tamen Ecclesia consueuit in consimilibus iudicare[e], vt quas tamquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Si de impotentia coeundi constet, statim matrimonium separatur: aliàs cohabitabunt coniuges per triennium: & si cum septima manu propinquorum iurant, quòd dederint operam carnali copulæ, & non potuerint coniungi, statim separantur. Ita communiter summatur.*

CAP. V.

LAudabilem† : & infra. ¶ Requisisti quãtum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis, ad experientiam copulæ nuptialis: & infra. ¶ Nos vero in præsenti consultatione sentimus, vt à tempore celebrati[f] coniugij, si frigiditas[g] prius probari[h] non possit, cohabitent per triennium: quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint, & iuxta decretum Gregorij[i] †, mulier per iustum[k] iudicinm de viro probare potuerit, quòd cũ ea coire non possit, accipiat alium. si autem ille aliam acceperit, separentur[l]: Quòd

c ¶ *Medicorum.*] infra eod. fraternitatis. & ita non fuit matrimonium. & intellige quod dicit: non poterit adiuuari ope medicorum, sine periculo corporali: aliàs non deberent separari, immo modicam violentiam debet sustinere, vt argumen. infra, eo. fraternitatis. & si talis fuit, non habuit propositum reddendi matrimonij debitum exacta, vel exigendi, & sic nullum matrimonium. trigesimasecunda quæstione secunda, solet. & cap. aliquando. & supra de condi. appo. cap. vlti. & secundum leges esset in causa redhibitionis. ff. de ædil. edic. quæritur. §. mulierem. argumen. contra. infra, cap. proxi.

C *Onsultationi.*] Diuiditur: quia primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, *Taliter*. Abbas Siculus.

Casus. Aliquæ mulieres ita sunt clausæ & impotentes, quòd viris carnaliter commisceri non possunt: quæritur, an possint matrimonium contrahere? Respondet Papa, licet non videatur credibile, quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium: tamen Romana ecclesia consueuit in talibus iudicare, vt si non possunt eas habere vt vxores, habeant eas vt sorores. Nota quod cum arcta matrimonium contrahi non potest. Item de similibus simile iudicium est habendum.

d ¶ *Incredibile.*] quia conditionem corporis sui sciens, non contraheret de leui. Ala.

¶ *Glo. seq. reci. per quæstio. an sit consilium vel præceptum.*

e ¶ *Iudicare.*] Ergo & nos sic iudicare debemus. supra de re iud. in causis. C. de legi. & constu. prin. l. vlt. quod verum est, vbi ipsa sic præcipit iudicandum. arg. 11. q. 3. noli te. alias non permittitur aliter fieri. 11. distin. quis nesciat. sed hic non præcepit eius consuetudinem esse seruandam, sed potius consilium est[1]. tamen intellige quod hic dicitur secundum illam decret. j. eod. fraternitatis, vt dixi. s. cap. proxi.

L *Audabilem.*] Diuiditur in duas partes. Prima loquitur quando vnus coniugum dicit matrimonium cósummatum, & alter diffitetur. Secunda: ibi, *Si autem*. quando vterque fatetur matrimonium non esse consummatum. Et prima pars subdiuiditur. Nam prima loquitur quando simul esse non contendunt. Secunda quando contendunt: ibi, *Quòd si*. Abbas.

Casus. Quidam contraxit matrimoniũ cum quadam: tandem dicitur esse frigidæ naturæ: quæritur, hic quantum tempus dandum sit eis, ad sciendum experientiam copulæ coniugalis: Papa respondet, quòd ab eo tempore quo celebratur coniugium, & incipiunt simul cohabitare, simul cohabitent per triennium dando operam carnali copulæ, si ante triennium non possit probari frigiditas: quo elapso si simul cohabitare noluerint, & mulier per iustum iudicium probare potuerit, quòd cum ea dormire non possit, accipiat alium: & si ille aliam acceperit, separentur: Si vero contendant simul esse, habeat eam vt vxorẽ. Si autem confiteantur quòd nunquam adinuicem se cognouerint, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui deficiant, iureiurãdo dicat vterque, quòd nunquam vna caro effecti sunt: & tunc mulier potest alium accipere: & si ille aliam acceperit, de periurio notantur, & acta pœnitentia cogantur ad priora connubia redire. Nota, quòd triennium dandum est ad probandum frigiditatem, & ita non tenet quod dicitur de anno vel dimidio. s. eod. cap. 1. & idem tempus datur in maleficiato.

f ¶ *Celebrati.*] Et a tempore cohabitationis; nec sufficit cohabitare, nisi dent operam carnali operi. trigesimatertia quæstione prima, requisisti.

¶ *Glo. seq. recitetur per q quid de maleficiato.*

g ¶ *Frigiditas.*] Quod hic dicitur de frigido, idem intelligo & de maleficiato[3], vt vsque ad triennium expectet, maxime quia magis sperandum est, quòd impedimentum remoueri possit, quod non processit à naturalibus. Laurentius.

h ¶ *Prius probari.*] Argumentum, quòd si prius probari possit impedimentum, non expectabunt per triennium. infra, eod. cap. proxi. si vero manifeste non constet: tunc cohabitent simul per triennium continuum: in quo debent dare operam carnali operi: vt hic. & argumen. infra eod. cap. vlti. in Authen. de nup. §. per occasionem. colla. 4.

i ¶ *Gregorij.*] 33. q. 1. quod autem.

k ¶ *Iustum iudicium.*] id est, per testes, vel aspectum corporis. arg. s. de probat. proposuisti. & j. eod. cap. vlt.

l ¶ *Separentur.*] propter naturalem frigiditatem; secus si propter maleficium. 33. q. 1. si per sortiarias.

¶ Glossa

---

[1] De spadone an contrahere possit, notatur 32. q. 7. hi q. adde hic Ioán. And. & alios recẽtiores, & vide omnino notata p Alderbrãdinũ & alios in §. sed & illud, Institut. de adop. adde omnino Syl uestrum in summa verbo matrimonium 8 q. 16. vers. septimo, quantum ad castratonem.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compilatione.

[2] de mate ria vide per me per quæstionem ... in p... de ... capitulo. & omnino p D. Toomam ... dist. 34. q. 1. art. 2.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. compilat.

Vide citatos in præcedentibus capitulis.

† debeant

[1] Sed Lau. exponit iudicare, idest, tenere. Ioá. And.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compilat.

Et præcitatos in præcedentibus capitulis, vide de Hostiensi summa, tit. de frigidis & maleficiatis. §. qualiter, & quando.

† Gregorij ad Iohann. Rauẽnatem episc. vt refert Burchardus lib. 9. decr. cap. 40. Ivo par. 8. c. 176. & Panormia lib. 6. tit. de impotentia coeundi. ca. 4. sunt c. 11.

[3] De hoc articulo præter Doctores hic, vide Speculat. tit. de teste. § nunc tractandũ.

si ambo [a] consentiant simul esse, vir eam & si non vt vxorem, saltem habeat vt sororem. ¶ Si autem, quòd nunquam se inuicem cognouerint, ambo fatentur, cum septima [b] manu propinquorum vel vicinorum bonæ famæ (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis Euangelijs vterque [c] iureiurando dicat, quòd nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuissent: & tunc videtur quòd mulier valeat ad secundas nuptias conuolare. Verum si ille aliam duxerit, tunc hi [d] qui iurauerant, rei periurij teneantur, & peracta pœnitentia cogantur ad connubia priora redire [e].

¶ Ionocentius tertius Altisiodoreñ. episcopo.

¶ *Propter arctationem mulieris, si apparet, quòd præter diuinum miraculum absque periculo corporali habilis reddi non potest, separatur matrimonium: redintegratur tamen, si postea appareat ecclesiam fuisse deceptam.*

CAP. VI.

FRaternitatis † tuæ litteras recepimus, cõtinentes quòd O. mulier, cuidam viro matrimonialiter nupsit: cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem per archipresbyterum tuum super hoc fuisses edoctus, tu tamen volens habere certitudinem pleniorem, quasdam matronas [f] suæ parochiæ prouidas & honestas, ad tuam præsentiam euocasti, districte [g] illis iniungens, sub periculo animarum, vt mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, vtrum idonea esset ad viriles amplexus: quæ tandem in fide sua tibi asseruere constanter, quod eadem nunquam poterat [h] esse mater aut coniunx, tamquam cui naturale deerat [i] instrumentum: vnde inter ipsam & virum diuortium celebrasti, mulierem inducens, vt ad religionem aliquam se transferret, perpetuã continentiam seruatura: & viro licentiam tribuisti, vt vxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quòd mulier inuenit [k], qui seras huiusmodi reserauit: & abijciens continentiã, quam promisit, G. latori præsentium supernupsit. Quamuis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam seruatu-

¶ *Glossa sequens recitatur per quæstionem, an vir frigidus, &c.*

a ¶ *Quod si ambo.*] vel solummodo mulier. ille enim qui scienter contraxit, non videtur quòd possit contradicere. argumen. supra, de eo qui dux. in matri. cap. 1. ff. de lege com. l. 2. Vel dicas & verius, quòd necesse est vt ambo consentiant, sufficit quòd ita scriptum est. & si perquam durum est. ff. qui & à quibus manu. li. l. prospexit. & sexta quæst. 3. scriptum est. quia cum nullum sit matrimonium. non tenetur alter alteri.

b ¶ *Septima manu.*] sic infra eodem, capitulo vltimo. & trigesimaterria quæstione 1. requisisti.

c ¶ *Vterque iureiurando.*] vterque vir & mulier iurare debẽt, quòd fide bona dederũt operam copulæ carnali p triennium, nec vna caro effici potuerunt: propinqui iurabunt, quod credunt eos verum iurasse. argumen. infra de purga. can. capitu. quotiens.

d ¶ *Hi qui.*] scilicet, vir & vxor: & non alij compurgatores, si bona fide iurauerunt.

e ¶ *Redire.*] cum propter frigiditatem separantur: secus si propter maleficium. trigesimatertia quæst. 1. si per sortiarias.

F *Raternitatis tuæ litteras recepimus.*] Primo ponitur quæstio. Secundo distinguens solutio: ibi, *Quamuis.* Tertio infert ad alias duas quæstiones: ibi, *Per hoc.* Abbas Siculus.

CASVS. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam viro, & cum eo per plures annos permansit, nec potuit ab eo carnaliter cognosci: Archipresbyter Altisiodoreñ. illud negotium significauit episcopo suo: episcopus volens super hoc veritatem inquirere, quasdam matronas ad præsentiam suam vocauit, districte illis iniungens sub periculo animarum, vt illam visitarent, vtrum esset idonea ad officium coniugale: quæ tandem ea inspecta dixerunt, quòd nunquam poterat esse mater: & ideo inter eos diuortium promulgauit, mulierem inducens, vt religionem intraret, perpetuam continentiam seruatura: Viro autem dedit licentiam contrahendi, qui cum alia contraxit: Postmodum illa mulier fuit ab alio carnaliter cognita, abiecta continentia quam promisit, & cuidam G. nomine nupsit: negotium illud Altisiodoreñ. episcopus significauit domino Papæ, quærens, quid super hoc esset agendum? Rescribit Papa eidem dicens, quòd semiplene ei expressit quomodo mulier promiserit se continentiam seruaturam, vtrum simplici verbo, an per votum solemne, & vtrum transierit ad religionem sicut promisit: nec dixit etiam qualiter cognita fuerit, vtrum artificio medici, aut concubitu viri, aut alio modo: Vnde Papa considerans, quòd impedimentum illius non erat perpetuum, quod remotum fuit sine periculo corporali præter diuinum miraculum, inuenit diuortij sententiam latam fuisse per errorem, licet probabilem: quia ex post facto apparet, quòd mulier illa cognoscibilis erat viro, ex quo eius simili commiscetur. & ideo pronunciauit inter ipsam & ipsum matrimonium extitisse: Vnde inter ipsam & G. prælatum pronunciauit matrimonium non fuisse: & eos præcepit abinuicem separari: Si vero mulier illa transiuit ad religionem, primus vir qui non cognouit eandem, remaneat cum illa cum qua ecclesiæ auctoritate contraxit: Si vero non transiuit ad religionem, dimittat illam, & redeat ad illam, cum qua primo contraxit: nisi ipsa votum solemne fecerit: quia secundum hoc intelligitur fornicata fuisse cum prædicto G. vel etiam si non fecit votum solemne, fornicario modo alij se immiscuit: & sic prætextu fornicationis primus vir eam repellat: Si vero simplici voto promisit seruare continentiam, & postea in facie ecclesiæ prędicto G. nupsit, quamdiu articulus ille dubitabilis erat, præsumi non debet, quod fuerit fornicata, sed amodo non debet remanere cum illo, per ea quæ dicta sunt supra in versiculo illo; absque periculo corporali. Alia quæstio soluitur, quæ talis est: aliqua est ita arcta, quòd non potest commisceri carnaliter, nisi per incisionem, vel alio modo violẽtia inferatur, vt mortis periculũ timeatur: Quæritur de tali, vtrum sit apta ad matrimonium contrahendum? Et dicendum est quòd non. Similiter ex his quę dicta sunt supra, soluitur alia quæstio, quæ talis est: Aliqua nupsit alicui, & ita arcta est illi, quòd non potest ab eo cognosci, si ab eo per iudicium ecclesiæ fuerit separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem vsum secundi reddatur apta primo: quæritur, vtrum debeat redire ad primum. Et dicas quod non, secundum distinctionem superius factam, vbi dicit; absque corporali periculo: De talibus tamen non est facile iudicandum, cum finale iudicium pendeat ex futuro. Nota quòd cum in sententia contra matrimonium lata errat ecclesia, quandocunque de errore constiterit, retractatur sententia. Item votum solemne ante carnalem copulã soluit matrimonium. Item mulier non tenetur subire periculum corporis, vt reddatur apta viro. Item ex futuro euentu pendet verũ matrimonium fuerit quandoque inter aliquos.

¶ *Finis sequentis glossa recit. per quæstionem.*

f ¶ *Matronas*] talibus credendum est, si honestæ sint & peritæ in arte illa. ff. de ven. insp. l. prima. in princ. & supra, de probat. propos. & cap. causam. & infra cap. proximo. oculus enim obstetricum in talibus sæpe fallitur. 27. q. 1. nec aliqua. & in hoc casu non requiritur iuramentum propinquorum, sicut in frigiditate, vt s. cap. proxi.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

g ¶ *Districte.*] per iuramentum [1]. hoc iuramentum non est remittendum istis testibus, ne aliquid in fraudem matrimonij dicerent. supra, de eo qui cognouit con. vxo. suæ. super eo. & infra, cap. proximo.

¶ *Glossa seq. obijcit, soluit & remittit.*

h ¶ *Poterat esse.*] Sed qualiter hoc potuit probari, cum sit negatiua? sic potuit probari: dicendo, quod hæc mulier caret membro apto ad copulam carnalem. Qualiter negatiua [a] probatur, s. de elect. bonæ. dictum est. Bernar.

i ¶ *Deerat.*] Nota, quod non dicitur esse, quod inutile est. s. de transla. inter corporalia. & ff. quod cuiusque vniuer. l. 1. §. & quidam. nec dicitur habere actionem, qui habet inutilem. ff. de dolo, nam is. & s. de resti. spol. olim nobis. arg. s. de solu. cap. penult.

k ¶ *Inuenit.*] Non dicit quod per medicum vel alium.

¶ Glossa

* Cap. vnicum. ut de impotentia coeundi in 3. compilat. Vide B. Thomã lib. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 5. & citatos in præcedentibus capitulis, addẽ omnino Hostiẽsem in summa tit. de frigi. & malefic. §. qualiter & quibus.

[1] Hæ vero matronę ad debẽt de veritate iurare, sed solũ de credulitate, dicẽtes se credere mulierẽ esse aptã, vel non. ita Hostiensis, quẽ sequitur hic Ioãnes An.

[a] Tractatur sicut Frãcisco Herculano, quo plene differitur de modis probãdi negatiuæ, cum videto.

ram, vtrum videlicet simplici verbo, an voto solemni: vtrumve ad religionem transierit, vt promisit, an contra promissionem suam† in domo remanserit: & qualiter seras illas fecerit reserari, vtrum videlicet artificio medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo. Nos tamen perspicaciter attendentes, quòd impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum[a], per opus humanum, absque corporali[b] periculo potuit remoueri: sententiam diuortij per errorem[c], licet probabilem, nouimus esse prolatam: cum pateat ex postfacto, quòd ipsa cognoscibilis erat illi[d], cuius simili[e] commiscetur: & ideo inter ipsam & primum virum, dicimus matrimonium extitisse: quare inter eam & præfatum G. matrimonium non esse censemus, eosque præcipimus ab inuicem separari. Et si prædicta mulier ad religionem transiuit [sicut† asserit promisisse] primus vir, qui non cognouit eandem; cum ea remaneat[f], cum qua postmodum ecclesiæ auctoritate contraxit: alioquin[g] ea dimissa, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit: nisi se voto[h] mulier illa constrinxerit ad continentiam obseruandam, vt intelligatur per hoc cum præfato G. fornicata fuisse: vel nisi se fornicario[i] modo alij viro miscuerit, vt primus vir prætextu fornicationis, eius velit consortium declinare. nam si tantum simplici verbo promisit se continentiam seruaturam, & postea in conspectu ecclesiæ nupsit memorato G. quamdiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi[k] non debet, quòd fornicaretur cum illo, sed amodo[l] non debet cum illo aliquatenus remanere.

¶ Per hæc† autem quæstionem illam noueris esse solutam[m], qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arcta est, vt nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut† alio sibi modo violentia inferatur, non solummodo leuis, sed forte tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea[n] perhiberi. ¶ Similiter[o] illa, quæ viro cui nupserat, adeo arcta est, vt nunquam ab eo valeat deflorari: si† ab eo sit per iudicium ecclesiæ separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem vsum secundi, reddatur etiam apta primo: vtrum ad eum redire debeat[p], cum quo prius fœdus inierat coniugale. De talibus[q] autem non est facile[r] iu-

¶ *Glossa seq. arg. pro opi. dicentium cap. si per sortiarias. non tenere: cui dupliciter respondet, subdens de maleficio.*

a ¶ *Diuinum miraculum.*] argumen. quòd nullum maleficium est perpetuum, cum possit remoueri præter diuinum miraculum, saltem per illum qui ipsum induxit: quia quicquid ligatur, dissolubile est. in Authen. de nupt. §. nuptias. colla. 4. & secundum hoc non tenet illud. cap. si per sortiarias. 33. q. 1. vt quidam dicunt. Potest dici quòd aliud est cum allegatur impotentia ex parte mulieris, vt hic; aliud vbi ex parte viri allegatur maleficium, vt in cap. si per sortiarias. & infra, cap. proxi. & hic allegata fuit falsa causa, vt postea apparuit: vnde postea debet restitui viro. argumen. supra, de re iudic. lator. & cap. consanguinei. ad hanc causam refertur hæc ratio: attendentes quòd impedimentum, &c. Vel potest dici quòd maleficium est perpetuum: ex quo enim mulier cohabitauit viro per triennium, & dederũt operam copulæ carnali, nec potuerunt commisceri, præsumitur perpetuũ impedimentum, & possunt separari, & alteri nubere: vt in cap. si per sortiarias. quia potest aliquis maleficiatos esse cum vna, & non cum alia. & hoc intelligo de maleficio quod præcessit matrimoniũ: nam post matrimonium contractum si superueniat impedimentum, non debent separari. trigesimasecunda quæstione septima, hi qui sani. & q. 5. si vxorem. si vero post separationem eam cognosceret, matrimonium debet redintegrari, vt hic patet: quia impedimentum non erat perpetuum.

b ¶ *Corporali periculo.*] Vbi vero graue periculum timeretur, non est matrimoniũ: sed vbi leui periculo potest remoueri, debet illud pati. j. eod. cap. §. per hoc. a contrario sensu.

c ¶ *Per errorem.*] propter quem excusatur iudex. infra de senten. excommuni. sacro. & intellige, quòd error iste interuenit in aspectu corporis, in quo matronæ deceptæ fuerũt: quia manus & oculus obstetricum sæpe fallitur. s. de proba. causam matrimonij. & 27. q. 1. nec aliqua. & sic patet quod sententia per errorem lata, à qua non est appellatum, reuocatur, si error probabilis postea detegatur. j. de purga. vulg. significantibus. & ff. de condi. sine causa. l. 2. Item habes hic, quòd sententia per errorem lata contra matrimonium, non transit in rem iudicatam, quo minus possit reuocari quandocunque apparuerit ecclesiam deceptam fuisse, vt hic patet. & s. de re iudi. lator. & cap. consanguinei. & j. eod. cap. proxi. & s. eod. cap. 1. & cap. proxi.

d ¶ *Erat illi.*] scilicet primo viro, à quo fuerat separata.

e ¶ *Simili.*] Sic 33. q. 1. requisisti. & innuitur hoc, ex eo quod in fi. huius cap. dicitur, quòd si prior vir non possit eam cognoscere sine graui periculo, quod non sit reddenda primo viro, licet ex postfacto per consuetudinem secundi viri reddita sit apta priori; quod bene potest concedi: quia non fuit matrimonium inter eos, vt dixerunt Vinc. Io. & Tanc.

f ¶ *Remaneat.*] quia si ingressa fuit & professa, statim solutum fuit matrimonium, si quod fuit inter eos. s. de conuer. coniugat. ex publico. secus si ingressa fuit causa probationis: quia, si illa tunc ad seculum rediret, compellitur redire ad virum priorem.

g ¶ *Alioquin.*] idest, si non transiuit cum effectu.

h ¶ *Se voto.*] solemni, scilicet, & tunc debet compelli votum seruare, & per hoc intelligitur fornicata cum secundo, cum ipsa contrahere nõ potuit post votum solemne.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit: demum quærit & soluit secundum Ioan. & subdit opi. T.*

i ¶ *Fornicario modo.*] quia si legitime contraxisset cum altero, illud ei obijci nõ posset, nec prætextu talis fornicationis posset repelli à viro. argu. j. de diuor. gaudemus. immo videtur, quod nullam fornicationem ei obijcere posset: nullam enim iniuriam fecit nec intendebat facere viro, quia fornicata fuit tanquam soluta. 15. q. 1. illud. ff. locati. si ignorans quis. nam adulterium non committitur sine dolo. 34. q. 2. in lectum. ff. de adult. l. penul. Item si aliqui sint separati per sententiam ecclesiæ, & post alter eorum fornicetur, minorem iniuriã committit, & minus peccat. 32. q. 7. quemadmodum. Præterea per primam fornicationẽ non fuit apta viro suo, sed forte nec per multas alias, ergo illam solam potest opponere cũ reddita fuerit apta primo viro, quæ postea secuta est: quia tũc primom læditur ius matrimonij. argu. s. de donatio. Apostolicæ. Potest dici, quod sicut ex futuro euentu apparet retro fuisse matrimonium, vt dicitur in fin. sic ex futuro euentu apparet retro fuisse factam iniuriam priori viro. ff. de cad. & postli. reuer. in libello. §. 1. & ff. ad Macedo. l. 1. §. 1. Sed quid si post primum coitum cum secundo, prior petit eam? Dico quod est ei reddenda: & si non inuenerit eam aptam, est restituenda secundo: & sic etiam post secundum vel tertium coitum† secundi, & sic in infinitum, vt dixit Ioan. Tan. dixit, quod vsque ad tertiam vicem tantum, & non vltra debet restitui primo: immo remanere debet cum secundo: quoniam duæ tantum sententiæ post primam sunt ferendæ, quia tertio appellare non licet. 2. q. 6. si quis in quacunque. & j. de appella. sua nobis. Ber.

K ¶ *Præsumi.*] sim. 33. q. 2. cum per bellicam. & infra, de diuor. gaudemus.

l ¶ *Amodo.*] s. veritate reuelata, quod fuerat vxor primi.

m ¶ *Solutam.*] Arg. à contrario sensu sumpto ex illo verbo. s. eod. cap. 1. ibi; absque corporali periculo, &c. & est arg. validum à contrario sensu. s. de his quæ fiunt à prælat. cum Apostolica. in fin. & j. de reg. cum virum.

n ¶ *Idonea perhiberi.*] & certe non.

o ¶ *Similiter.*] Resume: per hæc noueris quæstionem illam esse solutam, qua quæritur, vtrum illa, quæ viro cui, &c.

p ¶ *Debeat.*] quasi dicat, non debet. intellige tamen secundum distinctionem præmissam, an sit graue periculum si reddatur apta, vel non. Vin.

q ¶ *De talibus.*] Simile s. de in integ. restit. cum venissent.

r ¶ *Non est facile.*] quia nescitur an sit apta viro primo: & hoc aliquo

¶ Dictio, fui, deest in antiquis exemplaribus.

¶ De materia huius glossæ, & an maleficium sit impedimentum dirimens impeditiue matrimonium, vide S. Thomam lib. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 3. & ibidem late per Scotũ & Doctores. adde Syluestrũ in summa verbo, matrimonium 8. q. 16. & per alios summistas.

¶ Hæc verba sicut asserit promisisse desunt in omnibus Vaticanis codicibus: habentur tamen in alijs paulo recentioribus, & in antiqua separatione.

¶ Alias. Per hoc autem, &c.

¶ Alias aut alio simili modo violentia inferatur.

¶ Vide vt ll te non clar. quoniam. in- per glo. per famam. Io. And.

¶ Hæc periodus in omnibus antiquis exemplaribus habetur: si ab eo per iudicium ecclesiæ separata nubat alteri, cui arcta, &c. sed remota est vulgata, & recepta lectura.

¶ Caue ne quid illicitum vel inhonestum ex opinionibus hic relatis admittatur.

aliquo iure perpendi non potest, sed potius per experiētiam facti. sim. ā. de dona. Apostolicę. cum suis concor.

a ¶ *Ex futuro.*] sic ff. de reb. dub. quædam. & ff. si cert. peta. proinde. & ff. qui pot. in pi. ha. l. potior. ff. ad Macedo. l. 1. §. 1. Nec intellige quòd matrimonium retrotrahatur, sed hoc ideo dicit, quia in dubio est, an sit matrimonium cum primo. nec intelligas, quòd tunc primo incipiat esse matrimonium cum primo, cum incipiat esse apta sibi, sed tunc primo declaratur fuisse matrimoniū. simile ff. si ser. vend. sicut. §. sed si queritur. & ff. de acqui. re. do. adeo. §. cū quis. in fin. & trigesimatertia quæstione prima. requisisti. ff. qui testamen. facere pos. l. hæredes palam. §. primo. Bernar.

palium personarum, quàm septima manu propinquorum.

b ¶ *Adhuc integra.*] & intellige quòd viripotens erat hæc, quæ virum pati poterat: licet esset virgo, dicitur viripotens. ff. de verb. sign. mulieris,[1] in princ.

[1] Verba legis habent ita: mulieris appellatiōe, etiam virgo viripotens continetur.

¶ *Glo. seq. ponit differentiam inter frigidum & maleficiatum.*

dicandum: cum finale iudiciū pendeat ex futuro [a].

¶ Honorius tertius.

¶ *Si vxor dicit virum, cui cohabitauit per triennium, non habere potentiam coeundi, eis hoc iurantibus cum septima manu propinquorum, matrimonium separatur. hoc dicit inhærendo verbis litteræ.*

CAP. VII.

Litteræ † vestræ nobis exhibitæ continebant, quòd cū causa matrimonij, quæ inter M. mulierem, & A. eius virum vertitur: vobis fuisset ab I. Papa prædecessore nostro commissa, dicta M. proposuit, quòd cum octo annis elapsis dicto A. fuisset matrimonialiter copulata, & diu cohabitasset eidem, adhuc integra [b] permanebat: eo quòd prædictus vir eius non habebat potentiam coeundi: quare petebat diuortium celebrari. prædictus vero A. fatebatur, quòd illam nunquam cognouerat: tamen se habere potentiam cognoscendi [c] alias asserebat: Vos vero, ne id confiterentur in fraudem [d], à matronis bonæ opinionis, fide dignis [e], ac expertis in opere nuptiali, dictam fecistis inspici mulierem: quæ perhibuerunt testimonium, ipsam adhuc virginem permanere. Postmodum per presbyterum, de cuius parochia vir extitit, fecistis inquiri: vtrum ipse aliquam cognouisset: nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem requirente diuortium, & dicente, quòd mater esse volebat, & filios procreare; proponente vero viro, quòd paratus erat stare consilio ecclesiæ, iniunxistis eisdem, vt agerent pœnitentiam de commissis [f], & † sic forte placeret Deo, qui matrimonij fuit institutor [g] & auctor, vt opus matrimonij consummarent: qui post plures terminos ad vestram reuersi præsentiam, consona voce dixerunt, quòd non poterant carnaliter commisceri. ¶ Quocirca mandamus, quatenus, si ita est, & constiterit vobis, præfatum virum & mulierem, infra prædictos octo annos, per continuum triennium [h] insimul habitasse: ipsis cum septima [i] propinquorum manu firmantibus iuramento, se commisceri carnaliter nequiuisse, proferatis diuortij sententiam inter eos.

† Si hæc de eo intelligas iuxta communem sensum, vt loquatur de eo, qui per maleficium ita [illegible] impotens ad cognoscendum cum vxore. vide [illegible] lib. 4. [illegible] & [illegible] magistro [illegible] [illegible] par. 4. q. 1. cap. 16. & eadē parte q. 2. c. 1. & 2. vbi plane de his maleficiis ac remedijs aduersus ea.

Litteræ.] Legitur tribus modis. Primo quòd loquatur in maleficiato: & secundum hunc intellectum summatur sic: Si vir maleficiatus nunquam potuit cognoscere vxorem, cui per triennium cohabitauit, ipsis cum septima propinquorum manu hoc iurantibus, matrimonium separatur, hoc dicit. Secundo modo legitur sic, quòd non loquatur in maleficiato, sed in frigido, vt tenuit Innocentius, cuius lectura communiter non recipitur: sed tamen in se vera est, & dicendum vt habuisti in cap. laudabilem. supra eodem. Tertio modo legitur inhærendo verbis litteræ generaliter, cum vxor dicit virum non habere potentiam secum coeundi: nec exprimit ex qua causa: & sic facit ad tertiam partem rubricæ. Et duo ponuntur hic. primo consultatio: secundo responsio: ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

Casus. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter M. mulierem, & A. virum: causa illa fuit commissa quibusdam iudicibus, per sedem Apostolicam, coram quibus ex parte mulieris fuit propositum, quòd iam octo annis fuit dicto viro matrimonialiter copulata, & diu cohabitauit eisdem, & adhuc integra permanebat, quia dictus A. non habebat potestatem coeundi, quare petebat diuortium celebrari: prædictus vir fatebatur quòd nunquam eam cognouerat: tamen dicebat se habere potentiam coeundi, & alias cognoscendi: iudices timentes ne istud confiterentur in fraudem, fecerunt illam inspici per matronas fide dignas, & expertas in opere nuptiali: quæ perhibuerunt testimonium, illam adhuc virginem permanere, & postmodum fecerunt inquirere per parochiam ipsius viri, si aliquam cognouisset, nec ipsi inuenerūt quòd aliquam cognouisset; mulier instanter diuortium postulabat: vir vero dicebat quòd paratus erat stare consilio ecclesiæ: iudices præceperunt eisdem, vt pœnitentiam agerent de commissis, & sic forte Deo volente matrimonium consummarent: Tandem reuersi ad iudices, dicebant se non posse carnaliter commisceri: vnde totum negotium domino Papæ per suas litteras intimauerunt, petentes quid sit super hoc agendum? Mandat Papa, quatenus si est ita: & eis constiterit, quòd infra octo annos per continuum triennium insimul habitassent: si iurauerint cum septima manu propinquorum, quòd non potuerint carnaliter commisceri, sententiam diuortij proferant inter eos. Nota, quòd qui separantur propter frigiditatem, siue propter maleficium, simul debent commorari per triennium continuum, secuto postea iuramento tam principalium personarum, quàm septima manu propinquorum.

c ¶ *Cognoscendi alias.*] & ita allegabat iste maleficium quantum ad istam, & non quantum ad alias. & non frigiditatem: quia si quis est frigidus quo ad vnam, quo ad omnes est frigidus, cum impedimentum à natura procedat. argum. supra eod. ex litteris. secus in maleficiato, vt dictum est supra, cap. proxi. vnde postquam constiterit de maleficiato, post triennium [2] debent separari, & ad alia vota transire. trigesimatertia quęstiōe prima, si per sortiarias. secus in frigido, vt supra eod. cap. 1. & cap. laudabilem. & 33. quæstione prima, de his requisisti.

[2] Vide Sessionem huius capitis vltimum.

d ¶ *In fraudem.*] confessioni coniugum contra matrimonium non est credendum: propter collusionē quam multi facerent. supra, de eo qui cogno. consanguin. vxor. cap. super eo.

e ¶ *Fide dignis.*] supra, eodem cap. proxi. vbi de hoc.

f ¶ *De commissis.*] quia infirmitas corporalis frequenter prouenit ex peccato: & sic causa cessante forte cessabit effectus. infra, de pœni. & remis. cū infirmitas.

¶ In vno vetustiori Vaticano habetur: si forte placeret Deo, qui matrimonij fuit institutor & actor, opus matrimonij consummarent, &c. in alius vt in textu: eo tempore quod in nonnullis pro voce auctor est actor.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem. per quæ verba fuerit matrimonium institutum. & ponit duas opiniones.*

g ¶ *Institutor.*] simile 32. distinct. deinde opponitur. & argumen. supra, tit. proxi. de infidelibus. & trigesimasecunda quæstione secunda, cap. sicut. §. his ita. Et quidam dicunt quòd his verbis [3] fuit institutum matrimonium: Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. sed illa verba prolata sunt ab Adam, vt ī. de biga. debitum. vnde videtur verius quòd per illa verba, Crescite & multiplicamini, ab ipso Domino prolata.

[3] Quādo & quib. verbis fuit matrimoniū institutū, vide Magistrum sentē. lib. 4. dist. 26. §. coniugij autē, & §. seq. & ibi Scot. q. 1. art. 2. vbi latissime. ad de omnino concilii Trident. sessio. 24. tit. de sacramento matrimonij in principio.

h ¶ *Continuum triennium.*] Qui enim separantur propter frigiditatem naturalem, per triennium continuum debent cohabitare simul, & dare operam carnali operi. ī. eod. laudabilem. & in Authentica de nuptiis. §. per occasionem. colla. 4. idem tempus dico dandum maleficiato, & multo fortius, cum sit accidentale illud impedimentum.

i ¶ *Septima manu.*] Sed quare requiruntur iuramenta propinquorum, cum sufficere debeat iuramentum viri & mulieris, cum iuramento illarum, quæ illam virginem asseuerant, vt supra, de proba. proposuisti. & cap. causam matrimonij. vel etiam iuramenta propinquorum sufficiunt, cum vterque id confitetur. trigesimatertia quæstione prima, requisisti. sed hic vterque id confitebatur: sed hoc ideo, quia sæpe falluntur & manus & oculi obstetricum. vigesimaseptima quæstione prima, nec aliqua. ideo iuramenta propinquorum requiruntur: omnis enim cautela, quæ adhiberi potest in talibus, est adhibenda, propter periculum animæ: & ideo circa maiora cautius est agendum. argumen. septima quæstione secunda, cap. vlti. & 42. distin. quiescamus. & ff. ad Carb. l. 1. §. 2. & 61. distin. miramur. tamen si alterum omitteretur, nihilominus valeret sententia, vt cap. requisisti. & cap. proposuisti. & cap. causam matrimonij.

DE MATRIMONIO CONTRACTO contra interdictum ecclesiæ.

¶ *Quia interdictum ecclesiæ super matrimonio contrahendo: quandoque impedit ipsum matrimonium, quandoque impedit & dirimit: ideo post multa impedimenta supra contracta, auctor subijcit hanc rubricam. Et vide ad materiam huius rubricæ quod no. glo. supra de spon. duorum. in cap. sua. Abbas.*

¶ Vide concilium Trident. sessio. 24. tit. de reformat. matrim. cap. 1.

De hac materia habetur 33. q. 4. nō oportet 2. & supra in rubr. de spon. vel. an teneat matrimonium contra.

TITVLVS XVI.

De matrimonio cōtracto contra interdictum† ecclesiæ.

¶ Alexan. iij. Paduañ. episcopo.

¶ *Matrimonium contra interdictum ecclesiæ, vel iudicis factum seu contractum, propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen pœnitentia sic contrahentibus, & separantur, donec cognoscatur de causa interdicti. hoc dicit in effectu totus iste titulus.*

CAP. I.

Litteræ† , quas tua nobis fraternitas destinauit, expresse declarāt, quòd eum quidā sororem suā iam nubilem, cuidam se daturum in vxorē a, ea præsente & consentiente b, præstito iuramento firmasset: & illa non post multos dies, dona c & munera viri secundum morem terræ sponte suscipiens, ipsum tamquam proprium virum d sæpe amplexata fuisset: tandem mortuo fratre, à proprio viri e sui fratre, se desponsari permisit f, & quòd ab † illo cognita fuisset, mendaciter asseuerat. Cumque ei prohibuisses g publice, ne cui illorum, vel alicui † se copularet, ipsa spretis monitis tuis, alij h nubere non expauit. demum cum mulieri præcepisses, vt ad domum matris rediret, ipsa nostram audientiam appellauit: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si est ita, præfatam mulierem (ne mandatum i tuum contemptibile videatur) ad domum matris redire compellas, & imposita sibi de tanto excessu k pœnitentia condigna, postquam in domo materna per mensem steterit, ad tertium reuerti permittas.

Litteræ.] Sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secūda respōsio: ibi, *Mandamus*. Abbas.

CASVS. Quidam iuuenis iurauit sororem suam iam nubilem se daturum cuidā in vxorem ea præsente & consentiente: Postmodum munera & dona secundum morem terræ recepit ab illo, tamquam proprium sponsum sæpius eum amplexando: tandem mortuo fratre suo, à fratre sponsi se desponsari permisit, dicens, quòd ab eo cognita fuerat: episcopus loci præcepit eidem, ne alicui illorum nuberet, aut etiam alij: ipsa spreto mandato episcopi, cum alio contraxit: propter quod episcopus ei præcepit, vt ad domum matris rediret: ipsa vero ad sedem Apostolicam appellauit. episcopus factum significauit domino Papæ: Mandat Papa, quòd si est ita, mulierē præfatam ad domum matris redire compellat, imposita sibi pœnitentia condigna de tanto excessu, ne mandatum iudicis cōtemptibile videatur, & post mensem ad tertium virum reuertatur. Nota, quod mandatum iudicis contemni non debet, aliàs punitur contemptor.

sat filios omissa illa solẽnitate. ĩ de clãdest. despõ. cũ inhibitio. Ber.

PEruenit.] Primo ponitur mulieris q̃rela, sup qua datur iudex. secundo instruitur sup modo decidẽdi: ibi, *Mandamus*. Abb. Sic.

Casus. Quidam post mortẽ parentũ Luciæ viduæ, nitebant̃ eã remouere ab hæreditate paterna dicẽtes, eã non fuisse de legitimo matrimonio natã: ipsa vero dicebat, ꝙ ĩter G. patrẽ suũ & A. matrem ipsius, matrimoniũ fuit legitime celebratum, & q̃diu vixerunt, quiete insimul pmanserũt sine reclamatione: & ideo legitima debebat iudicari: vnde mulier significauit hoc dño Papæ, & ipse mandat qbusdam, quaten' si est ita, ipsam viduam legitimam debeant iudicare. Nota, ꝙ ex quo matrimoniũ in facie ecclesiæ ꝯctũ est, & simul manent tanq̃ vir & vxor, filij inde nati legitimi debent iudicari.

¶ Idem.

¶ *Ad docendum prolem illegitimã, non sufficit probare impedimentum matrimonij, si fuit in facie ecclesiæ contractum.*

CAP. XI.

PEruenit† sane ad nos ex insinuatione L. viduæ, quòd cum inter G. patrem suum, & A. matrem illius, matrimoniũ fuisset legitime celebratum, & quamdiu vixerunt, quiete permanserunt†, post illorum decessum quidam asserentes eam de non legitimo matrimonio fuisse susceptam, à paterna hæreditate, tamquam illegitimã amouere conantur: Mãdamus itaque, quatenus si est ita[g], dictam viduam legitimam nuncietis.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compilat.

† permansi sine

¶ Innocentius tertius.

¶ *Statur dicto testium, qui probant aliquem legitimum, licet fama viciniæ, & tractatus parentum habeat contrarium.*

CAP. XII.

PEr † tuas litteras intimasti, quòd R. ex muliere, quam secundum opinionem maioris partis viciniæ in concubinam habebat, prole suscepta, quandam post, & aliam ea

¶ *Glo. seq. signat contrariũ: ponit duas opiniones, & soluit: iterũ signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Si est ita.*] Arg. ꝯ ĩ. eo. causam quæ. ibi mãdatur inquiri de matrimonio post mortẽ coniugum: hic aũt vr̃ denegari. Alan' dicit, ꝙ hic lapsum erat quinquennium à morte cõiugũ, ibi non. arg. ff. ne de sta. defun. l. 1. & 2. & C. eo. tit. si is qui. & p totum. Vel hic mater dicebat nata de non legitimo matrimonio ipediente statu: vnde post mortẽ q̃ri non debet. Sed hoc est diuinare[4]. Vnde dicimus, ꝙ ex quo cõstat matrimonium in facie ecclesiæ ꝯctum, & bona fide filij legitimi sunt, vt hic: & ideo dicit, si est ita ꝙ legitime ꝯctum sit: & hæc mulier probare debet. & sic intelligitur quod dicitur: sed ibi non constabat de matrimonio: quia dicebatur, ꝙ Agatha nata fuit eo tpe, quo Anelina mater eius habebat alium virum, & hoc aduersarius probare debebat: vt ĩ. eod. causam quæ. & hic non negatur quin alia pars possit probare ꝯtrium si voluerit: vnde si nihil probat, eo ipso ꝙ parentes istius in facie ecclesiæ ꝯxerunt, & approbante ecclesia simul fuerunt vsq; ad mortem, præsumitur legitimum matrimonium inter eos: quare filij legitimi sunt habendi, quousq; cõtrarium ostendatur. Aliud ꝯtrium fortius signatur. ĩ. eod. lator. & ĩ. de ord. cog. tuam. ibi ille qui opponit aduersus legitime natum, debet hoc probare, hic contra: quod videtur iniquum. Potest dici, ꝙ hic non constabat de matrimonio parentum istius viduæ, nec erat cõis opinio, ꝙ illi fuissent legitime coniuncti: & ideo mulier debet probare narrationem suam. vnde dicit Papa: si est ita. arg. ad prædicta. j. cap. proximo.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. compilat. Ex de materia textus & glossæ latissime hic ꝑ alios agit Præpositus.

4 Intellectus autem diuinatorij reijciendi sunt à legib', nisi eum valde vrget contrarietas, vt sentit Ripa in l. 1. num. 12. ff. de vulgar. & pupil. substit. ex sententia Bartoli ibi coniunct.

PEr tuas.] In prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, *Nos autem*. Abbas Siculus.

Casus. Quidam R. nomine, quandam habebat cõcubinam sm opinionẽ maioris partis viciniæ: de qua filium suscepit, & postmodum ea dimissa, aliam accepit in vxorem: & illa concubina aliũ in maritum: pcessu tpis idem R. in præsentia multorum, firmauit pprio iuramento, ꝙ illam, quam videbat̃ habere pro cõcubina, affidauerat ꝙ eam haberet in vxorẽ, & post fidẽ datam prolem suscepit ex illa: Tandem cum ageret in extremis, illũ quẽ susceperat ex illa, legitimũ filiũ appellans, hæredẽ sibi instituit: Sed cũ dubitaret̃, vtrũ filius sic susceptus esset legitimus hæres ipsius, cõmissum fuit cuidam iudici, vt de hoc cognosceret: iudex ꝑter illud qđ ex quadã decretali Alexandri habetur, vbi dr̃: ꝙ standũ est verbo viri & mulieris, testes recepit à filio pdicti R. inductos: q̃libet pbauit, ꝙ dict' R. matrẽ ipsius affidauerat, anteq̃ illũ suscepisset ex ea: & ita illum pnũciauit legitimũ hæredẽ ipsius R. dubitatũ fuit postea, an dict'

iudex

iudex legitime processisset? Consultus Papa, rñdet eidẽ iudici considerans q plus est, qđ in veritate agitur, quam qđ simulate concipitur, licet R. videatur ipso facto matrimonium denegasse, qđ inter eos fuerat celebratum, cum ad alia vota transiuit: tñ quia despõsatio p testes legitimos probata fuit, siue p verba de p̃senti, siue per verba de futuro carnali copula subsecuta fuerit celebrata: non tam innitentes decretali Alexãdri, quæ in casu dissimili loquitur, quàm inductis probationibus, rñdet Papa, iudicem legitime processisse, eius sñiam confirmans. Nota q veritas opinioni p̃fertur. Itẽ filij de matrimonio p̃sumpto suscepti, legitimi sunt.

a ¶ *Ea.*] scilicet vxore, quam duxit, illa concubina dimissa.

b ¶ *Affidauerat.*] idest, fidem dederat, q eam duceret in vxorem.

c ¶ *Ex ea.*] quam affidauerat.

d ¶ *Filium appellauit.*] eo ipso, q quis filium naturalem in extrema voluntate noiat filium, & heredem instituit, intelligit eũ legitimasse [a]. C. de nat. lib. Authen. item si qs. Et hoc intellige, si alias legitimos non habet. in Authẽ. qb. mo. nat. effi. leg. §. si vero nõ habẽs. coll. 6. Item si pater offerat filium naturalem imperatori, & fiat curialis, legitimus erit. in Auth. qu. mo. nat. effi. sui. §. si quis vero. coll. 7. Itẽ si nullo alio filio existẽte, ipse fili' naturalis patre defuncto, offerat seipsum curiæ, legitimus efficitur. in Auth. eod. tit. §. 1. & §. si quis vero. Item si pater filium naturalem in publico instrumento, vel cum subscriptione testium noiauit filium, nec adiecit naturalem, legitimus est. Io Authẽ. vt lic. ma. & auiæ. §. ad hoc. coll. 8. Item est hic arg. q ex sola noiatione aliquis acquirit ius. 3 2. q. 4. dicat aliquis. & arg. ĩ. de p̃sumpt. illud. & ĩ. de pbat. p tuas. Insti. de adoptio. §. vlt. & ff. de proba. l. vlt. arg. ʒ. 2. q. 1. multi. in fi. 27. q. 2. iouenta. 23. q. 4. forte. C. de probat. neque. & l. non epistolis. & C. de lib. caus. l. iubemus. De hoc dictum fuit ĩ. eod. transmissæ.

e ¶ *Commissum.*] idest, à iudice seculari causa filiationis fuit huic remissa. arg. ĩ. eo. lator. Vel forte à Papa fuit ei causa commissa.

f ¶ *Ex quadam decretali.*] ĩ. eo. transmissæ.

g ¶ *Comprobauit.*] sic videtur, q aliquis possit probare se filium alicuius. ĩ. de fil. presby. Michael. de hoc dicitur ĩ. eo. transmissæ.

h ¶ *Affidasse.*] supple, anteq̃ ipsum suscepisset ex ea: vnde postea p carnalem copulam subsequentem, fuit matrimonium p̃sumptum inductum: ꝯ quam p̃sumptionem nõ admittitur probatio in ꝯrũ. ĩ. de spon. is qui. alias si simpliciter probasset, q eam affidasset, non determinando tempus, insufficiens fuisset talis probatio. ĩ. de probatio. in præsentia. ĩ. de condi. appo. per tuas.

i ¶ *Agitur.*] C. plus val. quod agitur. per totum, in rubro & nigro.

k ¶ *Ipso facto.*] sicut ipso facto negatur matrimonium, sic & ipso facto renunciatur matrimonio spirituali, siue priuilegio clericali. ĩ. de vita & hone. cle. c. vlt. sic opere ꝯrio, vel facto negamus Christum. 22. q. vlt. cauete. & 11. q. 3. existimant. & sic p̃sumitur, q à primo odio recessit. 33. q. 1. requisisti. & q. 2. c. 1.

l ¶ *In casu dissimili.*] Nam ibi parentes testificabantur ꝯ illum, qui dicebat se eorum filium, hic vero pro ipso [3] filio: & ita multum prodest filio dictum parentum. ff. de probat. & ff. de lib. agno. l. 1. §. Iulianus. & ĩ. de præsumpt. afferte. & C. de rei vxo. act. l. vnica. §. si liceat. & ff. de probat. l. vltim. ff. ad Carbo. l. 1. §. si quis. & l. quod Labeo. Io.

¶ *Additio*

[1] Hæc glossula nec est Bernardi, nec habetur in vetustis codicibus.

[2] Prçter Doctores hic vide Panormitanum in c. fi. de mutuis petitio. & Iasonem in l. neque professio. C. de testamẽ.

[3] Ex hac glossa habes varios modos, quibus illegitime nati legitimantur: & alios recẽset late Cassaneus sup consuetudines ducatus Burgundiæ Rubrica 8. des successions des Bastards. in §. 3. in textu ab intestat. & Sotus lib. 4. senten. distin. 41. q. 1. art. 4.

† transiuit

[3] Hæc dissimilitudo parum valet: nam si creditur negãti, quare nõ confitenti? sed dic, q ibi negabat filiatio, hic qualitas. Itẽ ibi, factũ esse credebat verbo: ibi se gle. Itẽ hic assertio viri tantum: ibi viri & mulieris. Ioan. And.

defuncta, duxit in vxorẽ: & ea [a] de qua prolem susceperat, virũ sibi alium copulauit: processu vero temporis idem R. in præsentia multorum, firmauit proprio iuramento, quòd eam, quam habere visus fuerat concubinam, prius affidauerat [b] in vxorem, quàm ex ea [c] filium genuisset: & postea cum † ageret in extremis, eum, quem ex ea susceperat, in testamento hæredem instituens, legitimum filium appellauit [d] †. Cum autem tuæ inquisitioni fuisset cõmissum [e], an filius sic susceptus, legitimus esset hæres ipsius R. & ad eius patrimonium admittẽdus: tu præter id, quod ex quadã decretali [f] bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædecessoris nostri, standum esse super hoc verbo viri & mulieris credebas: receptis testibus à filio eiusdem R. productis, quibus legitime comprobauit [g], prædictum R. matrem suam in capella sancti Sergij affidasse [h], eum ipsius R. hæredem esse legitimum iudicasti. ¶ Nos autem attendentes, quòd plus est, quod in veritate agitur [i], quàm quod simulate concipitur: licet dictus R. cum ea dimissa, quam vt concubinam habuerat, ad alia vota transiuerit †, videatur ipso facto [k] matrimoniũ, quod inter eos celebratum fuerat, denegasse: quia tamen desponsatio per testes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit: siue desponsatio ipsa fuerit de præsenti, vt per consensum legitimum per verba de præsenti expressum, copula matrimonij inter eos fuerit celebrata: siue per verba de futuro, carnali copula subsecuta: non tam decretali dicti prædecessoris nostri, quæ in casu dissimili [l] loquitur, quàm inductis probationibus innitentes, te processisse legitime respondemus, sententiam tuã auctoritate Apostolica confirmantes.

¶ Idem nobili viro G. Montis Pessulani. 3

¶ *In terris ecclesiæ Papa potest libere illegitimos legitimare, in terris vero alienis non: nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus: tunc tamen indirecte, & per quandã consequentiam intelligitur legitimare, etiã quo ad temporalia: hoc tamen vltimum non est sine scrupulo. hoc dicit secundum intellectum, qui placet Panormitano, & est caput difficile, & multum famosum.*

CAP. XIII.

PEr † venerabilem fratrem nostrum Arelaten. archi-

P*Er venerabilem.*] Post Abbatem Io. And. summat sic: Papa non legitimat in tpalibus alienæ iurisdictioni subiectos. hoc dicit. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima petitio. In secũda rñsio: ibi, *Quod autem.* Secunda subdiuidit in quatuor: In prima pbat qnq; rõnibus, q dispensationẽ petitam facere potest. In secunda: ibi, *Videbatur.* ponit similitudinẽ, quã inducebat petitor, quã qnq; rõnib' improbat: in tertia: ibi, *Rationibus.* pbat auctoritate veteris testamenti & noui, q vbiq; terrarũ certis ex causis inter Christianos potest se Papa de tpalibus intromittere. In quarta: ibi, *Licet.* petitionẽ exaudire noluit, quia omnis lex ꝯdicebat. Abb. Sicu.

CASVS. Nobilis vir G. de Monte Pessulano, legitima sua vxore exclusa, aliã superduxit, de qua filios suscepit: tandem, per archiepm Arelaten. petijt à dño Papa, vt filios suos legitimaret, quaten' eis natalium obiectio, seu exceptio non noceret quo minus sibi succederẽt: q dispẽsare posset, ostẽdit pluribus rõnibus: Primo sic: Apostolica sedes diuersis causis inspectis dispẽsauit cum quibusdam minus legitime genitis, nõ solum naturalibus, sed etiam adulterinis, vt possent in epos pmoueri: multo fortius vr, vt eos ad actus legitimare possit seculares, pcipue vbi superiorẽ alium pter Romanum Pontificem nõ cognoscãt, q legitimandi habeat potestatẽ: q a quod potest in maiori, multo magis potest in minori: Secundo probat idem p simile tale: eo enim ipso, q aliquis ad dignitatem epalem pmouetur, eximitur a patria potestate: Præterea si eps scienter seruum alterius in pbyterum ordinaret, liber efficitur, licet ordinator satisfacere Dño teneat. mõstruosum enim videretur, vt qui ad actus spirituales legitimus fieret, ad actus seculares illegitimus remaneret: Vnde eo ipso q in spũalibus dispensatur, p consequentiam intelligitur in tpalibus dispẽsatum: Sed in patrimonio beati Petri illud potest Apostolica sedes libere facere, in quo summi principis obtinet potestatem. Tertio etiam videbat ex hoc posse trahere audaciam postulandi: quia rex Frãciæ reginã Francorum vxorem suam dimisit, & aliã superduxit, ex qua filios suscepit (sicut & iste nobilis) cum quibus Papa dispensauit, sic cum filiis istius nobilis poterat dispensare: Postmodum rñdet Papa, ad id qđ dictum est, q dispensauit cum filiis regis Franciæ, dicens q res illa non similis, sed valde dissimilis inuenitur: Rex enim Franciæ à regina fuit p legatum sedis Apostolicæ per sñiam separatus, sed iste nobilis temeritate ppria vxorẽ suã derecit, & rex Franciæ anteq̃ ad eum prohibitio perueniret de non ꝯhendo cum alia, superduxit aliam, ex qua filios suscepit: Sed iste nobilis in contẽptum ecclesiæ aliam superduxit: p̃terea rex Franciæ circa matrimonium impedimentũ affinitatis obiecit, & corã legato testes induxit, qui sñiam tulit, quæ reprobata fuit solum pp iudiciarium ordinẽ non seruatum: iste nihil obiecit propter qđ separari deberet: & vtrum filij regis legitimi fuerint, vel illegitimi, potest non immerito dubitari quandiu pendet q̃stio affinitatis oppositæ: q a si affinitas opposita approbata fuerit, apparebit, q illa non fuit vxor regis, & ita per consequẽs alia legitima apparebit, & ita filij legitimi fuerũt. Præterea cum rex superiorẽ in tpalibus nullum habeat, sine iniuria alicuius se poterat sedi Apostolicæ subijcere, in quo videri posset aliquibus, q p seipsum, nõ tanq̃ pater cum filiis, sed tanq̃ princeps cum subditis posset dispensare: Iste vero nobilis alij est subiectus.

† Cap. 1. in ti. in 1 de appellatione. Et de materia textus & glossarum præter Doctores hic vide Commentarium in epitome lib. 4. decretalium par. 2. cap. 8. §. 8.

Illis ergo

episcopum [a] tua nobis humilitas supplicauit, vt filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quominus tibi succederent, nataliũ obiectio nõ noceret. Quod autem super hoc Apostolica sedes plenam habeat potestatẽ [b], ex illo videtur, quod diuersis causis inspectis, cum quibusdã minus legitime genitis, non naturalibus [c] † tantum, sed adulterinis [d] etiam dispensauit, sic ad actus spirituales illos legitimans, vt possint in episcopos promoueri: ex quo verisimilius creditur, & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat seculares: præsertim [e] si præter Romanos Põtifices inter homines superiorem [f] aliũ non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem: quia cũ maior in spiritualibus tã prouidentia, quàm auctoritas & idoneitas requiratur [g]: quod in maiori conceditur, licitum esse videtur & † in minori [h]. Per simile quoque id videtur posse probari, cũ eo ipso, quòd aliquis ad apicem episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate [i]. Præterea etiã si simplex episcopus, scienter seruum alterius in presbyterũ ordinaret [k], licet ordinator satisfacere Domino teneretur, ordinatus tamen iugum euaderet seruitutis: videretur † siquidem mõstruosum, vt qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret. vnde cum in spiritualibus dispensetur †, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autem in patrimonio beati Petri [l] libere potest Apostolica sedes efficere, in quo & summi Pontificis auctoritatem exercet, & summi principis exequitur potestatem. ¶ Videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam postulãdi, quòd cum Rex Francorum I. reginam dimiserit, & ex alia postmodũ superducta puerũ susceperit & puellam, & tu similiter exclusa legitima, superduxeris aliam, ex qua filios suscepisti: sicut cum filiis regis eiusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate Apostolicæ sedis dispensandum. Verum si veritas diligenter inspicitur, non res similis, sed valde dissimilis inuenitur: nã Rex ipse à Regina per Remẽn. archiepiscopum Apostolicæ sedis legatum, fuit per sentẽtiã [m] separatus: tu vero vxorem tuã à te temeritate propria separasti [n]: Ipse quoque priusquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera peruenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse: sed tu in contemptum ecclesiæ, aliam superducere attentasti. Præterea rex ipse contra matrimonium impedimẽtum affinitatis obiecit, & coram præfato archiepiscopo testes induxit: cuius sententia, quia cassata fuit solummodo propter iudiciariũ ordinem non seruatum [o]: Nos

Istis ergo rõnibus cõsideratis Papa dispensauit cũ filiis regis Franciæ, causam trahens tam ex veteri testamento q̃ ex nouo: quia non solum in patrimonio beati Petri, in quo plenam habet potestatẽ in tpalibus, verumetiam in aliis regionibus, certis causis inspectis casualiter iurisdictionem tpalem exerceret, & hoc ostendit p legem veteris testamẽti. Si difficile & ambiguũ apud te iudicium esse pspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, leprã & leprã, & iudiciũ inter portas videris variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tpe, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Tandem exponit auctoritatẽ Deuteronomij qd intelligẽdum sit per eam: exposita auctoritate veteris testamenti, dicit Papa, licet cum filiis regis de quibus ab initio dubitabatur, an legitimi fuerint, duximus dispẽsandum: quia tñ tam lex Mosaica, q̃ canonica sobolem ex adulterio susceptam detestatur, dicente Dño, q manseres & spurij vsq; ad decimam generationem nõ intrabunt ecclesiam, & canon vetat tales ad sacros ordines promoueri, & s̃m leges a paterna hæreditate repelli debent, & denegari alimenta, etiam petitioni istius nobilis non duximus annuendum. Nota, q in causa matrimoniali vbi agitur de foedere matrimonij, ordo iudiciarius est seruandus, alias non tenet sententia. Item matrimonium quod non tenet, non impedit aliud matrimonium qd de iure potest valere, cum postea cõstiterit q primũ nullum fuit, & filij de secundo nati legitimi sunt. Item aliquis facit aliquid cum filiis non tamq̃ pater, sed tamq̃ rex. Item Papa potest legitimare ad ambos actus spirituales & tpales, vbi habet vtramq; iurisdictionem. Item in certis casibus iurisdictionem tpalem potest exercere in aliena tẽporali iurisdictione. Item excõicatus, mortuus reputatur. Item spurij ad sacros ordines non debent promoueri, & secũdum leges non succedunt, quibus etiam alimenta negantur.

¶ *Glossa sequens soluit contrarium.*

a ¶ *Arelaten. archiepiscopum.*] nunc: olim fuit sedes epalis: vt 8. q. 3. Artaldus. & fuit suffraganeus Narbonensis, vt ibi.

¶ *Glossa sequens tractat per quæstionem, an Papa quo ad successionem legitimet. arg. quòd non. ponit opinionem Ioannis, soluit contrarium, & subdit tertiam opinionem.*

b ¶ *Habeat potestatem.*] ex eo enim q legitimat aliquem in spiritualibus, per consequentiam & in tpalibus, prout ipse Papa argumentatur hic: pp hoc tñ q legitimat aliquem in spiritualibus, non probatur, q habeat iurisdictionem in tpalibus: legitimare enim ptinet ad voluntariam iurisdictionem. ff. de officio procõsulis. l. 2. item quia ad Papam nihil spectat de tpalibus. s. eod. causam quæ. & c. lator. & i. de iud. nouit. nisi in casibus. s. de foro compe. licet. & c. ex tenore, vt ibi dr: & sic vr̃ q Papa quo ad tẽporalia legitimare non possit, vbi non habet tpalem iurisdictionem. Ad hoc dicit Ioannes, q dñs Papa non habet potestatem legitimandi in tpalibus: sed eo ipso, q legitimat aliquem quo ad spiritualia, per consequens legitimat etiam quo ad tpalia; quæ sunt minus digna, & sic legitimat per consequentiam, sed non directe: sæpe enim pmittitur aliquid indirecte, quod non permittitur directe. arg. 4. q. 3. c. si testes. §. seruus. 2. respon. & ff. de aucto. tuto. l. 1. Ioannes adhæsit allegationi, quam ponit hic dñs Papa: sed cõtrarium credo, scilicet q dñs Papa non possit legitimare aliquẽ quantũ ad hoc, vt succedat in hæreditate tamq̃ legitimus hæres, qui non sit: dicta de suæ iurisdictiõe tpalis, sic enim esset mittere falcem in messem alienam, & vsurpare alienam iurisdictionẽ: qd esse non debet. i. de iud. nouit. & 6. q. 3. scriptum est. & priuare aliquem iure succedendi. vnde credo, q non possit legitimare nisi quo ad actus spirituales: & tñ quidam legitimationẽ extendunt ad honores seculares, vt per hoc intelligatur esse legitimatus, vt possit esse iudex, & habere huiusmodi honores tpales, quos alias habere nõ posset: & in hac sententia fuerunt Laurẽtius Vincentius & Tancredus.

c ¶ *Non naturalibus.*] Naturales large oẽs appellantur, præter adoptiuos & spirituales. 30. q. 3. §. 1. plerumque: stricto illi tantum qui ex liberis concubinis nascuntur, vt hic, & 32. q. 4. liberi.

d ¶ *Adulterinis.*] vt puta filiis presbyterorum, qui cum fornicantur, adulterantur, cum sint quasi mariti ecclesiarum: vt 56. distin. Cenomanensem.

e ¶ *Præsertim.*] idest, maxime, secundũ Ioannem. secundum alios præsertim, idest, cantũ.

f ¶ *Superiorem.*] Papa enim super omnes est. 96. distin. duo sunt, & 9. q. 3. cuncta. & i. de maioritate & obedientia. solitæ.

g ¶ *Requiratur.*] supple, quantum ad temporalia.

h ¶ *In minori.*] 95. distin. illud. 16. q. 2. cap. 2. & i. de deci. ex parte. Et econuerso cui interdicitur minus, & maius interdictum esse videtur. j. de sententia excommun. cum illorum. & 74. distin. gesta. & ff. de ser. exportandis. error. §. cui. & ff. de interdict. & relegat. l. relegatorum. §. solet.

i ¶ *A patria potestate.*] 53. dist. cap. si seruus. & in Authen. constit. quæ de dig. lib. fil. a pa. po. §. palam. coll. 6.

k ¶ *Ordinaret.*] 54. dist. si seruus absente. & c. ex antiquis.

l ¶ *Beati Petri.*] Dicebat Ioan. maxime. Sed tu dic tantum, vt dixi s. quia quo ad forum seculare non potest legitimare, nisi princeps ei permitteret. in seruo scienter ordinato secus est, sed ipse tenetur Domino satisfacere, vt hic dicitur.

m ¶ *Per sententiam.*] cui standum erat, donec in c̃rium probaret. s. de re iud. sicut. & i. de renun. in præsentia. licet iniqua. ff. de iust. & iure. l. penult. §. 1. & ff. de reg. iur. res iudicata.

n ¶ *Separasti.*] quod facere non debuit, etiam si causa esset manifesta. j. de diuor. porro. cum talis separatio sit poena, quæ non debet inferri nisi per iudicem 2. 33. q. 2. c. fine. §. in hoc.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

o ¶ *Iudiciarium ordinem non seruatum.*] vt 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. & arg. i. de proba. qñ. & i. de elec. dudum. & i. vt lite nõ contestat. acce-

Adde, & ecclesiast. ... concil. Tridens. sess. 14. de reformat. ma... de sacramento matrimonij ca... no. 1.

testat.accedens.arg.s. ꝟ.vt lite non contest.c.1.& c.quo.§.1.vbi dr, ꝙ ordo iudiciarius nõ vsquequaq; seruatur in causis matrimonialibus,sed hic cassata fuit pp hoc snia. Illa ꝟria intelliguntur qñ altera pars est absens p contumaciam:tunc enim ordo iuris non seruatur p oia, immo testes recipiuntur lite non contestata,& fertur snia pp periculum fornicationis:vt i cap.qm̃. sed vbi altera pars non est absens, sed præsens vtraq; pars, debet ordo iuris seruari: alias non valet snia, vt hic. Et dic cassata; idest, cassa & irrita nunciata: vt c. accedens. s. vt lite non contest.

a ¶ *De tribus bonis coniugij.*] Nota, ꝙ tria sũt bona matrimonij, vt hic dicit, scilicet fides, proles, & sacramentũ. 27.q.2.oẽ itaq;.32.q.1. nõ enim in sola. Fides, quia nullum adulteriũ dr fides tori coniugalis:vt capitulo,non enim. Proles,idest, ipse Deus. Sacramentum,quia nullum debet esse diuortium: vt cap.oẽ. Vbi alterum istorum non seruatur, frangitur lex matrimonij. Ille non seruauit illa tria, scilicet fidem, quia cũ alia adulterium cõmisit, sed rex Franciæ non fecit hoc, pp iniam:& ꝙuis fides non seruetur, matrimonium tamen durat: vt hic dicitur.

b ¶ *Violasset.*] idest, dissoluisset: quia in nullo casu soluitur matrimonium post carnalem copulam,nisi in casibus.ĩ. de diuor.gaudemus.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

c ¶ *Dubitari.*] & sic ex futuro euentu pendet, an sint iudicandi legitimi.arg.s.de frigi.& malefi.c.fraternitatis.in fi. Sed certe ꝓrium vr̃ si scm matrimonium ꝯctũ fuit auctoritate ecclesiæ ex vi sniæ latæ, & toleratum fuit:lite pendente super primo, filij legitimi erunt.ĩ.eod.per latum. & cap. cum inter. & cap. referẽte.arg. & ita sine aliqua dispensatione legitimi erunt.

† Hodie dicit in concilio Viennensi de iudi. c.dispendiosam.

† Vide beatum Augustinum sup Genesim ad literam,lib. 9.c.7 & Petrum Lombard. lib. 4. sent. dist. 31. vbi plenissime de his tribus coniugij bonis.

De materia huius glossæ vide plene p Dominicũ Sotum lib. 4. senten. dist. 31. q.1. art. 6.

Deuter. cap. 17.

Hic Deuteronomij auctori as procedunt vsq; ad illa verba: Sane cum Deuteronomium. In ea impressione (constat sum' antiqua & magis emẽdata Gregorij ead plana,quam tum ad verba tantisper differt a vulgata editione, sed eadẽ est sententia.

post restitutionem reginæ, alios cognitores duximus deputandos: tu vero vxori tuæ, nihil quod diuortiũ induceret obiecisti: cum & si fides tori sit vnũ de tribus† bonis coniugij[a], nõ tamen ipsius violatio coniugale vinculum violasset[b]. De filiis ergo eiusdem Regis, vtrum legitimi vel illegitimi fuerint, quandiu pendet quæstio affinitatis obiectæ, potest non immerito dubitari[c]. Nam si affinitas fuerit comprobata[d], prædictã reginam non esse regis coniugem apparebit, & per consequens alia videbitur sibi legitime copulata, & filios ei legitimos peperisse. Insuper cum rex superiorem in temporalibus minime recognoscat[e], sine iuris alterius læsione, in eo se iurisdictioni nostræ subijcere potuit[f]: in quo videretur aliquibus, quòd per seipsum (nõ tanquam pater cum filiis, sed tanquam[g] princeps cũ subditis†) potuit dispẽsare: tu autem nosceris aliis subiacere: & infra. ¶ Rationibus igitur his inducti, regi[h] gratiã fecimus requisiti: causam tã ex veteri, quàm ex nouo testamento trahentes: quòd non solum in ecclesiæ patrimonio[i], (super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem) verumetiam in aliis regionibus, certis[k] causis inspectis, temporalem iurisdictionẽ casualiter exercemus; nõ quod alieno iuri præiudicare velimus, sed quia sicut in Deuteronomio continetur: Si† difficile & ambiguum apud te iudiciũ esse perspexeris inter sanguinem[l] & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium inter portas videris variari[m], venies ad sacerdotes[n] Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: qui iudicabunt tibi iudicij veritatẽ: & facies quæcunq; dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, decreto iudicis morietur. Sane[o] cum Deuteronomium, lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli[p] comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo testamẽto debeat obseruari. Locus enim quem elegit Dominus, Apostolica sedes esse cognoscitur: cum enim Petrus vrbem fugiens† exiuisset, volens eum Dominus ad locum quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo, Domine quo vadis? respondit, venio Romam iterum crucifigi: quod† intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus[q]. ¶ Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico, in executione sacerdotalis officij coadiutores existũt. Is vero super eos sacerdos siue iudex existit, cui Dominus, inquit, in Petro: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Eius vicarius, qui est sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech, constitutus à Deo iudex viuorum & mortuorũ. Tria quippe distinguit iudicia: Primũ inter sanguinem & sanguinem[r], per quod criminale intelligitur, & ciuile[s]: Vltimum inter lepram & leprã, per quod ecclesiasticũ & criminale[t] notatur: Mediũ[u] inter causam & causam, quod ad vtrumq; refertur, tam ecclesiasticum quàm ciuile: in qui-

Matt. 16.

Psal. 109.

& ĩ.de iure patro.per tuas.Ioan.

h ¶ *Regi gratiam.*] quia non potuit rex legitimare filium suũ, licet posset alienum: vel quia licet eum posset legitimare vt subditum, s. vt succederet alij: non tñ vt succederet sibi.arg.8.q.1. in scripturis. & 24.q.1.didicimus.immo vr̃ ꝙ ipso iure legitimi erant, cum nati fuissent de matrimonio auctoritate ecclesiæ cõtracto.sed non est ita: vt s. dictum est in notula, maxime.

i ¶ *Patrimonio.*] illos tñ de patrimonio suo legitimare potest: vt dictum est supra.

k ¶ *Certis causis.*] scilicet, cum requirimur.& hoc ꝓbatur auctoritate Deuter. scilicet, cum variatum est inter iudices, siue ambiguum, tũc recurritur ad iudiciũ ecclesiæ: vt ĩ. sequitur. & licet ex certis causis, nõ ideo est ordinarius quo ad tpalia. ĩ.de offi.ord. pastoralis.c.rñlo. sed casualiter: vt dicit littera. ĩ. de foro competent. licet. cap. ex tenore. & cap. ex parte. Et ita est hic arg.de iurisdictione distincta. ĩ.eod.causam quæ.vbi de hoc. & ĩ de iudic. nouit.& s.de appellat.si duobus.

l ¶ *Inter sanguinem.*] Hæc verba exponuntur inferius.

m ¶ *Videris variari.*] inter iudices siue sapientes.

n ¶ *Venies ad sacerdotes.*] Arg.qđ ex defectu iudicis secularis recurritur ad ecclesiasticũ. s. de fo. cõpe. licet.& 23. q. 5. administratores.

o ¶ *Sane.*] Hic incipit Papa exponere auctoritatem Deuteronomij.

p ¶ *Ex vi vocabuli.*] interpretatur enim noua lex antiquam.

q ¶ *Reuersus.*] ipse Petrus, & ibi postmodum martyrium subiuit. 2. q. 6. Beati Petrus & Paulus.

r ¶ *Inter sanguinem & sanguinem.*] Hæc est expositio eius quod præmisit i auctoritate Deuteronomij.

s ¶ *Ciuile.*] hoc est seculare iudicium.

† Refert hoc B. Ambros' lib. 5. epistolarum epistola. 32. in cap. Dalmatius me tribunus. ¶ video vos post modum, tom. 3.

† Aliàs nec quod Petr' intelligens pro se, &c.

† Quod dic vt not. infra de elect. sua damnata. lib. 6. Ioan. An.

d ¶ *Comprobata.*] maxime quia & si non fuerit comprobata, & restituatur viro, nihilominus proles legitima erit nata ex secũda vxore, quam auctoritate ecclesiæ recepit post sententiam latam: vt dixi in proxi.not. sed non est verum: quia sententia non tenuit propter ordinem non seruatum, & ideo necessaria esset dispensatio si non probaretur affinitas.

e ¶ *Minime recognoscat.*] de facto, de iure tñ subest Romano imperio.7.q.1.in apibus. De hoc dicitur. ĩ.de elec.per venerabilem.

f ¶ *Subijcere potuit.*] ff.de iurisdict.om.iud.est receptum.

g ¶ *Tamquam princeps.*] Nota, ꝙ facit aliquid non tanq̃ rex: vt ĩ. de elect.ꝙ sicut.l.penult.& cap.cum inter canonicos.& c.cum inter vniuersas.& 23.q.4.si ecclesia.in fine.& ff. de adop.si consul.§. 1.& ff.quod cuiusque vni.inter eorum. §.1.& ita rex erit hic actor & iudex proprij facti.& licet forte rex hoc facere possit, melius tñ facit si abstinet a talibus.ff.de offi. procon.ne quicquam. ne videatur præstare auctoritatem suo proprio facto: vt ĩ.de instit.cap.vlt.

t ¶ *Criminale.*] idest, ecclesiasticum secundum canones.

u ¶ *Medium inter causam.*] Nota, ꝙ ista tria iudicia sic clarissime secundum Hostiensem possunt exponi: Primum, inter sanguinem & sanguinem istud est criminale, ciuile siue seculare, quod idẽ est hic, vt quia accusator dicit esse probatum ꝙ reus sanguinem fudit, id est, aliquid criminale commisit, puta homicidium, adulterium, furtum: vel aliquod aliud simile. Vltimum inter lepram & lepram, quia accusator dicit reum esse infectum lepra hæresis, vel simoniæ siue sacrilegij, vel alterius criminis ecclesiastica, & reus negat. Medium inter causam & causam, quia actor dicit, ꝙ reus tenetur sibi in centum ex mutuo vel cõmodato, vel alia ciuili actione, vel etiã teneris mihi ad decimas præstandas, vel habeo ius patronatus in ecclesia ista, vel alia simili actione ecclesiastica, & reus negat. In his enim omnibus si quid difficultatis emerserit, est ad sedem Apostolicam recurrendum. s. de appel. vt debitus. & s. de baptismo. cap. maiores.

† Hæc glossa non est Bernardi, nec habetur in antiquo codice b'.sed ex lectura Ioannis Andr. ꝑ ꝑpetuũ collecta, hac incepit fuit inserta: non est aũt hinc ablata, quia vulgo extat in omnibus impressis exemplaribus.

a ¶ *Præcipi-*

a ¶ *Praecipitur.*] 11. q. 3. absit.
b ¶ *Mortuus.*] 11. q. 3. nihil. & c. sic debet. & 24. q. 3. corripiantur.
c ¶ *Canonica.*] 56. dist. c. 1. & s. de fil. psby. c. 1. & 15. q. 8. cũ multae.
d ¶ *Detestatur.*] nisi cũ eis fuerit dispẽsatũ. 56. dist. Cenomanẽsem.
e ¶ *Manzeres.*] De his dictum est. s. de renunc. nisi cum pridem. §. personae.

f ¶ *Canone.*] s. de electioni. cum in cunctis.
¶ *Glo. seq. signat contrarium, & ibi remittit.*
g ¶ *Etiam alimenta.*] C. de natu. libe. Authẽ. licet patri. & C. de incest. nupt. Authẽ. ex cõplexu. Arg. s. s. de eo q duxit in matri. cum haberet. Solu. ibi.

E *X tenore.*] Sunt duę partes. In prima iudicum consultatio. In secũda rñsio, & eius ratio: ibi, *Intelligentes.* Abbas Siculus.

Casvs. Quędã vidua petebat haereditatẽ quondam R. mariti sui restitui sibi, & filio pupillo: pars aduersa petitionem suam repellere nitebat, pro eo q dictũ R. maritum ipsius de adulterio genitũ assereba, dicens, qd pater dicti R. viuente vxore legitima, aliam M. noie superduxit, ex qua dictum R. maritũ ipsius viduę suscepit: pars viduae rñdebat, qd dicta vidua nesciens q pater dicti R. aliam haberet vxorẽ, cũ eo ɔ̃xit in facie ecclesiae: vnde dict' R. filius ipsius debebat legitimus reputari: cũ illegitimi dici non debeant, qui de adultera conscia non nascũtur: Iudices qui de hac materia cognoscebant, super hoc dubitantes consuluerunt dñm Papã: Vnde ipse intelligẽs, q pater ipsius R. matrem eius in facie ecclesiae ignarã qd sibi aliã matrimonialiter copulasset, duxerit in vxorẽ, & dum legitima putaret vxor, ipsum R. suscepit ex ea, in fauorẽ prolis dictum R. legitimum iudicauit. Nota, q ignorantia alterius parentis facit quod filij de tali matrimonio nati legitimi sunt, & fauor prolis ad hoc coadiuuat.

¶ *Glo. seq. potest recitari per obiectionem.*

h ¶ *Restitui postularet.*] tamq̃ tutrix. C. q̃ñ mu. tut. of. fun. l. 1. & Authen. matri. Olim si mater curã vel tutelam filiorum subire volebat, oportebat eam iurare, q non transiret ad secundas nuptias, hodie vero remittitur illud iuramentum: quia veniebant ɔ̃, sed renunciant beneficio Velleiani. in Authen. vt hinc prohib. ma. debit. & credi. §. quia vero multam. coll. 7. & pdicta Authen. matri. & si ɔ̃xerit, statim expellitur à tutela. C. eod. tit. Authen. sacramentum. & s. de appella. ex parte. vbi de hoc.

i ¶ *Ignaram.*] haec ignorantia facit, q filij sunt legitimi censendi: aliàs non essent legitimi: vt s. eod. referente. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. not. & remittit: quarit, & soluit. allog. in contrarium.*

k ¶ *Legitimum.*] ex hoc patet, q sufficit bona fides alterius parentis, vt filij dicantur legitimi: & si nascantur lite mota legitimi sunt, licet postea separentur, vel si ante sniam sit conceptus. s. eod. cum inter. Circa huiusmodi scientiam vel ignorãtiam tenendum est, vt dr s. de clan. despon. cum inhibitio. Sed nunquid idem esset si aliquis crederetur liber cum esset seruus, vt filius eius propter opinionem ecclesiae iudicetur liber, & legitimus quo ad ordinem? Non: vt C. solut. matrimo. l. 3. Argumen. contra ff. solu. matrimo. l. si cum dotem. §. vltimo.

1. Cor. 6.

Deut. 23.

bus cum aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium est sedis Apostolicae recurrẽdum: cuius sententiã, qui superbiens contempserit obseruare, mori praecipitur[a], id est, per excommunicationis sentẽtiam velut mortuus[b] à communione fidelium separari. Paulus etiam, vt plenitudinem potestatis exponeret, ad Corinthios scribens ait: Nescitis quoniam angelos iudicabitis? quãto magis secularia? ¶ Licet igitur cũ filiis saepedicti † regis (de quibus an fuerint legitimi ab initio, dubitatur) duxerimus dispensandũ: quia tamen tam lex Mosaica, quàm canonica[c], sobolem susceptã ex adulterio detestatur[d], testãte Domino, quòd manzeres[e] † & spurij, vsque in decimam generationem in ecclesiam non intrabunt: canone[f] vero vetante tales ad sacros ordines promoueri: secularibus quoque legibus non solum repellẽtibus eos à successione paterna, sed negãtibus ipsis etiam[g] alimenta, petitioni † tuae nõ duximus annuendum.

¶ Idem H. † & R. canonicis Beneuentanis.

¶ *Si coniugatus, viuente prima, in facie ecclesiae contrahit cum secunda hoc ignorante; legitima erit eorum proles.*

CAP. XIIII.

EX † tenore litterarum vestrarũ nobis innotuit, quòd cum G. vidua haereditatẽ quondam R. mariti sui sibi & pupillo filio suo restitui[h] postularet, pars aduersa petitionẽ eius nitebatur excludere, pro eo, quòd R. maritum ipsius viduae de adulterio genitũ asserebat: & infra. ¶ Intelligentes, quòd pater praedicti R. matrẽ ipsius in facie ecclesiae ignarã[i], quòd ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in vxorẽ, & dum ipsa coniunx ipsius legitima putaretur, dictum R. susceperit ex eadem: in fauorem prolis potius declinamus, memoratum R. legitimum[k] reputantes.

¶ Idem episcopo Tib. †

¶ *Proles infidelium, qui postea conuertuntur, legitima est: etiã si parentes sunt in gradu prohibito lege canonica.*

CAP. XV.

GAudemus †: & infra. ¶ Caeterum prolem de infidelium cõiunctionibus[l] natam, qui secundo, tertio, vel vlteriore gradu secũdum opinionẽ[m] illorum † matrimoniali contraxerũt affectu, post fidem receptam (vtilitate publica suadente) legitimam volumus reputari.

TITVLVS XVIII.

Qui † matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.

¶ Alexander tertius Parisiensi † epo.

¶ *Cum agitur de foedere matrimonij, reo absente contumaciter possunt super impedimento matrimonij recipi testes, dummodo sint legitimi: & ad dicta eorum fertur sententia.*

CAP. I.

RElatum † est, quòd cum pater cuiusdam puellae, eam cuidam ciui Parisien. † nuptui tradidisset, ma-

G *Audemus.*] Casvs. Infideles quidã in secundo vel tertio gradu sm opinionem suã ɔ̃traxerunt matrimoniũ, & filios de tali matrimonio susceperũt, tandem conuersi sunt ad fidem. Quaeritur, an filij eorũ legitimi sint censendi? Rñdet Papa, q vtilitate publica suadente debẽt legitimi reputari. Nota, quòd fauor fidei & publica vtilitas attendẽda sunt.

l ¶ *Coniunctionibus.*] Scilicet, Paganorum siue Iudaeorum ad fidẽ postea conuersorum: vt s. de consangu. & affinit. de infidelibus. & j. de diuor. gaudemus, cuius pars hęc est.

¶ *Glo. seq. quarit, & soluit, et duas solutiones ponit.*

m ¶ *Opinionem.*] talis opinio nõ legitimat, sed pstat occasionem legitimandi. arg. s. cap. pxi. & c. p venerabilem. & ff. de ritu nup. qui in prouincia. Sed nunquid est matrimonium inter tales? Vr q sic. 28 distin. deinde. & s. de cõsang. & affinita. de infidelibus. Solutionẽ collige. j. de diuor. gaudemus. cuius haec est pars, & decisa vr ante illum §. qui aũt, &c. vt pcedat sermo de coniunctis cũ secundis, post diuortiũ factũ adhuc viuentibus repudiatis, in qbus non est matrimoniũ, vt ibi dr. filij tñ eorum reputantur ab ecclesia legitimi vtilitate publica suadente, vt alij facilius conuertantur. Sed si intelligatur de filiis illorum, de quibus dicit in principio illius cap. gaudemus. tunc planũ est: quia inter illos est matrimoniũ, vt ibi patet. & sic deciditur ante §. quia vero. quod potius credo: & filij talium legitimi sunt.

Tyb. Tubu. Tyburt.

Cap. 4. eo. tit. in 3. compilat.

Et praeter Doctores hic, vide Soc. lib. ... dist. 39. q. vnica. art. 3. ad 4. arg. & per eorum articulum.

Aliàs sunt De his, qui matrimonium accusare, &c. aliàs deficiunt illa verba: vel cõtra illud testificari.

Parmen. Parmonen.

Cap. 1. eo. tit. in 1. compilat.

Parmen.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE possunt, vel contra illud testificari.

¶ *Viso de matrimonijs, & de impedimentis eorum, merito sequitur videre de separationibus & diuortiis: sed quia ad diuortia peruenitur accusationibus & testimoniis praecedentibus, ideo tractaturus auctor de diuortijs, praemisit istam rubricam. Qui matrimonium accusare possunt, & contra ipsum testificari. Et sic habet ista rubrica duas partes: Tractat enim qui sunt accusatores idonei, & qui idonei testes contra matrimonium. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 35. q. 6. per totum.

R *Elatum.*] Cõmunis diuisio. Secunda pars: ibi, *Caeterum.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam filiam suam, cuidã tradidit, cum qua per aliquot annos permansit: tandem pp homicidium qd cõmisit, de ciuitate timore mortis recessit: postmodum

¶ *Glossa seq. arg. pro opi. dicentium cap. si per sortiarias. non teneret cui dupliciter respondet, subdens de maleficio.*

a ¶ *Diuinum miraculum.*] argumen. quòd nullum maleficium est perpetuum, cum possit remoueri præter diuinum miraculum, saltem per illum qui ipsum induxit: quia quicquid ligatur, dissolubile est. in Authen. de nupt. §. nuptias. colla. 4. & secundum hoc non tenet illud. cap. si per sortiarias. 33. q. 1. vt quidam dicunt. Potest dici quòd aliud est cum allegatur impotentia ex parte mulieris, vt hic; aliud vbi ex parte viri allegatur maleficium, vt in cap. si per sortiarias. & infra, cap. proxi. & hic allegata fuit falsa causa, vt postea apparuit: vnde postea debet restitui viro. argumen. supra, de re iudic. lator. & cap. consanguinei. ad hanc causam refertur hæc ratio: attendentes quòd impedimentum, &c. Vel potest dici quòd maleficium est perpetuum; ex quo enim mulier cohabitauit viro per triennium, & dederũt operam copulæ carnali, nec potuerunt commisceri, præsumitur perpetuũ impedimentum, & possunt separari, & alteri nubere: vt in cap. si per sortiarias. quia potest aliquis maleficiatus esse cum vna, & non cum alia. & hoc intelligo de maleficio quod præcessit matrimoniũ: nam post matrimonium contractum si superueniat impedimentum, non debent separari. trigesimasecunda quæstione septima, hi qui sani. & q. 5. si vxorem. si vero post separationem eam cognosceret, matrimonium debet redintegrari, vt hic patet: quia impedimentum non erat perpetuum.

ram, vtrum videlicet simplici verbo, an voto solemni: vtrumve ad religionem transierit, vt promisit, an contra promissionem suam† in domo remanserit: & qualiter feras illas fecerit reserari, vtrum videlicet artificio medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo: Nos tamen perspicaciter attendentes, quòd impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum[a], per opus humanum, absque corporali[b] periculo potuit remoueri: sententiam diuortij per errorem[c], licet probabilem, nouimus esse prolatam: cum pateat ex postfacto, quòd ipsa cognoscibilis erat illi[d], cuius simili[e] commiscetur: & ideo inter ipsam & primum virum, dicimus matrimonium extitisse: quare inter eam & præfatum G. matrimonium non esse censemus, eosque præcipimus ab inuicem separari. Et si prædicta mulier ad religionem transiuit [sicut† asserit promisisse] primus vir, qui non cognouit eandem; cum ea remaneat[f], cum qua postmodum ecclesiæ auctoritate contraxit: alioquin[g] ea dimissa, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit: nisi se voto[h] mulier illa constrinxerit ad continentiam obseruandam, vt intelligatur per hoc cum præfato G. fornicata fuisse: vel nisi se fornicario[i] modo alij viro miscuerit, vt primus vir prætextu fornicationis, eius velit consortium declinare. nam si tantum simplici verbo promisit se continentiam seruaturam, & postea in conspectu ecclesiæ nupsit memorato G. quamdiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi[k] non debet, quòd fornicaretur cum illo, sed amodo[l] non debet cum illo aliquatenus remanere.

¶ Per hæc† autem quæstionem illam noueris esse solutam[m], qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arcta est, vt nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut† alio sibi modo violentia inferatur, non solummodo leuis, sed forte tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea[n] perhiberi. ¶[o] Similiter illa, quæ viro cui nupserat, adeo arcta est, vt nunquam ab eo valeat deflorari: si† ab eo sit per iudicium ecclesiæ separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem vsum secundi, reddatur etiam apta primo: vtrum ad eum redire debeat[p], cum quo prius fœdus inierat coniugale. De talibus[q] autem non est facile iu-

b ¶ *Corporali periculo.*] Vbi vero graue periculum timeretur, non est matrimoniũ: sed vbi leui periculo potest remoueri, debet illud pati. j. eod. cap. §. per hoc. a contrario sensu.

c ¶ *Per errorem.*] propter quem excusatur iudex. infra de senten. excommuni. sacro. & intellige, quòd error iste interuenit in aspectu corporis, in quo matronæ deceptæ fuerũt; quia manus & oculus obstetricum sæpe fallitur. s. de proba. causam matrimonij. & 27. q. 1. nec aliqua. & sic patet quod sententia per errorem lata, à qua non est appellatum, reuocatur, si error probabilis postea detegatur. j. de purga. vulg. significantibus. & ff. de condi. sine causa. l. 2. Item habes hic, quòd sententia per errorem lata contra matrimonium, non transit in rem iudicatam, quo minus possit reuocari quandocunque apparuerit ecclesiam deceptam fuisse, vt hic patet. & s. de re iudi. lator. & cap. consanguinei. & j. eod. cap. proxi. & s. eod. cap. 1. & cap. proxi.

d ¶ *Erat illi.*] scilicet primo viro, à quo fuerat separata.

e ¶ *Simili.*] Sic 33. q. 1. requisisti. & innuitur hoc, ex eo quod in fi. huius cap. dicitur, quòd si prior vir non possit eam cognoscere sine graui periculo, quod non sit reddenda primo viro, licet ex postfacto per consuetudinem secundi viri reddita sit apta priori: quod bene potest concedi: quia non fuit matrimonium inter eos, vt dixerunt Vinc. Io. & Tanc.

f ¶ *Remaneat.*] quia si ingressa fuit & professa, statim solutum fuit matrimonium, si quod fuit inter eos. s. de conuer. coniugat. ex publico. secus si ingressa fuit causa probationis: quia, si ista tunc ad seculum rediret, compellitur redire ad virum priorem.

g ¶ *Alioquin.*] idest, si non transiuit cum effectu.

h ¶ *Se voto.*] solemni, scilicet, & tunc debet compelli votum seruare, & per hoc intelligitur fornicata cum secundo, cum ipsa contrahere nõ potuit post votum solemne.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit: demum quærit & soluit secundum Ioan. & subdit ops. T.*

i ¶ *Fornicario modo.*] quia si legitime contraxisset cum altero, illud ei obijci nõ posset, nec prætextu talis fornicationis posset repelli à viro. argu. j. de diuor. gaudemus. immo videtur, quod nullam fornicationem ei obijcere possit: nullam enim iniuriam fecit nec intendebat facere viro, quia fornicata fuit tanquam soluta. 15. q. 1. illud. ff. locati. si ignorans quis. nam adulterium non committitur sine dolo. 34. q. 2. in lectum. ff. de adult. l. penul. Item si aliqui sint separati per sententiam ecclesiæ, & post alter eorum fornicetur, minorem iniuriã committit, & minus peccat. 32. q. 7. quemadmodum. Præterea per primam fornicationẽ non fuit apta viro suo, sed forte nec per multas alias, ergo illam solam potest opponere cũ reddita fuerit apta primo viro, quæ postea secuta est: quia tũc primum læditur ius matrimonij. argu. s. de donatio. Apostolicæ. Potest dici, quod sicut ex futuro euentu apparet retro fuisse matrimonium, vt dicitur in fin. sic ex futuro euento apparet retro fuisse factam iniuriam priori viro. ff. de cad. & postli. reuer. in libello. §. 1. & ff. ad Macedo. l. 1. §. 1. Sed quid si post primum coitum cum secundo, prior petit eam? Dico quod est ei reddenda: & si non inuenerit eam aptam, est restituenda secundo: & sic etiam post secundum vel tertium coitum† secundi, & sic in infinitum, vt dixit Ioan. Tan. dixit, quod vsque ad tertiam vicem tantum, & non vltra debet restitui primo: immo remanere debet cum secundo: quoniam duæ tantum sententiæ post primam sunt ferendæ, quia tertio appellare non licet. 2. q. 6. si quis in quacunque. & s. de appella. sua nobis. Ber.

k ¶ *Præsumi.*] sim. 33. q. 2. cum per bellicam. & infra, de diuor. gaudemus.

l ¶ *Amodo.*] s. veritate reuelata, quod fuerat vxor primi.

m ¶ *Solutam.*] Arg. à contrario sensu sumpto ex illo verbo. j. eod. cap. 1. ibi; absque corporali periculo, &c. & est arg. validum à contrario sensu. s. de his quæ fiunt à prælat. cum Apostolica. in fin. & j. de reg. cum virum.

n ¶ *Idonea perhiberi.*] & certe non.

o ¶ *Similiter.*] Resume: per hæc noueris quæstionem illam esse solutam, qua quæritur, vtrum illa, quæ viro cui, &c.

p ¶ *Debeat.*] quasi dicat, non debet. intellige tamen secundum distinctionem præmissam, an sit graue periculum si reddatur apta, vel non. Vin.

q ¶ *De talibus.*] Simile s. de in integ. restit. cum venissent.

r ¶ *Non est facile.*] quia nescitur an sit apta viro primo: & hoc aliquo

¶ Dictio, suam, deest in antiquis exẽplaribus.

¶ De materia huius glossæ, & an maleficium sit impedimentum dirimens impediẽtive matrimonium, vide D. Thomam lib. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 3. & ibidem late per Scotũ & Doctores. adde Syluestrũ in summa verbo, matrimonium 8. q. 16. & per alios summistas.

¶ Hæc verba sicut asserit promisisse desunt in omnib. Vaticanis codicibus: habẽtur tamẽ in alijs paulo recẽtioribus, & in antiqua editione.

¶ Alibi, Per hoc autem, &c.

¶ Alibi leui aut alio simili modo violẽtia inferatur.

¶ Vide vt li te non cõce. quondã. in per glo. per famam. in Aut.

¶ Hæc pars deest in omnibus antiquis exẽplaribus habet ita. si ab eo per iudiciũ ecclesiæ separata nubat alteri, cui arcta, &c. sed recepta est vulgata, & recepta lectio.

¶ Caue ne quid illicitũ vel inhonestum ex opinionib. hic relatis admittatur.

aliquo iure perpendi non potest, sed potius per experiẽtiam facti. sim. s. de dona. Apostolicę. cum suis concor.

a ¶ *Ex futuro.*] sic ff. de reb. dub. quædam. & ff. si cert. peta. proinde. & ff. qui pot. io pi. ha. l. potior. ff. ad Macedo. l. 1. §. 1. Nec intellige quòd matrimonium retrotrahatur, sed hoc ideo dicit, quia in dubio est, an sit matrimonium cum primo. nec intelligas, quod tunc primo incipiat esse matrimonium cum primo, cum incipiat esse apud sibi, sed tunc primo declaratur fuisse matrimoniũ. simile ff. si ser. vend. sicut. §. sed si queritur. & ff. de acqui. re. do. adeo. §. cũ quis. in fin. & trigesimatertia quæstione prima, requisisti. ff. qui testamen. facere pos. l. hæredes palam. §. primo. Bernar.

L*ittera.*] Legitur tribus modis. Primo quòd loquatur in maleficiato: & secundum hunc intellectum summatur sic: Si vir maleficiatus nunquam potuit cognoscere vxorem, cui per triennium cohabitauit, ipsis cum septima propinquorum manu hoc iurantibus, matrimonium separatur, hoc dicit. Secundo modo legitur sic, quòd non loquatur in maleficiato, sed in frigido, vt tenuit Innocentius, cuius lectura communiter non recipitur: sed tamen in se vera est, & dicendum vt habuisti in cap. laudabilem. supra eodem. Tertio modo legitur inhærendo verbis litteræ generaliter, cum vxor dicit virum non habere potentiam secum coeundi: nec exprimit ex qua causa: & sic facit ad tertiam partem rubricæ. Et duo ponuntur hic. primo consultatio: secundo responsio: ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

¶ Si hãc decretalẽ intelligas iuxta communẽ sensum vt loquatur de eo, qui per maleficia factus erat impotẽs ad cõgnoscẽdam suam vxorem. vide omnino Dominicũ Sotũ lib. 4. sent. dist. 34. q. art. 3. & Iacobũ Sprẽger in suo malleo maleficarũ par. 2. q. 1. cap. 16. & eadẽ parte q. 2. c. 1. & 2. vbi plene de hoc maleficio, ac remedijs aduersus ea.

dicandum: cum finale iudiciũ pendeat ex futuro [a].

¶ Honorius tertius.

¶ *Si vxor dicit virum, cui cohabitauit per triennium, non habere potentiam coeundi, eis hoc iurantibus cum septima manu propinquorum, matrimonium separatur. hoc dicit inhærendo verbis litteræ.*

CAP. VII.

Litteræ † vestræ nobis exhibitæ continebant, quòd cũ causa matrimonij, quæ inter M. mulierem, & A. eius virum vertitur: vobis fuisset ab I. Papa prædecessore nostro commissa, dicta M. proposuit, quòd cum octo annis elapsis dicto A. fuisset matrimonialiter copulata, & diu cohabitasset eidem, adhuc integra [b] permanebat: eo quòd prædictus vir eius non habebat potentiam coeundi: quare petebat diuortium celebrari. prædictus vero A. fatebatur, quòd illam nunquam cognouerat: tamen se habere potentiam cognoscendi [c] alias asserebat: Vos vero, ne id confiterentur in fraudem [d], à matronis bonæ opinionis, fide dignis [e], ac expertis in opere nuptiali, dictam fecistis inspici mulierem: quæ perhibuerunt testimonium, ipsam adhuc virginem permanere. Postmodum per presbyterum, de cuius parochia vir extitit, fecistis inquiri: vtrum ipse aliquam cognouisset: nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem requirente diuortium, & dicente, quòd mater esse volebat, & filios procreare; proponente vero viro, quòd paratus erat stare consilio ecclesiæ, iniunxistis eisdem, vt agerent pœnitentiam de commissis [f], & † sic forte placeret Deo, qui matrimonij fuit institutor [g] & auctor, vt opus matrimonij consummarent: qui post plures terminos ad vestram reuersi præsentiam, consona voce dixerunt, quòd non poterant carnaliter commisceri. ¶ Quocirca mandamus, quatenus, si ita est, & constiterit vobis, præfatum virum & mulierem, infra prædictos octo annos, per continuum triennium [h] insimul habitasse: ipsis cum septima [i] propinquorum manu firmantibus iuramento, se commisceri carnaliter nequiuisse, proferatis diuortij sententiam inter eos.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter M. mulierem, & A. virum: causa illa fuit commissa quibusdam iudicibus, per sedem Apostolicam, coram quibus ex parte mulieris fuit propositum, quòd iam octo annis fuit dicto viro matrimonialiter copulata, & diu cohabitauit eisdem, & adhuc integra permanebat, quia dictus A. non habebat potestatem coeundi, quare petebat diuortium celebrari: prædictus vir fatebatur quòd nunquam eam cognouerat: tamen dicebat se habere potentiam coeundi, & alias cognoscendi: iudices timentes ne istud confiterentur in fraudem, fecerunt illam inspici per matronas fide dignas, & expertas in opere nuptiali: quæ perhibuerunt testimonium, illam adhuc virginem permanere, & postmodum fecerunt inquirere per parochiam ipsius viri, si aliquam cognouisset, nec ipsi inuenerũt quòd aliquam cognouisset; mulier instanter diuortium postulabat: vir vero dicebat quòd paratus erat stare consilio ecclesiæ: iudices præceperunt eisdem, vt pœnitentiam agerent de commissis, & sic forte Deo volente matrimonium consummarent: Tandem reuersi ad iudices, dicebant se non posse carnaliter commisceri: vnde totum negotium domino Papæ per suas litteras intimauerunt, petentes quid sit super hoc agendum? Mandat Papa, quatenus si est ita; & eis constiterit, quòd infra octo annos per continuum triennium insimul habitassent; si iurauerint cum septima manu propinquorum, quòd non potuerint carnaliter commisceri, sententiam diuortij proferant inter eos. Nota, quòd qui separantur propter frigiditatem, siue propter maleficium, simul debent commorari per triennium continuum, secuto postea iuramento tam principalium personarum, quàm septima manu propinquorum.

b ¶ *Adhuc integra.*] & intellige quod viripotens erat hæc, quæ virum pati poterat: licet esset virgo, dicitur viripotens. ff. de verb. sign. mulieris [1], in princ.

[1] Verba legis habent ita: mulieris appellatiõe, etiam virgo viripotẽs cõtinetur.

¶ *Glo. seq. ponit differentiam inter frigidum & maleficiatum.*

c ¶ *Cognoscendi alias.*] & ita allegabat iste maleficium quantum ad istam, & non quantum ad alias, & non frigiditatem: quia si quis est frigidus quo ad vnam, quo ad omnes est frigidus, cum impedimentum à natura procedat. argum. supra eod. ex litteris. secus in maleficiato, vt dictum est supra, cap. proxi. vnde postquam constiterit de maleficiato, post triennium [2] debent separari, & ad alia vota transire. trigesimatertia quæstiõe prima, si per sortiarias. secus in frigido, vt supra eod. cap. 1. & cap. laudabilem. & 33. quæstione prima, de his requisisti.

[2] Vide Sotũ in fine huius capitis citatum.

d ¶ *In fraudem.*] confessioni coniugum contra matrimonium non est credendum [†] propter collusionẽ quam multi facerent. supra, de eo qui cogno. consanguin. vxor. cap. super eo.

† In vno vetustiori Vaticano ita: & si forte placeret Deo, qui matrimonij fuit institutor & auctor, opus matrimonij consummarent, &c. in alijs vt in textu: excepto quod in nonnullis pro voce, auctor, est, actor.

e ¶ *Fide dignis.*] supra, eodem cap. proxi. vbi de hoc.

f ¶ *De commissis.*] quia infirmitas corporalis frequenter prouenit ex peccato: & sic causa cessante forte cessabit effectus. infra, de pœni. & remis. cũ infirmitas.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem. per quæ verba fuerit matrimonium institutum. & ponit duas opiniones.*

g ¶ *Institutor.*] simile 32. distinct. deinde opponitur. & argumen. supra, tit. proxi. de infidelibus. & trigesimasecunda quæstione secunda, cap. sicut. §. his ita. Et quidam dicunt quòd his verbis [3] fuit institutum matrimonium: Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. sed illa verba prolata sunt ab Adam, vt s. de biga. debitum. vnde videtur verius quòd per illa verba, Crescite & multiplicamini, ab ipso Domino prolata.

[3] Quibus & quib. verbis fuit matrimoniũ institutũ, vide Magistrum senté. lib. 4. dist. 26. §. cõsequẽter, & §. seq. & ibi Sotũ q. 1. art. 2. vbi latissime, ad de omnino concilij Tridenti. sessio. 24. tit. de sacramento matrimonij. in principio.

h ¶ *Continuum triennium.*] Qui enim separantur propter frigiditatem naturalem, per triennium continuum debent cohabitare simul, & dare operam carnali operi. s. eod. laudabilem. & in Authentica de nuptiis. §. per occasionem. colla. 4. idem tempus dico dandum maleficiato, & multo fortius, cum sit accidentale illud impedimentum.

i ¶ *Septima manu.*] Sed quare requiruntur iuramenta propinquorum, cum sufficere debeat iuramentum viri & mulieris, cum iuramento illarum, quæ illam virginem asseuerant, vt supra, de proba. proposuisti. & cap. causam matrimonij. vel etiam iuramenta propinquorum sufficiunt, cum vterque id confitetur. trigesimatertia quæstione prima, requisisti. sed hic vterque id confitebatur; sed hoc ideo, quia sæpe fallitur & manus & oculus obstetricum. vigesimaseptima quæstione prima, nec aliqua. ideo iuramenta propinquorum requiruntur: omnis enim cautela, quæ adhiberi potest in talibus, est adhibenda, propter periculum animæ: & ideo circa maiora cautius est agendum. argumen. septima quæstione secunda, cap. vlt. & 42. distin. quiescamus. & ff. ad Treb. l. 1. §. 2. & 61. distin. miramur. tamen si alterum omitteretur, nihilominus valeret sententia, vt cap. requisisti. & cap. proposuisti. & cap. causam matrimonij.

DE MATRIMONIO CONTRACTO contra interdictum ecclesiæ.

¶ Quia interdictum ecclesiæ super matrimonio contrahendo: quandoque impedit ipsum matrimonium, quandoque impedit & dirimit: ideo post multa impedimenta supra contracta, auctor subijcit hanc rubricam. Et vide ad materiam huius rubricæ quod no. glo. supra de spon. duorum. in cap. tua. Abbas.

De hac materia habetur 33. q. 4. nō oportet 2. & supra in rubr. de spon. vet. an teneat matrimonium contra.

¶ Vide concilium Triden. sessio. 24. tit. de reformat. matri. cap. 1.

TITVLVS XVI.

De matrimonio cōtracto contra interdictum† ecclesiæ.

¶ Alexan. iij. Paduañ. episcopo.

¶ *Matrimonium contra interdictum ecclesiæ, vel iudicis factum seu contractum, propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen pœnitentia sic contrahentibus, & separantur, donec cognoscatur de causa interdicti. hoc dicit in effectu totus iste titulus.*

Litteræ.] Sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secūda respōsio: ibi, *Mandamus*. Abbas.

CASVS. Quidam iuuenis iurauit sororem suam iam nubilem se daturum cuidā in vxorem ea præsente & consentiente: Postmodum munera & dona secundum morem terræ recepit ab illo, tamquam proprium sponsum sæpius cum amplexando: tandem mortuo fratre suo, à fratre sponsi se desponsari permisit, dicens, quòd ab eo cognita fuerat: episcopus loci præcepit eidem, ne alicui illorum nuberet, aut etiam alij: ipsa spreto mandato episcopi, cum alio contraxit: propter quod episcopus ei præcepit, vt ad domum matris rediret: ipsa vero ad sedem Apostolicam appellauit. episcopus factum significauit domino Papæ: Mandat Papa, quod si est ita, mulierē præfatam ad domum matris redire compellat, imposita sibi pœnitentia condigna de tanto excessu, ne mandatum iudicis cōtemptibile videatur, & post mensem ad tertium virum reuertatur. Nota, quòd mandatum iudicis contemni non debet, alias punitur contemptor.

¶ Capit. en. rt. in 1. obseruatione. Vide quod per huiusmodi sextū notat Couarruuias li. 4. decretal. 2. par. 1. c. 4. §. 1. adde omnino Palacium Rubium in Rubri. de donatione inter virū & vxo. §. 3. incip. contractis sponsalibus. & seq. & eundem sup lege Taurina 52. & ibi Antonium Gomezium. vbi late de donatis inter sponsos.

† ab eo

† alij. In recentioribus, sed in antiquis, alicui, legitur.

CAP. I.

Litteræ†, quas tua nobis fraternitas destinauit, expresse declarāt, quòd cum quidā sororem suā iam nubilem, cuidam se daturum in vxorē ª, ea præsente & consentiente ᵇ, præstito iuramento firmasset: & illa non post multos dies, dona ᶜ & munera viri secundum morem terræ sponte suscipiens, ipsum tamquam proprium virum ᵈ sæpe amplexata fuisset: tandem mortuo fratre, à proprio viri ᵉ sui fratre, se desponsari permisit ᶠ, & quòd ab † illo cognita fuisset, mendaciter asseuerat. Cumque ei prohibuisses ᵍ publice, ne cui illorum, vel alicui † se copularet, ipsa spretis monitis tuis, alij ʰ nubere non expauit. demum cum mulieri præcepisses, vt ad domum matris rediret, ipsa nostram audientiam appellauit: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si est ita, præfatam mulierem (ne mandatum ⁱ tuum contemptibile videatur) ad domum matris redire compellas, & imposita sibi de tanto excessu ᵏ pœnitentia condigna, postquam in domo materna per mensem steterit, ad tertium reuerti permittas.

¶ Idem Vigorieñ. † & Baroneñ. episcopis.

¶ *Sponsalia de futuro cum vna etiam contra interdictum ecclesiæ cōtracta, non habent dirimere matrimonium postea contractum cum alia.*

† Vrigorieñ. & Roneñ. † Vigorniēñ. & B. Sed fere in omnibus manuscriptis Vigol. & Batoñ. episc.

CAP. II

Ex †litteris Cantuarieñ. archiepiscopi ad nos peruenit, quòd cū G. de sancto Leodegario M. filiam suam absentem ˡ, cuidam R. nomine desponsasset: & infra. ¶ Postea orta suspicione, quòd præfatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit dicti archiepiscopi causa perlata: qui sub anathematis interminatione ᵐ prohibuit ⁿ, ne antequam de præscripto negotio plene constaret, vir ad secunda vota transiret: sed ipse præscripta prohibitione contempta, filiam V. in facie ecclesiæ sibi solemniter copulauit vxorem: & infra. ¶ Cum archiepiscopus vellet de matrimonio primo cognoscere, dicta M appellationis vocem emisit: cuius appellationi archiepiscopus deferens, eidem

Ex litteris.] Summatum est ī. cap. proximo. In prima narrat factum. In secunda illud diffiniendum committit: ibi, *Mandamus*. Abbas.

CASVS. Quidam filiam suam M. nomine absentem, desponsauit cuidam R. nomine: Postmodum orta suspicione, quòd idem R. vellet aliam ducere in vxorē, delata fuit quæstio super hoc ad archiepiscopum Cātuarieñ. qui sub interminatione anathematis ꝓhibuit, ne antequam de causa ipsa constaret, vir acciperet aliam in vxorem: Sed ipse non obstante prohibitione, quandam aliam sibi solemniter copulauit: Sed cum archiepiscopus vellet cognoscere de primo matrimonio, mulier ad sedem Apostolicam appellauit: archiepiscopus eius appellationi deferens, præcepit eidem mulieri sub pœna excommunicationis, ne alicui nuberet, donec causa finem debitum sortiretur: ipsa tamen de appellatione confisa alium in virum accepit: Archiepiscopus negotium illud significauit domino Papæ: Vnde mandat eidem, quatenus si nihil cōstiterit, quod impediat præter consensum de futuro, qui inter præfatum R. & M. dicitur interuenisse, secundum matrimonium legitimum iudicet, non obstante appellatione: & quamuis contra mandatum ecclesiæ contrahere non debuisset, non tamen matrimonium debet propter hoc dissolui: pœnitentiam tamen imponat illis, pro eo, quòd contra prohibitionem ecclesiæ contraxerunt. Nota, quòd matrimonium superueniens sponsalibus dissoluit sponsalia. Item qui contrahit contra prohibitionem ecclesiæ, puniri debet.

† Cap. 1. en. tit. in 1. obseruat. & post concil. Lateranen. sub Alexan. 3. par 6. c. 18. Et quamuis ad principalem decisionem attinet, videlicet, quod per subsequens matrimonium dirimuntur sponsalia, vide D. Thomam lib. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 1. & Sotum ibidem art. 5. adde citatos ī. de sponsal. h. c. de illis. & cap. si inter. & cap. sicut.

a ¶ *Daturum vxorem.*] futuram scilicet, cum sponsalia tantum contraherentur.

b ¶ *Præsente & consentiente.*] expresse; & hoc agebatur, quòd mediante fratre tamq̄ per procuratorem sponsalia contraherentur, quod fieri potest. ff. de spon. l. vlt. aliàs si per fratrem tantum contraherentur, non valerent, nisi ipsa postea consentiret 1: sed frater tantum ad hoc obligatur, vt sororem inducat, vt cum illo matrimonium cōtrahat. ff. de verb. oblig. in illa stipulatione. & l. quotiens quis alium.

1 Quod dic vt ī. de desponsa. impu. cap. vno. in fi. lib. 6. Ioan. And.

c ¶ *Dona & munera.*] differentia est inter donum & munus. 2 ff. de verb. signifi. inter donum.

2 Secundum Alz. munus ex causa, donū sine causa & fine causa. Io. And.

d ¶ *Tamquam proprium virum.*] spe futuri matrimonij, non rei præsentis: & ita non est matrimonium. & hoc patet per si. & hoc ipso etiam si ea absente contracta fuissent sponsalia, consentire videntur ipso facto.

e ¶ *Viri.*] id est, sponsi. sic 22. q. 2. genuit.

f ¶ *Permisit.*] & male; quod facere non debuit. ī. de sponsa. ad audientiam. & cap. sponsam.

g ¶ *Prohibuisses.*] & bene. ī. de spon. duorum, tua. & cap. sequenti.

h ¶ *Alij.*] scilicet, tertio.

i ¶ *Mandatum.*] Nota, quòd remittitur causa ad eum à quo appellatum est, vel quia non tenuit appellatio, vel quia ipsa non fuit prosecuta suam appellationem, & eps factum significauit Papæ; vnde mandat ei, vt si est ita, ipsam compellat redire ad domum matris: quia ipsa contempsit mandatum ecclesiæ, à tertio viro ꝓpterea non separabitur. Et est hic arg. quòd mandatum iudicis non est contemnendum 34. dist. cap. 1. arg. 8. q. 1. sciendum. 11. q. 3. si autem vobis. & cap. quando ergo. & ff. ne quid in lo. publ. l. vlt. & puniri debent cōtemptores, vt hic patet. & ī. eod. cap. proxi. & l. prædicta. & arg. ff. si quis ius di. non ob. l. vnica. alias delusorium videretur edictū iudicis. ff. de re iudi. l. contumacia. §. contumax.

k ¶ *Excessu.*] scilicet, de fide violata prioris sponsi: & quia desponsare se permisit a fratre sponsi, & quia mandatum ecclesiæ cōtempsit: & sic patet, quòd iudex potest punire contumacem, vt dictū est.

l ¶ *Absentem.*] quę postea cōsensit, aliàs nō tenuissent sponsalia 3 & ita inter absentes contrahuntur sponsalia & matrimonium ff. de spon. l. vlt. & 32. q. 2. honorantur.

3 Concor. tex. in l. sufficit. ff. de spō. & in l. in potestate. cū l. seq. eod. tit. Ioan. And.

m ¶ *Interminatione.*] comminatio tantum fuit, non sententia. arg. contra. ī. de eo qui fur. ord. re. cap. 1. & ī. de locato. cap. 1.

n ¶ *Prohibuit.*] quod facere debuit. ī. cap. prox. & ī. cap. prox.

sub excommunicationis interminatione districtius a interdixit, ne cui nuberet, donec b causa ipsa finem debitum sortiretur: ipsa tamen de remedio appellationis confisa, cuidam alij V. nomine nupsit: & infra. ¶ Mandamus, quatenus, si nihil constiterit, quod impediat præter consensum de futuro, qui inter præfatos † R. & M. asseritur præcessisse, secunda matrimonia inuiolabiliter obseruanda, sublato appellationis obstaculo, iudicetis. Licet enim contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota transire nõ debuerit: non est tamen conueniens, vt ob c id solum, sacramentum coniugij dissoluatur. alia † tamen pœnitentia eis debebit imponi, quia contra prohibitionẽ ecclesiæ hoc fecerũt.

¶ Idem Paduano episcopo.

¶ *Si hi, qui dicebantur consanguinei, contraxerint contra præceptum iudicis, debent separari, donec de causa cognoscatur.*

CAP. III.

De † muliere: & infra. ¶ Illos autem, qui pro consanguinitate prohibentur coniũgi, & post contra interdictum d ecclesiæ se receperint, excommunicationi debes subijcere, donec e tandiu separentur, quousque f legitime cognoscatur, vtrum eorum matrimonium possit, & debeat iure stare.

TITVLVS XVII.

Qui filij sint legitimi.

¶ Alexander tertius.

¶ *Naturalis ex soluto genitus & soluta, legitimatur per subsequẽs parẽtum coniugiũ, etiã quo ad hæreditatẽ.*

CAP. I.

Conquestus † est nobis H. quòd cũ quandam mulierem in vxorem acceperit, R. patruus mulieris ipsam exhæredare conatur, eo quòd ante despõsationem matris suæ nata fuerit, licet postea pater mulieris præfatæ, matrẽ ipsius acceperit g in vxorem. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, eam legitimam h iudicetis, prædicto R. inhibentes, ne dictæ mulieri, hac occasione i, super hæreditate paterna molestiã inferat, vel grauamẽ. Si autem cõtra hoc venire præsumpserit, eum † seueritate ecclesiastica percellatis.

¶ Idem.

¶ *Separato matrimonio in facie ecclesiæ contracto, filij geniti vel concepti ante sententiam, sunt legitimi.*

CAP. II.

Cum † inter I. veterẽ, & T. mulierem diuortij sententia canonice sit prolata, filij eorum non debent exinde sustinere iacturã: cum parẽtes eorũ publice k & sine cõtradictione l

a ¶ *Districtius interdixit.*] Nota, q licet iudex deferat appellationi: nihilominus mihi potest interdicere, ne faciam id pp quod appellaui, vel qđ ex eo sequitur: nec mirum, cum sit ordinarius 1 potest etiam statuere terminum appellanti. s. de appella. sæpe contingit. de causa tamen inuito appellante, postquam detulit appellationi, cognoscere non posset: q̃a iam remisit eam ad superiorem. 2. q. 1. nomen. & s. de offic. deleg. licet.

1 Quasi delegatus hoc non posset: sed Inn. dixit hoc speciale ppter animarum periculum: & in fauorem matrimonij. de hoc dixi supra de appellat. cum teneamur. Ioan. And.

¶ *Glossa sequens recitetur per quæstionẽ, allegat quatuor iura pro, & vnũ contra, & soluit.*

b ¶ *Donec causa ipsa.*] hic fertur sententia ipsa sub conditione. 63. distinctio. Salonitanæ. 5. q. 1. quidã. 17. q. 4. si qs suadente. & s. de appellatio. præterea 2. arg. ꝫ 2. q. 6. biduum. Sententia excommunicationis bene potest ferri sub conditione, vt in c. præterea. aliæ vero sententiæ nõ debent ferri sub conditione. latæ tamẽ tenent, vt in prædicto cap. biduum.

præfatum

2 Adde de hoc qđ no. per Doct. in l. 2. §. biduũ. ff. de verb. oblig.

c ¶ *Ob id.*] Sic patet, q interdictum 3 ecclesiæ non dissoluit matrimoniũ, vt s. c. proxi. q̃a non est perpetuum impedimẽtum, vt dixit s. de spon. du. tua. sed pœnitentia debet ei imponi, q̃a mandatum ecclesiæ contempsit. s. c. proxi. Ber.

aliqua, in recentioribus, nam in omnibus veteribus, alia, legitur

3 Sed multũ refert videre quale sit id interdictũ.

De muliere.] Casus. Quidã volunt ꝯhere matrimonium: dicitur, q sunt consanguinei: ecclesia præcipit illis, ne ꝯhant, donec de consanguinitate constiterit: ipsi phibitione contempta, ꝯhunt: Quæritur, quid iuris? Respondet Papa, q debent abinuicem separari, quousq; cognoscatur, an de iure possint simul remanere. Nota, q si suspecti de consanguinitate ꝯhunt contra prohibitionẽ ecclesiæ, separandi sunt vsq; ad finem causæ: alias non essent separandi, quousq; de causa plene constaret.

Cap. 5. tit. de sponsalib. § illos. in 1. compilatione & post concilium Lateranẽ. sub Alexan. iij. par. 6. cap. 19. § illos. part cap. de muliere. supra de spõsalib.

d ¶ *Contra interdictum.*] quod facere non debuit, vt s c. proxi. & de spon. duorum, tua. vbi de hoc. 33. q. 4. non oportet.

¶ *Glossa sequens reci. per quæstionem.*

e ¶ *Donec separentur.*] Hæc sententia est ad tempus: vnde ex tempore tollitur sine aliqua absolutione, vt hic videtur. arg. s. de spon. non est vobis. & 81. dist. si q sunt. sed tutius 4 est, q etiam post separationem absoluantur, saltem ad cautelam, licet videantur excommunicati tantum dum simul manent.

4 Immo necessariũ vt à sententia excommunicationis absoluantur, quicquid hic dicat glossa & alij, cum declaratis. & c. à nobis 2. infra de sent. excom.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & ibi remittit.*

f ¶ *Quousque.*] Arg. contra s. de spon. duorum, tua. in fine. sed ibi soluitur qualiter illud, & ea quæ in hoc titulo dicuntur intelliguntur circa huiusmodi separationem.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

¶ *Super visum est de multis impedimẽtis matrimonij, sed quia sæpe filij nascũtur ex matrimonio contracto ꝫ impedimẽta ecclesiæ, & dubitari potest, an & quando ipsi filij sint legitimi, ideo subijcitur ista rubrica.*

De hac materia habetur 26. dist. deinde. 34. dist. viduã. 7. q. 2. super. 32. q. 4. dicat. 25. q. 7. c. si. Abbas Siculus.

Conquestus.] Primo ponitur impetrantis querela. Secundo causæ commissio: ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam H. nomine quãdã in vxorem accepit: R. patruus ipsius mulieris volebat eam priuare hæreditate paterna, pro eo q ipsa nata fuit antequam pater suus matrem suam acciperet in vxorem, dicens eam illegitimam fuisse: vnde pdictus H. cõquestus fuit dño Papæ, & ipse mandat, quatenus si est ita, eam iudicet legitimã: prædicto R. phibẽdo ne hac occasione sup paterna hæreditate eã debeat molestare: qđ si ꝯ fecerit, excommunicetur. Nota, q matrimonium sequens, legitimat filios natos ante matrimoniũ. Item legitimationis causa ptinet ad ecclesiã q̃a est accessoria mr̃imonio.

g ¶ *Acceperit in vxorẽ.*] Et sic legitimata fuit p subsequens matrimonium j. eo. tanta.

5 Naturalis, q non est in patris potestate, redigitur in illã p matrimonium subsecutũ. Ioan. And.

h ¶ *Legitimam.*] Insti. de nup. §. vlt. 5 i Auth. q. mo. nat. effi. leg. §. sancitũ. colla. 6. & j. eo. tanta. & 30. q. 5. nullũ.

i ¶ *Hac occasione.*] q̃a ex quo pnunciata fuerit legitima, cessabit occasio ista: vnde si pp hoc vellet eam molestare, potest & debet ab ecclesia excõmunicari: cum causa matrimonij ad ecclesiam spectet: & p cõsequens legitimatio, q̃ est accessoria. arg. ṡ. j. eo. causam quæ 6 Non est ꝫ: ibi principaliter committitur causa super quæstione spoliationis, q̃ ad Papã non pertinet, inter eos, q non sunt suę iurisdictionis, sed ad iudicem secularem; vt ibi patet, & 8. dist. quo iure. hic vero principaliter cõmittebatur causa filiationis, quę ad ecclesiã pertinet: & ea determinata, determinatur p consequens causa inquietationis, quę fiebat huic mulieri, eo q illegitima dicebatur: & ita cessãte illa causa patet q iniusta esset vlterius inquietatio ex illa causa: vnde Papa ratione saltẽ peccati potest se intromittere. s. de iudi. nouit. & arg. 2. q. 1. si peccauerit. vel Papa habebat hic vtrãque iurisdictionem. arg. s. de appella. si duobus. & ita nulla est oppositio.

6 Cap. 1. eo. tit. in 1. cõpilatione & post concilium Lateranẽ. sub Alexan. iij. par. 33. cap. 5. Et de materia vide Antoniũ Gabrieliũ lib. 6. commu. conclusionum. de legitimatione, cõclusio. 1. & Couarruuiã lib. 4. decretalium par. 2. cap. 8. §. 2.

7 In vulgatis recentioribus ita: obera cum seueritate ecclesiastica percellatis. sed in omnibus antiquis, vt est impressum.

Cap. 2. eo. tit. in 1. cõpilatione & post concilium Lateranẽ. sub Alexan. iij. par. 33. cap. 5.

Cum inter.] Primo ponit causam diffinitionis. Secundo diffinit ibi, *Ideoque.* Abbas.

Casus. Ioan. contraxit matrimonium cum Teberga in facie ecclesiæ, de qua filios suscepit: tandem cum grauida esset, accusatũ fuit matrimonium de consanguinitate: lata fuit sententia diuortij inter eos: dubitabatur, an filij nati ante sententiam, & qui conceptus ante fuerat, essent legitimi: Respondet Papa, super hoc consultus, quòd filij non debent inde sustinere iacturam, cum parentes in facie ecclesiæ publice contraxissent: & ideo statuit Papa, vt filij eorum quos habuerunt ante sententiam, & qui conceptus fuerat ante ipsam sententiam, legitimi habeantur, & in bonis paternis hæreditario iure succedant, & de parentum facultatibus nutriantur. Nota quòd qui in facie ecclesiæ publice contrahunt, quamuis impedimentum subsit: tamen filij de tali matrimonio nati, secundum antiqua iura legitimi erunt, etiam si postea separentur: hodie statur super hoc illi cõstitutioni, scilicet, de clandestina desponsatione, cum inhibitio.

k ¶ *Publice.*] scilicet, denũtiatione pmissa i ecclesia publice: alias hodie dicit clandestinũ. s. de clandestina desponsatio. cũ inhibitio.

l ¶ *Sine contradictione.*] Si quis ꝯhat non pmissa denunciatione, vel ea præmissa contingat matrimonium ex iusta causa interdici, & nõ obstante ꝯdictione ꝯhat: si postea impedimentũ pbet, filij medio tẽpore nati, illegitimi erunt, & ideo publice dicit hic, & sine cõtradictione

dictione

ecclesiæ, inter se contraxisse noscantur. Ideoq; sancimus, vt filii eorũ, quos ante diuortium habuerunt, & qui concepti fuerant ante latam sententiã, non minus habeãtur legitimi: & quòd in bona paterna hæreditario iure succedant, & de parentũ facultatibus nutriantur:

Idem Rothomageñ. archiepiscopo.

Statur verbo viri & mulieris, qui negant aliquem filium, nisi indiciis & testibus probetur contrarium.

CAP. III.

Transmissæ nobis tuæ litteræ continebant; quòd cum N. vsque ad iuuentutem, quendam puerum nutriuisset, vxore sua M. tũc nõ desponsata sibi cohabitante, postmodum ipsam legitime desponsauit, & filios sustulit ex eadem: quibus paternam hæreditatem petentibus, prædictus iuuenis cõtradicit, gerens se filium & hæredem, quamuis à vicinia quæ ipsum filium eorum esse credebat, spurius diceretur: prædicti vero N. & vxor eius præfatum iuuenem spurium suum, aut legitimum filiũ esse negabant, sed dicebant, quòd eum pietatis intuitu nutriuissent. Cum autem quæstio coram te mota esset, & prædictus iuuenis, pro eo quod iuri stare nolebat, vinculo sit excõmunicationis astrictus: Consultationi tuæ respõdemus, quòd in tali casu standum est verbo viri & mulieris: nisi certis indiciis & testibus tibi cõstiterit, esse filiũ iuuenẽ memoratũ.

Idem Exonieñ. & Vintonieñ. epis, & Abbati Herfordeñ.

Illegitima proles est, quam viro viuente vxor ex adulterio concepit; siue cum adultero, siue cum viro moretur.

CAP. IIII.

Causam quæ: & infra. Si constiterit, quòd Agatha de Anelina muliere tem-

---

diction.& hoc totum habes in illa constitutione. cũ inhibitio

Glossa sequens de tempore conceptionis spectando allegat pro & contra, & soluit.

a *Concepti fuerant.*] Sic ergo tempus conceptionis spectandum est, cum de cõmodo alicuius tractatur. ff. de statu hominum, Paulus. & quotiens de commodo alicuius tractatur, pro iam nato habetur. ff. eo. qui in vtero est. ff. de senato. emancipatum. ver. si quis conceptus sit. & Institu. de inge. §. ex contrario. Arg. contra. 15. q. 8. cum multæ. & de conse. dist. 4. firmissime. Arg. 3. ff. de decurio. l. 2. §. i filiis. & §. seque. pro prima parte facit 26. q. 4. igitur, in fine. Solu. quod primo dicitur, verum est propter fauorẽ filiorum, & libertatis, quandoq; tamen consideratur odiũ paternum: vt in cap. cum multæ. contrarium illud igitur locũ habet, vt varietas fatorũ adaptetur diuersitati horarũ.

Gl. seq. sig. contrariũ.

b *Ante latã sententiã.*] Pro iam nato habetur cum ante sententiam fit cõceptus, vt dictum est. Arg. contra. C. de liberali causa. l. vlt. sed illi qui nascuntur post litẽ contestatã, conditione matris vtuntur.

Glo. sequens alleg. tres concor. & remittit, quærit, & soluit.

c *Nutriantur.*] 30. dist. si quis reliquerit. 1. dist. ius naturale. i. de infan. expo. c. vnico. Qualiter filij alendi sint, dicitur s. de cõuersio. infideliũ. c. vlt. & i. de eo qui duxit in matrimonium. c. cum haberet. sed quid si moueatur quæstio alicui puero vel infanti, quod non sit filius illius cuius dicitur? Iudex summatim cognoscere debet, vt alatur rebus interdum forsitan alienis. C. de car. edic. l. vlt. & ff. ad car. edic. l. 3. §. causæ cognitio. Lau.

Transmissæ.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Quidam noie N. nutriuit quendam puerum vsq; ad iuuentutem, cohabitante sibi M. vxore sua tunc non desponsata, sed eam postmodum desponsauit, & filios ab ea suscepit: prædict⁹ iuuenis sic nutritus gerens se filium, & hæredem, hæreditatem N. prædicti poscit, quamuis à vicinia crederet eorum spurius, vt dicebatur: Sed prædicti, scilicet vir & vxor negabant illum spurium suũ, aut legitimum filium esse, sed dicebant, quod eum nutriuerant pietatis intuitu: filij istorum petebant hæreditatẽ paternã ab illo, ipse vero contradicebat: Quæstio fuit sup hoc delata corã archiepo Rothomageñ. prædictus iuuenis quia corã eo citatus venire noluit, fuit excõmunicatus: Papa sup hoc consultus ab archiepo quid super hoc esset agẽdum, respondet, quod in hoc casu standum est verbo viri & mulieris, nisi certis indiciis & testibus iuuenem prædictum illorum constiterit esse filium. Nota quòd standum est verbo viri & mulieris, an aliquis sit eorum filius, nisi expresse ostendatur.

d *A vicinia.*] Multũ valet in talibus fama viciniæ. s. de psump. illud. & i. de probatio. per tuas. 3. q. 4. §. item sæpe. 35. q. 6. si duo.

e *Spurius.*] id est, nõ legitimus, vel naturalis: quia forte susceperat eum de alia muliere, vel ante matrimonium, vel durante matrimonio, & ita spurius.

f *Negabant.*] Talis negatio præsumptionem inducit contra illum, sed præiudiciũ non generat: quia licet aliquis negetur filius, nihilominus de inofficioso testamẽto agere potest. ff. de inoff. testa. si instituta. §. 1. sicut econuerso licet appelletur filius, nõ tamen succedit cum alijs, si probatur quòd non sit filius. C. de testa. neque professio. & C. de hære. insti. si pater. & C. de proba. non nudis.

Glo. seq. quærit & soluit, et bis obyect. & tripliciter soluit.

g *Mota.*] Sed quis prouocauit hic ad iudicium? Planum est quia filij legitimi prouocauerunt: vt patet per litteram s. vbi dicit, quibus paternam hæreditatẽ petentibus, & ex eo quod dicit: noluit stare iuri, fuit excõicatus. ipse enim hæreditatẽ possidebat vel partẽ, vnde isti petebant illã dicẽtes, ipsum nõ fuisse legitimũ: sed quomodo isti poterant agere, cum parentes istorũ viuerent, vt vr ex eo quod dicit: stãdũ est verbo viri & mulieris: quia de hæreditate viuẽtis agi vel pacisci nõ potest. C. de pact. l. vlt. nec dr hæreditas nisi mortuo eo cuius fuit. ff. de hæredi. vel ac. ven. l. 1. Dicunt quidã, quod illi erant facti monachi. Vel forsitan pater concesserat eis hæreditatẽ totã, retentis aliquib⁹ fructib⁹ pro victu suo & vxoris? Vel potest dici, quod isti iã mortui erãt: & quod dicit, stãdum est verbo viri & mulieris, scilicet quod dicebant illum publice filium suum non esse, dũ viuebant. argu. i. de proba. p tuas. Et merito statur verbo illorũ: quia nõ est verisimile quod paterna pietas illum mota fuisset, si filius fuisset s. de præsum. afferte. C. de adop. l. pen. §. si vero. & C. de inoffic. test. si mater. 23. q. 4. quia vindicta. circa prin. & nullus affectus vincit paternum. C. de cura. fu. l. vlt. §. 1. & affectio causam suspicionis remouet. ff. de ritu nup. non solum §. de vno. & ideo eis etiam creditur: quia iste nunquam fuit i possessione filiationis, quia viciniæ fama hoc habebat, cui in talibus creditur cũ verbo viri & mulieris. argu. s. de præsump. illud. & 35. q. 6. si duo.

Glo. seq. reci. per q. quæ indicia probent.

h *Indicijs.*] Per indicia eum fit probatio. C. de rei ven. indicia. & l. cum sup. & C. de fi. instrum. l. 1. & s. de pba. p tuas. & C. fa. ercis. l. in ipsius. & C. de pact. pactum quod. ca quo negat filius, cum nõ sit in possessione filiationis, cum oportet pbare. ff. de pba. l. 1. & 2. & vlt. Et viderent sufficere huiusmodi indicia, si probet quod illi tenebant eum pro filio, & ille eos pro parentib⁹, & maxime si fama viciniæ consentiat: vt dicit decre. p tuas. & quia natus est de illorum matrimonio: quia is filius est quẽ nuptiæ demonstrãt. ff. de in ius vo. quia mater. & dicit lex quod debet pbare se filiũ, si negatur filius à patre: vt ff. de lib. & posth. l. si posthumus. §. vlt. ver. si quis ita. & ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt. nepotes. §. filium arg. alias est lex.

Glo. seq. arguit & signat contrarium, soluit & remittit.

i *Et testibus.*] quibus pbantur indicia: quia res ista vere pbari nõ pot, nisi p indicia exteriora: vt dictũ est, & hic est arg. quod statur præsumptioni, scilicet dicto patris & matris, donec pbetur contrariũ 1. q. 1. si quis a simoniacis. & quod psumptio contrariam admittat probationẽ. s. de præsum. quia verisimile nõ est. & s. de renun. sup hoc. & ff. quod me. cau. non est. Arg. contra, s. quia psumptio præsumptione rescinditur. 11. q. 3. absit. & 34. dist. quorundam. & s. de præsump. cũ in iuuentute. & C. de epi. & cleri. eum q. ff. de in integ. resti. diuus. fortiori præsumptioni statur semper. De hac materia dicitur s. de sponsa. is qui.

Causam quæ.] Pone casum put ponit glo. in cap. causam q. j. eo. Vel sic. Dicebatur, quod Agatha de cuius hæreditate agebat, nõ erat nata de legitimo matrimonio: Mãdat Papa inquiri de hoc, & si cõstiterit, quod Agatha nata fuit de Anelina muliere Radulphi Sauarici eo tpe, quo ipsa Anelina publice morabatur cũ Alano viro suo; vel si constiterit, quod pdict⁹ Radulph⁹ Anelinã virũ habentẽ publice teneret, & eo tpe nata fuerit, pnunciet illã legitimã non fuisse: quia nõ potuit esse vxor, quæ viuẽte viro suo, alij se copulare psumpsit. de hoc plene dr j. eo. causam q. Nota, quod causa natiuitatis ad ecclesiã spectat. Itẽ si aliqua mulier viuẽte marito, alteri de facto mrimonialiter se cõiũgat, ples ea tali mrimonio nata, illegitima iudicat.

Glossa sequens quærit, & soluit.

k *Muliere.*] & de R. put sequit in alia clausula. Sed quare quærit modo de natiuitate Agathæ, vtrũ nata sit de legitimo matrimonio vel nõ? Ideo quia de hæreditate patris ipsius Agathæ, quæ successit sibi in hæreditatem, agebat inter R. filium Agathæ, & F. auũculũ magnũ ipsius R. quia F. fuit frater patris Agathæ: & iste F. spoliauit istũ R. hæreditate aui sui: vt j. eo. causam q. & istæ duæ, causã q. & illa. s. de dolo & cõtu. causã quæ. & j. de offi. deleg. causam quæ. loquunt de eodẽ facto. & olĩ hæ & illæ duæ erãt vna decr. i hoc tit.

a *Tempore.*

Cum qua concordat concilium Trident. sess. 24. de reforma. matri. c. 1.

Et qui est conceptus fuerant, &c.

Cap. 3. in tit. in 1. cõpilatione. & post concilium Lateran. par. 8. cap. 11.

contradicit

Compertent eius formæ hæc quæstio. infra eo. prox. Ioan. And.

Et si est modica præsumptio facit pro puero nutriens in possessione. ff. ad carbo. l. vlt. ff. de lib. agnos. l. si quis à liberis. §. si vel parens. hoc no. VI. infra c. prox. Io. And.

Hæc glos. est valde singularis. & multum notãda in hoc articulo.

In aliquibus vulgatis & magis correctis ita: filium esse illorũ, &c. sed in antiquis, vt est impressum.

Exon.

Et Vintonien. sed sic correctus vt est impressum.

Cap. 4. in tit. in 1. cõpilatione.

Reliquæ partes vbi sunt, docet glossa prima verbo muliere.

Vnde per obliterans probatur filium dominæ. iam quã liber probet filiatũ, vide quos cit. cas i c. per tuas. supra de probat. adde omnino Cottarruuiam lib. 4. decretal. par. 2. cap. 8. §. 5.

Integra est adhuc decretalem inuenies cap. 4. eod. tit. in 1. cõpilatione.

a ¶ *Tempore Alani.*] vnde post mortem Alani si R. ɔtraxisset cũ Anselina, legitimari non posset p subsequens matrimonium. ⁊. eo. tanta.
b ¶ *Publice tenente.*] tamquam vxorem.
c ¶ *Viri sui.*] scilicet Alani 1. Ber.
d ¶ *Alij.*] scilicet R. patri Agathæ scienti, q illa habebat aliũ virum, scilicet Alanum, vnde non posset esse vxor illius, etiam post mortem Alani viri: qa plus est eam ducere de facto, quàm fidẽ dare. s. de eo q duxit in ma. cum haberet. secus si ignorasset illam habere alium virum, ex quo bona fide & publice ɔtraxisset cum illa, filij sic suscepti iudicarent legitimi. ⁊. eo. ex tenore. & cum ea post mortẽ mariti remanere posset. s. de eo q duxit in matri. cap. 1. & c. veniens.

1 Vel alium aliũ scienter secundo nupsit mortuo Alano.

L*ator.*] Sunt duæ partes. In prima appellantis quæstio. in secunda causæ commissio: ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam R. nomine accesit ad Papam coram ipso proponẽs, q auus ipsius duas habuit vxores, de quarum vna partẽ ipsius, de altera H. patruum suum recepit, q hæreditatem aui sui totam detinebat, nec ei volebat partem debitam exhibere: vnde cum ipse H. patruum suum super parte hæreditatis paternę coram iudice conuenisset, idem patruus obiecit, q pater eius de legitimo matrimonio natus non fuit, & ideo de hæreditate aui sui nihil poterat vendicare successorio iure: tandem fuit tractatũ super quæstione natiuitatis corã epo Noruicen. pp tergiuersationem ipsius H. patrui sui ad sedẽ Apostolicam appellauit, vnde Papa mãdat iudicibus, quatenus causam super quęstione natiuitatis ipsius R. infra duos menses appellatione remota debeant terminare: Si vero infra duos menses dictus H. non probauerit legitime qđ obiecit: extunc seculari iudici coram quo hęreditatis quæstio vertitur, debeant intimare, vt p quæstione natiuitatis nõ dimittat, quin causam hæreditatis audiat & decidat. Nota q certus terminus agere volentibus statui potest, infra quem si intentionem suam non probauerint, vlterius nõ audientur. Itẽ causa natiuitatis præiudicialis est q̃stioni hæreditatis, etiam si quæstio hęreditatis primo sit mota.

Cap. 5. eo. titu. 1. cõpilatione. Et quamuis ex hoc colligitur, quod quæstio spurium ... ad iudicem ecclesiasticum, si ... iudice seculari, vide latè per Bar. & Alex. in l. Titia ff. solut. mat.

e ¶ *Iure successorio.*] qđ verum est si esset naturalis, ex quo alia ples 2 et legitima supererat, aliás enim filius naturalis succedit patri ab intestato in duab' vnciis. C. de nat. lib. Authen. vt liceat patri: & in Authen. q. mo. nat. effic. legi. §. si q s autẽ. coll. 6. de quo loquitur C. eod. titu. l. nec igitur. alias illegitimi in nihilũ succedunt.
f ¶ *Quæstione natiuitatis.*] quæ ad iudiciũ ecclesiæ tantũ pertinet. ⁊. eo. causam quæ. & s. e. c. 1. tamẽ pjudicialis primo debet terminari, anteq̃ intentetur quæstio hæreditatis. s. de ordi. cogni. tuam. B.
g ¶ *Appellatum.*] ex parte ipsius, 1. prosequentis appellationem, altera parte eam non prosequente. Ber.

2 Vel confessam legitimam, & est ille casus, in quo q aliq ..., & filij non ... de hoc ... Ioan. And.

¶ *Glo. seq. in terminum statui, &c. & alle. 3. concor.*
h ¶ *Infra duos.*] Nota, q terminus certus statui potest à superiore volenti agere, post quem nõ audiatur iusta causa cessante. s. de clan. despon. cum inhibitio. 3 & ⁊. qui ma. ac. poi. cum in tua. & C. de ingen. ma. l. diffamari. nec illud tempus prorogari potest, præter consensum partium. s. de offi. deleg. de causis.

3 Et de prorogatione ... de ope. lega. ... & super ... de fide instru. accepimus. Ioan. And.

¶ *Glossa sequens obijcit de vno canone, & soluit.*
i ¶ *Probare legitime.*] Sed videt q ille potius debeat probare patrem suum legitimum: quia præsumitur adulterium, nisi probetur matrimonium: vt 30. q. 5. aliter. sed ibi agitur contra clam coniunctos: vnde præsumitur potius adulterium. hic pater ipsius R. erat in possessione filiationis, quia habebatur pro filio, & possidebat bona paterna, & natus fuerat de ea, quæ credebatur vxor: eo mortuo H. iste cœpit totam hæreditatem possidere.

¶ *Glossa sequens obijcit de duabus legibus, & soluit.*

pore Alani a viri sui, ipsa cum eo tamquam cum viro suo morante, vel R. patre dictæ Agathæ, ipsam A. adhuc habente virum, publice tenente b, nata fuit: eam non fuisse legitimam eiusdem R. filiam iudicetis: quia non potuit esse vxor, quæ viri sui c torum maculans, alij d, dum ille viueret, copulari præsumpsit.

¶ Idem Exonien. episcopo, & abbati Herforden.

¶ *Quæstio natiuitatis opposita petenti hæreditatem coram iudice seculari, est ad ecclesiasticum iudicem trãsmittenda. hoc dicit, & est textus multum notabilis & allegabilis.*

CAP. V.

LAtor † præsentiũ R. & infra. ¶ Cum autẽ idẽ R. H. coram seculari iudice super hæreditate aui eiusdem R. patris dicti H. traxisset in causam, ille sibi præsumpsit obijcere, quòd pater eius non fuit de legitimo matrimonio natus, & ideo de hæreditate aui sui, nihil posset iure successorio e vendicare. tandem cum super quæstione natiuitatis f, corã Noruicen. episcopo tractatum fuisset, ad nostram extitit audientiam appellatum g: & infra. ¶ Ideoque mandamus, quatenus causam, super quæstione natiuitatis patris eiusdem R. infra h duos mẽses sublato appellationis obstaculo terminetis. Si vero infra duos mẽses præfatus H. non poterit probare legitime i quod obiecit, ex tũc seculari domino, sub cuius iudicio de hæreditate causa vertitur, intimetis, vt pro quæstione natiuitatis nõ k dimittat, quin causam super hæreditate audiat, & decidat.

¶ Idem Exoñ. episcopo.

¶ *Naturales legitimantur per subsequens parentum coniugium: spurij vero non. hoc dicit inhærendo verbis litteræ. Et est capitulum famosum, & quotidie allegatur in vtroque foro.*

CAP. VI.

TAnta † est vis matrimonij, vt qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium, legitimi l habeantur. Si autem vir viuente vxore sua, aliã m cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licet n post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hæreditate repellendus o, præsertim si in mortem vxoris prioris, alteruter eorũ, aliquid fuerit machinatus.

k ¶ *Non dimittat.*] Sed videtur q iudex secularis possit cognoscere de quæstione natiuitatis. C. de iudi. quotiens. & C. de ordi. iu. l. aditæ. quare ergo nõ procedit iudex iste? Dic q cũ causa ista sit mere spiritualis, principaliter spectat ad ecclesiam. s. de ordi. cog. tuam. vnde secularis iudex non incidẽter nec alio modo potest de ea cognoscere. ⁊. eo. causam. nec de anoexo spirituali. s. de iudi. quanto. Ber.

Vide Federicum de Senis consil. 77. & Doctores in l. 2. ff. de offic. eius cui man. est iurisd.

T*anta est vis.*] Sunt duę partes. Secũda ibi, *Si autem.* Abbas.

Casus. Aliquis filios suscepit de aliqua muliere, postmodũ ɔtraxit matrimonium cum eadem; quæsitum fuit, vtrum filij ante matrimonium suscepti legitimi sint habendi? Respondet Papa, q tanta est vis matrimonij, vt q ante matrimonium sunt geniti, post matrimoniũ legitimi habeãtur: tamen si vir vxore sua viuente aliã cognouerit, & ex ea prolem susceperit 1 nihilominus spurius filius est habendus, & repellendus ab hęreditate, licet post mortem vxoris cum ea ɔtraxerit, & pcipue si in mortem vxoris alteruter eorum aliquid machinatus fuerit, Nota arg. quòd qui ab initio nõ fuit legitimus, tractu temporis legitimus reputatur. Item principium considerandum est.

Cap. 6. eo. tit. in 1. cõpilatione. & post concilium Lateranen. sub Alexan. iij. par. 33. cap. 1. vbi est integra clausula.

Celebris est decretalis, de cuius intellectu et materia præ alijs Ferdinandus Vasquius lib. 1. cap. 41. controuersiarũ vsufrequentium, & Antonius Gabrielius lib. 6 communium concl. tit. de legitimatione, conclus. 1.

¶ *Glo. se. alleg. quinq. concor. quærit. alleg. negatiue. & contra soluit.*
l ¶ *Legitimi.*] Ecce quanta est vis matrimonij, vt illegitimos faciat legitimos. Institu. de nupt. §. vlt. in Authẽ. quomodo nati. effic. sui. §. si qs igitur dotalia. coll. 7. & C. de natu. li. l. cum qs. Instit. de hęr. q̃ ab intesta. defe. §. qbus. versi. necnon. & s. eo. c. 1. sed nũquid dices tales legitimos quo ad ordines & honores 4 Videtur q non: quia non sunt nati de legitimo matrimonio. s. de elect. cum in cunctis. & argo. 30. q. 5. qualis. sed credo q legitimi sunt quo ad omnia, qa matrimonium omnia præcedentia purgat: & sic proxima, siue etiá pcedens causa turpitudinis sublata est. sim. C. quod me. causa. l. 2. ff. de condi. ob tur. cau. si ob turpem.

Vide Cornelium iuniorem consil. 336. & Ruinam consil. 2. & consil. 211. volu. 1.

m ¶ *Aliam.*] scilicet consciam adulterij. s. eod. causam quæ. secus si ignoranter. arg. s. eo. cum inter. arg. ⁊. eo. ex tenore. s. de eo q dux. in matri. c. 1. contrarium videtur, 1. quòd talis non sit legitimus, qa hic non distinguitur. sed primum verius est. Ber.

¶ *Glossa sequens arg. sig. contrarium, & ibi remittit. secundo arg. & signat hoc contrarium.*
n ¶ *Licet post mortem.*] arg. q licet res deueniat ad eũ casum à quo incipere potuit, non tamen valet. Arg. ɔ. s. de cõuer. coniug. placet. vbi de hoc. Itẽ arg. qđ ab initio nõ tenuit, tractu tẽporis nõ valere. 56. q. 3. c. placuit. 3. potest. versic. qđ si priuatus. Arg. ɔ hic in prin.
¶ *Glossa sequens tractat de quadruplici filiatione: incidenter signat contrarium, & ibi remittit.*
o ¶ *Repellendus.*] Nota, q quidã filij dicunt legitimi tantũ, vt adoptiui siue arrogati, de qbus habes. s. de cog. le. c. vnico. Alij dicũtur legitimi & naturales, vt nati ex legitimo matrimonio vero vel putatiuo, siue ab initio, siue ex postfacto: isti succedũt parẽtib' suis. s. eo. cũ inter. & ⁊. eo. ex tenore. & s. eo. c. 1. C. de leg. hær. p totũ. Alij dñr naturales & nõ legitimi, vt nati ex cõcubinis in domo: isti succedũt in duab' vnciis ab intestato. C. de natur. li. Authent. licet patri.
Alij dicuntur

Alij dicuntur spurij, vt nati ex adulterio, vel vulgo concepti. ff. de sta. ho. vulgo. & isti in nullo succedũt, nec institui possunt à patre, vt in prædicta Authen. licet patri. & 32. q. 4. dicat aliquis. nec ali debent de bonis paternis, C. de incest. nup. Authen. ex complexu. Arg. contra ȷ. de eo. qui dux. in matrimo. cum haberet. ibi solutus.

¶ Idem Londonen. & Vigorien. epis.

¶ *De causa ciuili inter laicos non cognoscit ecclesia: cognoscit tamen, an quis sit de legitimo matrimonio natus.*

CAP. VII.

ij CAusam [a] †, quæ inter R. & F. super eo, quòd mater dicti R. dicitur non fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis cõmisimus terminandam. Verũ quia litteris nostris inseri fecimus, vt sæpefato R. possessionem omnium, quorum possessor extitit, quando auus suus proficiscendi Hierosolymam iter arripuit, ante principalis causæ ingressum faceretis restitui, si eadem possessione fuisset per violentiã spoliatus: Nos attendentes, quod ad regem [b] pertinet, non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare: ne videamur iuri regis Anglorum detrahere, qui ipsarum iudiciũ ad se asserit pertinere: Fraternitati vestræ mandamus, quatenus regi possessionum iudicium relinquentes, de causa principali videlicet, vtrum mater [c] prædicti R. de legitimo sit matrimonio nata, plenius cognoscatis, & causam huiusmodi terminetis: licet incongruum [d] videatur, vt matrimonium genitricis [e] præfati R. impetatur, quod ea viuente non fuit (vt dicitur) impetitum.

ij C *Ausam.*] Primo ponit cõmissio. Secundo eius forma & limitatio: ibi, *Verum*. Abbas.

a ¶ *Causam.*] Nota ordinẽ huius facti: Radulphus de quo habes ȷ. eo. causam quæ. & F. iste de quo habes hic, fuerunt fratres. R. iste suscepit Agatham de Anelina muliere vxore Alani: Agatha ista de legitimo matrimonio suscepit istũ R. de quo habes hic, & sic Radulphus fuit auus isti' R. Radulphus iste, s. auus iuit vltra mare, & dimisit istum R. & Agathã matrem ipsius R. filiã ipsius Radulphi in possessione omnium bonorum ipsius: audito ꝙ Radulphus mortuus esset vltra mare, iste F. statim spoliauit ipsum R. possessione omniũ bonorũ Radulphi aui sui, in quorum possessione remansit quando iuit vltra mare: q̃a dicebat Agathã neptem suã matrem ipsius R. non fuisse natã de legitimo matrimonio, vt ȷ. eo. causã q̃. & sic nec ipsa nec R. eius filius debebat succedere Radulpho fratri eiusdẽ F. sed ipse F. Vnde iste R. sic spoliatus ab F. auunculo suo impetrauit litteras sup restitutione sua ad illos epos Londoñ. et Vigorieñ. et Exonieñ. sub hac forma, vt ante ingressum principalis causę deberẽt cognoscere sup eo, ꝙ mater ipsius R. dicebatur de nõ legitimo matrimonio nata, ita tamen vt ante principalis causæ ingressum, deberẽt ei restituere hereditatem aui sui: sed q̃a rex turbatus & motus fuit, q̃d Papa iudiciũ possessorium commiserat illis, reuocauit iudiciũ istud de restitutione, quod pertinet ad regẽ, & mandat, vt pcedant sup quæstione originitatis ipsius Agathæ, put patet in littera: postea vero q̃a isti epi forsitan nõ pcedebant, iste impetrauit eandẽ causam cõmitti epis Exonieñ. Vigorieñ. & eidem Londoneñ. & quia F. habebat epm Londoneñ. suspectum, fecit illum remoueri, & loco illius substitui abbatem Herfordeñ. vt ȷ. de offi. dele. causam quæ. & ȷ. eo. causam. & sic habes hic totam continentiã istarum decretaliũ. & hæc decretalis deberet pcedere in titulo isto aliã. Ber. Nota, ꝙ iurisdictio temporalis non pertinet ad Papam. Itẽ Papa nõ intendit iuri alicuius detrahere. Itẽ de statu alicuius quærit post eius decessum.

¶ *Glo. seq. pro iurisdictione quod sit distincta alle. 7. iura, in contrarium alle. 4. & ponit opi. Hug. & contrariam Ala. & Tanc. quam approbat.*

b ¶ *Ad regem.*] Et sic patet, ꝙ iurisdictio spũalis & tẽporalis distincta est & diuisa. de conse. dist. 3. celebritatẽ. in fin. & in Authen. de fid. instr. circa princ. p vnam columnã. & sic Papa nõ habet vtranque iurisdictionem. arg. ȷ. eo. lator. & 23. q. 1. regũ. & 8. dist. quo iure. & 33. q. 2. inter hæc. in fi. & 23. q. 4. quæsitũ. arg. ꝙ Papa intromittit se de hereditate. arg. ɔ̃. ȷ. eod. c. 1. & 20 q. 3. pręsens. in fi. 15. q. 6. alius. & 24. q. 1. loquit. Hug. dixit ꝙ Imperator ẽ solo Deo habet potestatẽ in tẽporalibus, Papa vero in spiritualib'. & sic diuisa est iurisdictio. pri' enĩ fuit Imperator q̃ coronã reciperet á Papa, & gladiũ ab altari. 93. dist. legimus. q̃a ante fuit imperiũ, q̃ Apostolatus. Sed Ala. & Tan. dixerũt, ꝙ Imperator licet iperiũ a solo Deo dicat pcessisse, executionẽ gladij temporalis recepit ab ecclesia: Ecclesia enim est vnũ corpus: ergo vnũ solũ caput debet habere. Itẽ De' vtroq; gladio vsus est: vt not. de iud. nouit. hic adde q̃d ibi df. Item Moyses vtrumq; gladiũ habuit, cuius successor [f] est Papa. ppterea Papa ipsum confirmat, & cõsecrat, & coronat: & eum deponit. ȷ. de ele. venerabilẽ. & 15. q. 6. alius. hoc vltimum verius credo.

c ¶ *Mater.*] scilicet, Agatha.

d ¶ *Incongruũ.*] Quia crimina morte extinguntur. C. si re' vel accus. mor. fue. l. 1. & 2. & 3. 23. dist. quorũdã. & 33. q. 2. admonere. Et ideo post mortẽ nullus accusari potest nisi in tribus casib': vt de hæresi. 24. q. 2. sane pfert. & forte in crimine læsæ maiestatis pp bona & filios. arg. 6. q. 1. c. quæro. §. verum. & cap. si q̃s cũ militib'. & hic, ratione bonorũ quærit de delicto aliquorũ post mortem: scilicet vtrũ Agatha fuerit nata de legitimo matrimonio: dicebat enim nata de Anelina & Radulpho: & modo quæritur, vtrum inter eos fuerit legitimũ matrimonium. sic ȷ. eo. lator. & de statu alicuius quãdoq; quæritur pp bona. C. de liberali causa, principaliter. & C. ne de statu defunctorũ. l. q̃uis. Ber.

e ¶ *Genitricis.*] i. matrimoniũ de quo nata est Agatha genitrix pręfati R. vt dicit, & nõ de matrimonio de quo natus fuit R. quia non agitur de illo.

Margin notes: [1] Hæc facti narratio Bernardi est, & in antiquis codicibus reperitur. — [2] Cap. 9. eo. tit. in 1. compilatione & post concilium Lateranen. par. 33. cap. 4. — [3] Similis glossa extat supra de iudic. c. nouit. verbo: de iurisdictione. vbi de hoc articulo plenissime scripsit Martinus Nauarrus & Turrecremata l. c. cum ad verũ. 96. dist. & in summa de ecclesia lib. 2. cap. 113. & 114. sed sene q[ue] et declarat Bonifac. extrauag. vnam sanctam. de maior. & obed. — [4] Melius dixisset, Moysen fuisse typum & figuram Papæ.

¶ Idem episcopo & archidiacono Vincentino.

¶ *Si mulier per iudicium ecclesiæ separata à primo, viuente illo contrahit cum secundo, legitima erit proles, quã ex illo suscepit.*

CAP. VIII.

PErlatum † est ad audientiã nostram, quòd cum H. ad partes Constantinopolitañ. trãsisset [f], & ibi moram per decennium & amplius faciens, ad I. vxorem suam non rediens †, ipsa apud bonæ memoriæ Vincentinum episcopum, aduersus eum querelã deposuit: & quòd cum non posset diutius expectare, nihilominus allegauit. episcopus vero sicut vir prouidus & discretus, parentibus [g] viri mandauit, vt pro eo mitterent, & ipsum ad propria reuocarent: cumque elapso longi temporis spatio † vir non remearet ad propria, episcopus in conspectu ecclesiæ auditis rationibus mulieris, inter eos sententiã diuortij promulgauit [h]; & mulieri, vt alium duceret, facultatem indulsit. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si constiterit, quòd episcopus inter eos sententiã diuortij tulerit, filios quos sustulit de alio, ad cuius copulam auctoritate prædicti episcopi migrauit, legitimos iudicetis, eos hac occasione ab hæreditate nõ patiẽtes excludi.

P *Erlatum est.*] Sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secunda cõmissio: ibi, *Ideoque*. Abbas.

CASVS. Quidam H. nomine habens vxorem, ad partes Constantinopolitanas se transtulit: vbi p decem annos & amplius moram faciens, ad vxorem suam non rediit: vnde ipsa coram diœcesano epo, aduersus eum querelam deposuit: & q̃a ipsum vlterius expectare nolebat, eps mandauit parentibus, vt ipsum ad propria reuocarent: cum ergo diutius expectatus fuisset, nec rediret: eps auditis rationibus mulieris, inter eos sententiã diuortij pmulgauit, & dedit mulieri licentiam contrahendi cum alio: & sic auctoritate ecclesiæ contraxit cum alio, de quo filios suscepit: Contra filios istos obijcebat, ꝙ nõ erant legitimi, & ideo ab hæreditate paterna repellendi: Cõsultus Papa respondet, & mandat quibusdã, quatenus si constiterit, ꝙ eps inter eos sententiam diuortij tulerit, filios quos de alio ad cuius copulã auctoritate ecclesiæ trãsiuit, sustulit, legitimos iudicent, & hac occasione non patiantur eos ab hæreditate repelli. Nota, ꝙ filij nati de matrimonio auctoritate ecclesiæ contracto legitimi sunt habendi, licet matrimonium non fuerit legitimum.

f ¶ *Transisset.*] Causa [4] vagandi, secundũ Innocentiũ vel in odiũ mulieris: vt sic staret impedita: & sic absentia fuit maliciosa: p q̃d nõ obstat, sed concordat. ȷ. vt lite nõ cõtestata, quoniam. §. finaurẽ. & ȷ. de sponsalibus, de illis. secundum Hostien. Ioannes Andr.

g ¶ *Parentibus.*] & amicis similiter mittere debuit. ff. ex q. cau. maio. in integ. restit. l. ergo. & edictum publice ppont debet. ȷ. de dolo & contuma. causam quæ. & c. vlti. sed in hoc casu non est taliter procedendum, nisi se per contumaciam absentasset. ȷ. vt lite non contestata, quoniam. §. porro. & §. sequenti. Bernar.

¶ *Glossa sequens quærit arg. pro & contra. solvit respondens ad hoc cap.*

h ¶ *Promulgauit.*] Probato impedimẽto pperuo. Sed nunquid eps ille legitime pcessit lite non contestata. arg. ꝙ sic, ȷ. eo. pn. c. 1. & aliud factum

Margin notes: [5] Cap. 8. eo. tit. in 1. compilatione & post concilium Lateranen. par. 10. cap. 23. — [6] audiens. — [7] Adde quod dicamus esse longum tempus. not. Iulij. de vsu capio. §. 1. & in l. fi. C. de præscrip. longi temp. — [8] Hæc nota ex lectura Ioann. Andr. perperam irrepsit inter glossas Bernardi vel Bernardo ad fin.

illud factum vr̃ ex necessitate, ne ius mulieris periret. Sed ꝯ ſ. vt li te non contest. c. qm̃. §. porro. & §. seq. cui hodie standum vr̃. Sed vtrum ep̃s bene vel male processerit: nõ quærebatur, sed tm̃, vtrũ filij nati de alio viro cum quo auctoritate epi ꝯxit, legitimi essent: & rñdetur ꝙ sic, & non aliud. arg. ff. si quid in frau. pat. l. 1. §. si qd in fraudem. & quia de illo quæsitum non fuit, rñsum non extitit. sic ſ. de elec. innotuit. ad fi. & ideo filij isti legitimi erunt: quia auctoritate ecclesiæ, & publice con traxit. ſ. eo. c. 2. Ber.

Q *Vod nobis.*] Casvs. Dicitur hic, ꝙ nati de clandestino matrimonio postea ꝑ ecclesiam approbato, iudicentur legitimi. Nota, qđ ab initio non valoit, ex postfacto conualescit. Item ratihabitio retrotrahitur.

a ¶ *De clãdestino.*] quot modis matrimoniũ dicatur clandestinum, dicitur ſ. de cland. despõ. cum inhibitio.

b ¶ *Fuerint.*] post approbatum matrimoniũ ab ecclesia, seruata solẽnitate quæ traditur ſ. de clandesti. desponsatione, cum inhibitio. q̃a legitimi erunt, etiam si postea matrimoniũ separetur iusta de causa. secus si ante approbationem generati fuerũt de clãdestino matrimonio ab ecclesia non approbato, vel nõ seruata forma ꝓdicta, ꝯxerunt: quia filij non excusant, si ꝯ matrimoniũ aliqd postea probetur, vt in ꝓdicta constitutione cũ inhibitio. tales ergo filij, scilicet de clandestino matrimonio ante approbationẽ ecclesiæ nati, post approbationem legitimi erunt. 32. q. 4. dicat aliquis. & ĩ. eod. tanta arg. si postea ꝯ matrimonium aliquid non probetur: de quibus hoc intelligitur. ſ. de clandestina despõsatio. c. 2. cuius pars hæc est. & ĩ. eod. tanta. Bernar.

¶ Idem Beluaceñ. episcopo.

¶ *Filij nati ex matrimonio clandestino per ecclesiam approbato, sunt legitimi. hoc dicit inhærendo litteræ.*

C A P. IX.

QVod† nobis: & infra. ¶ Si qui autem de clandestino[a] matrimonio, postmodum ab ecclesia cõprobato, generati fuerint[b], eos legitimos iudices filios & hæredes.

¶ Celestinus tertius Eboraceñ. archiepiscopo.

¶ *Nati ex matrimonio contracto cõtra publicæ honestatis iustitiam illegitimi sunt, & ab hæreditate parentum excludendi. & tene menti hũc casum. quia sæpe per ignorantiam accidit.*

C A P. X.

REferente[c]† nobis: & infra. ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd publicæ honestatis iustitia prohibente, matrimonium inter eos contrahi non potuit, & cõtractum debuit separari[d]: ac per hoc cũ filij, nec per ecclesiæ permissionem[e], nec per paternam ignorantiam[f] excusentur, ad successionem bonorum paternorum non videntur aliquatenus admittendi.

R *Eferente.*] Si scientes inter se impedimentum, matrimonium contrahant, illegitima est proles eorum. Primo ponitur cõsultatio. Secundo responsio: ibi, *Fraternitati*. Abbas Siculus.

c ¶ *Referente.*] Casum[a] pone ꝑ illam. ĩ. de despõsatione impuberum. c. duo pueri. sic: Quidam ꝯxit sponsalia de futuro cum quadã: tandem illa mutata voluntate ꝯxit ꝑ verba de præsenti cum alio, & sic soluta fuerunt sponsalia priora: Ille vero qui sponsalia cũ ea ꝯxerat, matrimonium cum quadam consanguinea illius, ex certa scientia vtriusq; ꝯxit: de tali matrimonio nati sunt filij: Quærebatur an essent legitimi? & rñdetur ꝙ non: quia publicæ honestatis iustitia impediente, non potuit esse matrimonium inter eos: nec ignorantia excusat eos: q̃a parentes scienter ꝯxerunt: nec dispẽsatio ecclesiæ fuit secuta. Bernar. Nota ꝙ publicæ honestatis iustitia ĩpedit & dirimit matrimoniũ. Item paterna ignorantia nõ excusat filios.

d ¶ *Separari.*] sic patet, ꝙ impedimentum illud perpetuum est, ex quo impedit & dirimit matrimonium iam contractũ. sic ſ. de sponsa. ad audientiam. & cap. iuuenis.

¶ *Glo seq ponit duas lecturas.*

e ¶ *Permissionem.*] idest, ecclesia non approbante tale matrimoniũ. vel permissionem, idest, dispensationem: quia postea ecclesia cum eis non dispensauit, & ꝑ dispensationem ecclesiæ approbatur matrimonium causa filiorum. ĩ. de consanguini. & affinita. quia circa. ĩ. eod. per venerabilem. & 35. q. 8. c. 1.

¶ *Glo seq ponit tres casus, & primum moderatur.*

f ¶ *Ignorantiã.*] Paterna enim ignorantia vtriusq; vel alterius tñ excusat filios: siue legitimat[i] eos. ĩ. eo. ex tenore. & ĩ. eo. c. 2. Item subsequens matrimoniũ. ĩ. eod. tanta. & c. 1. Itẽ legitimatio principis. ĩ. eod. ꝑ venerabilem. hodie vero paterna ignorantia nõ excu-

sat filios omissa illa solẽnitate. ſ de clãdest. despõ. cũ inhibitio. Ber.

P *Eruenit.*] Primo ponitur mulieris q̃rela, sup qua datur iudex. secundo instruitur sup modo decidẽdi: ibi, *Mandamus*. Abb. Sic.

Casvs. Quidam post mortẽ parentũ Luciæ viduæ, nitebant eã remouere ab hæreditate paterna dicẽtes, eã non fuisse de legitimo matrimonio natã: ipsa vero dicebat, ꝙ ĩter G. patrẽ suũ & A. matrem ipsius, matrimoniũ fuit legitime celebratum, & q̃diu vixerunt, quiete insimul ꝑmanserũt sine reclamatione: & ideo legitima debebat iudicari: vnde mulier significauit hoc dño Papæ, & ipse mandat q̃buidam, quaten⁹ si est ita, ipsam viduam legitimam debeant iudicare. Nota, ꝙ ex quo matrimoniũ in facie ecclesiæ ꝯtctũ est, & simul manent tanq̃ vir & vxor, filij inde nati legitimi debent iudicari.

¶ Idem.

¶ *Ad docendum prolem illegitimã, non sufficit probare impedimentum matrimonij, si fuit in facie ecclesiæ contractum.*

C A P. XI.

PEruenit† sane ad nos ex insinuatione L. viduæ, quòd cum inter G. patrem suum, & A. matrem illius, matrimoniũ fuisset legitime celebratum, & quamdiu vixerunt, quiete permanserunt†, post illorum decessum quidam asserentes eam de non legitimo matrimonio fuisse susceptam, à paterna hæreditate, tamquam illegitimã amouere conantur: Mãdamus itaque, quatenus si est ita[g], dictam viduam legitimam nuncietis.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Statur dicto testium, qui probant aliquem legitimum, licet fama viciniæ, & tractatus parentum habeat contrarium.*

C A P. XII.

PEr† tuas litteras intimasti, quòd R. ex muliere, quam secundum opinionem maioris partis viciniæ in concubinam habebat, prole suscepta, quandam post, & aliam ea

¶ *Glo seq signat contrariũ: ponit duas opiniones, & solui: tertiũ signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Si est ita.*] Arg. ꝯ ĩ. eo. causam quæ. ibi mãdatur inquiri de matrimonio post mortẽ coniugum: hic aũt vr̃ denegari. Alan⁹ dicit, ꝙ hic lapsum erat q̃nquennium à morte cõiugũ, ibi non. arg. ff. ne de sta. defun. l. 1. & 2. & C. eo. tit. si is qui. & ꝑ totum. Vel hic mater dicebat nata de non legitimo matrimonio ĩpediente statu: vnde post mortẽ q̃ri non debet. Sed hoc est diuinare[4]. Vnde dicimus, ꝙ ex quo cõstat matrimonium in facie ecclesiæ ꝯctum, & bona fide filij legitimi sunt, vt hic: & ideo dicit, si est ita ꝙ legitime ꝯtctum sit: & hæc mulier probare debet. & sic intelligitur quod dicitur: sed ibi non constabat de matrimonio: quia dicebatur, ꝙ Agatha nata fuit eo tpe, quo Anelina mater eius habebat alium virum, & hoc aduersarius probare debebat: vt ĩ. eod. causam quæ. & hic non negatur quin alia pars possit probare ꝯtrium si voluerit: vnde si nihil probat, eo ipso ꝙ parentes istius in facie ecclesiæ ꝯxerunt, & approbante ecclesia simul fuerunt vsq; ad mortem, præsumitur legitimum matrimonium inter eos: quare filij legitimi sunt habendi, quousq; cõtrarium ostendatur. Aliud ꝯtrium fortius signatur. ĩ. eod. lator. & ſ. de ord. cog. tuam. ibi ille qui opponit aduersus legitime natum, debet hoc probare, hic contra; quod videtur iniquum. Potest dici, ꝙ hic non constabat de matrimonio parentum istius viduæ, nec erat cõis opinio, ꝙ illi fuissent legitime coniuncti: & ideo mulier debet probare narrationem suam. vnde dicit Papa: si est ita. arg. ad prædicta. ĩ. cap. proximo.

P *Er tuas.*] In prima ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, *Nos autem*. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam R. nomine, quandam habebat cõcubinam sm̃ opinionẽ maioris partis viciniæ: de qua filium suscepit, & postmodum ea dimissa, aliam accepit in vxorem: & illa concubina aliũ in maritum: ꝓcessu tpis idem R. in præsentia multorum, firmauit ꝓprio iuramento, ꝙ illam, quam videbat habere pro cõcubina, affidauerat ꝙ eam haberet in vxorẽ, & post fidẽ datam prolem suscepit ex illa: Tandem cum ageret in extremis, illũ quẽ susceperat ex illa, legitimũ filiũ appellans, hæredẽ sibi instituit: Sed cũ dubitaret, vtrũ filius sic susceptus esset legitimus hæres ipsius, cõmissum fuit cuidam iudici, vt de hoc cognosceret: iudex ꝓter illud qđ ex quadã decretali Alexandri habetur, vbi dr̃: ꝙ standũ est verbo viri & mulieris, testes recepit à filio ꝓdicti R. inductos: q̃libet ꝓbauit, ꝙ dict⁹ R. matrẽ ipsius affidauerat, anteq̃ illũ suscepisset ex ea: & ita illum ꝓnũciauit legitimũ hæredẽ ipsius R. dubitatũ fuit postea, an dict⁹

Ccc iudex

Margin notes (left): ¹ Hic lectura ... Hostien. & Ioannes And. & secũ ... — ¶ Cap. 3. tit. de clandestina despon. in 1. compilat. & post concilium Lateran. par. 50. cap. 17. Vide etiam in cap. cum inhibitio. supra de clandest. despõ. — ¶ Cap. 1. eo. tit. in 2. compilatione. Et de impedimento iustitiæ publicæ honestatis, tene quod diffinitum est in concilio Tridentino, sessio. 24. de reforma. matri. c. 3. adde quæ notantur in c. ad audientiam. supra de sponsalib. — ² Hic casus Bernardi est, & in antiqua Gregorij codicibus reperitur. — ¹ Quot modis illegitimi nati legitimentur, vide per eos, quos cito in cap. primo sequenti super glossa, in verbo: filium appellauit.

Margin notes (right): ¶ Cap. 2. eo. tit. in 2. compilat. — ¶ permanserint — ¶ Cap. 1. eo. tit. in 3. compilat. Et de materia textus & glossæ latissime hic ꝑ alios agit Præpositus. — ⁴ Intellectus autem diuinatorius repudiandi sunt à legib⁹, nisi cum valde vrgeat contrarietas, vt sentit Ripa in l. 1. num. 22. ff. de vulgar. & pupil. subst. ex sensu Bartoli ibi, et ... tati.

iudex legitime processisset? Consultus Papa, rñdet eidē iudici con siderans q plus est, qđ in veritate agitur, quàm qđ simulate concipitur, licet R. videatur ipso facto matrimonium denegasse, qđ inter eos fuerat celebratum, cum ad alia vota transiuit: tñ quia despõsatio p testes legitimos probata fuit, siue p verba de pñti, siue per verba de futuro carnali copula subsecuta fuerit celebrata: non tam inni tentes decretali Alexãdri, quæ in casu dissimili loquitur, quam inductis probationibus, rñdet Papa, iudicem legitime processisse, eius sñiam confirmans. Nota q veritas opinioni pfertur. Itē filij de matrimonio psumpto suscepti, legitimi sunt.

a ¶ *Ea.*] scilicet vxore, quam duxit, illa con cubina dimissa.

b ¶ *Affidauerat.*] idest, fidem dederat, q eam duceret in vxorem.

c ¶ *Ex ea.*] quam affidauerat.

d ¶ *Filium appellauit.*] eo ipso, q quis filium naturalem in extrema voluntate noiat filium, & heredem instituit, intelligit eũ legitimasse [2]. C. de nat. lib. Authen. item si qs. Et hoc intellige, si aliás legitimos non habet. in Authé. qb. mo. nat. effi. leg. §. si vero nó habés. coll. 6. Item si pater offerat filium naturalem imperatori, & fiat curialis, legitimus erit. in Auth. qui. mo. nat. effi. sui. §. si quis vero. coll. 7. Itē si nullo alio filio existēte, ipse filius naturalis patre defuncto, offerat seipsum curiæ, legitimus efficitur. in Auth. eod. tit. §. 1. & §. si quis vero. Item si pater filium naturalem in publico instrumento, vel cum subscriptione testium noiauit filium, nec adiecit naturalem, legitimus est. In Authē. vt lic. ma. & auiæ. §. ad hoc. coll. 8. Item est hic arg. q ex sola noiatione aliquis acquirit ius. 32. q. 4. dicat aliquis. & arg. ī. de psumpt. illud. & ī. de probat. p tuas. Insti. de adoptio. §. vlt. & ff. de proba. l. vlt. arg. ȝ. 2. q. 1. multi. in fi. 27. q. 2. inuenta. 23. q. 4. forte. C. de probat. neque. & l. non epistolis. & C. de lib. caus. l. iubemus. De hoc dictum fuit. ī. eod. transmissæ.

e ¶ *Commissum.*] idest, á iudice seculari causa filiationis fuit huic remissa. arg. ī. eo. lator. Vel forte á Papa fuit ei causa commissa.

f ¶ *Ex quadam decretali.*] ī. eo. transmissæ.

g ¶ *Comprobauit.*] sic videtur, q aliquis possit probare se filium alicuius. ī. de fil. presby. Michael. de hoc dicitur ī. eo. transmissæ.

h ¶ *Affidasse.*] supple, anteq̃ ipsum suscepisset ex ea: vnde postea p carnalem copulam subsequentem, fuit matrimonium psumptum inductum: ȝ quam psumptionem nó admittitur probatio in ȝrıũ. ī. de spon. is qui. alias si simpliciter probasset, q eam affidasset, non determinando tempus, insufficiens fuisset talis probatio. ī. de probatio. in præsentia. ī. de condi. appo. per tuas.

i ¶ *Agitur.*] C. plus val. quod agitur. per totum, in rubro & nigro.

k ¶ *Ipso facto.*] sicut ipso facto negatur matrimonium, sic & ipso facto renuntiatur matrimonio spirituali, siue priuilegio clericali. ī. de vita & hone. cle. c. vlt. sic opere ȝrio, vel facto negamus Christum. 22. q. vlt. cauete. & 15. q. 3. existimant. & sic psumitur, q á primo odio recessit. 33. q. 1. requisiti. & q. 2. c. r.

l ¶ *In casu dissimili.*] Nam ibi parentes testificabantur ȝ illum, qui dicebat se eorum filium, hic vero pro ipso ȝ filio: & ita multum prodest filio dictum parentum. ff. de probat. & ff. de lib. agno. l. 1. §. Iulianus. & ī. de præsump. afferte. & C. de rei vxo. act. l. vnica. §. si liceat. & ff. de probat. l. vltim. ff. ad Carbo. l. 1. §. si quis. & l. quod Labeo. Io.

¶ alias

[1] Hæc glossula nec est Bernardi, nec habetur in vetustis codicibus.

¶ Præter Doctores hic vide Panormitanum in c. fi. de mutuis petitio. & Iasonem in l. neque professio. C. de testamē.

[2] Ex hac glossa habes varios modos, quibus illegitime nati legitimantur. hos & alios recẽset late Cassaneus sup consuetudines ducatus Burgundiæ Rubrica des successions des Bastards. in §. 3. in verbo: ab intestat. & Sotus lib. 4. senten. distin. 41. q. 1. art. 4.

¶ transiuit

defuncta, duxit in vxorē: & ea [a] de qua prolem susceperat, virũ sibi alium copulauit: processu vero temporis idem R. in præsentia multorum, firmauit proprio iuramento, quód eam, quam habere visus fuerat concubinam, prius affidauerat [b] in vxorem, quàm ex ea [c] filium genuisset: & postea cum † ageret in extremis, eum, quem ex ea susceperat, in testamento hæredem instituens, legitimum filium appellauit [d] †. Cum autem tuæ inquisitioni fuisset cõmissum [e], an filius sic susceptus, legitimus esset hæres ipsius R. & ad eius patrimonium admittēdus: tu præter id, quod ex quadã decretali [f] bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædecessoris nostri, standum esse super hoc verbo viri & mulieris credebas: receptis testibus à filio eiusdem R. productis, quibus legitime comprobauit [g], prædictum R. matrem suam in capella sancti Sergij affidasse [h], cum ipsius R. hæredem esse legitimum iudicasti. ¶ Nos autem attendentes, quòd plus est, quod in veritate agitur [i], quàm quod simulate concipitur: licet dictus R. cum ea dimissa, quam vt concubinam habuerat, ad alia vota transiuerit †, videatur ipso facto [k] matrimoniũ, quod inter eos celebratum fuerat, denegasse: quia tamen desponsatio per testes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit: siue desponsatio ipsa fuerit de præsenti, vt per consensum legitimum per verba de præsenti expressum, copula matrimonij inter eos fuerit celebrata: siue per verba de futuro, carnali copula subsecuta: non tam decretali dicti prædecessoris nostri, quæ in casu dissimili [l] loquitur, quàm inductis probationibus innitentes, te processisse legitime respondemus, sententiam tuã auctoritate Apostolica confirmantes.

¶ Idem nobili viro G. Montis Pessulani.

¶ *In terris ecclesiæ Papa potest libere illegitimos legitimare, in terris vero alienis non: nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus: tunc tamen indirecte, & per quandã consequentiam intelligitur legitimare, etiã quo ad temporalia: hoc tamen vltimum non est sine scrupulo. hoc dicit secundum intellectum, qui placet Panormitano, & est caput difficile, & multum famosum.*

CAP. XIII.

PEr † venerabilem fratrem nostrum Arelateñ. archi-

PEr venerabilem.] Post Abbatem Io. And. summat sic: Papa non legitimat in tpalibus alienæ iurisdictioni subiectos. hoc dicit. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima petitio. In secunda rñsio: ibi, *Quod autem.* Secunda subdiuidit in quatuor: In prima pbat gnq; ronibus, q dispensationẽ petitam facere potest. In secunda: ibi, *Videbatur.* ponit similitudinẽ, quã inducebat petitor, quã gnq; rónib' improbat. in tertia: ibi, *Rationibus.* pbat auctoritate veteris testamenti & noui, q vbiq; terrarũ certis ex causis inter Christianos potest se Papa de tpalibus intromittere. In quarta: ibi, *Licet.* petitionẽ exaudire noluit, quia omnia lex ȝdicebat. Abb. Sicu.

CASVS. Nobilis vir G. de Monte Pessulano, legitima sua vxore exclusa, aliã superduxit, de qua filios suscepit; tandem per archiepm Arelateñ. petijt à dño Papa, vt filios suos legitimaret, quaten' eis natalium obiectio, seu exceptio non noceret quo minus sibi succederet: q dispẽsare possit, ostẽdit pluribus rónibus: Primo sic: Apostolica sedes diuersis causis inspectis dispẽsauit cum quibusdam minus legitime genitis, nó solum naturalibus, sed etiam adulterinis, vt possent in epos pmoueri: multo fortius vř, vt eos ad actus legitimare possit seculares, pcipue vbi superiorẽ alium pter Romanum Pontificem nõ cognoscãt, q legitimandi habeat potestatẽ: qa quod potest in maiori, multo magis potest in minori: Secundo probat idem p simile tale: eo enim ipso, q aliquis ad dignitatem epalem pmouetur, eximitur à patria potestate: Præterea si eps scienter seruum alterius in pñbyterum ordinaret, liber efficitur, licet ordinator satisfacere Dño teneat. mõstruosum enim videretur, vt qui ad actus spirituales legitimus fieret, ad actus seculares illegitimus remaneret: Vnde eoipso q in spũalibus dispensatur, p consequentiam intelligitur in tpalibus dispẽsatum: Sed in patrimonio beati Petri illud potest Apostolica sedes libere facere, in quo summi principis obtinet potestatem. Tertio etiam videbat ex hoc posse trahere audaciam postulandi: quia rex Frãciæ reginã Francorum vxorem suam dimisit, & aliã superduxit, ex qua filios suscepit (sicut & iste nobilis) cum quibus Papa dispensauit, sic cum filiis istius nobilis poterat dispensare: Postmodum rñdet Papa, ad id qđ dictum est, q dispensauit cum filiis regis Franciæ, dicens q res illa non similis, sed valde dissimilis inuenitur: Rex enim Franciæ à regina fuit p legatum sedis Apostolicæ per sñiam separatus, sed iste nobilis temeritate ppria vxorẽ suã deiecit, & rex Franciæ anteq̃ ad eum prohibitio perueniret de non ӡhendo cum alia, superduxit aliam, ex qua filios suscepit: Sed iste nobilis in contẽptum ecclesiæ aliam superduxit: pterea rex Franciæ circa matrimonium impedimentũ affinitatis obiecit, & corã legato testes induxit, qui sñiam tulit, quæ reprobata fuit solum pp iudiciarium ordinẽ non seruatum: iste nihil obiecit propter qđ separari deberet: & vtrum filij regis legitimi fuerint, vel illegitimi, potest non immerito dubitari quandiu pendet qstio affinitatis oppositæ: qa si affinitas opposita approbata fuerit, apparebit, q illa non fuit vxor regis, & ita per consequẽs alia legitima apparebit, & ita filij legitimi fuerũt. Præterea cum rex superiorẽ in tpalibus nullum habeat, sine iniuria alicuius se poterat sedi Apostolicæ subijcere, in quo videri posset aliquibus, q p seipsum, nó tamq̃ pater cum filiis, sed tamq̃ princeps cum subditis posset dispensare: Iste vero nobilis alij est subiectus.

Ilus ergo

¶ Cap. 2. extit. in 3. compilatione.

Et de materia textus & glossarũ præter Doctores hic vi de Couarruuiam in epitome lib. 4. decretalium par. 2. cap. 8. §. 8.

episcopum [a] tua nobis humilitas supplicauit, vt filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quominus tibi succederent, nataliũ obiectio nõ noceret. Quod autem super hoc Apostolica sedes plenam habeat potestatẽ [b], ex illo videtur, quòd diuersis causis inspectis, cum quibusdã minus legitime genitis, non naturalibus [c] † tantum, sed adulterinis [d] etiam dispensauit, sic ad actus spirituales illos legitimans, vt possint in episcopos promoueri: ex quo verisimilius creditur, & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat seculares: præsertim [e] si præter Romanos Põtifices inter homines superiorem [f] aliũ non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem: quia cũ maior in spiritualibus tã prouidentia, quàm auctoritas & idoneitas requiratur [g]: quod in maiori conceditur, licitum esse videtur & † in minori [h]. Per simile quoque id videtur posse probari, cũ eo ipso, quòd aliquis ad apicem episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate [i]. Præterea etiã si simplex episcopus, scienter seruum alterius in presbyterũ ordinaret [k], licet ordinator satisfacere Domino teneretur, ordinatus tamen iugum euaderet seruitutis: videretur † siquidem mõstruosum, vt qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret. vnde cum in spiritualibus dispensetur †, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autem in patrimonio beati Petri [l] libere potest Apostolica sedes efficere, in quo & summi Pontificis auctoritatem exercet, & summi principis exequitur potestatem. ¶ Videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam postulãdi, quòd cum Rex Francorum I. reginam dimiserit, & ex alia postmodũ superducta puerũ susceperit & puellam, & tu similiter exclusa legitima, superduxeris aliam, ex qua filios suscepisti: sicut cum filiis regis eiusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate Apostolicæ sedis dispensandum. Verum si veritas diligenter inspicitur, non res similis, sed valde dissimilis inuenitur: nã Rex ipse à Regina per Remenũ archiepiscopum Apostolicæ sedis legatum, fuit per sententiã [m] separatus: tu vero vxorem tuã à te temeritate propria separasti [n]: Ipse quoque priusquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera peruenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse: sed tu in contemptum ecclesiæ, aliam superducere attentasti. Præterea rex ipse contra matrimonium impedimẽtum affinitatis obiecit, & coram præfato archiepiscopo testes induxit: cuius sententia, quia cassata fuit solummodo propter iudiciariũ ordinem non seruatum [o]: Nos

Istis ergo rõnibus cõsideratis Papa dispensauit cũ filiis regis Franciæ, causam trahens tam ex veteri testamento q̃ ex nouo: quia non solum in patrimonio beati Petri, in quo plenam habet potestatẽ in tpalibus, verumetiam in aliis regionibus, certis causis inspectis casualiter iurisdictionem tpalem exerceret, & hoc ostendit p legem veteris testamẽti. Si difficile & ambiguũ apud te iudicium esse pspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, leprã & leprã, & iudiciũ inter portas videris variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tpe, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Tandem exponit auctoritatẽ Deuteronomij qd intelligẽdum sit per eam: exposita auctoritate veteris testamenti, dicit Papa, licet cum filiis regis de quibus ab initio dubitabatur, an legitimi fuerint, duximus dispẽsandum: quia tñ tam lex Mosaica, q̃ canonica sobolem ex adulterio susceptam detestatur, dicente Dño, q mamseres & spurij vsq; ad decimam generationem nõ intrabunt ecclesiam, & canon vetat tales ad sacros ordines promoueri, & sm leges à paterna hæreditate repelli debent, & denegari alimenta, etiam petitioni istius nobilis non duximus annuendum. Nota, q in causa matrimoniali vbi agitur de fœdere matrimonij, ordo iudiciarius est seruandus, alias non tenet sententia. Item matrimonium quod non tenet, non impedit aliud matrimonium qd de iure potest valere, cum postea cõstiterit q primũ nullum fuit, & filij de secundo nati legitimi sunt. Item aliquis facit aliquid cum filiis non tamq̃ pater, sed tamq̃ rex. Item Papa potest legitimare ad ambos actus spirituales & tpales, vbi habet vtramq; iurisdictionem. Item in certis casibus iurisdictionem tpalem potest exercere in aliena tẽporali iurisdictione. Item excõicatus, mortuus reputatur. Item spurij ad sacros ordines non debent promoueri, & secũdum leges non succedunt, quibus etiam alimenta denegantur.

¶ *Glossa sequens soluit contrarium.*

a ¶ *Arelaten. archiepiscopum.*] nunc: olim fuit sedes epalis: vt 8. q. 3. Artaldus. & fuit suffraganeus Narbonensis, vt ibi.

¶ *Glossa sequens recitetur per quæstionem, an Papa quo ad successionem legitimet. arg. quòd non. ponit opinionem Ioannis, soluit contrarium, & subdit tertiam opinionem.*

b ¶ *Habeat potestatem.*] ex eo enim q legitimat aliquem in spiritualibus, per consequentiam & in tpalibus, prout ipse Papa argumentatur hic: p hoc tñ q legitimat aliquem in spiritualibus, non probatur, q habeat iurisdictionem in tpalibus: legitimare enim ptinet ad voluntariam iurisdictionem. ff. de officio procõsulis. l. 2. item quia ad Papam nihil spectat de tpalibus. s. eod. causam quæ. & c. lator. & s. de iud. nouit. nisi in casibus. s. de foro compe. licet. & c. ex tenore, vt ibi dr: & sic vr q Papa quo ad tẽporalia legitimare non possit, vbi non habet tpalem iurisdictionem. Ad hoc dixit Ioannes, q dñs Papa non habet potestatem legitimandi in tpalibus: sed eo ipso, q legitimat aliquem quo ad spiritualia, per consequens legitimat etiam quo ad tpalia, quæ sunt minus digna, & sic legitimat per consequentiam, sed non directe: sæpe enim permittitur aliquid indirecte, quod non permittitur directe. arg. 4. q. 3. c. si testes. §. seruus. 2. respon. & ff. de auctoritate tuto. l. 1. Ioannes adhæsit allegationi, quam ponit hic dñs Papa: sed cõtrarium credo, scilicet q dñs Papa non possit legitimare aliquẽ quantũ ad hoc, vt succedat in hæreditate tamq̃ legitimus hæres, qui non sit: dico de sua iurisdictiõe tpali, sic enim esset mittere falcem in messem alienam, & vsurpare alienam iurisdictionẽ. qd esse non debet: s. de iud. nouit. & 6. q. 3. scriptum est. & priuare aliquem iure succedendi. Vnde credo, q non possit legitimare nisi quo ad actus spirituales: tñ quidam legitimationẽ extendunt ad honores seculares, vt per hoc intelligatur esse legitimatus, vt possit esse iudex, & habere huiusmodi honores tpales, quos alias habere nõ posset: & in hac sententia fuerunt Laurẽtius Vincentius & Tancredus.

c ¶ *Non naturalibus.*] Naturales large oẽs appellantur, præter adoptiuos & spirituales: 30. q. 3. §. 1. plerumque enim illi tantum qui ex liberis concubinis nascuntur, vt hic, & 32. q. 4. liberi.

d ¶ *Adulterinis.*] vt puta filiis presbyterorum, qui cum fornicantur, adulterantur, cum sint quasi mariti ecclesiarum: vt 56. distin. Cenomanensem.

e ¶ *Præsertim.*] idest, maxime, secundũ Ioannem. secundum alios præsertim, idest, tantũ.

f ¶ *Superiorem.*] Papa enim super omnes est. 96. distin. duo sunt. & 9. q. 3. cuncta. & s. de maioritate & obedientia. solitæ.

g ¶ *Requiratur.*] supple, quantum ad temporalia.

h ¶ *In minori.*] 95. distin. illud. 16. q. 2. cap. 1. & s. de deci. ex parte. Et econuerso cui interdicitur minus, & maius interdictum esse videtur. j. de sententia excommun. cum illorum. & 74. distin. gesta. & ff. de ser. exportandis. error. §. cui. & ff. de interdict. & relegat. l. relegatorum. §. solet.

i ¶ *A patria potestate.*] 53. dist. cap. si seruus. & in Authen. constit. quæ de dig. lib. fil. à pa. po. §. palam. coll. 6.

k ¶ *Ordinaret.*] 54. dist. si seruus absente. & c. ex antiquis.

l ¶ *Beati Petri.*] Dicebat Ioan. maxime. Sed tu dic tantum, vt dixi s. quia quo ad forum seculare non potest legitimare, nisi princeps ei permitteret. in seruo scienter ordinato secus est, sed ipse tenetur Domino satisfacere, vt hic dicitur.

m ¶ *Per sententiam.*] cui standum erat, donec in contrarium probaret. s. de re iud. sicut. & s. de renun. in præsentia. licet iniqua. ff. de iust. & iure. l. penult. §. 1. & ff. de reg. iur. res iudicata.

n ¶ *Separasti.*] quod facere non debuit, etiam si causa esset manifesta. j. de diuor. porro. cum talis separatio sit pœna, quæ non debet inferri nisi per iudicem 2. 33. q. 2. c. fine. §. in hoc.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

o ¶ *Iudiciarium ordinem non seruatum.*] vt 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. & arg. s. de proba. qm. & s. de elec. dudum. & j. vt lite nõ contestat. acce-

Qui dicuntur filij naturales, adulterini, spurij, & alij illegitime nati, & quomodo nunc appellantur, vide plene per Illustrissimũ Cardinalem Paleotũ in libro de nothis & spuriis filiis.

Aliàs, etiã in minori.

videtur

De materia huius glos. in simili dispensatione vide Praepositum, Turrecrematã, & alios in cap. si quis, 6. q. 1. & Hieronymũ Gigantem in tract. de crimine læsæ maiestatis, lib. 3. tit. de pœnis quas hic incurrunt. c. 1.

dispensatur

Adde, & ecclesiastici. concilij Trident. sess. 24. de reformat. matri. de sacramento matrimonij cano. 12.

testes accedens.arg.§. ꝭ.vt lite non contest.c.1.& c.quo.§.1.vbi dr, ꝙ ordo iudiciarius nõ vsquequaq; seruatur in causis matrimonialibus, sed hic cassata fuit pp hoc snia. Illa õria intelliguntur qñ altera pars est absens p contumaciam:tunc enim ordo iuris non seruatur p oia, immo testes recipiuntur lite non contestata,& fertur snia pp periculum fornicationis:vt s cap.qm. sed vbi altera pars non est absens, sed præsens vtraq; pars, debet ordo iuris seruari: alias non valet snia, vt hic. Et dic cassata, idest, cassa & irrita nunciata: vt c. accedens. s. vt lite non contest.

a ¶ *De tribus bonis coniugij.*] Nota, ꝙ tria sũt bona matrimonij, vt hic dicit, scilicet fides, proles, & sacramentũ. 27.q.2.oẽ itaq;.32.q.1. nõ enim in sola. Fides, quia nullum adulteriũ dr̃ fides tori coniugalis:vt capitulo,non enĩ. Proles, idest, ipse Deus. Sacramentum, quia nullum debet esse diuortium: vt cap.oẽ. Vbi alterum istorum non seruatur, frangitur lex matrimonij. Iste non seruauit ista tria, scilicet fidem, quia cũ alia adulterium cõmisit, sed rex Franciæ non fecit hoc, pp sniam:& q̃uis fides non seruetur, matrimonium tamen durat: vt hic dicitur.

b ¶ *Violasset.*] idest, dissoluisset: quia in nullo casu soluitur matrimonium post carnalem copulam, nisi in casibus. ĩ. de diuor.gaudemus.

¶ *Glo. seq. vocitatur per quæstionem.*

c ¶ *Dubitari.*] & sic ex futuro euentu pendet, an sint iudicandi legitimi.arg.s.de frigi.& male.fi. c.fraternitatis.in fi. Sed certe õrium vr̃ si scm matrimonium õctũ fuit auctoritate ecclesiæ ex vi sniæ latæ, & toleratum fuit:lite pendente super primo, filij legitimi erunt.ĩ.eod per latum. & cap. cum inter. & cap. referẽte.arg. & ita sine aliqua dispensatione legitimi erunt.

post restitutionem reginæ, alios cognitores duximus deputandos: tu vero vxori tuæ, nihil quod diuortiũ induceret obiecisti: cum & si fides tori sit vnũ de tribus † bonis coniugij[a], nõ tamen ipsius violatio coniugale vinculum violasset[b]. De filiis ergo eiusdem Regis, vtrum legitimi vel illegitimi fuerint, quandiu pendet quæstio affinitatis obiectæ, potest non immerito dubitari[c]. Nam si affinitas fuerit comprobata[d], prædictã reginam non esse regis coniugem apparebit, & per consequens alia videbitur sibi legitime copulata, & filios ei legitimos peperisse. Insuper cum rex superiorem in temporalibus minime recognoscat[e], sine iuris alterius læsione, in eo se iurisdictioni nostræ subijcere potuit[f]: in quo videretur aliquibus, quòd per seipsum (nõ tanquam pater cum filiis, sed tanquam[g] princeps cũ subditis †) potuit dispẽsare: tu autem nosceris aliis subiacere: & infra.

¶ Rationibus igitur his inducti, regi[h] gratiã fecimus requisiti: causam tã ex veteri, quàm ex nouo testamento trahentes: quòd non solum in ecclesiæ patrimonio[i], (super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem) verumetiam in aliis regionibus, certis[k] causis inspectis, temporalem iurisdictionẽ casualiter exercemus; nõ quòd alieno iuri præiudicare velimus, sed quia sicut in Deuteronomio continetur: Si † difficile & ambiguum apud te iudiciũ esse perspexeris inter sanguinem[l] & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium inter portas videris variari[m], venies ad sacerdotes[n] Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: qui iudicabunt tibi iudicij veritatẽ: & facies quæcunq; dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, decreto iudicis morietur. Sane[o] cum Deuteronomium, lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli[p] comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo testamẽto debeat obseruari. Locus enim quem elegit Dominus, Apostolica sedes esse cognoscitur: cum enim Petrus vrbem fugiens † exiuisset, volens eum Dominus ad locum quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo, Domine quo vadis? respondit, venio Romam iterum crucifigi: quod † intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus[q]. ¶ Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico, in executione sacerdotalis officij coadiutores existũt. Is vero super eos sacerdos siue iudex existit, cui Dominus, inquit, in Petro: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Eius vicarius, qui est sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech, constitutus à Deo iudex viuorum & mortuorũ. Tria quippe distinguit iudicia: Primũ inter sanguinem & sanguinem[r], per quod criminale intelligitur, & ciuile[s]: Vltimum inter lepram & leprã, per quod ecclesiasticũ & criminale[t] notatur: Mediũ[u] inter causam & causam, quod ad vtrumq; refertur, tam ecclesiasticum quàm ciuile: in qui-

& ĩ. de iure patro. per nras. Ioan.

h ¶ *Regi gratiam.*] quia non potuit rex legitimare filium suũ, licet posset alienum: vel quia licet eum posset legitimare vt subditum, tñ vt succederet alij: non tñ vt succederet sibi.arg.8.q.1. in scripturis. & 24.q.1.didicimus.immo vr̃ ꝙ ipso iure legitimi erant, cum nati fuissent de matrimonio auctoritate ecclesiæ cõtracto.sed non est ita: vt s. dictum est in nocula, maxime.

i ¶ *Patrimonio.*] illos tñ de patrimonio suo legitimare potest: vt dictum est supra.

k ¶ *Certis causis.*] scilicet, cum requirimur. & hoc pbatur auctoritate Deuter. scilicet, cum variatum est inter iudices, siue ambiguum, tũc recurritur ad iudiciũ ecclesiæ: vt ĩ. sequitur. & licet ex certis causis, nõ ideo est ordinarius quo ad tpalia. ĩ. de offi.ord. pastoralis.§.rñio. sed casualiter: vt dicit littera. ĩ. de foro competent. licet. cap. ex tenore. & cap. ex parte. Et ita est hic arg. de iurisdictione distincta. ĩ.eod.causam quæ.vbi de hoc. & ĩ de iudic. nouit.& s.de appellat.si duobus.

l ¶ *Inter sanguinem.*] Hæc verba exponuntur inferius.

m ¶ *Videris variari.*] inter iudices siue sapientes.

n ¶ *Venies ad sacerdotes.*] Arg.qd̃ ex defectu iudicis secularis recurritur ad ecclesiasticũ. ĩ. de fo. cõpe licet.& 23. q. 5. administratores.

o ¶ *Sane.*] Hic incipit Papa exponere auctoritatem Deuteronomij.

p ¶ *Ex vi vocabuli.*] interpretatur enim noua lex antiquam.

q ¶ *Reuersus.*] ipse Petrus, & ibi postmodum martyrium sustinuit 3. 2. q. 6. Beati Petrus & Paulus.

r ¶ *Inter sanguinem & sanguinem.*] Hæc est expositio eius quod præmisit i auctoritate Deuteronomij.

s ¶ *Ciuile.*] hoc est seculare iudicium.

d ¶ *Comprobata.*] maxime: quia & si non fuerit comprobata, & restituatur viro, nihilominus proles legitima erit nata ex secũda vxore, quam auctoritate ecclesiæ recepit post sententiam latam: vt dixi in proxi. not. sed non est verum: quia sententia non tenuit propter ordinem non seruatum, & ideo necessaria esset dispensatio si non probaretur affinitas.

e ¶ *Minime recognoscat.*] de facto, de iure tñ subest Romano imperio. 7.q.1. in apibus. De hoc dicitur. s. de elec. per venerabilem.

f ¶ *Subijcere potuit.*] ff. de iurisdict.om.iud.est receptum.

g ¶ *Tamquam princeps.*] Nota, ꝙ facit aliquid non tamq̃ rex: vt ĩ. de elect. ꝙ sicut.§.penult.& cap.cum inter canonicos.& c.cum inter vniuersas.& 23.q.4.si ecclesia.in fine.& ff. de adop.si consul.§.1.& ff. quod cuiusque vni.inter eorum. §.1.& ita rex erit hic actor & iudex proprij facti.& licet forte rex hoc facere posset, melius tñ facit si abstinet a talibus.ff.de offi. procon.ne quicquam. ne videatur præstare auctoritatem suo proprio facto: vt s. de instit.cap.vlt.

t ¶ *Criminale.*] idest, ecclesiasticum secundum canones.

u ¶ *Medium inter causam.*] Nota, ꝙ ista tria iudicia sic clarissime secundum Hostiensem possunt exponi: Primum, inter sanguinem & sanguinem istud est criminale, ciuile siue seculare, quod idẽ est hic, vt quia accusator dicit esse probatum ꝙ reus sanguinem fudit, id est, aliquid criminale commisit, puta homicidium, adulterium, furtum: vel aliquod aliud simile. Vltimum inter lepram & lepram, quia accusator dicit reum esse infectum lepra hæresis, vel simoniæ siue sacrilegij, vel alterius criminis ecclesiastici, & reus negat. Medium inter causam & causam, quia actor dicit, ꝙ reus tenetur sibi in centum ex mutuo vel cõmodato, vel alia ciuili actione, vel etiã teneris mihi ad decimas præstandas, vel habeo ius patronatus in ecclesia ista, vel alia simili actione ecclesiastica, & reus negat. In his enim omnibus si quid difficultatis emerserit, est ad sedem Apostolicam recurrendum. s. de appel. vt debitus. & s. de baptismo. cap. maiores.

x ¶ Præcipi-

Hodie dic vt in concilio Viennensi de iudi. c.dispendiosam.

Vide beatum Augustinum sup Genesim ad literam.lib. 9.c.7.& Petrum Lombardũ lib. 4. sent. dist. 31. vbi plenissime de his tribus coniugij bonis.

De materia huius glossæ vide plene p Dominicũ Sotum lib. 4. senten. dist. 31. q. 1. art. 2.

Refert hoc B. Ambros. lib. 5. epistolarum epistola 32. in cap. Dalmatinus me tribunus.

Alias stat quod Petr. intelligens pro se.

Matt. 16.

Psal. 109.

Quod dic vt not. infra de elect. fundamẽta. lib. 6. Ioan. An.

Hæc glossa non est Bernardi, nec habetur in antiquis codic. b', sed est lectura Ioannis Andr. perperã collecta, hic tamen fuit inserta...

a ¶ *Præcipitur.*] 11.q.3.absit.
b ¶ *Mortuus.*] 11.q.3.nihil.& c.sic debet.& 24.q.3.corripiantur.
c ¶ *Canonica.*] 56.dist.c.1.& ĩ.de fil.psby.c.1.& 15.q.8.cũ multæ.
d ¶ *Detestatur.*] nisi cũ eis fuerit dispẽsatũ.56.dist.Cenomanẽsem.
e ¶ *Manzeres.*] De his dictum est.ĩ.de renunc.nisi cum pridem.§. personæ.

dr ĩ.de clan.despon.cum inhibitio. Sed nunquid idem esset si aliquis crederetur liber cum esset seruus, vt filius eius propter opinionem ecclesiæ iudicetur liber, & legitimus quo ad ordinem? Non: vt C.solut.matrimo.l.3. Argumen.contra.ff.solu.matrimo.l.si cum dotem.§.vltimo.

f ¶ *Canone*] ĩ. de electioni.cum in cunctis.

¶ *Glo.seq.signat contrarium,& ibi remittit.*

g ¶ *Etiam alimenta.*] C.de natu.libe. Authẽ. licet patri. & C. de incest.nupt.Authẽ.ex cõplexu.Arg. ʒ.ĩ.de eo q duxit in matri.cum haberet.Solu.ibi.

EX *tenore.*] Sunt duę partes. In prima iudicum consultatio. In secũda rñsio, & eius ratio:ibi, *Intelligentes.* Abbas Siculus.

CASVS. Quædã vidua petebat hæreditatẽ quondam R.mariti sui restitui sibi,& filio pupillo:pars aduersa petitionem suam repellere nitebat,pro eo q dictũ R. maritum ipsius de adulterio genitũ assere bat,dicens, qđ pater dicti R.viuente vxore legitima, aliam M. noĩe superduxit, ex qua dictum R. maritũ ipsius viduę suscepit:pars viduæ rñdebat, qđ dicta vidua nesciens q pater dicti R. aliam haberet vxorẽ,cũ eo ɔ̃xit in facie ecclesiæ:vnde dict⁹ R.filius ipsius debebat legitimus reputari: cũ illegitimi dici non debeant, qui de adultera conscia non nascũtur: Iudices qui de hac materia cognoscebant,super hoc dubitantes consuluerunt dñm Papã: Vnde ipse intelligẽs,q pater ipsius R.matrem eius in facie ecclesiæ ignarã qđ sibi aliã matrimonialiter copulasset,duxerit in vxorẽ,& dum legitima putaret vxor,ipsum R.suscepit ex ea, in fauorẽ prolis dictum R. legitimum iudicauit. Nota,q ignorancia alterius parentis facit quod filij de tali matrimonio nati legitimi sunt,& fauor prolis ad hoc coadiuuat.

1. Cor. 6.

† perfidi

Deut. 23.

† manzeres qui dicantur, vide Couarruuias libro 4. decretal. par.2. c. 6.§.1.

† Aliàs secundum petitionem tuam non duxim⁹ admittendam.

† Aliàs H. & F.

† Cap.3. eo. tit.in 3.compilatione. Et vide Baldum in l.qui obera. C. de incestis nupt.

bus cum aliquid fuerit difficile vel ambiguum,ad iudicium est sedis Apostolicæ recurrẽdum: cuius sententiã,qui superbiens contempserit obseruare, mori præcipitur[a] ,id est, per excommunicationis sentẽtiam velut mortuus[b] à communione fidelium separari. Paulus etiam, vt plenitudinem potestatis exponeret, ad Corinthios scribens ait: Nescitis quoniam angelos iudicabitis? quãto magis secularia? ¶ Licet igitur cũ filiis sæpedicti † regis (de quibus an fuerint legitimi ab initio, dubitatur) duxerimus dispensandũ: q tamen tam lex Mosaica, quàm canonica[c], sobolem susceptã ex adulterio detestatur[d], testãte Domino, quòd manzeres[e] † & spurij, vsque in decimam generationem in ecclesiam non intrabunt: canone[f] vero vetante tales ad sacros ordines promoueri: secularibus quoque legibus non solum repellẽtibus eos à successione paterna, sed negãtibus ipsis etiam[g] alimenta, petitioni † tuæ nõ duximus annuendum.

¶ Idem H. † & R. canonicis Beneuentanis.

¶ *Si coniugatus, viuente prima, in facie ecclesiæ contrahit cum secunda hoc ignorante; legitima erit eorum proles.*

CAP. XIIII.

EX † tenore litterarum vestrarũ nobis innotuit,quòd cum G.vidua hæreditatẽ quondam R. mariti sui sibi & pupillo filio suo restitui[h] postularet, pars aduersa petitionẽ eius nitebatur excludere, pro eo, quòd R.maritum ipsius viduæ de adulterio genitũ asserebat: & infra. ¶ Intelligentes, quòd pater prædicti R. matrẽ ipsius in facie ecclesiæ ignarã[i], quòd ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset,duxerit in vxorẽ, & dum ipsa coniunx ipsius legitima putaretur,dictum R.susceperit ex eadem: in fauorem prolis potius declinamus, memoratum R. legitimum[k] reputantes.

¶ Idem episcopo Tib. †

¶ *Proles infidelium, qui postea conuertuntur, legitima est: etiã si parentes sunt in gradu prohibito lege canonica.*

CAP. XV.

GAudemus † :& infra. ¶ Cæterum prolem de infidelium cõiunctionibus[l] natam, qui secundo, tertio, vel vlteriore gradu secũdum opinionẽ[m] illorum † matrimoniali contraxerũt affectu, post fidem receptam (vtilitate publica suadente) legitimam volumus reputari.

K ¶ *Nullus plus iuris.*] vt, 1. q. 7. Daibertū. ff. de reg. iur. nemo plus. ff. de acq. rerum domi. traditio. & s. de iure pat. qđ autē. in fi. & c. cura. Argu. ɔ̄. ff. de vsufruct. quod nostrum non est. ff. de acquiren. re. domi. non est nouum. contraria casualia sunt.

| Concor. l. 1. C. quando impera. inter pu. & vi. Rel in l. 1. C. de bo. mater.

a ¶ *Quoad vixerit.*

quod ei non licuit, nisi quo ad vixerit [a] possidere: nec licet vxori suæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere, nisi donationi, ille, ad quem spectat dominium illius terræ, voluerit consentire [b]. ¶ Quod autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secunda: nam licet ecclesia in causis viduarum se fauorabilem [c] debeat exhibere, cōtra iustitiam tamen non est eis fauor ecclesiasticus concedēdus. ¶ Illud vero te nolumus ignorare, quòd vxor dare dicitur viro dotem: vir autem vxori donationem facere propter nuptias, secundum legitimas sanctiones [d].

¶ Idem Archiepiscopo & archidiacono Genuensi †.

† Ianuensi

¶ *Vir agens pro dote, non omnino excluditur ex eo quòd vergat ad inopiā, nec præcise cogitur satisdare vltra facultatem propriam: sed dos sibi assignatur sub cautione, quam præstare potest: Et si per illam cautionem non esset sufficienter prouisum cōsumptioni dotis, deponetur dos apud mercatorem, vt de honesto lucro vir sustineat onera matrimonij. hoc dicit secundum intellectum, quem tenet Panormitanus inhærendo verbis litteræ. Et est casus notabilis & quotidianus.*

CAP. VII.

PEr† vestras litteras intimastis, quòd cum magistrum R. super quadam summa pecuniæ pro H. paupere, auctoritate nostra curaueritis conuenire [e], quam idem H. pro dote vxoris suæ requirebat ab eo, dictus R. exceptionem opposuit contra ipsum, quòd vxorē suam à se repulerat [f], & tacita veritate [g] super hoc litteras impetrauerat †: quia cum super eadem dote, alia vice, coram vestræ ciuitatis consulibus quæstio mota esset, ipsi pronunciauerunt, vt quoniam idem H. ad inopiam [h] vergere videbatur, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem [i] idoneā de ipsa non peritura præstaret: vnde vos ei, vt de saluanda dote caueret, & vxorem suam reciperet, præcepistis: & infra [k]. ¶ Cum ergo satis possit ei modicum credi dotis, cui creditū est corpus vxoris: Mandamus, quatenus dotem assignari faciatis eidem, sub † ea quam [l] potest, cautione præstare: vel saltē alicui mercatori cōmitti, vt de parte honesti [m] lucri, dictus vir onera [n] possit matrimonij sustentare: ne occasione dotis detentæ, vxor à viro dimissa, seu vir, qui dimisit vxorē, adulterij reatum incurrat.

† impetrauit.

† Aliàs sub ea quā potest, cautionem præstare.

a Cap. 3. tit. de dote amittenda vel post diuortium restituenda, in 3. compilatione.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Hæc decretalis, satis seipsam summat.*

CAP. VIII.

DOnatio †, quæ con-

† De materia huius decretalis & glossarū vide latissime per Palaciū Rubeum in repetitione huius Rubricæ. §. 28. cū multis sequentibus. addit Antonium Gabrielē lib. 3. communium conclusion. tit. de donatio. coniug. 5. & 6.

a ¶ *Quoad vixerit.*] Et sic habes, q feudum potest alienari ad tempus. aliàs non potest alienari. ī. de feudis. c. secūdo. vbi de hoc.
b ¶ *Consentire.*] ex quo alienationi consentit, rē postea reuocare nō potest. arg. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. sicut re corporali. §. si voluntate. & §. sed & si pmiserit. & l. si debitor. §. si in venditione.
c ¶ *Fauorabilem.*] 87. dist. c. 1. & 2. C. quādo imp. inter pupil. & vi. l. vnica. & ī. de fo. cōp. ex tenore. vbi de hoc.
d ¶ *Sanctiones.*] C. de dona. ante nup. l. 1. & vlt. §. sancimus. & dos ad vxorem, & donatio ad virum soluto matrimonio reuertiē: nisi ex pacto lucrei. ī. eo. c. vlt.

PEr *vestras.*] Marito vergente ad inopiā, pro dote satisdatio potest peti. ita summat Abbas. Et sm hunc intellectū esset hic casus singularis, q non est alibi. Diuiditur: Nam in prima ponitur consultatio. In secunda rñsio cum mādato: ibi, *Cum ergo.* Prima pars ponit causæ delegationem, actoris petitionē, rei exceptionē, & iudicis interlocutionē. Scda ponit duas causas mādati alternatiui, qđ inter illas interserit. Abbas Siculus.

CASVS. Inter H. virum & vxorem suam coram consulibus ciuitatis Genueñ. sup dote ipsius mulieris quæstio vertebatur, coram quibus dictus H. petebat dotem vxoris sibi assignari: mulier ꝯdicebat q sibi assignari nō deberet, cum ad inopiam vergeret, nisi cautionē præstaret de dote soluenda: & qa eam à se expulerat: iudices, quia ad inopiam vergere videbatur, pronunciarūt, q dos illa non assignaretur eidem, nisi præstaret cautionem idoneam, de ipsa nō peritura: & sic dos ipsa remansit penes quendam magistrum R. postmodū vero dictus H. impetrauit litteras ad archiepiscopū & archidiaconum Genueñ. ꝯ illum R. super dote prædicta: iudices dictum magistrum R. ad suam præsentiam citauerunt: coram quibus dictus H. petebat à dicto magistro R. dotem vxoris suæ: sed dictus R. exceptionem opposuit ꝯ ipsum, videlicet, q vxorem suam à se repulerat, & tacita veritate super hoc litteras impetrauit, videlicet, q alia vice super eadem dote quæstio mota fuit coram consulibus ciuitatis, & pronunciatum, sm quod superius est præmissum: Iudices, cum de hoc constitisset eisdem, præceperūt eidē, vt sic de dote saluanda caueret, & vxorem reciperet: sed cum ipse cautionē præstare non posset, ad ipsius instantiam dño Papæ hoc rescribere curauerunt: Vnde dñs Papa his præmissis mandat eisdem, quatenus dotem faciant assignari eidem, sub ea cautione, quā potest præstare; vel saltem alicui mercatori committant, vt de parte honesti lucri valeat sustentari: ne occasione dotis detētæ, vxor à viro dimissa, vel vir, adulterij reatū incurrat: Satis enim potest ei credi modicum dotis, cui creditur totum corpus vxoris. Nota, q cautio de dote saluanda præstari debet à viro, cum ad inopiam vergit. Item cautio quæ præstari potest, exigenda est. Item cui conceditur maius, & minus multo fortius concedi videtur.

In hanc decretalē ex lebras extat & copiosa repetitio Palacij Rubij eum videto.

e ¶ *Conuenire.*] id est, ad iudicium euocare ad petitionem H.
f ¶ *Repulerat.*] Et ideo audiri non debuit, nisi primo ipsam restitueret. ī. de restitu. spolia. ex conquestione. & ī. de ord. cog. super spoliatione. & c. cum dilectus.
g ¶ *Tacita veritate.*] De processu negotij: vt sequitur. sic ī. de re indi. inter monasterium.

¶ *Glossa sequens obijcit & soluit.*

h ¶ *Ad inopiam vergere.*] & bona videbatur illa pronunciatio: qa ex quo maritus incipiebat labi facultatibus, & re sua male vti, cogendus erat eam restituere. C. de iu. do. vbi. & in Authen. de æqualitate do. §. vlt. colla. 7. immo etiam sequestranda est, cum præsumitur vir eam dilapidaturus. ff. solu. matri. si cum dotem. §. si vero dotem. Si ergo tenetur eam reddere, ergo nō potest eam repetere. ī. de iureiur. quemadmodū. quia turpius eicitur, &c. & dolo petit, q restituere statim debet, ff. de reg. iur. in condemnatione. in fi. Sed hæc non habent locum in casu illo, vt hic dicitur: Cum enim corpus suum vxor ei commiserit, multo fortius & dotem sibi committere debet, sub ea, quā potest cautione præstare, vt sequitur. C. de pact. conuen. hac lege & est simile 12. q. 2. præcipimus. immo vxor tenetur alere virum suum egentem de dote. ff. de iure dotium. mutus. §. manente. & præmissa locum habent, cum maritus suspectus est de dilapidatione: qa male versatur in re sua: & non cum paupertate laborat, vt hic faciebat, & ita restituetur huic dos, prout hic dicitur in fine. Laur.
i ¶ *Nisi cautionē.*] Lex enim prohibet fideiussorem dari pro dote. C. ne fideiussores dotium dentur. l. 1. & 2. Sed in alio casu illud intelligitur.
k ¶ *Et infra.*] sed cum ipse cautionē præstare non posset, ad instantiā ipsius dño Papæ hæc rescribere curauerūt.
l ¶ *Quam potest.*] iuratoriam scilicet, in Auth. vt nulli iud. liceat habere loci curatorem. §. si vero crimen. coll. 9. vbi dicitur, q si mulier accusatur de crimine, pro quo debeat custodiri, debet dare fideiussorē: si fideiussorē dare nō potest, iuratoriam cautionē præstet: & sufficit. C. de episc. & cler. Auth. generaliter 1. & i Auth. de litig. §. ad excludendas. vnde sumpta est hæc Authen. generaliter. coll. 8.
m ¶ *Honesti lucri.*] Non enim tenetur fœnerari dotem, & de vsuris alere vxorem. arg. C. de admi. tu. Auth. nouissime. sed conuertat eam in societatem honestam, vel aliquod cōmercium: & ex lucro honesto eam alat. arg. in Auth. vt hi q. obligatas se habere phibent res minorum. §. quoniam autem videmus. colla. 6. ibi tamē dicitur, q si minor non habet vnde viuat, sed tantum pecuniam, tunc curator cogitur fœnerari s. Lau.
n ¶ *Onera.*] ff. de iure dot. si is qui Stichum. §. ibi dos. & infra, de vsuris, salubriter. Tancre.

l Sed illud nō tenet secundum canones: non enim debet quis crimen suum commodis alienis impendere, 46. dist. sicut nō suo. secūdū Gof. & Hostiensem Ioan. And.

DOnatio.] Prima pars demonstrat, quando & qualiter donatio facta inter coniuges valeat, vel reuocanda intelligaē. Secunda docet, an reddenda sit dos & donatio pp nuptias soluto matrimonio. Secunda: ibi, *Sane.* sit hæc diuisio sufficit p summario. Abbas.

CASVS. Quæsitum fuit a Papa vtrum inter virum & vxorem durante matrimonio donatio hinc & inde facta teneat? Respondet Papa, quòd donatio durante matrimonio inter coniuges facta, ex qua alter fiat locupletior, & alter pauperior, non habet firmitatē, nisi donatio confirmeē obitu donatoris: & donatore viuente penitus euanescit, si reuocetur ab eo tacite vel expresse, vel si prius moriatur, qui donationem accepit.

SANE.

stante[a] matrimonio inter coniuges dicitur esse facta: ex qua alter locupletior[b], & pauperior alter efficitur: firmitatem non habet, nisi donatoris obitu confirmetur: quæ tamen penitus euanescit, si reuocetur ab eo tacite[c] vel expresse, vel qui donatum[d] accepit, prius debitum naturæ persoluat. ¶ Sane soluto matrimonio, sicut dos[e] ad mulierē, sic & donatio propter nuptias redit ad virum: nisi de cōsuetudine secus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote, vel donatione propter nuptias; quod †æquale sit, cum hincinde contrarium inducatur.

TITVLVS XXI.

De secundis nuptiis †.

¶ Alexander tertius.

¶ *Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus est.*

CAP. I.

CApellanū† (quē benedictionē cū secunda[f] constiterit celebrasse) ab officio beneficioque suspensum, cum litterarum tuarum testimonio, ad sedem Apostolicam nullatenus destinare postponas.

¶ Lucius tertius vniuersis Christianis in captiuitate Sarracenorum positis.

¶ *Dubitans de morte coniugis nisi prius certificetur, contrahere non debet: & si contraxit, reddat, sed non exigat debitum: & si postmodum sciat primam viuere, dimittat secundam. Abb. Sic.*

CAP. II.

DOminus†, ac redemptor noster: & infra. ¶ Sane super matrimonijs, quæ quidam

SANE. Dicitur in §. isto, q soluto matrimonio dos redire debeat ad mulierem, & donatio ad virum: nisi de consuetudine 3riō obtineat, vel nisi ex pacto facto inter virum & vxorem de lucranda dote vel donatione pp nuptias, 3rium inducatur: & pactum istud æquale debet esse ex vtraque parte. Not. q donatio inter virum & vxoré non valet nisi in casibus. Item dos ad mulierē redire debet, & donatio ad virū ꝑm leges: consuetudo tamē vel pactum in hoc derogat legi.

a ¶ *Constante matrimonio.*] Nota quòd donatio inter virum & vxorem moribus prohibita est: ne mutuo amore inuicem spolientur, non tēperādo à donationibus, sed profusa erga se facilitate vtentes. Maiores enim nostri hoc prohibuerunt, amorem honestum solis animis existimantes, & ne alter in paupertatem incideret, & alter ditior fieret, nec esset illis studium filios educandi. ff. de donationibus inter virum & vxoré. l. 1. 2. & 3. & in Authent. quib. mod. na tu. effi. legitimi. §. illud quoque, ad finé. collatione 6. & nulla est donatio vbi matrimonium tenet. Si vero matrimonium non tenet, donatio de iuris rigore valet: sed fas non est tales donationes esse ratas, ne melioris conditionis videantur delinquentes, q̄ qui non deliquerunt 3hendo. ff. eod. l. 3. §. 1. & C. eod. si ex voluntate. Sed inter sponsum & sponsam tenet donatio. ff. eod. inter eos. & l. cum hic status. §. si quia sponsam. Tñ si donator in eadem voluntate vsq; ad supremum vitæ exitum perdurauerit, valet donatio. C. eod. l. 1, & 3. & hic, vbi dr: nisi donatoris obitu confirmetur. Et si donatio legitimum modum excedat, & non fuit insinuata vsque ad legitimum modum, valebit, si permansit in ea voluntate, vsque ad mortem. C. eod. l. donationes.

† Vide notas nostras in hunc locum.

† Vide Magistrum & theologos lib. 4. sententiarum dist. 42.

s Sequitur: q matrimonio consummato, & fiunt ante nuptias donatio facta iure consistit, etiam si eodē die nuptiæ fuerunt subsecutæ. Ioan. And.

¶ *Glossa sequens exemplificat quomodo donatarius potest esse locupletior, &c. & econtra ponit duos casus, in quibus id fallit. in fine dicit quatenus fiat reuocatio.*

b ¶ *Locupletior.*] Donatio ex qua hoc contingit, nulla est. ff. eod. l. 3. § respon. & ex eo quod dicit; ex qua alter locupletior, & alter pauperior: à 3rio sensu datur intelligi, q donatio teneat his cessantibus: quod verum est. Si ergo maritus non fit pauperior, tenet donatio, vt si maritus sit institutus hæres, & repudiet hæreditatē donationis causa, vt deferatur vxori sibi substitutæ, vel si repudiet legatum, vt remaneat penes vxorem oneratam pro legato prꝯstādo: vel si rogatus esset restituere hæreditatem vxori, ne detrahat quartā causa donationis: tunc tenet donatio. ff. eod. si sponsus. §. si maritus. & §. si quis. vel si donauerit vxori rem alienam. ff. eod. sed & si constāte. Item licet pauperior fiat donator, & accipiens non fiat locupletior, tenet donatio: vt si emerit inde vnguenta. ff. eod. quod autē. §. 13 Item valet quandoque donatio licet donator fiat pauperior, & accipiens locupletior, si in tempus finiti matrimonij sit collata, sed ante tēpus illud non efficitur res donata donatarij, sed differtur in tempus, in quo mulier à lege viri soluta est. ff. eodem, si seruum vxori. §. vltimo. & l. quia. & l. si inter. Item in alio casu valet donatio, licet alter fiat pauperior, & alter ditior. ff. eod. quod si vir. Fit autem donationis reuocatio, quatenus donator pauperior, & accipiens locupletior factus est. ff. eod. si sponsus. §. vltimo.

a Et habet id locū etiā si pecuniā data pro vnguentis mulier soluat creditori suo; & non de sua pecunia emit vnguenta. Idē est pro illis emendis lancem dedit, quam illa remisit: & d sua pecunia vnguenta emit. Ioan. And.

¶ *Glossa sequens exemplificat quomodo tacite, & quomodo expresse reuocetur.*

c ¶ *Tacite vel expresse.*] Tacite autē fit reuocatio per diuortiū, nisi in diuortio voluerit donationem valere. ff. eo. sed interim. §. si maritus. & l. cum hic status. §. si diuortium. & C. eod. l. à marito. Item tacite fit reuocatio, si prius, qui libertatem acceperit, decesserit, q̄ is qui contulit: vt in l. prædicta. à marito. Si vero prius decedat is qui donauit, nec reuocauit donationem, confirmatur morte per silentium. C. eod. donationes. & l. 1. & 3. Si autē simul moriantur, puta naufragio vel ruina, valet donatio. ff. eod. cū hic status. §. si ambo, expresse reuocatur donatio cū donator eam reuocat. C. eo. à marito. nisi pœniteat eum reuocasse donationem: vt supremum iudiciū eius siue voluntatem spectemus. ff. eod. cum hic status. §. pœnitentiam. Item expresse fit reuocatio, si maritus ea quæ donauit, postea pignori dedit, vel alij donauit, vel alio modo alienauit. C. eod. si maritus tuus. ff. ī. de procura. non iniuste. Et hæc quæ dicta sunt de dona. inter virum & vxo. inter parentes & liberos pene intelligi debent, inter quos prohibita est donatio, cum vna persona intelligantur. C. de impu. & alijs substi. l. vlt. & 35. q. 3. §. hac auctoritate. nisi in casibus.

d ¶ *Qui donatum.*] vt C. eod. l. à marito. & ff. eod. cum hic status. §. si ambo. & ista verba tacite vel expresse, vel q donatum accepit, &c. sumpta sunt ex illis duabus legibus.

e ¶ *Sicut dos.*] Dos. n. datur viro à muliere, & donatio datur vxori à viro. ī. eod. nuper. in fine. C. de donationib. ante nuptias. l. 1. & vltima. Et ideo redire debent ad eos: vt hic dicitur, & dos & donatio pp nuptias debent esse æquales hincinde. C. de pactis conuent. Authentica æqualitas. & in Authentica. de æqualitate dotis. §. hæc igitur. & §. decętero. coll. 8. Et verū est, q ista debēt redire ad mulierē & virū, nisi consuetudo sit in 3rium: vt dr hic, nisi pactum de dote vel donatione lucranda vel parte, sit factum inter eos: vt hic dicit, & C. de pactis conuent. l. ex morte. Authentica æqualitas. & in Authenti. de æqualit. do. §. hoc igitur. collatione octaua. C. de rei vxor. actio. lege vnica. § illo proculdubio. Et istud pactum debet esse æquale hincinde: & si non sit æquale, maior pars lucri ad minorē debet reduci, vt legibus prædictis, ex morte. & Authentica, æqualitas. & l. lege leonis. C. de pactis conuent.

† Cap. vnico. eod. tit. in 1. compilatione. Et vide notas nostras in hoc cap. vbi contra hæc ... vlteriores nuptias licere esse ... illustratus.

‡ Cap. 1. eod. tit. in 1. compilatione. huc spectant ea dicta supra de sponsa. lib. cap. in præsentia.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

¶ *Quia diuortio facto solent homines transire ad secundas nuptias, ideo post de diuortiis, merito subiicitur de secundis nuptiis. Et scias, quòd necdum secundæ nuptiæ approbantur ab ecclesia, sed etiam tertia & vlteriores: vnde non solum quis bigamus & trigamus, sed etiam octogamus esse potest: vt dicit textus in cap. aperiant. 31. q. 1. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 34. q. 2. & 31. q. 1. in multis cap. 2. q. 2. §. hinc colligitur. 3. q. 7. §. tria. prope finem.

CApellanum.]Casvs. Quædam mulier mortuo viro suo transiuit ad secunda vota: quidam capellanus benedixit mulierem istam transeuntem ad secundum matrimonium: Quia nuptiæ secundæ benedici non debent, quæsitum fuit qualiter capellanus iste puniri debeat? Mandat Papa episcopo suo, quatenus capellanū illum ab officio & beneficio suo suspēdat, & sic suspēsum ad Apostolicā sedē trāsmittat. Nota q sc̄dæ nuptiæ benedici nō debēt: & q eas benedicit, punit.

¶ *Glossa sequens reddit tres rationes, sed primam reprobat.*

f ¶ *Cum secunda.*] Secundæ nuptiæ benedicendæ non sunt. ī. eod. vir autem. & secundam accipere secundum veritatis rationē, vere fornicatio est. 30. q. 1. hac ratione. Sed illud intelligitur primo viuente; & non debent benedici secundæ nuptiæ, ad exhortationem continentiæ: sic & sacerdos interesse nō debet nuptijs clandestine 3ctis. ī. de clandest. matrimo. cum inhibitio. §. sane. multo minus debet illas benedicere, & alia ratio est: quia sacramentū[z] iterari non debet. ī. eod. vir autem. vbi hæc ratio notatur.

DOminus.] Tria sunt dicta. Secundum: ibi, *Si vero.* Tertium: ibi, *Quod si.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam Christiani erant in captiuitate Sarracenorū, quidam de his cōiugati nulla certitudine habita de morte vxoris, 3hebant secunda matrimonia: Quærebatur, an deberent sic remanere? Rñdet Papa, vt nullus præsumat amodo ad secundas nuptias conuolare, donec ei constet, quòd vxor sua de hac luce decessit. Si vero aliquis vel aliqua hoc non seruauerit, & dubitet adhuc de morte prioris coniugis: ei cui nupsit, debitum non deneget postulanti: sed nullatenus exigat ab eadem: Si vero postea constiterit de vita prioris cōiugis, statim eam relinquat, & ad priorē reuertatur.

z Neque hoc dictum illa est sacramentum, aut pars sacramenti, neque matrimonium est ex ijs sacramentis, quæ nequeunt iterari. Vide S. Tho. 4. senten. dist. 42. q. 3. art. 2.

Nota, q vir vel mulier cõtrahere secunda matrimonia non debet, nisi de morte coniugis certus existat.

a ¶ *Ei constet.*] ĩ. de sponsa. in præsentia. vbi notatur quid iuris sit de hac materia. C. de repudi. authen. hodie. & in Authen. vt liceat ma. & auiæ. §. q autem. coll. 8.

ex vobis (nondum habita obeuntis coniugis certitudine) contraxerunt: id vobis respondemus: vt nullus amodo ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet [a], quòd ab hac vita migrauerit coniunx eius. ¶ Si vero aliquis vel aliqua, id hactenus nõ seruauit, & de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitãdũ, ei quæ sibi nupsit, debitum non deneget [b] postulanti: quod à se tamen nouerit nullatenus [c] exigendum. Quòd si post hoc de prioris cõiugis vita cõstiterit, relictis adulterinis [d] complexibus, ad priorem coniugem reuertatur.

¶ Vrbanus tertius Vigiliẽs. † episcopo.

¶ *Si vnus ex coniugibus fuit aliàs benedictus, non debent coniuges de nouo benedici.*

b ¶ *Non deneget.*] Et ita propter dubium præsumitur pro matrimonio: quod fieri debet. ĩ. de spon. iuuenis. & arg. ĩ. de matrimonio. cõtrac. ꝫ interdic. eccle. c. 1. & ff. de regu. iur. in ambiguis. & ff. de iure do. in ambiguis. nisi quãdo dubitatur, an ꝯtractum sit matrimoniũ: quia clandestinum est: quo casu potius præsumitur adulterium, quàm matrimonium. 30. q. 5. aliter. & arg. ĩ. de clandesti. despon. c. 2.

c ¶ *Nullatenus exigendum.*] Hoc est propter conscientiam dubiam ex probabili causa. Simile. ĩ. de sentent. excommu. inquisitioni, in fine.

¶ Vigo.
¶ Vig. sed in vatica nis vt est impressum.

¶ *Glos. seq. exponit. arg. soluit, & dat simile per modum conuersum.*

d ¶ *Adulterinis.*] Hoc intellige, si postquam intellexerit pro certo de vita prioris mariti, cum secũdo remanexit: quia statim est adulterium. & non ante. 34. q. 2. cum per bellicam. & est argu. q matrimoniũ quod ab initio valuit, tractu temporis infirmatur. ff. de iudi. si alter. & l. si à me. Sed non fuit matrimonium ab initio in veritate: sed nunc primo declaratur matrimoniũ nõ fuisse, sicut econuerso, & ex futuro euentu apparet matrimoniũ ab initio fuisse. ĩ. de frigi. & malefi. fraternitatis. in fi.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 1. compila. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 9. c. 1.

1 Hoc verum de sacramentis imprimẽtibus characterem.

CAP. III.

VIr. † antẽ vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à presbytero benedici [e]: quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari [f] non debet.

¶ Idem Exoneñ. episcopo.

¶ *Mulier nubens infra annum lugubrem, infamiam non incurrit. hoc dicit cum sequenti. Abbas Siculus.*

VIr autem.] Casvs. Dicitur hic, q bigamus vel bigama non debent aliquo modo à sacerdote benedici, cum aliàs fuerint benedicti. hoc habes 31. q. 1. quemadmodum. Nota mulieres secundo nubentes, non esse à presbytero benedicendas.

e ¶ *Benedici.*] ĩ. eod. c. 1. vbi de hoc.

¶ *Glos. seq. ponit rationem prohibitæ iterationis, et duo sacramenta, quæ iterantur, & de pœnitentia solemni subdit consuetudinem quorundam locorum, dicens quo casu excuset.*

f ¶ *Iterari.*] Sacramenta enim iterari [1] non debent. 1. q. 1. hanc regulam. & c. hi qui. ne fiat eis iniuria. 1. q. 1. quod quidã. & de conse. dist. 4. ostenditur. 33. q. 7. quemadmodum. & C. ne sanc. bap. ite. l. 1. & 2. Videretur enim, q sacramentum huiusmodi non fuisset collatum, vel q inefficax fuisset omnino, & sic fieret iniuria ei. 1. q. 1. sacramenta. Tamen pœnitentia bene iteratur, de pœni. dist. 3. adhuc instant. fallit etiam secundum quosdam in extrema vnctione. Quid enim impediret hanc iterari, cum non [2] sit sacramentum, sed oratio super hominem. 1. q. 1. manus. & solẽnis pœnitentia non iteratur. 50. distinct. quamuis. &c. in capite. Gratianus tamen dicit, q iteratur secundum consuetudinem quorundam. de pœni. dist. 3. §. ex persona. & benedictio ista cum aliquis secundam duxit virginem, iteratur secundum consuetudinem quorundam locorũ, & hoc si Papa sciat talem cõsuetudinẽ, aliàs nõ licet.

2 Immo est vnũ de septem ecclesiæ sacramẽtis, & cõtrarium asserere est hæresis demum damnata in concilio Tridẽt. sessio 7. de sacramentis. cano. 1. & sessio. 14 de sacramento extremæ vnctionis cap. 2. & ibidẽ eod. tit. canon. 1. adde Sotum lib. 4. sent. dist. 23. q. 1. art. 2. vbi plenissime. adde Lindanum lib. 4. c. 28. Panopliæ Euangelicæ.

SVper illa.] Ponit quæstionẽ cui rñdet: ibi, *Respondemus.* Abb. Sic. Casvs. Secundum leges, si mulier mortuo viro infra annum nubat, efficitur infamis: Quæritur, an secundum canones ita sit? Respondet Papa, q cum dicat Apostolus: mulier viro suo mortuo soluta est à lege viri: nubat in Domino cui vult: ex licentia Apostoli omnis infamia abolet: nec debet legalis infamiæ sustinere iacturã: quoniã in his sacræ leges nõ dedignant sacros canones imitari.

g ¶ *In Domino nubat.*] j. c. proxi. ergo cum Apostolus nullum tempus adiciat, nec nos adiicere debemus. 31. q. 1. q si dormierit. & 2. q. 5. consuluisti. & ĩ. de transla. inter corporalia soli ergo honestati suæ consulat mulier, quia statim licet, ex quo tempus nõ adiicitur. Insti. de verborũ obli. §. pure.

CAP. IIII.

SVper † illa quæstione, qua quæsitum est, an mulier possit sine infamia, nubere infra tempus luctus secundum leges diffinitum †: Respondemus, quod cum Apostolus dicat: Mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri sui: in Domino nubat [g], cui voluerit: per licentiam [h] & auctoritatem Apostoli, eius infamia [i] aboletur.

¶ Innocen. iij. P. nobili mulieri.

¶ *Summatur vt præcedens.*

¶ Cap. 1. eo. tit. in 1. compila. & post concilium Lateran. par. 9. cap. 2.

h ¶ *Per licentiam.*] quæ intelligitur interuenire, eo ipso, q non prohibetur: vt 11. q. 1. sunt nonnulli.

¶ Habetur in l. 1. ff. de his qui not. infa. & in l. 1. C. de secũ. nup.

i ¶ *Infamia.*] j. c. proxi.

CVm secundum.] Præmissa ratione ponit dictum, & soluit obstaculum. Abbas Siculus.

1. Cor. 7. & ad Roman. c. 7.

CAP. V.

CVm † (secundum Apostolum [k]) mulier mortuo viro suo, ab eius sit lege soluta, & nubendi cui vult [k] tantum in Domino liberam habeat facultatem: nõ debet legalis infamiæ [l] sustinere iacturã, quæ licet post viri obitum, infra tempus luctus (scilicet vnius anni spatiũ) nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo [m] vtitur potestate: cum [n] in his præsertim seculares leges, non dedignentur sacros canones imitari.

¶ Cap. vnico. eo. tit. in 3. compila.

Roman. 1. 7. & 1. Corinth. c. 7.

k ¶ *Cui vult.*] sic. 7. q. 2. sicut alterius. & ĩ. c. proximo.

¶ *Glos. seq. inducit legem, & eius causam: secundo tractat, an canon liberet illa etiam à pœna legali: & primo dicit quòd sic: secundo ponit opinionem contrariam.*

l ¶ *Legalis infamia.*] quã indixit lex ei, quæ nubit infra annum, ne turbaretur sanguis, & de prole dubitaretur [3]. C. de repu. consensu. §. si vero. ff. de his qui not. infa. l. liberorum. §. 1. Et nota q canones isti nõ solum talem mulierem liberant ab infamia, sed omni pœna quam exprimit lex. C. de secun. nup. l. 1. & in Authen. iisdem pœnis. & in Authẽ. de resti. & ex quæ pa. §. vlt. coll. 4. Nec debet dici infamis in foro ciuili, ex quo per ecclesiam & licentiã Apostoli remissa est. arg. ĩ. qui filij sint legi. per venerabilem. & 2. q. 3. §. hinc colligitur. Quidam tamen dicunt, q propterea non euadit pœnam illam, qua priuatur ante nuptiali donatione. Authen. prædic. de restit. & ex quæ pat. §. vlti. coll. 4. quæ virũ suum ita velociter dehonestauit, vt appareat etiam eo viuente, eam non caste vixisse: vt ibi dicitur: & ideo perdere debet quicquid ex liberalitate viri ad eam potuit peruenire, nec ecclesia in hoc potuit [4] pœnam illam tollere: quia quandam ingratitudinem videtur mulier commisisse. argu. ĩ. de dona. propter nup. nec est hoc contra Apostolum. ĩ. de diuor. gaudemus.

3 Plures alias causas notamus in §. item in lexicon. 27. q. 2.

m ¶ *Concessa sibi tamen ab Apostolo.*] quã alicui auferre non possumus. 28. dist. de his. beneficium enim iuris, nemini est auferendũ. 5. dist. ad eius vero. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis cõdemnatus. & beneficium principis latissime interpretandum est. ff. de consti. prin. beneficium. & sic ad omnes mulieres hoc beneficium extenditur.

4 Immo potuit, quicquid hic dicat Bernardus cum sequentibus.

n ¶ *Cum in his.*] scilicet matrimonijs contrahendis, in quibus sacræ leges sacros canones imitantur. in Authen. quomodo oportet episco. §. vltimo. coll. 1. & in Authẽ. vt cleri. apud proprios episcopos. §. vlt. coll. 6. & ĩ. de iudicijs. at si clerici. & in Auth. de ecclesi. tit. circa princip. colla. 9.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, &c.

¶ *Duobus modis potest continuari: Primo ad praecedentia: Secundo ad sequentia: Primo sic: Supra visum est de accusationibus ciuilibus, sequitur videre de criminalibus, & poenis eorum. Vel sic, & secundo ad sequentia: Tractaturus auctor in quinto de criminibus & poenis eorum: quia super eis quandoque proceditur per accusationem, quandoque per inquisitionem, quandoque per denuntiationem: ideo primo de his praemittit. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur. 2.q.7.& q.8.& 3.q.4.& q.5.& q.9.& q.10.& q.11.& 4.q.1.& q.4.& q.5.& q.6.& 15.q.3.per totum.

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus.

¶ Felix Papa†.

¶ *De persona accusatoris prius quaerendum est in iudicio.*

CAP. I.

SI† legitimus[a] non fuerit accusator, non fatigetur[b] accusatus.

¶ Idem episcopis per Galliam constitutis.

¶ *A denuntiatione repellitur is, qui nō praemonuit.*

CAP. II.

SI† quis episcopus ab illis accusatoribus[c], qui recipiēdi sunt, accusatus[d] fuerit, postquā ab eis charitatiue[e] conuentus[f] fuerit, vt causam emēdet, & eā corrigere noluerit: non olim[g], sed nunc[h] ad primates causae eius canonice deferantur.

¶ Gregorius† duci Campaniae.

¶ *Criminatio praelati debet tractari coram illis, quorum interest.*

CAP. III.

ILla† praepositorum: & infra. ¶ Si vero aliquis est de monasterio[i] praedicti abbatis, qui possit dicere[k], quòd ad culpam reatumque eius pertineat: Nos cum eis, quorum[l] interest, causam districte volumus perscrutari: vt vel condemnetur[m], vel absoluatur.

¶ Idem† Constantiae Augustae.

¶ *Qui de aliquo crimine accusatur vel denuntiatur, interim promoueri non potest.*

CAP. IIII.

OMnipotēs† Deus: & infra. ¶ Valde graue est, vt vir, de quo tanta & talia nuntiantur[n] (cum ante requiri & discuti debeant) honoretur[o].

¶ Paschalis Papa.

¶ *Episcopus per exceptionem criminis illum ab accusatione sua repellere non potest, quem ante à sua familiaritate neglexerit separare.*

CAP. V.

NVlli† episcoporū ab accusatione sua repellere[p] liceat, quos antequam se ab eis impetendum cognosceret, à sua communi familiaritate[q] neglexerit separare.

¶ Vide notas nostras hic.

[S]I legitimus.] Ad petitionem illegitimi accusatoris reus non est ad iudicium trahēdus. hoc dicit. Et non diuiditur. Abbas. Casus patet. Nota, q criminosus nō potest alium accusare.

¶ Cap. 2. eo.tit. in 1. compilat. Et vide Bal. dum in l. damnal. §. si alieno. ff. de damno infecto.

¶ *Glo seq. ponit & repetit tria, quae faciūt accusatorem non legitimum.*

a ¶ *Legitimus.*] Illegitimus ideo dicit: quia si sit criminosus, non potest alium accusare. 3.q.7. qui sine. & ca. postulatus. & qui trabem gestat in oculo, festucā de oculo fratris non potest eruere. ea. causa, & q.ea.§.tria. vers. porro. in fin. & 1. q. 1. multi. & 6.q.1. qui crimen. qui enim alium accusat, debet esse bonae famae, non suspectus, per iura praedicta: si enim ad denuntiandū viles personae non admittuntur, vt ĩ. de spon. cum in tua. multo fortius nec ad accusandum. item nec debent esse inimici. j. eo. cum oportet. & c. cū P. Manconella. & c. meminimus: Debet enim esse sine crimine, non inimicus, bonae famae & opinionis qui alium accusat, aliàs non est legitimus accusator: Criminosus enim criminosum accusare non potest, aut etiam denuntiare.

¶ Cap. 8. eo.tit. in 1. compilat. Vide notas nostras in hanc decretalem & de materia S. Thomam 2. 2. q. 33. art. 7. vnde etiam intelliges glossam hanc.

¶ Lib. 8. epistola. 32 regulae.

ADDITIO. Multae aliae sunt personae, quae accusare non possunt: Vnde versus. *Hi non accusant, quos metra sequentia signant:*

Foemina, pupillus, delatus, crimine tentus.
Suspectus, quaestu corruptus, sortilegusque:
Infamis, seruus, pauper cum milite princeps:
Libertus, socius socium, neque non inimicus:
Clericus ecclesiam nullus deferre valebit.

¶ *Glos. seq. exponit litteram: ponit exceptionem & congruentiā rubricae.*

b ¶ *Non fatigetur.*] sed repellatur accusator, & absoluatur reus ab obseruatiōe iudicij. 7. q.vlt.c. accusator. nisi fuerit infamatus: quia tunc debet indici ei purgatio: 2. q. 5. presbyter 2. & j. de purg. cano. c. cum P. Et haec decre. pertinet ad primam partem rubricae.

¶ Vel ex officio suo iudex inquiret j. e. qualiter. & j. de collu. detec. cap. 1. Als. Ioan. And.

[S]I quis episcopus.] CASVS. Dicitur in capitulo isto, q si aliquis qui dignus sit, voluerit denuntiare episcopum suum, super aliquibus excessibus suis, debet illum charitatiue admonere, vt se emendet: Si autem se corrigere noluerit, postmodū causam eius deferat ad primates, alioquin charitatiua & legitima admonitione omissa, à denuntiando repellitur. Nota q ad denuntiandum non debet admitti, qui legitime non praemonuit, & charitatiue.

¶ Id q; obdicunt, siue agatur de correctione inferiorum, vt in canonibus hic allegatis siue de correctione patrum vt hic. vi. de Io. And.

c ¶ *Accusatoribus.*] id est, denuntiatoribus.

d ¶ *Accusatus.*] id est, denuntiatus.

¶ *Glossa sequens arg. quod accusant, &c. soluit.*

e ¶ *Charitatiue.*] Arg. q admonitio semper est praemittenda ante accusationem, & ante vindictā 2. 12.q.2. indigne. & 16.q.1. quidam monachi. & q.7. omnes decimae. & 24.q.3. de illicita. & j. de sen. excom. sacro. Cum agitur in modum denuntiationis ad poenitentiam, tunc necessaria est admonitio secundum Euangelicam veritatem. ĩ. de iud. nouit & 2.q.1. si peccauerit. & ĩ. de simo. licet Hely. & j. eod. c. cū dilectus. in quo casu loquitur hoc cap. & ita pertinet ad vltimam partem rubricae. & vbi dicit, accusatoribus, expone id est, denuntiatoribus: Accusatus, id est, denūtiatus: vt dictū est.

f ¶ *Conuentus.*] id est, admonitus, vt sequens littera indicat.

g ¶ *Non olim.*] id est, nō ante admonitionē admittatur ad denūtiandū.

h ¶ *Nunc.*] id est, post admonitionē debet admitti, vt dictum est.

¶ Cap. 4. eo.tit. in 1. compilat. Vide omnino S. Thomam 2. 2. q. 33. art. 4.

[I]Lla praepositorum.] Illi debent accusare, quorum interest; aliàs accusatio est nulla. hoc dicit. Et primo ponitur decisum factū. Secundo dispositio: ibi, Si vero. Ab. CASVS. Quidam abbas infamatus erat apud Papam: vnde mandat duci Campaniae, q si aliquis est de monasterio ipsius abbatis, qui velit aliquid dicere cōtra ipsum abbatē accusando, vel denuntiādo, Papa paratus est audire ipsum, cū illis quorū interest, & causam districte perscrutari, condēnando ipsum vel absoluēdo. Nota q monachi possunt abbatē suū accusare vel denūtiare. Itē eps hanc causā debet inquirere cū canonicis suis. Itē sniā debet continere cōdēnationē vel absolutionē.

¶ Scilicet Gregorius lib. 4. epistola 14. c. 78. indict. 13. registri.

¶ Cap. 5. eo. tit. in 1. compilat. Vide Archid. in c. meminimus. j. eod.

¶ *Gl. seq cum vlt. duo notant ex textu, quae patent.*

i ¶ *De monasterio.*] Not. q nō debēt admitti ad denuntiandum, nisi illi quorum interest, vt monachi: vt hic; aut etiam patroni. 16.q. vlt. filiis, aut etiam parochiani. 63. dist. vota ciuiū. & 7.q.1. factus est.

¶ Cap. 3. eo. tit. in 1. compilat. refert Gratianus hic pa ca 5. q. 3. cap. nullū episcoporū.

k ¶ *Dicere.*] i. accusare. j. e. ex parte. & 2.q.4. Euphemiū. Sed potius loquitur in modū inquisitionis siue denūtiatiōis: in quo casu tenentur ad denūtiādū: vt 2.q.6. quapp. & ar. ĩ. de cogn. spi. tua. ad hoc. n. quilibet tenetur, etiā si iurasset se nō denūtiare. ĩ. de iureiu. quemadmodū.

l ¶ *Quorum interest.*] scilicet, fratrum suorum. 86. dist. si quid.

m ¶ *Condemnetur.*] Hoc semp debet cōtinere diffinitiua snia, cōdēnationē vel absolutionē: aliàs nō tenet. 2.q.6.§. diffinitiua. & 23. q. 4. illud etiā. vel aequipollens. j. de verbor. significatio. in his. & ff. de arbitr. quid tñ. §. si arbiter. sic & snia quae sine certa quantitate profertur, nulla est, nec in aliqua parte actorū hoc reperitur. C. de sentent. quae sine cer. quantit. prolata est. l. penult. & vlt. Tan.

¶ Faciunt quae tradit D. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. argum.

[O]Mnipotēs.] CASVS. Dr hic, q si aliqs infamatur, nō debet ad honores pmoueri, donec de hoc inquiratur, vel inde se purgauerit. Nota q opinio promouendi ad honores vacillare nō debet: & sic pendente accusatione promoueri non debet.

n ¶ *Nuntiantur.*] Et sic ad vltimam partem tituli pertinet, cum etiā aliquis accusatur, aut denuntiatur, vel etiam inquiritur, grauata est fama eius opinio, vt interim non debeat promoueri. 81. dist. tantis Daniel. & ĩ. de testi. c. vlti. C. de procur. reum. & ff. de mu. & honor. l. reus. 1. respon. nisi post annum: vt ea. l. reus. §. eum.

o ¶ *Honoretur.*] id est, ad honorem promoueatur.

[N]Vlli episcoporum.] CASVS. Quidā familiaris epi volebat ipsum epm accusare: opponebatur sibi q erat vilis opinionis, & malae famae. quaeritur, vtrū sit admittēdus? Rñdet Papa, q nō licet epo illū à sua accusatiōe repellere, quē à se separare neglexit, antequā accusaret eūdē. Not. q semel approbauit, iterū reprobare nō possumus.

p ¶ *Repellere.*] Iudex tñ ex officio suo pōt repellere accusatorē, si nō fuerit idone9. ar. 2.q.7. alienus. & c. si q sūt. & e. q̃rēdū. ff. d postulādo, quos phibet. & ĩ. de exce. exceptionē. i. ñ. & ff. d pe. here. l. vlt.

q ¶ *Familiaritate.*] Non enim mundi potest reprobare etiam mores quos prius approbauit. ff. de adulter. si vxor. in fine. & 32. q. 5. hor-

rendus. & ℥. de filiis presby. veniens. ff. de negotiis gestis. Pomponius. Sed ℥. 2. q. 7. alieni. & 3. q. vlt. §. ii qui sunt ex familiaribus. & C. qui accusare non possunt. iniquum. Immo vr̄ ꝙ criminosus criminosum accusare possit. 2. q. 7. §. in hoc. & C. de hæreti. quoniam. & C. de inofficio. testa. in arena. ar. ꝙ nullus criminosus reputatur legitima persona ad accusandum, vel ad denunciandum: vt dixi ℥. c. 1. arg. C. de adul. quoniã. 32. q. 6. nihil iniquius. & C. de liber. cau. si filiũ. vel forsitan iste eṗs accusabatur de crimine excepto: quia & erat malæ famæ. 2. q. 1. in primis. vñ admittebantur viles personæ ℥ eũ. Sed dic ꝙ speciale est in eṗis, & in odium ipsorum statutum: quia debent secum habere honestas personas, quæ perhibeant testimoniũ de vita eorum. 2. q. 7. cum pastoris. Et ideo si prauos & viles habent secum, sibi imputent. aliàs vilis persona non est audienda: vt dixi ℥. eo. c. 1. Vel forte superior ex officio suo posset tales repellere, vt dr̃ in princ. cap. & in præcedenti notula.

¶ Sed in eõ ẽdẽ editio nendũ hoc est inuentũ. refert tamẽ Burchard. li. 16. decre. c. 9. & c. 40 eo. tit. in 1. compilat.

¶ Scilicet. primus in epistola. 2. omnibus episcopus & c. 7 eo. tit. in 1. compilatione. sed vide notas nostras hic, vt melius percipias hoc fragmẽtum.

¶ Aliàs in Brocardico lib. & c. sed restituendũ est ius. ex Burcardo. lib. 19. c. 5. & vide notas huius cap.

¶ Ex concilio Maguntino †.

¶ Absolutus de certo crimine, de eodem iterum accusari non potest.

CAP. VI.

DE his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari[a].

¶ Stephanus Papa †.

¶ Cohabitantes inimicis accusati, ab accusatione repellantur.

CAP. VII.

REpellantur ab accusatione cohabitantes[b] inimicis: Quia infestationes blasphemiæ, affectio solet amicitiæ[c] incitare.

¶ Ex Brocardico † libro xliiij.

¶ Ponit pœnitentiam accusatoris calumniosi, cum sequitur inde mors vel membri debilitatio.

CAP. VIII.

ACcusasti aliquem, & per tuam[d] accusationem occisus est: nisi pro pace[e] [hoc feceris,] quadraginta dies in pane & aqua (quod carina[f] vocatur) cum septem sequentibus annis pœniteas. Si autem per tuam delaturam debilitatus[g] est, per tres debes quadragesimas pœnitere.

¶ Augustinus † super Genesi de morte Abel.

¶ Super notorio procedit iudex, nemine accusante.

CAP. IX.

EVidentia patrati sceleris[h], non indiget clamore[i] accusatoris.

¶ Alexander iij. Gaif. † electo.

¶ Laici vel inimici clericos accusare non possunt.

CAP. X.

CVm † P. Manconella presbyter ex vna parte, & Bonus presbyter, & I. Bonus Cocti laicus[k] frater eius ex altera, in nostra essent præsentia constituti: eundẽ I. quia laicus erat, in dicti P. accusationẽ non duximus admittendum. Cumque

DE his.] Non diuiditur: quia cõtinet vnũ dictum. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ si aliquis est absolutus de crimine, de quo fuit accusatus, non debet iterum accusari de eodem. Not. ꝙ crimina semel dimissa, iterum vindicari non debent.

¶ id est. in pœnam episcoporum, parum curãtium honorem suum. vt mox sub dit glossa.

¶ Glo. sequens tractat de triplici absolutione criminis. Prima per dispensationem. Secunda per sententiam crimine non probato. Tertia per pœnitentiam. prima impedit accusationem, & secunda regulariter fallit in duobus casibus, tertia non.

a ¶ *Replicari.*] quia si probato crimine iudex cum illo dispensauit, si fuit tale crimen quod potuit dispensare, crimina semel dimissa, iterum in vltionem diuina clemẽtia venire non patitur. de pœnit. dist. 4. diuina clementia. ad finẽ dist. & 25. q. 4. si illic. vbi de hoc. & 1. q. 3. §. notandum. Si vero absolutus est, quia accusator nõ ꝓbauit, tutus est: quia de delicto vnius hominis sæpius quæri non debet. ff. nau. cau. licet. §. vlt. & 35. q. 9. veniam. & hoc verum est. nisi in duobus casibus, puta si secundus accusator primum doceat præuaricatum fuisse. ff. de præuari. l. 3. C. de accu. si quis homicidij. & de collu. c. 1. Item si suum dolorem prosequatur ignorans accusationem ab alio institutam. ff. de accusatio. si cui. §. iisdem. Et hoc intellige, cum actum est in forma iudicij: Si autẽ pœnitentiã egisset occulte, quo ad Deũ absolutus[a] est, sed accusatio in iudicio facienda, non cessat propter hoc. 13. q. 2. admonere. Vin.

¶ Hoc est, licet quo ad Deum absolutus sit, in foro tamen exteriori potest accusari & puniri. & hæc sententia glossæ est communis. vt late dixi lib. 2. comment. in Dl. recitatione quæstionũ, Scho. 39. §. Rursus altera.

REpellatur.] Primo ponit statutũ. Scdo rationẽ: ibi, Quia. Ab. Si.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ illi qui morantur cum inimicis meis, à mea debent accusatione repelli, cum mei inimici præsumantur: quia affectio amicitiæ solet incitare huiusmodi accusationes. Nota ꝙ cum inimicis meis habitantes, inimici mei præsumuntur. Item aliquid ex cohabitatione præsumitur, qđ aliàs non præsumeretur.

¶ Glos. seq. continuat tex. per. 4. iura. signat contrarium de duobus iuribus. & arg. ex cohabitatione præsum.

b ¶ *Cohabitantes.*] non solum inimici, sed eis cohabitantes repelluntur; quia ex hoc inimici præsumuntur. 4. q. 3. §. item testes. & ℥. eod. cum oporteat. C. de inof. testa. liberi. 93. dist. si inimicus. ar. ℥. ff pro soc. Nam socius socij mei, non est socius meus. & 81. dist. legitur. & est argum. ex cohabitatione præsumendum pro aliquo, vel contra aliquem. 16. q. 2. diffinimus. & ℥. eo. nulli. & ℥. de offic. delega. insinuante. 3. q. 5. accusatores.

c ¶ *Amicitiæ.*] 3. q. 5. accusatores. propter amicitiam vel odium humanum, iudicium sæpe peruertitur. 11. q. 3. quatuor.

ADDITIO. Vnde versus: *Quatuor ista, timor, odium dilectio, census, Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus.*

ACcusasti. CASVS.] Dicitur hic, ꝙ si accusasti aliquem maliciose, & per tuam accusationem mortuus fuerit, septem annis pœnitere debes in pane & aqua, & xl. diebus: Si autem per tuã accusationem membrũ amiserit, per tres quadragesimas pœnitere debes. Nota ꝙ qui occasionem damni dat, damnum dedisse vr̃.

d ¶ *Per tuam.*] tantum accusationem calumniosam, & non culpa sua: nam si quis iuste accuset criminosum, & crimine probato interficiatur reus, immunis est accusator. 23. q. 4. illud. & iudex, & minister. 23. q. 5. cum homo qui malos. & c. iudex. & c. homicidas. & c. miles. in fine.

e ¶ *Nisi pro pace.*] non tenetur proprie illud, nisi, q. a si proprie; sequeretur, ꝙ pro pace posset quis accusare alium iniuste. quod nõ est verum: quasi simile habes 2. q. 1. notum: sed pro pace seruanda licitum est accusare, vt boni quiete viuant. 23. q. 5. non frustra. aliàs accusare mortale peccatum est, scilicet calumniose. Ber.

f ¶ *Carina.*] vulgare est Lombardorũ, & dr̃ à carentia hominum: quia tales recluduntur solitarij per xl. dies ad agendum pœnitentiã: de qua pœnitentia habes 50. dist. in capite. B.

g ¶ *Debilitatus.*] id est, mutilatus in membris.

EVidentia.] Casus per se patet. Nota, ꝙ in notoriis iuris ordo non requiritur.

h ¶ *Sceleris.*] id est, scelus quod notorium est per operis euidentiam, & est vnus modus notorij: quem & alios habes ℥. de coha. cle. & mulie. cap. vlti.

i ¶ *Non indiget clamore.*] id est, non indiget aliquo proponente accusationem: quia factum se ostendit. arg. ff. de in integ. restit. l. 1. in confessum enim nullæ sunt partes iudicis. ff. ad legem Aquil. proinde. nisi quo ad sententiam tantum. & quæ in iudicio publicantur, non requirunt accusationem aut etiam probationẽ. ff. de adul. l. 2. §. si publico. & C. de testib. nullum. sic in quocunq; notorio[4], tantum sententia semper est necessaria. Vin.

¶ Hoc habet glossa interlinealis. Genesis c. 4. super illis verbis; Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

¶ Gaietã. ¶ Garel. sed fortassis legendũ Gaietanũ. & est parua vrbs in Campania.

¶ Cap. 11. eod. tit. in 1. compila. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 10. c. 4.

¶ Vide notas hic, & quod dixi supra c. 2. de sponsa duorum.

4 Vide tollium Clerũ in practicum. § Ac. 9 p.

CVm P.] Facit tria: Primo repellit vnum accusatorem: quia laicus: Secundo repellit alium; quia inimicus: Tertio repugnationem inducit. Secunda; ibi, *Cumque.* Tertia: ibi, *Sed vterque.* Abbas Siculus.

CASVS. P. Manconella presbyter ex vna parte, & presbyter Bonus, & Ioãnes laicus eius frater ex altera, erant in præsentia Papæ: Ioannes laicus cœpit accusare P. Manconellam de simonia: Papa (quia laicus erat) non admisit eum ad accusandũ dictum P. Manconellam: quo repulso presbyter Bonus frater eius, cœpit illum statim accusare super crimine simoniæ, & Papa eũ repulit, pro eo ꝙ cum idem Ioan. accusasset dictum P. presbyterum Bonum fratrẽ suum duxit in testimonium ℥ ipsum P. Et quia etiã frater P. dictũ Bonum presbyterum de causa consimili accusauit: ideo neutrum illorum admisit in accusationem dicti P. Sed quia vterq; super obiectis erat infamatus, vtriq; ꝓp infamiã purgationem indixit: vnde mandat Papa, ꝙ vterq; illorum cum tribus sacerdotibus debeat se purgare. Nota ꝙ laici clericos accusare non possunt. Item mutua accusatio repellitur: quia præsumitur odiosa. Item qui tulit testimonium ℥ aliquem in causa criminali, non potest illum accusare postea. Item si quis accusauit aliquem, & fuit repulsus; eius germanus repellitur ab illius accusatione: quia præsumitur inimicus.

¶ Glossa sequens notat laicos non admittendos, &c. in fine obiicit ad testimonium, & soluit.

k ¶ *Laicus.*] Nota quòd laici in accusationem vel testimonium clericorum non sunt admittendi: & hoc regulare est, nisi suorum vel suam iniuriã prosequãtur. 4. q. 6. omnibus. nec tunc ad testimonium: q. a in facto suo nemo testis idoneus est. ℥. de testi. decætero. & 2. q. 1. ꝓhibẽtur. & 4. q. 3. §. item omnibus. & hoc verũ est, nisi in criminibus exceptis, vt est crimẽ simoniæ, hæresis, & læsæ maiestatis. ℥. de simo. tãta. & 2. q. 7. sacerdotes. & cap. oues. 15. q. 3. sane. C. de eṗis & clericis, si quenquã. & in his casibus & cõsimilibus admittũtur, si bono zelo & nõ ex odio ꝓcedãt: q. a tũc nec ad accusandum, nec ad testificandũ admittuntur. ℥. de simo. licet Hely. & cap. per tuas.

præfatus B. eundem P. super crimine simoniæ constantius accusaret: nos eũ, quia in testimonium illius a causæ adductus fuerat: & quia prædictus I. frater eius, ipsum P. corã te prius accusauerat, ab accusatione repulimus: præsertim † cum frater P. memoratum B. antea de causa consimili accusasset. vnde quoniam vnus post alterũ prædictum P. instanti vicissitudine accusabant: neutrum ad eius accusationẽ admisimus. Sed vtrique presbytero de obiectis criminibus, purgationẽ b † duximus indicendam. Ideoque mandamus, quatenus vterque illorum cum tribus c sacerdotibus faciat se purgare †.

¶ Idem Vigoriēs. episcopo.

¶ *Monachus accusare potest abbatem, & de bonis monasterij expensas litis necessarias habebit.*

CAP. XI.

EX † parte tua: & infra. ¶ Prudentiæ tuæ taliter respondemus, quòd monachi (nisi alia rationabilis d causa impediat) eo quòd de obedientia & subiectione abbatis esse noscuntur, ab † eius accusatione sunt nullatenus repellendi: Licet e alios accusare non possint. ¶ Quibus siquidem, cum proprium non habeant, de rebus monasterii expensæ f debent necessariæ, donec causa debitum finem accipiat, ministrari.

¶ Idem †.

¶ *Presbyter ebriosus Missam celebrans, non præmissa digestione, ecclesia priuari debet. hoc dicit, vt conueniat omnibus lecturis.*

CAP. XII.

SI † constiterit g, quòd D. ecclesia non perpetuo concessa, sed ad tempus fuerit cõmendata h: & de vinolentia i †, & quòd in taberna k pernoctauerit l, ita quòd altera die nulla præmissa dormitione m † Missam cantasset: & infra. ¶ Si de hoc rationabiliter cõuictus fue

per tuas. & j. eodem. meminimus. & capit. cum oporteat. Inimici in nullo casu admittuntur 1. Laici enim bonæ famæ admittuntur in hmõi exceptis criminibus: sed si laici sint malæ famæ, & viles personæ, tunc distinguitur: Si clericus super illo crimine sit infamatus & malæ opinionis, admittuntur laici & viles personæ: Si vero sit bonæ famæ & opinionis, non admittuntur, & hoc bene colligitur. 1. q. 2. in primis. ad finem. & j. de simo. tanta. & cap. per tuas. & hoc exceptis cõspiratoribus & inimicis, vt dixi, & excipitur particeps criminis. supra de testib. veniens. Et testibus vilibus sine corporali tormento 2 credi non debet: vt 2. q. 1. 10 primis. ad finem. sed accusator non torquetur. 4. q. 3. §. si autē ea rei. Et sic Io. iste (qa laicus erat) non admittitur ꝯ clericum. Sed quare repellitur, cũ accusaret illũ de simonia, quæ est crimen exceptum, & quia etiã erat infamatus, vt patet ex eo qđ indicit purgatio illi? Rñ. ideo quia erat inimici: qđ bene colligit pp mutuas accusationes, & officia pmista, vt patet ex ipsa litera.

sitiones illæ non fuerint publicatæ; nec productioni testium renunciare curauerit: quoniã secundum eandem non tenetur ex debito iuramenti nisi ad quæsita solũmodo respõdere: vos excusationes suas audire curetis. & si eas probauerit, cum excusationes huiusmodi confessiones eius non perimãt, sed exponant, quæ tales sunt, vt † ad bonum & malum valeant retorqueri [a] †, & adeo iudicari debent ex causa [b], cum sublato appellationis obstaculo absoluatis: cum etsi repertus sit culpabilis in quibusdã, ex labore tamen & pudore punitus, quos propter hanc causam incurrit, huiusmodi leuis culpa leuiter ei valeat indulgeri. ¶ Quòd si excusationes illas super dilapidatione [c], naufragio, & simonia probare nequiuerit: aut sub prima forma [d] iurauerit: cum secundũ eandem, nec veritatem tacere, nec admiscere debuerit falsitatem: vos (non obstantibus excusationibus, quas de nouo proposuit, cũ in confessionibus suis nullã omnino de illis fecerit mentionem: quamuis firmiter asseruerit, quòd plures ex illis, legatis prædictis exposuit, cũ hoc per se probare non posset [e], tamquam qui solus examinabatur ab illis) eũ ab administratione Agatheñ. ecclesiæ remouere curetis.

¶ Idem archiepiscopo Terraconeñ. & abbati sanctæ Mariæ de Populeto, & archidiacono Barchinoñ.

¶ *De veritate criminum non inquiritur, nisi prius constet de infamia: & tunc non inimici vel periuri, sed idonei viri ad prosequendum inquisitionem, & ad testimonium admittuntur: & non probato crimine, indicitur infamatis purgatio.*

CAP. XIX.

CVm † oporteat episcopũ: & infra. ¶ Sane venientibus ad Apostolicam sedem G. & H. canonicis Viceñ. & multa enormia contra Viceñ. episcopum proponentibus coram nobis: quia illa non debebamus sub dissimulatione transire †: vobis inquisitionem illorũ duximus committendam. Verum dictus episcopus, antequã ad ipsum † vestra citatio peruenisset, ad præsentiam nostram accedens proposuit, quod illi, qui enormia de ipso suggesserant †, typo malitiæ potius, quàm iustitiæ zelo ducti, nobis huiusmodi intimarunt: cũ ipsi eius sint inimici manifesti, & cum eius hostibus [f] conuersentur; consanguineosque [g] suos, ac complices intendant ad testificandum producere contra ipsum: qui ad denunciandum [h] seu testificandum admitti non debent, vt pote iuramenti præstiti transgressores; & aliis criminibus irretiti: & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quòd † nisi super prædictis famam ipsius [i] † læsam esse noueritis: vos ad inquisitionem illorum non subito procedatis. Quòd si ad inquisitionem fuerit procedendum: prædictos vel alios, quos ipsius esse

Casvs. Quidam canonici Viceñ. ad sedem Apostolicam accedentes multa enormia corã Papa ꝫ epm suum proposuerunt: vnde Papa super his inquisitionẽ cõmisit faciendã: Eps hoc intelligẽs, antequam à iudicibus citaretur, ad Apostolicã sedem accessit, proponens, ꝙ illi, qui enormia illa proposuerant ꝫ ipsum, odio & nõ bono zelo duxerũt dño Papæ intimanda: cum sint eius inimici manifesti, & cum eius hostibus conuersentur: & cõsanguineos suos & cõplices intendant ad testificandũ producere ꝫ ipsum, quia non debẽt ad testificandũ admitti, cũ sint periuri, & aliis criminibus irretiti: quo audito mandat Papa iudicibus ipsis, quatenus ad inquisitionẽ nõ procedant, nisi super prædictis criminib⁹ dictus eps fuerit infamatus. Si vero ad inquisitionem fuerit procedendũ: prædictos vel alios, quos ipsius epi constiterit esse inimicos, nec ad prosequendum inquisitionem, nec ad testimoniũ perhibendũ admittant: sed p viros idoneos veritatem inquirant: & si nihil probatum fuerit ꝫ ipsum, purgationem canonicã indicãt eidẽ. Not. ꝙ inimici non admittunt ad denuntiandum vel testificandũ. Item non est facienda inquisitio nisi ꝫ infamatum. Itẽ pp infamiam indicenda est purgatio, deficiente probatione.

¶ *Gl. seq. alleg. concor. & duo iura in contrarium; & in fi. arg.*

f ¶ *Hostibus conuersentur.*] vnde sunt repellẽdi: quia conuersantur cum inimicis [1] & sunt ipsi inimici. De hoc dr. ŝ. eo. c. 1. arg. ad hoc. C. de inoffi. testa. liberi. & ŝ. eo. repellãtur. & arg. ff. de offi. præsec. vrb. l. 2. §. cum patronus. & 9. q. 5. c. 3. & ff. de leg. 9. l. 1. §. 1. arg. ꝫ. ff. pro socio. nam socij. & 81. distin. legitur. & 3. q. 5. c. 3. Et est arg. hic contra aliquẽ ex inhonesta conuersatione.

g ¶ *Consanguineosque.*] qui in casu criminali non admittuntur: vt consueuit notari. 3. q. 5. c. 1.

¶ *Gl. seq. quærit, arg. ad partẽ vtranq; soluit. vari. opi. lo. quã reprobat.*

h ¶ *Ad denunciandum.*] Sed nunquid criminosi [1] & infames repelluntur à denunciando? Non vr: quia quilibet tenetur ad hoc. 2. q. 7. quapropter. & ŝ. de cogna. spi. tua nos. Item hæreticus admittitur. 24. q. 1. quisquis. & viles personæ admittuntur. ã. de spon. præterea. & qualecunque testimoniũ vr sufficere. 22. q. 5. hoc vr. Sed ꝫ vr, ꝙ tantum honestæ personæ admittuntur. 35. q. 6. eps in synodo. & ŝ. de testi. cog. præterea. & ŝ. de spon. cum in tua. & ad populares actiones non admittuntur personæ non integri status. ff. de popu. action. l. popularis. Credo ꝙ honestæ personæ tantũ debeant admitti ad denuntiandum, prout hic infra dr. Io. dixit ꝙ infamis persona admittitur, dum tamen non sit criminosa & irregularis: sed hoc nõ credo de infami. De hoc not. 2. q. 1. si peccauerit. & ŝ. de sponsa. cum in tua. & ĵ. c. proxi. & 3. q. 5. c. 2. Ber.

i ¶ *Famam ipsius.*] hoc ideo dicit: quia non est procedendum ad inquisitionem ꝫ aliquem, nisi ꝫ infamatum. ĵ. eo. inquisitionis. & c. qualiter. vbi de hac materia apertius explicatur.

¶ *Glo. seq. recitatur per q. qua inimicitia, & c. & arg. quòd capitales & conspiratione tantum. alleg. in contrarium, & soluit.*

d ¶ *Prima forma.*] quæ fuit ꝙ meram & plenam diceret veritatẽ: & nunc non prosunt illæ excusationes: quia tunc se debuit excusare, prout sequitur. Ber.

e ¶ *Posset.*] Et si verum fuisset, ꝙ illas exposuisset coram illis. non valet: cum eas probare non posset: deficit ergo sibi nõ ius: sed probatio iuris. 32. q. 5. Christiana. & ff. de testa. tute. dum sum Titii. & ff. de reb. dub. si fuerit legatum. ff. de adi. leg. l. 3. §. si duobus. & ff. de hæred. insti. in tempus. §. 1. Et est simile ŝ. de elec. bone. 1. Et est arg. ꝙ testis, qui est singularis in dicto suo non probat: vt dicit de cre. bonæ 1. & ŝ. de prob. licet. Ber.

CVm oporteat.] In prima parte ponitur denuntiatio epi. & inquisitorum datio. In secunda: ibi, *Verum.* comparitio & allegatio epi ꝫ denuntiantes & testes. In tertia: ibi, *Discretioni.* inquisitorũ triplex instructio, secunda; ibi, *Quod si.* tertia; ibi, *Et si nihil.* Abb. Sicu-

† Cap. 6. eo. tit. in 3. compilat. De materia vide Iulium Clarũ in practica crimi. fine §. q. 6.

† præterea.

† enim

† subsecutant

† quamuis

† eius

† Vide Ptr positum in c. accusatores. 3. q. 5. & Bald. in l. liberi. C. de inoff. testa.

1 De materia vide Iulium Clarum in practica crimi. q. 24. & q. 25.

a ¶ *Inimicos.*] Patet hic quod inimici s, nec ad prosequendam inquisitionem vel testimonium admittantur, vel ad denuntiandum siue accusandum: vt ĩ. eo. c. s. & ĵ. c. proxi. sed non determinatur quales inimicitiæ repellant hic ab inquisitione vel testimonio: & vr quod capitales, & conspirationes tantum. ĵ. de simo. per tuas s. & ĵ. c. proxi. & Insti. de excu. tu. inimicitiæ. & §. item si pp inimicitias. & ff. d arbi. l. licet. quia non quilibet inimicus repellitur, sed ille tm qui nimia familiaritate coniunctus est. ff. de verbo. sig. latæ. §. amicos. Item pp leues inimicitias non extinguitur legatum. ff. de adi. lega. l. 3. §. nõ solũ. in fin. Sed ȝ vr, quod propter leues etiam repellantur: quia propter ciuilem controuersiã repellitur quis ab accusatione. ĩ. de testi. spo. itẽ cum quis. Illæ dicuntur graues inimicitiæ, quæ sunt de statu hominis, vel de bonis eius. 3. q. 5. accusatores. & argu. opti. ĩ. de dona. propter eius ingratitudinem. & C. de reuocan. do. l. vlt. ff. de excusa. tuto. pp litem. Sol. arbitrio iudicis relinquitur, quæ inimicitiæ repellant in talibus. arg. in Auth. de testib. §. si vero dicatur. coll. 7. & ĩ. eo. sup his. & ĩ. de offi. dele. c. causam. Et dicit lex, quod non semp repellit testis propter inimicitias: sed iudex æstimabit, an sit ei credendum vel non. ff. de quæstioni. l. 1. §. præterea inimicorum. & §. quæstionem. Io.

¶ *Glo. seq. vers. per q. an repulso illo qui impetrauit & c. arg. quod sic, ponit opin. Ioan. quam approbat. & contrariam Tan. quam reprobat.*

constiterit inimicos [a], nec ad prosequendam inquisitionem, nec ad perhibendũ testimoniũ contra ipsum episcopum admittatis: sed per viros idoneos [b] super his, quæ gesta sunt, inquiratis diligentius veritatem: Et si nihil graue probatum fuerit contra ipsum: vos purgationẽ canonicam indicatis [c] eidem.

¶ Idem,

¶ *A denuntiatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus, & cõspirator, & is qui nõ præmonuit.*

CAP. XX.

Cvm † dilectus filius: & infra. ¶ Si vobis constiterit prædictos, quorũ nomine sunt excessus huiusmodi de episcopo nuntiati, publice concubinarios [d] tunc fuisse, propter quod in eos fuit excommunicationis sentẽtia promulgata: vel præfatum episcopum de iã dictis excessibus, non fuisse præmonitum [e] ab eisdem: vel ipsos conspirasse [f] in eũ, à denuntiatione repellatis eosdem: Alioquin audiatis, quæ fuerunt † hincinde proposita. Eidem episcopo auctoritate nostra nihilo minus prohibentes, ne super his, super quibus ad audientiã nostram fuerit † legitime appellatum, præfatos clericos indebite grauare præsumat: donec causa supradicta [g] iuxta formam mãdati nostri fuerit terminata.

¶ Idem † epõ Gebeñ. & N. Valentiñ.

¶ *Crimen probatum per modum inquisitionis, regulariter pœna ordinaria nõ punitur: sed si impedit ordinis executionem, fit depositio, sicut in accusatione: & si impedit tantum beneficij retentionem, fit priuatio à beneficio, nec poterit iudex hanc pœnam moderari. hoc dicit vsq; ad §. tertiæ. secundũ verum intellectum non bene declaratum per scribentes.*

CAP. XXI.

INquisitionis † negotiũ, quã de episcopo & canonicis Valentin. vobis commisimus terminandam †: & infra.

¶ Secundo quæsistis, quid vobis sit statuendum, si contra quempiam per inquisitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret accusatum criminaliter & conuictum. In quo quidem duximus distinguendum, vtrum sit tale crimen, quod ordinis executionẽ suscepti, aut retentionem beneficii, etiam post peractam pœnitentiam impediret: puta

d ¶ *Concubinarios.*] Sed isti prosequebãtur suam iniuriam vel suorũ, quare nõ admittuntur ad denuntiandũ cũ admitterentur ad accusandum, quantumcunq; criminosi sint. 4. q. 6. omnibus? Rñdeo, non prosequebantur iniuriã propriã, vnde cũ essent publici concubinarii, non erant admittẽdi ad aliorum peccata denuntianda [1], cum suspensi etiam sint, 32. distin. c. præter §. verũ. sed viles personæ non admittuntur ad denuntiandum, vt sæpius dictũ est. sie ĩ. eo. c. 1. & ĩ. de sponcum in sua.

e ¶ *Præmonitũ.*] Qui l. n. non admonuit, repellitur à denuntiatione. ĩ. eo. c. 2. & ĵ. eo. qualiter. §. ad corrigendos. & ĵ. de simo. licet Hely.

f ¶ *Conspirasse.*] Isti nullatenus sunt admittẽdi. ĵ. de simo. per tuas. & ĩ. de re iud. cũ. I. & A.

g ¶ *Donec causa supradicta.*] quia tunc præsumitur, quod ex odio procederet, & merito possent eũ recusare tamquam suspectum. arg. ĩ. de app. proposuit. & c. ad hoc. & c. sicut. Ber.

INquisitionis.] Si crimẽ in modũ inquisitiõis probatũ impedit, etiam post peractã pœnitentiã ordinis executionem, vel beneficij retentionẽ, punitur quis sicut in accusationis iudicio: aliàs pœna erit arbitraria: hoc dicit sm cõem summationẽ vsque ad §. *Tertia.* Diuiditur: quia in prima consultatio. In secunda responsio: ibi, *In quo.* Abbas.

Fuit

Aduertas ergo iudex, ne prętextu pietatis quorumlibet denuntiationum facile admittat, sed per denuntiationum qualitatem explores. vide Bernardinũ Diaz in pract. crim. cano. cap. 6.

Vide notas in i. suo locum.

Cap. 20. eo. tit. in 4. compilat. & præter doctores tit. vide illum L. landi in pract. crim. q. 6.

faciendam.

b ¶ *Per viros idoneos.*] Ex hoc vr, quod si ille impetrauit inquisitionẽ, remotus sit propter aliquam causam: quod alter possit prosequi eandẽ inquisitionem. arg. ff. de inoff. test. posthumus. §. 1. non enim refert per quem preces sint oblatæ. C. de preci. impe. offe. l. 1. & l. vniuersis. nec refert vndecunq; crimina claruerint. 2. q. 3. ecce. Itẽ quia iudex hic ex officio suo procedit: vnde pp inhabilitatẽ agentis nõ impeditur eius officium; quod posset concedi forte vbi ex officio procedit: sed aliter non audiretur: sed verius vr, vt dicit Ioan. quod nõ possit: quia Papa litteras non dedisset ad petitionem illius, si talem se dixisset: & eadem ratio etiam delegatum mouere debet. ĩ. de rescrip. super litteris. in fi. Tan. dixit, quod bene poterat iudex procedere. Ioan. melius dicit, vt mihi videtur: quod hic procedere possunt non ex vi primarum litterarum, sed secundarum. Bernar.

c ¶ *Indicatis.*] & ita leuia potest leuiter indulgere. ĩ. c. proxi. & ff. de pœ. l. respiciendum [s]. in prin.

CVm dilectus.] Primo instruit iudicem super declinatoriis, & eis deficientibus super principali. Secundo inhibitionẽ fieri mandat: ibi, *Eidem.* Abbas.

CASVS. Quidam clerici super quibusdã excessibus denunciauerunt epm suum impetrantes ȝ ipsum inquisitionem corã inquisitoribus, proponebatur ex parte epi, quod clerici illi audiendi non erãt; q a erãt publici cõcubinarii, & sic indigni ad denuntiandũ, pp qđ fuerant excõicati: Itẽ non præmonuerant epm: Itẽ erant conspiratores ȝ ipsum: Iudices super hoc consuluerunt dñm Papam, & ipse rñdet, quod si constiterit eos publice cõcubinarios, vel eos nõ præmonuisse ipsum epm de iam dictis excessibus, vel eos conspiratores fuisse ȝ eũ, à denuntiatione repellantur: Alioquin audiant, q̃ hincinde proposita fuerint, & eidem epo prohibeat, ne super his, super quibus ad sedẽ Apostolicã appellatũ fuit ab illis, clericos ipsos aggrauare p̃sumat, donec causa sm mandatũ Apostolicũ fuerit terminata. Not. quod criminosus aliũ denuntiare non põt. Itẽ qui nõ præmonuit, itẽ conspirator, itẽ iudex à quo legitime appellatũ est, de causa illa, se intromittere nõ debet, donec appellatiõis causa sit finita.

¶ *Glo. seq. obiecit & respondet.*

CASVS. Quæ iam relata fuerant dño Papæ de epo & canonicis Valentiñ. quæ non debuerunt sub silentio præteriri: Vnde Papa super his commisit inquisitionẽ faciendã: Inquisitores super quibusdam articulis dubitantes consuluerunt Papam. Secunda qõ illorũ hæc fuit: ecce per inquisitionem tale crimen probatũ est, quod si criminaliter accusatus fuisset, deponeret: Quæsitũ fuit, qualiter esset puniendus: Super hoc Papa distinguit: vtrum sit tale crimen quod impediat executionẽ ordinis, aut etiã retentionẽ beneficii, etiam post peractã pœnitentiã, puta si homicidium commisisset, vel adeptus esset ordinem vel beneficium vitio simoniæ: In istis casibus est ita procedendum, sicut in iudició accusationis: In aliis vero criminibus, discretus iudex poterit pœnam moderari sm meritũ personæ, & qualitatem excessus. Tertio quæsiuerunt: si duo vel plures iurati affirmant aliquem eis videntibus crimen cõmisisse, de quo alia infamia nõ laborat, vtrum illi pœnã debeant infligere: Itẽ, ecce aliquis occulte tradit inquisitori cedulã, vel chartã, infamationẽ epi continentem: quæritur, vtrum sit procedendum ad inquisitionem corũ quæ ibi continentur. Itẽ aliqui iurauerunt, vt deponant ȝ illũ de quo fit inquisitio, in secreto examinantur & interrogantur, vtrum diligant illos, ȝ quos inquiritur: vel sint eorum inimici & ipsi rñdent, quod non diligunt illos, vel expresse dicunt se inimicos illorum: aut etiam ante iuramentum publice confitentur, se inimicos eorum: sed nõ ostendunt aliquas inimicitias probabiles: & ad hæc tria rñdet Papa, quod nullus debet puniri propter dicta paucorũ super quo aliqua non laborat infamia, vel clamosa insinuatio non præcesserit: nec super hoc testes sunt recipiendi: cum inquisitio solummodo fieri debeat de quibus infamia præcessit. Itẽ ad petitionem illorũ, qui cedulas infamationis porrigunt in oculto, ad inquisitionem eorum quæ continentur ibidem, non est procedendum. Item non est adhibenda fides dictis illorum, qui post iuramentũ vel ante, tacite vel expresse asserunt se inimicos eorum: nisi forsitan ante iuramentum in fraudem hoc dicere præsumant.

QVAESIVISTI. Aliqui inquiruntur super excessibus aliquorum: sed

si homicidium [a] commisisset: vel adeptus esset ordinem aut beneficium, vitio simoniæ: quo casu erit sicut in accusationis [b] iudicio procedendum: alioquin [c] secundum personæ merita, & qualitatem excessus, pœnam poterit iudicantis discretio moderari.

¶ *Contra non infamatum, super veritate criminum inquiri non debet, etiam si libellus famosus contra eum oblatus fuerit in secreto: nec super principali creditur testi, qui iuratus dicit, se illius contra quem inquiritur inimicum. idē si hoc dicit ante iuramentum: nisi præsumatur hoc dixisse in fraudem. hoc dicit usque ad §. quæsiuisti.*

¶ Tertiæ dubitationis articulus continebat: vtrum cū duo vel plures iurati, affirmant aliquē crimen aliquod eisdem videntibus cōmisisse, de quo aliqua infamia non laborat: aliquam illi pœnam infligere debeatis. Et vtrum ad petitionem quorundam, quasdam cedulas † vobis occulte tradentium, infamationem episcopi continentes, sit ad inquisitionem eorū, quæ in ipsis † continentur cedulis procedendū. Et an fides eorū dictis debeat adhiberi, qui post iuramentum interrogati secreto [d], vtrum sint eorum, de quibus inquiritur, inimici: respondent, quód non diligunt illos, vel directe inimicos se asserunt eorundem: aut etiam ante iuramentum id publice confitentur: nullas tamen † inimicitiarū causas probabiles ostendentes. ¶ Ad † hæc respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit, propter dicta huiusmodi puniēdum: quinimo super hoc depositiones contra eum recipi non debere: cum inquisitio fieri debeat solummodo [e] super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt. Nec ad petitionem eorū qui libellum infamationis porrigunt in occulto [f], procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam. Aut † etiam adversus eos, contra quos fit inquisitio, fides adhibenda est dictis eorum, qui post iuramentū vel ante, tacite vel expresse, inimicos † se asserunt [g] eorundē: nisi forsan ante iuramentū in fraudē id facere præsumātur [h].

¶ *Non punitur quis de crimine, de quo non constat nisi per famam & testium credulitatem: & per dicta paucorum non debet quis apud iudicem infamatus reputari. hoc dicit vsque ad finem.*

¶ Quæsiuisti etiam, quid statui debeat, si nihil per certam sciētiam, sed tantum per famam, & eorum qui fuerunt inquisiti credulitatem iuratam, contigerit inueniri: Et vtrum aliquis super eo crimine reputari debeat infamatus, de quo ipsum duo vel tres, vel etiam plures dixerint infamatū: licet de ipso nihil sinistri in publico audiatur. Ad quod est nostra responsio, quód propter famam & deponentiū credulitatē dūtaxat, nō erit ad depositionis [i] sententiā, procedendū: sed infamato canonica poterit indici purgatio, secundum arbitriū iudicantis: Qui propter dicta paucorum [k] eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos & graues læsa opinio non existit.

¶ Idem epo & Decano Syluanecten †.

¶ *Si is, de cuius crimine in iudicio constat, petit restitutionē propter iudiciarium ordinē non seruatum: non est audiendus, sed eū tanquam notoriū criminosum debet superior de nouo priuare. hoc dicit. & est casus valde notabilis secundum hunc intellectum.*

rum: sed dicunt se nihil scire per certā scientiam: sed tantum per famam & credulitatem: quæritur, quid statui debeat ꝯ illos. Itē duo vel tres vel etiam plures dicunt aliquem infamatū de aliquo crimine: sed in publico nihil sinistrum refertur: quæritur, vtrū de crimine illo debeat reputari infamatus? Ad primum rīdet Papa, ꝙ propter famam & credulitatē deponentiū solūmodo nō est deponendus: sed infamato purgatio canonica poterit indici, secundum arbitrium iudicantis. Ad 2m rīdet, ꝙ propter dicta paucorum infamatus dici nō debet, cuius opinio apud bonos & graues læsa non existit. Not. primo duos casus, in quibus acta pœnitētia executionem ordinis exercere quis non potest: in quibus æq; punitur aliquis siue denuntietur siue accusetur. Item nullus debet inquiri nec puniri pro crimine, de quo non laborat infamia, nec testis recipi. Itē occulte infamantes non sunt audiendi. Item inimicis testibus non est credendū. Item propter famam & credulitatem probatam nullus debet puniri, sed purgatio pp infamiam debet indici. Item dicta paucorū non infamant. Item purgationes arbitrariæ sunt.

a ¶ *Si homicidium.*] Hic confirmatur, quod dici consueuit: ꝙ in nullo occulto crimine impeditur executio post peractam pœnitentiā præterquam in homicidio: & hoc idē probatur de temp. ordi. quæsitum. & in simonia: [s] De hoc notari consueuit. 50. dist. de his. Ber.

¶ *Glo. seq. tractat, an in homicidio & simonia denuncians inscribat vel præmoneat, postea signat contrarium de decr. dilectus. & dupliciter soluit.*

b ¶ *In accusationis.*] vr̄ ꝙ in casibus istis denūtians debeat se obligare ad pœnam talionis [x], cū æque puniantur ac si accusarētur. ext. eo. super his. arg. sed nō credo ꝙ se debeat obligare ad pœnam talionis, sed ad extraordinariam pœnā, sicut excipiens. ext. eo. ot. super his. Item non vr̄ hic habere locum admonitio: quia non potest se corrigere retento beneficio, si quis vellet denuntiare in his casibus. ꝫ. j. de simo. licet Hely. vbi admonitio probata fuit. Itē idē est si quis p simoniā adeptus est beneficiū sicut & ordinē: vt hic dicit. Signat ꝫ. j. de simo. dilectus 2. vbi dr̄ ꝙ si ī modū accusationis conuincitur qs de simonia, deponit. Si in modū inquisitionis conuincitur, remouetur ab illis ecclesiis, & in arctioribus ponit ad peragendā pœnitentiā. j. de simo. & de regularibus. & hic puniūtur sicut si directe accusarent. Quod dicit: ita pcedendū esse sicut in accusationis iudicio. pōt dici verū esse quantū ad hoc vt priuentur officio & bñficio: nō tñ q̄tum ad depositionē: quia depositio nō est effectus inquisitionis: sed priuatio administrationis vel beneficij. j. eo. qualiter. j. de simo. p tuas 1. vnde illud, sicut, nō notat omnimodam similitudinē: q a nullus debet puniri certa pœna, nisi ad hoc actū sit, ext. de ord. cog. cū dilectus. & ſm formā iudicij formari debet snīa. j. de simo. licet. & hoc intellige qd̄ hic dr̄. de secularibus: ꝯtria loquunt de regularibus: circa quos seruatur qd̄ hic dr̄. j. de simo. qm̄ simoniaca. vel posset dici, ꝙ etiā p inquisitionē deponunt seculares pp enormitatē criminis: vt hæc littera velle vr̄. ext. de do. & ꝯtuma. veritatis. vbi depositur eps in modū inquisitionis, cui pbatū fuit homicidiū in modū denūtiationis. De regularibus fiat put dr̄ in illa constitutione vbi dicetur de hoc. Ber.

c ¶ *Alioquin.*] idest, si aliud crimē ab istis duobus sit pbatū in modū inquisitionis, qd̄ nō impediat ordinis executionē, etiā post peractā pœnitentiā, [t] sūc pcedat iudex ſm ꝙ sibi videbit: sed non in officio vel beneficio, cū in aliis duobus casibus non puniātur in plus: vt dixit ſo. in prox. notula. regulares tñ plati bñ remouerent: q p modicis causis remouent ab administratione. j. d̄ sim. p tuas. B.

TERTIAE. Primo ponit tres qōnes, scd̄o soluit: ibi, *Ad hæc.* Et potest subdiuidi prima pars: similiter secūda ſm tres qōnes & totidē rationes ad easdem. Abb. Sicul.

d ¶ *Secreto.*] exēplo Danielis. arg. ad hoc. C. de testa. nullū. & si. ī. de electio. quia pp. Et est expressū ꝙ sigillatim sunt testes examinandi. ext. de testi. venerabili. Ber.

e ¶ *Solūmodo super illis.*] Ex hoc habes, ꝙ de occultis nō est inquirēdū, nec sup illis iurat. ext. eo. qualiter. vñ si dicit testes sup his, nō valēt talia dicta, vt pote nō iurati: vt ext. de testi. cap. de testibus. q a ad hoc non inducuntur. simile. ff. de iureiur. si duo. §. itē Iulianus. fama ergo alicuius prius læsa debet esse. ext. eo. cū oporteat. & j. eo. qualiter. Ber.

f ¶ *In occulto.*] Immo tales sunt puniendi. 5. q. 1. quidam. & deteriores aūt tales, q̄ illi q subitā tias & pdia aliorū diripiūt. 6. q. 1. deteriores. & c. ex merito. & illud: Detrahentē secreto proximo suo, hūc persequebar. 23. q. 4. nimiū sunt. & cap. qui peccat. Ber.

¶ *Gl. seq. q̄rit et remittit.*

g ¶ *Inimicos se asserunt.*] Iudex enim debet interrogare testē, an sit inimicus alteri parti: vt 4. q. 3. c. si testes. §. itē testiū. q a inimici testes esse non debent. ext. eo. cū oporteat. vbi d̄ hoc. Sed nunqd debet inquiri an aliàs sit criminosus? De hoc not. ext. de testi. cū causam. B.

¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*

h ¶ *Præsumātur.*] Quia forte nollent ferre testimonium, & ideo ante iuramentum dicunt se esse inimicos illorum. Quid si post iuramentum dicat se esse criminosum: vel aliàs inimicum, credetur ei? Certe non: immo remouebitur, sicut ordinandus qui confitetur crimen in scrutinio. ext. de æta. & quali. quæris. Ber.

QVAESIVISTI. Diuiditur, nam primo format duas quæstiones. secundo soluit: ibi, *Ad quod.* Abbas Siculus.

i ¶ *Depositionis.*] id est remotionis ab officio & beneficio.

¶ *Glo. seq. not. quod paucorum dicta, &c. demum quærit & soluit.*

k ¶ *Dicta paucorum.*] Not. ꝙ dicta paucorum non infamant [3] siue non-

[a] Schedulas, legitur in vulgatis, sed nos veteres codices secuti, cedulas, reposuimus.

[b] his

[c] Innocentius alios casus excipit. de tempor. ord. ex tenore. & nos plures. ext. de renun. nisi. §. propter conscientiā. secundum Hostiēsem. Ioan. And.

[d] distin. tamen, deest in pluribus antiquis.

[e] Aliàs ita: Ad hæc autem respondemus.

[f] De materia huius glossæ vide etiam quos citaui in c. super his. in principio. & vers. oportet inscribi, supra eod.

[g] Aliàs, muniuntur.

[h] Vide notata p Bartolum in l. eos. ff. ad l. Cornel. de falsis.

[i] Saluanecten.

[k] Siluanecten.

[l] Siluanecten.

[m] De materia huius glossæ vide late p Bartolū & Hyppolitū Marsiliū in l. de minore. §. plurimū. ff. de quæst. & ... clarum in pract. crim. sua §. fin. q 6. vers. debent etiam dicere.

non inducunt famam: vnde prælatus pp hoc non mouebitur ad inquirendum: fama enim debet esse per villã siue parochiã: ad hoc vt fiat inquisitio. j. eo. qualiter. & 2. q. 1. Deus oipotens. Sed quot appellabis paucos, vt non dicatur infamatus? Pauci dicuntur, xl. j. de cleri. excõ. minist. latores. & xxiij. millia dicuntur pauci. 45. dist. disciplina. Credo q maior pars viciniæ requiratur: q fama loci requiritur, nõ fama aliquorum. s. de præsum. illod. & s. de consang. c. 2. vt ex hoc scandalũ generetur, & hoc innuitur bñ. j. eo. qualiter. In.

Cap. j. eod. tit. in 1. compila. Et de intelligentia vide Archidiaconum in c. si quis abbas. 18. q. 2.

A D petitionem.] Si qua inquisitio per Papam specialiter delegetur, legatus etiam de latere de ea se intromittere non potest. ita cõiter summatur. Sed licet summatio ista sit vera generaliter intellecta, nõ tñ vr cõgruere huic literæ. Diuidit in duas partes, in prima facti narratio, in secunda diffinitio: ibi, Cum igitur. Abbas.

Casus. Ad petitionem Galterij abbatis Corbieñ. Papa commisit inquisitionem super statu ipsius monasterij, tã in capite q̃ in mẽbris: inquisitione commissa legatus Apostolicæ sedis ad monasterium accedens prædictũ, ipso abbate præsente nec reclamãte, incœpit inquirere diligenter super statu monasterii: inquisitiõe finita legatus dictum abbatem Parisius euocauit, vt ꝯ inquisitionẽ proponeret, si qd posset rationabiliter: abbas ad ipsum accedens, allegauit, q in correctione monasterij procedere non valebat, cum prædictis iudicibus inquisitio prius fuisset commissa, allegans Cardinalẽ ipsum ex iustis causis sibi esse suspectũ: vnde ad sedem Apostolicã appellauit: Cardinalis non obstante ipsius appellatione, inspectis quæ probata fuerant ꝯ ipsum, à regimine abbatiæ amouit eundẽ: dando monachis suis licentiã alium eligendi: qui concorditer elegerũt Priorem de Argentolio in abbatẽ: Super hoc delata est quæstio ad Papam: Ipse vero auditis hincinde propositis, dicit, q de talibus facta fuit fides, pp quæ dictus G. debuit amoueri à regimine abbatiæ, quamuis restituendus esset propter ordinem iudiciariũ non seruatum: Papa nihilominus voluit ipsum manere priuatũ officio abbatiæ, & amouit dictũ Priorem à regimine abbatiæ, qui nõ legitime fuit dicto G. substitutus: pro eo q ipse G. pp ordinem iudiciariũ non seruatũ fuit inordinate remotus; sed quia dictus Prior non fuit remotus propter vitiũ personæ vel defectũ scientiæ, sed propter iuris solemnitatẽ omissam, Papa ipsum restituit in abbatem. Not. q sententia quæ nulla est, fit aliqua per approbationẽ principis. Item si aliquis est iniuste remotus, per consequentiã patet, q alius in locũ prioris est iniuste substitutus: ita ista sunt connexa. Item ordo iuris non seruatus, & processum & sententiam reddit nullam.

CAP. XXII.

AD[†] petitionem Galterii quondam Corbieñ. abbatis, R. & P. canonicis Noniomeñ. à nobis dudum correctione commissa: & infra. ¶ Verum dilectus filius G. sanctæ Mariæ in porticu diaconus Cardinalis tunc Apostolicæ sedis legatus dicto G. præsente nec reclamante[a], super statu monasterii cœpit inquirere diligenter: & cũ inquisitione finita eũ Parisius euocasset, propositurum contra inquisitionẽ eãdem si quid rationabiliter duceret proponendum: idem præsentiã eius adiens, allegauit, quòd in monasterii correctione procedere non valebat, quæ prædictis iudicibus prius fuerat auctoritate nostra commissa: & Cardinalem ipsum ex iustis causis se asserens habere suspectum, vocẽ ad nos appellationis emisit: quem Cardinalis inspectis quæ probata fuerant contra eum, amouit à regimine Abbatiæ, dando fratribus eiusdem loci liberam facultatem alium eligendi: qui Priorem de Argẽtolio elegerunt concorditer in abbatem: & infra. ¶ Cum igitur nobis de talibus fuerit facta fides[b], propter quæ præfatus G. erat merito amouendus: & si restituendus[c] foret propter iudiciarium ordinem non seruatum[d], ipsum prouidimus[e] manere priuatum regimine abbatiæ: supradictum Priorem (quẽ pro eo quod præfato G. propter iuris ordinem non seruatum, inordinate[f] remoto, intelleximus ob eandẽ causam, per consequentiam[g] minus legitime substitutum) per sententiã amouentes: quẽ, quia non propter personæ vitium, vel scientiæ[†] defectum, sed propter iuris solemnitatẽ prætermissam amouimus[h]: ipsum postmodũ restituimus in Abbatem.

¶ Glo. seq. not. non reclamantem litteris renunciare. alleg. 6. iura. in contrarium alleg. 3. & stat contrario. secundo arg. tacentem non consentire, alleg. 2. leges, & ad contrarium duos canones.

a ¶ Nec reclamante.] Per hoc videbatur recessisse à beneficio litterarum, consentiendo inquisitioni legati tacite renunciando. s. de offi. deleg. gratũ. & s. de app. sollicitudinẽ 2. ff. de arbi. sed si in seruum. in fi. cũ. l. seq. & l. si quis rem. C. cõia vtriusq; iudi. l. s. & C. de his qui à non dño ma. l. vlt. in fi. Sed ꝯ vr. q non consentit in iudicẽ, q petit inducias, vel causam absentiæ allegat corã ipso. s. vt lite non contesta. c. 1. & cap. accedens 2. vel qui postulat sibi edi genus actionis. ff. de iudi. non vr. Et præterea legatus generalis non potest se intromittere generaliter de causa specialiter alteri cõmissa. s. de officio. leg. studuisti. vnde non valuit quod fecit iste legatus; quare cassatur electus auctoritate ipsius. Et est hic arg. q qui tacet, nõ cõsentit. ff. de serui. vrba. prædio. inuitum. & ff. de procurator. filiusfamilias. §. inuitum. arg. ꝯ. 54. dist. si seruus. & 27. dist. diaconus. & 28. dist. diaconi. Ioan.

a In his in ipso textu q dicitur Innocentius appellatur in figura iudiciorum ordinariis, hic non, vel illa in causis mere ciuilibus. vbi præter voluntatem partium non procedunt iudices. hic in causis in quibus non de vbi parte inuita procedunt iudices.

¶ Gl. seq. not. quod probationes, &c. signat contrariũ, & dupliciter soluit.

b ¶ Facta fides.] Not. q probationes factæ corã eo qui non est iudex: faciunt fidem in alio iudicio; vt hic patet. 2. q. 1. in primis. & 3. q. 6. hæc quippe. & s. de testi. cap. præsentata. ꝯ illud s. de iudiciis. at si clerici. Item habes hic, q sententia quæ nulla est ipso iure, rata potest haberi à principe: vt hic patet, & in cap. pdictis: sed hoc pp plenitudinem potestatis: quia ipse mutat[z] substantiã rei. C. de rei vxo. act. l. vna, in princip. alias talis sententia nulla erat. Io. vel dic, q non propter acta q̃ habita sunt coram legato, voluit Papa ipsum manere priuatũ: quia nulla erant: sed Papæ fuit facta fides de talibus, propter quę sententiam legati voluit ratam habere: vt hæc litera innuit. Ber.

s Hoc dictum intellige iuxta declarationem quam fecimus supra de testi. & attes. c. quoniam super glossa in verbo veri Dei ei com.

¶ Dictio, scienter, deest in omnibus quidem exemplaribus in quibusdam erat expositio sit per voce, defectum, inde inepte in textum.

¶ Glo. seq. soluit ꝯrium.

c ¶ Et si restituendus.] Hic enim de iure fuerat restituendus propter iudiciarium ordinem nõ seruatum, sed Papa de officio suę potestatis voluit eum manere priuatũ: & forte propter scãdalum restitutio quandoque differtur: vt dici consueuit. 3. q. 6. hæc quippe. & vt factum legati palliaret[3]. ꝯrium tñ signatur s. eod. qualiter. dicit Papa q ordo iuris qui seruatus non fuit, corrigatur. Io.

¶ Cap. 1. tit. de concessione præbẽdæ in 4. compilat. Vide Innocentium in c. sciant. supra de elec. vbi multipliciter limitat hanc decretalem. adde ibi Antonium But.

d ¶ Non seruatum.] Not. q in inquisitionibus seruandus est ordo iuris. j. eo. qualiter. §. debet. sicut in aliis iudiciis ordinariis: sed hoc est verũ circa seculares: secus in regularibus, vbi non vsquequaque seruatur. j. eo. qualiter. in fi. quia de plano & sine strepitu iudiciorũ debet cum eis procedi. j. eo. c. penult. sed hic peccatũ fuit in alio ordine, s. in iudice qui cognoscere nõ debuit. s. de of. leg. studuisti. B.

e ¶ Prouidimus.] de plenitudine potestatis, sed non de iure. Ber.

f ¶ Inordinate.] idest, per eum, ad quem non spectabat. cum dictus G. non consenserit in legatum.

¶ Verius crederem ideo Papã decreuisse, vt abbas remaneret priuatus, & si ordo iudiciarius seruatus nõ fuerit, quia Papæ innotuit abbatẽ talia commisisse, vnde erat merito remouendus, vt indicat textus ibi cum igitur nobis, &c.

¶ Glo. seq. not. propter connexitatem, &c. alle. vnum contrarium.

g ¶ Per consequentiam.] sic ergo sententia lata ꝯ vnum, præiudicat alii cõsorcio, pp connexitatem negotiorum. simile 81. dist. tantis. & 3. q. 6. hæc quippe. & simi. 59. dist. ordinatos. & 7. q. 1. præsentiũ. arg. s. de appella. vna. sim. s. de proba. per tuas. vbi per primũ præsumitur consequens. arg. ꝯ. s. de praeben. dilecto.

h ¶ Amouimus.] quasi quadam breui manu. sim. s. de cau. pos. cũ ecclesia. & ff. de iure dot. licet. §. quotiens. eo prius citato: alias non procederetur contra absentem. Bernar.

¶ Idem.

¶ Agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus, non obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus: & infamato, accusatore non probante vel non apparente, indicitur purgatio: in qua si defecerit, punitur vt conuictus.

CAP. XXIII.

ACcedens[†] ad præsentiam nostram G. nepos quondã H. subdiaconi nostri, sua nobis cõquestione monstrauit, quòd cum idem H. apud sedem Apostolicam viam vniuersæ carnis ingressus fuisset, præbendam, quam decedens habuerat in ecclesia Cremoneñ. ei duximus

A Ccedens.] Exceptio criminum possessionem prælati non retardat, nisi fuerit de his publice diffamatus. sic cõiter summat. Et sunt duæ partes. In prima narrat factum. In secũda sub certa forma diffiniendum committit: ibi. Mandamus quatenus. Abbas.

Casus. Quidam subdiaconus dñi Papæ, H. nomine, canonicus Cremoneñ. Apud sedem Apostolicam decessit: Papa præbendam, quam obtinuerat in ecclesia Cremoneñ. G. nepoti ipsius H. concessit: super hoc executoribus sibi datis. qui concessionem prædictam executioni mandarent: & dũ executores vellent mãdatũ Apostolicum adimplere: ex parte capituli Cremoneñ. in modum exceptionis propositum fuit corã eis, q dictus G. de periorio & homicidio erat infamatus publice: vnde præbenda non erat sibi conferenda, sed potius auferenda: pp quod executores in negotio non processerunt: vnde idem G. ad sedem Apostolicam accedens, prædicta in præsentia

præsentia dñi Papę allegauit: petens, vt concessionē sibi factam faceret executioni mandari, ꝯdictores in expensis puniendo: vnde mandat Papa executoribus, quatenus concessionē factam dicto G. debeant executioni mandare, nisi prius super obiectis criminibus in modum exceptionis publice fuerit infamatus: quo facto si legitimus apparuerit accusator, audiant quæ fuerint hincinde proposita: & si crimina illa, vel alterum eorū probatū fuerit contra ipsum, super eadē præbenda silētium imponant eidem: Si vero nullus ꝯ ipsum apparuerit accusator, & ipse super dictis criminibus fuerit infamatus, purgationem canonicam indicant eidem, ī qua si defecerit, imponant ei silentium: Si autem purgationē præstiterit, ꝯdictores ab eius molestia cōpescant, eos qui nisi sunt eum impedire, in expensis legitimis cōdemnando. Not. ꝙ executio sententiæ siue collationis beneficij debet differri, si electus vel ille cui est iā facta collatio, sit sup criminalibus publice infamatus. Itē deficiēs ī purgatione habetur pro cōuicto, & punit. Itē q deficit in exceptione ꝓbāda, punit in expensis, & hoc ideo fit, quia iā ꝯstabat de iure istius, cū esset ꝓbenda collata.

¶ Quatenus hic agitur de purgatione indicenda diffamato, vide late per Marianum in repetit. quam ... proxime sequen. ... q. 16. & per Bernardinū Diaz in pract. crim. c. 140. & 141.

¶ Ver. pur gationem, dicit 1 ... vaticanis ... dicibus. & multis nostris: verus tamen cum ... habet ... si autem præstiterit ipsam. &c.

¶ Glo. seq. not. ex texto. alleg. 3. iura pro, & tria contra, & soluit.

a ¶ Publice.] Hic vr, ꝙ si aliqua exceptio obiiciatur electo, ꝙ differēda sit donec electus admissus fuerit, nisi ipse sit de ea publice infamatus. arg. ī. de appel. constitutus. in fine. C. de fal. l. 2. & C. de edict. diui. Hadri. tol. l. 2. arg. 5. ī. eo. omnipotens. 81. dist. tantis. & C. de procur. reum. Solu. sed in electo si obiiciatur exceptio, statim est audienda antequam confirmetur. Sed hic alia ratio est, quia iā fuerat institutus per dñm Papam, nec deerat sibi nisi sola possessio: vnde mitti debet in possessionem, nisi esset publice infamatus, pp quod differtur: quia etiam si iā esset in possessione, ppter tantam infamiam & scandalum, deberet suspendi vsq; ad purgationē. 2. q. 5. presbyter. & cap. si mala fama: sed vbi non est infamatus, nō debet differri executio, secus in his qui adhuc non habent plenum ius.

b ¶ Indicatis.] vt infamia expurgetur.

c ¶ In expensis.] Qui enim exceptionem opponit, fundata intētione actoris, & eam non probat, punitur in expensis, vt hic. & ī. de dolo & conti. finem. vbi de hoc. & ī. de maio. & obed. c. vlt. quia malitiose eam vr opponere. Ber.

d ¶ Qualiter & quādo.] Quatuor habet partes. In prima dicit qñ est facienda inquisitio. In secūda dicit qualiter. In tertia ꝯ quē. In quarta quid contineatur, & per sa patet quid intendat. Secunda: ibi, Debet. tertia: ibi, Ad corrigendas. quarta: ibi, Hanc tamen. Abbas Siculus.

Casus. In concilio præsenti ostendit Papa, qñ prælati debeant inquirere de subditorum excessibus, & qualiter eos debeant punire cū in culpa fuerint inuenti: quod euidenter colligitur ex auctoritatibus noui & veteris testamenti: ex quibus auctoritatibus processerunt postea canonicæ sanctiones: legitur enim in Euāgelio, ꝙ villicus ille qui diffamatus erat apud dñm suum, quoniam dissipasset bona ipsius, quæsiuit ab illo, Quid est quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius villicare. & in Genesi Dñs ait: descendā, & videbo vtrū clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex istis auctoritatibus manifeste probatur, ꝙ non solum cum subditus, sed etiam cum prælatus excedit, si per clamorem & famā ad aures superioris peruenerit, non à maleuolis, sed honestis, nec semel, sed sæpe, debet prælatus descēdere, & coram canonicis senioribus ecclesiæ suæ, veritatem diligēter inquirere: & si culpam inuenerit, illā puniat, non tamquā ipse sit accusator & iudex, sed quasi fama denuntiante suū officiū exequatur: illud quidem obseruandū est in subditis, & diligentius in prælatis: quia ipsi sunt quasi signum posita ad sagittam: & quia non possunt omnibus complacere pp officium suū, odium multorum incurrunt: Vnde prouide statuerunt sancti patres, vt accusatio prælatorum facile non admittatur, ne scilicet concussis columnis corruat ædificium, nisi diligens adhibeatur cautela: videlicet, vt accusatio, quæ ad degradationem intenditur, nullatenus admittatur, nisi legitima præcedat inscriptio: sed cū aliquis fuerit infamatus, ita ꝙ sine scādalo dissimulari nō possit, tūc ad inquirēdū & puniendū prælatus ꝓcedat, nō ex odio, sed ex charitate, quaten' si grauis fuerit excessus, quāuis non degradetur ab ordine, tñ ab administratione remoueatur omnino: quod est ꝭm Euangelicam veritatem à villicatione villicum amoueri. Not. ꝙ cum infamia procedit à maleuolis, nō debet procedi ad inquirendū: quia ex odio præsumitur famam illā processisse. Item prælati quasi signum dicuntur positi ad sagittā. Itē prælatus non debet ꝓcedere ad inquirendum ex odio, sed ex charitate. Itē prælatus per inquisitionem, non deponitur, sed ab administratione remouetur, nisi in duobus casibus. ī. eod. inquisitionis. 1. respon.

¶ Glo. seq. arg. quod nemo sit functus, &c. alleg. iura in cōtrariū, et soluit.

d ¶ Ad inquirendum.] Videamus 3 qualiter & qñ prælatus procedere debeat ad inquisitionē faciendam, & quali pœna sit puniendus qui eō uincitur in modum inquisitionis. Tunc aūt debet prælatus procedere ad inquirendum, cum famam & frequentem clamorem intelligit de excessibus alicuius seu etiam aliquorū, prout patet ex tenore istius constitutionis, & ꝙ sit infamatus non à maleuolis & inimicis, sed à bonis & discretis, vt hic dicit, & j. de purga. can. cū in iuuentute. & 11. q. 3. in cūctis. Et tunc distingue: quia aut procedit ex officio suo, aut aliquo postulante inquisitionē: Si ex officio suo, tunc prælatus cum aliquibus de canonicis suis debet descēdere ad locum. 2. q. 1. Deus omnipotens. & 86. dist. si quid. quia ibi potest melius inquiri. 24. q. 1. pudēda. 23. dist. illud. & ā. de elec. postquā. & 23. q. 1. paratus. ver. eum proculdubio qui in eodē populo creuetat, &c. & recipere iuramenta prælati & clericorum super statu ecclesiæ, cū ecclesia est infamata, vel etiam cū prælatus: vt ī. eo. cum dilecti. ꝭm illam formam. ī. eo. qualiter. §. formam. & sic recipiat dicta illorum: & ille ꝯ quē sit inquisitio, debet esse præsens, & omnes ꝯ quos proceditur, nisi per contumaciā se absentent: & ea quæ obiiciuntur, & nomina testium sunt illi exponenda: vt j. eod. ca. §. debet. & 5. q. 2. si primates. Item si ille ꝯ quem sit inquisitio, habet iudicem suspectū, potest illū recusare, vt ā. de appella. cū speciali. & j. eo. c. versi. non ex odii fomite. vel ꝙ iudex sit criminosus. arg. 3. q. 7. iudicet. & 25. dist. c. vlt. & 26. dist. vna tantum. & ꝯ testes excipere potest: vt in §. debet. & nomina, & dicta, & depositiones testium sunt publicanda, vt ille possit se defendere. j. eo. olim. & j. eod. cap. §. debet. & si testes dicant super his de quibus infamia nō præcessit, non valent. ī. eo. inquisitionis. §. 1. Crimine vero sic probato si prælatus est, debet remoueri ab administratione. ꝭm ꝙ villicus à villicatione remouetur, vt j. dr. Alij vero puniuntur ꝭm arbitrium iudicis, ꝭm personæ meritū, & qualitatem excessus: nisi tale crimen probatū fuerit, quod post pœnitentiam peractā impediat ordinis executionem: vt homicidiū, & simonia. tunc procedendum est ac si in modū accusationis directe probatum fuisset crimen: vt ī. eo. inquisitionis. 1. respō. & ibi dr. Qualiter puniuntur de homicidio, habes ā. de temp. ord. c. vlt. De pœna regularium pp simoniā commissam ab eis, dic vt j. de simo. dilectus 2. & c. quoniam simoniaca. vbi dr qualiter ꝯ eos procedatur. Si vero probatū nō fuerit: & mala fama perdurat, purgationem indicat iudex infamato ꝭm qualitatem personæ: & quantitatem infamiæ: in quasi defecerit, puniatur. j. de simo. de hoc. & c. insinuatum. & j. de pur. can. cū P. Si vero infamatus contumax fuerit, & non comparet, iudex nihilominus ꝯ eum testes recipiat lite non contestata, & eum puniat: vt ī. vt lite non contesta. quoniam. §. sunt & alii. & j. eo. c. ver. debet. Quales testes recipi debeant, dictum est ī. c. cum oporteat. Quales debeant esse qui recipiuntur in simonia contra regulares, dicitur. j. de simo. per tuas. Si vero procedat iudex ad petitionē alicuius procuratus inquisitionem: siue sit ordinarius siue delegatus, ad locum accedat

¶ Idem, sed licet Innocentius tit. in concilio generali Lateranen. c. 8. & c. 4. ... in 4. compilatione.

Inutil ha... decret. vsque ad §. Debet igitur. habet etiam in 4. compilatione. eo. tit. c. 4.

¶ Aliās, veteris & noui, &c.

¶ De materia huius glossæ vide Hostiensem in summa tit. de denū ... Clarum in pract. crim. ... §. ... q. 6 & 7 & Bernardinum Diaz in pract. crim. cano. cap. 6.

conferendam: & infra. ¶ Mandamus, quatenus nisi præfatus G. super obiectis eidem in modum exceptionis, criminibus, videlicet, periurio, & homicidio publice[a] fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam executioni mandetis. ¶ Deinde si legitimus accusator apparuerit, audiatis quæ fuerint hincinde proposita: & si prædicta crimina, vel eorum aliquod legitime probatū fuerit contra eum, ipsi super eadē præbenda silentium imponatis. Si † vero contra eum legitimus nō apparuerit accusator, & ipse super prædictis criminibus dignoscitur respersus infamia, purgationem ei canonicā indicatis[b]; in qua si defecerit, imponatis ei silentium. Si autē purgationem † præstiterit: contradictores ab eius molestia cōpescentes, eos, qui eū nisi sunt impedire, in expēsis[c] legitimis condemnetis.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Superior contra subditum, maxime prælatū, de his tantū inquiret, super quibus præcessit infamia: & tunc vocabit eum, & tradet sibi capitula & nomina, & testium dicta publicabit, et ipsius legitimas exceptiones admittet, & probato graui crimine, eum ab administratione remouebit. In regularibus vero prælatis ad vnguem seruandus non est hic ordo. Et quamquam in hac summatione modica videatur agi differentia inter prælatos & subditos, contra quos inquiritur: tamen facienda est, vt patet in littera.*

CAP. XXIIII.

d) Qualiter & quādo debeat prælatus procedere ad inquirendum[d], & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus noui † & veteris testamenti colligitur euidenter: ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones: sicut olim

accedat si potest: & vocet illum ꝫ quem procedere debet: & tunc recipiat testes, quos ille producet, qui impetrauit inquisitionem, tū si ille negaret infamiam præcessisse, cognoscet primo iudex vtrū sit infamatus, & postea procedet super his, quæ denuntiata sunt: aliàs non procedat nisi primo constet q infamatus sit. ʒ. eod. cum oporteat. & c. qualiter. & si actor probet illum esse infamatū, reus potest probare q sit bonæ famæ. argu. j. de purga. ca. cum in iuuentute. cum potius sit priuilegiū bonæ famæ, quàm infamiæ. arg. ʒ. eod. licet. in fi. Si vero crimē probetur, puniatur: vt ʒ. dictum est. Si autem non probauit, puniri debet, qui impetrauit inquisitionē: vi j. tit. proxi. c. 2. Et ita idem est quantū ad pœnā quādo proceditur ad petitionem alicuius prosequentis inquisitionem: sicut quando proceditur per officium iudicis ad famam vel clamorē. Et cum proceditur ad denuntiationem alicuius prosequentis inquisitionem, non credo necessariā admonitionē: quia non agitur ad pœnitentiam: in quo casu necessaria est admonitio ꝑm formā Euāgelii: sed i ꝑdictis duobus casibus agiť ad pœnā: vt ꝑdictū est, & aliter formatur petitio denūtiationis cum agitur ad pœnam, & aliter cum denuntiatur ad pœnitentiam: quia tunc agitur ad pœnitentiā peragendā nō ad pœnā imponendā officii vel beneficii: & sic intelligitur finis illius glossæ. j. quæ incipit sic. j. de simo. licet Hely. de hoc notatur in glo. prædic. Item nunquid reus posset petere à iudice, vt reinquireret ꝫ illum, q impetrauit inquisitionem, sicut contingit in aliis iudiciis, vbi admititur reconuentio. ʒ. de mutu. pet. per totū? Dicas q non: quia inquisitio iudicis officio expeditur, nō iure actionis: sic nec renuntiatio aut reaccusatio: quia tunc præsumitur q ex odio hoc fiat: vt ʒ. eod. cum P. & 3. q. 5. c. 2. & nō relatione criminis: sed innocentia reus purgatur. ff. de pub. iudi. is qui. Item testes compelli possunt ad probandum inquisitionem: ʒ. de test. cog. super his: licet in iudiciis ordinariis compelli nō debeant in criminibus, si qua principaliter vel incidenter obiiciantur: vt eo. tit. dilectorum. vbi de hoc. Dic vt ibi notatur in fine notulæ. Item & illud potest facere prælatus, cum infamia contra aliquem ad ipsum peruenit: vt præfigat terminum volentibus accusare, vt si aliquis apparuerit accusator, audiat illum: & procedat legitime in accusatione. ʒ. c. proxi. & 15. q. 5. c. 1. j. de pur. ca. ex tuarū. si autem non apparuerit, tunc potest procedere ad inquirendum, vt ʒ. di: vel indicere purgationem, in qua si defecerit, puniatur: vt ʒ. c. proximo. sed melius est q inquirat: quia periculosum est accusare: qa de facili nullus accusaret. Quid si aliquis alterius diœcesis, vel de alia parochia hoc tacito impetret inquisitionem, vel denuntiet: nunquid debet audiri, cum ipsius non intersit? præsumitur q non charitatiue denuntiet, vel impetret inquisitionem: vnde credo illum repellendum. arg. ʒ. de testib. ex parte A. in verbo illo, tacito q miles fuerit, & c. Ber.

a ¶ *Distinximus.*] In parte decisa ab illa decret. ʒ. eo. qualiter. cuius verba hic ponuntur vsque ad §. debet. Ber.

¶ *Glo. seq. Not. quòd iudex corrigat interlocutoriam. adducit tres concor. & tria similia.*

h ¶ Omnis peccator.] non præcisus ab ecclesia per sententiam canonis, vel iudicis toleratus & pœnitens; & sic non est obiectio de excommunicatis & suspensis: vt notorij fornicarij. 32. dist. nullus. nec de suspensis quo ad se: Nam quilibet constitutus in mortali peccato, suspensus est quo ad se. j. de coh. cle. & mul. c. vlt. & 1. q. 1. sacerdotes. & c. sacrosancta. & sic omnes alij possunt cantare Missam præter simoniacum. Vel quod dicit: omnis peccator potest cantare Missam: potest referri ad facilitatem etiam dispensandi, quasi diceret, facilius dispensatur cum omnibus alijs criminosis præter homicidium, quàm cum simoniaco. Vel hoc dictum est in detestationem criminis. Vel sic, dato, ꝙ omnis peccator possit celebrare, simoniacus tamen non potest, considerato initio, quia simoniacus in ipso sui initio commissionis suspensus est: vt 1. q. 1. reperiuntur. & intus ortus occidit, & in ipsa sui radice vitiatus. 1. q. 1. quibusdam. sic ex eo tempore quo simoniæ crimen committit, damnatus est: vnde postea celebrare nõ põt etiam post peractam pœnitentiam, nisi dispensetur cum eo, quod non contingit in alijs criminibus. & ita plana est littera ista considerato initio cuiuscunque peccatoris. sic C. ad leg. Iuliam maiestat. quisquis. vers. donationes & quarumlibet postremo alienationes ex omni tempore, &c. & ita simoniacus celebrare nõ potest nisi cum eo dispensetur. Quis posset dispensare, dictum est s. de renun. c. post translationem. nec potest agere pœnitentiam nisi renunciet beneficio & executioni. s. de accu. inquisitionis. Postquã vero renunciauerit, & pœnitentiam egerit, poterit cum eo dispensari, si placuerit superiori, & sic licite poterit postea exercere officium. arg. ff. de preca. cum te. §. Iulianus. quia iam possidet ex noua concessione. arg. j. eo. ex insinuatione. vt ff. de euic. si seruus. §. 1. in fi.

¶ Propelli

¶ Adeodatus

¶ Deusdedit.

¶ Cap. 16. eo. tit. in 1. compilat. De materia videto nunc per doctores. & præcipue per Franciscum Aretinum in c. veniens el. 2. supra de testib. & attestat.

¶ In editis concilijs hoc non reperio. extat quædam verba huius decreti in synodo Turonica sub data circa 15 post Pelagij Papæ primo ca. 2. sed habet integrum decretum post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 1. c. 10. & c. 7. in 1. compilatione. & vide quæ in c. sequenti. & in c. venient. j. eo.

i ¶ Etiam meretrix.] quæ alias non est admittenda ad accusationem vel ad testimonium, propter vilitatem eius, vt C. de adult. quæ adulterium. & ff. de testi. l. 3. §. lege Iulia. Eadem ratione nec ad alium legitimum actum. Bern.

¶ Aliàs neque capellaniæ &c.

N On satis.] Diuiditur. Nam primo ponit concilium, triplex prohibitum diuisim: trãsgressores huius & contemptores dicit simoniacos. Secundo coniunctim ponit aliam triplicem prohibitionem, damnãs contrariam consuetudinem: & causam reddit. secunda: ibi, Pro sepultura. Abbas.

Casus. In isto cap. & seq. prohibetur, ne ab his qui trãseunt ad religionẽ, aliqua pecunia requiratur, nec Prioratus vel capellania pro aliquo pretio alicui committatur: & qui contra fecerit, tam ille qui dedit, quàm ille qui recepit vel recipit, simoniã committit: nec pro aliquo spirituali, non obstante aliqua consuetudine: quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget. & in seq. c. idem dr. Nota regulã, ꝙ diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget.

k ¶ Requiratur.] Aliquo pacto. j. eo. veniens. & c. tua nos. tamen si sponte sine aliqua cõditione & pura intentione aliquid dare voluerit, nõ prohibetur. c. tua nos. j. eo. sed si monasterium esset ita tenue, ꝙ non posset sufficere, argumentũ est ꝙ tunc posset exigere. hoc modo: frater scias, ꝙ nos non possumus tibi prouidere: si vis intrare, porta tecum vnde viuere possis. vt 1. q. 2. si quis pro hoc. In simonia enim & vsura amor lucri prohibetur. 14. q. 4. si quis oblitus. Vin.

1 De hoc attitulo vide Baldum in l. si quemquam. C. de episco. & cler. & Gelasium Papæ decretione. 20.

Addit. Ab. Ex hac glo. nota duas bonas theoricas & practicas cõficiendi instrumentum, quando aliqua puella recipitur in monialem, vt non detur aliquid ex pacto, sed pure pro deuotione sua ipsa puella, vel eius pater offerat monasterio aliquid. Scđa practica est, vt si hoc contingat ex defectu facultatis reddituũ monasterij, ꝙ per viam cuiusdã protestationis siue intimationis dicatur volenti intrare, vt secũ aliquid portet vnde possit viuere, non autem debet deduci in pactum: & ita intelligo Innocentiũ in c. tua. j. eo. vbi vide sentire contra istã glossam, de quo etiã per Io. And. in c. quoniam. j. eo. Abb. Sic.

l ¶ Prioratus.] 1. q. 3. si quis eps. & q. 3. saluator. & s. de sta. regu. c. 2.

a ¶ Pro

e Pro sepultura.] Quot modis dicatur sepultura, dictum est j. de sepul. c. vlt. Ber.

Glossa sequens signat contrarium de casibus, &c.

b Diuturnitas.] Simile. j. c. proxi. & s. de cōsue. quarto. & c. vlt. ad idem. 1. q. 3. c. vlt. diuturnitas temporis peccatum non excusat. 24. q. 1. schisma. & 1. q. 1. nullus epũ grauamẽ. ff. de act. & obliga. obligatione. §. 1. Argu. §. vbicumque habet locũ pscriptio. 32. q. 4. obiiciuntur. Sol. de hoc dictum est s. de consue. c. vlt. & s. de tempo. ord. c. 2. Bernard.

CVm in ecclesiae.] Diuiditur. Primo ponit factum horribile, & excusationem consuetudinis improbat: secundo illam reprobat, quia simoniacam: ibi, Ne igitur. Abbas Siculus.

c Introducendis.] 1. q. 3. si quis obiecerit.

Glos. seq. tract. per modũ quaestionis, quare aliud in benedictione coniugum quam in coniugio.

d Benedictionibus nubentium.] Sic j. eo. suã. p benedictionibus nubentium aliquid accipi prohibetur, quia per eas gratia confertur, licet pro matrimonio aliquid dare vel recipere non est peccatum. 1. q. 1. quicquid. & 32. q. 2. honoratur. quia licet sit sacramentum, per ipsum tamen gratia non confertur. 27. q. 2. nuptiarum. 32. q. 2. connubia. Vnde est arg. q nõ idem iuris est in accessorio, quod in principali. An pro exequiis mortuorũ licitũ sit recipere, dr̃ j. eod. tit. suam. Ala.

e Consuetudine.] Vĩ q talis consuetudo non sit reprobanda, vt pro receptiõe canonica vel introductione personae in ecclesiam, aliquid recipiatur. in Authen. de san. epis. coll. 9. §. pro consuetudinibus. dum tñ non detur ex pacto, aut exigatur, sed sponte ex post facto offeratur. Et est opt. arg. 1. q. 2. sicut episcopum. & 18. dist. de eulogiis. & j. eo. dilectus 2. sed hic requirebatur ex consuetudine: quod est penitus reprobandum. j. eo. Iacobus. Ber.

quaelibet monachorũ aut clericorũ, annua distractione vendatur: Nec ab eo cui regimen ipsarum committitur, pro earũ commissione vllum pretium exigatur. Vnde quisquis contra hoc decretum attentare praesumpserit: tam ille qui dederit, quàm ille qui receperit, vel consenserit, partem se cum Simone non dubitet habiturum. Pro sepultura quoq;, & chrismatis, & olei receptione, nulla cuiusquam pretij exactio attentetur: nec sub obtentu cuiusquam consuetudinis reatum suum quis tueatur: quia diuturnitas b temporis non diminuit peccata, sed auget.

Ex concilio Lateraň.

Summatum est supra in capitulo praecedenti.

CAP. IX.

CVm in ecclesiae corpore, & infra. Horribile nimis est, quòd in quibusdam ecclesiis locum venalitas perhibetur habere: ita vt pro episcopis, vel abbatibus, seu quibuscumque personis ecclesiasticis ponendis in sedem, seu introducẽdis c presbyteris in ecclesiam, necnon & pro sepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus d nubentium, seu aliis sacramentis aliquid requiratur. Putant autem plures ex hoc licere, quia legem mortis de longa inualuisse consuetudine e arbitrantur: non attendentes, quòd tanto grauiora sunt crimina, quãto diutius infoelicem f animam tenuerunt alligatam. Ne igitur haec decaetero fiant, vel pro personis ecclesiasticis deducendis in sedem, vel sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu benedicendis nubentibus, seu aliis sacramentis [conferendis seu collatis] aliquid exigatur, districtius prohibemus. Si quis autem contra hoc venire praesumpserit, portionem cum Giezi g se nouerit habiturum.

f Infoelicem.] s. de cõsuetu. c. vlt. vbi de hoc. & male adinuentae cõsuetudines nullo tẽpore cõfirmanť. in Auth. vt nul. iu. §. 1. coll. 9.

g Giezi.] qui primo in veteri testamento simoniam inuenit, vnde fuit lepra percussus. 1. q. 1. qui studet. & c. cito turpem. Simoniaci dicuntur à Simone Mago.

CVm sit.] CASVS. Quaeritur si pro consuetudine ecclesiarum aliquid potest exigi praeter procurationem? & respondetur q non. hoc habes. 1. q. 2. placuit. Nota episcopum in consecratione ecclesiarum procurationem petere posse.

h Procurationem.] hanc procurationem recipit episcopus non p aliquo sacramento: quia hoc est simoniacum: vt 1. q. 1. statuimus. sed potius pro labore. immo nec pro labore: sed ista procuratio permissa est à iure, sicut & aliae procurationes, quae fiunt ratione visitationis: vnde nullam simoniam committit: quia qui peccat legis auctoritate, non peccat. 23. q. 4. qui peccat. & ista procuratio praestari debet secũdum facultates ecclesiae: sicut & aliae. s. de cen. sopite. & c. cum nuper. Immo si ecclesia procurare nõ posset epm, ipse suis sumptibus consecrabit ecclesiam. 10. q. 3. cauendum. & 10. q. 2. placuit. argu. in Authen. de mãd. princ. §. sit tibi. coll. 3. Ber.

Idem Vigilien. episcopo.

Pro ecclesiarum consecratione, nihil est praeter procurationem exigendum.

CAP. X.

CVm sit Romana: & infra. Consultationi tuae taliter respondemus, quod nihil pro ecclesiarum consecratione potes vel debes, praeter procurationem h exigere.

Idem Toletano archiepiscopo.

Conuictus de simonia, deponendus est. idem in infamato, qui se purgare non potest.

CAP. XI.

D hoc autem.] Duae sunt partes: secunda: ibi, Regem autem.

DCASVS. Episcopus Oxomeñ. ante suam electionẽ promisit archidiacono quoddã beneficium, & cuidam clerico quendam Prioratũ, vt vterq; electioni consentiret: item rex & alij principes pecuniam receperunt, vt electioni consentirent: q. fuit archiepis. quid ei esset sibi agendum super praedictis? Rñdet Papa, q si manifestum est dictum archidiaconum & clericum recepisse promissa, ob causam illam, vel exinde cõfessi fuerint vel cõuicti, sunt deponendi: Si vero non est notorium, nec conuicti sunt vel confessi, sed publica laborant infamia, indicenda est illis purgatio: in qua si defecerint, sunt puniendi. Rex autem & principes inducendi sunt, vt si qua receperint à dicto epo, vt electioni pstarent assensum, ecclesiae restituãt Oxomeñ. cum illa sine periculo animae non possint retinere. Nota, q deponendi sunt qui simoniam committũt. Item pecunia recepta restituenda est ecclesiae, in cuius iniuriam data est.

DE hoc autem, quòd episcopus Oxomeñ. archidiacono beneficium, & cuidam clerico antẽ electionem suam Prioratum dicitur promisisse, vt vterque consentiret eidem: Tuae prudentiae respondemus, quod si manifestum i est, eundem archidiaconum & clericum, ob causam illam, promissa recepisse k: aut exinde confessi fuerunt in iure l, vel legitime cõuicti, ab altaris ministerio sunt perpetuo deponẽdi m. Si vero id manifestũ n est, nec tamen conuicti vel confessi fuerint, sed tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio o debet indici: in qua si defecerint, tamquam auctores tanti sunt sceleris puniendi. Regem autem & principes, eius debes inducere,

i Manifestum.] id est notoriũ: alias secus. 11. q. 3. eorum qui accusantur. & 3. q. 5. quia suspecti.

k Recepisse.] maxime. arg. s. de confess. c. 2. & j. eo. nobis.

Glos. sequens arg. quod non minus, &c. in cõtrarium alleg. quatuor canones, & soluit.

l Confessi fuerint in iure.] Alias confessio extra iudicium non praeiudicat. De hoc not. s. de confes. c. vlt. Item arg. hic, q non minus agitur cum confesso, q̃ cũ conuicto. 2. q. 1. nos. s. de confes. cum super. & ff. de confes. l. 2. Arg. contra. 50. dist. presbyterum. 12. q. 1. non dicatis. & argu. 50. dist. si quis praepostera. 2. q. 1. in primis. in princip. Sol. cum sponte confesso mitius agitur: sed non parcitur sponte confessis in iure timore probationum: non enim est beneficium quod fit ex necessitate. ff. de rit. nupt. l. proxime. sed ea sunt in nostris officiis gratiora, q̃ cũ impendere non teneamur, causa tamen liberalitatis impendimus. 28. q. 1. iam nunc. ergo qui inuitus confitetur, non remuneratur.

m Deponendi.] haec est poena simoniacorum. Sic s. de confes. cũ super. cum agitur in modum accusationis. immo idem videtur si agatur in modũ inquisitionis. s. de accus. inquisitionis. 1. responso.

n Manifestum est.] non tamen notorium: quoniam tunc secus: vt patet s. eo. capitulo, vbi ponitur manifestum pro notorio. alia littera habet, non.

o Canonica purgatio.] propter infamiam. j. eod. insinuatum. s. de accus. cum P.

p Regem autem & principes.] hic rex & princeps ius habebant in electione tamquã patroni: quorũ assensus debet requiri. s. de electio. sacrosancta. & ita videlicet, q si nõ pstitissent cõsensum, nõ cõfirmabitur

Haec tria verba: conferendis seu collatis, desunt in concilio, & in antiquis compilationibus, Gregoriano, & omnibus Vaticanis.

Lib. 4. Regum cap. 5.

Cap. 9. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateran. par. 1. c. 4.

In codice, Barnatus ita: nec potest, nec debet, &c.

Cap. 10. eo. tit. in 1. compilatione. & post concilium Lateran. par. 2. cap. 19.

Alias iste: Si vero id manifestũ non est, &c.

fuerint

remouendi

bitur electio: & sic ius habebant. vnde nec ante nec post electionem licitum fuit redimere consensum illorum. 8. q. 3. talia. & 1. q. 3. siquis præbendas. & 1. q. 1. eos. & j. eo. Matthæus.

Glos. seq. not. pecuniam simoniacam, &c. signat contrarium de decret. veniens. ponit solo. Ala. postea suam.

vt si qua receperint † à præfato episcopo, vt eius electioni præstarent assensum, ecclesiæ Oxomen. sine diminutione restituant[a], cū ea sine graui suæ salutis periculo retinere non possint.

Idem Eboracen. archiepiscopo.

Simoniacum est pro temporali obsequio, beneficium ecclesiasticum promittere.

CAP. XII.

CVm † essent in nostra præsentia cōstituti R. clericus, & nobilis vir V. quia idem V. moram diutius facere non poterat, pro se in causa illa sufficiētem constituit responsalem: Cumque ab ore præfati R. intellexerimus, quòd memoratus miles † promiserat[b] ei dare ecclesiam, si quoddam negotium eiusdem in nostra posset præsentia promouere: ac per hoc promissionem ipsam cōtinere simoinacam prauitatem: eidē R. super eadem ecclesia, silentium[c] duximus imponendum.

Idem Cistren. episcopo.

Notorius simoniacus in beneficio, ab

a *Restituant.*] quia sine periculo eā retinere non possunt, vt hic patet: & cum pœna dupli debent restituere illā. in Auth. de san. episc. in 2. coll. §. si vero laicus. & §. si autem secularis. coll. 9. & j. eo. audiuimus. & s. de immu. eccl. quia plerique. Hic not. q ecclesiæ restitui debet, cui facta fuit iniuria. arg. 17. q. 4. siquis in atrio. & 27. q. 1. si qs rapuerit. & in Auth. de sanc. epi. §. si qs autē. in 2. coll. & ecclia pōt vēdicare illā pecuniā. in Auth. eo. tit. §. si veru laicus. & §. sed neq; xenodochiū. arg. s. j. eo. veniēs. vbi restituitur ei q dedit. Ala. dixit, q i decr. veniēs. restituta fuit ei q dedit de misericordia: & hoc qd hic dicit, est ius cōe. Tu dicas aliter: illa, veniens. loquit d monacho, q pecuniā dedit pro sua receptione, & illud est ius, & hoc similiter. si ergo aliquis det pecuniam monasterio vt recipiat, simonia committitur. s. eo. quoniā simoniaca. ei ergo qui dedit, debet restitui pecunia tam indigne à monachis accepta: vt cū ea in aliud monasterium intret, ne sit onerosus secūdo monasterio. ar. 16. q. 6. de lapsis. & 27. q. 1. si quis rapuerit. & vbicumque siue monasterio siue ecclesiæ seculari pecunia taliter data & accepta fuerit prout dicit decre. veniens. restituenda est pecunia ei, qui dedit: nec ecclesia vel monasterium debet cum tali fraude esse in lucro, cum ipsi clerici vel monachi in hac ita cōiter delinquunt, cum ipsi clerici de hoc sint puniendi, & ex eodem facto pœnam & præmium consequi non debeant, vt ff. de neg. gest. siue hæreditaria. & ex hoc contingeret viam fraudibus aperiri: quod esse non debet. 93. dist. peruenit 2. & 35. q. 9. loci. in fi. & tale lucrum ecclesia non debet habere, nec possent clerici, vel monachi pœnitere, nisi restituerent quod simoniace receperunt. Vel posset dici, q si clerici seculares sic cōiter delinquunt, ecclesiæ debet applicari. & clerici sunt omnes ab ecclesia remouendi. cum vero pecunia datur alicui, puta prælato soli, vel alij cuicumque, ita q ecclesia non sit in culpa: tunc locum habet, quod prius dī, q ille qui pecuniam receperit, debet illam restituere ecclesiæ in cuius ignominiam data fuit: nec debet ei restitui, qui dedit, & præcipue si sit secularis, in quo casu intelliguntur authenticæ prædictæ. De regulari posset dici, q & tunc nō debet ei restitui simpliciter, sed assignanda est secundo monasterio ad quod transit: vt eo viuente habeat vsum illius. arg. prædictorum capitulorum de lapsis. siquis rapuerit. & hoc cum ecclesia fuit in culpa. Bernar.

CVm essent.] Primo ponit decisæ controuersiam & procuratoris dationem. Scdo diffinitionē, & eius causam: ibi, Cumq;. Abb.

CASVS. R. clericus & V. nobilis erant in præsentia dñi Papæ, pro controuersia, quam inter se habebant: sed quia nobilis ille in curia domini Papæ moram diutius trahere non poterat, pro se in causa illa constituit procuratorem: partibus in præsentia Papæ constitutis, clericus ille confessus est, q miles ille pmiserat ei dare ecclesiā illam super qua litigabant, si quoddam negotium ipsius militis posset in præsentia Papæ promouere: & quia promissio illa continebat simoniacā prauitatē, eidem R. Papa imposuit silentium super ecclesia ipsa. Nota q sola promissio super re spirituali simoniam inducit.

Glossa sequens dicit, quòd vitium fuit ex pacto, &c.

b *Promiserat.*] hæc promissio sine pactio illicita fuerat & simoniaca. s. de pact. c. vlt. & j. eod. tua. & 1. q. 2. quam pio. vnde miles per talem promissionem non obligatur: quare ipsi R. imponitur silentium. Si vero sine aliqua pactione promouisset negotiū illius, vel aliàs seruiuisset eidem, bene poterat eum remunerare, siue præsentando ipsum ad aliquod beneficium, siue etiam alio modo. arg. 61. dist. quid proderit. immo etiam naturaliter erat ei obligatus. ff. de peti. hære. sed & si lege. §. consuluit. & arg. 12. q. 2. hæc huius placiti. Potest ergo licite quilibet seruire episcopo, vel alij spe futuræ remunerationis. nec simonia cōmittitur in tali spe, cū sine omni pactione vel conditione seruiat; dūmodo principaliter hac intentione non seruiat, nec episcopus directe pro hoc seruitio ei prouidere in beneficio intendat: quia sic esset immunis ab officio & obsequio. 1. q. 1. ordinationes. & cap. sunt nonulli. aliàs nisi speraret inde remunerationem, quare seruiret ei, cum ex debito ei non teneatur, immo qui dignus est, potest sperare episcopatum & alios honores. 59. dis. si officia. 74. dist. consuluit.

c *Silentium.*] & bene. quia si ecclesiam tali modo adeptus fuisset: eam renuntiare teneretur: vt 1. q. 1. si quis neque. & in aspera pœna vel pœnitentia semper esset, vt ibi: quam etiā agere non posset ea retenta. s. de accusa. inquisitionis.

illo deponitur. idem in infamato, qui se purgare non potest.

CAP. XIII.

INsinuatū † est, quòd in ecclesiis tui episcopatus, plurimi clerici per simoniam habere dicuntur ingressum[d], & infamia inde respergi. Vnde mandamus, quatenus si qui fuerint, quos in prædictis ecclesiis publicum & notorium[e] est † simoniace intrasse: eos amoueas ab ecclesiis taliter acquisitis. Illis autem, quorum crimen non est publicum & notorium, si † publica laborant infamia, cum quinta vel sexta manu[f] sui ordinis, purgationem indicas: in qua si defecerint, beneficiis † huiusmodi ecclesiarum perpetuo priues[g] eosdem.

Idem.

Simoniacum est pretio vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel digne pœnitentem à reconciliatione remouere.

CAP. XIIII.

NEmo † presbyterorum xenium, vel emolumentum

INsinuatum.] Primo ponit Papa narrationem sibi factam: secundo q eam prouideri mandat: ibi, Vnde. Abbas.

CASVS. In ecclesiis Castrenen. episcopatus, complures clerici per simoniam dicuntur habere ingressum: de quo sunt infamia notati: vnde mandat Papa diœcesano episcopo, quatenus si notorium fuerit aliquos in ecclesiis illis per simoniam intrasse, inde eos remoueat: illis autem quorum crimen notorium non est, si tamen laborant infamia publica, indicat cum v. vel vj. manu sui ordinis purgationem, in qua si defecerint, beneficiis illis perpetuo priuet eosdem. Nota q infamatus de simonia, si non potest se purgare, punitur tamquam conuictus.

d *Ingressum.*] vnde fures sunt & latrones: quia non intrant per ostium. s. de iure patro. relatum. & 33. q. 4. tres personas. & 1. q. 1. ordinationes. 7. q. 1. non furem.

e *Notorium.*] dicimr tribus modis notorium. s. de cohabi. cleri. & mu. ca. vlt. & ideo nulla probatio est necessaria. s. de accusa. euidenter. & 2. q. 1. de manifesta.

Glossa sequens signat contrarium de Canon. cap.

f *Quinta vel sexta manu.*] Arg. contra. 2. q. 5. presbyter si. & c. si mala. & ca. omnib⁹. Sol. regulare est q ipse episcopus debet se purgare cū 12. presbyteris, presbyter cū quinq;, diaconus cū tribus: Vnde versus:

Pontificem parium manus expurgat duodena:
Quinta sacerdotem: leuitam tertia: pœna
Maior maiore, minor est adhibenda minori.

Quandoque tñ sunt pauciores: vt s. de accu. cum P. 2. q. 5. omnibus. Qñque plures. j. de purga. can. inter sollicitudines. hodie vero numerus compurgatorum arbitrarius est, secundum arbitrium iudicis. s. tit. proxi. inquisitionis. in fi.

Glossa sequens obuiat, concludendo per duo, &c.

g *Perpetuo priues.*] Nota, q deficiens in purgatione punitur: vt hic patet. & s. eo. de hoc. & j. de purg. ca. cum P. sed purgatio indicitur propter probabilem præsumptionem ortā ex fama: ergo vī q ex probabili præsumptione possit diffinitiua sententia ferri: quod non est verum. Sed ista probabilis præsumptio transit in violentiam, ex eo q non habet testes suæ honestatis. B.

NEmo.] Sūt duæ partes principales. Scda: ibi, Nec quoquā. Abb.

CASVS. Statuit Alexāder q nullus presbyter aliqd emolumētū tēporale recipiat à quoquā, publice peccāte, vt epo vel eius ministris celet

Vide B. Thomam 2. 2. q. 100. art. 4. ad vltimum argumentū.

recuperādi

Cap. 11. eod. tit. in 1. compila. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 2. c. 14. Vide B. Thomam 2. 2. q. 100. art. 5. & Sotum lib. 9. de iustit. & iure q. 7. art. 3. & Turrecrematam in c. ordinationes. 1. q. 1.

nobilis

Exomen. Castrensi Castren. Sed vt plurimū vt est impressum.

Num autem soluta per simoniā tepore possint, vide Guidonem Papæ decisione. 381.

De hoc articulo præter Hostiensem, vide hic late per Panormitanum.

De hoc articulo per ter doctores hic, vide B. Thomam in suo cap. citatum & Sylvestrū in summa verbo simonia. q. 16.

Cap. 12. eo. tit. in 1. compila. & post concilium Lateran. par. 2. c. 13. Et Cassiodo rū domini ne. 3. tit. de inquisitione possessionis, & traditum.

fit

sed publica, &c.

Aliàs inea ab huiusmodi beneficiis, &c.

Cap. 13. eo. tit. in 1. compila. Ad intelligentiam præter doctores hic, vide B. Thomam 2. 2. q. 100. ar. 1. vnde intelligas qualiter in his exēplis possit committi simonia. adde Sylvestrum in summa verbo simonia. q. 9.

stris celet peccatum illius, nec pro respectu alicuius personæ, consanguinitatis, vel familiaritatis dimittat, quin peccatum illud epo innotescat. Secundo dicit, q nullum digne pœnitentem, vel etiam minus digne pœnitentem, pp gratiam vel fauorem ad reconciliationem adducat, & testimonium reconciliationis ferat eidem, vel pp aliquem liuorem siue odium remoueat à reconciliatione, quia vtrumq; simoniacũ est. Nota q qui dat temporale pro spirituali, simoniam committit: & qui pp consanguinitatem vel amicitiam non denuntiat epo peccatum alicuius, simoniam cõmittit. Item quicunque pœnitentem pp gratiã vel fauorem ad pœnitentiam adducit, vel pp odium remouet à reconciliatione, simoniam committit, & sic fauor, vel gratia, siue odium succedit loco pretij.

quodlibet [a] temporale, immo spirituale detrimentum, à quocumque publice peccante acci piat, vt episcopo vel ministris eius peccatũ illius celet [b]: nec pro respectu cuiusque personæ consanguinitatis [c], aut familiaritatis alienis communicans [d] peccatis, hoc episcopo innotescere detracter: Nec quẽquam pœnitentem, vel minus digne pœnitentem, gratia vel fauore ad reconciliationem adducat, & testimonium reconciliationis [e] ferat eidem: vel quocumq; liuore, digne pœnitentem à reconciliatione remouear: quia simoniacum est vtrumque [f].

Idem Vigor. † episcopo & † Priori de Acra.

Ecclesia emi vel redimi non potest, hoc dicit quo ad litteram.

CAP. XV.

Querelam † monachorum de Acra recepimus, quòd cum ipsi quoddam manerium cum pertinentiis suis, & ecclesiã de Geneñ. à monachis de Cardonio †, sub annuo censu quindecim librarũ fuissent adepti, & inde chartam ab ipsis monachis habuissent: Prior eorum capitulo inconsulto [g], præscriptum † manerium, &

a Quodlibet.] id est, aliquod de quibuslibet. sim. 15. q. 1. mulier. & ẽ. de condi. apposit. vetum. & 1. q. 7. si quis omnem. in primo versi.

Glos. seq. notat quod celare sit simoniacum, & sit aliquid facere. signat contrarium, & soluit.

b Celet.] Nota q simoniam committit, q pro aliquo temporali celat peccatũ alicuius, quod peccatum corrigere vel denuntiare tenetur epo: sicut simoniacum est aliquid recipere, vt q ordinãdus est, nõ ordinetur: vel vt electioni quis non consentiat. 1. q. 1. §. q autẽ. & c. seq. ad si. q. Et est hic arg. q celare est aliqd facere. sim. 36. dist. si qs vult. Arg. ẽ. ff. de præscrip. ver. solent. & ff. de condic. ob tur, causam. l. 3. §. vlt. Sol. illa non tangunt istam materiam, hic loquitur de iudicio, quod fit ad pœnitentiam: ad quod tenetur quilibet, vnde nihil potest quis propter hoc accipere: cum sit spirituale: illud de iudicio, quod fit ad furem capiendum vel seruum fugitiuũ, pro quo potest recipi merces laboris. Ber.

c Consanguinitatis.] Ergo videtur q consanguinitas simoniam inducat, quia non refert an iniustus cordis amor, an sordidæ preces interueniant. 1. q. 1. si quis neque.

d *Alienis communicans.*] 78. dist. quid est. 86. dist. c. 2.

e Reconciliationis.] pro recõciliatione, vel absolutione pretium exigi non debet. j. eo. ad aures.

f Vtrumque.] primum scilicet digne pœnitentem, vel minus digne, gratia vel fauore adducere ad reconciliationẽ: aliud est digne pœnitentem remouere à reconciliatione aliquo liuore: vtrumque enim istorum simoniacum est, & ita respicit istos duos modos tñ: & quod primo dixit, simoniacum est: similiter vt dr ibi: vel pñt respicere omnia præcedentia, vt illa duo vltima quasi pro vno reputentur: & quod primo dixit, celet, & innotescere detracter: quasi idẽ sunt: & sic illud vtrumque potest respicere illa sic coniuncta. Ber.

Querelam.] Primo ponit querelã monachorum: Scdo cõmittit causam, instruendo iudicẽ in principali: ibi, *Vnde quia*. Abb.

CASVS. Monachi de Acra quoddam manerium cum pertinentiis suis, & ecclesiam quandam adepti fuerunt à monachis de Cardonio, sub annuo censu xv. librarum, & super hoc chartam ab ipsis monachis habuerunt: Postmodum vero Prior monachorũ de Acra, capitulo suo inconsulto, chartam prædictam, accepta inde pecunia, dictis monachis de Cardonio resignauit: vnde monachi illi de Acra conquerebantur se iniuste grauatos: quare mandat Papa quibusdam, quatenus partibus conuocatis, causam concordia vel iudicio terminare procurent, scientes, q sicut ecclesia prædicta emi non potuit, ita nec redimi. Si vero monachi de Cardonio legitime citati, fuerint cõtumaces, iudices monachos de Acra inducant in possessionem eorum, de quibus controuersia vertitur inter eos, nec permittant eos exinde absq; iuris ordine molestari. Nota q ecclesia non potest emi nec redimi, aliàs simonia committeretur. Item pp contumaciam rei ante litem contestatam actor mitti debet in possessionem rei petitæ, & iudex inductum in possessionẽ defendere debet. Itẽ delictũ Prælati capitulo inconsulto nõ præiudicat ecclesiæ.

Ad intelligentiam huius glossæ, vide per Palu. hoc Panorm. ibi ver. sed oppono contra glossam.

Vigorien.

Vigorniensi.

Et in omnibus manuscriptis legitur ita: & Priori de patria: nec possit eiici ... Priori de Acra, cum ... monachi conquerantur, vt iudicat ... in alio ... & Priori de Perna.

Cap. 14. eo. tit. in 1. compilatio. & post concilium Lateran. par. 1. c. 2.

Cadomo.

Cardonio. eadem varietas est paulo post.

Aliàs ita: prædictum manerium. Est autem manerium seu mansus apud Italos, patrio sermone, q lathers duobus bobus ad arandum per totum annũ: sed Galli manerium vocant domum extra ciuitates cũ iudicia & terris adiacentibus. quò sæpe pontifices & nobiles delectationis gratia ... Hostiensis. & c. supra de censu.

chartam monachis de Cardonio, accepta pecunia resignauit. Vnde quia præfati monachi de Acra se cõqueruntur iniuste grauatos: Mãdamus, quatenus partibus conuocatis, præscriptam causam, concordia [h]; vel iudicio terminetis: scituri, quòd sicut emi non potuit [i], ita nec redimi ecclesia memorata: Si vero monachi de Cardonio legitime citati, ad vestram præsentiam accedere, & iudicio vestro stare contempserint: vos ipsos monachos de Acra, in possessionem [k] eorum, de quibus controuersia vertitur, inducatis: nec permittatis eos exinde absque ordine iudiciario molestari.

Idem.

Pro chrismate ab ecclesiis pecunia exigi non debet, etiam si hoc habeat consuetudo.

CAP. XVI.

Ea † quæ de auaritiæ: & infra. Audiuimus, quòd nũmos p chrismate [l] ab ecclesiis extorqueatis: quos nunc cathedraticum, aliquando Paschalẽ præstationem, interdum episcopalem consuetudinẽ appellatis † [m]: Quia vero hoc simoniacum esse cognoscitur: Man-

g Inconsulto.] vnde nõ valet resignatio. 12. q. 2. sine exceptione. ẽ. de empt. & ven. cũ dilecti.

h Concordia.] 5. q. 2. si primates. & ẽ. de trãsactio. cap. vlt. vbi plures concordantias inuenies de hoc.

Glos. seq. obiicit ad rationem dupliciter. primo quid cũ vniuersitate, &c: soluit. secundo quod non est sufficiens quo ad manerium fatetur, dicens, &c.

i Emi non potuit.] q nullum spirituale vel spirituali annexum potest vendi vel emi. ẽ. de iure patron. de iure. & ẽ. de pact. cum pridem. & c. vlt. & ẽ. de trãsact. sup eo. & 16. q. 7. decimas. ergo nec redimi. sed hæc ratio non vr habere locum: quis ecclesia vel spirituali annexum, potest vendi cum vniuersitate & obligari. ẽ. de iure pat. ex litteris. & cap. cum seculũ. sed manerium fuit, vt vr, principale, in quo erat ecclesia: & ita potuit redimi tamquã accessorium. Dicas q manerium cum pertinentiis suis & ecclesia fuerunt monachis concessa: ita q neutrum fuit accessorium alteri: & hoc colligitur bene ex littera: vt ibi dicit in princ. quoddam manerium cum pertinentiis suis, & ecclesiam. & ita ecclesia non fuit pertinens manerij, quia separata fuit à pertinentiis: & ita redemptio quantum ad ecclesiam nulla fuit ipso iure. sed hæc ratio non habet locum in manerio, quod bene potest vendi & redimi, & ita hac via non possunt reuocare manerũ. Qualiter ergo agent pro manerio? Dicas, q 3ctus siue redemptio quo ad manerium nullus fuit ipso iure ex alia causa: quia hoc factũ fuit irrequisito capitolo. sim. ẽ. de emp. & vend. cũ dilecti. & 12. q. 2. sine exceptione. & hac eadem ratione non tenuit redemptio ecclesiæ: & ita etiã si ecclesia fuisset accessoria ad manerium, idem esset.

k In possessionem.] causa rei seruandæ, si lis non fuerit contestata. ẽ. vt lis non contest. quoniam. §. in aliis. & si lis contestata esset, & non liqueret de causa, adiudicaret eis possessio, salua quæstione proprietatis absentibus. ẽ. de dolo & contuma. prout. vbi de hoc: quam possessionem debent eis defendere iudices, vt dicit in fine: cum remaneant adhuc iudices de illa re, vsque ad diffinitiuam sententiam. ẽ. de testi. ex parte A. vbi de hoc. Bern.

Ea quæ.] Primo factum reprehensibile narratur: Secundo illud fieri prohibetur: ibi, *Quia vero*. Tertio pœnam cõminatur: ibi, *Pro certo*. Abbas.

CASVS. Quidam epi extorquebant nummos à clericis pro chrismate, & illos denarios aliquando appellant cathedraticum, aliquãdo Paschalem præstationem, aliquando appellant illos consuetudinem episcopalem: Sed quia simoniacum est, mandat Papa, quatenus prætextu alicuius consuetudinis & prælationis, denarios prædictos nullatenus exigant: quod si fecerint, periculum sui ordinis poterunt formidare. Nota, q in delictis non excusat consuetudo, & variatio nominis non prodest.

l Chrismate.] pro chrismate nummos accipere non conceditur, immo simoniacum est, vt 1. q. 3. c. vlt. & j. eo. in tantum. & ẽ. eod. non satis. & c cum in ecclesiæ. & j. eod. ad nostram.

m *Appellatis.*] similis variatio nominis habetur j. eo. in tantũ. Sed

Cap. 15. eo. tit. in 1. compilat. De materia & intellectu vide plene per S. Thomã 2.2.q. 100. art. 2. Soul lib. 9. de iustitia & iure. q. 6. art. 1. & Turrecremata in c. vlt. 1. q. 1.

Facit ad hoc gl. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. 1. & l. emtio. C. de muta. no.

bona denominatio non excusat malum: quia quodcunque nomen imponas, simonia est, sicut in vsura 14. q. 3. plerique. & c. cisca. Ber.

¶ Glossa sequens vetteetur per quæstionem tyrannis, vel per abroli.

a ¶ *Consuetudinis.*] Consuetudo ista quantumcunque longa, non excusat malum, immo magis accusat. s. eod. non satis. & c. cum in ecclesiæ. & s. de consuetu. cap. vlt. cum sit contra ea quæ in veteri testamento prohibita sunt, & in sui natura mala: vt vendere sacramenta. 1. q. 1. qui studet. & cap. sicut eunuchus. secus de illa consuetudine, quæ inducta est contra iura positiuum. s. de consuetu. c. vlt. vbi de hoc.

b ¶ *Periculum ordinis.*] scilicet depositionem, quia pœna simoniacorum est depositio: vt s. eo. de hoc. & c. insinuatum. & s. de accu. inquisitionis. 1. respon. Ber.

damus, quatenus prætextu alicuius consuetudinis[a] vel prælationis, præscriptos denarios nullatenus exigatis: Pro certo scituri, quòd si hoc præsumpseritis, periculū ordinis[b] & dignitatis poteritis non immerito formidare.

¶ Idem.

¶ *Pro habendis spiritualibus homagium facere, simoniacum est.*

CAP. XVII.

EX † diligenti tua relatione innotuit, quod H. Cant. archidiaconus te induxit, vt ei homagium faceres, & fidelitatem præstares: ita quod ipse tibi beneficium ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Vnde † quoniam huiusmodi obligatio[c] illicita, & cōtra tuæ salutis[d], necnon & suæ profectū existit, absolui à nobis instantius postulasti: adiiciens, quod ab eo deinceps nihil omnino[e] de beneficio acciperes constituto. Quocirca nos tuā petitionē honestam, & fauorabilem attendentes: te à præfati archidiaconi homagio † & fidelitate (præsertim cum hæc taliter præstita, diuinis[f] & humanis[g] legibus contraire noscantur) absoluimus[h]: ita quòd ab episcopo vel sacerdote discreto,[i] pœnitētiam inde condignā recipias. ¶ Verum ne aliqua propter hoc

¶ Cap. 19. eo. tit. in 1. compila.

EX *diligenti.*] In prima parte ponitur supplicantis narratio, petitio, & obligatio. In secūda petitionis exauditio cum determinatione, & litterarum datio: ibi, *Quocirca.* Abb.

¶ Hæc periodus in codice Barbaturæ habetur ita: Vnde quoniā huiusmodi obligatio illicita est, & cōtra salutē animæ tuæ, nec non & suæ profectū existit, &c.

CASVS. Archidiaconus Cantuariensis induxit quendam clericum, vt faceret ei fidelitatem; ita quod ipse illi clerico beneficium ecclesiasticum annis singulis exhiberet: clericus iste videns quod huiusmodi obligatio illicita erat, petiit instanter à domino Papa absolui, dicēs, quod de prædicto beneficio nil amplius acciperet: Papa videns petitionem huiusmodi honestā & fauorabilem, ipsum ab illa fidelitate absoluit, cum illud contrarium fuerit diuinis legibus & humanis, ita quod à sacerdote discreto pœnitentiam accipiat: & ne nota infamiæ possit respergi, concedit sibi has litteras, quas possit ostendere in testimonium suæ indulgentiæ contra infamantes eundem. Nota quod fidelitas pro re spirituali acquirenda fieri non debet: quia simonia esset.

¶ hominio

¶ Glossa sequens vetteetur per quæstionem, an obligatio, &c.

c ¶ *Obligatio.*] Obligatio ista turpis fuit & illicita, ideo neque de iure neque de facto ligat. s. de pact. c. vlt. & est illud munus ab obsequio indebite impenso, vnde simoniam inducit. 1. q. 1. sunt nonnulli. & pro spiritualibus homagiū exigi nō debet. j. de reg. iur. c. vlt.

d ¶ *Contra tuæ salutis.*] Iuramentū istud vergit in dispendiū salutis æternæ: quia præstitum est pro re spirituali, pro ecclesiastico beneficio scilicet, vnde non potest seruari. s. de condi. app. c. fi. & s. de iureiur. si vero. & s. quod met. cau. cum dilectus. & 22. q. 4. si aliquid. Alanus.

¶ De hoc plene B. Thomas 2. 2. q. 100. art. 5 & Sotus lib. 9. de iust. & iure q. 7. art. 3.

e ¶ *Nihil omnino.*] aliàs certe pœnitentiam agere non posset. s. de accusatio. inquisitionis, quia venia non datur nisi correcto. 24. q. 2. legatur. 23. q. 7. quemadmodum. sed pœnitere non potest nisi renunciet illud beneficium: vt dixi in prædicta decreta inquisitionis.

f ¶ *Diuinis.*] id est [a], canonicis: sic exponitur 3. q. 5. quod suspecti. & 1. q. 2. quàm pio. & q. 3. si quis obiecerit. & cap. saluator. vel proprie, quia hoc est contra vetus & nouum testamentum. 1. q. 1. qui studet.

¶ Quo iure simonia sit prohibita, vide plenissime explicatum per Dominicū Sotum lib. 9. de iust. & iure q. 1. art. 2.

g ¶ *Humanis.*] C. de epis. & cleri. si quenquam. & in Authen. de sanc. episco. circa prin. §. sed neque. coll. 9. Nota ergo quod crimen simoniæ grauissimum reputatur, ex quo diuinis, & canonicis, & humanis legibus condemnatur. arg. 1. q. vlt. c. vlt. Ber.

h ¶ *Absoluimus.*] ipso iure tamen absolutus erat: vnde expone, absoluimus, id est, absolutum ostendimus, & potius factum respicit talis absolutio. Tan.

i ¶ *Discreto.*] Nota verbum illud, quod discretus pœnitentiarius est quærendus, qui sciat soluere ac ligare. de pœni. dis. 6. qui vult. petita & obtenta licentia prius proprij sacerdotis: alias non debet fieri. j. de pœnit. & remiss. omnis. §. 1. Bern.

k ¶ *Infamia.*] Simoniaci enim infames sunt. 1. q. 3. c. vlt. Et hæc est talis infamia, quod nisi cum eo dispensetur per principem, ad aliquod ecclesiasticum beneficium admitti nō [l] debet, quoad Deum actā pœnitentia tollitur. arg. 2. q. 3. §. hinc colligit.

nota vel infamia[k] possis † respergi, absolutionis nostræ litteras tibi duximus indulgendas: quibus contra latrantium morsus tutus, & præmunitus existas; & quas in testimonium indulgentiæ nostræ valeas demonstrare[l].

¶ Alias possis in posterum respergi.

l ¶ *Demonstrare.*] Aliàs non crederetur secum fuisse dispensatum, nisi ostēderet indulgentiā. j. de schisma. c. 2. Bern.

¶ Hæc Bernardi opinio non placet his: hic Hostiensi, qui laudat hanc Andr.

¶ Idem Strigon. archiepiscopo.

¶ *Ordinatio vel consecratio non censetur simoniaca, licet ordinatori aliquid donatum fuerit non ex pacto.*

CAP. XVIII.

ETsi † quæstiones tuas de feruore religionis ad nos perferri nullatenus ignoremus, nō tamē tibi est in his vltraquam oporteat, dubitandum: cum leges humanæ dicant, quòd quidam tenui religione[m] sacramē ta † etiam necessaria[n], & legitima exhibere contemnunt: tenuē religionē vocantes, quæ † in talibus hæsitat[o], vbi non est aliquatenus hæsitandum. ¶ In hoc itaque quòd P. presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis legatus pro electione tua, & vt pallium tibi traderet, ad partes illas accessit, & frater tuus eius præsciens necessitatem, ei equū vnum te ignorante transmisit: quoniā per mare veniēs, nullas aut paucas secum equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet: Cum in accipiendis

ETsi.] Diuiditur. In prima quærēus conscientiā à puritate commendat, & scrupulosam curiositatem reprehendit: In secunda: ibi, In hoc. factum narrat: distinguendo soluit, & concludit soluendo. Secundum: ibi, *Cum in.* Tertium: ibi, *Si ergo.* In tertia principali ibi, *Quod autem*, respondet auctoritati, ex qua dubitatio insurgebat. Abbas Siculus.

¶ Cap. 10. eod. tit. in 1. compila. & post concilium Lateran. sub Alexan. 3. par. 50. c. 12. Vide Turrecrematā in cap. sunt nonnulli. 1. q. 1.

CASVS. Quidam electus fuit in archiepiscopum Strigon. & confirmatus: Papa per quendam Cardinalem per mare euntem trāsmisit ei pallium: Frater illius electi occurrit obuiam Cardinali: & Cardinales cū paucas equitaturas haberet, obtulit ei Palefredum, epo electo ignorante, & recipiēte postmodum pallium ab eodem: postea archiepiscopus hoc intelligens dubitauit, an esset sibi in aliquo imputandum: consuluit Papam super hoc: & ipse respondet, quod in his vltra quam oporteat dubitare non debet: cū dicant humanæ leges, quod quidam contemnunt sacramenta etiam necessaria exhibere, quadam tenui religione, dicentes tenuem religionem, quæ dubitat vbi dubitandum non est: & ideo pro eo quod frater eius Cardinali equum vnum illo ignorante transmisit, nullo modo ipsum dubitare oportet: cum paucas equitaturas veniens per mare secum haberet: quia in accipiendis muneribus vel dandis, tria sunt consideranda, scilicet qualitas dantis & accipientis, quantitas muneris, & tempus donationis. qualitas personarum, vt à quo, & cui, an à paupere diuiti: vel econuerso. quantitas muneris, scilicet an magnum vel paruum sit donum. tēpus, an instante necessitate, vel alio tempore donetur. Si prædicta considerentur, non fuit magnum si frater ille equum vnum Cardinali donauit, quem histrioni etiam non petenti donaret: & potius hoc fecit necessitate inspecta, quàm alia intentione: quod autem dr: Beatus qui excutit manus suas ab omni munere: de donis illis dictum est, quæ solent accipientes vel accipientis animum allicere: in aliis, quæ accipientis animum non immutarent, Romana ecclesia interpretari consueuit, accipientem non delinquere vel donantem. Nota, quod non debet eps dubitare, vbi dubitandum non est. Item in donis dandis tria considerantur, vt littera dicit. Item modica non præsumuntur aliquem immutare.

¶ Vide Hostiensem in cap. excommunicamus. 1. §. adiicimus. infra. de hæret.

¶ In tribus Vaticanis ita: quæ in talibus hæsitant, &c.

m ¶ *Tenui religione.*] In lege dr [q], quod quidam subtili reuerentia tenti: vt nec verum iuramentum præstare velint. C. de fide instru. l. vlt. ad fin. quandoque dr verecundia vel timiditas. ff. de constit. pecu. illud. in fi. ff. de condi. instit. quæ sub conditione.

¶ Alij alia afferunt in Iurisconsultis verba, sed nemo hactenus ea, quibus hic Glo. vtitur, vidit.

n ¶ *Necessaria.*] Hæretici [r] etiam veritatem nolunt iurare: vnde eoipso tamquam hæretici reputantur. j. de hære. excommunicamus. §. adiicimus. vers. si quis vero.

¶ Hic error fuit Waldēsium et refert Eymericus in Directorio inquisitorum. par. 2. q. 14.

o ¶ *Hæsitat.*] Simile 24. q. 2. sane quod super. in princip. & s. de rescrip. cum contingat. Bern.

¶ Glos.

Glo. seq. quatuor facit: ponit differentiam muneris ad donum, ponit per versus quatuor in muneribus attendenda: prosequitur demum septem, & vertitur apophtegma.

a *Dandis muneribus.*] Aliud est munus, & aliud donum. ff. de verb. sig. inter donum. Muneribus dandis attendas quatuor ista:

Quid, cui, quis, vel petiti, quo tempore, qua causa petiti. Lau. Considerari debet quid offeratur. 19. dist. c. sin. Quale. 49. dist. c. penu. & vlt. A quo etiam arg. 3. q. 7. in grauibus. & pro quo. 1. q. 1. dictum est. 2. Itē ad quid offeratur. de conse. dist. 2. & dixit. Qua intentione. 8. q. 1. in scripturis. Quantum. 17. q. 1. Ananias. Et hic consideratur quantitas ex persona dantis & recipientis: Vnde Seneca: Quidam cynicus petiit a rege Antigono talentū, rīdit rex, quod plus est quàm cynicus petere debeat, & sic fuit repulsus: petiit denariū cynicus, rīdit rex, quod minus esset quàm deceret regē dare: & ita turpissimam cauillationem inuenit, qua neutrum daret, cū posset dare talentum tāquam rex: & denarium tamquam cynico.

b *Equum.*] Quandoque tā sex solidi simoniam inducunt. j. eo. ex tuæ.

c *Non petenti.*] Et ideo gratius: vnde Seneca: Nō gratis accipitur munus, quod petenti donatur. vnde illud Apollo: Beatius est dare quàm accipere. 16. q. 1. prædicator. qui enim donat, aliū sibi naturaliter obligat. ff. de peti. hæred. sed & si. §. consuluit. & ille cui donatur, exhibere reuerentiam donatori compellitur, & obedire. 8. q. 2. illud quidā. vnde versus:

Gratius est donū quod venit ante preces. Vinc.

d *Donaret.*] Quod dicare fieri non debet, quia quod ioculatoribus donatur, arti nequissimæ donatur. 86. dist. donare.

Vide Cabanum apud S. Thomam 2. 2. q. 115. art. 2.

Efsiue cu. 33. refert Burchard. lib. 1. c. 113. Ion. par. 5. c. 86. Ansel mus lib. 6. c. 75. Gratianus in c. sunt non nulli. 1. q. 7.

In vno manuscr. Vaticano ita: quoniā etiam si ipsa persona, &c.

Alias ita: quæ modici pretij fuerit, ex quo voluntatē, &c.

Vel † dandis muneribus a, tria sūnt maxime attendenda † persone scilicet dantis, & accipientis qualitas: quātitas muneris: & donationis tempus. Qualitas personarū, vt à quo, & cui, videlicet, an à paupere diuiti, vel econuerso, siue à diuite locupleti datum fuerit: æstimatio muneris & donationis tempus, si magni vel minoris pretij res data existat, & an instante necessitate, seu alio tempore conferatur. Si ergo prædictorum Cardinalis & fratris tui personā & qualitatem pensamus, non fuit magnum ab eodem fratre tuo, Cardinali equum b vnum transmitti, quem etiam ioculatori † non petenti c, vir tantus & tam abundans forte donaret d. verum si temporis necessitatem perpendimus, non alia intentione e hoc constat factū f fuisse, quàm vt Cardinali subueniretur in articulo prænotato: & infra. Quod autem scriptum † est: Beatus qui excutit g manus suas ab omni munere: de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere, vel peruertere solent: quoniā † si ipsa etiam persona electi offerat ordinatori vel consecratori suo electuarium, aut de vino, siue de alijs huiusmodi, quæ † modici pretij h fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant: nō tamen ecclesia Romana interpretari consueuit, accipientem in his delinquere vel donantē.

Idem.

Abbas & maiores de conuentu, si pro receptione monachi receperunt pecuniam ex pacto: ab officio & beneficio suspenduntur: & taliter recepta pecunia restituitur, & in aliud monasterium ita receptus transfertur.

CAP. XIX.

VEniens † ad nos F. presbyter proposuit, quod Abbas & fratres sancti R. noluerūt eum in monachum recipere, quousque triginta solidos dare conuenit: conuentione autem facta, sequenti die eum monasticum † habitum induerunt. & iidem monachi triginta solidos, Abbas vero decem, & familia duodecim pro pastu, (asserentes hoc esse de consuetudine i monasterij) postularunt. Quoniam ergo factum huiusmodi perniciosum videtur: Mandamus, quatenus si ita esse inueneris, Abbatem & monachos ad restituendam k † pecuniam præfato F. tam indigne l acceptam, compellas: & Abbatem, & maiores m personas monasterij, pro tātæ prauitatis excessu, ab officij executione suspendēs n, præcipias o dicto F. vt in alio monasterio, in habitu monastico, Domino studeat deseruire.

Idem.

Si ordinandus præsentatori suo aliquid dedit ex pacto, simoniacum est: nō tamen deponitur, si est occultum.

CAP. XX.

EX † tuæ fraternitatis litteris, & ex confessione sacerdotis præsentium latoris accepimus, quod cum ad sacerdotij ordinem non † aliter voluisset eū eius archidiaconus præ-

e *Glo. seq. arg. per exteriora, et c. secundo a contrario litera arg. quòd sic, et c. duos casus excipit.*

e *Intentione.*] Hic interpretatur Papa intentionem alterius partis per exteriora, aliter non posset diuinare de intentione alieni cordis: quia nec etiam Paulus, licet spiritu Dei plenus fuerit, potuit diuinare. 2. 2. q. 5. beatus. & j. vt ecc. benef. vt nostrum. & ff. ad l. Aq. l. si putator. 10 si. & quod dicit hic.

f *Constat factum fuisse.*] id est, præsumitur. & est arg. quod per exteriora præsumitur de interioribus. j. de præsump. c. 2. & 3. & ita vsque per literam istam à contrario, quod si alia intentione equum Cardinali dedisset, aliàs non daturus, nisi vt posset facilius expediri negotiū fratris, licet eo ignorante, præiudicasset ei. 1. q. 5. præsentium. nisi in odium eius hoc fecisset. j. eod. nobis. vel nisi eo prohibēte hoc fecisset. j. eo. sicut. & recurrendū est in talibus ad intētionē, & ex intētione ista cōsiderentur, & in incertis locus est coniecturis. & non in his quæ certa sunt. ff. de verbo. obliga. continuus. §. cum ita. in fi. cū enim res certa est, secus fit. ff. lo. sed addes. §. 1. Ber.

g *Qui excutit.*] 2. q. 1. sunt nonnulli.

h *Modici pretij.*] quæ videlicet ad magnam quantitatē non producantur. ff. de offi. procon. solent. in fi. & ff. de offi. præsi. plebiscito. in his enim interpretatur ecclesia simoniam non cōmitti: quia non est verisimile, quod propter huiusmodi modica, aliquis mouere-

tur ad aliquod iniquum faciendum. Bernard.

VEniens.] Prima pars ponit querelam presbyteri: Secunda dat iudicem, cui tria mandat ibi, Quoniam. Abb. Sicu.

Casus. Quidam presbyter F. nomine, voluit fieri monachus in quodam monasterio: abbas & fratres noluerunt eum recipere in monachum, quousque conuenit eis dare triginta solidos: facta conuentione, sequenti die receptus fuit in monachū: monachi postulauerunt ab ipso xxx. solidos abbas x. familia xij. pro pastu, dicentes hoc esse de consuetudine monasterij: monachus ille accessit ad Papam proponens prædicta corā Papa: vnde mandat cuidā, quatenus si est ita, compellat abbatem & monachos ad restituendā pecuniā presbytero indigne acceptā: & eidē præcipiat, vt in alio monasterio in habitu monachali Dño studeat seruire. abbatem & maiores personas monasterij ab executione ordinis sui suspendens, pro tantæ prauitatis excessu. Nota pecuniam restituit monacho, quam dedit monasterio suo pro sua receptione.

i *De consuetudine.*] In hoc non valet consuetudo. j. c. Iacobus. & 1. q. 3. c. vlti. & talis consuetudo dicenda est potius corruptela. j. eo. sicut pro certo.

k *Restituendam.*] Arg. j. eo. contra hoc. vbi habes quid iuris sit super tali restitutione facienda.

l *Indigne.*] simoniace. simile j. eo. tua. & j. de pac. c. vlt. Ber.

electionem canonicam[a] te vocauit: & quia pastore carebat Leodień. ecclesia cathedralis, ad Colonień.[b] ecclesiam (quæ tua est metropolis) proficiscēs, ipsius auctoritate in Iemblaceń. ecclesia interim ministrasti. Cæterum postquam in Leodień. ecclesia fuit episcopus institutus, is à te requisitus, electionem de te factam noluit confirmare. Verum cum hæc fieri pro extorquenda pecunia comperisses: sub interminatione anathematis[c] vetuisti, ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur. Sed quidam de fratribus te inconsulto & ignorante, contra excommunicationis à te factæ sententiā venientes, promiserunt pecuniam, & etiam exoluerunt[d]: & sic ab episcopo inuitatus, institutionem ab eo accepisti libere quemadmodum postulabas: & infra. ¶ Quamuis autem secundum sacrorum canonum[e] instituta, etiam paruuli, qui cupiditate parentum ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur: quia tamen longe diuersum est non præbere[f] consensum, & expresse aliquid prohibere: taliter duximus respondendum, quoniam[g] ex eo, quòd contra prohibitionem & voluntatem tuam (à qua postmodum minime recessisti) aliquis te penitus ignorante, promisit pecuniam & exoluit: præsertim cum is nulla sit tibi consanguinitate[h] coniunctus, nihil debet tibi ad pœnam vel culpam (sicut credimus) imputari[i]: nisi postea consenseris[k], pecuniam soluendo promissam, aut reddendo solutam: alioquin contingeret, quòd alicuius factum, insidias inimico parantis[l], ei damnosum[m] existeret, cui penitus displiceret: & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret[n]. ¶ Illos † autem qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt: intantum constat esse culpabiles, quòd si excessus eorum esset ecclesiæ manifestus: (quæ non indicat de occultis[o]) pœna essent canonica feriendi.

¶ Idem decano Beluaceń.

¶ Si clericus cum pacto confert ecclesiæ bona sua, vt in ipsa recipiatur in canonicum, & illa sibi retineat pro præbenda, simonia committitur: secus si hoc fiat sine pacto.

CAP. XXXIIII.

Tua † nos duxit discretio consulēdos: & infra. ¶ Deuotioni tuæ taliter respondemus, quòd si quis clericus cum conditione vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, vt illa postmodum pro præbenda retineat, & in canonicum admittatur: huiusmodi oblatio vel receptio fieri non poterit sine

a ¶ *Canonicam.*] Hic habes expresse, quod electio potest fieri de aliena ecclesia. De hoc not. s. de elect. cum inter canonicos.

¶ *Glossa sequens obycit & contra obiec. arguit. secundo fatetur obiect. & illi respondet.*

b ¶ *Ad Coloniensem.*] Sed quare hoc? nonne capitulum ecclesiæ cathedralis potuit eius electionem confirmare: & ei dare licentiam ministrandi? Arg. quod non. 71. dist. fraternitatem. 24. distin. presbyteri. sed verum est quod vacante ecclesia, capitulum potest huiusmodi electiones confirmare. s. de maio. & obed. cum olim. vbi de hoc: sed hoc potest esse de cōsuetudine metropolis ecclesiæ, quod ad metropolitanum accedant. Ber.

¶ *Glo. seq. arg. quod confirmatus, &c. secundo quod per hoc verbum, sub interminatione, &c. exponit & remittit.*

c ¶ *Sub interminatione anathematis.*] Arg. quod abbas confirmatus possit excōicare: quod verum est: & Prior etiam. s. de maio. & obed. cum in ecclesijs. Et hæc fuit sentētia excōicationis, & non commi-natio, vt sequentia probant. & sic est arg. quod per talia verba: prohibeo sub interminatione anathematis, vel sub excōicatione, feratur sententia. arg. ad hoc s. de locato. cap. 1. & i. de eo q. fur. ord. rece. cap. 1. Sed dicas, quod excōicatio non fuit facta sub hac forma verborū, sed expresse excōicauit qui cōtra facerēt, sub hac forma: quicunque soluerit aliquid, illum excōico: & ita sub interminatione excōicationis factæ sub cōditione lata fuit hæc sententia: & sententia excōicationis sub conditione potest ferri, & qui contra facit, est excōicatus. i. de senten. excom. à nobis. & s. de appellat. præterea. & Papa refert hoc factum per istam formam: vnde si dicatur: sub interminatione; vel, sub pœna excōicationis præcipio: non est excōicatus qui contra facit, & sic est comminatio tantum. & hoc probatur s. de iure patro. relatum. §. 1. & s. ne cler. vel monach. clericis. & sic intellige omnia illa iura. 63. distin. Salonitanæ. & prædictas decre. s. de loca. cap. 1. & i. de eo qui fur. ordi. rece. cap. 1. & alia consimilia. De hoc etiam dicitur i. de sagit. cap. vnico. Bernardus.

Præter Panormitanū, & alios hic, vide Geminianum in cap. Salonitanæ. 63. distin. & Innocentium in cap. 1. infra de sagittar.

d ¶ *Exoluerunt.*] forte bono zelo, sed non secundum scientiam, & ita errauerunt.

e ¶ *Canonum.*] 1. q. 5. præsentium. & s. eod. de regularibus. & cap. ex insinuatione.

¶ *Glo. seq ponit duo genera de tacente: quòd consentit, & quòd contradicit: ad vtrunque signat contrarium de regula, qui tacet.*

f ¶ *Præbere.*] quia sæpe qui tacet, consentire videtur. 54. dist. si seruus sciente. C. de nup. si vt proponis. & sic iste abbas cōsensisse ipsu meretur, si postq intellexerit, non contradixisset: sicut econuerso videtur contradicere, qui expresse non consentit. de consec. distin. 4. cum pro paruulis. ff. de procur. filius familias. §. inuitus. ff. de serui. vrba. prædi. inuitum. s. de bap. maiores. ver. fin. Arg. contra. ff. de reg. iur. qui tacet. Vincen.

g ¶ *Quoniam.*] pro, quòd: sic & econuerso, quia, ponitur pro quòd. 3. q. 5. quòd suspecti.

h ¶ *Consanguinitate.*] s. de æta. & qualita. tuam.

¶ *Glossa sequens ponit lecturam Vinc. distinguentis inter electionem confirmationem.*

i ¶ *Imputari.*] Dicit Vin. quod hoc intelligitur cū iam aliquis est electus: & eo ignorante & reclamante datur pecunia confirmatori. Si autem nondum esset electus: licet eo reclamante daretur pecunia electoribus, obesset electo, quia per pecuniam eligitur, nisi dantes hoc facerent in odium eius: vt hic, & s. eod. nobis.

K ¶ *Consenseris.*] Nam si consensisset, simoniā commisisset, quia consentire est quandocunque consentire, & ante & post. 1. q. 1. eos. in fi. & q. 3. si quis præbendas. & cap. si quis obiecerit: quia in maleficiis ratihabitio retrotrahit, & mandato comparatur. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quotiens. & s. de restitu. spol. cum ad sedē. in fin. & 2. q. 1. notum. & ita secundum canones possum habere ratum quod non meo nomine gestum est. 9. q. 2. Lugduneń. & secundum leges. ff. de nego. gest. si pupilli. §. item quæritur. Quidam dicunt, vt Tanc. quod aliquis potest habere ratū: sed simoniam non cōmittit, quis grauiter peccet. arg. i. cap. proxi. Et i hoc qd dicit, pecuniā soluendo, potest esse arg. quòd non sit simoniacus per solam ratihabitionem.

¶ Nota qualis sit quorundam ber simonia eorum pœna, vide extrauagant. Cum detestabile. ... cap. ... eam.

l ¶ *Parantis.*] sic. ff. si quis cau. l. 2. §. vlt.

¶ Cap. cum tit. in 1. ... palam.

m ¶ *Damnosum.*] quod esset iniquum: cum peccata tātum tenere suos auctores debeant. C. de pœn. sancimus. & s. de his quę fiunt à ma. par. cap. quę fuit. & non debuit alius alterius odio prægrauari. C. de inoffi. testa. si quis suo. §. legis autem.

n ¶ *Reportaret.*] quod esse non debet: immo qnq; punitur in eo in quo deliquit. s. de surepat. pastoralis. & s. de immu. eccle. c. vlt. Ber.

o ¶ *De occultis.*] 32. dist. erubescant. 6. q. 1. si omnia. & 32. q. 5. Christiana. i. cap. proxi. Ber.

Tua nos.] Sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio: In secunda responsio: ibi, *Deuotioni tuæ.* quæ distinguēdo prosequitur duo membra: Secundum ibi, *Si vtrocuius determinationē* submittit: ibi, *Licet.* Abbas Siculus.

Casvs. Aliquis clericus aliqua de bonis suis obtulit ... ecclesiæ, petens, vt idem clericus in canonicum admittatur, & eadem bona sibi retinere liceat pro pbenda in vita sua: quęrit, vtrum bona illa recipi liceat, & idem clericus in canonicum assumi absq; vitio simoniæ? Rńdet Papa, quod si clericus conditione vel pacto offerat bona sua, vt ea retineat pro pbenda, & in canonicum admittatur: hmōi oblatio nō potest fieri absq; simonia, quia in talibus oīs pactio cessare debet: Si vero pure & sine pacto & conditione, bona sua offerat, rogans humiliter, vt in canonicum admittatur, & bona sibi retinere liceat pro præbenda: & clerici pure consentiant, talis receptio poterit fieri absq; simonia. In fine dicit Papa, quis taliter duxerimus rńdendum: si tń ille qui talem facit donationem, ea intentione ducatur, vt per tpalia spūalia valeat adipisci; & clerici eum aliter nō reciperent: sine dubio tam iste, q illi apud Deum (quem nullū latet secretum) culpabiles iudicantur. Nota quod in spiritualibus adipiscendis nulla conditio vel pactum debet interuenire. Item aliquis potest rogare, vt in canonicum admittatur. Item ecclesia de manifestis tantum, & non de occultis debet iudicare. Item arg. quod intentio facit hominem simoniacum.

a ¶ Omnis

vitio simoniæ: cum in talibus omnis pactio [a] aut cõuentio [b] cessare debeat, iuxta canonicas sanctiones. ¶ Si vero pure ac sine pacto vel conditione qualibet offerat, rogans [c] † humiliter, vt in canonicum admittatur, & bona sua retinere sibi liceat pro præbenda, & clerici eiusdem ecclesiæ pure consentiant [d]: huiusmodi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniacæ prauitatis. ¶ Licet autem taliter duximus respondendum: quia nobis datum est de manifestis [e] tantummodo iudicare: si tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona, quæ offert, spiritualia valeat adipisci: & clerici, qui eum in fratrẽ admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri: sine dubio tam ille, quàm isti apud districtum iudicem (qui scrutator est cordiũ, & cognitor secretorum) culpabiles [f] iudicãtur.

¶ Idem Priori Cantuarieñ. †

¶ *Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit simoniacum: sed ministrare potest in illis, quos prius ab isto recepit.*

CAP. XXXV.

ij PEr † tuas litteras intimasti, quòd cum B. in quadam domo Cartusieñ. ordinis suscepisset habitum monachalem: à diœcesano episcopo fuit in subdiaconum ordinatus: sed postmodum didicit ex relatione quorundam [g], quòd episcopus multotiẽs commiserat vitium simoniæ: propter quod idem monachus, in suscepto formidat ordine ministrare, nolens ab eodem episcopo ad superiores ordines promoueri: & infra. ¶ Nos † igitur respondemus, vt idem in ordine sic suscepto secure ministret [h]: sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne forte ædificet ad gehennam: licet ex eo, quod conscientiam nimis habuerit scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus: quam vtique nõ euadet, nisi deponat errorem.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ *Pro chrismate vel inuestitura ecclesiarum, nil exigi debet: nec excusat consuetudo, vel nominis variatio.*

CAP. XXXVI.

INtantum † peccatis exigentibus, corda quorundam simoniaca prauitas deprauauit: & infra. ¶ Sane peruenit ad audientiam nostram, quòd cũ

a ¶ *Omnis pactio.*] 1.q.2. quàm pio. & ĩ. de pact. c. vlt.
b ¶ *Conuentio.*] & modus etiam. ĩ. vt eccle. bene. c. vno. Ber.
c ¶ *Rogans.*] Nota, q aliquis potest rogare vt in canonicum admittatur. De huiusmodi precibus not. ĩ. de æta. & qua. cum. Ber.
d ¶ *Pure consentiant.*] idest, sine aliqua pactione, vel mala intentione. Hic enim patet, q eo tempore, quo quis recipitur, potest aliqd offerre cessante omni cõditione & pacto. Sed contra, videtur q non liceat tpe receptionis. arg. 1.q.1. emendari. ne quod gratis fieri debet, pro pretio fieri videatur: & sic videatur habere speciem mali, à qua etiam abstinendum est. ĩ. eod. audiuimus. ĩ. de vita & honesta. cleri. cũ ab omni. & est arg. ad hoc. 1.q.2. q̃ pio. in fi. vbi dicitur: ac postmodum, &c. Sed verũ est, vt hic dicitur, q tempore ĩgressus potest dari aliquid: & licitum est: dum tamen cesset pactio & conditio, vt hic dicitur, & ŝ. de proba. cap. in præsentia. & ĩ. de succes. ab intest. cũ dilectus. & ŝ. eod. dilectus 2. in fin. nec ideo minus donatio gratuita dicitur. arg. ff. manda. si remunerandi. arg. 1.q.1. iudices. 18. dist. de eulogiis. & arg. ff. de offi. procon. solent. §. vlt. & ĩ. eo. dilectus 2. in fi. aliàs dare siue ante siue post, simonia est. 1.q.2. eos. in fi. Sed caueat ille, qui recipit & q dat, ne sub specie taliũ munerum fraus committatur. 1.q.1. si quis neque. & ĩ. sequitur. Io.
e ¶ *De manifestis.*] ŝ. c. proxi. in fi.
f ¶ *Culpabiles.*] non dicit simoniaci: ad parẽ tñ pœnã tenentur pp intentionẽ, cum opere subsecuto. ĩ. de biga. nuper. isti simoniaci nõ dicunt quantũ ad ecclesiã: nisi velis dicere, q sola intentio facit hominem simoniacũ. arg. 1.q.1. qui studet. & c. reperiũtur. & 1.q.3. nõ solũ. sicut sola spes lucri facit hoiem vsurarium. 14.q.3. c. 1. arg. ĩ. de vsuris consuluit. Tanc. dicit, q sola pactio facit aliquem simoniacum. arg huius decret. & ŝ. vt eccle. bene. vt nostrum. Io.

ij ¶ *Per tuas.*] Communis diuisio: Secunda pars: ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam [illegible] nomine monachus ordinis Carthusiensis à diœcesano epo [illegible] cepit ordinem subdiaconatus: postmodum monachus intellexit, q eps ille multotiens commiserat vitium simoniæ: vnde monachus timebat in suscepto ordine ministrare, nolens etiam ab eodem promoueri ad maiores: quærebatur, quid facere debeat ille monachus? Rñdet Papa, vt secure in ordine suscepto ministret, sed p conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne forte ædificet ad gehennam: & licet in huiusmodi difficultatẽ sit collapsus ex eo, q conscientiam nimis habuit scrupulosam: eam tamen non euadet, nisi deponat errorem. Nota, q contra conscientiam nullus debet venire. alias peccat mortaliter. Item conscientia erronea deponenda est.

¶ *Glo. seq. dicit asserentibus credi non debere: & signat contrarium.*

g ¶ *Ex relatione quorundam.*] quibus credere non debuit. 33. dist. habuisse. arg. 81. dist. si quid vero. arg. contra, q illud dicimur scire, quod ab aliis audiuimus. 22.q.5. hoc videtur.

ADDITIO. Verum est quando loquitur de proprio facto, non de alieno. Bernard.

¶ *Glo. seq. primo ponit opinionem Io. demum ponit contrariam, quam approbat. secundo obycit, & sol. tertio quærit & soluit.*

h ¶ *Secure ministret.*] cum nõ constet ei illum simoniacũ esse: aliàs si sciret illum simoniacum, stultus esset: quia simoniacus non habet executionem: vt ĩ. eo. tanta. vnde eam dare non potest. Præterea dixit Io. q licet quis committat simoniam, non perdit eoipso executionem: nisi sit simoniacus in ordine. Alij dicunt cõtrarium, q omnis simoniacus ipso iure suspensus est: vt 1.q.1. reperiuntur. & cap. quibusdam. Illud vẽ verum, q siue ordinem siue beneficiũ adeptus est per simoniam: impedit ordinis executionẽ, etiam post peractã pœnitentiam. ŝ. de accu. inquisitionis. 2. rñso. Præterea si iste nescit pro vero illũ esse simoniacum, quare Papa non dicit ei expresse, q recipiat ordines ab eodem vt auferat ab eo errorẽ suum? vñ q ei laqueum iniiciat, q esse non debet. 27.q.1. cap. vlt. Sol. Papa non debet ei dicere, q recipiat ordines ab ipso, si habet super hoc conscientiã læsam, nec Papa eius conscientiam posset mutare, nisi ipsemet eam mutaret: quia vis animo fieri nõ potest. 32.q.5. proposito. & cap. 1. & 2. vnde dicit Papa consulendo potius, q̃ præcipiendo, vt contra conscientiam non promoueatur ab illo epo: nisi primo illam deponat: quia qui facit contra conscientiã, ædificat ad gehennam. 28. q. 1. omnes. §. ex his. & ĩ. de restitu. spolia. litteras. & ŝ. de pscript. qm oẽ. Sed nunquid potest aliqs recipere ordines ab eo, quem scit simoniacum in ordine? Dico q non: & recipiendo ordines ab eo, non recipit executionem: cum ordinator non habeat executionem. ĩ. eo. tanta. & 1.q.1. reperiuntur. & potius debet pati excõicationem, q̃ recipere ordines ab ipso. ĩ. de senten. excom. inquisitioni. arg. si vero aliquis ignoranter etiam recipiat ordines à tali simoniaco in ordine, non recipit executionem: nisi cum eo dispensetur. 1.q.1. si quis a simoniacis. & ĩ. de ord. ab epo qui renun. epi. c. 1. & 2. quia si eam non habent, aliis eam dare non possunt. 1.q.1. c. 1. & cap. qui perfectionem. & q.7. Daibertum. Ber.

INtantum.] Prouidet circa duo: Secũda: ibi, *Prauam.* Et prima subdiuiditur: Nam prima narrat factum: Secunda corrigi mãdat, & puniri: ibi, *Cum vero.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam suffraganei Cantuarieñ. archiepiscopi recipere consueuerunt certam quantitatem pecuniæ pro chrismate, metuentes, pœnam canonicã & correctionem pp hoc, anticipant tẽpus solutionis, recipiendo in media quadragesima, quod recipere consueuerunt in Pascha: & nomen denariorum variabãt, denarios, quos prius dicebant chrismales, secundo appellabant paschales, cõsuetudinem mediæ Quadragesimæ nuncupantes: peruenit hoc ad notitiam dñi Papæ: qui Rñdet: cum gratia sit gratis conferenda, & qui primo recipit pretium quàm rem conferat pretiosam, expressius speciem exprimat venditionis: Mandat Papa archiepo, quatenus huiusmodi excessus corrigat, & suffraganeos suos & officiales eorum taliter puniat, q aliorum culpa sibi ob suam negligentiam non imputetur ad pœnam: In fine dicit, q quandam prauam consuetudinem de sua prouincia studeat extirpare, sm quam pro inuestitura ecclesiarum archidiaconi marcham argenti exigebant: alij Prælati, scilicet decani rurales vaccam albam, vel certam pecuniæ quantitatẽ pro vacca. Nota ꝯ vsurarios & simoniacos, q mutatio nominis pctus eius substantiam non mutat. Item honestas nominis, criminis malitiam non palliat. Item celebrata intelligitur venditio, si pretium recipiatur, quis traditio rei differatur. Item gratia

Humiles ergo preces i digno e... pro ... non ... fi ...

Vide Guidonem Papam decisione ... in illa ... loco in ... aduerte.

Carthusi. Carthusien. Carthusien.

Cap. 7. eo. tit. in 1. compilatione. Vide Archidiaconũ & Geminianum in cap. pastor. 1.q.3. eo.

Hoc speciat elegans decisio Cassadoris tit. de consilio ... simoniaci sint ipso iure priuati, vel priuari debeant per sententiam.

Alias ita. Nos itaque respondemus.

Cap. 1. tit. de excessib. Prælator. in 3. cõpil. Vide nonnos in cap. ea quæ. supra eod. tit.

Per quæ supra & infra de cler. excom. mini. Apostolicus pastor. secundũ Hostiensem, q haberi debet probabilis ignorantia excusans, q̃ intelligas quo ad dispensationẽ. Ioan. And.

gratis est conferenda. Item nihil dandum est pro aliquo spirituali, quodcunq; sit illud. Item delictum subditorum imputatur negligentiæ prælati. Item consuetudo non excusat in delictis.

a ¶ *Chrismate.*]sic s. eo. ea quæ. Vbi habes similem variationē nominis. Pro chrismate vero vel oleo nil est accipiendum. s. eod. non satis. & qui contra fecerit, pœna canonica punitur, vt hic dicit: quæ est pœna depositionis cum nota infamiæ. 1. q. 3. c. vlt. Ber.

b ¶ *Anticipant*]excogitata fraude de tempore ad tempus.

c ¶ *Variant.*] talis variatio nominis nō prodest; quia quodcunq; nomen imponant, simoniam committunt: sicut in vsura. 14. q. 3. plerique. sic enim faciunt vsurarij, nunc appellant lucrum, nunc emolumentum: q̄si que pœnam in fraudem. arg. ff. si cer. pet. lecta est. sic C. de libe. cau. iubemus. Ber.

d ¶ *Qui prius.*]Emptor enim prius tenetur offerre pretium, q̄ venditor ei rem tradat. ff. de act. emp. & vend. Iulianus. §. offerri. Sed si neuter habet fidem alteri, pretium & res deponat apud sequestrū 2. ff. de solu. si soluturus. Io.

e ¶ *Gratis sit gratia.*] 1. q. 1. cap. 1.

f ¶ *Aliorū culpa.*] Arg. q̄ delictum subditorū imputatur p̄lato. Sim. s. de offi. ord. irrefragabili. vbi de hoc. Ber.

g ¶ *Consuetudinem.*]In talibus enim non excusat consuetudo, sed potius accusat. s. eod. non satis. & cap. cū in ecclesiæ. quia malæ consuetudines tempore non confirmant. in Authen. vt nulli iud. §. 1. ver. neque vero ab angariis. coll. 9. Bernar.

h ¶ *Inuestitura.*] p̄ qua nihil est dandum. s. eo. cum in ecclesiæ. nec pro aliquo sacramento spirituali, vt ibi dicitur: nec pastum, nec pastellum quis dare debet. 3 1. q. 3. si quis præbendas. Ber.

† In nouem codicib. Vaticanis, & aliquot nostris inscerit: eo (?) ... rint accipere pecuniæ quātitatem, metuentes pœnam, &c. absque distinctione, non. In codice Barbatus ita: nunc metuentes pœnam, &c.

1 Aliqui procedit. supra. de sponsa. etc. secundū Gof. Io. An.

† Sed nominum variatio non excusat: nā vt ait Lactātius lib. 1. cap. 5. diuinarum Instituti. nō obstat appellationū diuersitas, cū ipsa significatione, ad vnum omnia reuoluātur.

2 Vel caueatur de re tradenda si pretium intra certum tempus fuerit numeratum. ff. de rediubi. act. ædiles. §. fin. & l. seq. Ioā. And.

olim quidam suffraganei tui, pro chrismate[a] certā† consueuerint accipere pecuniæ quantitatem, non metuētes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipant[b], recipientes in media Quadragesima, quod recipere consueuere post Pascha: & vt causam recipiendi dissimulēt, nomen denariorum variant[c], denarios, quos prius chrismales, secūdo Paschales dicebant, cōsuetudinē† mediæ Quadragesimæ nuncupantes: & infra. ¶ Cum vero expressius exprimat venditionis speciem, qui prius[d] recipit pretium, quam rem conferat pretiosam, & gratis[e] sit gratia conferenda: Mandamus, quatenus taliter excessus corrigas supradictos, suffraganeos tuos, & officiales eorū, à tam illicita exactione compescens, quòd aliorum culpa[f] tibi ob tuam negligentiam nō imputetur ad pœnam. ¶ Prauam etiam illam consuetudinem[g] de tua prouincia studeas abolere, per quam pro ecclesiarum Inuestitura[h], archidiaconi marcham argenti, minores vero decani vaccam albam sibi dari postulant, vel certam solui pecuniæ quantitatem.

¶ Idem.

¶ *Ordinatus in subdiaconum, qui prius præsentatori suo promisit, quòd nil ab eo peteret, in suscepto ministrare, vel ad superiores ordines ascendere sine dispensatione non potest; etiam si peccare non crediderit.*

CAP. XXXVII.

iij PEr† tuas nobis litteras intimasti, quòd cum D. lator præsentium vellet in subdiaconum ordinari, & certum

iij P*Er tuas.*]Duæ sūt partes, cōsultatio & responsio. Secunda: ibi, *Nos.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus cum vellet in subdiaconū ordinari, & certum titulum non haberet, rogauit quendam presbyterum, vt ipsum ad titulum ecclesiæ suæ præsentaret: Sed cum presbyter hoc facere nollet, promisit eidem, q̄ nunq̄ portionem aliquam peteret in ecclesia sua; si præsentaret eundem: & sic ad eius præsentationē fuit ordinatus: quærebatur quid iuris esset de ipso clerico? R̄ndet Papa, q̄ nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec in eo ordine debet ministrare, nec ad superiores ordines poterit promoueri. Nota, q̄ qui ordinem scienter recipit per simoniā, non habet executionem nisi cum eo dispensetur.

i ¶ *Intellexit.*]propter hoc non excusatur, vt bene sequentia nutāt: quia potuit consulere peritiores. 37. dist. c. non omnis. §. vlt. ff. de iuris & facti igno. l. regula. §. sed iuris. Ber.

¶ *Glo. seq. signat contrarium. soluit, & remittit.*

† Cap. 1. en. tit. in 4. compilatione. Ex hoc cap. collige necessario ordinandum, nisi habeat vnde viuat. Concilium Trident. sessio. 21. de reformat. cap. 2.

3 Vt not. supra cap. 1 & cap. veniens. Ioan. And.

k ¶ *Dispensatum.*]sic j. eo. cap. penult. vbi etiam imponitur pœna ordinatori, p̄sentatori, & p̄sentato: & ita dispensari potest cū simoniaco in ordine. Arg. ↄ 1. q. 1. erga simoniacos. & c. si quis neq;. sed illa capitula loquuntur in dignitate: & non negatur quin possit cū talibus dispensari: sed nulla misericordia est adhibēda in dignitate seruanda, quin oporteat eos renūuare, quia pœnitētiam (ordine vel beneficio retēto) agere nō possunt. 1. q. 7. requiritis. & s. de accu. inquisitionis. 1. respon. Quis possit cū talibus dispensare dictum est s. eo. de simoniace. & melius s. de renuntia. post trāslationem. De pœna istorum dicitur j. eod. cap. penul. & quis cum talibus possit dispensare.

l ¶ *Ministrare.*] triplici de causa, tum quia fuit hic mun' à lingua. 1. q. 1. sunt nonnulli. tū quia nulla conditio debet interuenire, vt s. eo. tua. & s. de pact. c. vlt. & 1. q. 2. q̄ pro. tum q̄a p̄ surreptionem voluit ordinem adipisci. arg. 24. dist. quando. & s. de elec. cum dilectis. Io.

C*Onsulere.*] Nō eget summario: q̄a breue, nec diuidit. Abbas.

CASVS. Quicunq; p̄ pecuniam aliquā administrationē obtinuerit, tam dantes quàm accipiētes, cū Simone percelluntur, & ab illa ecclesia repelluntur, in cuius ignominiā dare pecuniam voluerunt. Nota q̄ tā ementes, quam vendentes ecclesiarum administrationes, sunt simoniaci.

m ¶ *Administrationē.*] quod hic dicitur, intellige per id quod habes 1. q. 3. saluator. circa medū capituli, vbi habes, q̄ nulla administratio ecclesiastica potest vēdi vel emi, Præpositura, œconomi officium, vicedominatus, aduocatia, siue castaldionatus, & iudicatura, aut quælibet alia administratio, vt cap. si q̄s episcopus. in prin. causæ.

¶ *Glo. seq. arg. & argumentum determinat.*

n ¶ *Voluerunt.*] Arg. q̄ sola voluntas facit hominem simoniacum. 1. q. 1. qui studet 4. Sed hoc non credo, q̄ sola voluntas facit hominem simoniacū, dummodo contenta sit suis terminis. j. eo. c. vlt. licet alias peccet, vt ibi. Sed hic nō fuit cōtēta suis finib', immo processum fuit ad actū 5. & hoc notatur p̄ hoc q̄ dicit: tam ementes q̄ vendentes, vel ad studia emendi processerunt, quantū in eis fuit: vnde tanq̄ simoniaci iudicandi sunt 1. q. 1. q̄ studet. & sic intellige qđ dicit in fine, voluerūt.

titulum nō haberet: quendam presbyterū exorauit, vt ipsum ad ecclesiæ suæ titulum præsentaret: quòd cum ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromisit, quòd nūquam si præsentaret eundem, in ecclesia sua aliquam peteret portionem: & sic ad præsentationem eius† extitit ordinatus; nec se in hoc illicitum egisse aliquid intellexit[i]: & infra. ¶ Nos inquisitioni tuæ taliter respōdemus: quòd nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatū[k], nec† ad superiores ascendere, nec in suscepto debet ordine ministrare[l].

¶ Idem.

¶ *Simonia est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spiritualium, seu ecclesiasticarū habēda: & dantes et recipiētes ab illa ecclesia sunt eijciendi. hoc dicit hoc cap. per alia verba, licet sit breue.*

CAP. XXXVIII.

COnsulere†: & infra. ¶ Quicunq; vicedominatum, vel aliam ecclesiasticarum rerum administrationem[m] per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes, quàm vendentes cū† Simone percelluntur, & ab illa ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniam & accipere voluerunt[n], iuste excluduntur.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Simoniacum est aliquid exigere pro consecratione episcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinationibus clericorum, nec excusat consuetudo.*

CAP. XXXIX.

SIcut pro certo didicimus, in plerisque locis à plerisque personis, quasi colūbas in

S*Icut.*]Primo narrat excessum, & ipsius excusationem: Secundo ipsius excusationem reprobat, & excessum prohibet, & pœnam adijcit; ibi, *Tantum.* Abbas Siculus.

CASVS. In plerisq; locis à multis prælatis fiunt turpes exactiones, pro consecrationibus ep̄orum, benedictionibus abbatum, & consimilibus: & est taxatum, quantum debeat dari isti vel illi, huiusmodi prauitatem per consuetudinem defendentes: Concilium huiusmodi consuetudinē, quæ dicenda est potius corruptela, penitus reprobat, prohibendo

† Ipsum

† Alibi ... nec ad superiores ... mo ...

† Cap. 2. eo. tit. in 4. compilatione.

† In codice Barbatus ita. cum Simoniacis percelluntur.

† Idem ... Innocentium ... in concilio generali Lateran. ... cap. 63. & cap. 5. eo. tit. in 4. compilatione.

4 Et cap. ... vbi de hoc. Ioan. And.

5 Et si ... Interuenit ... est ... in ... dixi supra eod. ... super glo. ... Ioan. And.

templo vendentibus, fiunt exactiones & extorsiones turpes & prauæ, pro consecrationibus Episcoporũ, benedictionibus Abbatum, & ordinibus clericorum: estque taxatum quantũ sit isti vel illi, quantumve alteri vel † alij persoluendum: & ad cumulum damnationis maioris, quidam cupiditatem, & prauitatem huiusmodi nituntur defendere, per consuetudinem[a] longo tempore obseruatam. ¶ Tantum igitur abolere volentes abusum, consuetudinem huiusmodi (quæ magis dicenda est corruptela) penitus reprobamus, firmiter statuentes, vt pro his siue conferendis, siue collatis, nemo aliquid quocunque prætextu exigere, aut extorquere præsumat: alioquin & qui receperit, & qui dederit huiusmodi pretiũ omnino damnatum, cum Giezi[b] & Simone condemnetur.

¶ Idem † in eodem.

¶ Religiosi pretio recepti, vnà cum recipientibus de monasterio expelluntur, & in arctioribus monasteriis ad agendam pœnitentiam detruduntur: Sed recepti ante istud concilium, ponebantur sic recepti in alijs locis eiusdem ordinis, nisi multitudo sit in causa: ita tamen quòd renuntient primæ receptioni: & de nouo recipiuntur.

CAP. XL.

QVoniam † simoniaca labes adeo plerasq; moniales infecit, vt vix aliquas sine pretio recipiant in sorores; paupertatis[c] prætextu volentes huiusmodi vitiũ palliare: ne id de cætero fiat, penitus prohibemus: Statuentes, vt quæcunq; de cætero talem cõmiserint † prauitatem, tam recipiens quàm recepta, siue sit subdita siue prælata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur[d] †, in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam[e] pœnitentiam retrudenda. ¶ De his autem, quæ ante hoc synodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus prouidendum, vt remotæ de monasteriis, quæ perperam sunt ingressæ, in aliis locis eiusdem ordinis collocentur. Quòd si forte propter nimiam multitudinem[f] alibi nequiuerint commode collocari: ne damnabiliter in seculo euagentur, recipiantur in eisdem monasteriis dispensatiue de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. Hoc etiam circa monachos, & alios regulares decernimus obseruandum. ¶ Verum ne per simplicitatem vel ignorantiã[g] se valeãt excusare: Præcipimus, vt diœcesani episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

¶ Idem † in eodem.

¶ Episcopi nil exigere debent, vt permittant in ecclesiis sibi subiectis clericos institui, monachos profiteri, vel mortuos sepeliri: alioquin exacta restituentur duplicata.

CAP. XLI.

AVdiuimus de quibusdam episcopis, quòd decedentibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto subiiciunt, nec patiuntur alios in eisdem institui, donec ipsis certa summa

---

prohibendu expresse, ne pro talibus quocunq; prætextu aliquis extorquere præsumat aliquid vel exigere: Alioquin & qui dederit, & qui receperit, cum Giezi & Simone condemnetur. Nota q; praua consuetudo abolenda est. Item pro consecrationibus epũorum, & benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum, nihil est dandum vel accipiendum.

a ¶ *Per cõsuetudinem.*] Fingunt enim tales, q; in cõsecratione aliquid licite petitur, non pro consecratione, sed pro consuetudine. arg. 63. distin. quia sancta. & c. Agatho. & 1. q. 3. quæsitum. & in Authen. de sanc. epis. §. pro consuetudinibus. coll. 9. sed hoc non est verum: nec excusat consuetudo in huiusmodi spiritualib⁹ vendendis, immo magis accusat. s. eod. non satis. & cap. cum in ecclesiæ. vbi talia reprobantur. Io.

b ¶ *Cum Giezi & Simone.*] Gieзitæ dicuntur à Giezi seruo Helisei, q primo in veteri testamẽto vendidit gratiam sanitatis Naaman principi Assyriorũ: vnde venditores spiritualium ꝓprie dicuntur Giezitæ. Simoniaci dicuntur à Simone mago: qui postea in nouo testamẽto voluit emere gratiam Spiritus sancti. 1. q. 1. q. studet. & cap. cito turpem. Ber.

Q*Voniam.*] Sunt iiij. partes. Prima prouidet circa futura: Secunda circa præterita: ibi, *De his.* Tertia prorogat: ibi, *Hoc etiam.* Quarta publicationem fieri mãdat: ibi, *Verum.* Abbas Siculus.

Casvs. Simoniaca prauitas apud multas moniales intantum inualuit, q; vix recipere volunt aliquas in sorores sine pretio, paupertatis prætextu: Præcipit concilium ne de cætero istud fiat, statuens, vt quæcunq; de cætero talem commiserit prauitatem, & recipiẽs & recepta, siue subdita fuerit siue prælata, sine spe restitutionis de monasterio expellatur, in arctius monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudenda: De his vero, quæ ante istud concilium taliter sunt receptæ, statuit, vt de illis monasteriis, in quibus perperam sunt ingressæ, remoueãtur, & in aliis eiusdem ordinis collocentur: Si autem propter multitudinem hoc fieri non poterit: ne damnabiliter in seculo euagentur, de nouo dispensatiue in eisdem monasteriis recipiantur, mutatis locis prioribus, & inferioribus assignatis. Et hoc quod dictum est de monialibus, obseruandum est de monachis & aliis regularibus; & ne per simplicitatem vel ignorantiam aliqui se valeant excusare, præcepit, vt episcopi per suas diœceses hoc faciant publicari. Nota q; secundum istud concilium monachi & omnes regulares, qui scienter vel ignoranter sunt recepti per simoniam, sunt puniendi. Item constitutio extenditur ad præterita. Item propter multitudinem detrahendum est speritati. Item propter multitudinem dispensatur, vbi aliàs non dispensaretur.

¶ *Glo. seq. textum adiuuat per canones & decre. & l. demum determinat. vlti. consulit.*

c ¶ *Paupertatis.*] Prætextu enim paupertatis non debet quis operari peccatum mortale, sed potius quælibet mala pati. 32. q. 5. ita ne & s. de his quæ vi metuve cau. fi. sacris. nec eo prætextu ignoscendum est illis. ff. de ritu nup. palam. §. non est. Posset dici, q; si ita pauperes sunt, q; non possunt ibi alias aliquo modo aliquem recipere, quia non haberent ibi victum, sub hac forma possent recipi: Non habemus quid demus tibi pro victu, nisi tu portes tecum vnde viuas: dum tamen hoc non dicatur in fraudẽ, & sine aliquo pacto. arg. 1. q. 2. si quis ꝓpter hoc. 3. Io. sed tutius est vt nullo casu taliter aliquis vel aliqua recipiatur. Ber.

¶ *Glossa sequens obiicit de decre. dilectus. & inquisitionis, & soluit. deinum ponit quæstionem, quam soluit & remittit. Item aliam quæstionem, quam dupliciter soluit.*

d ¶ *Expellatur.*] Videtur hoc esse intelligendum cum distinctione illius decre. s. eod. dilectus. vt si directe actũ sit cõtra tales in modũ accusationis, quòd deponantur: Si in modum inquisitionis, fiat vt hic dicitur. sic distinguit illa decret. dilectus. Item argu. contra. s. de accusatio. inquisitionis. vbi deponitur simoniacus in modum inquisitionis. Credo quòd hodie standum sit huic constitutioni circa regulares simoniacos: vt pœna ista solummodo imponatur qualitercumque constet de crimine, vt in arctiori monasterio ad agendum perpetuã pœnitentiam detrudatur sine ordinis sui executione: cum alias pœnitentiam agere non possunt. 1. quæst. 7. requiritis. argumen. s. de accusat. inquisitionis. & satis intelliguntur depositi. nam extra claustrum morari non debent, ne damnabiliter euagentur: vt j. dicitur. & argumen. s. de regula. & transeun. cap. vltim. Sed nunquid restituitur ei pecunia? Potest dici quòd sic. s. eodem veniens. De hoc dictum est. s. eod. de hoc. Quid si non inueniuntur arctiora monasteria? Nihilominus mutabunt ea. argumen. 81. distin. valet. vel si visum fuerit, renuntiabunt locis suis, & denuo restituentur in illis dispensatiue, prout sequitur infra, de aliis qui ante hoc statutum sunt recepti, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant.

e ¶ *Perpetuam.*] sic 1. q. 1. reperiuntur. & cap. si quis neque. sic hæretici cum redierint ad agendum pœnitentiam, in perpetuum carcerem detruduntur. j. de hære. cap. penult. quia & simonia dicitur hæresis. 6. q. 1. sed licet. Ber.

f ¶ *Multitudinem.*] vt propter hoc detrahatur seueritati. sic infra, de cleri. excommu. ministran. latores. & supra, de temp. ord. cap. 2. Bernard.

g ¶ *Vel ignorantiam.*] sic s. de loca. cap. 1. sic 82. dist. proposuisti.

A*Vdiuimus.*] Sunt tres partes principales: In prima narrat factum: In secunda inhibitionem facit: ibi, *Cum igitur.* In tertia puniri mandat: ibi, *Quòd si quis.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam epi decedentibus ecclesiarum rectoribus, ecclesias ipsas subiiciunt interdicto, nec permittunt aliquos in eisdẽ institui,

---

¶ Aliàs ista vel illi alij

¶ Vide supra eod. ca. in ecclesiæ. super glo. 2. Ioan. And.

¶ De Giezi, vnde Giezitæ vide lib. 4. Regum. cap. 5. & de Simone Mago, vnde Simoniaci seu Simoniani vide late per Gabrielem Prateolum lib. 17. de sectis hæreticorum. c. 15.

¶ Idem Innocent⁹ tertius in eodẽ concilio Lateranẽ. cap. 64. & cap. 4. eod. tit. in 4. compilat.

¶ Vide Guidonem Papæ decisione 80. & late per Syluestrũ in summa verbo simonia. q. 15.

¶ commiserit

¶ expellatur

¶ Et idẽ notatur supra eod. non satis in 1. glo. & de hoc 1. q. 2. in sum. Ioan. And.

¶ Idem Innocent⁹ tertius in concilio Lateranen. cap. 65. & c. 3. eo. tit. in 4. compil.

Et de materia vide etiã in c. cum in ecclesiæ. & in cap. veniens. & in c. dilectus. supra eod. tit.

Et quo detentionẽ non habẽt sed ad hoc respondet Hostiẽs. q cum de potest non sic de facili dispẽsabitur. de hoc supra de elec. non roi. cap. Io. An.

¶ De Iudæis quorundam. in tit. de pœniten. & remiss. oẽnis secundũ Hostiẽsem. Ioan. And.

institui,

instituí donec pecunia persoluatur. Item cum miles aliquis vel clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos elegit sepulturam, si nihil reliquerit loco religioso, difficultates ingerũt, donec aliquid muneris recipiant: peruenit hoc ad notitiam Papæ, qui rñdet. Cum ergo non solum a malo, sed ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere, concilium huiusmodi exactiones duxit inhibendas: & qui contra hoc fecerit, exacta, duplicata restituat, in vtilitatem locorum, in quorum fuerant soluta dispendium, fideliter conuertenda. Nota, q non solum à malo abstinendum est, sed ab eo quod speciem mali habere videtur. Itẽ ecclesia potest suum recipere in duplum. Item ecclesiæ debet reddi pecunia, quæ in eius iniuriam data est, vel soluta.

superiorem cogi possunt officio iudicis implorato ad illam seruãdam, quæ ex pietate introducta est. Vel potest intelligi quod hic dicitur, vt Io. dixit, q laici abutuntur consuetudinibus, quæ illis pietatis causa permissæ sunt: vt cum permittitur eis præsentare clericum, ipsi volunt eum instituere: vel cum ipsi requirunt, vt consentiant, ipsi volũt eligere. De quibus habes s. de iure patrona. cap. præterea. & in plurib9 aliis: quod non credo. Sed dic vt prius dictum est. Bernard.

pecuniæ persoluatur a. Præterea eum miles aut clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturam, etiam si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. ¶ Cum igitur non solum à malo, sed ab omni specie b mali sit, (secundum Apostolum) abstinendum: exactiones huiusmodi penitus inhibemus. Quòd si quis transgressor extiterit, exacta, duplicata c restituat, in vtilitatem locorum, in quorum fuerint soluta dispendium, fideliter conuertenda.

¶ Idem † in eodem.

¶ Sacramenta sunt libere conferenda: cogit tamen ordinarius laicos obseruare laudabiles consuetudines.

CAP. XLII.

AD Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quòd quidam clerici pro exequiis mortuorum †, & benedictionibus nubẽtium, & similibus, pecuniam exigunt & extorquent: & si forte eorum cupiditati non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. E contra vero quidam laici, laudabilem consuetudinem, erga sanctam Ecclesiam pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu canonicæ pietatis d. ¶ Quapropter super his, prauas exactiones fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus obseruari: Statuentes, vt libere conferantur e ecclesiastica sacramenta: Sed per episcopum loci veritate cognita, compescantur, qui malitiose nituntur laudabilẽ f consuetudinem immutare.

¶ Honorius tertius vniuersis Abbatibus & fratribus Cisterciẽ. ordinis.

¶ Prohibet abbates Cistercienses solemniter installari: & ponit formam obedientia, quã præstãt suis episcopis.

CAP. XLIII.

NE † Dei g ecclesiam: & infra. ¶ Installationis † solemnitates h in electis Abbatibus ordinis vestri fieri prohibentes: Adijcimus, vt archiepiscopi & episcopi ea sint forma professionis i contenti, quæ ab origine vestri ordinis noscitur instituta, quæ talis est: Ego frater Abbas Cistercieñ. ordinis subiectionem, & reuerentiam, & obedientiam à sanctis Patribus constitutam, secundum regulam sancti Benedicti, tibi domine Episcope, tuisque successoribus k canonice l substituendis, & sanctæ sedi Apostolicæ saluo ordine m meo, perpetuo me exhibiturum promitto.

¶ Gregorius nonus Priori sancti Thomæ Esculañ.

¶ Recepto in canonicũ debetur præbenda & redditus, consuetudine non obstante, quòd non seruaueris prauam consuetudinem de aliquo temporali dando ipsis canonicis.

CAP. XLIIII.

IAcobus † canonicus Esculanus exposuit, quod cum ipse in ecclesia Aprutiñ. sit re-

¶ Glo seq. soluit, quærit & remittit.

a ¶ *Persoluatur.*] Nunquid talis dicitur simoniacus, qui sic soluit pecuniã? Videtur q non, quia redimit ius suum. vt s. eod. dilectus. vbi plene de hoc. sicut licitum est alicui corrumpere accusatorem suũ: vt 2. q. 3. c. si quem. §. notandum. Io.

b ¶ *Sed ab omni specie.*] Arg. 1. q. 1. emendari. & s. de vita & hone. cleri. cum ab omni.

c ¶ *Duplicata.*] sic s de cen. pcurationes. in fine. & s. de immuni. eccle. quia plerique. & in Authen. de san. epis. in 2. colum. §. si vero laicus. coll. 9. Ber.

AD *Apostolicam.*] Primo ponit clericorum & laicorum excessum: Secundo contra vtrumq; prouidet: ibi, *Quapropter.* Abbas Sicu.

CASVS. Quidam clerici pro benedictionibus nubentium & exequiis mortuorum, & similibus pecuniam exigunt, & extorquent: & nisi eis fuerit satisfactum, fraudulenter impedimenta opponunt: E conuerso sunt quidam laici, qui laudabilem consuetudinem erga sanctam Ecclesiam deuotione fidelium introductam infringere nituntur sub prætextu pietatis: vnde concilium super his prauas exactiones prohibet fieri, & pias consuetudines præcipit obseruari: statuit, vt libere conferantur ecclesiastica sacramenta: & per epm loci compescantur, qui laudabilem consuetudinem mutare nituntur. Nota, q laudabilis consuetudo seruanda est: & episcopus loci per officium suum illam faciat obseruari.

d ¶ *Pietatis.*] Prætextu impietatis non est impietas committenda. 1. q. 1. non est putãda. & 14. q. 5. neq; enim si agris. & 30. q. 1. nosse.

e ¶ *Libere conferantur.*] sacramenta enim ecclesiastica gratis sine aliqua exactione sunt conferenda. s. eodem, cum in ecclesię. & cap. ea quæ.

¶ Glo. seq. dupliciter legit finem cap. sed primam lecturam approbat.

f ¶ *Nituntur laudabilem.*] Ergo laudabilis consuetudo seruãda est, cuius transgressor vt iuris punitur. 11. distin. in his. Et videtur ex hac littera, q clerici, licet nihil petere possint pro talibus sacramentis, si consuetudo laudabilis super his seruari consueuit, q per

NE Dei.] Duæ sunt partes: Secunda: ibi, *Adijcimus.* Abbas Siculus.

¶ Glo. seq. ponit casum litteralem.

g ¶ *Ne Dei.*] CASVS. Abbates Cistercieñ. ordinis consueuerãt dare archidiaconis palafredum in sua installatione, vel aliud æquipollens: quod prohibuit Honorius Abbatibus: & ne de cætero taliter installẽtur: sed obedientiam faciant suis episcopis prout dicitur in litera. B. Nota q episcopus diœcesanus abbatem Cistercieñ. ordinis installare non debet: Licet in aliquo instrumẽto fiat metio de aliquo alio, non ideo debet illud exhiberi. Item si nõ exhibetur statutum ordinis contrarium, adstringitur regularis mãdato episcopi. Item cõtra statuta regulæ non debet monachus diœcesano obedire.

h ¶ *Solemnitates.*] Installare Abbates, & Abbatissas in sede ponere, pertinet ad officium archidiaconi. s. de offic. archidiaco. cap. vt nostrum. & talis installationis solemnitas non requiritur i Abbatibus ordinis Cistercieñ. vt hic patet.

i ¶ *Forma professionis.*] qua profitentur se præstaturos suis epis subiectionem, & cætera quæ sequuntur. sic & archiepiscopi debent esse cõtenti forma professionis à canonibus constituta. s. de maio. & obed. dilecti. qua & Papa contentus est, vt ibi dicitur.

k ¶ *Successoribus.*] & ita postq̃ fecit obedientiam prædecessoribus, amplius eam facere successoribus compelli non debet: vt s. de iureiu. veritatis. & idem in vasallo, vt ibi dicitur.

l ¶ *Canonice.*] Aliàs non teneretur: puta si esset intrusus sine consensu clericorum. 12. q. 2. alienationes. Ber.

m ¶ *Saluo ordine.*] Nam contra regulam obedire non tenentur, vt hic dicitur, in his quæ contra regulam: vel quæ illicita sunt, nullus obedire tenetur. 11. q. 3. si quis episcopus. & cap. non semper. & cap. si dominus. & cap. Iulianus. sed bonum quod agitur, qnq; pp obedientiam intermittitur. 11. q. 3. quid ergo. & est simile huic loco. s. de iureiur. ego enim. Ber.

IAcobus.] Prætextu consuetudinis non debet exigi prandium à canonico de nouo recepto. hoc dicit. Diuiditur: nam prima pars ponit querelam: secunda dat iudicem: ibi, *Quo circa.* Abbas Siculus.

CASVS. Iacobus iste canonicus Esculanus receptus erat in fratrem & canonicum in ecclesia Aprutiñ. canonici illius ecclesiæ partem be-

1. Thess. cap. 5.

Idem Innocentius tertius in concilio Lateran. cap. 66. & cap. 6. con. tit. in 4. compilat.

Et pro intellectu prætor Doctores hic, vide B. Thomam 2. 2. q. 100. art. 2. ad 4. argumentum. & Syluestrũ in summa verbo, simonia q. 8. vbi plenissime.

Vide Paulum de Castro consil. 401. incip. viso processu. & consil. 342. incip. circa primum. & Bellamerã consil. 32. incip. quod minister.

Immo vere est simoniacus, cum non det pecuniam pro redimenda vexatione in qua sit, sed quæ cidit B. Thomas 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. arg. adde Panormitanũ hic.

Hunc Canonem inuenio in antiquis & manuscriptis Gregorij collectionibus.

Qualiter hoc cap. spectet ad titulum, vel liquet ex casu, & clarius hic ex Panormitano, & aliis.

Installatio suisquam de electis & abbatibus instituta circa in sellam, idest, in sedem suæ locationis in choro, & Abbatis deputatum ad sedendum.

Vide Doctores in c. 1. supra eod. tit. B. Thomam 2. 2. q. 100. art. 3. & Syluestrum in summa verbo, simonia. q. 8. & 9. & 25.

tem beneficij sui sibi assignare nolebant, nisi primo reciperēt prandium ab eodem, consuetudinem prætendentes, vt à canonico de nouo recepto prandium recipiant: Mandat Papa cuidam priori, quatenus si est ita, consuetudine illa nequaquam obstante, compellat canonicos illos, vt præbendam sicut vni ex aliis isti conferant & assignent. Nota, quòd pro spiritualibus nihil dari debet, etiam obtentu alicuius consuetudinis.

a ¶ *Tali consuetudine.*] quæ non excusat. sic s. veniens. immo potius simoniam inducit, quia pro pastu vel pastello exigi aliquid non debet pro huiusmodi spiritualibus. s. eod. cap. 1. & 1. q. 3. si quis præbēdas, non obstāte aliqua consuetudine: vt ibi s. eod. in pluribus cap. Ber.

S *i quis.*] CASVS. Quia frequenter ordinantur aliqui sine certo titulo, propter quod fiunt promissiones illicitæ: statuit Gregorius, quòd si aliquis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem, recipiens ab eodem promissionem vel iuramētum, quòd super sua prouisione non inquietabit eundem: ordinator à collatione, & præsentator ab executione ordinum per trienniū nouerint se suspensos: & ordinatus ab ordine sic suscepto nouerit se suspensum, donec dispensationem, per sedem Apostolicam meruerint obtinere. Nota quòd quis punitur in eo, in quo deliquit. Itē solus Papa dispensat cum illis qui scienter p simoniam ordinant, vel præsentant, vel ordinantur.

ceptus in canonicum & in fratrem, canonici eiusdem ecclesiæ partem prouentuum, ac præbendam sibi assignare recusant: quandam consuetudinem a prætendentes, quòd prandium habere debeant à canonico recepto de nouo. ¶ Quo circa mandamus, quatenus si est ita: dictos canonicos, vt tali consuetudine a non obstante, sibi sicut vni ex aliis, in prouentibus & præbenda prouideant, appellatione remota, compellas.

¶ Idem.

¶ *Qui ordinauit aliquem sub promissione de non petendo ab ipso prouisionem: ordinator per triennium à collatione, præsentator vero ab executione ordinum etiam per triennium suspensi sunt: ordinatus vero ab ordine perpetuo sit suspensus: & solum per sedem Apostolicam cum eis dispensatur.*

CAP. XLV.

SI † quis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem, promissionem vel iuramentum b ab illo recipiens, quòd super prouisione sua nō inquietet † eundem: ordinator à collatione, præsentator vero ab executione ordinum per triennium c, & ordinatus ab ordine sic suscepto, donec dispensationem d super hoc per sedem Apostolicam e obtinere meruerint, nouerint se suspensos f.

¶ Idem.

¶ *Habet duo dicta, secundum ibi 2. & ad resignationes. Et propter breuitatem & varietatem lecturarum aliter non summatur.*

CAP. XLVI.

MAndato ¶ nostro recepto, vt cum monachis, qui per simoniam dato aliquo, locū in monasterijs sunt adepti, secundum constitutionem generalis concilij g dispensares: & infra. ¶ Consultationi tuæ breuiter respondentes, dicimus mandatum Apostolicum, etiam ad Abbates h extendi: Et ad resignationes spiritualium & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi i præcedente, vtrinque taliter acquiruntur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori) eos pro simonia huiusmodi nō teneri.

farentur & conuincerentur, deponerentur ex tali promissione vel iuramento. Bernar.

d ¶ *Dispensationem.*] sic s. eod. per tuas nobis.

e ¶ *Per sedem Apostolicam.*] hic patet, quòd cum simoniaco scienter in ordine, solus Papa dispensat. idem intelligo in dignitate & beneficio: vt dixi s. eod. de simoniace. & s. de renū. post translationem.

f ¶ *Suspensos.*] ipso iure.

AD † liberandam terram Sanctam: & infra. ¶ Excōmunicamus [a] præterea & anathematizamus illos falsos & impios Christianos, qui contra ipsum Christum, & populum Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina † deferunt galearum: eos etiam, qui galeas eis vendunt, vel † naues: quique in piraticis Sarracenorum nauibus, curam gubernationis exercent: vel machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium vel auxilium, in dispendium terræ Sanctæ: ipsosque rerū suarum priuatione [b] mulctari, & capientium seruos fore censemus: Præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus Dominicis & festiuis, huiusmodi sententia publice innouetur. ¶ Et talibus gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi † totum, quod ex commercio [c] tam damnato perceperint, & tantundem de suo in subsidium terræ Sanctæ transmiserint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint [d], puniantur. Quòd si forte soluendo nō fuerint, sic aliàs [e] reatus talium castigetur, quòd in pœna ipsorum aliis interdicatur [f] audacia similia præsumendi.

ligamina

† &

a ¶ *Excommunicamus & anathematizamus.*] sicut ŝ. eod. ita. & cap. quod olim.

b ¶ *Priuatione.*] hoc totum habes ŝ. eod. ita.

¶ *Glo. seq. dat simile de vsura, concludit tamen hoc grauius.*

c ¶ *Totum quod ex commercio.*] Totum ergo lucrum, quod ad eos peruenit ex hoc commercio, debent dare in subsidium terræ Sanctæ, in cuius detrimētum hoc fecerunt: & simile est crimini vsurarū: in quo quicquid sorti accedit, vsura est: vnde totum debet restitui. J. de vsur. consuluit. & 14. q. 3. putaui. & cap. seq. immo videtur ꝙ maius, quia isti videntur fidē Christianā impugnare, vnde plus puniuntur, quia tantundem pro pœna dare coguntur in subsidium terræ Sanctæ: & nemo dubitat grauius esse commissum, qđ est grauius vindicatū. 24. q. 1. non afferamus. & in Authen. vt fra. fi. coll. 9. in fi. vbi dicit: In delicto enim ęquali proximas eis imminere pœnas iustum putamus.

In concilio ita: nisi totū, quod ex subsidio tam damnato percepe- runt, &c.

Episcopatus sunt Hispaniæ, de quibus Vasæus in Annalibus Hispaniæ. cap. 30.

d ¶ *In quo deliquerunt.*] sic ŝ. de immu. eccle. cap. vlt. & de iure pat. pastoralis. & ŝ. de temp. ord. litteras. & ŝ. de foro cōpe. nullus. sim. 12. q. 2. de viro. & 17. q. 4. frater & coepiscopus.

e ¶ *Sic aliàs.*] quia poterunt subijci verberibus loco pœnæ. 14. q. 6. si res. & 12. q. 2. fraternitas. & 5. q. 6. quia iuxta.

f ¶ *Alijs interdicatur.*] sic ergo pœna vnius est metus alterius: vt 2. q. 7. quapropter. & ŝ. de offic. ordi. irrefragabili. & ŝ. de transla. cap. 1. in fi. & ŝ. de sta. reg. ea quæ. ŝ. de calum. c. 2. ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos. ff. de deposi. bona fides. 1. responso. in fi.

¶ Gregorius nonus Astoricen. & Lucen. episcopis.

¶ *Iudæi vel Pagani publicis officijs præficiendi non sunt: & si eis regalia iura vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus non suspectus.*

EX speciali.] In prima parte ponitur culpa regis, & excusatio: In secunda contra vtrunque prouidetur: ibi, *Mandamus*. Abbas Siculus.

CASVS. Rex Portugalliæ in officiis publicis, Christianis præferebat Iudæos ꝓ concilium generale. ŝ. eod. cum sit. vnde mandat Papa duobus epis, quatenus regem ipsum moneant & inducant, ne in publicis officiis Iudæos præficiat Christianis contra conciliū generale: ꝙ si forte redditus suos Iudæis vendere voluerit, vel Paganis, aliquem Christianum deputet non suspectum de grauaminibus clericis & ecclesijs inferendis, & per illum Iudæi & Sarraceni, sine Christianorum iniuria, iura regalia consequantur. Nota Iudæos Christianis non esse præferendos. Item officiales suspecti non debent præponi clericis.

g ¶ *Generali concilio.*] ŝ. eod. cum sit. & 54. dist. nulla.

h ¶ *Non suspectum.*] qui fideliter & sine fraude officium suum exequatur, ne per hoc fraus fiat Christianis clericis aut ecclesijs: qualis fuit Ioseph: de quo habes 22. q. 2. quod autem ait. qui fuit dispēsator Pharaonis [1]. Ber.

1 Gen. 41.

CAP. XVIII.

EX † speciali, quem erga illustrem regem Portugalliæ gerimus, charitatis affectu: & infra. ¶ Mandamus, quatenus regem ipsum sollicite inducatis, ne in officiis publicis Iudæos Christianis præficiat, sicut in generali concilio [g] † continetur: Et si forte redditus suos Iudæis vendiderit, vel Paganis, Christianum tunc deputet de grauaminibus inferendis clericis, & ecclesijs non suspectum [h], per quem Iudæi siue Sarraceni, sine Christianorum iniuria, iura regalia consequantur.

† In generali concilio Lateran. sub Innocentio iij. cap. 69.

¶ Idem.

¶ *Se ipsum summat.*

NVlli.] Diuiditur: Nam tria facit: Primo ponit dictum: Secundo mercatori prouidet: Tertio prouisionem determinat: Secunda ibi, *Quòd si*. Tertia: ibi, *Si autem*. Abbas Sicul.

CASVS. Iudæi emebāt seruos Christianos, & eos in suo seruitio retinebant: quod fieri non debet: vnde statuit concilium generale, ꝙ non liceat Iudęo baptizatum vel baptizari volentē emere, vel in suo seruitio retinere: Secundo dicit, ꝙ si aliquis Iudæus causa mercimonij emerit aliquem nōdum ad fidem conuersum, & postmodum factus fuerit Christianus, vel desideret fieri, dentur ab aliquo xij. solidi, & ille ab illius seruitio subtrahatur: Si vero infra tres menses ipsum venalem non exposuit, si emit eundem ad seruiendum sibi, ipse nec eum postea vēdere, nec alius ipsum audeat cōparare, sed nullo dato pretio ad libertatē perducatur. Nota ꝙ si Iudæus aliquis seruū emerit causa mercimonij, & factus sit Christianus, infra tres menses illum venalē exponat; Alioquin pſomitur ꝙ illum emerit causa seruiendi sibi: contra quam præsumptionem non inducitur probatio: & ita est præsumptio iuris & de iure. Item fauor fidei priuat aliquem seruo suo.

Vide Martinum quædam spect. de Iudæis. par. 2. cap. 6. & 7. & notas in cap. cum sit nimis. hoc eod. tit.

CAP. XIX.

NVlli † Iudæo, baptizatum vel baptizari volentem, emere liceat, vel in suo seruitio [i] retinere. Quòd † si quem nondum ad fidem conuersum causa mercimonij [k] emerit, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus: datis pro eo duodecim solidis [l], ab illius seruitio protinus subtrahatur. ¶ Si autem infra tres menses [m] ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi seruiendum emerit eundem: nec ipse vendere, nec alius audeat cōparare: sed nullo dato pretio, perducatur ad præmia libertatis.

† Vide notas huius decretalis. & notas cap. 5. eod. tit.

† Qualiter ecclesia ipse potuerit hæc statuere de rebus Iudæorū, videt luculenter B. Thomas 2. 2. q. 10. art. 10.

i ¶ *Seruitio.*] ŝ. eod. cap. 1. & cap. Iudæi s. immo quamcito voluntas ipsius fuerit patefacta, ꝙ velit fieri Christianus, in libertatem modis omnibus vendicetur. 54. distin. fraternitatem. nisi emptus sit causa mercimonij: vt ibi dicitur, & hic inferius. Ber.

K ¶ *Causa mercimonij.*] In quo casu non fraudabit ex toto Iudæus siue Paganus, dummodo infra tres mēses illum venalem exponat, vt cap. fraternitatem. Ber.

¶ *Glo. seq. quærit & soluit. Iterum quærit & remittit.*

l ¶ *Duodecim solidis.*] Sed de qua moneta dabuntur? Rñdetur, de illa, quæ est in vsu in loco illo. arg. ff. de leg. 3. nummis. ff. de leg. 1. si seruus plurium. §. si numerus. Quid si non sit qui soluat illos xij. solidos? De hoc dictum est ŝ. cap. 1.

m ¶ *Si autem infra tres menses.*] Eoipso ꝙ non exposuit ipsum infra tres menses venalem, præsumitur ꝙ nō causa mercimonij emerit, sed ad seruiendum sibi, vnde nullo pretio dato perducetur ad prēmium libertatis, nec admitteretur probatio in contrarium, cum hic sit præsumptio iuris, ex qua ius statuitur: vt 54. dist. fraternitatem. quod cap. intellige per illud. & istud est quasi glo. & expositio illius, si præsumptio est. ŝ. de spon. is qui. vbi habes præsumptionē iuris. & si alius eum compararet, talis emptio non valeret, & nihilominus erit liber nullo pretio dato, si scienter emit illum: si ignoranter, agat ad precium siue ad interesse contra Iudæum, qui ipsum decepit. ff. de contrahen. empt. liberi hominis. arg. Et nota quod fauor fidei priuat aliquem seruo suo, vt hic patet. Item priuat aliquem filio suo. supra, de conuer. in fin. cap. vlti. Item priuat aliquem vxore sua. supra, de diuor. gaudemus. & 28. quæst. 1. si infidelis. Ber.

DE HAERETICIS.

¶ *Visum est de his, qui non baptizati Deum blasphemant male colendo, merito videndũ est de illis, qui iam baptizati incidũt in hæresim. Abbas.*

De hac materia tractatur 24. q. 1. per totum. & q. 3. §. quia vero. vsq; ad fin. q. & q. 7. & 12. q. 1. & 23. q. 7. per totum. & distin. quo iure. 1. q. 1. in multis capitulis.

Dubius.] Casus. Dicit in hoc capitulo, q̃ q in fide dubitat, infidelis est; nec est credendum testimonio eorum, qui fidem veritatis ignorat. Nota q̃ dubius in fide, infidelis est. Item infidelis testis esse non potest.

De materia tituli in genere vide D. Thomam 2. 2. q. 11. & quos per totum titulũ citabimus.

Vide notas in hunc locum. & in cap. 1.

a ¶ *Dubius.*] de fide enim nullus debet dubitare, sed firmiter credere articulos fidei. ĩ. de sum. Tri. cap. 1. in prin. aliter saluus esse nõ poterit, vt in Psal. Quicunque vult. & 24. dist. quã eps. & 24. q. 1. aperte. nullus enim titubare debet in fide, vt ibi dicitur. Ber.

De intellectu vide Palaciũ Rubium in allegandę de hæresi. §. 5. incip. Et per ista. & Melchiorem Canũ lib. 12. de locis theol. cap. 9. circa medium.

b ¶ *In fide.*] etiam in tenui articulo. C. de hæret. l. 2. in fin. sic ex leui offensa reuocatur libertus in seruitutẽ. C. de liber. & eorum lib. si manumissus, & hoc quo ad articulos fidei, qui continentur in symbolo; Credo in Deum. quibus per fidem sola adhibenda est credulitas: quia fides est de re non visa de pœn. dist. 4. in domo. C. de sum. Tri. l. vlt. non per signa, sed per fidẽ veritas est colenda. de consec. dist. 4. venit sacerdos. Lan.

Cap. 2. eo. tit. in 1. cõpilatione. & vide notas huius capitis.

De intellectu l. 2. C. de hæret. quam hęc citat glossa, vide per Doctores ibi. Petrum Godoffredũ in d. l. 2. C. de hæret.

c ¶ *Credendum est.*] ergo dubius in fide, testis esse non potest. 23. q. 4. ipsa pietas.

Cap. 3. eo. tit. in 1. cõpilatione. & vide notas huius capitis.

TITVLVS VII.

De hæreticis †.

¶ Stephanus † Papa omnibus epis.

¶ *Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei: & infideli non est credendum in præiudicium alterius.*

CAP. I.

Dubius [a] † in fide [b], infidelis est. Nec eis omnino credendũ est [c], qui fidem veritatis ignorant.

¶ Leo Papa.

¶ *Errare in fide conuincitur, qui alios errantes, cum potest, ab errore non reuocat.*

CAP. II.

Qui † alios, cum potest, ab errore nõ reuocat [d], seipsum errare demõstrat.

¶ Augustinus de fide catholica.

¶ *Hæreticus perseuerans, æternaliter damnatur: cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcunque bonum, quo ad hoc, vt consequatur vitam æternam.*

CAP. III.

Firmissime † tene, & nullatenus dubites, omnem hæreticum [e] vel schismaticum, cũ diabolo & angelis eius, æterni ignis incendio participãdũ † [f]: nisi ante finem vitæ, catholicæ fuerit incorporatus & redintegratus Ecclesiæ. [& post pauca.] Omni homini, qui Ecclesiæ catholicæ nõ tenet vnitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quamtumlibet copiosa, neq; mors [f] pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem [g].

† mancipandum

Qui alios.] Casus patet. Nota q̃ qui alium ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat: & est arg. q̃ qui tacet, consentire videtur.

¶ *Glo. seq. quærit. & soluit distinguendo.*

d ¶ *Non reuocat.*] cum potest. ff. ad leg. Aquil. scientiam. 83. distin. error. & arg. ĩ. tit. proxi. & si Iudæos. & 2. q. 7. negligere. Sed nunqd istud pertinet ad oẽs? Rñdeo de crimine iam commisso soli Prælati tenẽtur corripere [a]. 23. q. 4. duo ista. & cap. ita plane. à peccato autem committendo quilibet tenetur alium corripere occulte. ĩ. eod. cum ex iniuncto. vbi de hoc. & argumen. 23. q. 4. ipsa pietas. 22. q. 5. hoc videtur. & 93. distin. diaconi. & ĩ. de cog. spi. tua. & 2. q. 7. quapropter. sed istæ duæ vltimæ concordantiæ intelliguntur in denuntiatione. Tanc.

De materia huius glossæ vide plene per D. Thomã 2. 2. q. 33. art. 3. & sequentibus.

Firmissime.] Duæ sunt partes. Secunda: ibi, *Omni homini.* Abbas Siculus.

Casus. Quæsitum fuit ab Augustino, vtrũ hæreticus, vel schismaticus saluari possit? Rñdet Augustinus: firmiter teneas, & nullatenus dubites, q̃ omnis hæreticus & schismaticus, cum diabolo & angelis eius, æterni ignis incẽdio punietur: nisi ante finem vitæ, catholicæ Ecclesiæ fuerit recõciliatus, quia nulli homini de mundo, qui Ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatem, baptismus vel eleemosyna quantumcunque copiosa, aut mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem. Nota q̃ extra Ecclesiam catholicã nullus saluatur, quantumcunq; bona opera fecerit.

¶ *Glo. seq. ponit septem modos quibus dicitur hæreticus.*

e ¶ *Hæreticum.*] hæreticus multis modis dicitur: ille dr̃ hæreticus, qui peruertit sacramenta Ecclesiæ, vt simoniacus. 1. q. 1. eos qui per pecuniam. & 6. q. 1. cap. nos sequentes. §. sed licet. Item ille, qui scindit se ab vnitate Ecclesiæ. 7. q. 1. denique. Item omnis excõicatus. 4. q. 1. quòd autem hi. Item qui errat in expositione sacræ scripturæ. 24. q. 3. hæresis. Item qui confingit nouam sectam, vel confictam sequitur. 24. q. 3. hæreticus. Item qui aliter sentit de articulis fidei, q̃ Romana Ecclesia. 24. q. 1. hęc est fides. & cap. quoniam. Vel qui male sentiunt de sacramentis Ecclesiæ. ĩ. eod. ad abolendã. in prin. Tanc.

f ¶ *Neque mors.*] vnde Apostolus: Et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem aũt non habeam, nihil mihi prodest. de pœni. dist. 3. circa fi. cap. si qs. & de conse. distin. 4. nolet. & 1. q. 1. vide quantum bonum. Ber.

g ¶ *Ad salutem.*] æternam 3, scilicet: valent tñ ad bona tpalia promerenda. arg. 22. q. 2. si quælibet. in fi. & ad minus supplicũ subeundum. de pœni. distin. 4. ad finẽ. §. post etiã. Ber.

In multis editis, Gregorius non legitur, sed mendose. id habet Gregorius primus in registro lib. 7. epistola 47. indic. 2. & cap. 4. eo. tit. in 1. compilat. & vide omnino notas huius cap.

¶ Gregorius Anastasio Antiocheno.

¶ *Damnato auctore, damnantur eius scripturæ, & libri, & opera.*

CAP. IIII.

Fraternitatis tuæ: & infra. ¶ Cum Celestinus, atq; Pelagius [h] in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorũ damnantur auctores.

Fraternitatis.] Scripta per hæreticos non habent fidem authenticam. Communis diuisio. Secũda: ibi, *Cum Celestinus.* Abbas.

Casus. Celestinus & Pelagius condemnati fuerunt de hæresi in synodo Ephesina: Antiochenus patriarcha dubitauit, an scripta ipsorum recipi debeant? Rñdet Papa q̃ non: q̃a ex quo auctores damnati sunt, scripta illorũ quomodo admitti possunt? quasi diceret, non possunt. Nota ratione auctoris aliquid dãnari vel reprobari: qualis enim auctor fuerit, talia eius opera præsumũtur. Item arg. q̃ destructo prinipali destruitur accessorium.

Adde cap. 48. in concilio latino & in synodo Carthaginensi cap. 14. apud Theodorũ Balsamonẽ. & c. 8. eo. tit. in 1. compilat. sed vide notas huius capitis.

¶ Ex concilio Africano. †

¶ *Episcopus hæredem instituens hæreticum consanguineum, vel extraneum, vel Paganum, etiam post mortem excommunicatus nuntiatur. hoc dicit secundum communem & veriorem intellectum: & vt faciat ad titulum, potest intelligi, q̃ ex hoc præsumatur hæreticus.*

CAP. V.

Si quis episcopus [i] hæredes instituerit extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut

De articulo huius glossæ vide omnino D. Thomam 1. par. q. 89. art. 6. ad 1. argumentũ.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, quod duplici ter fortificat. & soluit.*

h ¶ *Celestinus atq; Pelagius.*] Isti duo dãnati erant in synodo Ephesina de hæresi; dubitabat Patriarcha Antiochenus, an scripta eorũ essent recipienda: Et dr̃ q̃ non, quia ex quo condemnatus est auctor: & scripta illius admitti nõ debent, vt 3. q. 4. nullus. & 16. dist. canones. q̃uis aliqua vtilia sint ibi. arg. ĩ. de test. licet. Arg. tñ q̃ ratione etiam bonæ sententiæ recipi possent. 8. q. 1. Dñs declarauit. 37. dist. si quid veri. sicut & notitia legis abrogatæ necessaria est. distin. 7. Moyses. & Papa etiam argumentatur ex lege Theodosiana abrogata. s. de iud. nouis. Sed verum est q̃ scripta illorum non valent, etiam si alias bona sint, nec sunt recipienda. ĩ. eo. excõicamus. §. credentes. arg. ad hoc. 96. dist. bene quidem. tñ ratione bonę sniæ scripta Origenis approbata fuerunt. 16. q. 7. & hoc diximus. qui damnatus fuit post mortem. 24. q. 2. sane profertur. & si approbarentur, valerent: alias non. arg. ĩ. de sum. Trinit. cap. 2. in fin. Item argumen. quòd destructo principali, destruitur accessorium sicut in cap. prędicto. & hoc diximus. Ber.

De materia huius glossæ, quatenus agit de libris hæreticorum recipiendis, vel non, vide quę dixi plenissime lib. 2. comment. in Directorium Inquisit. schol. 1.

Si quis episcopus.] Casus. Quęsitum fuit in concilio Africano, vtrum hęretici possint institui hæredes ab epo? Rñdet cõcilium, q̃ si eps instituerit sibi hęredes extraneos a cõsanguinitate sua, vel etiam instituerit consanguineos hæreticos, vel Paganos, post mortem debet excõicari: & nomen eius inter sacerdotes Dei nullatenus recitetur. Et idem intellige de oĩbus clericis. & hoc dr̃ in sequenti capitulo. Nota, q̃ hęreticus iure hæreditario catholico succedere non debet. Item aliquis potest post mortem excommunicari.

¶ *Glo. seq. rect. per abreuiationem, & soluit.*

i ¶ *Si quis episcopus.*] Sic ordina istam litteram: si quis eps instituerit hę-

rit hæreticos hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel etiam si instituerit consanguineos hæreticos hæredes, aut Paganos pertulerit: saltem post mortem, &c. & sic repete illam dictionem, hæreticos. Et ita nullus debet instituere hæreticum, siue sit cõsanguineus, siue non; vt hic patet, & j. cap. prox. eps ergo instituat ecclesiam, ex quo non habet consanguineos catholicos. 12. q. 2. eps qui filios. & ca. cognouimus. & in Authen. vt cum. de appel. cog. §. dicimus. & §. si quis. coll. 8. quia isti hæretici iam non dicuntur filij vel consanguinei, vnde dicitur in lege: Si frater tuus, & amicus tuus, & vxor tua deprauare voluerint veritatem, sit manus tua super illos. 23. q. 8. legi. & vxor est expellenda. 28. q. 1. vxor. in fin. Hoc intellige nisi pœnituerint isti cõsanguinei: delicti enim veniam pœnitentibus non negamus. C. eod. Manichæos. Ber.

cati. j. eod. ad abolendam. & cap. excõicamus. & quod Christus verus sit homo ex humana carne subsistens, habes s. de sum. Trini. cap. 1. & est articulus fidei nostræ: de quo habetur in prædicta constitutione, & de aliis, quos scire quilibet Christianus tenetur per fidẽ. arg. ad hoc de consec. distin. 4. ante xx. & cap. baptizandos. & cap. prima. ad illos articulos de quibus tractatur in illa constitutione, firmiter credimus. omnes indistincte tenentur, tã clerici quàm laici: sed clerici magis, qui legẽ perscrutabiliter scire tenentur. 38. dist. omnes psallentes. 24. dist. quãdo eps. Quilibet ergo tenetur credere secundũ quod catholica tenet Ecclesia, & hoc sufficit in talib' articulis, dummodo nil in contrariũ sentiat. j. eod. ad abolendam. Ber.

Paganos [a] pertulerit †: saltem post mortem [b] ei † anathema dicatur: atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur.

¶ Ex eodem. †

¶ *Loquitur de eadem materia cum præcedenti, & extenditur quod ibi dictum fuit de episcopis ad presbyteros, & alios clericos.*

CAP. VI.

IN eos, qui catholici non sunt, etiamsi consanguinei [c] fuerint, episcopi vel presbyteri nihil conferant [d]. denique hoc, quod de episcopis & presbyteris dictũ est, debet de reliquis [e] clericis exaudiri.

¶ Alexander iij. Remeñ. archiepo.

¶ *Christus fuit verus Deus & verus homo: sentiens oppositum, hæreticus est, & excommunicatus.*

CAP. VII.

CVm † Christus perfectus Deus & perfectus sit homo: Mandamus, quatenus sub anathemate [f] interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, Christum non esse aliquid secũdum quòd homo: quia sicut Christus verus est Deus, ita verus est homo, ex anima rationali & humana carne subsistẽs.

¶ Ex concilio Lateraň. †

¶ *Hæretici, receptatores, & fautores eorum, excommunicati sunt: & decedentes in hoc peccato, in cœmeterio ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari.*

CAP. VIII.

SIcut ait beatus Leo [g]: & infra. ¶ Quia in partibus Tholosanis, hæreticorum, quos alij Catharos, alij Patarenos, & alij aliis nominibus vocant, inualuit damnanda peruersitas: eos, & defensores [h], & receptatores eorum, anathemati decernimus subiacere: Et sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserit, neque sub priuilegiorum nostrorum quibuscunque indultorum obtẽtu [i], neque sub alia quacunque occasione, oblatio [k] pro eo fiat: aut inter Christianos accipiat sepulturam †.

¶ Lucius tertius.

¶ *Hæreticus male sentiens, vel male docens de sacramentis Ecclesiæ, excommunicatus est: & conuictus, nisi se[...] & errorem abiurauerit [...] degradetur, & curiæ secularis tradatur: per quam etiam laicus punietur. Eadem etiam est pœna suspectis de hæresi, si se non correxerint: & relapsis omnino audientia denegatur. Seculares Principes, qui iurare nolunt de Ecclesia contra hæreticos defendenda, excommunicantur, & terra eorum supponuntur interdicto: ciuitates vero ipsorum resistentes, aliarum commercio, & episcopali dignitate priuantur: exempti vero subsunt ordinariis, super his, quæ contra hæreticos instituuntur.*

CAP. IX.

AD † abolendam: & infra. ¶ Vniuersos, qui de sa-

a ¶ *Paganos.*] & ita idẽ iuris est in Paganis qđ de hæreticis. Et idẽ est de omnibus, qui catholici nõ sunt. j. c. prox. B.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Post mortem.*] sic 24. q. 2. sane profertur. & arg. C. eod. l. Manichæos. arg. contra, quia crimina morte extinguuntur. 23. dist. quorundã. 23. q. 2. cap. 1. & crimen cum pœna sit extinctũ. C. si reus vel accu. mor. fue. l. 2. hoc tñ speciale est in crimine hæresis, in criminis detestationem, vt post mortem possit accusari & excommunicari, & ne ecclesia oret pro eo, quia non fuit accusatus in vita. Ber.

IN eos.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod nullus eps vel presbyter trãsferre debet bona sua in eos, qui catholici non sunt, etiã si cõsanguinei fuerint: & quod de episcopis & presbyteris dicitur, ad alios clericos extenditur. Nota quod vbi eadem causa iuris est, idem ius est statuendum.

c ¶ *Etiam si consanguinei.*] dic vt s. c. proxi.

d ¶ *Nihil conferant.*] Non distinguitur in morte vel in vita, ergo nec nos distinguamus: quia nihil capere possunt ex testamento. j. eod. excõicamus. §. credentes. cauta pietatis forte posset eis dari ne perirent fame. 86. dist. pasce fame. quia adhuc possunt conuerti ad fidem: quia de nemine desperandum est. de pœn. dist. 7. nemo. & 32. q. 2. ancillam. & arg. etiam ad hoc 42. distin. quiescamus. & 12. q. 3. quoniam multos. Ber.

e ¶ *De reliquis.*] In hoc omnes pares sunt. arg. 16. q. 1. prædicator. in prin. 24. q. 2. sane profertur. Ber.

CVm Christus.] CASVS. Quidam theologi vltra quàm oporteret subtiliter intelligentes dicebant, Christum non esse aliqđ secundum quod homo: Cum igitur Christus perfectus Deus, & perfectus homo sit, mandat Papa Remeñ. archiepo, quatenus sub anathemate interdicat, ne aliquis de cætero audeat dicere Christum non esse aliquid secundum quod homo, quia sicut est verus Deus, ita est verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens. Nota quod Christus est verus Deus & verus homo.

f ¶ *Sub anathemate.*] Quicunque ergo contrarium dixerit, est excõicatus, quia hoc dicere hæreticum est. & hæretici omnes sunt excõi-

SIcut.] CASVS. In capitulo isto Lateraneñ. concilium excõicat oẽs hæreticos, quibuscũque nominibus censeantur, & oẽs defensores & receptatores eorũ, & præcipit sub interminatione anathematis, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere vel fouere præsumat, aut cum eis negotiationẽ habere. Si quis aũt in hoc peccato decesserit, oblatio pro eo non fiat: nec inter Christianos accipiat sepulturam, nõ obstãte aliquo priuilegio quibuscunque indulto. Nota quod fautores hæreticorũ cũ hæreticis æqualiter puniuntur. Itẽ priuilegiũ non excusat aliquẽ a peccato. Itẽ rõne delicti perditur priuilegiũ: quia priuilegium non extendit ad illicitum casum, nec tuetur aliquem in malo.

g ¶ *Leo.*] 23. q. 5. res oẽs.

h ¶ *Defensores.*] j. eod. excõicamus. §. credẽtes. & 79. distin. si quis Papa. arg.

i ¶ *Obtentu.*] sic ergo ratione delicti perditur priuilegium. j. cap. proxi. in fi. quia priuilegiũ non extenditur ad illicitum casum, nec tuetur aliquem in malo. j. de senten. excom. nulli. & omni priuilegio cessante mali puniendi sunt. C. vbi de cri. agi opor. Authen. qua in prouincia. Ber.

k ¶ *Oblatio.*] quia constat eum decessisse in mortali peccato. 23. q. 5. placuit. & est simile j. de vsur. quia in omnibus.

AD abolendam.] CASVS. Lucius Papa in cap. isto excõicat oẽs illos, qui de sacramento corporis & sanguinis Dñi nostri Iesu Christi, & de aliis ecclesiasticis sacramentis aliter sentiunt vel docẽt, quàm sancta Romana Ecclesia prædicet, & obseruet: & oẽs illos, quos Romana Ecclesia vel singuli epi vel clerici, vacante ecclesia, cum concilio vicinorũ eporum hæreticos iudicauerint. Secũdo statuit, vt quicũque deprehẽsi fuerint manifeste in hæresi: si clerici fuerint, eis prius degradatis seculari potestati relinquantur aĩaduersione debita puniendi: nisi statim post deprehensionem erroris sponte ad catholicã vnitatẽ redierint, & ad arbitriũ epi satisfecerint. Si vero laici fuerint, nisi (vt dictum est) abiurata hæresi ad arbitrium epi satisfecerint, secularis iudicis arbitrio relinquantur. Tertio dr̃, quod qui post abiuratam hæresim, vel postquã ad arbitrium episcopi se purgauerint, deprehensi fuerint in hæresim recidisse; sine vlla audientia seculari iudicio relinquantur: Quarto statuit, vt omnes rectores cuiuslibet loci, iuxta commonitionem episcoporum iuramento proprio

[a] perrulerit

[b] eius

[c] In concilio Africano hoc nõdum reperi: sed habetur in concilio Carthaginẽ. 3. c. 13. & apud Theodorum Palsamonẽ in synodo Carthaginensi cap. 15. & c. 9. eod. tit. in 1. compilat. vide notas capitis proxime præcedentis.

[d] Cap. 5. eo. tit. in 1. cõpilat. & post concilium Lateraneñ. sub Alexan. iij. par. 49. cap. 20. vnde facilius intelliges hoc fragmentum.

[e] Lateraň. sub Alexandro iij. cap. 27. & cap. 6. eod. tit. in 1. compilat. Et vide notas huius cap.

[f] De materia huius glossæ plures Doctores, vide Antonium Gomezium tomo 3. variarum resolut. cap. 1. num. 80. & Ioannem Rojam singulari 134.

De hoc dubio vide glossam, & ibidem Archidiaconũ. & Turrecrematam 24. dist. cap. 1. & in legibus Septempartitis Hispaniæ 1. partit. tit. 24. l. 8.

[g] De materia huius glossæ vide beatũ Thomã 2. 2. q. 1. art. 5. & 6. & Eymericum in Directorio Inquisit. par. 2. q. 7. & q. 12.

[h] Vide Alfonsum Castrum lib. 2. de iusta hæreticorũ punitione. c. 18. & quæ dixi lib. 3. commentar. in Directorium Inquisitor. schol. 120. supra. q. 40.

[i] Cap. 11. eod. tit. in 1. compilat. & vide notas in hanc decretalem.

cramento corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quàm sacrosancta Romana Ecclesia prædicat & obseruat a: & generaliter quoscunque eadem Romana Ecclesia vel singuli episcopi per diœceses suas cū consilio clericorum, vel clerici ipsi sede vacante b cum consilio (si oportuerit) vicinorū episcoporum, hæreticos iudicauerint: vinculo perpetui anathematis innodamus: & infra. ¶ Præsenti † nihilominus ordinatione sancimus †, vt quicunque manifeste fuerint † in hæresi deprehensi c: si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prærogatiua d nudetur: & sic omni officio, & beneficio spoliatus ecclesiastico, secularis relinquatur e arbitrio Potestatis, animaduersione debita puniendus: nisi continuo † post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere f, & errorem suum ad arbitrium g episcopi regionis publice consenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. ¶ Laicus h autem, nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur: debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionē: & infra. ¶ Qui † vero inuenti fuerint sola suspicione notabiles: nisi ad arbitrium episcopi, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, simili sententiæ subiacebunt. ¶ Illos quoque, qui post † abiurationem erroris: vel postquam se (vt diximus) proprij antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, seculari iudicio, sine vlla penitus audientia i decernimus relinquēdos †: & infra. ¶ Statuimus insuper, vt comites, barones, rectores, & consules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commonitionem episcoporum, præstito corporaliter iuramento k † promittant, quòd fideliter & efficaciter cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices, adiuuabunt bona fide iuxta officium & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore l, quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excōmunicatione ligandis m, & terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis. ¶ Ciuitas autē, quæ his institutis duxerit resistendum: vel contra commonitionem episcopi punire neglexerit resistentes: aliarum careat commercio ciuitatum: & episcopali n se nouerit dignitate priuandam: & infra. ¶ Si qui † vero fuerint, qui à lege diœcesanæ iurisdictionis exempti, soli subiaceant sedis Apostolicæ potestati: nihilominus in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, episcoporum subeāt iudicium: & eis in hac parte tamquam à sede Apostolica delegatis o, (non obstantibus libertatis suæ priuilegiis) obsequantur.

proprio promittant, quod cum ab eis fuerint requisiti, ecclesiam contra hæreticos adiuuabūt bona fide. Si vero id obseruare noluerint, honore priuentur, & ad alios nullatenus assumantur: & ipsi excōicentur: & terræ illorum interdicātur: & ciuitas quæ his institutis duxerit resistendum, vel punire neglexerit resistentes, epāli dignitate priuetur, & aliarū careat commercio ciuitatum. Quinto dicit, quod si aliqui fuerint exempti a iurisdictione epōrum, & soli ecclesiæ Romanæ subiecti, nihilominus in his quæ contra hæreticos sunt instituta, subeant iudicium epōrum: & eis tamquam super hoc à sede Apostolica delegatis, obsequātur, nō obstantibus aliquibus priuilegiis libertatis. Nota primo quod vacante sede, capitulum obtinet vicem epi in his, quæ ptinent ad iurisdictionem. Item oēs qui male sentiunt de sacramentis ecclesiæ, sunt excōicati. Item arg. quod clericus depositus, non gaudet clericali priuilegio. Item ab errore reuersus, errorem suū publice abiurare debet. Item iterata delicta grauius puniuntur. Item lapsis in hæresim appellatio est deneganda. Itē ratione delicti amittit quis priuilegium libertatis, sed epi tunc tamquam delegati a Papa eos puniunt, & non tamquam ordinarij.

a ¶ *Prædicat & obseruat.*] sim. 24. q. 3. hæresis. hoc ergo quod Romana ecclesia seruat, & mandat ab aliis obseruari, generaliter est obseruandum. 11. dist. quis nesciat. quicunq; ergo male sentit de sacramētis ecclesiæ, hæreticus est habendus: vt hic patet.

¶ *Glossa sequens arg. & remittit.*

b ¶ *Clerici ipsi sede vacante.*] habes hic arg. quod vacante ecclesia, iurisdictio remanet penes capitulum. arg. 65. distin. c. vlt. 23. distin. in noie Dñi. 7. q. 1. pontifices. De hac materia plene dictū est s. de maio. & obed. cap. his quæ. & cap. cum olim.

c ¶ *Deprehensi.*] facti euidentia: puta quia publice prædicat hæresim. arg. ff. de rit. nup. palam. §. vlt. vel legitima ꝓbatione, puta per testes; vel ex sua confessione. Ala.

¶ *Glo. seq. arg. pro opi. Ala. sed tenet contrarium Vg.*

d ¶ *Prærogatiua.*] arg. quod clericus depositus non habet priuilegium clericale: & hoc concedit Ala. arg. 54. dist. ex antiquis. in fi. quod nō est verum, quia tenetur viuere clericaliter, quamuis sit depositus; vnde si hoc faciat, adhuc gaudet priuilegio clericali. 81. dist. dictum. Et hoc dixit Hug. Si vero incorrigibilis esset: tunc non solum pderet priuilegium clericale: verum etiam seculari curiæ traderetur. s. de iudi. cum non ab homine. sed in casu isto perdit omne priuilegiū nisi reuertatur, vt sequitur.

¶ *Glo. seq. ponit casus, quibus, &c.*

e ¶ *Relinquatur.*] Tribus enim casibus relinquitur aliquis curiæ seculari statim post depositionem. In crimine hæresis, vt hic, & j. eo. excōicamus. Item in crimine falsi. j. de cri. fal. ad falsariorum. Et in alio, cum pp calumniam vel contumeliam, quam contulit epo suo aliquis depositus est. 11. q. 1. si quis sacerdotū. aliàs aūt licet clericus sit depositus, non traditur statim curiæ seculari: immo adhuc tenetur viuere clericaliter, & Ecclesia eum tuebitur, & gaudet priuilegio clericali, vt dictū est in prima notula. Si vero sit incorrigibilis, postea traditur, sm quod dr s. de iud. cum non ab homine. Qualiter debeat tradi, dr j. de verb. sign. nouimus. Qualiter puniri debeant hæretici, dr j. eod. excōicamus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *Sponte recurrere.*] Sed vr quod etiam compelli debeat seruare fidem. 45. distin. de Iudæis. postquam condemnatus est hæreticus, non cōpelletur: sed si vult sponte redire, debet recipi abiurato errore. 24. q. 3. dicit Apostolus & in perpetuū carcerē ad agendam pœnitentiā intrudi. j. eo. cap. penul. Ber.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Arbitrium episcopi.*] arg. ꝯ. 1. q. 7. si quis eps. illud olim obtinuit, vt in cōcilio tamen reciperetur, sed hodie sufficit quod hic dicit. Tan.

h ¶ *Laicus.*] Laici enim p ecclesiam condēnandi sunt de hæresi: sed iudex secularis illos punire debet, nec traditur laicus curiæ seculari, sed clericus solummodo. j. de verb. sig. nouimus. quia laicus semp est de foro seculari, sed in casu isto sntia debet ferri p ecclesiam: executio fit solūmodo p iudicem secularē. Qualiter tales puniri debeant, dicetur j. eod. excōicamus. Ber.

¶ *Glossa seq. obijcit, & soluit.*

i ¶ *Audientia.*] sim. 23. dist. in nomine Dñi. Sed si volunt redire, nonne debent audiri & recipi? quia ecclesia non claudit gremium volētibus redire ad ipsam. C. de sum. Trin. inter claras. circa fin. & delicti veniam petentibus non negamus, dicit Imperator. C. eod. tit. Manichæos. de pœn. dist. 3. adhuc instāt. Vr quod debeant recipi, quia Dñs non vult mortem peccatoris, &c. 26. q. 6. agnouimus: sed vt conuertatur: & in carcerem perpetuum detrudatur. j. eod. cap. penult. sed audiētia denegatur quo ad bona, etiam si alias vellet se defendere, tamen littera ista contradicit Tanc. Hodie seruandum est prout traditur. j. eod. c. penult. §. si qui. Ber.

k ¶ *Iuramento.*] hoc idem dr j. eo. excōicamus. §. moneantur. Ber.

l ¶ *Honore.*] quia hoc ipso contra ecclesiam esse videntur: vnde dignitate debent priuari. 24. q. 1. qui contra Ecclesiæ pacem. & sim. 32. q. 5. præceptum. Ber.

m ¶ *Ligandis.*] sim. j. eo. excommunicamus. §. moneantur.

n ¶ *Episcopali.*] propter delictum suum. sim. 35. q. 2. ita nos.

¶ *Glo. seq. docet hoc allegari, quod ratione delicti, &c. & respondet.*

o ¶ *Delegatis.*] auctoritate generali huius decre. sim s. de offi. ord. irrefragabili. §. cæterum. & sic ratione delicti perdunt priuilegium

† Vide Eymericum in Directorio Inquisito. 3. par. q. 51.

† Sacramentis.

† In vulgatis ita fuerit i hæresi deprehensi sunt, &c. sed in antiquis codd. vt est expressum.

† Qualiter hæ voces, &c.

† Hic §. vt plerumque desideratur in manuscriptis codicibus vsq; ad illa verba: Illos quoque, sed videntur notæ hinc lectoris.

† De materia huius glossæ vide Bernardinum Diaz in pra. crimina. canon. cap. 105 & 130.

† In vulgatis codicibus: post abiurationem persentiati erroris, & verbis tamen vox, post, quam apparet in antiquis exemplaribus.

† Vide beatum Thomam 2. 2. q. 11. art. 4.

† Vide Repertorium Inquisitorum verbo: iuramentum. & Eymericum in Directorio 3. par. q. 52.

† Vide Simancam catholic. instit. tit. 1. de abiuratione.

† De materia huius vide eundem Eymericum in Directorio inquisitorum par. 3. q. 16 & seq. vbi late dixit in commentariis.

quia priuilegium nõ dat causam delinquendi. C. de priuileg. scho. l. 2. lib. 12. nec permittas nocentes aliquibus priuilegiis vti: vt in Authen. de man. princ. §. quod si delinquentes. coll. 3. & s. cap. prox. sic & remissio peccati non dat licentiam delinquendi. 1. q. 7. exigãt. Consueuit hic allegari, quod ratione delicti perditur priuilegium: quod non est verum: quia si aliqui exempti sunt & delinquant, non perdunt priuilegium propter hoc: sed puniri debent. Nec dicuntur proprie recidere in iurisdictionem episcoporum: quia non cognoscunt episcopi iure ordinario, sed auctoritate sibi delegata: vt hic patet, & s. de offi. or. irrefragabili. & perinde est ac si ipse Papa cognosceret, vel specialiter alius delegaret: per abusum enim vel per negligentiam perditur priuilegium. i. de priuile. accedentibus. & cap. si de terra. & 11. q. 3. priuilegium. De hoc dicitur i. de priuileg. ex tuarum. Bernar.

V *Ergentis*] Diuiditur: Nam primo premittit decisum exordium: Secũdo ponit statutum de publicatione: quod probat per argumentum à maiori: Tertio soluit obstaculum. Secunda: ibi, *In terris*. Tertia: ibi, *Nec*. Abbas.

Casus. Statuit dñs Papa, quod in terris suę tẽporali iurisdictioni subiectis, bona hæreticorum publicentur: & in aliis idem præcipit obseruari per rectores locorũ: & si ad hoc negligentes extiterint, per cẽsuram ecclesiasticam compellantur: nec ad eos bona illa vlterius reuertãtur: nisi redierint & abnegauerint hæreticam prauitatem: nisi ex sola misericordia aliquis eis voluerit misereri: vt tẽporalis saltem poena corripiat, quem spũalis non corrigit disciplina: cum enim secundum leges reis læsæ maiestatis capite punitis bona publicentur, eorum filiis vita solummodo ex misericordia reseruata; multo fortius isti qui aberrantes à fide, filium Dei Iesum Christũ offendunt, a capite nostro, quod est Christus, debent præscindi, & bonis temporalibus spoliari: quia grauius est æternam quam temporalem lædere maiestatem: nec exhæredatio filiorum catholicorum, debet impedire censuram huius seueritatis prætextu alicuius misericordiæ: cum in multis casibus filij pro patribus temporaliter puniantur: & secundum canones quandoq; non solum puniuntur auctores scelerum, sed etiã progenies damnatorum. Nota, quod iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem secularem ad iustitiam faciẽdam. Item grauius est æternam quam temporalem lædere maiestatem. Item in crimine hæresis non parcitur filiis circa bona paterna, sed in totum priuantur bonis paternis.

¶ *Glo. seq. voci. per q. an Papa possit principare.*

a ¶ *Præcipimus.*] quod facere potest Papa ratione peccati. s. de iud. nouit. & potest eos dignitate priuare: vt i. cap. prox. §. statuimus. & propter alias iniquitates potest etiam Papa remouere eos a dignitate. 15. q. 6. alius. & imperium ipse transtulit de loco ad locum: propterea quia non defendebant ecclesiam. s. de elect. venerabilem. vt ibi notatur. & iudex secularis potest excommunicari, si negligat facere iustitiam. 23. q. 5. administratores. & hic expresse dicitur, & i. cap. prox. §. penult. & i. de maledic. cap. 2.

b ¶ *Misereri.*] De sola ergo misericordia restituuntur bona, vt hic dicitur: & etiam episcopatus: vt 23. q. 4. ipsa pietas. ver. item si inquiunt. in fin. & q. 7. quod autem. & 1. q. 7. conuenientibus.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Bona hæreticorum confiscantur, & in terris ecclesiæ applicantur fisco ecclesiæ: in terris imperij iudicis secularis fisco, & procedit etiam si catholicos habeat filios.*

CAP. X.

VErgentis † in senium seculi corruptelam: & infra. ¶ In terris vero temporali nostræ iurisdictioni subiectis, bona hæreticorum statuimus publicari: & in aliis idem præcipimus [a] fieri, per Potestates & Principes seculares: quos ad id exequendum (si forte negligentes extiterint) per censuram ecclesiasticã appellatione remota compelli volumus & mandamus: Nec ad eos bona eorũ vlterius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortiũ, misereri [b] aliquis voluerit: vt temporalis saltem poena corripiat, quem spiritualis non corrigit disciplina [c]. Cum enim secundum legitimas sanctiones, reis læsæ maiestatis punitis capite, bona confiscentur [d] eorũ, filiis suis vita solummodo ex misericordia conseruata: quanto † magis qui aberrantes in fide Domini Dei filium Iesum Christum offendunt: à capite nostro, quod est Christus, ecclesiastica debent districtione præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cũ longe sit grauius [e] æternam, quàm temporalẽ lædere maiestatem. ¶ Nec huiusmodi seueritatis censuram, orthodoxorum † exhæredatio [f] filiorum, quasi cuiusdã miserationis prætextu, debet vllatenus impedire: cũ in multis casibus (etiam secũdum diuinum † iudicium) filij pro patribus temporaliter puniantur: & iuxta canonicas [g] sanctiones, quandoq; feratur vltio, non solum in auctores † scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum.

¶ Idem.

¶ *Aduocati vel notarij hæreticis vel eorum defensoribus fauentes, aut sub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, & ab illo officio suspensi.*

CAP. XI.

SI † aduersus nos terra consurgeret: & infra. ¶ Quia plus timeri solet, quod specialiter [h] iniungitur, quàm quòd generaliter imperatur: vobis aduocatis & scriniariis [i] firmiter inhibemus, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem, in aliquo præstetis auxilium [k], consiliũ, vel fauorem: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine, vestrum patrocinium præbeatis: & pro ipsis publica instru-

b ¶ *Disciplina.*] s. de elec. cum in cunctis. 82. dist. plurimos. in fi. & C. de emen. propin. l. vnica. & arg. 50. dist. vt constitueretur. Ber.

d ¶ *Bona eorum confiscentur.*] quod dicit hic, habes. 6. q. 1. c. quæro. §. verum. & c. si quis cum militibus. & C. ad l. Iul. ma. quisquis.

e ¶ *Longe sit grauius.*] 17. q. 4. sicut qui ecclesiã. & 23. q. 5. si apud. & quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam: & publicum crimen committitur. C. eod. tit. Manichęos. vnde grauius est.

¶ *Glossa ista signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *Exhæredatio.*] hic expresse habes, quod bona hæreticorum confiscantur etc: siue habeant filios, siue non: nec catholicis filiis hæreticorum aliquid relinquendum est, vt hic dicitur. Sed contra dicit l. C. eod. tit. Manichęos. & l. cognouimus. & Authen. idem est de Nestorianis. vbi dicitur: quod filij catholici propter hoc hæreditate paterna non priuantur: statur enim hodie huic decret. io odium criminis: sicut in crimine læsæ maiestatis: vbi filij puniuntur quo ad bona, vt hic dicit, & 6. q. 1. cap. quæro. §. verum. & cap. si quis cum militibus. multo fortius in isto crimine. vt hic dicitur. & hoc est expressum in constitutione Frederici, hac edictali. quæ olim erat in quinta cõpilatione eodem tit. & in alio casu etiam filij pro delicto parentũ puniuntur temporaliter vsq; ad quartam generationem, secundum quod habes. i. de poen. in quibusdam. & in hac opinione fuerũt Ioan. & Lao.

¶ Vide Paulum Grillandum tract. de hæret. q. 4. & Iulium Clarum lib. 5. sent. recept. §. hæresis. vers. & scias.

¶ De hoc articulo latissime scribit Alfonsus a Castro lib. 2. cap. 11. de iusta hæret. punitione. & Ioannes Rojas in singularibus hæres. singul. 66.

g ¶ *Canonicas.*] 15. q. 8. cum multæ. & 1. q. 4. cum ecclesia. §. item peccato Israelitarum. & i. de fil. presb. per totum.

S *I aduersus.*] Primo ponit decisum exordium: Secundo prohibitionem: Tertio poenam. Secunda: ibi, *Quia*. Tertia: ibi, *Quod si*. Abbas.

Casus. Quamuis generaliter prohibitum sit, vt nullus consiliũ, vel auxilium, vel fauorem præstet hæreticis: quia tñ solet plus timeri quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter præcipitur, prohibet Papa aduocatis & notariis, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem, in aliquo præstent consilium, auxilium vel fauorem: nec eis in aliquibus factis vel causis, vel aliquibus litigantibus sub eis præbeãt patrocinium, nec pro ipsis publica conficiant instrumenta, vel scripta: quod si cõ fecerint, ab officio suo nouerint se suspensos: & perpetuæ infamiæ subiacere. Nota regulam, quod plus timetur quod specialiter præcipitur, quam quod generaliter imperatur. Nota, aduocatos & notarios esse infames, qui aduocant, vel instrumenta conscribunt pro hæreticis, & nihilominus sunt excommunicati. Item Papa potest infamiam irrogare.

h ¶ *Quod specialiter.*] hoc sumptum est ex illo canone 23. distin. quamuis. ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur neglecta. ff. de iniur. item apud Labeonem. §. ait prætor. arg. i. de confir. vti. bonæ. & s. de dolo. cap. 2.

i ¶ *Scriniarijs.*] idest, tabellionibus. sic 25. q. 2. c. dicenti. §. vniuersa.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

k ¶ *Auxilium.*] cum sint excõicati. i. eod. excõicamus 1. §. credentes. & i. eod. sicut. Sed videtur saltem si conueniantur, quod non sit auxilium denegandum, aut etiam iusta sententia. s. de excep. cum inter. & in pluribus. cap. ibidem. Hoc potest habere locum infra annum postquam

alium postquam vero constiterit eos esse tales, anno elapso inter hæreticos computantur: nisi infra annum se correxerint. j.eod. excõicamus' r.§. credentes. & sicut hæretici puniuntur. j.eod. cap. penult. vnde non admittuntur ad aliquam defensionem, cum ipsorum bona debeant confiscari, sicut aliorum hæreticorum: immo licite eis auferuntur sua: vt 8. distin. quo iure. 23. q. 5. non vos. & q. 7. cap. 1. 2. & 3. sed melius est si auctoritate [1] iudicis hoc fiat. 23. q. 5. sita sũt. & C. de pig. l. 3.

[1] Idem tenet Archidiaconus in d. si vos. 23. q. 1.

¶ Glo. sequens not. probat, & signat contrariũ.

a ¶ *Infamia.*] & ita Papa potest infamiam irrogare, quo ad forum ciuile: quia & tollere eã potest. argu. j. qui filij sint legit. per venerabilem. Argumen. contra. 2. q. 3. §. hinc colligitur. Ber.

† Extat integrè lib. 2. registri Innocentij iij. & cap. 1. eod. tit. in 3. compilatione.

ADDITIO. Sol. hoc verum est de infamia facti, non iuris.

Et videto notas in hãc decretalem.

CVm ex.] Primo ponit triplicem reprehensionem laicorum, quam secundo prosequitur: Primo primam: ibi, *Deus*. Secundo secũdam: ibi, *Sicut enim*. Tertio tertiam: ibi, *Licet*. Abbas.

† Vox Christi, nec in registro, nec in antiquis codicib' reperiuntur.

CASVS. Quidã laici in vrbe Metensi præcipue delinquebant in quibusdam articulis, faciebãt sibi diuinas scripturas exponi, vt sm eas sibi assumerent officiũ prædicandi: Item occulta conuenticula faciebant, vsurpantes sibi officium prædicãdi, sacerdotum simplicitatem eludunt, & aspernantur eorum consortium, qui sibi in talibus nõ inhærent: Primo improbat Papa occulta cõuenticula: Deus enim intantum odit opera tenebrarum: vt Apostolos suos prædicaturos Euangelium missurus, præceperit eis dicens: Quod dico vobis i aure, prædicate super tecta. Secundo impugnat eorũ officium prædicandi: sicut enim multa membra sunt corporis, sed non habent eundem actum: ita sunt plures ordines in ecclesia, sed non habent omnes idem officium: quia, vt dicit Apostolus, Dñs alios dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Doctores: sed ordo Doctorum præcipuus est in ecclesia, & ideo non debet quis indifferenter officium prædicationis assumere: quia vt dicit Apostolus: Non prædicabũt, nisi mittantur: & Dñs etiam dixit Apostolis: Rogate dñm messis, vt mittat operarios in messem suam: Sed si forte aliquis illorum diceret, quod tales inuisibiliter mittuntur à Deo: potest ei rñderi, quod cũ illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam dicere, quod sit missus a Deo, cum hoc quilibet hæreticus asseuerct: sed oportet, quod illam inuisibilem missionem astruat per operationem miraculi: quod ostẽdit duobus exemplis, scilicet Moysi, & Ioannis Baptistæ.

Ioan. 1. Mar. vlt. Matt. 10. † luce 1. Cor. 12.

LICET AVTEM. Hic tertio dicit, quod nullus eludere debet simplicitatem sacerdotum: licet enim necessaria sit scientia sacerdotibus ad doctrinam: nõ est tñ simplicibus sacerdotibus detrahendum, etiam à scholasticis, nedum à laicis, cum in eis debeat sacerdotale officium honorari: vnde præcipit Dñs: Dijs tuis non detrahes: de sacerdotibus intelligens: qui propter excellentiam ordinis Deorum nomine nuncupantur: nec aliquis illorum defendat audaciã suam illo exemplo, quod asina reprehendit Prophetam Balaam: vel quia Dñs ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? quia aliud est, cum quis occulte reprehendit fratrem suum in se peccantem (ad quod quilibet tenetur sm Euangelicam veritatem, in quo casu potest intelligi quòd asina reprehendit Prophetam) & aliud est, patrẽ suum delinquentẽ manifeste reprehẽdere: quod nulli licet. Aliud est, cũ Prælatus de sua innocẽtia confidens, supponit se accusationibus subditorũ: in quo casu potest intelligi verbũ Domini: Quis ex vobis, &c. & aliud est quãdo subditus animo reprehendendi surgit in Prælatũ suum, cũ potius ei debeat obsequi. Sed si tãquã inutilis debeat remoueri, tunc agendum est ordinate apud epm suum, ad cuius officiũ ptinet Institutio & destitutio sacerdotũ. Nota, quod qui male agit, odit lucem. Item laici, quantumcunq; idonei, prædicare non debent, nec etiam clerici, nisi quibus ex officio cõcessum est. Item non sufficit alicui dicere, quod sit missus à Deo, nisi hoc ostendat. Item sacerdotibus nullus detrahere debet. Itẽ quilibet tenetur illũ in se peccantem corrigere secreto. Item quilibet tenetur ad denũtiandũ. Item sicut institutio sacerdotum pertinet ad epos, ita eorum destitutio.

Ephe. 4. Rom. 10. Matth. 9. Luc. 10.

† Post hæc verba sequitur in registro exẽplũ de Ioanne Baptista, quod hic omisit Raymũdus, affert autem locum hunc locum.

menta, vel scripta facere nullatenus attentetis. Quòd si contra præsumpseritis, ab officio vestro suspensos, perpetuæ vos decernimus infamiæ [a] subiacere.

¶ Idem vniuersis Christifidelibus, tam in vrbe Metensi, quàm in eius diœcesi constitutis.

¶ *Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec sacerdotes reprehendant.*

CAP. XII.

CVm † ex iniuncto: & infra. ¶ Licet autem desiderium intelligendi diuinas scripturas, & secundum eas studium adhortandi, reprehendendũ non sit, sed potius commẽdandum: in eo tamen apparent quidam laici merito arguendi, quòd occulta conuenticula [b] celebrant, officium prædicationis Christi † sibi vsurpant, sacerdotum simplicitatem [c] eludunt, & eorum cõsortium aspernantur, qui talibus non inhærent. ¶ Deus [d] enim lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, intantum odit opera tenebrarum, vt Apostolos suos in mundum vniuersum prædicaturos Euangeliũ omni creaturæ missurus, eis præceperit aperte dicens: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine [e] †: & quod in aure auditis, prædicate super tecta: & infra. ¶ Sicut enim [f] multa sunt membra corporis, omnia vero non eundem actum habẽt: ita multi sunt ordines in ecclesia, sed non omnes [g] idem habent officium: quia secundum Apostolum: alios [h] Dominus dedit Apostolos, alios Prophetas, alios autem Doctores: & cætera. Cum igitur Doctorum ordo sit quasi præcipuus [i] in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferẽter prædicationis officium vsurpare: Nam secundum Apostolum, Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et veritas ipsa præcepit Apostolis: Rogate [k] dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Quòd si forte [l] quis argute respondeat, quia tales inuisibiliter mittuntur à Deo, & si non visibiliter mittantur ab homine: cum inuisibilis missio multo sit dignior, quàm visibilis: & diuina longe melior, quàm humana †: potest rationabiliter responderi, quòd cum interior illa missio sit occulta, non sufficit [m] cuiquam nude tantum asserere, quòd ipse sit missus à Deo: cum hoc quilibet hæreticus asseueret: sed oportet, quòd astruat illam inuisibilem missionem, per operationem miraculi [n], vel scripturæ testimonium speciale. Vnde cum Dominus vellet mittere Moysen in Ægyptum ad filios Israel, vt crederent ei, quòd mitteretur ab ipso, dedit ei signũ, vt cõuerteret virgam [o] in colubrum, & virgam iterũ reformaret. Ioannes quoq; Baptista, speciale suæ missionis testimoniũ protulit de scriptura, dicens: Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam Domino, sicut ait Esaias propheta: & infra.

Exodi. 7. Ioan. 1. Esa. 40. Matth. 3.

b ¶ *Occulta conuenticula.*] sicut conspiratores. 11. q. 1. conspirationũ. 79. dist. si quis Papa. Isti enim conspirant cõtra Deũ: vnde fortius sunt puniendi, quàm si conspirarent contra hominẽ. j. eod. vergentis. ad fin.

c ¶ *Simplicitatem.*] & male. 38. dist. sedulo.

d ¶ *Deus enim.*] hic incipit improbare factũ istorum.

e ¶ *In lumine.*] hæc est improbatio contra occulta conuenticula.

f ¶ *Sicut enim.*] hic improbat, quòd assumebant officium prædicandi.

g ¶ *Non omnes.*] immo singula officia singulis debent esse commissa. 89. dist. singula.

h ¶ *Alios.*] sic j. eod. tit. cap. sicut. & 16. q. 1. adijcimus. quia nullus audet prædicare nisi sacerdos: vt ibi dicitur: & j. eod. excommunicamus. §. qui vero. vel nisi esset missus: vt ibi. 23. q. 4. displicet. arg. ibi, missus est, vt qualia, &c.

i ¶ *Præcipuus.*] & priuilegiatus. j. de statu reg. quod Dei timorẽ [1].

k ¶ *Rogate.*] 21. dist. in nouo. ergo quia isti non erant missi, nec sacerdotes, prædicare non debebant.

l ¶ *Quid si forte.*] hic opponit, quia posset ei opponi ab alio: & ita statim respondet.

m ¶ *Non sufficit.*] bene dicit: quia & si martyres etiam aliqua mandant fieri, statim non sunt facienda: sed ante est, vt sciamus illos impetrare a Deo quæ postulant. 50. distin. si quis præpostera. & 42. distin. quiescamus. Ber.

n ¶ *Miraculi.*] nec istud statim credendum est: quia quandoq; miracula fiunt per malos [2] 1. q. 1. teneamus.

o ¶ *Virgam.*] de consecra. dist. 2. reuera.

[1] Adde de eorum priuilegiis in iure ciuili habetur in l. medicos. & l. fin. C. de professo. & mu. lib. 10. & in l. 1. C. de profes. qui in vr. Cõstan. lib. 12.

[2] Vide beatum Thomam 2. 2. q. 178. art. 2.

SI QVI VERO. Dicitur in §. isto, quod si qui de prædictis iurare noluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur: Mandat Papa, & in virtute obedientiæ districte præcipit, vt ad hæc efficaciter exequenda episcopi diligenter inuigilent: si canonicam voluerint effugere vltionem, & si quis super hoc negligens vel remissus fuerit, cum de hoc constiterit, ab episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alius instituatur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem. Nota, quod diuersitas nominum rei substantiam non immutat. Item sola suspicio siue præsumptio purgationem inducit in crimine hæreseos. Item transcursus temporis probat crimen. Item iudices seculares tenentur hæreticos de prouincijs sibi subiectis exterminare. Item si iudex secularis in exterminatione hæreticorum negligens fuerit, potest excommunicari. Item dominus Papa principem secularem deponere potest propter hæresim. Item arg. quòd propter delictum vnius, alius puniri non debet. Item auctoritate ecclesiæ bellum fieri potest. Item pari priuilegio & indulgentia gaudent cruce signati contra hæreticos, cum illis qui vadunt contra Sarracenos. Item consentientes & agentes pari pœna puniuntur. Item nota hic multas pœnas editas contra fautores & defensores hæreticorum. Item hæreticus cuilibet respondere tenetur, & nemo sibi. Item sententia vel scriptura publice excommunicati non valet. Item in similibus simile iudicium est habendum. Item quod in maiori dignitate, est plus punitur, & sic circumstantiæ aggrauant peccatum, & vindictam. Item absolutio & restitutio excommunicati participantis cum hæretico excommunicato, pertinet ad solum Papam. Item arg. quòd vniuersitas præstare potest iuramentum calumniæ. Item deficiens in purgatione, punitur. Item qui iurare non vult, pro condemnato habetur. Item per indicia probatur crimen. Item propter negligentiam deponitur vel remouetur prælatus.

quam superius[a] exposuimus: condemnantes hæreticos vniuersos, quibuscunque nominibus censeantur: facies quidem diuersas habentes, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate † conueniunt in idipsum.

¶ *Damnati de hæresi, per secularem iudicem puniuntur, & bona laicorum hæreticorum confiscantur, & clericorum bona applicantur ecclesijs, vbi beneficiati erant. hoc dicit vsque ad §. qui autem. Abbas Siculus.*

¶ Damnati[b] † vero, præsentibus secularibus Potestatibus[c], aut eorum balliuis relinquantur[d] animaduersione debita puniendi: clericis prius à suis ordinibus degradatis[e]: ita quòd bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscentur[f]; si vero clerici, applicentur ecclesijs, à quibus stipendia[g] receperunt †.

¶ *Si suspectus de hæresi se non purgat ad arbitrium superioris, excommunicatur: & existens per annum in excommunicatione, vt hæreticus damnatur. hoc dicit vsque ad §. moneantur. Abbas Siculus.*

¶ Qui † autem inuenti fuerint sola suspicione[h] notabiles: nisi iuxta considerationem suspicionis[i], qualitatemque personæ, propriam innocentiam, congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur: & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur[k].

¶ *Potestates seculares perpetui vel temporales, iurare tenentur, vniuersos hæreticos ab ecclesia damnatos pro viribus exterminare: & temporalis dominus non purgans terram suam hæreticis, excommunicatur: & si perstiterit in excommunicatione per annum, nunciatur Papæ, qui fideles eius à iuramento absoluet, & eius terram fidelibus exponet, saluo iure principalis dominii nisi & ipse sit in culpa. hoc dicit vsque ad §. catholici. Abbas Siculus.*

¶ Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur seculares † Potestates quibuscunque fungantur officijs: vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publice iuramentum, quòd de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide, pro viribus exterminare studebunt: ita quòd amodo quandocunque quis fuerit in Potestatem, siue † perpetuam siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare[l]. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit[m] ab hæretica fœditate, per Metropolitanum & cæteros comprouinciales episcopos, excommunicationis vinculo innodetur: Et si satisfacere contempserit infra annum, significetur hoc summo Pontifici: vt extunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos[n], & terram exponat catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure domini[o] † principalis: dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

& sic non obstat. 2. q. 1. primo. & ita hic respicitur infamia.

i ¶ *Suspicionis.*] Hoc semper est attendendum, vt secundum qualitatem infamiæ & personæ indicatur purgatio. 2. q. 5. omnibus, & infra de purgat. cano. inter.

¶ *Glossa sequens signat contrarium de decre. litteras. & soluit. iterum signat contrarium de cap. conuenientibus. & soluit.*

k ¶ *Condemnentur.*] Videtur hic, quod aliquis sit condemnandus de hæresi, licet non videatur violenta præsumptio contra ipsum. Arg. contra infra de præsump. litteras. ibi dicit: quod licet sit vehemens præsumptio, non vult Papa illum condemnare de tam graui crimine. hæc violentissima est præsumptio, cum primo probabilis fuerit propter infamiam: & quia noluit se purgare, fuit excommunicatus: & quia per annum stetit in excommunicatione pro conuicto habetur. 11. q. 3. rursus. & cap. quicunque. secus in alijs criminibus: quia si bona alicuius contumacis propter crimen annotata sunt, si infra annum non venit, bona deuoluuntur ad fiscum: sed quo ad crimen non obest quin post annum possit probare innocentiam suam. ff. de requiren. reis. annus. Sed quid est quod dicit, quod statim est condemnandus, cum sæpius est admonendus vt redeat. 1. q. 7. conuenientibus? Respondeo non contra dicit: quia licet sit condemnandus, monendus est, vt redeat: vt 3. q. 1. quæ dignior. in fi. vbi dicitur quod post admonitionem est vitandus. hoc est verum in hoc, quod non sunt ei secreta nostræ fidei exponenda. 43. dist. in mandatis. vt impugnet nos: vt ibi. Nec intelligas, quod si pro alio crimine seu contumacia steterit per annum in excommunicatione, quod habendus sit hæreticus, sed tantum excommunicatur per suspicionem hæresis.

l ¶ *Iuramento firmare.*] sic infra eod. ad abolendam. §. statuimus. & non solum hoc iurare tenentur, sed hoc iurare debet, quòd ipse idem catholicus sit. in Authen. iusiuran. quod præsta. ab his qui admini. acci. circa princ. colla. 2.

m ¶ *Neglexerit.*] iudex, qui negligit facere iustitiam, excommunicatur. 23. q. 5. administratores. & facit litem suam. cap. causa. & q. 2. dominus. & 3. q. 7. qui fine. argu. & in Authent. vt diffe. iud. §. penult. & vlti. coll. 9. & 2. q. 7. sicut.

n ¶ *Absolutos.*] infra eod. cap. vlti. & ita Papa potest propter hæresim deponere omnes tam laicos quam clericos à dignitatibus suis: vt infra eod. ad abolendam. §. statuimus. & infra eod. vergentis. vbi de hoc.

o ¶ *Saluo iure domini.*] Argu. quòd propter delictum vnius, alius puniri non debet: quoniam pœna debet tenere suos auctores. ff. de his quæ fiunt à maio. par. cap. quæsiuit. C. de pœn. sancimus. & iniquum est aliquem alterius odio prægrauari. C. de inoffi. testa. si quis in suo. Arg. contra infra eo. vergentis.

a ¶ *Superius.*] infra de sum. Tri. c. 1. & 2.

b ¶ *Damnati*] scilicet, de hæresi.

c ¶ *Potestatibus.*] sic infra de verbo. significa. nouimus. tamen si voluerint redire, in perpetuum carcerem teneantur. infra eo. excommunicamus.

d ¶ *Relinquantur.*] Qualiter hoc intelligitur, dicitur infra eo. ad abolendam. Ber.

e ¶ *Degradatis.*] infra c. proxi. & c. penult.

f ¶ *Confiscentur.*] De hoc dictum est. infra eo. vergentis.

g ¶ *Stipendia.*] si plura stipendia habuerint, inter ecclesias diuidantur pro rata. ff. de test. relatum.

h ¶ *Suspicione.*] idest, præsumptione. Et nota quod sola suspicio siue præsumptio purgationem inducit: quod si non fiat, punitur, vt hic patet. arg. de coha. cle. & mulie. tua nos. & intellige quòd sit probabilis præsumptio siue suspicio: aliàs non indiceretur purgatio.

Alibi, varietatur. quod etiam agnouit hic Hostiensis.

De materia, Eymericum in directorio inquisitorum, 3. par. q. 101. & q. 112. vbi dat plene.

perceperunt, in alio.

Eymericus in Directorio Inquisitorum par. 3. q. 87. & q. 114. & Simancas catho. institu. tit. 1. de obtestatione. & tit. 36. de purgatione canonica.

Vide quæ plenissime scripsi in ob memoriam ad Directo. lib. 3. Schol. 154.

seculi

De gradibus præsumptionum in crimine hæresis, vide Eymericum in Directorio inquisitorum par. 3. q. 55. & Simancas cathol. institut. tit. 50. de præsumptione.

In concilio rec. tiue spiritualem siue temporalem assumptus, &c. quasi non solum principes seculares, sed etiam ecclesiastici, quos per potestatem spiritualem possumus intelligere, hoc teneantur præstare iuramentum.

domini

a ¶ *Acceperint.*]

¶ *Cruce signati ad exterminationem hæreticorum gaudent priuilegio concesso cruce signatis in subsidium terræ Sanctæ. hoc dicit vsque ad §. credentes. Abbas.*

¶ Catholici † vero, qui crucis assumpto charactere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint [a], illa gaudeant indulgentia, illoque sancto priuilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ Sanctæ subsidium conceduntur.

¶ *Ibi ponitur pœna credentium, receptatorum, & defendentium hæreticos: primo laicorum: secundo clericorum, vsque ad §. quia. Abbas.*

¶ Credentes † præterea, receptatores [b], defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subiacere: Firmiter statuentes, vt postquam quis † talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis †, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: Sit etiam intestabilis [c], vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta † confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum auctore † damnato damnentur [d]: Et in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur [e] vindicta. Si qui autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint: excommunicationis sententia, vsque ad satisfactionem idoneam percellantur [f]. ¶ Sane clerici † non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta: nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ: nec eleemosynas, aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali [g]. Similiter quilibet regulares [h], quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia [i] in illa diœcesi non seruentur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare.

¶ *Nullus debet sibi officium prædicandi assumere, nisi super hoc sibi de iure, vel à sede Apostolica, vel à diœcesano episcopo licentia concedatur: aliàs excommunicatur: & nisi resipuerit, alia pœna imponitur. hoc dicit vsque ad §. adiicimus. Abbas.*

¶ Quia † vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius (iuxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prædicandi: cum idem Apostolus dicat: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur [k]? omnes, qui prohibiti, vel non missi præter auctoritatem ab Apostolica sede vel catholico episcopo loci susceptam, publice vel priuatim, prædicationis officium vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi quam † citius resipuerint, alia competenti [l] pœna plectentur †.

¶ *Archiepiscopi & episcopi inferiorum suorum prouincias & diœceses suspectas habentes de hæresi, saltem semel in anno per se, vel per alios idoneos visitent: qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere iuramentum ab illis de vicinia, ad reuelandos hæreticos, & occulta conuenticula celebrantes: quos reuelatos, relapsos canonice punient: & renitentes iurare, vt hæretici condemnentur. hoc dicit vsque ad §. volumus. Abbas.*

¶ Adiicimus † insuper, vt quilibet archiepiscopus vel episcopus per se, aut per archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas, bis, aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat: & ibi tres vel plures boni testimonij viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam [m] iurare compellat: quòd † si quos ibidem hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus [n] dissidentes, eos episcopo studeat indicare [o]. Ipse autem episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos: qui, nisi se ab obiecto reatu purgauerint [p], vel si post purgationem exhibitam, in pristinam fuerint

a ¶ *Accinxerint.*] Arg. quod auctoritate ecclesiæ bellum † fieri potest. 23. q. 8. igitur. & c. hortatu. 15. q. 6. auctoritatem. 53. dist. Hadrianus. quod verum est contra inimicos fidei, & contra illos, qui ecclesiam impugnant.

b ¶ *Receptatores, defensores.*] sine quibus hæretici manere diu non possunt. argu. ff. de offic. præs. congruit. ff. de recepta. l. 1. vnde merito isti sunt puniendi: immo grauius delinquunt, qui aliorum errores defendunt, & acrius puniri debent. 24. q. 3. qui aliorum. & ideo simili pœna cum hæreticis puniuntur. 11. q. 3. qui consentit. & j. eo. c. penult. in fin. & C. de his qui latro. occul. l. 1. etiam si essent consanguinei. arg. 27. q. 1. de filia. & ∫. eo. si quis episcopus. vbi de hoc. Ber.

c ¶ *Sit etiam intestabilis.*] Isti enim (vt hic patet) à quolibet actu legitimo repelluntur, nec donare, nec vendere, nec emere possunt: aput hæc omnia traduntur. C. eo. Manichæos.

d ¶ *Cum auctore damnato damnentur.*] Sic ∫. eo. fraternitatis. vbi de hoc. sim. ∫. de testib. licet. sic etiam scriptura vel sententia publice excommunicati non valet. ∫. de re iud. ad probandum. & ∫. de excep. exceptionem. nec rescriptum. ∫. de rescript. dilectus 1. & hoc est quod sequitur: idem in similibus præcipimus obseruari. Tamen de rescripto impetrato ab excommunicato secus est: quia rescriptum non sumit auctoritatem ab impetrante, sed à concedente. De quo dic vt ∫. de excep. pia. in notula, sed mirum. Ber.

ADDITIO. Hodie rescriptum ab excommunicato impetratum, suppressa excommunicatione, est ipso iure nullum, nisi in certis casibus. cap. 1. de rescriptis. lib. 6.

e ¶ *Grauior exerceatur.*] vt 50. dist. quia tua. hic habes arg. quod qui maiori dignitate est, plus punitur, & ita circunstantiæ aggrauant vindictam. arg. 32. q. 5. qui viderit. & 25. q. 1. nulli fas. & 40. dist. homo Christianus. Crimen enim augetur per dignitatem. ff. de re mili. omne delictum. §. 1. 19. dist. nulli. & qui magnus sine comparatione creatus fuit, sine venia damnatus est. de pœnit. dist. 2. cap. principium enim. & ∫. de iniuriis. cum quidam. ibi hoc soluitur. Ber.

f ¶ *Percellantur.*] qui participat excommunicato scienter, & non se corrigit, excommunicandus est. j. de senten. excom. quod in dubiis. 11. q. 3. qui communicauerit.

g ¶ *Apostolicæ specialis.*] Hic reseruat sibi Papa absolutionem siue restitutionem talium: ergo per hoc aliis prohibuisse videtur. sim. ∫. de præben. de multa. in fi. & c. graue. in fin. & sic econuerso, ex quo sibi non reseruat, aliis indulgere videtur. j. de sentent. excommuni. nuper. & est ad hoc arg. quod episcopi dispensare possunt, vbi Papa non reseruat sibi dispensationem. Quare ergo Papa sibi specialiter reseruauit talem restitutionem, nisi vt aliis prohiberet? Et licet episcopus ipsum restituere ad officium suum non possit, tamen reconciliare potest ipsum ecclesiæ. ∫. eo. ad abolendam. §. 1. vbi de hoc.

h ¶ *Quilibet regulares.*] Recipere si non exhibeant ecclesiastica sacramenta: alioquin, &c.

i ¶ *Eorum priuilegia.*] prætextu priuilegiorum participare excommunicatis non possunt. j. de sentent. excom. nulli. & in hoc casu possunt ab episcopo loci tam à delegato à Papa puniri. ∫. eod. ad abolendam. in fi. vbi de hoc.

k ¶ *Nisi mittantur.*] ∫. eod. cap. prox. vbi de hoc.

l ¶ *Alia competenti.*] prout visum fuerit superiori. ∫. de offi. delega. de causis.

m ¶ *Totam viciniam.*] Arg. quod vniuersitas potest præstare iuramentum calumniæ. sic. 30. q. 6. eps in synodo. sic ∫. de accu. sicut olim.

n ¶ *Vita & moribus.*] Hæc omnia suspicionem inducunt. 41. dist. quisquis. 86. dist. inferiorum. 23. q. 8. præterea. ff. ad l. Aquil. scientiam. ff. de his qui no. infa. quid ergo. §. 1.

o ¶ *Indicare.*] 2. q. 7. quapropter. & arg. 22. q. 1. si quis per capillum.

p ¶ *Purgauerint.*] Nota deficientem in purgatione

† De hoc articulo vide D. Thomã 2. 2. q. 40. art. 1 & Alfonsũ Castrũ lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 14.

† De materia huius §. vide citatos in c. ex multis. supra de voto & voti redempt. & Eymericum in Directorio Inquisitorum par. 3. q. 129.

† De his late Eymericus in Directorio inquisitorũ par. 2. q. 50. 51. 52. 53. & Archidiaconus in c. quicunque. de hæret. lib. 6.

† quilibet

† Eadẽ pœnæ quæ hic traduntur cõtra hæc hominum mõstra, continẽtur in extrauagantẽ Gregorij Noni. incip. excõmunicamus & in l. Federici, incip. Cathari. habentur in litteris Apostolicis post Directoriũ Inquisitorũ.

† In concilio tacetur instrumẽta confecta per ipsum, &c.

† Aliis, aliter

† Vide Bernardinum Diaz in practica crimi. canon. cap. 107.

† De materia vide Concilium Trident. sessio. 5. de refor. c. 2. & sessio. 14. de refor. cap. 4. adde citatos in cap. seq.

2. Timo. 3. Roma. 10.

† quanto citius

† plectantur

† Hæc glossula non est Bernar. nec habetur in antiquis libris.

† De materia vide Lyranum in Directorio Inquisitorũ par. 3. q. 61. & 88. & Simancam cathol. instit. tit. 25. de episcopis. & Bernardum lib. 2. decret. cap. 83. & 87.

† In concilio, & non fidoribus Gregorij ex dictibus: rat quod siquis ibidem hæreticos, &c.

gatione puniendum. s. de simo. de hoc. & cap. insinuatum.

a ¶ *Relapsi.*] Isti magis puniẽdi sunt. deterior nanq; dolus eius cognoscitur, q interruptam iterum litem deseruit, q̃ qui semel cœptam dereliquit. in Authen. de litig. §. edita in fi. coll. 8.

b ¶ *Iurare.*] per iuramentum debet qs purgare conscientiã suam de hr̃si. de cõse. dist. 2. ego Berengarius. & 1. q. 7. quotiens. vnde si iurare non vult, p cõdennato debet haberi, sicut q de calumnia iurare nõ vult, actor cadit à causa, & reus pro condemnato habetur. s. de iuramen. calum. c. vlt. & C. eod. tit. cum & iudices. §. q si actor. Et est similis illi, q neque defendit neque exhibet, & condemnat̃, vt contumax. ff. de noxa. quotiẽs. §. in potestate. Tenui enim religione iuramenta etiam necessaria contẽnunt. s. de simo. & si q̃stiones. & C. de fide instr. l. vlt. Ber.

c ¶ *Indiciis.*] Nota q per indicia pbatur crimen. s. eo. c. 9. pen. ibi, q si qs, &c. & 2. q. 8. sciant. & 32. q. 1. dixit Dominus. & s. de priuile. cũ olim 1. & C. de rei vend. indicia. Item habes hic q pp negligentiam remouet platus. arg. s. c. pxi. in fin. & 1. q. 1. cap. si q episcopi. §. ecce cum. Ber.

¶ De relapsis & eorũ pœna vide Symericum in Directorio par. 2. q. 58. & Zanchinũ tract. de hæret. cap. 16.

¶ Præter citatos in præcedenti §. vide Cõrradum Brunũ. lib. 6. de heret. cap. 1.

¶ volunt ¶ voluerint

relapsi a † perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis iuramenti religionem obstinatione dãnabili respuentes, iurare b forte noluerint, ex hoc ipso tamquam hæretici reputẽtur.

¶ *Episcopus negligens in hæresi persequenda, à dignitate episcopali est remouendus, & alius idoneus est surrogandus. hoc dicit vsque ad finem. Abbas Siculus.*

¶ Volumus † igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districte præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda, episcopi per diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint † effugere vltionẽ. Si quis enim episcopus super expurgãdo de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento, negligens fuerit, vel remissus: cũ id certis indicijs c apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in locũ ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem.

¶ Gregorius nonus archiepiscopo Mediolanẽ.

¶ *Laici cuiuscunque professionis sint, prædicare non debent.*

CAP. XIIII.

SIcut † in vno corpore: & infra. ¶ Cum igitur nonnulli laici prædicare præsumãt, & verendum nimis existat, ne vitia sub specie virtutum d occulte subintrent: Nos attendentes, quòd doctorum ordo est in ecclesia Dei quasi præcipuus: Mãdamus, quatenus cum alios Dominus Apostolos e dederit, alios Prophetas, alios vero Doctores, interdicas laicis vniuersis, cuiuscunque ordinis censeantur, [vsurpare] officium prædicandi.

Sicut.] CASVS. Dicitur i isto capitulo, q timẽdum est, ne sub specie pietatis impietas pallietur: & ideo phibet Papa, ne laici cuiuscunq; sint ordinis, officium prædicandi assumant: Et hoc quod hic dr̃, habetur. s. c. prox. §. quia vero. & s. eo. cum ex iniuncto. Nota, q sub specie pietatis non est committẽda impietas. Itẽ omnibus laicis officium prædicãdi est interdictum.

d ¶ *Sub specie virtutũ.*] s. eo. c. px. §. quia vero. 41. dist. sæpe vitia. qnia ptextu pietatis non est impietas committẽda. 30. q. 1. nosse. & ita nullus potest pdicare, nisi mittat̃: vnde Dñs ait discipulis suis: Euntes pdicate Euangeliũ omni creaturæ. & iubente Dño in toto orbe disp si sunt. 21. dist. in nouo. vnde Esaias: Ecce ego, mitte me. 8. q. 1. in scripturis. & 16. q. 1. §. hoc idẽ. arg. ff. de tuto. & cura. vbi. & l. ptor.

¶ De materia vide plene Symanchã cathol. institut. tit. 45. de prædicatoribus. adde quæ dixit lib. 1. commen. in Directoriũ schol. 8. ad- ... no ... hanc decretalem. Ephes. cap. 4.

e ¶ *Alios Dominus Apostolos.*] sic s. eod. cũ ex iniuncto. Nec vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. 89. dist. ad hoc. laici ergo cuiuscunq; ordinis sint vel meriti, pdicandi officium non debent assumere.

ij *Excõicamus.*] Istud cap. habet quatuor dicta: Secũdũ: ibi, *Dãnati.* Tertiũ: ibi, *Si qui.* Quartũ: ibi, *Credentes.* Abbas Siculus.

CASVS. Primo dr̃ idem qd̃ dictum est. s. eod. excõicamus 1. respõso. Vltimo adiicit, q si qs de prædictis postq̃ fuerit deprehensus, redire voluerit ad agẽdam condignã pœnitentiã, in perpetuo carcere detrudat̃. Et credentes eorum erroribus, hæreticos iudicat. Nota hic qualiter recipiunt̃ de hæresi cõdẽnati ad ppetuũ carcerẽ.

f ¶ *Conueniunt.*] s. eod. excommunicamus. quia ad eundem finẽ tendunt, scilicet deceptionis.

¶ *Glossa sequens quærit, soluit, solutioni obijcit, & respondet.*

g ¶ *Puniendi.*] & hoc totum habes s. eo. excõicamus. Sed qualiter isti hæretici puniri debent s̃m leges, postq̃ per ecclesiam sunt condemnati, vt hic dicit? Vltimo supplicio puniunt per iudices seculares, cũ distinctione: vt videt̃, vt docentes vltimo supplicio, addiscentes vero decem libris auri: vt C. eo. titu. quicunque. ad fi. Sed cõ. C. de malef. & mathe. culpa. vbi dr̃, culpa similis est, tam phibita discere, q̃ docere; non est cõ: quia lex quicunque. intelligit de illis, qui nondũ didicerunt, sed causa addiscẽdi ad hæreticos accesserunt: si autem ad actum puenissent, simili pœna punirent̃, vt docẽtes s̃m legẽ illam, culpa. Ber.

¶ Hodie sublata est talis distinctio: nam magistratus secularis quẽcunque hæreticum sibi à iudicibus fidei traditũ debet vltimo supplicio afficere. c. vt inquisitionis. de hæret. lib. 6.

¶ Idem.

¶ *Hoc cap. vsque ad §. si qui autem. habetur in cap. excommunicamus. supra eod. titul. in princip. vnde summa & declara prout ibi fuit dictum.*

CAP. XV.

ij EXcommunicamus † & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscũque nominibus censeãtur: facies quidem habẽtes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt f in idipsum. ¶ Damnati vero per ecclesiã, seculari iudicio relinquantur, animaduersione debita puniendi g: clericis prius, à suis ordinibus, degradatis.

¶ Vide notas in hanc decretalem, vbi plurima huc spectantia traduntur, adde Petrũ Gotofredũ in Authent. Gazaros. C. de hæret.

¶ *Si in hæresi deprehensi voluerint redire ad fidem, detrudendi sunt in perpetuo carcere ad pœnitentiam peragendam: & credentes erroribus hæreticorum, hæretici sunt. hoc dicit.*

¶ Si h qui autem de prædictis postquam fuerint deprehẽsi i, redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam: in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus.

h ¶ *Si qui autem.*] ab hoc loco vsq; ad finẽ additum est. aliud totũ habes s. eo. excõicamus. & cap. ad abolendam, §. 1. & 2. Ber.

i ¶ *Deprehensi.*] publice, ita q notorium; vel etiam condemnati. Si vero postea redire voluerint, recipiẽdi sunt: qa ecclesia non claudit gremiũ redeũtibus ad ipsam. C. de sum. Trini. inter claras. circa finẽ. & delicti veniã pœnitentibus damus. C. eo. tit. Manichæos. ita tamen, vt in perpetuum carcerem permaneant: vt hic patet. Sic & simoniaci in monasterio sub perenni pœna detrudantur. 1. q. 1. reperiunt. & s. de simo. quoniã. qa & ipsi hæretici censentur. 1. q. 1. eos q. & 6. q. 1. cap. nos sequẽtes. §. sed licet. Ber.

ADDITIO. Et idem iudiciũ est de credentibus eorũ erroribus habendum, sicut de ipsis: vt hic 10 fi.

¶ Idem.

¶ *Liberantur ab omni obligatione, qui hæreticis tenebantur astricti.*

CAP. XVI.

ABsolutos k † se nouerint à debito fidelitatis hominij †, & totius obsequij, quicunque lapsis manifeste in hæresim, aliquo pacto l, quacunque firmitate vallato, tenebantur astricti.

¶ Vide D. Thomã 2. 2. q. 12. ar. 2. & Alfonsum Castrũ lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 7. & Simancam catho. institu. tit. 46. de pœnis.

¶ Vox, hominij, manata est à vocem, dominij, vel domini, fere in omnibus recentioribus, quã non in antiquis codicibus reperitur.

Absolutos.] CASVS. Dicitur hic, q qcunq; obligati sunt lapsis manifeste in hæresim, nouerint se absolutos ab omni debito fidelitatis, & totius obsequij, & omni pacto quacunque firmitate vallato. Nota, quòd ipso iure absolutus est quicunque aliquo genere obligationis tenetur astrictus hæreticis, vt interim ei nihil facere teneatur. Et sic nota quod Papa potest laicum absoluere a iuramento fidelitatis.

K ¶ *Absolutos.*] ipso iure: ex quo manifeste lapsi sunt. sim. 15. q. 6. iuratos. & c. nos sanctorũ. & est arg. quòd Papa potest absoluere laicum a iuramento fidelitatis. arg. prædictorum cap. qa ad ipsum spectat interpretatio iuramenti. s. de elec. venerabilem.

¶ *Glossa sequens recitatur per quæstionem.*

l ¶ *Aliquo pacto.*] Ergo si sub pœna aliqs tenet̃ eis aliqd soluere certa die, licet non soluat, nõ incidit in pœnã: & eodẽ modo, si p iuramentum: qd̃ est verum: qa in illa obligatione & iuramento tacite subintelligitur: si talis permanserit, cui cõicare liceat. 22. q. 2. ne quis arbitretur. ff. de solut. cum quis. 1. respon. s. de iureiurando. quemadmodum. & s. eo. excommunicamus. §. credentes. Ber.

DE SCHISMATICIS
[& ordinatis ab eis.]

¶ *Quia schismatici incidūt in hæresim diuidēdo se ab vnitate ecclesiæ, & constituendo sibi sacerdotes & reliquos clericos. 24.q.1.loquitur.ideo subijcitur ista rubrica. Abbas.*

De hac materia habetur 24.q.1.i multis cap. & q.3.in §.quia vero. & 7.q.1.denique. de consecra.dist.2. primo inquit. & 23.q.3.in multis cap. 12.q.2.alienationes. 1.q.7 quis in qualibet.de consecra.dist.4.hi qui apud. & cap.seq. & cap. ostenditur. & in pluribus capitu. eiusdem distinctio.

† Haec verba, & ordinatis ab eis, desunt in omnibus manuscriptis.

† Lateranēsi, sub Alexan. iij.cap.2. & cap. 2. eod. tit. in 1. compilatione.& vide notata in hoc decretum.

TITVLVS VIII.
De schismaticis (& † ordinatis ab eis.)

¶ Ex concilio Lateranēsi. †

¶ *Irrita sunt ordinationes, beneficiorum collationes, & ecclesiasticarum rerum alienationes per schismaticos facta: & à dignitate & ordine suspēduntur, qui schisma tenere iurant.*

CAP. I.

Vod à prædecessore nostro: & infra ¶ Ordinationes ab Octauiano [a] & Guidone hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis, irritas [b] esse censemus: Adiicientes, vt qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per dictos schismaticos acceperunt, careant impetratis. Alienationes [c] quoque, quæ per eosdē schismaticos, seu per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate [d], & ad ecclesias sine omni onere reuertātur. Si quis autem contraire præsumpserit, excommunicationi se nouerit subiacere. ¶ Illos vero, qui sponte iuramentum de tenendo schismate præstiterint, à sacris ordinibus & dignitatibus decernimus manere suspensos.

Vod à prædecessore.] Ponit quatuor dicta, quæ patent ꝑ §§ Abbas.

CASVS. Tempore Alexandri Papæ fuit schisma in Romana ecclesia, & tunc iste Octauianus ordinatus est ꝑ schisma in Papam, & post illum Guido: Isti schismatici plures ordinauerunt in epos, qui adhæserant eis: quidam etiam sponte iurauerūt de schismate tenendo: per illos schismaticos alienationes de bonis ecclesiarum factæ fuerunt: isti etiam dignitates & beneficia contulerūt: Super his omnibus statuit Lateranēs. concilium, ordinationes ab istis duobus factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse. Item q dignitates ecclesiasticas seu beneficia ꝑ dictos schismaticos acceperunt, careant impetratis; & alienationes, q ꝑ dictos schismaticos seu ꝑ laicos factę sunt de reb' ecclesiasticis, omni careāt firmitate, etiam ad ecclesias libere reuertant. & si qs ꝯtre præsumpserit, excōicatum se nouerit: & illi, qui sponte iurauerunt de tenendo schismate, à suis ordinibus & dignitatibus nouerint se suspensos. Nota, q ordinationes schismaticorum carent executione, & alienationes ab eis factæ nullæ sunt.

a ¶ *Octauiano.*] Hic Octauianus Ioannis maledicti, vocatus fuit Victor, & vixit annis nouē, & mēsibus septem: eo mortuo successit ei Guido iste qui vocatus est Paschalis. Isti duo schismatici fuerūt, quorum facta hic damnantur. Ber.

b ¶ *Irritas.*] vt 9.q.1.ordinationes. Et intellige quantum ad executionem, nisi cum eis fuerit dispensatum. j. cap.proxi. vel nisi ordinatus ꝓbaret se nesciuisse illum fuisse schismaticū q ordinauit: vt 9.q.1.ordinationes.sim.1.q.1.si qs à simoniacis. qa tunc dispensatur cum eis quis conferunt sacramenta, dūmodo in forma ecclesiæ, sed non executionem: quia eam non habent.

De materia huius glossæ vide Magistrum & de Soreis lib. 4. sent. dist. 13. & D. Thomam 2. 2. q. 39. art. 7.

c ¶ *Alienationes.*] sic 12.q.2. alienationes.

d ¶ *Firmitate.*] quia dum ecclesia habet pastorem hæreticum vel schismaticum, vacare intelligit. 3. de præscrip. c. 1. vnde nō valent q à tali Prælato fiunt in ꝓiudicium ecclesiæ. 12.q.2.si qua de rebus. Sed pone q talis Prælatus acquisiuit aliqua ecclesiæ: vr similiter q non teneat: cōmodum enim cū incommodo compensari debet. ff. de neg.gest.si negotia. Credo tñ q illud in fauorem ecclesiæ introductum est. q si acquirit, teneat, nec cassabitur: quia qđ fauore alicuius introductum est, non conuenit in eius læsionē retorqueri. C. de legat.quod fauore. & ff.de mino.si index. Vin.

Fraternitati.] In prima ponitur decisa consultatio: In secunda responsio: ibi, *Priorem.* Abbas.

CASVS. Quidam Prior ordinatus fuit à schismatico: quæsitum fuit à Papa, quid agendum sit de ipso? Rñdet dñs Papa, q poterit ab officio repelli, nisi probauerit secum misericorditer dispensatū fuisse, & ab illa persona, quæ dispensandi habuit potestatem. Nota

quòd qui dicit secum fuisse dispensatum, dispensationem probare tenetur, & per talem qui potuerit dispensare.

¶ *Glossa sequens voc. per q. an scienter promouens, &c. & tenet quid non submittit de probatione dispensationis, & distinguit inter crimen publicum & occultum.*

¶ Innocentius iij. Bisuntiñ. archiepo.

¶ *Ordinatus à schismatico, ab officio est repellendus, nisi probet secum dispē satum per habentem potestatem.*

CAP. II.

Fraternitati † tuæ: & infra. ¶ Priorem, quem à schismatico asseris ordinatum, ab officio poteris repellere incunctāter: nisi legitime probauerit secum fuisse misericorditer dispensatum [e]: & ab ea persona, quæ super hoc potestatem [f] habuerit dispensandi.

e ¶ *Dispensatum.*] Nota 1, q non sufficit ad ꝓbandum dispensationem cum aliquo factā, q à tali ordinatus est, q sciebat eum indignū, & q cū eo poterat dispensare. s. de cle.coniuga. diuersis fallacijs. & 51.dist. q in aliquo. in fi. 81.dist.quicunq. in fin. vbi deponit cōcubinarius ordinatus ab eo, qui secum poterat dispensare: Exigit ergo vt intendat dispēsare: qđ expressa causa præsumitur. 50.dist.clerico faciente. 16.q.1.cū ꝓ vtilitate. 55.dist.præfecis poterit autem probari dispensatio ꝑ testes: vel si occultum est peccatum, confiteatur epo in secreto, & petat dispensationem, & obtineat litteras sup hoc. Si vero publicum fuerit crimen, & publice dispensatū est, postea accusari non poterit. j. de fil.presbyter.ex tua. & j. de accus. de his. Si vero dispenset in occulto, adhuc potest accusari: qa etiā post pœnitentiam potest qs accusari. 33.q.2.admonere. Vio.

¶ *Glossa sequens voci. ꝑ q. quis dispēset cum tali, &c. ponit opin. & tenet contrarium.*

1 Ad declarationē huius glossæ vide Henricum Boich in c. veniens. supra de fil. presbyter.

† Cap. vnico eod. tit. in 3. cōpilatione. Et de materia textus & glossæ prout cōcessit hic, vide Bernardinum Diaz in pract. crim. cano. c. 24. & seq.

TITVLVS IX.
De apostatis †, & reiterantibus baptisma.

¶ Alexander iij.

¶ *Clericus, qui dimisso habitu & tōsura immiscet se enormitatibus: perdit priuilegium canonis, Si quis suadente. vnde eum deprehendentes non incidunt in canonem, scilicet excommunicationem.*

CAP. I.

Præterea † clerici, qui relicto ordine clericali † & habitu suo, in apo-

† Vide B. Thomam 2. 2. q. [illegible] art. 1. [illegible] in Durando in qu. [illegible] autem [illegible] 2. q. 49. ibi dixi, & Hostiensis in summa tit. de Apostatis & concilio Trident. sessio.24. de reform. cap.12.

† Cap. 2. eod. tit. in 1. cōpilatione. & post concilium Lateran. par. 16. cap.16. Vide Bernardinum Diaz in pract. crim. cano. cap. 104.

† Vox. clericali, deest in vetustioribus exemplaribus.

f ¶ *Potestatem.*] aliàs nisi haberet potestatē, nil esset actū. s. de consue. ad nostram. & C. si à nō cōpe. iudi. l. vlti. & hoc forte ideo dicit qa ipse quidem schismaticus conuersus ad vnitatē ecclesiæ, & receptus in ordine suo, cū ordinato à se dispensare non posset, sicut nec eps simoniacus cum ordinato à se dispēsare non potest. 1. q. 5. præsentium. ibi, non epo. quasi dicat, si pecunia esset data epo, ipse non posset dispensare cū eo, q dedit: & quia hic Papa non retinet sibi dispensationem, aliis pmittere vr: si enim ipse tantum dispensare posset, sibi hoc reseruasset: vt s. tit. prox. excōicamus. §. sane. sed potius credo q solus Papa possit dispensare cum eo, q scient̄er ordinem à schismatico recepit. argu. s. de elect. qa diligentia. sicut Papa solus dispensat cū eo, q in apostasia ordinem recepit. j. titu. proxi. cap. vlt. & hoc satis innuit ex eo qđ dicit: ab ea persona, quæ potestatem, &c. Io. tamen dicit, q eps dispensat cum schismatico. arg. 50. dist. vt constitueretur. Ber.

DE APOSTATIS ET REITERANTIBUS BAPTISMA.

¶ *Quia hæretici & schismatici incidūt in apostasiā, ideo cōgruo ordine subijcitur ista rubrica. Et quoniā reiterātes baptismū videtur apostatare dū recedunt à priori baptismate, ideo subdit de reiterantibus baptismū. Et aduerte quia secunda decretalis facit tantū ad secundā partē rubricæ, aliæ vero faciunt ad primam partem. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 6.q.1. in multis cap. & 11.q.3. Iulianus. & cap.seq.50. distin.cap. vlti. 6.q.1.legi. 20.q.3.cap.1. & 2. & 3.q.3. cap.1.2. & 3.de conse. dist.4. non licet fieri. vsque ad cap.presbyteris. 2.q.7.alieni.26.q. vlti. non obseruetis.

Præterea.] Non summatur per Ioan. And. & forte pp breuitatem & varietatē lectionū: sed dñs Antonius sic summat: Clericus sine habitu & tōsura deprehēsus in crimine, non gaudet priuilegio clericali. Sed certe hæc summatio est nimis generalis, & ꝑ multos canones, & maxime cōtra cap. si iudex laicus. de senten. excōic. lib. 6. & contra

contra.cap.contingit.& cap.in audientia.j.de sent.excõi.vnde aliter summo:& primo secundũ vnum intellectum sic. Per censuram ecclesiasticã non liberant clerici à manibus laicorum, si sine habitu & tonsura sunt deprehensi, si prius se habebant per omnia vt laici. hoc dicit. Vel sic, secundum alium intellectum, vt in rubro: & nõ recipit congruam diuisionem. Abbas Siculus.

Casvs. Dicitur in capitulo isto, q clerici, q habitum clericalem & tonsuram dimittunt, & in apostasia tamq̃ laici conuersantur, si in criminibus deprehensi teneantur, præcipit Papa per cẽsurã ecclesiasticã illos non liberari. Nota q ecclesia nõ defendit clericos in criminibus cõprehẽsos & detẽtos.

¶ *Glossa sequens distinguit triplicem apostasiã.*

a ¶ *Apostasia.*] Est autẽ triplex apostasia[1], scilicet pfidiæ, quando qs recedit à fide. 2.q.7.nõ potest. Inobedientiæ, quando qs transgredit præceptum. s.de ma.& obe. si quis venerit. & c.illud. Irregularitatis, cũ quis recedit ab ordine suo, siue sumptæ religionis: vt hic, & 50. dist.c.vlt.& dicit apostata.i.retro stãs.q. vlt. cap.potest.3. q. 4. si qs vero.& c. beatus. Vin.

¶ *Glo.seq.signat contrariã & trupliciter soluit.*

b ¶ *Liberari.*] Arg.3. j. de senten. excõ. si vero aliquis.illud intelligit, quando clericus licet tonsurã nõ portat, aliàs clericaliter se habet:isti vero tamq̃ laici p omnia se habebant. Vel sic, nõ denegat hoc, quin capientes tales sint excõicati, sed ecclesia nõ pcipit illos liberari. sic s.ne cleri.vel mona. c. 2. Si vero tertio essent admonito, & se nõ correxerint, nullo priuilegio postea gauderent. j. de sentent. excommu. in audientia. & c. contingit. & si de talibus vis intelligere, quod hic dicit, planum est.

* Cap. 3. eodem in 1. cõpilatione, & post concilium Lateran. par. 26. cap. 1.
Et quam sit grauem scelus rebaptizare docet B. Clemens lib. 6 cap. 15. constitut. Apostolicarum.

* videntur

1 De materia huius glossæ vide citatos in principio tituli. adde Simancam cathol. institut. tit. 7. & summistas verbo, Apostasia. & Alfonsum Castrum lib. 1. cap. 7 de iusta hæret. punit.

stasia[a] tamquam laici conuersantur: si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram ecclesiasticam non præcipimus liberari[b].

¶ Idem abbati sanctæ Genouefæ.

¶ *Si crimen acolythi, qui rebaptizãti præbuit ministerium, est occultum, promoueri potest: si publicum, nõ, nisi cum eo religionem intrãte dispẽsetur.*

CAP. II.

Ex † litterarum tuarum tenore perpedimus, quòd quidam ægritudine longa confectus, insano[c] sortilegarũ mulierum credens consilio, vt sanaretur, per iterationem fecit iniuriam[d] baptismatis sacramento: & infra. ¶ Quia ergo tua nos duxit prudentia consulendos, qualiter puniri debeat acolythus[e], quẽ minor ætas[f], & intentio[g] fraternæ salutis excusare videtur †: Discretioni tuæ præsentibus litteris respondemus, quòd ad superiores ordines promoueri (si publicum est quod proponitur) non[h] valebit: nisi ad religionem transire voluerit, vt fauore religionis[i] ipsius, circa eum valeat dispensari. Si vero occultum est, promoueri poterit, & excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

Ex litterarum.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, *Quia ergo.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam ægritudine longa cõfectus, de consilio quarundam mulierũ, vt citius sanari posset, se fecit iterum baptizari: quidam acolythus frater illius infirmi, ministerium pstitit scienter psbytero baptizanti: quæsitum fuit, qualiter puniri debeat acolythus ille, q minoris erat ætatis, & vt frater eius saluari posset, hoc fecit: vnde excusandus videbat: Rñdet Papa, q ad superiores ordines nõ potest, si publicũ est factũ eius, pmoueri, nisi ad religionẽ transire voluerit, vt fauore religionis dispensetur cũ ipso: si vero occultum est, poterit promoueri, & de commisso pœnitentiã agat. Nota argu. q ætati minori parcendum est. Item baptisma iterari non debet. Item fauore religionis dispensatur cum aliquo.

c ¶ *Insano.*] & vere insano. de cõsecratione dist. 4. qui bis. 51. dist. qui in aliquo. 24.q. 1.c.miramur. §.his auctoritatibus.

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

d ¶ *Iniuriam.*] quod fieri non debet. 1.q. 1. qđ quidã. de consecr. dist. 4. ostendit. & 34.q. 1. miramur. §.his auctoritatibus. Sed qđ est facere iniuriam sacramento? Dixit Vin. animæ 1 infigit qđã imago siue pictura, vel character: vnde si alia imago supponeret, illa prima pictura obscuraret: & ita videret obfuscari primũ sacramentũ.

e ¶ *Acolythus.*] supple, qui ministerium suũ præstitit rei nefandæ.

Addisio. Et sic erat in antiqua compilatione: quã si videris, facilius intelliges hoc cap.

¶ *Glossa sequens arguit, declarat & remittit.*

f ¶ *Minor ætas.*] Arg. q ætati minori 3 subuenitur. de conse. dist. 4. eos. & c. q bis. & 15.q. 1.c.illud. §.itaq; in fin. & ff. de minor. auxiliũ. §.in delictis. ibi, nisi quatenus miseratio, &c. arg. ff. eo. si ex causa. §. nunc videndum. sed illud verum est, q minor ætas non excusat in totum: sed miseratione ætatis mitius punitur. ff. eod. auxilium. §. in delictis. & j. de delic.pue. pueris. vbi de hoc.

g ¶ *Intentio.*] vnde facile abstergitur hæc culpa, propter fraternã pietatem. 22.q. 2. si qualibet.

h ¶ *Non valebit.*] Nam delicti manifestatio dispensationem prohibet, pp scandalum qđ non est in occulto: immo post actam pœnitentiam & in susceptis remanere, & ad alios pmoueri potest præter reos homicidij. s. de tempo. ord. c. vlt.

¶ *Glo. seq. not. signat contrarium, soluit distinguendo, & opi. ponit.*

i ¶ *Religionis.*] Ex hoc videtur, q ingressus religionis non tollit irregularitatem, ex quo sine dispensatione pmoueri non potest. Arg. 3. s. de fil. presby. cap. 1. & 56. dist. cap. 1. & in Auth. de mo. in princip. coll. 1. vbi dicit, q ingressus religionis omnem tollit irregularitatem, tollit etiã ingratitudinem. 19.q. vlt. non licet. Sol. irregularitas illa q consurgit ex proprio delicto, non tollit p ingressum religionis, sed fauore religionis cum eo dispensatur: vt hic, & infra. de eo qui fur. ord. re. cap. 1. cum vero non surgit ex delicto proprio: vt j. de pur. cano. accedens. tũc p ingressum religionis tollit illa irregularitas, ita q sine dispẽsatione potest ad ordines promoueri, vt in pmis, sed non ad dignitatem sine dispensatione. j. de pœn. io quibusdam. de fil. presbyt. cap. 1. Quidam dicunt, quòd in neutro casu tollit, sed defertur tantum ad facilitatem dispensandi. Ber.

a Plures & peiores causæ cur baptismus nõ debeat iterari tradit B. Thomas 3. par. q. 66. art. 9. quem omnino videas.

1 De materia huius gloss. vide late per Tiraquellum tract. de pœnis temperandis aut remittendis causa 7. & quæ dixi lib. 2. commentar. in Directorium inquisit. Schol. 38.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Infamatus de apostasia, compellitur se purgare.*

CAP. III.

Tvæ † fraternitati: & infra. ¶ Super secundo articulo inquisitioni tuæ duximus respondendum: Quòd clerici, qui sunt de apostasiæ crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitum clericalem[k], nõ sunt in seculari habitu tolerandi[l]: sed per districtionem ecclesiasticam coercendi, donec deficiente probatione, ad infamiã abolendam, purgationẽ canonicam curauerint exhibere.

* Caput vnicum eod. tit. in 3. compilatione.
Et vide Hostiensem in summa tit. de apostatis. §. qualiter puniantur.

Tva] Primo ponitur decisa consultatio: Secundo responsio: ibi, *Super secundo.* Abbas.

Casvs. Quidam clerici infamati erant de apostasia, q abiecerãt habitum clericalem: quæsitum fuit verũ deberent taliter tolerari, vel compelli, vt habitum reassumãt? Rñdet Papa, q clerici qui taliter sunt infamati, tolerãdi nõ sunt in habitu seculari, sed p censurã ecclesiasticam coercendi, vt habitum reassumant, donec se purgauerint deficiente pbatione. Nota, clericos cõpellẽdos vt habitũ clericalẽ dimissum reassumãt. Itẽ infamatus ad purgationẽ cogi debet.

k ¶ *Habitum clericalem.*] Qui habitum clericalẽ abiecit, nisi trina monitione præmissa etiam ipsum reassumat, perdit priuilegiũ clericale. j. de sent. excomm. in audientia. & cap. contingit 2.

¶ *Glossa sequens quærit obiciendo, & soluit.*

l ¶ *Tolerandi.*] Sed quare nõ sunt tolerãdi in habitu seculari, cum liceat illis q sunt in minoribus ordinibus, vxorẽ recipere, & cũ ea morari. s. de cler. coniug. c. 1. 32. dist. si q vero. & cap. lectores. & c. seriatim. apostata enim excõicatus nõ est. Vt cesset omnis obiectio, intellige qđ hic dr, de eo qui infamatus est in ordine sacro, vel in aliqua pfessione, cui nõ licet vltra ad seculũ redire, vnde tolerãdi non sunt in habitu seculari, sed per censuram ecclesiasticam compellendi, nisi se purgauerint, accusatore deficiente redire ad ordinem vel religionem, arg. s. de reg. cap. penult. & 20.q. 3. eos qui semel. Immo incarcerari possunt. j. eod. cap. 1. ne damnabiliter euagent. De alijs in inferioribus ordinibus constitutis intelligi nõ potest: q possunt renuntiare in totũ ordini clericali. s. de vi. & ho. cler. c. vlt. & s. de cle. coniug. Ioannes. & c. pen. & vlt. Ber.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Baptizati, alterius sectæ vel fidei ritus dimittere compelluntur.*

* Idem scilicet Innocentius iij. in concilio generali Lateran. cap. 70.
Et vide notas nostras in hoc decretum.

CAP. IIII.

Qvidam (sicut accepimus) qui ad sacri vndã baptismatis voluntarij † accesserunt, veterem hominem om-

* volũtarie

Qvidam.] Iudæi baptizati ritus iudaicos cõpelluntur dimittere. Primo ponit Iudæorũ baptizatorũ excessum, p quem secundo pcidens duas auctoritates præmittit, & duas rationes subiungit. Secunda: ibi, *Cum autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam Iudæi seu infideles voluntarij baptizati fuerũt, veruntamen reliquias prioris ritus non relinquunt: vnde Christianæ religionis

nino non exuunt, vt nouo [a] perfectius induantur: cũ prioris titus reliquias retinentes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem maledictus sit homo, qui terram duabus [b] vijs ingreditur, & indui veste non debeat, lino lanaque [c] cõtexta. Statuimus, vt per Prælatos ecclesiarum talis obseruantia veteris ritus omnimode compescatur: vt quos Christianæ religioni liberæ voluntatis [d] arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas, in eius obseruatione conseruet: cum minus malum existat viam Domini non agnoscere, quàm post agnitam retroire [e].

¶ Honorius iij. archiepiscopo Turonen.

¶ *Apostatæ incarcerari & affligi possunt, vt habitum reassumant.*

CAP. V.

A Nobis † expetiit tua fraternitas edoceri, quid de apostatis sit agendum cum in custodia detinentur, qui minis [f] vel blanditiis [g] nullatenus possunt induci, vt abiectum habitum reassumant. Ad quod tibi breuiter respondemus, quòd tales (si volueris) poteris † sub graui custodia carcerare: ita quòd solummodo vita sibi misera reseruetur [h], donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant [i].

¶ Idem archiepiscopo Lugdunen. †

¶ *Monachus in apostasia ordinatus, non potest sine dispensatione Papæ in suscepto ordine ministrare.*

CAP. VI.

COnsultationi † tuæ breuiter respõdemus, quòd monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus abbati, & receperit pœnitentiam, absque dispensatione [k] Romani Pontificis ministrare non poterit in ordine sic suscepto.

TITVLVS X.

De his, qui filios occiderunt.

¶ Alexand. iij. Tornacen. episcopo.

¶ *Mulier occidens sponte filium, debet perpetuo in monasterio pœnitere: si tamen timetur de incontinentia, datur, vel saltem non denegatur sibi licentia nubendi.*

CAP. I.

VEniẽs † ad nos M. mulier lachrymabili nobis confessione monstrauit, quòd cum de quodam filium genuisset, & ille sibi sæpe turgido vultu improperasset, quod filius eius non esset, ipsa iracundiæ [l] calore ducta, eundem filium interfecit [m]: & infra.

---

religionis decorem confundant: quæsitum fuit in concilio, quid de talibus sit agendum: Cum maledictus sit homo, q duabus vijs terram ingreditur, & indui non debeat veste de lana & lino cõtexta, statuit concilium, vt p Prælatos ecclesiarum tales obseruantiæ veteris ritus compescant: vt sicut libero arbitrio ad baptismum accesserunt, ita necessitas coactionis eos in eius obseruatione cõseruet: cum minus malũ existat viam Domini non agnoscere, q̃ post agnitam retroire. Nota, q qui baptismum recipiunt sponte, compellẽdi sunt, vt fidem obseruẽt. Itẽ duabus vijs homo ire non debet. Item plus peccat Christianus aberrans à fide, q̃ ille q fidẽ non agnouit.

Ecclesiastici cap. 3. Exod. cap. 22.

a ¶ *Vt nouo.*] illud, vt, non tenet consecutiue, sed ironice hic dr: quia non induunt nouũ hominem, ex quo reliquias prioris hominis retinent.

2. Pet. 2.

b ¶ *Duabus vijs.*] Nisi quandoq; ratione officij. 3.q.7.§.tria. in fin. & ꝫ. de præsump. litteras. & ff. de rei vendic. inter officiũ. sed illud ignorauit, q præstaret patrocinium in re sua.

c ¶ *Lanaque.*] 16.q.7. in noua. & ꝫ. de electio. & electi pot. cum causam. & nemo debet claudicare in duas partes. 49. dist. c. vlti. & nemo potest duobus dñis seruire. 26. dist. acutius. & ꝫ. de cle. cõiugat. diuersis fallaciis. nemo autem filius Dei, & diaboli simul esse potest. de pœniten. dist. 1. cap. resuscitatus. §. item vt Christus ait. Nec duobus dñis seruire, vt ibi.

Vide Hostiensem in summa tit. de apostatis. §. qualiter puniantur. & Bernardum Diaz in pract. crim. cano. cap. 104.

† pona.

d ¶ *Voluntatis.*] Sicut enim libero arbitrio homo obediens serpẽti periit, sic se gratia Dei vocante propriæ mentis conuersione saluef: sed tamen si conditionali conditione coacti fidem suscipiunt, eam seruare coguntur. 45. dist. de Iudæis. & c. 1. & 2. & 23. q. 5. ad fidem. & hic.

† Lugdun.

e ¶ *Retroire.*] quia qui posuerit manum ad aratrum, & respexerit retro, non est aptus regno Dei. ꝫ. de voto, magnæ. sic 12. q. 5. scimus. in fin. de pœni. dist. 4. si refugientes. versus fin. Ber.

A *Nobis.*] Cõmunis diuisio. Secũda: ibi, *Ad quod.* Abbas Siculus.

ACasvs. Quidam clerici apostatæ in custodia detinentur, nec induci possunt minis vel terroribus, vt habitum reassumant: quæritur quid de his sit agendum? Rñdet Papa, q tales sub graui possunt custodia detineri & carcerari, ita quod solũmodo misera sibi vita reseruetur donec à malitia sua resipiscant. Nota clericos apostatas posse in carcere detineri, donec à sua nequitia resipiscant.

f ¶ *Minis.*] comminando diuinũ iudicium. 2. q. 1. si peccauerit. 14. q. vlti. si res. 27. q. 1. cap. vlti. & ꝫ. de tempo. ord. c. vlti.

g ¶ *Blanditijs.*] Blanditiis enim & non asperitatibus ad fidem est aliquis inuitandus. 45. dist. qui syncera. immo & præmiis quandoque 23. q. 4. debet homo. tamen si isti apostatæ p huiusmodi non proficiunt, fiat quod hic dicitur, quod intelligo de his, qui sunt in sacris ordinibus, aut in aliqua professione: vt ꝫ. eo. tuæ.

h ¶ *Reseruetur.*] sicut reseruatur vita de misericordia filiis eorum, qui crimen læsæ maiestatis committunt. 6. q. 1. cap quæro. §. verũ. ver. fin. C. ad l. Iul. ma. si quis cum militibus. vt vitã sibi pœnam existiment. 74. dist. quorundam. sic clericus potest vxorẽ suam ligare. 33. q. 2. placuit. vt sic pœna docente humiliter debeat obedire. ꝫ. de electio. cum in cunctis. & 27. q. 1. si homo esses.

i ¶ *Resipiscant.*] Tunc cum venia poterit recipi: quia ecclesiã non claudit gremium redeuntibus. C. de sum. Trini. inter claras. in fin. & est arg. 1. q. 7. si quis omnem.

COnsultationi.] Casvs. Quidam monachus sacrum ordinẽ in apostasia recepit: tãdem pœnitentiã agẽs, abbati suo reconciliatus fuit: quæritur, vtrũ ministrare possit in ordine sic incepto? Rñdet Papa, q quantumcunque reconciliatus fuerit, & pœnitentiã egerit, absq; dispensatione sedis Apostolicæ in ordine sic suscepto ministrare nõ potest. Nota, q solus Papa dispensare potest cum eo, qui in apostasia ordines suscepit, vt in ordinibus sic susceptis ministret.

† Vide per alijs hic Henricum Bosch, & Hostiensem præcedenti cap. citati.

K ¶ *Dispensatione Romani Pontificis.*] Hic ergo Papa reseruat sibi dispensationem. sic ꝫ. de hæret. excõicamus. §. sane. sic ꝫ. de filiis presbyt. cap. penult. & vlti. Item si iterata vnctiõe fuerit maculatus. 1. q. vlt. cap. saluberrimum. in fi. Item qui rebaptizati sunt. de consec. dist. 4. qui bis. & cap. eos quos. Item & q in subuersionem fidei, ordinationem recipiunt ab hæreticis. 1. q. 7. conuenientibus. in fin. in quibus casibus solus Papa potest dispensare: tamen si ad aliam religionem transisset, & ordinem ibi suscepisset, sine dispensatione posset in suscepto ordine ministrare. supra, de tempo. ordi. ex parte. quia ordinem non suscepisset in apostasia. Ber.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compilatione. & post concilium Lateran. sub Alexandro iij. par. 30. cap. 11. Et præter doctores hic vide late p Hostiensem in summa hoc eo. tit.

DE HIS QVI FILIOS occiderunt.

¶ *Supra in quatuor proximis titulis visum est de his qui peccant principaliter in Deum, consequenter restat videre de his, qui peccant in hominem & in Deum etiam, vt de committentibus homicidium. sed quia inter homicidiorum genera, homicidium filiorum est grauius, ideo primo de hoc præmittitur. Abbas Siculus.*

VEniens.] Loquitur ista decretalis in foro animæ: & duæ sunt partes, consultatio & responsio. Secunda: ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quædam mulier filium de quodam suscepit: ille vero improperabat eidem, quòd eius filius non fuisset: vnde ipsa diabolico furore accensa, filium interfecit: vnde ipsa lachrymabiliter ad Papam accedens, petiit sibi impendi consilium salutare: Mandat Papa episcopo loci, vt laboret eam inducere, vt ad aliquod monasterium transeat; in quo pœnitentiam agat de commisso: Si autem ad hoc induci non poterit, det ei licẽtiam, vt in Domino nubat. quia tutius videtur vt nubat vni, quàm inhoneste multos admittat. Nota, quod dominus Papa votum reuocat & commutat, etiam si de iure naturali debeatur.

l ¶ *Iracundiæ calore.*] 15. q. 3. ira sæpe. & c. cum apud. Ber.

m ¶ *Interfecit.*] Sic j. c. pr. De pœna illius habes C. eod. tit. l. vnica. [a] sm canones non ita puniunt: qa Deus nõ vult mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur, &c. 26. q. 6. agnouimus. & 23. q. vlt. his à quibus.

a Præter doctores hic vide legistas in d. l. vnica C. de his q parentes vel liber. occide. & in §. alia deinde Institu. c. de publicis iud.

quibus. De hac poena secundum canones dicitur j. eo. cap. vlti.
a ¶ *Multos.*] sim. 31. q. 1. quomodo virginibus. & sim. s. q. cleri. vel vouen. veniens. si autem non esset præsumptio de ipsius incontinentia, non daretur sibi licentia contrahendi propter crimen suum. 33. q. 2. io adolescentia.

I *Ntelleximus.*] Non diuiditur: Et loquitur in foro animæ, vt dixi in præcedenti cap. Abbas. Casus. Quedā mulier diabolo instigāte filiam suam occidit, pp quod dñs terræ maritū ipsius ipsam compulit abiurare: Significatum fuit hoc domino Papę, vnde mandat ep̄o diœcesis quatenus sup hoc ita prouideat, q̄ de cōmisso excessu pœnitētiam agat, & saluti suæ & filiorum consulat: & non obstante iuramento prædicto, eam viro suo restituat, ita q̄ filios suos possit libere gubernare. Nota q̄ iuramentum illicitū non est seruandum. Itē nullum maleficiū separat matrimoniū legitime ɔ̄ctum, quo minus alter alteri adhærere teneatur: nisi esset crimē idololatriæ [1].

b ¶ *Abiurare.*] Et male: qa quos Deus cōiunxit, homo nō separet. 33. q. 2. cap. 2. & ob hāc causam eam maritus dimittere non posset. 32. q. 2. quicquid. & q. 7. omnes caosationes.

c ¶ *Iuramento.*] Tale iuramentum illicitum fuit s. de iureiur. tua nos. tñ in hoc nō multum peccauit: qa compulsus hoc fecit, sed potius debuit q̄libet mala pati, q̄ male cōsentire. 32. q. 5. ita ne. vnde iurare non debuit: quia sine periculo salutis æternæ seruare non potuit iuramentum: mitius tñ agetur cum ea, propter filios, quos debet nutrire.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōpilatione. & post concilium Lateran. par. 50. cap. 25.

1 Id est, hæresis, aut cuiuslibet alterius infidelitatis, nō tamen dissoluit matrimonium legitime cōtractum, cōcilium Trident. sess. 24. de sacramento matrimonij canon. 5.

† Cap. vnico eod. tit. in 2. cōpilatione. Et vide notas in hanc decretalem. & Syluestrū in summa, verbo, homicidium 2. q. 6.

¶ Mandamus, quatenus eam labores inducere, vt ad aliquod monasterium transeat, in quo peccata sua perpetua pœnitentia deploret. Si autem (repugnāte carnis fragilitate) ad hoc induci noluerit, ei licentiam in Domino nubendi tribuas: quia tutius nobis videtur, vt in Domino nubat vni soli, quàm inhoneste multos [a] admittat.

¶ Lucius iij. Parisień. episcopo.

¶ *Mulier occidens filium, propter hoc à viro separari non debet, sed alia pœnitentia sibi imponitur.*

CAP. II.

INtelleximus †, quòd M. mulier filiam paruam furore accensa diabolico iugulauit: propter quod dominus terræ, maritum eius & ipsam cōpulit abiurare [b]. Quia vero illā alios habere filios intimasti: Mandamus, quatenus ita super hoc prouideas, quòd sui sceleris pœnam luat, & saluti eius ac filiorum per tuam prouidentiam consulatur: & non obstante iuramento [c], quòd à viro dictus dominus proponitur extorsisse, eam (sicut expedire videris) eidem viro restituas: ita quòd filios suos libere possit, & pacifice gubernare.

¶ Idem.

¶ *Se summat, ponens pœnitentiam parentum, circa quos pueri reperiuntur oppressi.*

CAP. III.

DE † infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre & matre: & non apparet, vtrū à patre vel à matre oppressus sit ipse, vel suffocatus, vel propria morte defunctus: non debent inde securi esse parentes, nec etiā sine pœna [d] sed tamen cōsideratio debet esse pietatis, vbi non voluntas, sed euentus [e] mortis causa fuerit. Si autem eos † non latet, ipsos interfectores esse, scire debēt se grauiter deliquisse. Quidā autem pœnitentiam trium annorum iudicant esse debere, quorum vnum peragant in pane & aqua.

† Vox, eo, deest in quibusdam exēplaribus.

TITVLVS XI.

De infantibus † & languidis expositis.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Infans expositus à patre vel alio eo consentiente vel ratum habente, hoc ipso à patria potestate liberatur. Idē in seruo & liberto, qui ob prædictam causam liberantur à dominica potestate. Et idem iuris est in prædictis lāguidis cuiuscunque ætatis sic expositis, vel si eis alimenta denegantur. hi tamen qui prædictis alimenta præstiterint, nullum ius in eis acquirunt.*

† In codice Barbatus ita: De infantibus lāguidis vel expositis.

CAP. I.

SI † à patre, siue ab alio sciente [f] ipso, aut ratum habente [g] (relegato pietatis [h] officio) infans expositus extitit: hoc ipso à potestate fuit patria liberatus [i].

DE *infantibus.*] Casus. Infantes aliquādo reperiuntur mortui cum patre & matre in lecto, nec apparet, vtrum à patre vel à matre oppressus sit, vel ꝓpria morte defunctus: quærit, quid sit in hoc casu agendū patri vel matri? Rńdet Papa, q̄ parentes nō debent esse inde securi, nec sine pœna: veruntamen discretio pietatis debet adhiberi, vbi non fuit volūtas, sed euētus mortis causa: Si vero eos interfecerint, scire debent se grauiter deliquisse: quidā dicunt q̄ pœnitentia trium annorum agere debent, quorum vnū peragant in pane & aqua. Nota, q̄ in pœnitentia imponenda, volūtas, euentus, & aliæ circūstantiæ considerandæ sunt.

¶. *Glossa sequens obijcit & soluit, determinans demum, q̄ si sponte vel casu, ex graui vel leui culpa vel ex nulla.*

d ¶ *Nec etiam sine pœna.*] Sed si non constat eos interfectos à patre vel matre, sed euentus fuit causa mortis, non debet eis pœnitētia imponi: qa non peccauerunt: licet hoc non constet, tñ ad cautelam tutius est, q̄ inde pœnitentiā agant, qa forsitan minorē diligentiam illis adhibuerunt. argu. 23. q. 5. excōicatorum. & 34. q. 2. in lectum mariti. quia bonarum mentium est, ibi culpam timere, vbi culpa non est. s. de obser. ieiu. consiliū. §. 2. & j. 5. dist. ad eius vero. & j. de pœnit. & remis. q̄situ. Et arg. s. de spon. iuuenis. & hoc s̄m discretionem pietatis, vt hic dicit, ad arbitrium imponentis: vt in c. quæsitum. de pœn. & remis. Si vero sponte hoc fecerunt, tunc grauissima pœnitentia debet eis imponi, aliquantulum maior, q̄ pro alio homicidio: qa magis peccare videt proprium filium occidendo. Argu. j. de homi. cum iuramento. & de pœni. dist. 1. cap. aut facta. & sic leges fortiori pœna puniuntur. C. eo. tit. l. vnica. & ff. ad leg. Pompe. de parricidijs. l. 1. Si non casu, sed culpa graui p̄cedēte, tunc pœnitentia, vij. vel v. annorum est eis imponenda. arg. 50. dist. si qua fœmina. si qs sponte. & j. de pœnit. & remis. quæsitum. Si vero leuis culpa p̄cessit, poster imponi pœnitentia trium annorum: vt hic dicit. Si autem nulla præcessit culpa vel negligentia, de iure i nullo sunt puniendi. Argu. j. de homi. ex litteris 1. sed ad cautelam (vt dictum est) debet imponi pp ambiguū duplicitatis, consideratis omnibus circūstantijs. de pœnitent. dist. 5. consideret. & j. de pœnit. & remis. is qui. Ian.

e ¶ *Euentus.*] 50. distin. studeat.

DE INFANTIbus & languidis expositis.

¶ *Quia exponentes infantes & languidos, eos quasi occidunt, ideo post rubricam præcedentē subijcit istam. Abbas.*

De hac materia tractatur. 87. dist. c. vlti. & infra in rubrica de homicidio. ver. quid iuris de infantibus.

SI *à patre.*] Casus. Si à patre aut ab alio (patre sciente, aut ratum habente) infans expositus fuerit ɔ̄ officium pietatis, hoc ipso filius à potestate patria est liberatus: & in hoc casu libertus efficitur ingenuus, & seruus in libertatem eripitur. Et hoc idē intellige de languidis prædictis expositis, cuiuscunque ætatis fuerint, vel si alimenta alicui de prædictis personis, scilicet filiis libertis & seruis languidis negari contigerit: verumtamen qui hos susceperint, propter hoc in eorum personis ius aliquod vendicare nō possunt. Nota, q̄ ratihabitio in maleficiis retrotrahitur, & mandato comparatur.

† De materia & intellectu præter doctores hic vide Turrecrematā in c. si expositi. 87. dist. Syluestrū in summa verbo. expositus & Iuliū Clarum in pract. crim. q. 83.

f ¶ *Sciente.*] ipso. sim. 54. dist. si seruus sciente. & s. de his quæ fi. à præla. si. conſen. capituli. cap. 2. & ita est hic arg. q̄ qui tacet, cōsentire videtur: vt 63. dist. si forte. & 27. dist. diaconus. vbi de hoc.

g ¶ *Ratum habente.*] Rati enim habitio in maleficijs retrotrahit, & mandato comparatur. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. sed & si cū qs. & s. de resti. spol. cum ad sedem. in fin. & generaliter dicit lex, q̄ omnis ratihabitio retrotrahitur. C. ad Maced. l. si filius familias. Ber.

h ¶ *Pietatis officio.*] & reuera relegato: qa debuerunt viscera eius commoueri super filio suo. s. de præsump. afferte. & paternus affectus omnem vincit affectum. C. de cura. fu. l. vlti.

¶ *Glo. se distinguit, & reca. potest signando contrarium de cap. si. 87. dist.*

i ¶ *Liberatus.*] de istis expositis habes 87. dist. cap. vlt. & intelligas illud secundum istud. Nota ergo super hoc, aut exponitur infans sciente patre, vel dño seu patrono, aut ignorante: Si sciente & non ɔ̄dicente, vel ratum habente expositus sit, filij sic expositi sui iuris existant, liberti in ingenuitatem, serui in libertatem eripiantur: & multo magis si ipsemet ipsum exposuit: qa nec dicere suum postea poterit:

poterit, qui pereuntem contempsit. C. eod. tit. l. 2. & 3. tenor quarũ hic comprehendit: si enim ipsum alere non poterat, eum in Xenonẽ mittere debuit, vel quo poterat modo eum adiuuare. C. de latі. lib tol. l. vnica. §. sed scimus. & videt ꝙ tãq̃ homicidæ damnent: vt 87. dist. cap. vlt. & ff. de libe. agno. necare. vnde expositi, languinolenti dñr. C. eo. in rub. Si vero ignorante vel inuito, non præiudicat ei, quin possit illum repetere, sed restituat expensas: nisi a fure vendicetur. C. eo. l. 1. & hic in prin. vbi dicitũ sciẽte: eo, aut ratum habente ergo si ignorante vel ꝯdicente, non nocet patri vel dño c. illud, si expositus. itelligit Hug. quando infans expositus est ab alio, q̃ a patre vel dño, vt tũc posset repeti post contestationem publice factam infra decẽ dies, & hoc cap. non ꝯ dicit. Ber.

¶ *Glos. sequens inducit simile de monacho.*

a ¶ *Languidis.*] Idem iuris est circa prædictas ꝑsonas cuiuscũq; ætatis sint, si languidæ fuerint, siue alimenta eis impie negent, vt tam filij sui iuris efficiant, q̃ serui & liberti in libertatem & ingenuitatem eripiant: qa habẽt hos pro derelictis. ff. ꝓ dereli. l. vlt. & C. de lati. lib. tol. l. vnica. §. sed scim⁹. nec ad eorũ bona vlterius aspirabũt: vt §. sed scimus. Sic & abbas debet recolligere monachũ suum, ne dãnabiliter euagetᷓ, ne pereat. ĩ. de relig. & trã se. ad reli. c. vlt. qd si nõ fecerit, & ille in seculo remanens aliqua acgrat, & sic moriatur, monasterium qd neglexerit illum, ab ipsius bonis maneat segregatum. arg. prædicti §. & est hic arg. ad hoc ꝙ crederem si monasterium ipsum expulit, vel etiã si redire voluit salua ordinis disciplina, & non fuit admissus: quia sic impie alimenta negauit. Ber.

b ¶ *Vendicare.*] immo liberi erũt, & sibi acqrũt: vt C. eo. tit. l. vlt.

Nam † & hoc casu in ingenuitatem libertus, & seruus in libertatem eripitur. quod & de prædictis cuiuscunque ætatis languidis a, si expositi fuerint, vel si alicui eorum alimenta impie denegari contigerit, est dicendum. Sane qui hos suscipiunt, non possunt propter hoc in eorum personis ius aliquod vendicare b,

TITVLVS XII.

De homicidio † voluntario vel casuali.

¶ In Exodo †.

¶ *Homicida incorrigibilis debet deponi, & tradi curiæ seculari, vt moriatur.*

CAP. I.

SI † quis per industriam c occiderit proximũ suum, & per insidias d, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.

¶ Ex pœnitentiali Romano †.

¶ *Ponit pœnitentiam occidentis latronem, cum se poterat aliter liberare: si vero aliter liberare se non poterat, non tenetur agere pœnitentiã,*

nisi ad cautelam.

CAP. II.

INterfecisti † furem aut latronem e, vbi comprehendi poterat absque occisione: quia ad imaginem f Dei creatus est, per quadraginta dies non intres ecclesiam, & lanea veste g indutus, ab escis h & potibus, qui interdicti sunt, & à toro, i gladio k, & æquitatu, illos supradictos dies abstineas. In tertia autem, & quinta feria, & sabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & paruis pisciculis cum mediocri ceruisia l vtere temperate m.

¶ Si autem sine odij meditatione, te tuaque liberando, huiusmodi diaboli membra interfecisti (secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei) si aliquid ieiunare volueris, bonum n est tibi: & eleemosynam fac largiter. Si † presbyter eadem fecerit, non deponatur o: tamen quãdiu viuit †, pœnitentiam agat.

¶ Augustinus super Exodo †.

¶ *Non occiditur fur diurnus sine culpa, sed nocturnus sic.*

CAP. III.

SI perfodiens p inuentus fuerit fur, & percussus mortuus

DE HOMICIDIO VOLVNtario vel casuali.

¶ *Viso de homicidio in specie, merito subijcit rubricã generalem de homicidio: & quia homicidiũ quoddam est necessarium, quoddam volũtarium: vt infra eo. sicut dignum. ideo subijcit de vtroque. Abbas.*

De hac materia tractatur 50. dist. §. quod vero. vsq; ad §. sed exemplo. 23 q. 5. & q. vlt. si quis. & de pœni. distin. 1. periculose. vsq; ad cap. si propterea. & c. si quis cum velo. & c. seq. & praced. 15. q. 1. & 32 q. 2. quod non est. & duobus cap sequent. & 33. q. 2. latorem.

SI *quis.*] Non potest congrue summari ꝓꝑ breuitatem, & lecturarum varietatem: sed ẽm intellectũ glossæ hoc dicit. Homicida ex ꝓposito, non gaudet immunitatibus ecclesiasticis. hoc dicit: sed iste intellectus non procedit de iure: vt in c. fi. de immu. ec. vt dicit Panor. immo potius debebat in illo titulo collocari. Ideo ad alium intellectum sic summari potest: Homicida ex proposito, debet deponi ab altaris ministerio. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ si aliquis per industriam vel insidias hominem interfecerit, euellatur ab altari, & interficiaẽ. Nota ꝙ publicus latro ab ecclesia extrahi potest immunitate non cassata.

c ¶ *Per industriam.*] secus si casu. arg. 15. q. 1. si quis non iratus. & ĩ. in pluribus capitulis.

¶ *Glossa sequens huic casui addit duos similes casus.*

d ¶ *Per insidias.*] Sm. 14. dist. §. de his. iste q ꝑ aggressionis insidias occidit, ab ecclesia immunitatem non habet. de tali loquiẽ hic: nec publicus latro. ĩ. de immuni. eccle. inter alia. & C. quando li. vni. fine iudi. se vin. l. 1. & 2. & 17. q. 4. sicut antiquitus. Item qui ea spe in ecclesia vel cœmeteriis delinquunt, vt ibi liberentur, non defenduntur ibidem. ĩ. de immuni. eccle. c. vlti. & ita iste euelletur ab altari, si confugerit illuc. Ber.

INterfecisti.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Si autem.* Abbas.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ si aliquis interfecit furem vel latronẽ, quẽ capere poterat absque occisione, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat: & alia facere debet, quæ i littera sequuntur: Si vero sine odio liberãdo se & sua, huiusmodi hominem interfecit (ẽm indulgẽtiam dicit: quia ad imaginem Dei factus erat) si aliquis ieiunare voluerit, bonum erit, & eleemosynam faciat: Si autem presbyter hæc eadem fecerit, nõ deponatur: tamen quandiu viuit, pœnitentiã agat. Nota, ꝙ quãdiu aliqs se defendere, vel sibi cõsulere aliter potest, neminem (etiam se defendendo) occidere debet.

e ¶ *Latronem.*] non intelligas de publico nocturno depopulatore agrorum: qa licitũ est occidere illũ. C. quando li. vni. sine iud l. 1. & 2. sed nõ clericis. Ber.

f ¶ *Ad imaginẽ.*] 33. q. 5. hæc imago. vnde facies hoĩs quæ facta est ad imaginem cælestis pulchritudinis, minime maculeẽ. C. de pœni. si quis in metallũ. Ber.

g ¶ *Lanea veste.*] id est, cilicio. 50. distin. in capite. Ber.

h ¶ *Ab escis.*] 4. dist. denique.

i ¶ *A toro.*] quantum in ipso est, vt non exigat: sed reddat exactus. 33. q. 4. c. vlti. & q. 5. si dicat. sic ĩ. de sent. excõ. inquisitiõi. Ber.

k ¶ *Gladio.*] hoc prohibetur omni pœnitenti. 34. q. 2. admonere. & de pœni. dist. 5. falsas. ibi dicitur, ꝙ ab omnibus illicitis est abstinendum, non quòd militare sit malum. 23. q. 1. militare. sed propter pronitatem peccandi prohibentur pœnitentes.

l ¶ *Ceruisia.*] de Anglia fuit, vbi fit ceruisia.

m ¶ *Temperate.*] id est, non vltra tertiam vicem, vt in illa palea. 44. dist. quando presbyteri.

n ¶ *Bonum est tibi.*] saltem ad cautelam: quia bonarum mentium, &c. ĩ. de obser. ieiu. consilium. 9. 2. & c. 5. dist. ad eius.

¶ *Glossa sequens voti. per q.*

o ¶ *Non deponatur.*] quia non diciẽ directe homicidium fecisse, tñ irregularis 2 (vt credo) factus est: qa potius debuit dimittere sua, q̃ ipsum interficere ĩ. eo. suscepimus. sed dispensatur cũ eo vt beneficium habeat ex misericordia sine ordinis executione. arg. 28. dist. presbyterum. Vel intellige vt dicitur. ĩ. eo. sicut in glos. quæ incipit, not. in si. quando non potuit euitare.

SI *perfodiens.*] Primo ponũtur verba Exodi: Secundo verba Augustini exponentis. Secunda: ibi, *Intelligitur.* Abbas.

CASVS. In Exodo legitur: Si perfodiens domum inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non imputabitur illi homicidium: Si autem oriaẽ sup eum sol, reus erit. Augustinus exponens verba illa dicit, ꝙ si nocturnus fur occidiẽ, non reputaẽ homicidium: Si autem diurnus, ad homicidium pertinet: quia poterat discernere ꝙ ad furandum venisset, non ad occidendum: vnde non debuit occidi: hoc etiam in secularibus legibus inuenitur, scilicet nocturnum furem impune occidi (quibus ista est antiquior) diurnum non: ꝙ si defendat se telo, iam plus est quàm fur. Nota, ꝙ magis causa facti quàm ipsum factum considerari debet. Item nocturnus fur impune interfici potest: diurnus autem non.

p ¶ *Si perfodiens.*] de nocte scilicet, per ad quod sequitur. Ber.

a ¶ *Intel-*

¶ In codice barbaræ lita ¶ Nam cum in hoc casu, &c.

¶ Vide concilium Trident. se ssio. 14. de refor mat. cap. 7.

¶ Exod. cap. 21. & cap. 5. eod. tit. in 3. compilatione.

¶ De multiplici intellectu partes Antonium Butrium & alios hic vide Guidonẽ Papæ decisione 121. ancip. in camera.

¶ Cap. 4. eo. tit. in 2. compilatione. Burchardus lib. 11. cap. 60. & lib. 19. cap. 5. Ivo par. 13. cap. 46. Gratianus sine palea 13. q. 2. cap. vlt. & vide notas in hoc cap.

¶ Vide S. Thomã 2. 2. q. 64. art. 2. & seq & Dominicũ Sotum lib. 5. de iustitia & iure q. 1. per multos articulos.

¶ Vide Bernardinum Diaz i prax. crim. canõ. cap. 88.

¶ viuat.

¶ Exod. c. 22. Augustinus quæstionum in Exodo q. 84. vt refert Ivo par. 10. cap. 53. refertur cap. 3. eod. tit. in 1. compilatione. & videto notas in hoc cap.

¶ Vide D. Thomam 2. 2. q. 64. art. 4. & Sotum lib. 5. de iust. & iure q. 1. art. 4.

2 De hoc articulo vide omnino Covarruuiam super Clement. si furiosus. de homicidio. in 3 relectionis parte. & vnicos adde Syluestrum in summa verbo, homicidium. 2. q. 16.

a ¶ *Intelligitur.*] Hucusq; sunt verba Exodi: postea sunt verba Augustini exponentis prædictam auctoritatem. Ber.

b ¶ *Legibus secularibus.*] ff. ad l. Aquil. itaq; §. lex. & ff. ad leg. Cor. de sica. furem. Sed pone q vult me interficere: nunquid possum eũ præuenire? Dicũt quidam q sic. arg. C. ad leg. Cor. de sica. l. 2. & 3. & 4. de iusti. & iure, vt vim. & l. prędicta, itaq; in principio. Sed pone q percussit me, & recessit: nunquid possum eũ insequi vt percutiam? Hug. dicit q non; quia sic iniuriam vellet vlcisci, & non repellere eã: quod non licet. 46. dist. seditionarios. quia incõtinẽti & sine interuallo licet vim vi repellere. j. de sentẽ. excom. si vero 1. & j. eo. significasti 2. vbi de hoc.

fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oriatur sol super eum, reus erit. ¶ Intelligitur a ergo non pertinere ad eum homicidium, si fur nocturnus † occidatur: si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc est enim quod ait: si oriatur sol super eum, & cætera: quia poterat discernere quòd ad furandũ, non ad occidẽdum venisset: & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus secularibus b (quibus ista est antiquior c) inuenitur, impune scilicet occidi nocturnum furem, quoquo modo: diurnum autem, si se telo d defenderit: iam enim plus est e quàm fur.

¶ Hieronymus †.

¶ *Sub generali pollicitatione, seu promissione etiam iurata, non venit illicitum.*

CAP. IIII.

CVm iuramento pollicitus est Herodes saltatrici dare quodcunque postulasset ab eo: si ob iusiurandum f fecisse g se dicat: si patris matrisve interitum postulasset, facturus h esset, an non i? quod ergo in suis repudiaturus fuit, contemnere debuit k in Propheta.

c ¶ *Antiquior.*] quia à lege diuina omnis sciẽtia sumpsit exordium. 38. dist. cap. legimus. §. hunc etiam. & ita primo fuit lex diuina q̃ secularis.

d ¶ *Telo.*] armorũ nomine fustes & lapides intelliguntur. ff. de fur. si pignore. §. furem. & ferrum, & oẽ quod arcu & manu mittitur. Insti. de publi. iud. §. item lex Cornelia. Vm.

e ¶ *Plus est.*] & ita videtur, q liceat se vindicare. C. quando liceat vnicuique se vin. l. 1. & 1. dist. ius naturale. Ber.

CVm.] Iuramentum generale non extenditur, vt quis teneatur ad homicidium, hoc dicit. Abbas.

CASVS. Herodes cum iuramento promisit puellæ saltanti dare quicquid peteret: etiam si dimidiũ regni sui postulasset: puella illa de consilio matris pet͞ijt caput Ioannis Baptistæ, & accepit: dicit Hieronymus: Si pp iusiurandum hoc fecisse se dicat, nũquid si patris, vel matris postulasset interitũ, facturus esset hoc vel non? quasi dicat, non fecisset: ergo qđ non fecisset in suis, contemnere debuit in Propheta. Nota, q iuramentum non extenditur ad illicita. Item qđ quis non faceret in suis, non debet in alijs attentare. Item qualem diligentiã adhibet quis in suis rebus, talẽ adhibere debet in alienis.

f ¶ *Si ob iusiurandum.*] verba sunt Hieronymi exponentis prædicta verba.

g ¶ *Fecisse.*] homicidium scilicet.

¶ *Glo. seq. vers. per q. an in suis facere debuisset.*

h ¶ *Facturus esset.*] Certe nõ debuit facere: quia in generali sermone siue promissione multa excipiũtur. ff. de serui. si cui. quia omnia illicita intelliguntur excepta. De hoc habes plura. arg. j. de iureiur. quemadmodum. & ea etiam non veniunt quæ specialiter non dedisset. ff. de pig. l. obligatione. vnde Herodes non fuit obligatus suo iuramento vt daret caput Ioannis mulieri saltanti, p illa verba generalia, quodcunq; postulasset, &c. quia si specialiter petijsset, non dedisset. & ideo tale iuramentum ipsum non excusauit i.

¶ *Glo. seq. vers. per q. an excusetur si de facto in suis, &c.*

i ¶ *An non.*] quasi dicat, non: immo & fecisset in suis, non ideo debuisset facere in alijs: Nam in proprijs sæuitia culpanda, in alienis coercenda est. ff. solu. matri. si constante. §. si maritus. non enim ad maiorem diligentiam tenetur in rebus alienis, q̃ in suis. C. man. in re mandata. Institu. quib. mo. re con. obli. §. at is qui. ff. commo. si vt certo. & bona fides abesse præsumitur, si rebus suis existentibus falsus, res depositas amisisti. j. de deposi. bona fides.

k ¶ *Debuit.*] 1. dist. humanum genus. 50. dist. ponderet. 2. q. 1. primo semper. Ber.

SI aliquis.] CASVS. Si aliquis causa libidinis explendæ, vel odio, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel dederit ad potandum, vt non possit generare vel concipere, vel quòd soboles non nascatur, vt homicida tenetur. Nota quòd aliquis occasionaliter est homicida.

¶ *Glo. seq. distinguit pœnam legalem, spiritualem, & irregularitatis: distinguit etiam an conceptum sit animatum, necne.*

¶ De hoc articulo vide plene p. Iulium Clarũ lib. 5. sent. §. homicidium. vers. vltima est defensio. Anto. nel Gomezium tom. 3. variar. resolut. cap. 3. de homicidio. & Couarruuiã in Clement. si furiosus. de homicid. in 3. par. relectionis. §. vn.

¶ B. Hieronymus sup Mattheum cap. 14. refert Burchardus lib. 12. decret. cap. 16. Iuo par. 12. cap. 71. & cap. 6. eod. tit. in 2. compilat. Et de materia plurima huc spectantia tradit Lasso in Litt. sapulanus, Lagide. ff. de verb. oblig. vbi Alexander.

¶ Considerationẽ dignã facit de fine beati Hieronymi verba percol. nullo loco dicunt ia... Ergo nõ excuso Herodem, quòd iurauit & non sit propter iuramentum homicidii fecerit: qui ad hoc forte iurauit, vt finxit occisionem machinas præpara ret. hæc ille. sequuntur mox reliqua huius capitis verba.

l ¶ *Vt homicida.*] quantum ad pœnam legalem. ff. de poen. si quis aliquid. §. qui abortionis. & ff. ad l. Cor. de sica. si mulierem. & quãtum ad pœnam spiritualem, sed non est irregularis, ac si hominem interfecisset. Illa enim irregularitas non c͞ohtur nisi actu homo interficiatur iam aiatus. j. eod. sicut. & 32. q. 2. quod vero. quia nõ vr homicidium fecisse, vt ibi dicitur, & §. seq. Vnde si quis pcusserit mulierem, & abortum fecerit, si informatum erat conceptum, punitur pecunia, vt ead. causa & quæstio. Moyses. vnde talis dr homicida occasionaliter. 86. dist. pasce fame. & 87. dist. si expositus. & C. de infan. expos. l. vlt. & ff. de liber. agno. necare. & 55. distin. si quis abscinderit. Bernar.

¶ Ex concilio Guarmacieñ. †

¶ *Homicida est, qui facit, vel dat sortilegia, vel venena sterilitatis.*

CAP. V.

SI † aliquis causa explendæ libidinis, vel odij meditatione, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, vt homicida l teneatur †.

¶ Alexander iij. Exonieñ. † episcopo.

¶ *In pœnitentia imponenda, iudex debet attendere circumstãtias, ex quibus augetur vel minuitur delictum. hoc dicit vsque ad §. illi autem.*

CAP. VI.

SIcut † dignũ: & infra. ¶ Sane cum vir discretus existas:

SIcut.] Præmitte pro intellectu huius capitis, q Papa mandauit epo Exonieñ. quatenus absolueret oẽs occisores beati Thomæ, & alios, q fuerant eius morte culpabiles: Eps vero cõmissarius reperit varios varijs culpis adstrictos: vnde dubitauit de pœnitentia iniungenda tempore absolutionis, & ad hoc consuluit Papam: qui sibi respõdit, vt habetur in littera: & aliter non summat. Ioan. And. propter prolixitaté literæ. Abbas Siculus.

CASVS. Rex Angliæ ad suggestionem quorundam fecit occidi archiepm. Cantuarieñ. quorum quidam venerunt ad confessionẽ ad epm Exonieñ. Eps Exonieñ. quæsiuit à Papa qualiter cum illis esset agendum? Rñdet ei Papa, cum ipse sit vir prouidus & discretus, plene nouit q in excessibus singulorum quædam sunt consideranda, videlicet quantitas & qualitas delicti, ætas, scientia, sexus & conditio delinquentis, & locus & tempus quo delictum committitur: illis consideratis pœnitentia debet imponi: quia idem excessus plus in vno q̃ in alio punitur: Tandem respondet ad quemlibet articulum de quo quæsiuit: Secundo dicit, q illi qui venerunt animo occidendi, feriendi, aut capiendi illum sanctum virum, tñ manus non iniecerũt in illum, si de captione illa mors subsecuta fuisset, pari pœnitentia, vel fere pari sunt puniendi cũ occisoribus: Tertio dicit, q illi qui non venerunt vt ferirent, sed vt ferrẽt opem pcussoribus, si ab alijs impedirentur: paulo minori pœnitentia debent puniri: quia scriptum est: Qui potuit hoiem liberare à morte, & non liberauit, eum occidit: quia constat eos immunes non esse à reatu homicidij, qui venerunt, vt occisoribus opem ferrent: Quarto dicit, q illi qui se asserunt animum regis inflammasse ad odiũ, vnde homicidium secutum fuit, dure & aspere sunt puniendi, sed non ita seuere, nisi forte ipsum regem ad homicidiũ puocassent, cum alias id non fecisset: Quinto dicit, q illi nõ fuerunt immunes à culpa, nec debent esse immunes à pœna, qui licet ignari fuissent homicidij, in custodiendis tñ rebus suis ministerium præbuerunt: Sexto dicit, q illi qui occupauerũt bona illius sancti viri post mortem ipsius, si nihil aliud fecerunt, à pœna mortis sunt immunes, sed illa quæ occupauerunt, restituere tenentur illis, quorum fuerunt, si habent vnde reddere possint: & licet quidam dicant se illa pauperibus erogasse: non sufficit eis, si potuerunt illa eis, quorum fuerunt, restituere.

ILLIS PRAETEREA. Dicitur hic, q illis, qui participauerunt illis excommunicatis, pœnitentia debet indici si scienter participauerunt eisdem, considerata mora temporis, & vtrum affectione vel timore participauerunt.

CLERICOS AVTEM. In isto vltimo §. dicitur, q clerici qui armati tanto facinori interfuerunt, vel consilium dederunt, vt sanctus vir caperetur, perpetuo ab altaris ministerio sunt deponendi, & in ecclesijs nullo tpe lectiones legant vel rñsoria, in choro separatim stantes, & in claustro monachorum vel canonicorum regularium (si fieri potest) sunt recludendi, ita quòd vsque ad te-

¶ Guarmacieñ. sed Burchardus lib. 17. decret. cap. 57. tribuit concilio Vvormacien. cap. 10. habes cap. 13. eod. tit. in 2. cõpil.

¶ Vide Sylvestrum in summa verbo, homicidiũ 2. q. 19. & Antoniũ Gomezium tom. 3. varia. resolut. cap. 3. num. 32. & 33.

¶ teneatur

¶ Exonieñ.

¶ Cap. 7. eo. titulo 1. compilatione, & post concilium Lateranẽ. sub Alexan. iij. par. 35. cap. 1. Et de materia & intellectu huius illustris decretalis præter Doctores hic vide Iuliũ Clarum in §. homicidii. & Antonium Gomezium tom. 3. varia. resolut. cap. 3. & Couarruuiã in Clement. si furiosus. de homic. par. 2. relectionis. §. 2.

plenius nosti [a], quòd in excessibus singulorum, non solum quantitas [b] & qualitas [c] delicti, sed ætas [d], scientia [e], sexus [f], atque conditio [g] delinquentis sunt attendenda: & non solum secundum prædicta, sed secundum locū & tempus, quo delictum committitur, vnicuique pœnitentia debet indici: cum idem excessus, magis sit in vno quàm in alio puniendus [h].

¶ *Socians homicidam animo occidendi, licet non apponat manum, si tamen ex sua causa mors secuta est, tenetur fere pari pœna cum homicida. hoc dicit vsq; ad §. illi etiā. Abbas Siculus.*

¶ Illi † autem, qui animo occidendi [i], feriendi, aut capiendi illum sanctum & reuerendum virum quondam Cantuarieñ. archiepiscopum, citra manuū iniectionem se fatentur venisse [k]: si de illa captione mors [l] eius secuta fuisset: pari pœnitentia †, vel fere pari existerent puniendi.

¶ *Qui sociat homicidam tantum animo prohibendi, ne impediatur: tenetur paulo minori pœna. hoc dicit vsque ad §. qui vero.*

¶ Illi etiam, qui non vt ferirēt, sed vt percussoribus opem ferrent, si forte per aliorum violentiam impedirentur, paulo minori debent pœna mulctari: quia cum scriptum † sit: Qui potuit [m] hominem liberare à morte, & nō liberauit, eum occidit: constat ab homicidij reatu immunes non esse, qui occisoribus opem [n] contra alios præstare venerunt: nec caret scrupulo [o] societatis occultæ [p], qui manifesto facinori † desinit obuiare.

¶ *Incitans alium ad homicidium, minus punitur quàm homicida: secus autem si incitauit ad certum homicidium: nam eo secuto, tenetur vt homicida. hoc dicit vsque ad §. hi quoque.*

¶ Qui vero se asserunt animū regis inflammasse [q] ad odium, vnde homicidium fuit secutū, dure & aspere, sed non ita seuere sunt puniendi: nisi forte regem ipsum ad illud homicidium suis suggestionibus prouocassent [r].

¶ *Custodientes sarcinas occidentiū, scientes eos esse sicarios, non sunt immunes à pœna homicidij. hoc dicit vsque ad §. eos insuper. Abbas.*

¶ Hi quoque non sunt † à culpa liberi, nec à pœna debent esse immunes, qui licet fuerint illius machinationis ignari, tamen eis, quos sicarios [s] esse sciebant, in sarcinis custodiēdis ministerium [t] præbuerunt.

¶ *Occupans bona occisi, non per hoc tenetur de homicidio: & non sufficit occupanti quòd eroget illa pauperibus, cum poterit restituere eis, quorum constat fuisse. hoc dicit vsque ad §. illis præterea. Abbas.*

¶ Eos insuper, qui dicuntur illius sancti viri, & suorum post mortem eius spolia occupasse: si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, à pœna mortis eius arbitramur esse immunes [u]: sed quæ occuparunt, eis, quorum fuerunt, tenentur in integrū restituere [x], si habent [y] in facultatibus, vnde possint ea reddere: & ipsis ex hoc moderata est pœnitentia iniungenda: quia licet quædam ex his, quæ occupauerunt, fateantur se pauperibus erogasse, non tamen aliena [z], (cum ipsa potuissent eis, quorum fuerint † restituere) debuerunt pauperibus erogare.

¶ *Participantes interfectoribus in excōmunicatione, diuersimode puniuntur, iuxta modum participationis. hoc dicit vsque ad §. clericos. Abbas.*

¶ Illis præterea, qui sola excōmunicatorum participatione se reos esse cognoscunt: considerata temporis mora [a], quo in eadem nequitia perdurarūt, & Inquisito, si eis timore [b] vel

triennium vel quinquennium debeant ab introitu ecclesiarū coerceri. Nota in principio capituli, q; in pœnitentiis imponendis consideranda sunt quantitas & qualitas delicti, ætas, scientia, sexus, atq; conditio delinquentis, locus & tempus, quo delictū committitur. Item dignitas personæ aggrauat vindictam. Item volūtas punitur, licet non processerit ad factum. Item cōsentientes, & agentes, & opem dantes, pari pœna puniuntur. Item de persuasu tenetur quis. Item in debito facultas debitoris cōsiderari debet. Item argumen. de rebus alienis & male acquisitis eleemosynas fieri non posse. Item nō remittitur debitum, sed augetur, si alij soluatur, quod alij ex debito debetur. Item mora tēporis aggrauat peccatum. Item timor attenuat culpā. Item ignorantia excusat participantem cum excōicatis. Item consilio committitur homicidium.

a ¶ *Plenius nosti.*] simile 11. dist. cap. vlt.

b ¶ *Quantitas.*] an sit enorme vel mediocre: adulteriū vel incestus.

c ¶ *Qualitas.*] an sit occultum, an manifestū.

d ¶ *Aetas.*] 15. q. 1. illud relatum peræque. Bernar.

e ¶ *Scientia.*] an sit discretus, vel non sanæ mentis. 3. q. 9. indicas. vel minus discretus.

f ¶ *Sexus.*] 32. q. 6. indignantur.

g ¶ *Conditio.*] 22. q. 5. qui compulsus. & de pœni. distin. 1. cap. aut facta. Hæc quæ hic tanguntur, & alia ex præcise habentur de pœni. dist. 6. cōsideret. & j. de pœni. & remis. is qui.

h ¶ *Puniendus.*] 32. q. 5. qui viderit. s. de hæret. excommunicamus. §. credentes. in fi. & s. de iureiuran. cum quidam. vbi de hoc.

i ¶ *Animo occidendi.*] ex corde enim procedūt homicidia & adulteria. 23. q. 8. occidit. 15. q. 6. cap. 1. ad finem.

k ¶ *Venisse.*] 50. distin. illudeat.

l ¶ *Mors.*] Nota q; voluntas punitur, licet nō processerit ad effectū, & ita propter propositum puniuntur: consenserunt enim cooperando. 17. q. 4. oēs. ideoque puniendi sunt eadem pœna, vt ibi dr.

m ¶ *Qui potuit.*] vnde tenetur si non prohibuit. 83. dist. §. 1. & cap. error. & s. de hæret. cap. 2. aliàs culpa caret, & si prohibere non potuit. ff. de reg. iur. culpa caret.

n ¶ *Opem.*] 23. q. vlt. si quatuor.

o. ¶ *Scrupulo.*] s. de testi. cap. constitutus 2.

p ¶ *Occulta.*] 86. dist. facientis.

q ¶ *Inflammasse.*] de persuasu tenetur quis. ff. ad leg. Aquil. item si obstetrix. 3. 2. 86. distin. tanta. ff. de ser. cor. l. 1. §. vlt.

r ¶ *Prouocassent.*] forte aliàs non facturum; vnde æque tenentur quia dolo ad hoc induxerunt regem, qui aliàs forte non fecisset: vt ff. de dolo. & eleganter.

s ¶ *Sicarios.*] sicarij dicuntur à sica: quod significat ferrum siue cultrum. Insti. de publi. iudi. §. sicarij. & sicarij etiam possunt dici, qui armis vitæ alicuius insidiant. de pœn. dist. 1. c. si qs cū telo. Vnde tenētur lege Corn. de sicarijs. C. ad leg. Corn. de sica. l. 1. Ber.

t ¶ *Ministerium.*] vnde quodam modo consentire videbantur.

u ¶ *Immunes.*] q; a pœna suos tm̄ debet tenere auctores. C. de pœn. sancimus. & s. de his q̄ fi. à ma. par. cap. q̄suit.

x ¶ *Restituere.*] quia nō dimittit peccatū, nisi restituat ablatū, si restitui pōt: vt hic dicit, & 14. q. 6. si res. 12. q. 2. in legibus. de pœ. dist. 5. falsas.

¶ *Glo. seq. alleg. contraria, & soluit.*

y ¶ *Si habēt.*] aliàs inanis est actio. ff. de dol. nā is. & s. de resti. spol. olim vobis 2. sic j. de vsur. cum in. & ff. de furt. itaq; fullo. Arg. cō. 12. q. 2. fraternitas. ff. q. bon. ce. pos. p totum. & C. eod. tit. l. 1. Sol. hoc regulare est, q; si nō habent, nō tenent postea: nā actio non tollitur cū effectu: imo si peruenīat ad pinguiorē fortunā, reddere tenent. s. de solut. Odoardus. ff. de cess. bo. is qui bonis. arg. 16. q. 6. is qui. & j. de sente. excō. quis. in fi. & c. de cætero. in fi. nisi p eo iam sustinuisset pœnas corporales: vt 24. q. 6. si res. arg. 12. q. 2. fraternitas. non enim consurget triplex tribulatio. 23. q. 5. qd ergo. ff. de iniu. vo. l. vlt. & s. de iudi. at si clerici. in fi. Lau.

z ¶ *Non tamen aliena.*] quia non remittitur debitū, sed augetur, si alij soluatur, quod alij ex debito est soluendum. s. de iureiur. cum te. & s. de deci. tua 2. & 1. q. 1. non est putanda. 90. dist. oblationes. 14. q. 5. c. 1. 2. & 3. & cap. eleemosyna. & cap. neq;. & C. de sol. inuito 1. & hoc intellige si illos quorum fuerant, poterant inuenire: aliàs sufficit, immo tenent pauperibus erogare: & nihilominus est talibus pœna imponenda, vt hic dicit, pp peccatum quod ipsi contraxerunt contrectando res alienas inuitis dominis.

a ¶ *Temporis mora.*] quia in hoc magis grauantur, quia longo tpe talibus participauerunt. s. de simo. non satis. & in c. cū in ecclesiæ.

b ¶ *Timore.*] hoc ideo dicit: quia si timore participauerunt, minus punientur, licet in totum non absoluantur: quia potius debebant omnia mala pati, q̄ malo consentire. 32. q. 5. ita ne. sed si essent violenter attracti, absolute non punirētur, vt hic patet, & s. quod met. caus. factis.

a ¶ *Asso-*

a ¶ *Affectione.*] ex hoc magis puniuntur. quædam sunt tñ personæ, quæ sine pœna possunt excommunicatis participare. 11. q. 3. quoniã multos. & j. de senten. excom. inter alia.

b ¶ *Ignoranter.*] in hoc casu non tenentur, si ignorabant illos talia perpetrasse: quia si ignoras illum excõicatum esse, non peccas illi participando, nisi illa ignorantia crassa fuerit & supina. s. de eo qui renun. epi. cap. 1. & j. de cler. excommu. cap. penult.

¶ *Glo. seq. distinguit homicidium voluntarium, casuale, & necessarium, & in secundo & in tertio subdistinguit.*

c ¶ *Consilium.*] Nota ꝙ homicidium † committitur facto, cõsilio, præcepto, & defensione. 50. dist. si quis viduam. & 23 q. vlt. cap. vlt. & j. de cle. pug. in duello. cap. 2. & j. eod. significasti 2. Et sic distingue circa hanc materiã, aut cõmittitur homicidiũ voluntate, aut casu, aut necessitate: Si voluntate, qđ fit tribus modis, facto, præcepto, & consilio, vt cap. prędic. si qs viduam. & lingua siue adhortatione. s. eod. §. q vero. & j. de pœn. qđ in dubiis. & de pœn. distin. 1. periculose. In quocunq; istorũ casuũ quis cõmittit homicidium, non solum non debet ꝓmoueri, sed in perpetuum debet deponi, vt hic dicit. & cap. si quis viduam. & etiã si Paganũ interficiat, irregularis efficitur: † siue Sarracenum. 50. distin. clericum. & ead. dist. de his clericis. & j. eo. cap. penul. & cum tali nunquam dispensatur. 50. dist. miror. & si etiã sit occultũ ministrare in suo ordine non potest, cum oẽs alij possint. s. de temp. ord. cap. vlt. iuxta illud: Non ædificabis mihi templum: quia vir sanguinum es. 2. q. 7. si quis oẽm. Si vero casu committitur homicidium, aut dabat operam rei licitæ, aut non: si dabat operam rei licitæ, & adhibuit diligentiam quam potuit & debuit, in nullo imputatẽ sibi, ac si nõ fecisset. j. eo. ex litteris 2. & cap. significasti 1. & cap. dilectus. 50. dist. si duo fratres. & c. hi qui. in prin. & c. sæpe. ad fi. & j. eo. cap. vlt. nisi scandalum graue esset, vel tanta laboraret ĩfamia, ꝙ purgatio esset indicẽda. j. eo. ex litteris 2. Si vero nõ adhibuit diligentiam quam debuit, imputatur ei ꝑꝑ negligentiam, quæ culpæ annumerari vr in hoc, ita quòd nec promouetur ad ordines superiores, nec vtitur ordine iam suscepto. j. eo. c. proxi. & cap. ad audientiam. nisi cum eo ꝑ dñm Papam fuerit dispensatum. 50. dist. clerico iaciente. & j. po. tua nos. Si vero dabat operam illicitæ rei, siue adhibuit diligentiam, siue non, semꝑ imputatur. 50. dist. clerico. & si qs voluntate. & j. eo. continebatur. & c. dilectus. in fi. & arg. 15. q. 1. c. illud. §. vt itaq; ff. de reg. iuris. culpa est. Si vero necessitate, sub quo continetur qđ primo dixi de defensione, aut necessitas illa fuit euitabilis, aut ineuitabilis: si euitabilis, imputatẽ ita ꝙ ad superiores ordines nõ potest ꝓmoueri: sed in susceptis de misericordia tolerat. 50. dist. de his clericis. Si fuerit ineuitabilis: sine omni dispẽsatione potest in ordine suscepto ministrare. 50. dist. quia te. qđ intelligitur de ineuitabili necessitate: vt puta clericus habebat gladiũ in manu sua ad defensionem Paganorum, Paganus irruit in eũ, ita ꝙ clericus nullo modo potuit euitare, & ille Paganus mortuus est cum gladio, quem clericus tenebat, ꝑter propositum ipsius clerici. arg. j. eo. lator. in quo potest intelligi. s. eo. cap. 2. sed ad superiores non ascendet sine dispensatione, vt dicit Io. sed Hug. dicit ꝯ. arg. j. eo. lator. sed Io. intelligit illam, lator. de dispensatione.

† Pro intelligentia huius §. & gloss. & in verbo, consilium, vide Bernardinum Diaz in pract. crimi. can. cap. 88.

† dictum

† De materia huius glossæ præter Doctores hic vide Couarruuiam in Clement. si furiosus. de homicid. in 2. par. relectionis. §. 2. & 4.

† Cap. 8. eodem in 1. cõpilatione. & post concilium Lateranẽ. par. 26. cap. 7.

Et de intellectu vide Syluestrũ in summa verbo, homicidium, 2. q. 2. & Couarruuiam in Clement. si furiosus. in 2. par. relectionis. §. 4. vers. ad candem partẽ.

affectione[a] communicauerint scienter vel ignorãter[b], est pœnitentia indicenda.

¶ *In isto §. vsque ad finem ponitur pœnitentia clericorum præstantium prædictæ morti auxilium, consilium, vel fauorẽ. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ Clericos † autem, quos constat armatos interfuisse tanto facinori: & illos, qui consiliũ[c] dederunt, vt sanctus † vir caperetur, perpetuo non solum ab altaris ministerio deponendos esse censemus, sed etiam quòd in ecclesijs nullo vnquam tempore lectiones legant, vel respõsoria in choro separatim cantent: sed in psalmis apud Deũ de commisso satagant veniam impetrare: Insuper in districto claustro monachorum, vel canonicorum regularium (si fieri potest) sunt recludendi: ita quòd vsque ad septennium vel quinquennium[d], debeant ab ecclesiarum introitu coerceri.

¶ Idem.

¶ *Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.*

CAP. VII.

PResbyterum †, qui quendam puerum intuitu disciplinæ percussit in capite, cum post paucos dies expirasset[e], tam ab omni altaris ministerio debes[f] perpetuo remouere, quàm ab officio sacerdotali deponere, si ex ipsa percussione interijt, vel aliam infirmitatẽ[g] incurrerit, de qua noscitur expirasse.

¶ Idem Cusentineñ. † archiepiscopo.

¶ *Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ, vel etiam licitæ secundum alium intellectum, si non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit.*

CAP. VIII.

COntinebatur † in litteris tuis, quòd cum diaconus præsentium lator, & quidam alij clerici à vineis ecclesiæ opere consummato redirent, leuiandi laboris gratia, quendam ludum[h] imitati viatorũ, baculos suos studebant iacere in directum, & alter alterius fustem ferire: cuius ludi solet esse conditio, vt qui alterius baculum percuteret, quasi victor pro equo alio vteretur: sed præfati clerici equitandi licentia non vtentes, sola erant iactione † contenti. Quidam autem laicus, dum baculum eiusdem[i] diaconi percussisset, incautus in eum equitaturus insiliit: & sic à falce illius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo post dies octo expirauit.

d ¶ *Quinquennium.*] hæc est amplectenda tanq̃ benignior, in quã omnes conuenerint. ff. de arbi. diem proferre. §. si plures.

P *Resbyterum.*] A sacerdotio deponitur percutiens causa disciplinæ, si modum excedat, & mors inde sequatur. Abbas Siculus.

CASVS. Quidã ꝓsbyter causa disciplinæ ꝑcussit quendam puerũ in capite, q post paucos dies mortuus est: quẽrit qd sit agẽdum de ipso ꝓsbytero? Rñdet Papa, ꝙ ab omni ministerio altaris debet perpetuo remoueri, & ab officio sacerdotali deponi, si ex ꝑcussiõe illa iterijt, vel aliam infirmitatem incurrit vnde mortuus est. Nota ꝙ q fines disciplinę excedit, i culpa est. Itẽ q causam homicidij ꝑstat, & q homicidium cõmittit, æqualiter puniunẽ. Itẽ arg. ꝙ ita puniri debet qui occasionem causæ ꝑstat, sicut & qui causam.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Expirasset.*] & ita excessit fines disciplinæ: vnde in culpa fuit. ff. ad legem Aql. præceptoris. leuis enim castigatio magistris ꝑmissa est. ff. eo. sed & si. §. vlt. & l. seq. & 23. q. 5. c. 8. circa fin. & j. de senten. exc. cũ volũtate. & c. 1. arg. ꝯ. 15. q. 1. si qs non iratus. sed ibi dicit, quãtum ad gratiã innocẽs est, sed non quantũ ad legem promotionis: & ita non ꝯdicit: quia iste quantum ad gratiã innocens erit, quæ voluntatẽ requirit, non opus, vt ibi.

f ¶ *Debes.*] ff. ad leg. Cor. de sica. l. 4. Ber.

¶ *Glo. seq. arg. obijcit & soluit, demum quærit. & soluit.*

† Aliàs, Cusentino. sed videtur scribendũ Consentino. est autem Consentia vrbs apud Plinuũ in Italia.

† Cap. 9. eodẽ in 1. cõpilatione. & post concilium Lateraneñ. sub Alexan. 111. par. 16. cap. 12.

Et pro intellectu vide Couarruuiam & Syluestrum in locis præcedenti cap. citatis, illum enim §. huic vero q. 3.

† iactatione

g ¶ *Aliam infirmitatem.*] vnde mortuus fuerit. 50. dist. studeat. qa occasionem dedit. j. c. de cætero. Et est arg. ꝙ ita punitur q causam causæ ꝑstat, sicut & qui ꝓximam causam ꝑstat j. eo. de cætero. arg. ꝯ. ff. si quadru. paupe. fec. dica. l. vlt. Sed illud locum habet, cũ alias ꝯ naturam mouetur. Sed nunquid si postq̃ conualuit, recidiuauit, tenetur magister? ita: nam semꝑ causa sufficit. de pœn. dist. 1. si qs semel. & j. eo. ad audientiam. saltem propter dubium.

C *Ontinebatur.*] Cõis diuisio: Secunda pars: ibi, *Ideoq.* Abbas.

CASVS. Cum quidã diaconus & alij qdam clerici à vineis suis opere cõpleto redirent, causa leuiãdi laboris, imitati sunt quẽdam ludum viatorũ, projiciendo baculos suos in directũ, vt alter alterius fustem feriret: cuius ludi conditio talis est, vt ille qui ꝑcutit baculum alterius, quasi victor pro equo vtatur alio: sed clerici equitandi licentia non vtentes, sola iactione contenti erant: Quidã laicus superueniens, & ꝑcussit baculũ diaconi ꝑdictũ: ipse statim indiscrete dorsum ipsius diaconi insiliit, & à falce ipsius diaconi, quam ad cingulũ habebat, mortale vulnus accepit, de quo infra octo dies expirauit: post hæc diaconus cum litteris archiepi sui negotiũ continentibus ad Papam accessit: vnde mandat Papa eidem archiepo, quatenus si res ita se habuit, eundem diaconũ sine licentia Romani Pontificis ad superiorem ordinẽ non ascendere, nec in officio diaconatus ministrare ꝑmittat, sed eũ dispẽsatiue ꝑmittat in subdiaconatus officio ministrare. Nota ꝙ clericus cũ laico ludere non debet. Item qui non adhibet diligentiam, quam debet, in culpa est.

h ¶ *Ludum.*] Iste ludus clericis non congruebat: & ideo si ludẽdo fecit, fuit in aliquantula culpa. ff. ad legem Aquil. Nam ludus.

i ¶ *Eiusdem diacon.*] In hoc similiter fuit clericus in culpa, ꝙ ludũ miscuit cũ laico. arg. 2. q. 7. laicos. 22. dist. his igit. in prin. cũ ludus ꝑniciosus nõ debeat esse ipunitus. ff. de fur. in furti actiõe. §. cũ eo.

¶ Ideoque mandamus, quatenus eundem diaconum † sine licentia Romani Pontificis [a] ad superiorem gradum non † ascendere, vel in diaconatus officio nullo vnquam tempore ministrare permittas: sed eum dispensatiue ministrare in subdiaconatus officio patiaris.

¶ Idem Exoñ. episcopo.

¶ *Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa.*

CAP. IX.

LAtor† præsentium P. clericus nobis proposuit, quòd cum quadam die casu, cũ quodam clerico luderet [b], contigit, quòd ille proiecit istum ad terram [c]: cuius cultellus, quem ad latus suum habebat, in alterum incidit, & fortuito casu occubuit vulneratus. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si ita res se habuit, & alia iusta causa non impedit, prædictum P. libere [d] permittas ad sacros ordines promoueri.

¶ Idem abbati sancti Benedicti de Vebia †.

¶ *Is, ex cuius opera illicita sequitur homicidium, irregularis efficitur.*

CAP. X.

SVscepimus† litteras tuas, per quas cognouimus, quòd cum lator præsentium in custodia cuiusdam domus cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipsos in personis affligere, & denudare vestimentis propriis præsumpserũt: in quos isti resumptis viribus insurgentes, ligauerunt [e] illos, & detinere [f] vsque ad notitiam capituli voluerũt: Cum autem iste rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris sui custodia dimisisset, & fures se soluere niterentur, frater illos (ne ipse ab eis interimeretur [g]) occidit. ¶ Verum quoniam expediebat† potius post tunicam relinquere pallium, & rerum substinere iacturam [h], quàm pro conseruandis vilibus rebus & transitoriis tam acriter in alios exardescere, abstineat iste humiliter ab altaris ministerio: & vterque peccatum suum ad arbitrium [i] tuum studeat expiare: Constat enim eos contra mansuetudinem ecclesiasticã, ex vtriusq; [k] ope interemptos.

¶ Idem Luceñ. episcopo.

¶ *Dans causam homicidio, irregularis est.*

CAP. XI.

DE† cætero noueris, quòd diaconus, qui homicidio causam dedisse [l] videtur, non videtur ad sacerdotium promouendus.

---

a ¶ *Romani Pontificis.*] J. cap. proxi. contra. ibi libere promouetur ad ordines superiores; hic nõ, sine licentia Papæ. Et idem casus videtur. Quid ergo sines fecit esse diuersos? Solu. hic dabat operã illicitæ rei ludendo cum laico: qđ non licet. Vel si etiam licitum fuisset, non adhibuit diligentiam quã debuit: quia cum sciret ludi consuetudinem, non remouit falcem à se, vnde fuit in culpa, quare promoueri ad superiores ordines non debet sine licentia Papæ, vt hic dicit, & in c. seq. ludebat cum clerico, & licito ludo: & de illo cultello non sperabatur aliquod mortale, & ille potius ingessit se, proijciendo alium ad terram: & sic nõ fuit in culpa. sic 12. q. 4. inter cætera. in fin. sed ille qui ipsum proiecit, fuit in culpa. arg. ff. si quadr. pau. fe. dica. l. 1. §. cum arietes. Io. vero intelligit seq. cap. similiter de dispẽsatione, & cum eo dispensauit: sed hic reseruauit sibi dispensationem: & non negatur quin cum eo dispensetur, sed ex littera hoc non colligitur. Vel posset dici, q quadã ineuitabili etiam necessitate hoc contigit, quod non impedit promouendum: vt dictum est ĩ. eod. sicut dignum. in penult. notu. sed idem videt in cap. proxi. sed ibi ludebat cum laico, vt dictum est: quod non licet clericis. 10 cap. seq. cũ clerico. Ber.

LAtor.] Communis diuisio: Cõsultatio & responsio: Secunda ibi, *Ideoque*. Abbas Sic. CASVS. Quidã clericus P. nomine, cum quadam die casu cum quodã clerico luderet, contigit, q ille clericus proiecit istum P. ad terram: cuius Petri cultellus, quem ad latus habebat, incidit in illum clericum proijcientem, & occubuit vulneratus: vnde ille P. accessit ad Papam, hæc sibi exponens: mandat Papa epo diœcesano quatenus si est ita, & alia iusta causa non impediat; permittat illum P. ad sacros ordines libere promoueri. Nota q homicidium casu commissum, culpa nõ præcedente, non est imputandum.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

b ¶ *Luderet.*] Licet enim q̃nq; ludere, sicut Isaac. 32. q. 4. recurrat. Lusit etiam Ioseph cum fratribus suis. 22. q. 2. quod autem. & sic ludus iste licitus fuit, & quia cum clerico: vt dixi in proxi. cap.

c ¶ *Proiecit istum ad terram.*] & sic passus est tantum, & nihil fecit illi: vnde huic non est imputandum. De hac materia dictum est ĩ eodem, sicut.

¶ *Glo. seq ponet duas opiniones contrarias.*

d ¶ *Libere*] de iure cõi, vt dicunt quidam, quod satis vr: alij dicũt libere, per dispensationem Papæ, scilicet vt dicitur ĩ. cap. prox. Ber.

SVscepimus.] Homicidium imputatur ei, qui fuit in culpa. hoc dicit. Communis diuisio: Secunda pars: ibi, *Verum*. Abbas.

CASVS. Duo monachi erãt in custodia cuiusdam domus de mãdato abbatis: & dum in custodia essent, quidam latrones de nocte ingredientes ad eos, cœperunt illos in psonis affligere, & vestimẽtis etiam denudare: monachi illi resumptis viribus ligauerunt eos, & illos retinere voluerunt quousque capitulo nuntiarent: dum vnus illorum ad notitiam abbatis rem perferret, dimittens illos in custodia fratris, & cum latrones illi se soluere niterentur, frater ille timens ne occideretur ab illis, illos occidit: Iste qui rem ad notitiã abbatis deferebat, dubitauit q factũ illud sibi imputaretur: ad dñm Papam cum litteris abbatis sui accessit: vnde scribit Papa ipsi abbati dicens, q potius expediebat relinquere tunicam & pallium, & rerum sustinere iacturam, q̃ pro rebus vilibus & transitoriis cõseruandis taliter in aliquos exardescere: vnde iste abstineat à ministerio altaris, & vterq; illorum ad arbitrium abbatis peccatum suum studeat expiare; quia cõstat eos ex studio vtriusque esse interemptos. Nota, q qui licitæ defensionis fines excedit, in culpa est. Item pro amissione rerum temporalium nullus debet homicidium incurrere. Item arg. q pœnitẽtiæ sunt arbitrariæ. Itẽ arg. q ita punitur, qui causam præstat, sicut ipse faciens. Ber.

¶ *Glo seq. distinguit inter clericum & laicum, et signat contrarium.*

e ¶ *Ligauerunt.*] In hoc excesserunt fines licitæ defensionis, cum possent aliter euadere: vnde homicidiũ subsecutum imputatur vtriq;, q̃a licet clericus latronem capere possit, vt res suas recuperet. arg. 14. q. 6. si res & ĩ. de depo. cap. 1. isti tamen ad hoc procedere non debuerũt: cum res suas saluas haberent: clericus vero sua defendendo non debet armis resistere, nec aliquem pp res. interficere. arg. 23. q. 8. c. 1. & cap. conuenior. & arg. 36. dist. si quis vult. Argu. ĩ. ĩ. eod. cap. 2. Laicus vero potest res suas & patriam armis tueri: & præuenire hostem. arg. C. vnde vi. l. 1. & 23. q. 2. Dominus. sed clericus cum armis pugnare non debet etiam contra Sarracenos. ĩ. de vo. ex multa. & 50. dist. clericum qui Paganum. Ber.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

f ¶ *Detinere.*] immo vr q licitum erat occidere, cũ essent nocturni latrones. ĩ. eo. si pfodiens. sed nõ est verũ: vt ff. ad l. Cor. de sic. furẽ.

¶ *Glo. seq. reci. per obiect. & solu.*

g ¶ *Interimeretur.*] quia tutius est ante tempus occurrere, q̃ post causam vulneratam remediũ quærere. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necess. l. vlt. in fin. & C. qñ liceat vnicui. sine iudi. se vin. l. 1. sed hoc non fuit licitum ei: immo potius debuit fugere [3] dum soluere se nitebantur: sicut Dominus fugit in Aegyptum cum ab Herode ad interficiendum quæreretur. 23. q. 3. §. 1. Ber.

h ¶ *Substinere iacturam.*] 23. q. 3. §. 1. Et dicit Apostolus: Nõ vos defendentes, sed date locum iræ. ead. causa. & q. 1. sed magis fraudem patimini. ead. causa. q. ea. nisi bella.

i ¶ *Arbitrium tuum.*] Et ita est arg. q pœnitentiæ arbitrariæ sunt. 26. q. 7. tempora pœnitudinis. Ber.

k ¶ *Vtriusque ope.*] alter facto, iste ope, s. ligando. ĩ. eod. sicut. §. 2. Et ita est arg. q ita punitur qui causam præstat, sicut & ipse faciẽs. arg. ĩ. eod. presbyterum. & j. eod. cap. proxi.

DE cætero.] CASVS. Quidam diaconus pstitit causam homicidio; quæritur vtrum possit ad sacerdotium promoueri? Et r̃ndet q non. Nota, q qui causam damni dat, dãnũ dedisse videtur.

¶ *Glo. seq. arg. & distinguit causam remotam & propinquam.*

l ¶ *Causam dedisse.*] Forte consilio, præcepto vel ope. 50. dist. si qs viduam. & ĩ. eod. sicut. §. 2. & §. vlt. vel suggestione: vt cap. sicut. §. q vero. & ĩ. eo. cap. prox. in fi. Et est arg. q qui causam damni dat, dãnum dedisse videt 50. dist. studeat. & ff. ad leg. Aquil. qui occidit. §. pen. & ff. ad legẽ Cor. de Sica. nihil. & j. de iniur. c. vlt. maxime cũ propinquam

---

a Rationem ducit istam plene tradit C. ... [illegible]

e diacond. in antiquis.

• Dictio, non, deest in antiquis codicibus, eam habent recentiores, sed videtur apposita opor...

† Cap. 10. ...tit. in 1. cõpilatione, & ... cõcilium Lateran. par. 26. cap. 14. Vide Couarruuiã & Syluestrum citatos supra cap. 7. ... & Syluestrum ...q. 4.

† Vebeia. † Nebia.

† Cap. 11. eod. tit. in 1. cõpilatione, & post concilium Lateran. par. 50. cap. 7.

† Et hoc §. colligit ... licere clerico occidere latronem pro rebus ...

3 Vide bene ... Thomã 2. 2. q. 64. art. 4. & Dominicũ Sotum lib. 5 de iust. & iure q. 1. art. 8.

† Cap. 12. eo tit. in 1. cõpilatione. De materia summas & glossas vide ... Syluestrum in summa verbo, homicidium. ...

3 De hoc dubio ... Sotum ... & alios ...

propinquam causam dedit. secus vr in remota. arg. ff. loca. qui domum habebat. in fin. & ǰ. eo. tit. exhibita. Idem vr in remota, si animo nocendi hoc faciat, vel minori diligentia. ǐ. eo. presbyterum in fin. [1] C. ad leg. Corn. de Sica. si quis necandi.

A *D audientiam.*] Communis diuisio: secunda pars: ibi, *Quia vero.* Abbas.

CASVS. Quidā presbyter volens corrigere quendā de familia sua, corrigia, qua cingi solebat, ipsum verberare tētauit: contigit, ꝙ cultellus de vagina, q̄ cingulo adhærebat, elapsus, in dorso aliquantulum eum vulnerauit: postmodum cū ille vulneratus conualuisset à vulnere grauiori infirmitate percussus decessit: q̄situm fuit à Papa, quid de ipso sit agēdū? Rñdet Papa, qa dubitatē vtrū occasione vulneris decesserit, & in dubiis via sit tutior eligenda: pdictus sacerdos in sacris ordinibus non ministret: tñ iniuncta sibi pœnitentia competenti concedi potest eidē, vt minoribus ordinibus sit contentus. Si vero ille ex alia infirmitate decessit, vt prius suum officiū exequatur. Nota, ꝙ qui non adhibet diligentiam, quā debet, imputat ei, licet det operā rei licitæ. Itē in dubiis via tutior eligenda est. Item verbū dispēsationis ius cōe continet.

¶ *Glo. seq. reci. per q. & sol. secundo signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Corrigere quendam de familia.*] quod bene licet leuiter, etiam si sit clericus. ǰ. de senten. excom. volūtate: quia ius emendationis concessæ nemo transgredi debet. C. de emend. propin. l. vnica. in fi. sed iste indiscerte correxit. arg. ǐ. ǐ. eod. lator. iste non adhibuit diligentiam remouendo cultellū: ille non tenebatur ad hoc: quia nec per se aliquid fecit: sed sibi factum fuit.

b ¶ *In dubijs.*] Sic ǐ. de spon. iuuenis. & ǰ. eod. significasti 2. & cap. penult. ǰ. de cler. excom. minist. illud. ergo tene certum, & dimitte incertum. de pœni. dist. 7. si quis positus in fi. ff. de reg. iur. in ambiguis. & in re dubia certa non potest ferri sententia. 11. q. 3. graue. & 30. q. vlt. §. vlt. in eo enim facto, quod finitum est, non est locus coniecturis. ff. de verb. oblig. continuus. §. cū ita. in fin. [2] vnde quandoque propter ambiguum duplicitatis imponitur pœnitentia. ǐ. de his qui fi. occi. cap. vlt.

c ¶ *Vt minoribus.*] dispensatiue tamen. ǐ. eod. continebatur. Ber.

D *ilectus.*] Communis diuisio: Secunda pars: ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Quidā capellanus A. noīe, dum infirmitate corporis grauaret, vt comedendi appetitū excitaret, equum, quē nutrierat, ascēdit: sed cum non bene pareret habenis, pter voluntatem sedentis cœpit saltibus lasciuire: capellanus (vt eius impetū refrænaret) vim intulit fręno, & equū calcaribus stimulauit, & fręno fracto dū curreret festinanter arbitrio pprio, q̄dam mulier infantem portans, veniens ex obliquo, obuiauit: equus in eam ruens, puerum interfecit, pcul abiecto sessore: Capellanus ad Papā accedēs, eidem pdicta exposuit: vnde mandat diœcesano epō, quatenus si est ita, ipsum non impediat, quo minus suū officiū exequat, cum ipse nec voluntate, nec actu homicidium ppetrauit, nec dabat operā illicitę rei, & adhibuit diligentiā, quā debuit adhibere. Nota ꝙ duob' modis cōmittitur homicidiū, actu, scilicet & voluntate. Itē volūtas & ppositum distinguunt maleficia. Item nota distinctionem, an qs det operā rei licitæ, vel illicitæ. Itē si homicidium casu cōmittat, & culpa nō pcedat, nō imputat.

¶ Clemens tertius.

¶ *Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.*

CAP. XII.

AD [†] audientiā Apostolatus nostri peruenit, quòd cum quidam presbyter volens corrigere quēdam de familia [a] sua, cingulo, quo cingi solebat, ipsum verberare tentasset: contigit, quòd cultellus de vagina quæ cingulo adhærebat, elapsus, eum in dorso aliquantulum vulnerauit: Postmodum vero cum ille vulneratus aliquandiu vixisset, & conualuisset à vulnere, alia [†] grauiori (vt dicitur) infirmitate percussus, viam est vniuersæ carnis ingressus. Quia vero vtrum occasione vulneris decessisset, dubium habetur: vestræ discretioni duximus respōdendū, quòd cum in dubiis [b] semitā debeamus eligere tutiorem, vos conuenit iniūgere presbytero memorato, vt in sacris ordinibus non ministret: iniuncta tamen pœnitentia congruenti, sibi poteritis cōcedere, vt minoribus [c] ordinibus sit contentus. Si vero ille ex alia infirmitate obierit, poterit (sicut erat solitus) diuina officia ministrare.

¶ Innocentius iij. episcopo Lingun. [†]

¶ *Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

CAP. XIII.

DIlectus [†] filius A. capellanus proposuit, quòd cum quadam corporis molestia grauaretur, vt comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum, quem nutriebat, ascendit: qui cum bene non pareret habenis, sed præter sessoris arbitrium saltibus lasciuiret, ipse (vt eius refrænaret impetum) fræno [d] vim intulit, equumque calcaribus stimulauit: cumque fracto fræno equus proprio arbitrio relictus curreret festinanter, quædam mulier veniens ex obliquo infantulum baiulans obuiauit: in quam equus irruens (procul abiecto sessore) puerum prædictū oppressit. Ideoq; mandamus, quatenus si est ita: cum idem capellanus nec voluntate [e], nec actu [f], homicidiū perpetrauit: nec dedit operam illicitæ [g] rei: nō impedias, quo minus diuina possit officia celebrare.

¶ Idem Meten. [†] episcopo.

¶ *Summatur vt supra cap. proxi.*

CAP. XIIII.

EX [†] litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd cū H. presbyter fœnum vellet de curru deponere, perticam superius alligatam proiecit in terram: & cum fœno insisteret deponendo, quidam [†] puerum quendā iuxta currum reperit semiuiuum, in quo præter modicum liuoris in fronte, nihil inueniri potuit læsionis. ¶ Nos autem ab eodem quæsiuimus sacerdote, si priusquam iaceret perticam, circunspexisset [h] solicite, an esset aliquis circa currum: qui quòd diligenter circunspexit [†], asseruit: sed quòd vidisset aliquem denegauit. Ad te igitur remittentes eundem: Mandamus, quatenus si res ita se habet, nisi contra eundem graue scandalum [i] sit exortum: vel tanta [k] laboret infamia,

d ¶ *Fræno.*] qđ de leui frāgi nō credebat: alias in culpa esset. arg. ǰ. eo. significasti 1. & ff. ad leg. Aql. idē iuris. §. 1. vel si pp ipentiā suā equ' taliter lasciuisset. Insti. ad leg. Aql. §. ipetu quoq;.

e ¶ *Voluntate.*] & ideo nō imputat: qui voluntas & ppositum distinguūt maleficiū. ff. d fur. q iniuriæ. & ǰ. de sentē. excom. cū voluntate. ad cor enim respicit De'. vt 24. q. 5. si quid inuenisti. & 15. q. 6. cap. 1. ad fin. Tanc.

f ¶ *Nec actu.*] qui tñ solus non sufficit, vt reddat hoiem irregularē, nisi adsit voluntas vel culpa. 50. dist. hi qui. & ǰ. eo. c. proxi. nisi scādalum aliud induceret, vt ibi. in pmouendo tñ secus est, qa solo actu reddit irregularis [3], 15. q. 8. c. vlt. De hac tñ materia dicitur ǐ. eod. sicut.

g ¶ *Nec dedit operā illicitæ rei.*] quod si esset, imputaretur: vt plene dictum est in cap. sicut.

E *X litteris.*] Primo ponitur cōsultatio: Scdo Papę indagatio: ibi, *Nos.* Tertio decisio: ibi, *Ad te.* Abbas Sicul'.

CASVS. Quidā pbyter dum fœnū vellet de curru deponere, pticā, qua fœnū ligabat, piecit in terrā: & dū fœnū in terrā pijceret, quēdā puerum iuxta currū q̄dam inuenit semiuiuū: q modicum liuoris in fronte habebat, & nihil aliud lęsionis: dubitauit sacerdos an hoc esset ei imputādum: accessit ad Papam cum litteris epi sui: Papa quæsiuit ab eo, vtrum circa currū solicite circunspexit priusquam perticā proijceret in terrā, an esset aliquis circa currū: qui dixit, ꝙ diligenter circunspexit: sed neminē vidit: vnde Papa ipsum ad epm suum remisit, mandans, quatenus si est ita, ipsum libere pmittat exequi officium sacerdotis, nisi ꝫ eū graue scandalum sit obortum, vel tanta laboret infamia, quod inde debeat se purgare. Nota ꝙ qui diligentiā adhibet, quam debet, dando operam licitæ rei, si inde homicidium contingat, non imputat. Item scandalum reddit hoiem irregularem, & indicit purgationē, licet veritas aliter se habeat: & sic punitur quis sine culpa.

h ¶ *Circunspexisset.*] & sic diligentiam adhibuit dando operam licitæ rei: vnde non imputatur, vt 50. dist. si duo. Ber.

i ¶ *Graue scandalum.*] Nota ergo ꝙ solum scādalum reddit hominem irregularem, siue punitur innocens propter scandalum. ǐ. de cleri. ægro. tua. & ǐ. de præbend. cum teneamur.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

k ¶ *Vel tanta.*] & ita aliud est infamia, q̄ scandalum, & plus impor-

[1] Ibi nō est causa remota, immo ppinqua & coherēs, vnde idem iuris est. arg. ff. de rei vē. quę religiosi. secūdum Hostiensem Ioan. And.

[a] Cap. 1. eo. tit. in 1. compilat. Et de materia præ alia video Melansurne Marianum Socinū, adde Couarruuiam in Clement. si furiosus. in 2. par. relectionis §. 4. & in 1. par. in eius. nu. 3.

[b] Dictio, alia deest in antiquioribus exēplaribus, & in veteri compilatione.

[†] Lugonen.
[†] Lugdunen.

[†] Cap. 1. eo. tit. in 3. compilat. Vide Couarruuiā in Clement. si furiosus. de homicid. in 2. par. relectionis §. 4. versi. Tertio asi idē cōdu . . . & Martinum Nauarrum in Manuali cōfessariorū cap. 27. nu. de qua specie irregularitatis.

[2] Qui promisit Ephesi dare ex quo ibi peruenit, etiam si eū ploraret sit visus, tamen obligat' est. Ioan. And.

[†] Meten.
[†] daten.

[†] Cap. 1. eo. tit. in 3. compilat. Vide citatos in cap. proxime praecedenti.

[†] Vox, quidam, in plerisque codicibus desiderarur: est tamen in antiquioribus, & veteris cōpilatio docet adesse oportere.

[3] Hunc articulū latius pertractant hic Doctores, quos videto.

[†] circumspexisset

tat graue

tat graue scandalum, q̃ infamia: quia infamia tollitur per purgationem, vt hic, sed vbi graue scandalum est, non indicitur purgatio: vt hic patet. Arg. contra. s. de cohabi. cler. & muli. tua vbi propter scandalum indicitur purgatio. non est contra: quia purgatio ad vtrunque refertur. Ber.

ij ¶ EX litteris.] Diuide vt s. eo. dilectus. Abbas Siculus.

CASVS. Quidã monachus dum deponeret de campanili cãpanã, quoddã lignũ corruit, & quendam puerũ occidit, quæritur quid iuris sit? Rñdet Papa: si monachus rem necessariam & vtilem agebat, & in loco per quẽ non crederet aliquẽ trãsire, vel ibi esse, vel aliquem illuc de consuetudine venire, qñ lignum mouebat; bene poterit ad maiores ordines, præsertim i monasterio promoueri. Nota, q homicidium casuale nõ imputatur alicui, si dat operã rei licitæ, & adhibet diligentiam, quã debet.

a ¶ Si monachus.] sim. j. eo. tua. nã rem necessariam agebat & vtilẽ. j. eo. cap. vlt.

b ¶ Transire non crederet.] Vel si credebat aliquem transire: vel ibi aliquem esse, & ante casum clamauit, caue casue. j. eo. c. vlt. & 50. dist. si duo. & ff. ad l. Aquil. si putator. & Insti. eo. §. si putator. vbi ponitur tenor verborũ, quæ hic sunt. alias imputaretur. 50. dist. n. ſcpe. in princ. quia non adhibuit diligentiam, quam debuit. s. eod. ad audientiam.

c ¶ Præsertim.] idest, maxime: qm alibi posset sine dispensatione: quia sibi imputari non debet: quia fortuitos casus, qui præuideri non possunt, non præuidit. j. eod. c. vlt.

¶ Cap. 3. eo. tit. in 3. compilat. Vide Syluestrum verbo. homicidium. 2. q. 10. & Cosar ... in Clement. si furiosus. in 2. par. selectionis. ¶ 4. vers. Tertio eadem posse ... pata.

¶ Vel, quod dam, deest in antiquis codicibus.

¶ Cap. 4. eo. tit. in 3. compilat. Vide clarius in cap. dilectus. supra eod. tit.

¶ Alias suas mulierem quandã obuiã habuit, quam ex improuiso, &c. sed lectio, quam sequimur, pla...

quòd deficiẽte accusatore oporteat eidem † canonicam purgationem indici, ipsum libere permittas exequi officium sacerdotis.

¶ Idem Bisuntiñ. archiepiscopo.

¶ *Summatur etiam, vt supra eod. dilectus.*

CAP. XV.

ij EX † litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd quidã monachus ad deponendam de campanili campanam subseruiens: quia quoddam † lignum corruit ipso mouente, quendam puerum oppressit, & occidit. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si monachus [a] ipse rem necessariam agebat & vtilem, & in loco, per quem aliquem transire [b] non crederet, vel ibidem existere, vel etiam illuc de consuetudine venire, quãdo lignum mouisse dignoscitur, satis poterit, præsertim [c] in monasterio, ad altiores ordines promoueri.

¶ Idem episcopo Paduano.

¶ *Summatur vt supra eod. dilectus.*

CAP. XVI.

SIgnificasti † nobis, quòd cũ F. clericus equitaret, equus cui insidebat, tam se, quàm ipsum proiecit in aquam: vnde clericus ipsum grauiter calcaribus stimulauit: equus vero cũ existeret bucca durus, præter voluntatem sessoris raptus in cursum, quandam † mulierem, quam obuiã habuit ex improuiso [d] pedibus interfecit. Cumque nos ab eodem clerico fecissemus inquiri, vtrum equi vitium prius sciuisset [e], illud asseruit se ignorasse. ¶ Ideoq; mandamus, quatenus si ita [f] est, ad

SIgnificasti.] Cõis diuisio: Secunda: ibi, Ideoque. Abbas Siculus.

CASVS. Quidã clericus cum equitaret, equus tam se q̃ ipsum proiecit in aquam, pp quod clericus equũ grauiter calcaribus stimulauit: equus vero (cũ esset bucca durus) præter voluntatem sessoris raptus est in cursum, & quandam mulierem, quam obuiam habuit, interfecit: clericus ad Papam accessit: & ipse fecit inquiri ab ipso, vtrum equi vitium prius sciret: & ille asseruit se ignorasse: mandat Papa epõ suo, quatenus si est ita, ad cautelam iniungat ei pœnitentiam competentem: qua peracta, nõ impediat ipsum, quo minus in suscepto ordine ministret, & ad maiores valeat promoueri. Nota, q quis tenetur probare ignorantiam suam. Itẽm quandoq; pœna indicitur ad cautelam.

d ¶ Improuiso.] & sic non affuit occidendi voluntas.

e ¶ Prius sciuisset.] quia si sciret, non fuisset absq; culpa, cum sciret se non sufficere ad eius retentionem. ff. ad leg. Aquil. idem iuris. §. 1. cum affectare quisque non debeat, in quo intelligit vel intelligere debet infirmitatem suam alijs periculosam futuram, vt ibi dicitur. Institu. eod. §. impetu quoque. ver. sed & si. & s. eod. dilectus. argumen. hic enim leuissima culpa facit hominem irregularem 1. s. eod. continebatur.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

¶ Secundum ... Vnde dicebat Goffredus, q. ab ... & ... in ... quando ... fuisset ... cap. vl. Ioan. And.

f ¶ *Si ita est.*] Sed qualiter cõstabit de hoc? Quia forsitã solus erat. ob defectum probationis p iuramentum proprium faciet fidem: quia solum Deum habet vltorem. C. de rebus credi. l. 2. & pcipue cum de conscientia alicuius quæritur, statur iuramento ipsius. s. de senten. excom. si vero 2. & s. de testi. p̃lennium. & s. de excep. pastoralis. & s. qui matri. accu. pos. cum in tua. & 31. q. 2. si verum esse. & præcipue si est bonæ famæ: vt ff. de re mili. nõ oẽs. §. a barbaris. Et sup hoc poterit adiungere compurgatores [a] pp excellentiam ordinis. j. de purga. cano. ex tuarum. quia circa maiora cautius est agendum. 7. q. vlt. c. vlt. & ff. de carbo. edic. l. 1. §. 2. & 42. dist. quiescamus.

cautelam [g] iniungas eidem pœnitentiam competẽtem [h]: qua peracta, non impedias, quo minus in susceptis ministret ordinibus, & ad maiores valeat promoueri.

¶ Idem.

¶ *Non cẽsetur homicida is, quo prohibente, & causam non dante, à consanguineis homicidium committitur.*

CAP. XVII.

PEtrus † diaconus & monachus sancti Ioannis de Puna, sua nobis insinuatione mõstrauit, quòd cum ipsum quõdam in seculari habitu in ecclesia de Rigelo † beneficium obtinentem, abbas illius ecclesiæ eodem beneficio spoliasset: cognati & amici eius irati plurimum & commoti, nocte quadam in domo diaconi conuenerunt, & cœna facta dicebant, quòd vindictam volebant sumere de abbate: Inhibiti autẽ expresse ab eodem diacono, ne abbatem occiderẽt, aut aliquid sibi facerent, vnde ordinis sui discrimen incurreret, & animæ detrimentum: nihilominus irruerunt in eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto: qui post dies aliquot † expirauit: & infra. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si præmissa noueris [i] veritate subnixa, sæpedicto diacono, non solũ in diaconatus officio ministrare, sed etiam ad ordinẽ presbyteratus ascendere (si aliud canonicum non obstiterit) liberam concedas auctoritate Apostolica facultatem: præsertim [k] si super hoc non fuerit respersus infamia: cum ei non debeat impu-

g ¶ *Ad cautelam.*] j. eo. significasti, pp ambiguum duplicitatis. 23. q. 5. excõicatorũ. Sicut ad cautelam qñq; aliqs absoluitur. j. de senten. excom. venerabili. & s. de appel. ad præsentiã. & s. de testi. veniens 2. in fin.

h ¶ *Competentem.*] Arbitrio superioris. Et leuis debet esse, cũ in culpa non fuerit.

PEtrus.] Primo facti narratio: Secundo prouisio. Secunda: ibi, Quocirca. Abbas.

CASVS. Petrus diaconus & monachus, dũ olim esset in habitu seculari, quoddam beneficium obtinens in ecclesia de Rigelo, abbas illius ecclesiæ ipsum eodem beneficio spoliauit: pp qđ amici illius commoti, nocte quadã in domo diaconi conuenerunt: & cœna facta dicebant, q volebãt vindictã sumere de abbate: sed diaconus illis expresse inhibuit, ne abbatem occiderent: aut aliquid facerent, vnde posset periculum sui ordinis incurrere: ipsi nihilominus irruerũt in eũ: & plagis impositis, post aliquot dies expirauit: monachus iste dño Papæ rem per ordinem explicauit: vnde mandat Papa epõ diœcesano quatenus si præmissa vera sunt: diaconus pdictus non solũ in diaconatus officio poterit ministrare, sed etiam ad superiores ordines poterit promoueri: nisi aliud canonicum impediat: psertim si super hoc non fuerit infamatus: cum sibi obesse non debeat quod p̃ prohibitionem ipsius expressam, eo causam vel occasionem nõ donante, fuit ab ipsius consanguineis attentatum. Nota q infamia respersus promoueri non potest. Item non est imputandum alicui quod contra prohibitionem eius expressam actum est: alioquin dolus alterius ei obesset, qui culpabilis non fuisset. Itẽ qui causam vel occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.

¶ *Glo. seq. quærit, & remittit.*

i ¶ *Noueris veritate.*] & qualiter poterit ei de hoc constare? Dic vt dixi s. eo. cap. proxi. & si infamatus esset, se expurget. j. de purg. ca. ex tua. nisi graue scandalũ esset. s. eod. ex litteris. & j. c. pxi. arg.

K ¶ *Præsertim.*] id est, tantum: quia si esset infamatus, debet se purgare, vt dixi.

¶ *Glossa seq. recipit quæstio. quid si non prohibuisset. arg. pro, & contra. & soluit.*

[a] Non ... Hostiensis hoc necessariũ nisi laboret infamia. supra cap. 2. & infra tit. 2. Io. And.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 4. compilat. Vide Cardinalem ... de irregular. cap. de persone ... Clemen. si furiosus. in 2. par. selectionis ... nono ...

¶ Rigelo

¶ aliquos

¶ Et sibi dicit q per iuramentum Putat Hostiensis hoc probari posse p testes. si qui fuerũt prohibitioni presentes: & in defectũ eorũ per illos, quibus prohibitio facta fuit. de testi. cap. fin. Ioan. And.

¶ Contra

tari, quod contra prohibitionem [a] eius expressam, eo causam vel occasionē [b] non dante, ausu sacrilego fuit ab ipsius cōsanguineis attentatum.

¶ Idem abbati sanctæ Trinitatis de Meldemberg. †

¶ Irregularis censetur, qui alium lethaliter percussit, licet ab alijs fuerit extinctus: idē si nō apparet an lethaliter, si etiam percussus ab aliis obijt, & non apparet ex cuius vulnere decesserit: idem est si percusserit non lethaliter, si animum occidendi habuit, & ex aliorū vulneribus pcussus expirauit. hoc dicit notabiliter. Abbas.

CAP. XVIII.

ij SIgnificasti † nobis, quòd cū quidā maleficus ingressus ecclesiam, Eucharistiam cum altarium ornamentis, & libris ecclesiasticis extra ecclesiā asportasset: L. presbyter ecclesiæ canonicus regularis, præfatum iniquitatis filium, fossorio arrepto percussit: sed si ad mortem fuit ictus huiusmodi, tu & ipse penitus ignoratis: quem parochiani ecclesiæ videntes ornamenta ecclesiæ asportantem, arreptis gladijs & fustibus, in eodem loco protinus occiderunt: & infra. ¶ Nos in præmisso casu credimus distinguendū, vtrum constare possit, quòd præfatus sacerdos nō influxit † percussionē lethalem, de qua, si aliorum non fuissent vulnera subsecuta, percussus minime interijsset, & si percussor voluntatem non habuerit [c] occidēdi, neque ipsius studio [d], consilio, vel mandato [e] processerint alij contra illum. ¶ Et quidem si hoc ita se habet, (quod forsan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta tam modica & tam leuis, in ea parte corporis, in qua quis de leui percuti non solet ad mortem, vt peritorum iudicio medicorum talis percussio assereretur non fuisse lethalis) cum de cæteris credendum [f] sit ipsi, qui non accusatur vel denuntiatur ab aliquo, sed per seipsum consilium appetit salutare, post pœnitentiam ad cautelam iniunctam, in sacerdotali poterit officio ministrare: maxime religionis accedente fauore, cùm sit canonicus regularis, & sine omni scandalo possit sacerdotale officium celebrare. ¶ Quòd si discernis [g] nō possit, ex cuius ictu † percussus interijt, in hoc dubio [h] tamquā homicida debet haberi sacerdos: & si forte homicida non sit, à sacerdotali officio abstinere debet: cum in hoc casu cessare sit tutius, quàm temere celebrare: pro eo quòd in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur: & infra. ¶ Si vero (quemadmodum perhibetur) sacerdos iste, prius ab illo percussus sacrilego, mox eum cum ligone in capite repercussit: quamuis vim vi repellere [i], omnes leges & omnia iura permittant: quia tamen id debet fieri cum moderamine † inculpatæ tutelæ [k] non ad sumendam vindictam,

a ¶ *Contra prohibitionem.*] sic ī. de simo. sicut 2. immo etiam si nō prohibuisset: dummodo tamen non dedisset consilium, non tenet. 1. q. 4. quia præsulatus. vbi est similis casus. Nec de voluntate debet aliquis se purgare. Arg. ꝯ in præced. cap. quia præsulatus. ibi: ꝙ absq; sua voluntate. & ī. c. proxi. C. de fide instr. l. vlt. C. de his qui ad ecclesiā cōfu. præsenti. circa princi. quod videt potius consentire: qa si eo audiente, & non ꝯdicēte, & tacente talia dicebant, cōsentire præsumeretur, vnde imputaretur ei. Vin.

b ¶ *Causam vel occasionem.*] non intelligas istud ita large, ne sit ꝯ. 23. q. 5. cum homo. & cap. de occidendis. sed de causa vel occasione propinqua. arg. ī. eod. ad audientiam. & cap. de cætero. quia in veritate propter eum fuit occisus. Ber.

ij S *Ignificasti nobis.*] Illud ca. est multū allegabile, & ita cōiter solet summari: Quo ad legem promotionis cēseatur irregularis & ꝓ homicida, qui vulnerauit, licet non posset sciri an vulnus fuerit lethale, ex quo vulneratus ab alijs obijt. Diuiditur: In prima ponitur consultatio: In secunda responsio distinguens. ibi, *Nos*. Primum membrū ꝓsequit: ibi, *Et quidē*. Secundū: ibi, *Quod si*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam maleficus intrauit ecclesiam, vt ornamenta altaris, & libros ecclesiasticos, & Eucharistiam asportaret: Laurentius presbyter eiusdem ecclesiæ canonicus regularis, accepto ligone maleficum illum percussit, sed si ad mortē fuerit ictus huiusmodi, penitus ignorauit: parochiani illius ecclesiæ videntes illū ornamenta ecclesiæ asportantem: acceptis fustibus & gladijs interfecerunt eundē: presbyter iste de sua salute cogitans, confessus est abbati suo prædicta, vnde abbas domino Papæ supplicauit, vt cū eo misericorditer agere dignaretur: dominus Papa in casu præmisso dicit distinguendū, vtrū constare possit, ꝙ præfatus sacerdos non influxit mortalē percussionem, de qua mortuus non fuisset, si aliorum vulnera non fuissent subsecuta: & si ille percussor voluntatem non habuerit occidendi, nec studio, consilio vel mandato illius processerunt alij ꝯ illum: & si hoc ita est, post pœnitentiam ad cautelam iniunctam, in officio suo poterit ministrare religionis fauore: & sine scandalo sacerdotale officium potest exercere cum regularis existat: cum de his sit ei credendū, q nō accusatur vel denunciatur: sed p seipsum consiliū appetit salutare: ꝙ si discerni non possit ex cuius ictu mortuus fuerit, in hoc dubio tamq̄ homicida debet haberi sacerdos: & si homicida nō sit, à sacerdotali debet officio abstinere: qa i hoc casu tutius est abstinere, q̄ celebrare, pro eo ꝙ in abstinendo nullum, in celebrando vero magnū periculū timeat: Si vero sacerdos prius percussus ab illo malefico vt dicebat, cum ligone illum repercussit in capite: licet vim vi repellere liceat: qa tñ id fieri debuit cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendā vindictā, sed ad repellendam iniuriam: non videt sacerdos ab homicidio excusari, tum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod non solet leuem plagam inferre, cum graue sit: tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu mortaliter quis solet lædi. Nota argum. ꝙ voluntas imputatur in homicidio. Item consilio, mandato, studio committitur homicidiū. Item in pœnitentia cuilibet est credendū: qa non est verisimile, ꝙ aliqs sit immemor suæ salutis. Item pœnitentia iniungit alicui ad cautelam. Item fauore religionis fit, qđ alias non fieret. Item nihil cum scandalo est faciendū. Item in dubijs via certior est tenēda. Item punitur quis sine culpa. Item vim vi repellere licet, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, scilicet cum æquali repulsione. Itē vindicta non est sumēda, sed iniuria propulsanda. Item ratione instrumenti, cū quo qs percutitur, & ratione partis, in qua quis percutitur, iudicatur homicidium.

c ¶ *Habuerit.*] arg. ꝙ voluntas imputatur in homicidio, licet ex suo vulnere mortuus non fuerit. argu. 1. q. 4. qa præsulatus.

d ¶ *Studio.*] id est, suggestione vel adhortatione. ī. eod. sicut. §. q vero eadē. ī. de excel. præla. ex litteris. Ber.

e ¶ *Consilio vel mandato.*] de hoc dictum est ꝯ. eo. sicut.

f ¶ *Credendum sit.*] arg. quòd in iudicio animæ cuilibet est credendum: quia non est verisimile, quòd sit immemor suæ salutis. 1. q. 7. sancimus.

¶ *Glossa sequens alleg. concor. ponit diuersitatem inter legem & canonem.*

g ¶ *Quòd si discerni.*] eandem distinctionem ponit lex. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. sed si plures, vnde hoc sumptum fuit: sed in hoc est diuersitas, quòd si vnus primo percusserit, & alter postea occiderit, primus non tenetur nisi de vulnerato, secundus tenetur tāquam de occiso. ff. eo. huic scripturæ. §. 1. & l. item Mela. §. Celsus. secus secundum canones hic, & 23. q. vlti. cap. vlti.

h ¶ *In hoc dubio.*] in dubiis enim viā debemus eligere tutiorē, vt hic dr, & ī. de reg. iur. c. 2. & ī. eo. c. pe. & ꝯ. eo. ad audiētiā. vbi de hoc.

i ¶ *Vim vi repellere.*] ī. de senten. excomm. si vero. 1. dist. ius naturale. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. vim vi. ff. ad l. Aquil. scientiā. §. q cū aliter.

¶ *Glossa sequens alleg. 4 concor. & litteram exponit. Secundo alleg. 7. contraria. Tertio soluit pro prima parte si tria concurrant. Quarto ponit distinctionem. Ala. & Ioan.*

K ¶ *Moderamine inculpatæ tutelæ.*] C. vnde vi. l. 1. & ī. de sen. excō. vt famę. §. vlt. tñ si defendens ex ꝓposito, non excedat modū, non tenetur. 23. q. 3. non inferenda. & ff. ad l. Aquil. si ex plagis §. tabernarius. nec dicitur excōicatus qui excedendo modum non ex proposito, repercutit clericū. arg. ꝯ. de restit. spo. olim 1. in fi. & ī. de sen. excom. perpendimus. arg. ꝯ ꝙ non liceat vim vi repellere. 46. dist. seditionarios. 23. q. 1. & c. 1. & q. 3. §. 1. & ꝯ. eo. c. suscepimus. & 23. q. 4. inter querelas. & C. de episcop. & cleri. si quis in hoc genus. Ad hoc dicas, ꝙ vim vi repellere licet, vt hic dicit, & in concord. primis. tñ quædam consideranda sunt in repulsione tali: vt incōtinenti fiat, & non ex interuallo. ff. de vi & vi ar. idē est. §. eum igit qui. & ī. de senten. excōica. si vero. Item si causa defensionis, & non vlciscendi: vt ff. ad leg. Aquiliam, scientiam. §. vlti. & 23. q. 1. quid

Marginal notes:

† Mald°.
† Malelcon.
† Malebrost.

† Cap. 2. concer in 4. compilatione. Et de materia & intellectu huius decretalis latissime Couarruuias 1 Clemēt. si furiosus. de homicid. in 2. par. relectionis. §. 2. vers. sed primo hac eadem ratione & Antonius Gomezius to. 3. variar. resolut. cap. 3. de homicidio, nu. 36. adde omnino concilij Trident. sessio. 14. de reformat. cap. 7.

† influxerit

† Præter dictam in isto decretali, vide Iulium Clarum lib. 5. sentent. §. homicidium. vers. Alia etiam est defensio.

† De articulo huius textus & glossæ in verbo, moderamine inculpatæ tutelæ. vide plene per D. Thomam, & ibi Caietanum 2. 2. q. 64. art. 7. & per Sotum lib. 5. de iustit. & iure q. 1. art. 8. & per doctores in l. vt vim. ff. de iust. & iure.

culpatur. & cum moderamine inculpatę tutelæ, tñ si quis modum excedat, & non ex proposito, non tenetur, vt dictum est in prædictis concord. Ala. & Io. distinguunt, an fiat vis personæ, an rebus. Si personæ, tunc anteq̃ sit vis illata, repellenda est: & si aliquis vim factam repellat, potius p̃sumi debeat, q̃ defendendi, non vlciscendi causa hoc fiat, dummodo in ipso negotio fiat. ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. & hoc si primus pcussor denuo volebat pcutere: alioquin si nolebat ipsum repercutere, & alter pcussit, potius dr̃ esse vindicta, quam repulsio iniuriæ, & hoc æquum videt̃. Seruatur enim moderamen, si illud tñ fiat, quo omisso violentia repelli nõ posset. Si ergo violentum interficis, sic q̃ periculũ mortis ab eo vitare non poteris, cum sine pœna interficis. ff. ad leg. Aquil. l. 4. C. ad l. Cor. de sic. l. 1. & 3. arg. 3. eo. c. 1. Si aũt vis infertur rebus, licitũ est repellere illatam vim incontinenti, & inferendam, vel quã citius sciuerit & poterit collectis amicis. ff. de acqui. poss. qd̃ meo. §. vlt. & l. clam possidere. §. q ad nundinas. & 3. de resti. spo. olim. Iniuriã vero iam illatã p̃sonæ ex interuallo repellere non licet: quia sic esset vindicta: & ita intelliguntur contraria hic signata.

† Ipsum

† In codice Barbarinia. Idẽ episcopo Pisano.

sed ad iniuriam propulsandam: non videtur idem sacerdos à pœna homicidij penitus excusari: tum ratione instrumẽti, cũ quo ipse † percussit, quod cum graue sit, non solet leuem plagam inferre: tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu quis lethaliter solet lædi.

¶ Idem †.

¶ *Religiosus chirurgiam exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiam si sit peritus & diligens, & hoc fecerit causa pietatis: sed cum eo post satisfactionem misericorditer dispensari potest. hoc dicit vsque ad §. Ad vltimum.*

CAP. XIX.

TVa† nos duxit fraternitas consulendos: & infra. ¶ Quæsiuisti quid sit de quodã monacho sentiendum, qui credens se quandam mulierem à gutturis tumore curare, vt chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit: & cum tumor aliquantulũ resedisset, ipse mulieri præcepit, ne se vento exponeret vllo modo; ne forte ventus subintrãs gutturis apertionem, sibi causam mortis inferret: sed mulier (eius mandato contempto) dum messes colligeret, vento se exposuit incaute; & sic per apertionem gutturis sanguis multus effluxit, & mulier diem vltimum sic finiuit: vtrum videlicet cum prædictus monachus sit sacerdos, liceat ei sacerdotale officiũ exercere? ¶ Nos igitur fraternitati tuæ respondemus, quòd licet ipse monachus multum † deliquerit alienum officium vsurpando, quod sibi minime congruebat [a]: si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, omnemque studuit, quam debuit, diligentiã [b] adhibere, non est ex eo, quòd per culpã mulieris contra consilium eius accidit, adeo † reprobandus, quòd non post satisfactionem [c] condignam cũ eo misericorditer agi possit, vt diuina valeat celebrare: alioquin [d] † interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

† Cap. 3. eo. tit. in 4. compilatione. De materia & intellectu Martinus Nauarrus in Manuali cõfessariorũ cap. 27. nu. de qua in specie irregularitatis. Sylu. in verbo homicidium. 2. q. 11. & Conus in Clemen. si furiosus. in 2. par. relectionis. §. 4.

TVa nos.] Diuiditur: q̃a duo sunt q̃sita: Secundum: ibi, *Ad vltimum*. & quælibet pars potest subdiuidi in consultationem & r̃nsionẽ, q̃ patent in littera. Abbas.

CASVS. Quidã monachus credens se quãdam mulierẽ à gutturis tumore liberare, tumorem illum aperuit, p̃cipiẽs illi mulieri, ne vento se exponeret vllo modo: ne forte si vẽtus subintraret causã mortis inferret: sed mulier contẽpto eius mandato dum messes colligeret, vento se exposuit incaute: & sic p apertionem gutturis: sanguis mult' effluxit. & sic mulier diem clausit extremum: q̃situm fuit, quid de isto monacho sit agendum? R̃ndet Papa, q̃ licet ipse monachus multũ deliquerit alienũ officium vsurpando qđ sibi non conueniebat; si tñ causa pietatis hoc fecit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, & adhibuit diligentiam, quã debuit: ex eo q̃ p culpam mulieris ɜ illius cõsilium hoc ei contigit, non est repellendus, quin post satisfactionem condignã cum eo misericorditer agi possit, vt valeat celebrare diuina: alioq̃n interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

† Dictio, multũ, deest in manuscriptis exẽplaribus.

AD VLTIMVM. Alia q̃stio facta fuit dño Papæ, & ecclesiæ: Quidã scholaris timens, ne latrones essent in domo, surrexit de lecto, & inuenit ibi furem, q̃ scholarẽ vulnerauit, & recessit: mane facto, scholares q̃sierunt eundem latronẽ, & inuẽtus est vulneratus, & traditus Potestati: corã quo asseruit, q̃ p̃dicta nullatenus perpetrasset: Potestas ad scholarẽ illũ nuntios misit, vt diceret q̃cq̃d sciret de fure illo, vel traderet intersignia: q̃ cultrũ, quem ipsi latroni abstulit, & sotulares, quos ibi dimiserat, nuntiis tradidit: nil ampli' de ipso facto se intromittens: Potestas his receptis latronẽ ipsum apparitoribus suis tradidit puniendũ: qui sibi amputauerũt virilia, & oculos eruerunt: latro ira & dolore cõmotus, nec cibũ sumere voluit, nec potũ, & sic mortuus est: q̃ritur, vtrum scholaris ille possit ad sacros ordines p̃moueri? R̃ndet Papa, q̃ si p̃fatus scholaris alias dignus est, p p̃dictum euentum à sacris ordinibus non est p̃hibendus. Nota, q̃ nullus debet vsurpare officiũ, qđ ad ipsum nõ p̃tinet. Itẽ qui diligẽtiam adhibet in factis suis, licet aliqđ sinistrũ eueniat, ei non est imputandũ. Item q̃ non est in culpa: nõ est ab ordinib' p̃hibẽdus.

a ¶ *Congruebat.*] 3. ne cler. vel mona. cap. 3. & c. sniam sanguinis. vnde in culpa fuit alienũ officium vsurpando. ff. de reg. iur. culpa est.

b ¶ *Diligentiam.*] quia si p imperitiam accidisset, ei imputaretur. Insti. ad leg. Aql. §. imperitia quoq̃. sed euentus mortalitatis non imputatur medico. ff. de offic. p̃si. illicitas. §. sicuti. Prætextu enim humanæ fragilitatis delictũ decipientis in periculo hominis innoxiũ esse nõ debet, vt ibi dicit. simile 3. de ætã & qualita. ad aures.

ADDITIO. Vnde versus:

Non est in medico semper releuetur vt æger.

c ¶ *Post satisfactionem.*] ex hoc patet, q̃ fuit in culpa, & ex eo qđ sequit; misericorditer alienũ officiũ vsurpãdo: & sic q̃nq; imputat̃ alicui aliqđ delictũ: ea tñ q̃ sequuntur ex eo, non imputantur. 15. q. 1. inebriauerũt Loth. Culpa enim mulieris huic imputari nõ debet, q̃ cõtigit ɜ consilium ipsius. sim. 50. dist. sæpe.

d ¶ *Alioquin.*] idest, si nõ erat peritus: & si nõ adhibuisset diligẽtiam, quam debuit: aut ex cupiditate fecit. Ber.

¶ *Glo. seq. obycit. alleg. 4. & soluit dupliciter.*

e ¶ *Nuntiis tradidit.*] Sed vr̃, q̃ iste scholaris potius tacere debuisset. 22. q. 2. ne q̃s. Item nonne dictum eius est occasio mortis illius. 23. q. 5. vnũ solum. in fi. & 3. de exces. præla. ex litteris. Item promouẽdus abstinere debet ab oi eo, p quod possit ad effusionem sanguinis p̃uenire. 50. dist. clericum qui. Item iste quasi testis inductus fuit, qđ non licet clerico in causa sanguinis. 15. q. 1. testimonium. & 3. ne cleri. vel mona. sniam. Ad hoc dico, q̃ non fuit inductus tamq̃ testis, quia nec ad p̃sentiã iudicis accessit, qđ fit in criminalibus. in Auth. de testib. §. qm̃. in fi. colla. 7. Cum ergo iste nec facto, nec p̃cepto, nec consilio, nec defensione, nec lingua, nec adhortatione homicidiũ fecerit, nõ debet ab ordinib' ĩpediri: q̃bus modis homicidiũ cõmittit̃ & imputatur, vt dictũ est. 3. eod. sicut dignũ. & p̃terea iste seipsum occidit.

f ¶ *Tradidit puniendum.*] tamen per illud non fuit cõuictus de furto: non enim eo ipso est fur, qui animo furandi domum intrauit. ff. de fur. vulgaris. §. qui furtum.

¶ *Qui iudici seculari dedit intersignia furis à quo fuit vulneratus, irregularis non est, licet ille postmodum occidatur. Abbas Siculus.*

¶ Ad † vltimum fuit ex parte tua propositum, quòd quidam scholaris metuens, ne latrones in hospitio suo essent, de strato consurgens, reperit ibi furem: qui non solum ipsum scholarẽ prostrauit ad terram, sed pene ad mortem vulnerauit eundẽ: & infra. ¶ Mane itaque scholares latronẽ quæsiuerunt eundem, quem vulneratum inuentum, Potestati Vincentiæ † tradiderunt: coram quo constanter negauit, quòd præmissa minime perpetrauit: vnde præfatus Potestas ad eundem scholarem nuntios destinauit, vt exponeret si qua sciret de fure prædicto, vel traderet intersignia †: qui cultrum, quem ipsi latroni abstulerat, & sotulares ab eodẽ in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat, ne pedũ strepitus audiretur, nuntiis tradidit [e] memoratis, super eodem facto se nihil amplius intromittens. Potestas igitur receptis talibus intersigniis †, latronẽ ipsum apparitoribus suis tradidit puniendum [f]: qui sibi amputauerũt virilia, & oculos eruerunt: Latro vero ira & dolore commotus, nec potum

† In codice Barbarinia: adeo reprobandus, quia post satisfactionẽ condignam cum eo misericorditer agi possit, &c.

† Alias tamen alioqn interdicta est, &c.

† De materia homicidij vide Syluestrũ verbo: homicidiũ. 3. q. 4. & 5. & Couarruuias in Clement. si furiosus. in 1. pa. relectionis §. 1.

† Vicentia

† intersigna

† interfigniis

Sume.] Communis diuisio, consultatio, & responsio: Secunda: ibi, *Nos vero*. Abbas Siculus.

Casus. Quidam monachus Cartusien. ordinis, quandam mulierem asserētem se concepisse ex eo, traxit per zonam quasi ludēs cum ea: ipsa per hoc sic se asseruit esse læsam, quod huiusmodi occasione fecit abortum: propter quod dictus sacerdos de cōsilio quorundam, ab altaris ministerio se suspendit: quæsitum fuit, quid esset de eo agēdum? Rñdet Papa, quod si non erat viuificatus conceptus, poterit ministrare: alioquin debet ab altaris ministerio abstinere. Nota, quod antequam cōceptus sit animatus, non dicitur committi homicidium per abortum.

¶ *Glo. seq. inducit duo similia alleg. in contrariū duo iura. Primum soluit. Secundum remouet.*

a ¶ *Viuificatus.*] sic 32. q. 2. quod vero. & c. Moyses. quod pro vtraque parte potest induci. arg. supra 2. q. 5. consuluisti. & supra eo. si aliquis. c. illud, consuluisti. intelligitur quando puerperium iam erat animatum. & c. Moyses. & cap. illud, si aliquis. supra eo. ibi exponitur istud, & c. quod vero. intelligitur quando nondum habet animā. Similiter distinguit lex. ff. de pœnis, si quis aliquid. §. qui abortionis. tamen licet non teneatur lege canonica, vt hic patet, nec lege Mosaica, tamen tenetur lege Cornelia de sica. ff. ad leg. Corn. de sica. si mulierē. & etiā lege Aquil. vt ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si mulier. De eo qui procurat venena sterilitatis, dictum est supra eo. si aliquis. vbi etiā de hoc.

Postulasti.] Consultatio & risio: Secunda: ibi, *Ad quod*. Abbas Siculus.

sumpsit, nec cibum: & sic de medio est sublatus. Vnde per nostrum oraculū postulas edoceri, vtrum præfatus scholaris ad sacros valeat ordines promoueri? ¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si præfatus scholaris dignis meritis adiuuatur, propter præscriptum euentum, à susceptione sacrorum ordinum nullatenus est arcendus.

¶ Idem Priori & fratribus Cartusien. †

¶ *Qui dat causam abortioni, homicida est, si conceptum erat viuificatum animal rationale: aliàs secus.*

CAP. XX.

Sicut † ex litterarum vestrarum tenore accepimus, cum quidam presbyter vestri ordinis, qui prius fuerat niger monachus, quandam mulierem prægnantem, cum qua contraxerat consuetudinem inhonestam, & quæ asserebat se concepisse ex † eo, per zonam arripuerit quasi ludens, ipsa per hoc sic se asseruit esse læsam, quòd occasione huiusmodi † abortiuit: propter quod idem presbyter proborum virorum visus consilio, seipsum duxit ab altaris ministerio sequestrādū: & infra. ¶ Nos vero deuotioni vestræ insinuatione præsentiū respondemus, quòd si nondum erat viuificatus a conceptus, ministrare poterit: alioquin debet ab altaris officio abstinere.

¶ Idem S. episcopo.

¶ *Non imputatur clerico ciuiliter in*

Casus. Quidā (quia decimas debitas ecclesiis non soluebant) excōicati fuerunt: ipsi excōicatione contempta, decimas soluere nō curabant: quæsiuit eps, vtrum licitum esset illi potestatem regiam implorare, cū ad solutionē ipsarum absque sanguinis effusione vix possent cōpelli? Rñdet Papa, quod si de huiusmodi querimonia simpliciter deponat apud regem, & ipse in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatē, eorum erit duritiæ imputandū. Nota quod si clericus simpliciter conqueratur de laico coram Potestate seculari, si propter inobedientiam ipsius ipsum durius puniat, quam natura querimoniæ requirat, clerico non imputatur. Item gladius est commissus regi ad vindictam malorum, laudem vero bonorum.

b ¶ *Bonorum laudem.*] supra de maio. & obed. solitæ.

¶ *Glossa seq. vocat. per q. & sol. contra quam alle. 4. iura.*

c ¶ *Imputandum.*] Nota, quod clericus potest agere ciuiliter contra laicum coram suo iudice de crimine, ad hoc vt sit in perpetuum carcerem, vel vt puniatur pecuniariter. 23. q. 5. nō vos. ad fin. & argu. supra de Iudæis. ita quorundam. & si iudex secularis per talē querelā durius puniat, quia ille non vult aliter obedire iudici, vt hic dicit, nō imputatur clerico. 23. q. 3. Maximianus. & q. 5. non vos. ad fin. & c. relegātes. ad fin. ff. de bon. lib. l. cum maior. §. 1. versi. si tamen. & arg. ff. de euict. si per imprudentiam. & arg. supra eod. c. qua nos. & absit, vt ea quæ propter bonū facimus, nobis imputentur, si præter voluntatem nostrā cuiquā ma-

lum contingat. 23. q. 5. de occidendis. alioquin Paulus in effusione sanguinis, suum crimen agnosceret, vt ibi dicit, quod nefas esset dicere: vt ibi. Argu. contra. 23. q. 5. cap. 2. & c. vnum solum. in fine. de pœni. dist. 1. periculose. & infra de exces. præla. ex litteris.

Additio. Hodie dicendum est vt habetur in c. 2. eod. tit. lib. 6.

stitiam petenti de laico, si iudex in Lai. cum exercet vindictam sanguinis.

CAP. XXI.

Postulasti †: & infra. ¶ Quæsiuisti præterea, vtrum contra quosdam contempta excōmunicationis sententia debitas ecclesiis decimas subtrahentes, tibi regiā implorare liceat potestatem: cū ad solutionē ipsarū vix absque sanguinis effusione valeant coarctari? Ad † quòd respondemus, quòd si te huiusmodi querimoniam simpliciter deponente, rex (cui ad bonorum laudem b, vindictam vero malorum, gladius est cōmissus) in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatē, eorum erit duritiæ [aut † malitiæ] imputandum c.

¶ Honorius iij. episcopo Eboracen. †

¶ *Homicidium casuale nō imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiā si ad cautelam veniā postulauerit.*

CAP. XXII.

Exhibita † nobis I. clerici cōfessio patefecit, quòd cum in puerili d esset cōstitutus ætate, cum quibusdam coætaneis suis ludens e, & insequens vnū ex illis, lapidem post eum non animo f lædendi, sed timorem incutiēdi proiecit g: qui licet † ex proiecto lapide percussus non fuerit, neque tactus, ad alium tamen lapidem corruens h, & caput offendens, tum propter imperitiam medicātis, tum propter patris incuriam, qui laboribus & sudoribus ipsum exposuit, expirauit. Quia

vt præmittatur protestatio. Abbas.

Exhibita] In prima parte ponitur petitio: In secunda exhibitio: ibi, *Quocirca*. Abbas Siculus.

Casus. Quidā clericus I. noīe, cum esset in puerili ætate cōstitutus, & cū quibusdā aliis pueris luderet, & insequeretur vnū ex illis, lapidem post illū proiecit nō animo lædendi, sed timorem incutiendi: quod lapide proiecto non fuit tactus, sed cadens ad alium lapidem, caput læsit, & tum propter imperitiam medici, tum propter patris incuriam, qui laboribus ipsum exposuit, expirauit: dictus I. veniā postulauit à patre illius, vt mitigaret dolor ipsius: propter quod eps illū à sacris ordinibus repellebat, quamuis pater defunctus laborans in extremis confessus fuerit epo, quod nihil dictus clericus in mortē filij sui cōmisisset: vnde petebat clericus ille à Papa vt cum læsam conscientiam de morte illius nō haberet, cum eo misericorditer agere dignaretur: vnde mandat, quatenus si constiterit ita esse, à sacris ordinibus propter hoc nullatenus repellatur. Nota, quod ætas excusat à delicto. Item si percussus ab alio culpa sua in maiorē infirmitatem inciderit, nō tenetur percussor.

d ¶ *In puerili.*] Vnde beneficio talis ætatis excusatus vr. de conse. dist. 4. eos. & infra de senten. excom. c. 1. quia illa

ætas ignorat, quid videat. C. de fal. mo. l. 1. in fi. ff. quib. & à quibus, pupill.

e ¶ *Ludens.*] quod ei licebat, quia lusit & Isaac, vt dictū est supra eo. lator. & pueris permissum est ludere. 1. q. 1. cap. Spiritus sanctus. §. ecce. quando erat tamen doli capax: quod patet ex eo quod dicitur, non animo lædendi: alias nihil esset: quia talis furioso comparatur. 15. q. 1. illud. & ff. de acquir. poss. l. 1. §. 1. Doli capax dicitur qui est proximus pubertati: vt ff. de reg. iur. pupillum.

f ¶ *Non animo.*] ex hoc probatur quod erat doli capax, nec tamen in culpa propter hoc esse vr, quia nec voluntate, nec actu homicidium perpetrauit. supra eo. dilectus. & c. significasti. 2. quia voluntas in maleficiis spectatur, non exitus. ff. ad leg. Corn. de sica. diuus. & C. eod. tit. l. 1. & infra de senten. excom. cum voluntate. secundum talem legem promotionis vr quod opus potius spectetur, non exitus. 15. q. 1. si quis non iratus.

g ¶ *Timorem incutiendi proiecit.*] In hoc vr culpa: nā ludus noxius in culpa est. ff. de ad leg. Aquil. nā ludus. & arg. supra de præsumpt. c. 2. Vnde versus: *Non lusisse pudet, sed non incidere ludum.*

¶ *Glossa sequens voca. per obiec.*

h ¶ *Corruens.*] ipse puer qui fugiebat propter timorem illius: vnde culpam cōmisisse vr, ex eo quod dedit occasionē: quare damnū dedisse vr, vt ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. penult. supra eo. de cætero. & c. presbyterū. sed excusatur propter imperitiam medicantis. & propter incuriam patris. arg. supra eo. tua. & propter ætatem: quia causa multum fuit remota.

¶ Glossa

Side notes: † Cartusia. † Cartusien. ordinis. in codice Barbatum. † Cap. 4. eo. tit. in 4. cōpilatione. Vide Antonium Gomezium tom. 3. variar. resolut. cap. 3. nu. 32. Albertum Triuium lib. 2. de perfectio clerico, cap. 14. & Couarruuiam in Clement. si furiosus. de homicid. par. 2. relectionis. §. 3. † Aliàs, ab eo. † huius. † Præter Io. anné Ananiā & alios doctores hic vide Syluestrum verbo, homicidium. 1. q. 5. & Couarruuiam in d. Clement. si furiosus. de homicid. in 2. par. relectionis. §. 5. † Aliàs sua Ad quod breuiter respōdemus. Rom. c. 13. † Hæc duo verba: aut malitiæ, desunt in antiquis exemplaribus. † Ebriacen. † Eboracen. † Vide Tabienfem verbo, irregularitas 3. §. 4. Syluestrum verbo, homicidiū. 2. q. 10. & de Imola, Couarruuia in Clemēt. si furiosus. in 2. par. relectionis. §. 4. nu. 6. † eo proiecto, in recētioribus, contra veterum fidem. † De materia huius glossæ vide Tiraquellū tract. de pœnis tēperandis aut remittendis causa. 7.

remordet conscientia, à ministerio altaris abstinere debet.

vero dictus clericus, vt mitigaretur dolor patris defuncti, veniam super hoc postulauit ab ipso, tu eum à sacrorum ordinum susceptione repellis: quamquam idem defuncti pater in extremis laborans, tibi & presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, & præstito firmauerit iuramento, nihil ipsum in morte filij sui (prout sibi constiterat) commisisse: Quare idem clericus postulauit [a] à nobis, vt cum de illius obitu læsam non habeat conscientiam, dignaremur agere misericorditer [b] cum eodem. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si constiterit ita esse, ipsum propter hoc à receptione sacrorum ordinum non repellas.

¶. Idem episcopo & capitulo Veneten.

¶ *Homicidium casuale non imputatur ei qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

CAP. XXIII.

IOannes † sacerdos humili nobis insinuatione monstrauit, quòd cum pulsaret campanas, vt signo [c] dato conueniret populus fidelium ad diuina, cadens tintinnabulum percussit quendam puerum coram eo: qui (cum vulnus esset mortale) decessit. ¶ Nos igitur attendentes, quòd dicto sacerdoti, qui dabat operam rei licitæ [d], nihil potuit imputari si casus omnes fortuitos [e] non præuidit: Discretioni vestræ mandamus, quatenus si constiterit ita esse, dictum sacerdotem, sacerdotale officium exequi permittatis [f].

¶ Idem Pelagio † presbytero.

¶ *Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei catholicæ, si quemquam percussit, & de interfectione ipsum*

CAP. XXIIII.

PEtitio † tua nobis exhibita continebat, quòd cum inimici Dominicæ Crucis, ac blasphemi nominis Christiani, castrum quoddam in quo morabaris, grauiter inuasissent: exeũtibus inde habitatoribus, tam clericis, quàm laicis contra eos, ac † inuicem confligẽtibus, hincinde occisi quàmplurimi extiterunt: Vnde cum pro eo quòd aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse: Mandamus, quatenus si de interfectione cuiusquam in illo conflictu tua conscientia te remordet [g], à ministerio altaris abstineas reuerenter: cum sit consultius in huiusmodi dubio [h] abstinere, quàm temere celebrare.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Idem dicit quod cap. Ioannes. supra eodem, & tantum ponit diuersitatem in facto.*

CAP. XXV.

QVidam † (vt asseris) ad ædificationem Ecclesiæ in adiutoriũ à presbytero euocatus, ruens cum laqueari, quod idem presbyter soluere nitebatur, hac occasione, rebus est humanis exemptus: & infra. ¶ Attendentes igitur, quòd sacerdos ipse dabat operam licitæ rei [i]: studuit etiam, quam debuit diligentiam adhibere: circunstantibus, quibus periculum imminebat, ita tempestiue & alta voce præmonitis [k], quòd & intelligere, & fugere potuerunt: Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd ob hanc causam: vel quia omnes casus fortuitos (qui præuideri non possunt [l]) forsitan non præuidit: non debet quo ad officium, vel beneficium impediri.

¶ *Glo. seq. recitetur per obiectionem.*

a ¶ *Postulauit à nobis.*] Per hoc videbatur culpabilis, sed non est verum: quia hoc fecit ex benignitate & humilitate: vnde episcopus non debuit ipsum propter hoc repellere, maxime cum pater defuncti hoc iurasset, & quia ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cum liceret nobis non impendere, causa tñ dilectionis impendimus. 28. q. 1. iam nunc.

¶ *Glo. seq. arg. & tenet contrarium.*

b ¶ *Misericorditer.*] Argum. quòd hæc decre. contineat dispensationem, sed non credo: nam quicquid facit Ecclesia, totũ est misericordia & veritas: q̃a vbi iustitia obseruatur, misericordia adhibetur. 45. distin. disciplina. quod patet ex rñsione. Ber.

IOannes.] Prima pars narrat factum: Secunda diffinit: ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Sacerdos iste dum pulsaret campanam, vt populus fidelium ad diuina officia conueniret, campana cecidit, & occidit quendam puerum coram ipso: vnde ipse hoc domino Papæ humiliter intimauit: Papa considerans, q̃ dictus sacerdos dabat operam licitæ rei, non debet sibi imputari si casus omnes fortuitos non præuidit: vnde mandat, quatenus si constiterit ita esse, dictus sacerdos libere suum officium exequatur. Nota q̃ de casu fortuito nullus tenetur, cum præuideri non possit.

c ¶ *Signo.*] 1. distin. ius militare. & s. de offi. custo. cap. 1. & 2.

d ¶ *Rei licitæ.*] s. eod. ex litteris. & j. eod. cap. vlti. Ber.

e ¶ *Fortuitos.*] j. eod. cap. vlt. vbi de hoc.

f ¶ *Permittatis.*] de iure cõmuni. Absit enim quòd ea quæ propter bonum facimus, nobis imputentur, si præter voluntatem nostrã alicui quicquam mali contingat. 23. q. 5. de occidendis. Ber.

PEtitio.] Communis diuisio: Secunda: ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Sarraceni inuaserunt quoddam castrum in quo Pelagius presbyter morabatur: tandem Christiani tam laici quàm clerici exiuerunt contra illos: & inuicem confligentes hinc & inde multi occisi sunt vel fuerunt: vnde cum sacerdos iste aliquos percussisset, timebat ne irregularitatem incurrisset: propter hoc exposuit hoc domino Papæ: & ipse mandat eidem, quatenus si de interfectione cuiusquam in illo conflictu ipsum conscientia sua remordet, a ministerio altaris abstineat reuerenter, cum in hoc casu tutius sit abstinere, quàm temere celebrare. Nota, q̃ clerici pugnare non debent etiam contra Sarracenos. Item in dubiis via tutior eligenda est.

g ¶ *Remordet.*] scilicet q̃ aliquem interfeceris: licet enim clerici alios possint hortari ad pugnam in iusto bello ꝫ hostes, quale fuit istud: vt 23. q. vlt. igitur. hortatu. omni timore. vt pridẽ. & q. 2. dñs. & 63. dist. Hadrianus. in propria tñ persona pugnare nõ possunt, vt 23. q. vlti. quicunque. & cap. clerici. & 50. distin. clericum qui. & cap. de his clericis. quia eorum officiũ reddit eos inhabiles ad pugnandum, vt s. de voto. ex multa. ad finem.

h ¶ *In huiusmodi dubio.*] sic s. eo. significasti. & cap. ad audientiã. vbi de hoc. fin. j. de cleri. excom. mi. illud. Et sanctius est in hac vita Domino sub inferiori habitu famulari, q̃ alta indebite appetendo damnabiliter ministrare. 50. dist. de his. in fi. & s. de tempo. ordi. ad aures.

QVidam.] CASVS. Quidã presbyter euocauit quendam in adiutorium ad ædificationem ecclesię: & dum p̃sbyter quoddam lignũ dissolueret, ille homo cum ligno ruit in terram, & mortuus fuit: dubitabatur, an illi presbytero esset hoc imputandũ: significatum fuit hoc dño Papæ: ipse vero considerans, q̃ sacerdos dabat operam licitæ rei, & etiam adhibuit diligentiam, quam debuit adhibere, circunstantibus p̃monitis ita alta voce, q̃ intelligere potuerunt: Rñdet, q̃ propter hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos non præuidit, qui præuideri non possunt, non debet idem quo ad officium vel beneficium impediri. Nota, q̃ casus fortuitos nemo potest prouidere: & ideo ille presbyter non tenetur de homicidio.

i ¶ *Licitæ rei.*] sic s. eod. cap. ex litteris. vbi similis casus ponitur. & s. eod. Ioannes.

k ¶ *Præmonitis.*] dicendo, caue caue. 50. distin. si duo. vnde si socq; ria illius mortuus est, huic q̃ ipsum monuit, non imputatur. 50. dist. sæpe. ad fi.

l ¶ *Præuideri nõ possunt.*] Fortuitos enim casus nullum hominum consilium p̃uidere potest. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. 2. §. si eo tpe. quare nemini sunt imputandi. ff. qui & à quib. ma. li. nõ fi. Iulianus. Casus enim fortuiti nõ imputantur, nisi culpa quis incidat in casum, vel pacto vel mora p̃cedentibus casum. j. de cõmo. cap. vnico. & s. de depo. bona fides. vbi de hoc. quia nemo tenetur diuinare. s. vt eccl. bene. vt nostrum. ff. ad leg. Aquil. si putator. & ff. man. si fideiussor. §. si cũ debitor. & Paulus spiritu Dei plenus diuinare nõ potuit. 22. q. 2. beatus. Ber.

¶ De materia huius glossæ vide omnino S. Thomam & ibi Caietanum 2. 2. q. 40. art. 2. & q. 64. art. 4. vnde intelliges quantum liceat clericos in bello. adde planissime per Tabiesen verbo, irregularitas 3. §. 20.

¶ Vide bonum Thomam super glossa huius cap. quas. & S. Antoninum 3. par. tit. 28. cap. 2. §. 6 Syluestrũ verbo, homicidiũ. 3. q. 6. & Couarruuiã in Clement. si furiosus. in 2. par. relectionis. §. 3.

¶ Vide per alius hic Ioannem de Anania, & citatos supra eod. tit. in cap. ex litteris. [illegible]

¶ Alias. P. presbytero.

¶ Alias. & ita inuicem &c.

¶ Præter Doctores hic et de citatos in cap. ex litteris. il. 2. supra eod. tit.

DE TORNEAMENTIS.

Viso de homicidio in genere & in specie, videndū restat de quibusdam actibus per quos licet quandoque, non semper tamen deuenitur ad homicidium, ideo subijcit hanc rubricam & duas sequentes. Abbas.

De hac materia & de clericis in duello pugnantibus, & de sagittarijs habetur. 2. q. 5. §. sed & libet. vsque ad §. q. & supra in rubrica de homicidio. versi. quid turis.

TITVLVS XIII.

De torneamentis.

Ex concilio Lateran. †

Torneamenta fieri non debent: & vulnerato in eis conceditur pœnitētia: sed si moritur, denegatur ei sepultura ecclesiastica, si accessit animo pugnādi: secus si accessit alia causa, vt puta, vt debita sibi exigeret. hoc dicit cum cap. seq.

CAP. I.

Felicis †memoriæ Innocentij & Eugenij prædecessorum nostrorum vestigijs inhærētes, detestabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto cōuenire solent, & ad ostentationem [a] virium suarum, & audaciæ temere [b] cōgredi, vnde mortes hominum, & animarum pericula sæpe proueniūt [c], fieri prohibemus. Quòd si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamuis ei poscenti pœnitentia non negetur [d], ecclesiastica tamen careat sepultura [e].

Alexander iij. Anateñ. episcopo.

Idem dicit quod in superiori cap.

CAP. II.

Ad †audientiam nostram noueris peruenisse, quòd cum quidam ad locum deputatum torneamentis causa requirēdi debita accessisset: & infra. Nos attendentes, quòd his tantum ecclesiastica sepultura debeat interdici, qui ad torneamenta animo id faciendi [f] tantum accedentes, decedunt ibidem: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd ad prædictum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi credita peruenisset, licet ibi fortuito casu [g] obierit, corpus eius dispēsatione [h] †ecclesiasticæ tradi facias sepulturæ: maxime [i] si Dominicum corpus susceperit, & sacri olei fuerit vnctione perunctus.

Felicis memoriæ.] Primo prohibet: Secūdo pœnam imponit. Secunda: ibi, Quòd si. Abbas Sic.

Casus. Lateranī. cōcilium [a] inhærendo vestigijs Innocentij & Eugenij, phibet detestabiles nundinas illas vel ferias, quæ vulgo torneamenta vocant, in qbus milites ad ostentationem virium suarum conueniunt, vnde mortes & animarum pericula sæpe proueniunt. Quòd si aliquis eorum ibi mortuus fuerit, careat ecclesiastica sepultura: pœnitentia tamē ei non denegaẽ. Nota q aliquid prohibetur pp malum quod inde seq potest. Item nota hic casum vbi maius conceditur, & minus denegatur. Item nota arg. cū aliquo cōicandū viuo, non tamen mortuo.

a [Ostentationem.] secundum leges nō licet aliquid facere ad ostentationem virium: vt ff. de alea. solent [b] aliàs non licet: vt l. seq. nec huiusmodi tenent lege Aquilia. ff. ad. l. Aquil. qua actione. §. si quis.

b [Temere.] Et ideo talis ludus tamq̄ noxius prohibetur hic, & ff. ad leg. Aquil. nā ludus.

c [Proueniunt.] arg. aliquid prohiberi propter consequens. 22. q. 1. in nono. & ĩ. de iureiur. & si Christus. & de conse. dist. 3. peruenit.

d [Non negetur.] nec etiam viaticū. 26. q. 6. si qs de corpore. 50. dist. pœnitētes. qa & per pœnitentiam viaticum intelligit, qđ decedentibus pœnitentibus non negaẽ. ĩ. de pœni. & remis. quod in te.

Gl. seq. inuocat alleg. 7 similia. secundo & tertio soluit contraria.

e [Careat sepultura] simile ĩ. de rap. cap. 2. & sic conceditur qđ est maius, & quod minus est prohibetur. arg. 88. distin. eps gubernationem. ff. de ritu nup. oratione. & 1. q. 1. si qui epi. & 33. q. 2. latorem. C. quando impe. inter pu. & vid. l. vnica. & 80. dist. epi non in castellis. arg. contra. 44. dist. nulli clerico. 13. q. vlt. c. vlt. & ff. de sena. qui indignus. ff. de ser. exportan. cui pacto. 32. q. 7. Apostolus. in fine. 24. q. 1. miramur. & ĩ. de deci. ex parte. Sol. generale est q cui licet maius, & minus: nisi ab illo minore prohibeatur ex causa: ne vilipendatur honor personæ, vt patet per primas cōcordantias. Hic vero alia ratio est, vt potius cōsulatur viuis quàm defunctis, vt alij terreantur & abstineāt à talibus cū viderint illos sepeliri in campis: quia vilis sepultura illis defunctis non nocet [k]. ĩ. de sepul. sacris. 13. q. 2. animæ defunctorū. sic intelligitur. ĩ. de rap. c. 2. ber.

Ad audientiam.] Casus. Quidam causa requirendi quædā debita, accessit ad locum torneamentorum: contigit, q casu de equo cadens mortuus fuit, non in torneamento: sed quia ibi mortuus fuit, denegabatur ei sepultura: quæsitū fuit à Papa, quid iuris esset. Papa vero considerās, q illis tantum qui ad torneamēta animo ludendi accedentes, decedunt ibidem, ecclesiastica sepultura debet interdici, mandat, quatenus si constiterit, q ad prædictum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi credita accessisset, licet ibi casu obierit, non debet carere ecclesiastica sepultura: maxime cum dominicum corpus acceperit, & fuerit oleo sacro perunctus. Nota q voluntas & propositum distinguunt maleficia. Item quæ fortuito casu accidunt, imputari non debent.

f [Animo id faciendi.] Ergo ad animū recurrēdum est: & qa iste mortuus fuerat ad locum torneamenti, denegabatur ei sepultura: & male: quia non ludebat in torneamento, sed casu sub equo mortuus est, nec ex ea causa accesserat, sed alia, vt dicit littera: Volūtas enī & propositum distinguunt maleficium: vt ff. de fur. qui iniuriæ. & ĩ. de sent. excom. cum voluntate. & ad animū recurrendum est. 22. q. 2. is autem. & c. homines. in fin. & ideo non debet ei denegari sepultura, vt dicit in fi.

g [Fortuito casu.] quoniam præuidere non potuit. ĩ. titu. proxi. Ioannes. & cap. vlt. vnde sibi non debet obesse. 23. q. 5. de occidendis.

h [Dispensatione.] Non intelligas, quòd dispensetur cum illo, vt sepeliatur in cœmeterio ecclesiæ, sed ex dispensatione secundū quam ecclesia disponit vt corpora Christianorum sepeliantur in cœmeterijs [l], quoniam olim in campis sepeliebantur [m]. ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus.

i [Maxime.] quia idem est, etiam si hæc duo sacramenta nō recepisset, dummodo pœnitentiam receperit. & iste illa tria percepit: vt patet in integra. Ber.

TITVLVS XIIII.

De clericis pugnantibus in duello.

Alexander tertius.

Clericus iniens duellum, siue obtulerit, siue susceperit, deponendus est: poterit tamen episcopus cum eo dispensare, si mors vel mutilatio membri non sit inde secuta.

CAP. I.

Porro †si clericus alicui spōte duellum obtulerit, vel oblatū susceperit [k]: siue victor, siue victus fuerit, de rigore iuris est merito deponēdus [l]. Sed quantūcunque eius

DE CLERICIS PVGNANTIBUS IN DUELLO.

Visum est supra de torneamentis, vbi plures pugnant: nunc subijcit de duello, vbi duntaxat duo pugnant. Abbas Siculus.

Porro.] Diuiditur, quia in prima ponitur excessus punitio: In secunda dispensatio: ibi, *Sed quantumcunque.* Abbas Siculus.

Casus. Quæsitū fuit à Papa qualiter puniri deberet clericus, qui duellum alicui sponte obtulit, vel suscepit oblatum? Respōdet Papa, quòd siue victor fuerit, siue victus fuerit clericus qui duellum obtulerit vel susceperit, de rigore iuris est deponendus: veruntamen quantumcunq; excesserit, eps suus cum eo poterit dispensare, dummodo ex ipso duello homicidium vel membrorum diminutio non fuerit subsecuta. Nota, q non licet clerico in duello pugnare. Item episcopus cū clerico in duello pugnante dispensare potest. Item arg. q episcopus cum clerico homicida vel membri detruncatore dispensare non potest.

k [Oblatum susceperit.] Nec offerre, nec oblatum suscipere debuit aliquo modo, quia hoc prohibitum est 2. q. 5. monomachiam. & ĩ. de purga. vulg. per totum. sed potius debet omnia mala pati, quàm huic malo vel alij consentire. 32. q. 5. ita ne. quia facere debemus quod fieri debet de iure. 22. q. 2. faciat homo.

l [Deponendus.] quia huiusmodi pugiles homicidæ existunt. ĩ. cap. prox. vnde cum ad hoc accesserit, non potest quis promoueri. 51. distin. si quis post. nec dispensatur [n] cum tali, si mors vel membrorum mutilatio fuerit subsecuta. ĩ. cap. prox. alias potest cum tali epi-

[a] Cōcilium Lateran. sub Alexan. iij. cap. 20. refertur in Panormia lib. 8. tit. 11. cap. 81. siue cap. 142. & cap. 1. eod. tit. in 1. compil.

[b] Vide concilium Trident. sessio. 25. de reformat. cap. 19. & post Doctores hic cō sule S. Thomam, & illius Caietanum 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. arg. ad d. notas in hoc decretal.

[b] Licet pecunia ludere, & sponsione facere virtutis causa: vt hastam vel pilum iaciendo, saliendo, currendo, luctando, aliàs non licet: vt in l. seq. Ioā. And.

[c] Cap. vnico eod. tit. in 2. cōpilatione. Adde etiam notata in praecedenti cap. & in c. 1 supra de corpore viciatis. & notas in hāc decretalem.

[k] Hoc dictū Glossæ indistincte non est verum. Quare vide S. Thom. & Sotū 4. sent. dist. 45. qst. 2. art. 3. quæstiuncula 3.

[l] Aliās, dispensatione, aliās ita, dispensatione ecclesiæ, tradi facias, & cap. & hanc lectionem agnoscit hic Hostiensis, quam etiā habent vetustiores aliquot codicum manuscripti.

[l] Ratione spe. 13. q. 2. cū grauia. Ioan. And.

[m] Cap. 1. eodē tit. in 1. cōpilatione. & post concilium Lateraneñ. sub Alexan. iij. pat. 26. c. 5. & de sortilegio hoc duellorum genere sine quod nouissime sancitū concilio Tridenti. sessio. 25. de reformat. cap. 19.

[n] Ne ciuitas eorum pereunt sepore. C. de relig. l. mortuorū. Ioan. And.

Vide concilio Trident. sessio. 14. de reformat. cap. 7. vbi de dispensatione cum homicida.

in hoc grauis sit & enormis excessus, euadere potest depositionis sententiam, si cum ipso suus episcopus duxerit misericorditer dispensandum: dummodo ex ipso duello homicidium, vel membrorum diminutio non fuerit subsecuta.

Celestinus tertius.

¶ *Irregularis est clericus non solum si ipse interficit per se, sed etiam si pugil ab eo datus aduersarium occidat: nec excusat consuetudo: poterit tamen cum eo circa beneficiũ habendum dispensari.*

CAP. II.

HEnricus† presbyter nobis humiliter intimauit, quòd cum laicum quendam super furto in seculari placito conuenisset: quia testes sui defecerunt, pugilem secundum prauam[a] terræ cõsuetudinem introduxit, qui reum vsque adeo ictibus† vulnerauit, quòd coactus est expirare. ¶ Quia igitur super hoc nos consulere voluisti, ambiguitatem tuam respõsione huiusmodi remouemus: quòd tales pugiles homicidæ[b] veri † existunt: nec prædictus sacerdos, licet nõ ipse, sed alius pro eo in duello pugnauerit, debet in sacris ordinibus ministrare, sicut tradunt sacrorum canonum instituta†. Homicidium autem tam facto[c], quàm præcepto, siue consilio, aut defensione non est dubium perpetrari: poterit tamen cum eo, circa habendum beneficium[d], misericorditer dispensari.

tali episcopus dispensare, vt infra sequitur. Ber.

H*Enricus.*] Prima pars narrat factum: Secunda prouidet: ibi, *Quia igitur.* Abbas Siculus.

Casus. Quidã nomine H. cõuenit quendã sup furto coram seculari iudice: & q̃a intentionẽ suam nõ potuit probare p testes, sm cõsuetudinẽ terræ, pugilem obtulit, q̃ aduersarium adeo vulnerauit, q̃ exinde mortuus fuit: sacerdos ille significauit hoc dño Papæ: & diœcesanus eps consuluit dominũ Papam, quid de eo sit agendum. Rñdet Papa q̃ tales pugiles veri homicidæ sunt: & pdictus sacerdos non debet in sacris ordinibus ministrare: quis non pugnauerit i duello, sed alius p ipso: homicidium enim committit tam facto, q̃ præcepto, consilio, aut defensione: tñ circa beneficium habẽdum cum dicto presbytero poterit dispensari. Nota, q̃ cõsuetudo nõ excusat aliquem à delicto. Item quatuor modis cõmittitur homicidiũ, facto, pcepto, consilio, & defensione. Itẽ nota casum, vbi eps potest dispensare in beneficio, & non in executione ordinis.

a ¶ *Prauam.*] & reprobatam. j. de purga. vulga. per totum. & 2. q. 5. monomachiam. quia Deũ tentare videntur.

b ¶ *Homicidæ.*] Vere quantum ad propositũ vel occasionaliter, vel vere quandoque, vt hic patet: & sententia lata per talem probationẽ non transit in rem iudicatam. j. de purg. vulg. c. 2. Ber.

c ¶ *Facto.*] Istis quatuor modis siue lingua siue adhortatione committitur directum homicidium. De hoc dicitur s. de homi. sicut.

d ¶ *Beneficiũ.*] 50. dist. studeat. 28. dist. presbyterum. scilicet ne cogaẽ in cleri opprobrium mendicare. 93. dist. diaconi. ibi, mẽdicat infelix clericus, & cętera.

† Aliàs Clericum verum.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cõpilatione. Et de materia huius decretalis, & quod non possit dispensari, vide concilium Tridentinum sessio. 21. de reformat. cap. 19.

† Dicto ictibus, decest in antiquioribus Gregorij exemplaribus, & in omnibus vetustis.

† Aliàs, vere, sed in recentioribus.

† Cap. miror. & cap. si quis viuiglium. 50. dist. & cap. qui in aliquo. 51. dist.

DE SAGITTARIIS.

¶ *Continuata est supra de torneamentis. Abbas Siculus.*

A*Rtem.*] Casus. Præcipit Papa sub interminatione anathematis, q̃ nullus debeat exercere aduersus Christianos & catholicos artem illam mortiferã & odibilem ballistariorum & sagittariorum. Nota, quòd cõtra catholicos pugnare non licet: & intellige de bello iniusto, secus de iusto.

e ¶ *Christianos.*] secus de Sarracenis, à ɜrio sensu. & intellige de bello iniusto. arg. s. de iureiur. sicut si cõstiterit 3. quoniã si iustũ esset, licitum esset pugnare. 23. q. 2. dominus. & q. vlt. vt pridem.

¶ *Gl. seq. reci. per q an per hæc verba, & ad affirmatiuã alle. duo iura. Secundo distinguit inter sententiam iuris & hominis. Tertio soluit.*

f ¶ *Sub anathemate.*] Videtur q̃ sit canon latæ sententiæ. argu. 63. dist. Salonitanæ. & j. eo qui fur. ordi. rece. cap. 2. sed secus est. Nam multũ interest, an a lege aliquid phibeaẽ sub anathemate. 30. dist. per totũ, an ab homine, & tunc vẽ q̃ sit excõicatus: vt in c. Salonitanæ. arg. ad hoc. ff. de arbit. Celsus. & l. si cũ dies. §. vlti. ff. de ɜhen. emp. l. si sciens. vt sic mitius agatur cũ lege, q̃ cum ministro legis.

† Idem sentiẽs de aliis infidelibus, & quatenus agit de bello iusto & iniusto quod illud sit, tradit B. Thomas 2. 2. q. quæst. 1. & Alfonsus Castrum lib. 2 cap. 1 de iusta hæresum punitione.

Dicas: q̃ si iudex dicat: pcipio sub pœna excõicationis, siue præcipio sub interminatione excõicationis, siue anathematis, siue sub excõicatione, vt hoc facias, non est excõicatus ptrium faciens, sed excõicandus: & c. illud, Salonitanæ. & s. de loca. c. 1. & j. de eo qui fur. ordi. rece. cap. 1. & omnia consimilia intelligunẽ cum sub conditione excõicatio lata fuit sic: Excõico quẽcũq; furtiue ad ordines accesserit: & tunc ptriũ faciens est excõicatus. De hoc dixi. s. de simo. sicut a. Ber.

TITVLVS XV.

De sagittariis†.

¶ Innocentius tertius†.

¶ *Excõicandus est sagittarius & ballistarius contra Christianos. hoc dicit.*

CAP. I.

ARtem † illam mortiferam & odibilem ballistariorum & sagittariorũ aduersus Christianos[e] & catholicos exerceri decætero sub anathemate[f] prohibemus.

TITVLVS XVI.

De adulterijs, & stupro.

¶ In Exodo†.

¶ *Stuprans virginem, tenetur eam dotare, & ducere in vxorem: & si non vult cum ea contrahere, vltra dotem corporaliter castigabitur. hoc dicit cũ cap. sequenti.*

CAP. I.

SI seduxerit quis virginem, nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit[g] eam, & habebit vxorem[h]. Si vero pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta[i] modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt.

¶ Gregorius† Sipon. episcopo.

¶ *Summatũ est supra cap. proximo.*

CAP. II.

PEruenit ad nos, quòd Fe-

DE ADVLTERIJS, & stupro.

¶ *Supra visum est de homicidio, & de quibusdã artibus, ex quibus prouenit homicidium quandoque, sed quia secundũ ordinem decalogi, id est, legis antiquæ continentis decem præcepta, post homicidium sequitur adulteriũ seu mœchia, vt patet ibi, non occides, non mœchaberis: ideo post homicidiũ sumitur hic de adulterio: sed quia nomine mœchia omnis illicitus coitus censetur, ideo subijcit de stupro. 32. q. 4. meretrices.*

De hac materia habetur 36. q. 1. cap. 2. & §. cum ergo.

S*I seduxerit.*] Hoc ca. & seq. ponũt pœnã stuprãtis virginem. Abbas.

Casus. Legiẽ in Exodo, q̃ si quis virginem seduxerit nondum desponsatã, & dormierit cum illa, dotabit eam, & habebit in vxorẽ: Si vero pater puellæ eam sibi dare noluerit, dabit ei pecuniam sm modũ dotis, quam virgines recipere consueuerunt. Nota hic pœnam stupri sm antiqua tẽpora.

g ¶ *Dotabit eam.*] id est, donationem pp nuptias assignabit ei. Vel propriè ponimus, quia dabit pecuniam mulieri, quam retinebit sibi pro dote: qđ fieri potest. ff. de dona. inter vi. & vxo. si quis vxori. C. de do. cau. nõ un. l. 2. & si cum ea non contrahat, nihilominus habebit illam pecuniam, vt sequitur in littera: Si vero ante matrimonium donet ei, tenebit donatio. ff. de public. in rem act. cum sponsus. si in tempus matrimonii porrigatur donatio, non tenet. C. de donat. inter vir & vxor. quod sponsæ. s. eo. c. vlti. vbi de hoc.

h ¶ *Vxorem.*] si pater eam dare sibi voluerit, & ipsa in eum consensit, & etiam si ipse eam accipere voluerit: alias punietur. infra capitu. proxi.

i ¶ *Iuxta modum.*] qui æstimabiẽ iuxta facultates illius, & dignitatẽ puellæ. C. de epis. audi. l. penul. C. de rei vxo. act. Auth. sed q̃uis & ff. de iure do. siue generalis. 35. q. 5. nullũ. hæc olim fuit pœna in Exodo. hodie alia secundum leges, vt not. j. c. proxi.

P*Eruenit.*] Casus. Quidam Felix nomine, decepit quandã virginem stupro: quæritur, qualiter sit puniẽdus? Rñdet Papa: Si verum est, secundum legem deberet puniri: tamen aliquantulũ temperat pœnam legis, statuens, vt aut illam in vxorem accipiat: aut si noluerit, corporaliter castigatus, & communione sacramentorum priuatus, in monasterio detrudatur ad pœnitentiam peragẽdam: nec inde recedat sine licentia. Nota, q̃ pœnæ restringẽdæ sunt, non ampliandæ. Item mitius agit canon quàm lex. Item nota hic

a De hoc articulo vide hic p aliqs latissime Ioannem Annaniam.

† Sagittarijs & Ballistarijs, in ordine Barbosæ.

† Secundum in veteri cõpilatione.

† Cap. vnico eod. tit. in 1. cõpilatione.

† Exodi cap. 22. & cap. 1. eo. tit. in 1. compilatione loo par. 16. cap. 292. & cap. 295. Vide B. Thomam. 2. 2. q. 154. art. 6. & Iulium Clarum lib. 5. sent. § stuprum. & de Inmidicta Ferdinandũ Vasquium lib. 1. cap. 7. controuer. vsufrequentium. & citatos in c. seq.

† Gregorius Sipontino epo lib. 2. registri epistola 41. cap. 8. indict. 11. & cap. 2. eo. tit. in 1. compilatione. Vide Bernardinum Diaz in pract. crim. cann. cap. 77. & Couarruuiã lib. 4. decretalium par. 2 cap. 6. §. 8 nu. 15.

1 Obseruandum est qđ adnotauit Bernardus Papiensis in c. 1. de cõmodato. in 1. cõpilatione, dicens se mirari ex textu Pentateuchi addidisse. nõ vt obseruaretur, sed vt intelligeremus, quid de hoc esset veteri lege statutũ. sed forassis voluit Raymundus, vt hic obseruet glossa.

nota hic pœnam canonicam pro stupro impositam, scilicet in monasterio detrusionem.

a ¶ *Plectendus*] scilicet vt relegetur, vel si vilis persona fuerit, verberetur. Insti. de pub. iudi. §. 2. si autem per vim hoc fecerit, capite plectetur. Insti eo. § in autem.

† Vide B. Thom. 2. 2. q. 154. art. 6. vbi late de hoc.

b ¶ *Stuprauit.*] Stuprū proprie committitur in virgine. 36. q. 1. §. 2.

c ¶ *Vxorem habeat.*] si ipsa & pater voluerit. s. c. proxi. Ber.

d ¶ *Castigatus.*] secūdū qd visum fuerit iudici: aliter s̄m leges, vt dictum est.

e ¶ *Excõicatusque.*] quo ad cōionē sacramētorū, quousq; visum fuerit superiori. finaliter tñ non compelletur eam recipere, sed quia illam decepit, ad tempos punietur.

† monasterium

† præceptio

S *I vir.*] Distinguitur. Secundum membrū: ibi, *Quòd si mulier.* Abbas Siculus.

† Alias, Arelaten. Vide cap. 3. eod. tit. in 1. compilatione, & no. tis huius capitis.

Casvs. Dicit in isto cap. q̄ si vir scit vxorē suā deliquisse, quæ nō egit pœnitētiā, sed p̄manet in fornicatione, & tenuerit cū illa, reus erit peccati illius: Si vero mulier pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum reuerti: q̄ eā pp peccatum suum dimiserat, debet eam recipere, sed non sæpe. Nota, q̄ qui vxorē p̄priam adulteram detinet, seipsum adulterū reddit. Item nota arg. delicta sæpius cōmissa grauius punienda.

† Burchardus lib. 16. decret. cap. vltimo, citā tribuit concilio Parisien. cap. 3. quod non- dū inueni, refert cap. 3. eod. tit. in 1. compilatione.

f ¶ *Deliquisse.*] adulterando cum alio.

¶ *Gl. seq. obycit & soluit. & ar. q̄ crimen lenocinij contrahitur.*

g ¶ *Reus erit.*] 32. q. 1. si quis vxorem. quia patronus est turpitudinis: q̄ crimen celat vxoris. 32. q. 1. c. 1. ẽ. de iureiur. quemadmodum. & C. de adul. l. 2. Vel crimē lenocinij cōmittit: & nisi denuntiet eā ad pœnitentiam, mortaliter peccat. 2. q. 1. si peccauerit. & ĩ. de iureiur. quemadmodum.

Vide Antonium Gomezium & Palaciū Rubeum super lege Tauri. 80. incip. El marido.

...lix quandam virginem stupro decepit: quod si verū est, quamuis esset de lege pœna plectendus [a], nos aliquatenus legis duritiam mollientes, hoc modo disponimus: Vt aut quam stuprauit [b] vxorem habeat [c], aut si renuendum putauerit, corporaliter castigatus [d], excommunicatusque [e], in monasterio †, in quo agat pœnitentiā, retrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine præceptione † licentia.

¶ Ex concilio Arelateñ. †

¶ *Maritus retinens adulteram coniugem non peracta pœnitentia, particeps est delicti: secus si egit pœnitentiam: non tamen debet eam sæpe recipere.*

CAP. III.

SI vir sciens vxorem suā deliquisse [f], quæ non egerit pœnitentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit [g], & eius peccati particeps. Quòd si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virū suum reuerti, debet [h], sed non sæpe [i] recipere peccatricē.

¶ Ex concilio Parisieñ. †

¶ *Maritus propter suspicionem potest accusare vxorem de adulterio, & in accusando præfertur cæteris.*

CAP. IIII.

MAritis etiam ex suspicione [k] vxores accusare permissum est: & ipsi plus cæteris [l] de adulterio & accusare possunt, & defendere.

¶ Alexander tertius.

¶ *Ad solam mulieris confessionem, asserentis se commisisse adulterium cū sacerdote, nō debet sacerdos puniri, sed sibi infamato potest indici purgatio: quam si præstiterit, absoluitur; deficiens vero suspenditur ab officio.*

CAP. V.

SIgnificasti † nobis quendam presbyterum cum alterius coniuge infra ecclesiā dormiuisse, quæ se & illum cuidam sacerdoti huiusmodi delictum confessos fuisse, publice tibi detexit: & hoc ipsum idem sacerdos nomen adulteri celans [m], in præsentia tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cum negante adultero mulier in confessione persistat, consilium requisisti. ¶ Ideoque mandamus, quatenus condignam pœnitentiam præfatæ imponens [n] adulteræ, ecclesiam per aspersionem aquæ benedictæ recōciliare [o] procures: Prædicto autem sacerdoti, ne (contra Apostolum) infirmorum corda mala fama ipsius percutiantur, & & ne vituperetur [p] ministeriū nostrum, neque securiores presbyteri existentes, in peccatum licentius prolabantur, cum vicinis quinque presbyteris, quos se nolle peierare cognoueris, juxta arbitrium [q] tuum purgationem indicas: quem, si purgare se poterit, in officio suo ministrare permittas: alioquin [r] ab officio suo ipsum suspendere non postponas.

¶ Innocentius tertius Turoñ. † archiepiscopo.

¶ *Coniux coniugem de adulterio impetere non potest, si & ipse adulteriū commisisse conuincatur.*

q̄d dicit, plus cæteris, q̄a maritus īfra xl. dies potest accusare vxorem iure mariti sine metu calumniæ, postea vero non, nisi iure extranei. C. de adul. iure mariti. sed hoc hodie non videtur habere locum. ẽ. de procu. tuæ.

S *Ignificasti.*] Sacerdoti de adulterio infamato indicit̃ purgatio: quam si præstiterit, in officio dimittitur, alias ab ipso suspenditur. sic cōiter summatur. Sed ista summatio non cōtinet in se dubitationē. Secunda pars: ibi, *Ideoque.* Abbas.

Casvs. Quidā presbyter infra ecclesiam dormiuit cū quadam coniugata: tandē tam mulier, q̄ presbyter ille confessi fuerūt huiusmodi peccatū cuidā sacerdoti, q̄ postmodū publice hoc detexit epō diœcesano: & hoc ipsum idē sacerdos in p̄sentia epi dixit, nomē adulteri celās: sed sacerdos ille hoc negabat, muliere ī sua cōfessione p̄seuerāte: quæsiuit eps, quid super isto negotio fieri debeat: & mandat Papa, quatenus condignam pœnitentiam mulieri iniūgat, & ecclesiam p̄ aspersionē aquæ benedictæ recōciliare procuret: & q̄a presbyter ille sup hoc non famatus, sed infamatus erat, ei purgationem indicat, s̄m qd̄ sibi visum fuerit cum vicinis presbyteris, de q̄bus non sit verisimile q̄ debeant peierare, ne populus in eo scandalū patiatur, & ne alij ad similia prolabantur: si autē se purgare non poterit, ab officio suo suspēdat eundē. Nota, q̄ confessio vnius sup eodem crimine, alteri non nocet, quāuis illa sint cōnexa, sed purgatio debet indici pp infamiā inde ortā. Item ad dictum vnius, licet alter hoc neget, ecclesia debet recōciliari. Item purgationes arbitrariæ sunt. Item deficiens in purgatione punitur.

† Cap. 6 eo. tit. in 1. cōpilatione. & post concilium Lateran. par. 50. cap. 11. Et de materia plene agit Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 73. & Paulus Grillus tract. de pœnis omnitariam. contus q. 9.

1. Cor. 8. & 2. 6. 6.

† Tullen. episcopo.

h ¶ *Debet.*] debito honestatis, & nō necessitatis, q̄a etiā post pœnitentiam posset eam accusare de adulterio. 33. q. 2. admonere.

i ¶ *Sed non sæpe.*] immo vr̄ q̄ non solum semel, sed septuagies septies. de pœnit. dist. 3. adhuc instant. ĩ. de iureiu. quemadmodū. ad fi. quare ergo dicit; sed non sæpe? Dico q̄ si mulier delinquat sæpius, maritus semper potest ei parcere si vult, & eā post pœnitētiā recipere s̄m Euangelicam doctrinā, sed ecclesia nō intercedet pro ea, ex quo aliquotiēs ei pepercit: & ideo dicit hic, nō sæpe, ne ecclesia videat̃ ei dare licentiā peccandi: & ad terrorem dr̄ etiam hoc. Item arg. delicta sæpius commissa grauius puniri. C. de epi. audi. l. 3. & ff. de re milit. l. 3. §. si tyronibus. & ff. de pœnis. l. aut damnum. §. quisquis. 25. q. 2. ita nos. & arg. 35. q. 3. extraordinaria.

M *Aritis.*] Casvs. Dicit hic, q̄ maritus ex sola suspicione accusare potest vxorē de adulterio, & plus ceteris de adulterio accusare & defendere potest. Nota, q̄ maritus p̄fertur aliis in accusatione adulterij ꝯ̈ vxorem. Item crimen adulterij est publicum.

† Vide Alciatū post Bartol. in l. 2. §. fin. ff. eod. & Panormitanū in cex literis supra de præsumpon.

k ¶ *Ex suspicione.*] violēta: scilicet. 32. q. 1. dixit Dñs. ex temeraria enim non licet: de qua intelligitur. 2. q. 1. primo semper.

l ¶ *Plus cæteris.*] 32. q. 1. apud misericordē. §. publico. Vel intellige

m ¶ *Celans.*] & bene. ĩ. de of. ordi. si sacerdos 3. & ff. de quæstio. l. 1. §. qui quæstionem.

† Et infra de pœn. omnis. de cessi. penia. diletus. in an. And.

¶ *Glossa sequens arg. & signat contrarium.*

n ¶ *Præfata imponens.*] arg. q̄ licet aliqua duo sint cōnexa, q̄uis cōstet de vno, nō tñ de alijs. 2. q. 5. interrogatū. ff. ad leg. Iul. de adult. denūtiasse. §. q̄rit. & ff. de libe. can. duobus. & l. liberis. §. si duo. arg. contra. ĩ. de offic. delega. præterea. & cap. prudentiā. ad fin. Ber.

o ¶ *Reconciliare.*] Quis debeat reconciliare ecclesiam & qualiter, dicitur ĩ. de conse. eccl. vel alta. aqua.

p ¶ *Ne vituperetur.*] sic 2. q. 5. si mala fama.

¶ *Glossa sequens obycit & soluit.*

q ¶ *Iuxta arbitrium.*] & sic huiusmodi compurgationes arbitrariæ sunt. 2. q. 5. omnibus vobis. & ĩ. de purga. can. ex tuarū. Sed quare compellit iste ad purgationem pp confessionem mulieris, ꝯ̈ illud. C. de adult. & si crimine. cum no infamet apud bonos: nam leues sunt q̄ mala credunt, q̄ probari non possunt. 11. q. 3. in cunctis. Di cas, q̄ iste infamatus erat de muliere illa, aliàs non indiceret̃ illi purgatio propter dictum illius, quia etiam dicta paucorum non infamant. ĩ. de accusa. inquisitionis. ad fi. Lau.

r ¶ *Alioquin.*] Nota deficientem in purgatione puniri. ĩ. de simo

de hoc

de hoc.& c. insinuatum.& j.de purga.cano.cum P.

I *Ntelleximus.*] Mulier petens restitutionem mariti, repellitur p exceptionem adulterij manifesti:nisi & ipse vir adulteratus fuerit,& probetur.hoc dicit.Diuiditur.Primo facti narratio: Secundo iudicis datio: ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidā S. nomine vxorem suam nomine Elizabeth à se remouit: illa cū alio adulterium cōmisit:dioecesanus epūs hoc audiens, eam & adulterū excōicauit: quæ tandē adultero abiurato absolutione recepta virū suū sibi restitui postulauit: ille obiecit sibi adulterium, & q ab eo spōte recesserat.& ideo restitutionem petere nō valebat: quod mulier negans replicauit, q & ipse fuerat fornicatus: ad hæc probanda testes fuerunt inducti: & vir testes induxit ad reprobādos testes mulieris, p quos adulterium viri probare volebat:quæsitum fuit à Papa quid in hoc negotio sit agēdū: mandat Papa dioecesano epō, quatenus ipsum recipere cōpellat eandem,nisi constiterit mulierem prædictam adulterā esse, vel p euidentiam rei,vel p cōfessionem mulieris, cessante etiam probatione adulterij, qd vir dr commisisse: Si autē de fornicatione constiterit mulieris,cum cōstet virum adulterium cōmisisse,& paria delicta mutua compensatione tollant,nihilominus cōpellat eundē,vt eam recipiat, & maritali affectu pertractet: nisi testes mulieris p quos viri adulterium est probatum, fuerint reprobati: alioquin mulieri silentium imponat. Nota hic q ꝯ exceptionem doli dať doli replicatio.Itē aliquid dr constare rei euidentia, vel confessione legitima. Item confessioni mulieri statur, cum agiť ad tori separationem. Item ius matrimonij in vtroque scilicet viro & muliere pari modo cōsistit. Item compensatio admittitur in criminibus, quia paria delicta, & cetera.

[a] Cap. 2. eo. tit in 3. cōpilatione. Et præter Ioannē Andream hic, vide Couarruuiam in epytome lib. 4 decretalium par. 2. cap. 7. §. 1.

CAP. VI.

INtelleximus†, quòd cum S. laicus H. vxorem suam à maritali consortio depulisset, dioecesanus eorum audiens eandē cum quodam adultero fornicari, eam & illum vinculo excōmunicationis astrinxit: quæ tandem adulterum abiurans, absolutione recepta, corā episcopo memorato, prædictū virū sibi restitui postulauit: at ille, obiiciens ei adulteriū, & quòd ab ipso non expulsa, sed spontanea[a] recessisset, restitutionē sui proposuit minime faciendam: quod mulier inficians, replicauit in ipsum, quòd fuerat fornicatus[b]: & infra. ¶ Quocirca mādamus, quatenus (nisi tibi constiterit, vel per euidentiam[c] rei, vel per confessionē[d] legitimam mulieris, quòd adulterata sponte† fuisset) adulterij etiam quod vir dicitur commisisse, probatione cessante[e], ipsum recipere compellas eandē. Quòd si prædicto modo de mulieris fornicatione constiterit, (nisi testes, per quos viri adulterium est probatum, fuerint reprobati, cum matrimonij ius in vtroque læsum† consistat, & paria delicta mutua compēsatione[f] tollantur) nihilominus eum cogas, vt eam recipiat, & maritali affectione pertractet: alioquin[g] mulieri silentiū imponere non postponas.

† Dicti o. sponte, desūt in nonnullis codicibus Vaticanis, & in plerisque alijs.

† Dictio, læsum, deest in nonnullis exemplaribus Vaticanis, & in multis alijs.

¶ Idem episcopo Ambianeñ†.

† Ambiañ.

¶ *Non debet separari matrimoniū, quo ad torū, propter adulteriū, quādo ambo coniuges fuerunt adulterati.*

CAP. VII.

C*asvs.* Quanto amplius Christiani compescuntur ab exactione vsurarum, tãto grauius Iudæi super his Christianos infestant, grauiores & immoderatas extorquendo ab eis vsuras: vnde statuit concilium generale, vt decætero si Iudæi quacũque occasione graues & immoderatas à Christianis vsuras extorserint, Christianorum eis participiũ subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint: & si opus fuerit, Christiani per censuram ecclesiasticam compellãtur ab eorum commerciis abstinere. Præcipit insuper concilium Principibus, vt propter hoc non sint Christianis infesti, sed Iudæos compescant à tanto grauamine. in fine dicit, q̀ eadẽ pœna compellantur Iudæi ad satisfaciendum ecclesiis, pro decimis & oblationibus, quas à Christianis d̃ domibus & possessionibus aliis percipere consueuerũt, antequam ad Iudæos peruenissent: vt sic ecclesiæ conseruentur indemnes. Nota Iudæos compescendos ab exactione vsurarum indirecte, & vt satisfaciant ecclesiis de domibus & possessionibus, pro decimis & oblationibus sibi debitis. Et sic nota, q̀ Iudæi tenẽtur soluere decimas tam personales quàm prædiales. Item res transit cum onere suo.

d ¶ *Immoderatasve.*] Ergo moderatas vĩ permittere, à contrario sensu. 25. dist. qualis. ff. de iudi. cum prætor. quod non est verum. ſ. eo. post miserabilem. & ita cessat hoc arg. à contrario sensu. C. de epi. & cle. conuenticulam. & graues vsuræ dicuntur, quę excedunt legitimum modum lege statutum s. C. de vsur. eos.

e ¶ *Commerciis.*] sic ſ. eod. post miserabilem.

f ¶ *Deuenissent.*] & ita res transit cum suo onere. ſ. de deci. cum non sit. & supra de pigno. ex litteris. & 16. q. 1. si quis laicus. ff. de pigno. actio. si conuenerit. §. si fundus. Ber.

N*auiganti.*] Tria dicta hic continentur: Secundum: ibi, *Ille quoque.* Tertium: ibi, *Ratione huius.* Abbas.

C*asvs.* Aliquis mutuauit certam pecuniæ quantitatem alicui nauiganti vltra mare, vel eunti ad nundinas: & pro eo q̀ creditor recipit in se periculũ pecuniæ, recipit aliquid vltra sortem: quærit vtrum vsurarius sit censendus? Et respondet Papa, quòd sic. Secundo ponit aliam quæstionem: Ecce aliquis dat decem solidos, vt alio tempore recipiat totidẽ mensuras vini, olei, vel frumenti, quæ tunc plus valent: quæritur, vtrum iste sit vsurarius censendus: r̃ndet Papa. si dubium sit vtrum plus vel minus sint valituræ tempore solutionis, non debet propter hoc vsurarius reputari: & ita propter dubium excusatur. Tertio ponitur alia quæstio. Ecce aliquis vendit pannos, granum, vinum, vel alias merces, vt amplius recipiat termino constituto, q̃ valeant tempore venditionis: quæritur, vtrũ iste vsurarius sit cẽsendus? R̃ndet Papa q̀ iste etiam ratione dubij excu-

¶ Hodie Iudæis nõ permissũ habere bona immobilia per extrauagantẽ Pauli iiij. & Pij V. Pont. Max. quæ citantur in c. multorum. supra de Iudæis.

¶ Vide citatos in c. in ciuitate. supra eod. tit. & [illegible] lib. 6. [illegible] & 14. q. 4. cap. 2. vbi plene expedit intellectum huius decretalis, adde Angelum Clauasium in summa verbo, vsura 1. num. [illegible] vers. vsura in mutuante pecuniam, & S. Antoninum 3. par. tit. 1. c. 7. §. 22.

g Vel fuit hoc dictũ, quia qualẽ bet vsuras censetur

excusatur ab vsura, dummodo merces suas tempore contractus non fuerat venditurus. Not. q mutuans pecuniam mercatori, vt aliquid vltra sortem recipiat, pro vsurario habetur: licet periculum pecuniæ in se suscipiat: Et sic nota, q non admittitur compensatio in vsuris. Item non solum abstinendum est à malo: immo à specie mali. Itē dubia in meliorem partem sunt interpretanda. Item ratione dubij excusatur quis ab vsura. Item non quodcunque dubiū excusat ab vsura, sed qn probabiliter dubitari potest.

pecuniæ quantitatem, pro eo, quòd suscipit in se periculū[a], recepturus aliquid vltra sortē, vsurarius est censendus. ¶ Ille quoque, qui dat decē solidos, vt alio tempore totidē sibi grani, vini, vel olei mensuræ reddātur: quæ licet tunc plus valeāt, vtrum plus vel minus solutionis tempore fuerint valituræ, verisimiliter dubitatur[b]: non debet ex hoc vsurarius reputari. ¶ Ratione huius dubii etiā excusatur, qui pannos, granū, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt amplius, quàm tunc valeant in certo termino recipiat pro eisdem: si tamen ea tempore contractus non fuerat[c] venditurus.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem, et solutionē.*

a ¶ *Periculum.*] quia iste recipiebat in se periculum, videbatur q quasi quadam compensatione licite aliquid vltra sortem recipere posset: quia periculum pecuniæ mutuatæ pertinebat ad debitorem, cū sua facta fuisset: sed nihilominus est vsurarius, cum excedat naturam mutui: vt dictū est ꝫ. eod. conquestus. quia si nullum periculum sequutum fuit, & aliquid vltra sortē recepit, illud fuit vsura: quia cum sit hincinde mutuum, nihil inde sperare debet, iuxta illud: date mutuum, nihil inde sperātes. ꝫ. eo. consuluit. 14. q. 3. per totum. & nulla compensatio siue di[illegible]o admitti debet [illegible] exigatur ꝫ. eo. [illegible]o. ergo siue recipiat in se periculum, siue non, nihil vltra sortem recipere debet.

¶ *Glo. seq. in principio & fine argum. quòd propter dubium aliquid excusatur & permittitur. in medio argu. dubia in melius interpretanda. allegat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Verisimiliter dubitatur.*] Ergo si certum esset, q tempore solutionis plus valerent, vsurarius est censendus. ꝫ. eod. in ciuitate. argu. ĵ. c. proxi. & ita propter dubium excusatur: quia tam emptor quam venditor æqualiter commodum & incommodum ex dilatione expectat. & est si. C. de solu. l. penul. Item argu. est hic, q dubia in meliorem[t] partem interpretari debent. ĵ. de regu. iur. c. 2. quia promptiores debemus esse ad absoluendum, quàm ad condemnandū. ꝫ. de proba. ex litteris. ff. de actionib' & obliga. l. Arrianus. Sed cōtra videtur, q potius in tali dubio abstinendum esset à talibus contractibus propter periculum. argu. ĵ. de cleri. excommu. minist. illud. Quandoque enim aliqui fingunt se dubitare, vbi dubitatio non est: tamen relinquendi sunt in talibus conscientiæ suæ. Item argu. q ratione dubii aliquid permittitur, quod aliàs non licet. 13. quæstio. 2. non æstimemus ff. de ven. inspi. l. 1. §. 1. ff. de iudic. si quis ex aliena. C. de vsur. si ex lege. & ratione huius dubij excusatur, vt in §. sequenti.

c ¶ *Tempore non fuerat venditurus.*] aliàs non excusatur: quia si tūc fuerat venditurus pro minori, & ex certa scientia plus recipiat alio termino, vsura est. & sic intellige ꝫ. eo. in ciuitate. vt ibi etiā dixi.

¶ In quodā veteri manuscripto: De falsitate & crimine falsi.

¶ Hæc non sunt Augustini, sed Isidori lib. 2. de summo bono cap. 19. refert Burchardus li. 16. c. 12. decreti. & habetur c. 2. eo. tit. in 1. compilat. Vide Felinum in c. si cut. supra de re iudi. & Simancā catho. instit. tit. 64. de testibus.

t De arduo vide plene per D. Thomam 2. 2. q. 60. art. 4.

TITVLVS XX.

De † crimine falsi.

¶ Augustinus†.

¶ *Testis falsidicus tres lædit, Deum, iudicem, & partem: & falsus est non solum qui mendacium dicit, sed etiam qui veritatem occultat.*

DE CRIMINE FALSI.

¶ *Quia inter cætera præcepta legis diuinæ continetur, Non furtum facies, non falsum testimonium dices, & supra visum est de furto, & vsura, quæ est species furti: ideo annectit de crimine falsi.*

De hac materia habetur in decret. in capitu. in memoriam. 19. distin. & 11. q. 2. quisquis. 4. q. 3. qui falso. Abb. Sicul.

F *Alsidicus.*] Duæ sunt partes: secunda: ibi, *Vterque.* Abbas.

Casvs. Testis qui falsum testimonium dicit, tribus personis obnoxius est, Deo, cuius præsentiam contemnit: iudici, quem fallit: & illi contra quem falsum testimonium dicit. Itē ille reus est, qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: primus non vult prodesse, secundus vero nocere desiderat. Not. q testis falsus tribus personis obnoxius est, scilicet Deo, iudici, & proximo: & in tribus debet puniri. Item qui veritatem celat, peccat: & ideo testis compellitur ferre testimonium.

d ¶ *Obnoxius.*] idest, obligatus.

¶ *Glo. seq. ponit duplicem modum puniendi falsum testem, & quòd sententia ad eius dictum lata retractatur: nec fit eius executio: & duplicem ponit opinionē de ipsius nullitate.*

CAP. I.

FAlsidicus testis trib' personis est obnoxius[d]: primū Deo, cuius præsentiā contēnit: deinde iudici[e], quem mentiendo fallit: postremo innocenti, quem falso testimonio lædit[f]. ¶ Vterque reus[g] est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.

e ¶ *Iudici.*] qui [a] eum extraordinarie punire potest causa durante. C. de testib. nullum. sed causa finita potest accusari lege Cornelia de falsis. ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. & etiam l. Cornelia de sic. ff. ad l. Cor. de sica. l. 2. §. fi. & §. 1. Punitur enim falsus testis, & si conatus non habuit effectū: sententia tamen per falsum testimonium dicta, vel instrumenta falsa retractari debet falsitate reperta vsq; ad 20. annos. ꝫ. de excep. cum venerabilis. nec est mādāda executioni, si hoc obiiciatur. ĵ. cap. prox. vbi de hoc. & nulla est secundū quosdam: quia ex ea non datur exceptio. ff. de exceptioni. qui agnitis. dñs Azo dicebat q est aliqua: sed nō datur ex ea exceptio cū effectu. ff. de re iudi. diuus. quousq; enim cōstet de falsitate, habetur interim pro sententia.

a De materia huius glossæ præter doctores hic videto Zanchum tract. de hæres. cap. 14.

¶ Lucius tertius Vigorien. † episcopo.

¶ *Sententia lata per falsas litteras, non debet executioni mandari.*

CAP. II.

SVper † eo, quòd sententiam auctoritate litterarum falsarum[h] latam noluisti executioni[i] mandare, tuam prudentiā commendamus: Mandantes, vt quotiens aliqua scripta sub

† Vigorn.

† Cap. 4. tit. de re iudicata in 2. compilatione: quod etiā hic admonet Ioannes And.

ꝫ. de fide instru. accepimus. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. triplici culpa triplicem ponit pœnam.*

f ¶ *Lædit.*] Quia in tribus offendit, triplex pœna ei debetur. Primo quia Deum offendit, septennis pœnitentia sibi iniūgitur pro periurio. 6. q. 1. quicunque. quia iudicē delusit, infamabitur. 22. q. 5. quisquis conuictus. & verberibus castigabitur. 5. q. 5. illi qui. vel extraordinarie punietur, vt dictum est in proxima notula: & quia proximum lædit, iuxta modum læsionis punietur. arg. 3. q. 9. nihilominus. licet ibi non loquatur de tali pœna.

g ¶ *Reus.*] De hoc habes 11. q. 3. quisquis.

S *Vper.*] Primo commendat eum cui scribit de præterito: Secundo instruit eum de futuro: ibi, *Mandantes.* Abbas.

Casvs. Quædam sententia lata fuit auctoritate falsarum litterarum: ille pro quo lata fuit sententia, impetrauit executionem faciendam per episcopum Vigorien. ille citatis partibus, vt sententiam executioni mandaret, oppositum fuit coram illo, q cum sententia illa lata esset auctoritate falsarum litterarum, non debebat executioni mandari, cum nulla esset: episcopus litteris illis visis, noluit eam executioni mādare, cum essent falsæ: consuluit Papam, & Papa commendat ipsum: quia noluit sententiam illam latam per falsas litteras mandare executioni, præcipiens ei, vt quotiens aliqua scripta sub nomine Papæ destinata, redarguenda viderit falsitatis, nullam eis fidem exhibeat, nec obseruet quod per ipsas mandatur, sed eū, qui præsentauerit illas, faciat detineri. Not. q falsæ litteræ non conferunt iurisdictionem: & ideo nullo tempore conualescit, quod per eas iudicatum est. Item iudex non debet sententiam mandare executioni, vbi videt eam nullam, secus si esset iusta. Item falsarius debet detineri.

¶ *Glo. seq. distinguit duplicem falsitatem.*

h ¶ *Falsarum.*] Hic dicebat Lau. q sine temporis præfinitione semper tractanda est sententia de falso: quia ipso iure nulla est[t]: quia defectus est in iurisdictione: quia falsæ litteræ nullam attribuunt iurisdictionem, sed vbi aliàs ageretur de falso, retractatur vsque ad 20. ann. vt dixi ꝫ. c. proxi.

t Adde quę not. Cy. in L. 1. C. si ex fal. instru. idem in l. querelam. in 4. oppo. C. de fal.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

i ¶ *Executioni.*] Et ita patet, q executor subsistere debet, vel sustinere, si obiiciatur, q sententia lata sit per falsas litteras. sic ff. de iudicijs. si prætor. Arg. ĵ: de off. dele. cap. pastoralis. & ibi soluitur hoc: vbi plene habes qñ fieri debeat executio, vel quando non. supra, de re iudi. de cætero.

a ¶ Non

a ¶ *Non obseruet.*]Et si per errorem per talem sententiam solutum est, potest reuocari. C. si ex falsis instrumen. l. prima & secunda. & ff. de exceptio. l. qui agnitis. Bern.

A D *audientiam.*] Cōis diuisio: Secunda ibi, *Fraternitati.*

Casvs. Quidam clerici falsauerūt sigillum regis Franciæ: eps quidam posuit eos in carcere, & significauit hoc dño Papæ, & quęsiuit qualiter essent puniendi? Rńdet Papa q̄ nec membrum eis auferri faciat, nec pœnam infligi corporalē, per quam mortis periculum incurrere possint: sed eis à suis ordinibus degradatis, in signum maleficij aliquē characterem imprimi faciat, p̄ q̄d inter alios homines cognoscātur & prouinciam eos abiurare compellat. Not. q̄ sigilla regū sunt authentica. Item ecclesia pœnam sanguinis non infert. Item aliter puniuntur falsarii clerici litterarum dñi Papæ, quàm sigillorum regū: sed illud est speciale in litteris domini Papæ.

b ¶ *Mortis.*] Hanc pœnam ecclesia non imponit. 23. q. vlti. his à quibus. & c. sæpe. & ī. ne cleri. vel mona. sententiam sanguinis.

¶ *Glo. seq. cum seq. signat duo contraria, & soluit.*

c ¶ *Degradatis.*] sic ī. de iudi. cum non ab homine. Sed ꝯ. vš ī. eod. ad falsariorum. vbi traditur seculari potestati puniēdus: sed illud speciale est in falsariis litterarum dñi Papæ a vt statim tradantur seculari potestati.

d ¶ *Characterem.*] arg. contra supra de rap. in archiepatu. & supra, ne cleri. vel mona. sententiam. Sol. character iste nō ita profunde debet infligi vt sanguinem eliciat: sed cutis superficies deformetur in signum maleficij, & hoc propter odiū criminis: quia facies hominis ad instar cælestis pulchritudinis facta, fœdari non debet. C. de pœnis. si quis in metallum. sed illa pœna aliàs infligi non debet à iudice ecclesiastico: quia periculum imminet in ipsa infligenda: & huiusmodi adustio clericis est prohibita. supra, ne cleri. vel monachi, sententiam.

a Melius l. quæ est vlti. vbi dicitur q̄ cautio rei iudicatæ suspenditur & soluitur per talem sententiam repetitur. Io. An.

a Cap. 2. eo. tit. in 2. compilatione. Vide Iulia. Clerum in §. falsum. ver. sunt autem alij eius. & in pract. crimi. q. 36. & Guidonem Papæ decisio. 451.

a Cap. 1. tit. de falsariis in 3. cōpila.

a Addequa pœna puniatur falsificans priuatam scripturam. no. in l. penulo. C. de fal. Bar. in l. si quis. ff. ad legem Cornel. de fal.

nominę nostro destinàta, redarguenda videris falsitatis, nullā eis adhibeas fidem: & quod per ipsas mandatum fuerit, nō obserues a: sed eum, qui præsentauerit, retineri facias diligenter.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Clericus falsans sigillum principis, deponitur. Item ei character imprimitur, & in exilium mittitur.*

CAP. III.

AD † audientiam nostrā te significāte peruenit, quòd cum quosdam clericos, qui falsauerant sigillum regis Francorum, carcerali custodiæ mancipaueris: & infra. ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, vt eis nec membrum auferri, nec pœnā infligi facias corporalē, per quā periculum possint mortis b incurrere: sed eis à suis ordinibus degradatis c, in signū maleficii characterē d aliquē imprimi facias, quo inter alios cognoscātur: & prouinciā ipsā eos abiurare cōpellēs, abire permittas.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Existens in curia litteras Apostolicas non recipiat, nisi de manibus Papæ, vel officialium ab ipso deputatorum: personæ tamen solemnes per nuntios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum. Contrafaciens si laicus est, excommunicationi subiacet; si clericus, ab officio & beneficio deponitur. hoc dicit vsque ad §. adiicientes.*

CAP. IIII.

DVra † sæpe mandata: & infra. ¶ Statuimus, & sub excommunicationis pœna, & suspēsionis ordinis & beneficii districtius inhibemus, ne quis apud sedem Apostolicam litteras nostras nisi à nobis, vel de manibus illorum † recipiat, qui de mādato nostro ad illud sunt officium deputati. Si vero persona tātæ auctoritatis extiterit, vt ipsam deceat per nuntium e litteras nostras recipere: nuntium ad cancellariam nostrā, vel ad nosipsos mittat idoneū f, per quem litteras Apostolicas iuxta formam præscriptam recipiat. Si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor extiterit, si laicus fuerit, excommunicationi subiaceat g: si clericus, officij & beneficij suspensione damnetur: & infra.

¶ *Per excommunicationis pœnam prouidet contra non resignātes, nec destruētes litteras falsas infra viginti dies: & absolutio Papæ reseruatur, & contra factum non tenet. hoc dicit. Abb.*

¶ Adiicientes statuimus, vt generalem excōmunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parochias faciatis frequentius innouari h: quòd si quis falsas litteras se habere cognoscit, infra viginti dies i litteras illas aut destruat k, aut resignet l, si pœnam excōmunicatiōis voluerit euadere m: quam (nisi forsā in mortis articulo n) sine speciali mandato nostro, à quoquam nolumus relaxari o:

Papæ, vel illius qui ad hoc officium per Papam deputatus est. debent recipi; aliàs præsumptio est ꝯ eas. Item qui ꝯ hoc fecerit, si laicus est, excōicationi subiaceat; si clericus, debet officio & beneficio damnari. Item arg. q̄ litteræ per excōicatum impetratæ non valent. Item qui habet falsas litteras, infra viginti dies illas destruat, aliàs cum sententia super hoc lata est, erit excommunicatus. Itē excōicatio in diem lata non ligat, nisi post diē elapsum. Itē falsarius litterarum dñi Papæ, non pōt ab alio, quàm à dño Papa absolui, nisi in articulo mortis. Item in casu isto qui excommunicat, nō potest absoluere, & hoc est, quia Papa hoc prohibuit, & si fiat, non tenet absolutio, quia & hoc præcipit.

e ¶ *Per nuntium.*] specialiter cum mandato ad hoc destinatum. supra, de rescrip. nonnulli. Io.

¶ *Glo. seq. arguit, & remittit.*

f ¶ *Idoneum.*] Arg. q̄ non valent literæ per excōmunicatum a impetratæ: alias enim per quamcunque personā, etiam si per seruū impetrentur, valent. C. de preci. impe. offe. vniuersis. quod forte posset intelligi. cum princeps ex certa scientia et cōcessit litteras. arg. ff. de bo. pos. seruus. instrumentum enim suspectum est ex persona. arg. ī. de rescrip. ad audientiam. ff. de edē. si quis. similiter non valet rescriptum ab hæretico a impetratum. C. de sum. tri. l. a. 10.

g ¶ *Subiaceat.*] Ex hoc videtur, q̄ qui ꝯ facit, sit ipso iure excōicatus: sed non credo q̄ sit excommunicatus ipso iure: quia nec seruatur hoc, immo indifferenter videmus, q̄ quilibet per nuntium litteras impetrat. & hoc Papa scit, & tolerat, nec aliquem repellit, nisi esset excōmunicatus: sed hoc intelligitur cū litteræ de manibus dñi Papę, vel bullatoris tantum sunt recipiendæ. quia aliàs falsæ sunt. infra, cap. proxi. & ille qui litteras recipit, est excommunicatus, vt hic dicit.

a corum

a Vide Panormitanū in c. significasti. supra de except. & Speculat. tit. de actore.

a Quomodo hæreticus careat omni legum auxilio. l. Manichæos. C. de hæret.

DVra.] Prima pars punit non recipientes litteras de manibus Papæ vel officialium: Secunda punit non destruentes litteras falsas: ibi, *Adiicientes*. Abb. Sicul.

Casvs. Quia clerici & alii recipiebant litteras in curia à quibuscūque, propter quod falsitatis periculum imminebat, statuit Innocētius, & sub pœna excōicationis & suspensionis ordinis & beneficii districtius inhibet, ne aliquis apud sedē Apostolicam litteras Papæ recipiat, nisi de manibus dñi Papæ, vel de manibus illorum, qui ad hoc officium de mandato Papæ sunt deputati: Si vero persona tantæ fuerit auctoritatis, vt ipsum deceat per nuntium litteras recipere, nuntium ad cancellarium vel ad Papā mittat idoneum, per quem litteras recipiat iuxta modum prædictū. Si vero aliquis huius mandati transgressor extiterit, si laicus fuerit, excōicationi subiaceat; si clericus, officij & beneficij sui suspensione dānetur. Statuit etiam, vt Prælati ecclesiarum generalem ferant sententiam, quam per singulas parochias frequentius faciant innouari: q̄ si quis falsas litteras se habere cognoscat, infra viginti dies illas destruat, aut resignet, si pœnam illam voluerit euadere: quam sententiam nullus relaxare præsumat sine speciali mandato dñi Papæ, nisi in mortis articulo; & si absolutio ꝯ hoc præsumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem. Not. q̄ litteræ Apostolicæ de manu

h ¶ *Innouari.*] vt supra, de iudic. ita quorundam. in fi. vbi de hoc.

i ¶ *Dies.*] in quibus deliberet super litteris. sic 3. quæst. 3. cap. induciæ. §. offeratur. & ī. de cleri. excom. ministr. illud. & ff. ex qui. cau. maio. l. ab hostibus. §. vlti.

k ¶ *Destruat.*] sim. 5. q. 1. quidam. & l. si quis famosum. C. de famo. lib.

l ¶ *Resignet.*] tali q̄ possit p̄desse, & nō obesse. ar. 22. q. 5. hoc vī.

¶ *Glo. seq. duas quæstiones format, & sol.*

m ¶ *Euadere.*] si super hoc lata est per diœcesanum, vt hic præcipitur: tamen aliam sententiam dñi Papæ siue canonis incurrit. infra eod. falsariorum. Quid si aliquis simplex vtitur litteris talibus ignoranter? non excusatur: quia per alios debet hoc inquirere. arg. 37. dist. §. vlti. Quid si falsitas fuit ita latens, quòd non potuit videri etiam à perito? Rńdeo, q̄ si fecerit diligentiam, quam potuit, per se & per alios, non credo ipsum teneri, alioquin nō excusatur. argum. supra, de homi. c. Ioannes. & c. vltim. & in aliis pluribus cap. & 50. dist. si duo. B.

n ¶ *Mortis articulo.*] Casus iste semper excipitur. 17. q. 4. si quis suadente. ī. de sententia excommu. à nobis & supra de offi. ordi. pastoralis.

o ¶ *Relaxari.*] Arg. ex quo Papa sibi aliquid specialiter reseruat, aliis denegat facultatem disponendi aliquid super illo: sed vbi absolutionem

Idem archiepiscopo & canonicis Mediolanensibus.

Ponit nouem modos falsandi litteras Papales.

CAP. V.

Licet ad regimen: & infra. Vt autē varietates falsitatis[a] circa nostras litteras deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus litteris duximus exprimendas.

Prima species falsitatis hæc est, vt falsa bulla falsis litteris apponatur[b].

Secunda, vt filum de vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immissum, falsis litteris inseratur.

Tertia, vt filū ab ea parte, in qua charta plicatur incisum, cū vera bulla falsis litteris immittatur, sub eadem plicatura cū filo similis canapis, restauratū.

Quarta, cum à superiori parte bullæ, altera pars fili sub plūbo rescinditur, & per idem filum litteris falsis inserta, reducitur infra plumbum.

Quinta, cum litteris bullatis & redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem[c] immutatur.

Sexta, cū scriptura litterarū, quib' fuerat apposita vera bulla, cū aqua vel vino vniuersaliter abolita, seu deleta, eadem charta cum calce & aliis iuxta consuetum artificium dealbata de nouo rescribitur.

Septima, cū chartæ, cui fuerat apposita vera bulla, totaliter abolitæ vel abrasæ, alia subtilissima charta eiusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutino coniungitur. Eos etiam à crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostrā, scienter litteras non de nostra vel bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque, qui accedentes ad bullā, falsas litteras caute proiiciunt, vt de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facile comprehendi, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ[d], vel qualitate chartæ, falsitas cognoscatur. In cæteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adiunctione filorū, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione, præsertim si bulla nō sit æqualis, sed alicubi magis tumida, & alibi magis depressa.

Idem Attinacēsi episcopo.

Falsæ sunt litteræ Papales, in quibus episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel vni scribitur in plurali.

CAP. VI.

Quam graui pœnæ subiaceat: & infra. Nos vero litteras, quæ tibi sub nostro nomine præsentatæ fuerunt, diligentius intuentes, in eis tam in continentia, quam

---

solutionem non reseruat, aliis intelligitur esse concessum. ſ. de sententia excommunicatio. super.

Licet. Casus. In decretali præsenti distinguit Papa septem species falsitatis, per quas litteræ Apostolicæ cognosci debent vtrū sint falsæ, quas quilibet diligens, qui per litteras Apostolicas cōuenitur, debet aduertere diligēter, quas per singulos §§. videas per teipsum. In §. Eos etiam dicit Papa q illi nō sūt immunes a crimine falsitatis, quī litteras Apostolicas recipiunt ꝯ tenorē constitutionis proxime prædictæ. Itē quidam sunt qui accedunt ad bullam, & falsas litteras proiiciunt, vt de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed istæ duæ species falsitatis nō possunt de facili comprehendi, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel ī qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In aliis autē diligens indagator consideret vel ī coniūctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione, si bulla non sit æqualis. Nota diligenter hanc decret. & in eo est i ca multos modos falsitatis litterarum dñi Papæ, q qualiter deprehendantur, satis patet in littera.

Glo. seq. vltra nouē species falsitatis, quas ponit textus, ponit 7.

a Falsitatis.] Circa huiusmodi vitium falsitatis nota, q præter hos modos, qui hic exprimuntur, sunt alii casus falsitatis: Ex dicto enim vel tacito dicuntur litteræ falsæ. ī. de rescrip. super litteris. & in tali falso distinguitur prout ibi dř, & pro tali falso non punitur, nisi quia non habet commodum litterarum. Et est arg. ad idem. ff. de fal. si quis obrepserit. Itē charta dř falsa scripto, vt cum scriptum est in ea, omnes canonicos fuisse præsentes, qui non fuerunt omnes præsentes. & talis vt falsarius punitur, vt ī. de his quæ fi. a præla. si, consen. ca. quanto. & ab officio & beneficio talis suspenditur. ī. de testi. tam litteris. Itē dř charta falsa si appareat rasa vel mutata ī loco suspecto. ī. de priuil. cum olim. & ī. de fi. instru. inter dilectos. & ī. de reli. domib. cū venerabilis. immo & qui litteras iudicū tali modo falsat, puniri debet in beneficio suo. ī. de rescript. olim. de hac rasura dř ī. eod. §. quinta. Item præsumitur falsum rescriptum, licet forsitan non sit, ita q per ipsum non procedatur, si habet in se vitium latinitatis. supra de rescrip. ad audientiam. Item si instrumentum suspectū inducitur, & ei non imponitur fides, dř falsum, C. de proba. iubemus[a]. Item dicuntur litteræ falsæ, si eps appellatur filius. Vel si Papa vni loquitur in plurali. ī. eo. cap. proxi. Item rescriptū dř falsum, si est impetratum sine mandato. supra de rescrip. nonnulli. Itē alios nouem modos falsitatis habes hic expressos. Et quicunque tali modo vel alio quocunque litteras dñi Papæ falsauerit, vel vsus fuerit illis sciēter, excōicatus est, vt ī. eod. ad falsariorum. & debet tradi curiæ seculari conuictus & degradatus: vt ibi dř. in aliis autem falsitatibus prædictis, licet puniri debeant, non sunt ipso iure excōicati, nec curiæ seculari tradendi, nisi forte eps diœcesanus generalem tulerit excōicationem, sicut Bonon. fecit, qui excōicauit omnes illos qui falsum instrumentum fecerunt vel fieri fecerunt: vel qui testimonium falsum tulerit, vel procurauerit fieri: vel qui ignem apposuerit.

Additio. Modi falsitatis bullarum Apostolicarum comprehenduntur his versibus:

Forma, stylus, filum, membrana, litura, sigillum.
Hæc sex falsata dant scripta valere pusillum.

b Apponatur.] Apponens secundum leges aqua & igne interdicetur. ff. ad le. Cornel. de fal. l. vltima.

Glo. se. tractat de rasura duplici, scilicet litterarum Apostolicarum, & aliorum instrumentorum, & vtrasque dicit fore contrariam.

c Tenuem.] Quicunque radit vel immutat rescriptum dñi Papæ sibi assignatum, excōicatus est, & falsarius, vt dixi in proxima nocula. & in hoc nullam distinctionem adhibeo, licet sit arg. ꝯ. ī. de fi. instr. ex litteris. quia intelligo illam rasuram factā per illum qui litteras ipsas scripsit, & non per illū, qui vtebatur illis. Si vero litteræ clausæ essent, non nocet rasura in quocunque loco fuerit: quia nō est præsumptio ꝯ impetrantem. In aliis autē litteris vel instrumentis potest distingui, vtrum sint rasuræ in loco suspecto, vt tūc obsit. supra de religi. domi. cum venerabilis. vel nō suspecto, vbi nulla vis est, & tunc nō obest argu. illius decre. supra de fid. instr. ex litteris. & c. cum venerabilis. & hoc intelligitur qū rasura est in loco suspecto. & sic non ꝯdicit, h. eo. c. vlti. quæ intelligitur qū rasura non est in loco etiam suspecto, & modica est rasura, scilicet paucarum litterarum.

d In forma scripturæ.] Quia per comparationem litterarum probatur falsitas. C. de fi. instr. l. comparationes, & ex stylo dictandi fit cōparatio, vt hic dicit. in aliis autē litteris nō attēditur solis cōparatio.

Glo. seq. ponit quandam exportanā doctrinam.

e Chartæ.] & in hoc est alia comparatio notanda, scilicet q rasura chartæ quantumcunque sit subtiliter rasa, siue incisa, si aliter discerni non possit, eleuari debet ad solem, & interponi debet inter solem & oculos, & statim apparebit rasura.

Quam graui.] Primo ponit admirationem. Secundo: ibi, *Conspicere.* in tribus, quæ sunt de stylo curiæ informat, & primo reducit ad propositum. Tertio: ibi, *Propter quod*, generaliter concludit. Abbas.

Casus. Quidam eps coram legato Apostolicæ sedis super quibusdam criminibus accusatus, renuntiauit epatui: postmodum ad Apostolicam sedem accedens, quasdam litteras sub nomine Apostolicæ sedis ad archiepm suū Attinacensem reportauit, in quibus cōtinebatur, q ipsum restitueret ad ecclesiam suam, altero substituto inde remoto: quod & fecit. Rex illius loci, nō credens litteras illas à sede Apostolica emanasse, pcepit litteras illas & ipsum impetrantem ad sedem Apost. præsentari: dñs Papa visis litteris, quæ ipsi archiepo fuerant præsentatæ, rescribit eidem, dicens, q in eis tam in continentia, q̄ in dictamine falsitatem inuenit, & in hoc fuit admiratus, q litteras illas à sede Apostolica credidit emanasse, cū ipse scire debeat consuetudinem Apostolicæ sedis talem esse, vt Patriarchas, Archiepos, Epos, fratres appellet, cæteros oēs dilectos filios in suis litteris nominando: & qū vni personæ scribit, nunquā ei loquitur in plurali, vos vel vester appellando, sed in litteris præsentatis

---

Cap. 2. eo. tit. in 4. compilatione. De materia simili vide Archidiaconū & Turrecrematā in c. in memoriā. 19. dist. adde omnino Rebuffum in praxi beneficio. tit. de his quæ opponi contra bullam possunt, vbi de materia huius cap.

ex vera bulla.

a In codice Barbatiæ hoc glossæ dictum legitur ita: Ex dicto enim vel tacito, vel facto dicuntur litteræ falsæ, &c. illa autem verba: vel tacito. recte habēt, vt cōstat ex d. c. sup litteris. de rescrip. his citato.

a Illa lex dicit producentem vt falsariū detinendum. Io. And.

Vide citatos infra in d. c. ad falsariorum.

Loquitur in illo, qui vtitur falso rescripto, vel falsa cōstitutione, nullo auctore habito. Ioan. And.

Argumentum ad hoc in l. cum precatur C. de fi. instr. & in l. si non …

Anonimus.

Anonimus.

Cap. 1. eo. tit. in 3. compilatione. & quæ circa hic tractant Doctores de stylo Romanæ curiæ vide late per Felinū in c. 1. supra de rescrip. ad … de Romanorum cons. 176. incip. quæstio est.

sentatis huic, dilectus filius vocabatur: vnde mandat quatenus litteras Apostolicas taliter studeat intueri tam in filo, bulla, charta, quàm stylo, quòd veras pro falsis, & falsas pro veris nullo modo admittat. Not. quòd Papa omnes episcopos & superiores, fratres appellat, inferiores autẽ oẽs dilectos filios: & si aliter appelleatur, litterę sunt falsę. Item vni non loquitur in plurali, cuiuscunq; dignitatis sit. Itẽ falsitas præcipue deprehenditur in bulla, filo, charta, & stylo.

a ¶ *Dictamine.*] supra, cap. prox. in fine. Ber.

¶ *Glo. seq. versari potest per contrarium.*

b ¶ *In plurali.*] In his ergo potest deprehendi falsitas, & de facili, quia facile est videre qualiter appellet aliquem, vel inferiores; & cui loquitur in plurali. Secundum antiqua tempora hoc nõ seruabatur: Gregorius enim loquebatur vni in plurali, & de se quandoq; singulariter, quandoq; pluraliter, supra, de præscriptio. nihil. 23. dist. cõis filius. & 99. dist. ecce. sed hoc faciebat ex magna humilitate, & tunc erat talis consuetudo, sed illa immutata est. alij episcopi appellant suos subditos fratres vel socios. 8. q. 1. quid autẽ. & 10. q. 3. cauendum. & infra de excessibus plato. c. 11.

c ¶ *Tam in bulla.*] vt supra cap. proxi.

AD *falsariorum.*] Primo punit falsantes litteras Papæ per se vel per alios: Secundo punit vtentes litteris falsis: ibi, *Qui vero.* Abbas.

CASVS. Ad cõfusionem falsariorũ statuit Inno. iij. de consilio fratrum suorum, vt qui litteris Apostolicis vti voluerint, eas prius diligẽter examinent, quia si falsis litteris vti se dixerint ignoranter, pœnas euitare nõ poterunt inferius positas: ipse enim excommunicationi supposuit omnes falsarios litterarum Apostolicæ sedis, qui per se vel per alios vitiũ falsitatis exercent, cũ omnibus fautoribus & defensoribus suis, statuens vt clerici, qui falsarij deprehensi fuerint, omnibus beneficiis & officijs perpetuo sint priuati, ita quòd qui per se vitium falsitatis exercuerint, à suis officijs degradati, seculari Potestati tradantur secundum leges puniendi. & si laici fuerint, per easdem leges puniatur legitime: illi vero qui sub nomine Papæ falsis litteris per alios impetratis vtũtur, si clerici fuerint, officijs & beneficiis spolientur: si laici fuerint, tandiu maneãt excõicati, donec satisfaciant competenter, ita videlicet quòd & in clericis & in laicis malitia grauius puniatur quàm negligẽtia: & idẽ obseruandum est de his, qui falsas litteras impetrant. Not. quòd omnes falsarii litterarum Apostolicæ sedis cum fautoribus & defensoribus suis ipso facto sunt excõicati. Itẽ clerici degradari propter hoc vitium puniendi sunt secundum leges. Et not. hic vnũ casum, in quo clericus statim post degradationem traditur curiæ seculari. Item vbi clericus deponitur vel spoliatur officio & beneficio pro aliquo delicto, laicus pro consimili potest excõicari. Item malitia grauius punienda est quàm negligentia.

d ¶ *Examinent.*] Quod si non fecerint, in dolo esse videntur: sine dolo enim falsum non committitur. C. ad l. Cor. de fal. nec exemplum. & affectatores ignorantiæ dici possunt. de clan. despon. cum inhibitio. vnde talis ignorantia crassa & supina potest dici. j. de cle. excomm. mi. Apostolicæ.

e ¶ *Dixerint.*] Potest suppleri, quòd non probauerint, quia qui ignorantiam allegat, eam probare tenetur, supra de elect. innotuit. maxime cũ hoc inquirere teneantur auctoritate huius constitutionis: aliàs si probaret se diligentiam, quam potuit & debuit, adhibuisse, nõ esset ei imputandũ, vt dixi supra eo. dura. quia iusta ignorãtia excusat eum: quia non vr tenetur nisi postquã scit hoc. supra eod. dura. & j. eod. c. pxi. Ex quo enim inquisiuit à peritioribus, nõ est ei imputãdũ. 56. dist. §. vlti. ff. de iud. & fac. igno. l. regula. §. 1. in fi. fecit enim quod potuit. & 44. dist. Ephesin. & diuinare non tenebatur: sic j. de exces. præ. inter dilectos. vbi excusatur ignorantia.

f ¶ *Falsarios.*] de quibus habuisti supra in c. proxi. vt ibi dixi. oẽs enim tam principales, quàm fautores sunt ipso iure excommunicati, vt hic patet.

g ¶ *Deprehensi.*] & criminaliter conuicti. ibi enim, vt dicit lex, indagatio fiet acerrima, vbi pœna est grauissima. C. ad legẽ Cor. de fal. l. maiorẽ. & vbi ciuiliter agitur, minus est agendum. C. eod. l. penult.

h ¶ *Tradantur.*] Qualiter tradi debeant, habes infra de verborum significatio. nouimus. in tribus enim casibus traditur aliquis statim post degradationem curiæ seculari, vt hic, & est vnus, vt dixi supra, de hæreticis, ad abolendam. 11. quæst. 1. si quis sacerdotum.

i ¶ *Legitimas.*] Pœna enim falsi in libero homine est deportatio, & omnium bonorum publicatio, in seruo vltimum supplicium. sic distinguit lex. ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. §. vlti. & C. eod. titul. vbi falsi. & ibi vltimo supplicio punitur crimen falsi. Et hoc est verum de his, qui falsant rescriptum principis, de quibus hic intelligitur: qui vero falsant litteras aliorum, aliter puniuntur, sed leuius, supra eodem, ad audientiam. & hæc pœna imponitur illis, qui per se vel per alios vitium falsitatis exercent, vt patet per istam litteram, vbi loquitur de his, qui litteris falsis ab aliis impetratis vtuntur.

k ¶ *Sub nomine nostro.*] id est, qui litteris falsis vtuntur per alios impetratis sub nomine nostro: isti minus puniũtur, quàm illi, qui per se hoc faciunt, vel per alios, vt patet per hanc litteram & superiorem. C. ad l. Cor. de fal. maiorem.

l ¶ *In istis.*] de quibus hic dicitur, qui vtuntur litteris per alios impetratis.

m ¶ *In illis.*] scilicet qui per se hoc procurant, de quibus præmisit. vel dic, in illis, id est, laicis: in illis, id est, clericis.

n ¶ *Negligentia.*] Hæc tamen quandoq; dolo comparatur, cum scilicet dissoluta est, crassa & supina. ff. manda. si fideiussor.

ACcedens.] Primo ponit decisam conquestionem: Secundo prouisionem: ibi, *Fraternitati.* Abbas.

CASVS.

in dictamine[a], deprehendimus falsitatẽ: ac in hoc fuimus admirati; quia tu tales litteras à nobis crediderae emanasse: Cum scire debeas Apostolicam sedẽ consuetudinem in suis litteris hanc tenere; vt Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, fratres †: cæteros autem Reges, Principes, vel alios cuiuscunque ordinis, filios in nostris litteris appellemus. Et cum vni tantũ personæ nostræ litteræ diriguntur, nunquam ei loquimur in plurali[b], vt vos siue vester, & his similia in ipsis litteris apponamus. In falsis autem litteris tibi præsentatis in salutatione, dilectus † in Christo filius vocabaris: cum in litteris, quas aliquãdo tibi trãsmittimus, te videre potueris à nobis fratrem venerabilem appellatum. Propter quod sic litteras Apostolicas studeas intueri tam in bulla[c], filo, & charta, quàm in stylo, quòd veras pro falsis, vel falsas pro veris litteris † modo aliquo non admittas.

¶ Idem.

¶ Qui per se vel per alios litteras Papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus: & clerici officiis & beneficiis priuati sunt, & degradandi, & tradendi curiæ seculari, per quam laicus legitime punitur: Qui vero falsis litteris vtitur, si clericus est, officio & beneficio priuatur: si laicus, excommunicatus est. hoc dicit.

CAP. VII.

AD † falsariorum confundendam malitiam: & infra. ¶ De communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, vt qui litteris nostris vti voluerint, eas primo diligenter examinent[d]: quoniam si falsis litteris se vsos dixerint[e] ignoranter, eorũ sera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferius adnotatas. Nos enim omnes falsarios[f] litterarũ nostrarum, qui per se vel alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus & defensoribus suis, anathematis vinculo decernimus innodatos: statuentes, vt clerici, qui falsarij fuerint deprehẽsi[g], omnibus officiis & beneficiis ecclesiasticis perpetuo sint priuati: ita quòd qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquã per ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, seculari Potestati tradantur[h], secundum constitutiones legitimas[i] puniẽdi: per quã & laici, qui fuerint de falsitate conuicti, legitime puniantur. ¶ Qui vero sub nomine nostro[k] litteris falsis vtũtur, si clerici fuerint, officiis & beneficiis ecclesiasticis spolientur: si laici, tandiu maneant excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter: ita tamen; vt in istis[l] & in illis[m], malitia grauius, quàm negligẽtia[n] puniatur. quod & de his, qui falsas litteras impetrãt, statuimus obseruandum.

¶ Idem.

¶ Non præsumitur quis falsare litteras de simplici iustitia, nec punitur si hoc comperto destiterit illis vti.

CAP. VIII.

ACcedens †: & infra. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si litteræ Apostolicæ, in quibus falsitas fuerit deprehensa, de simplici iustitia formã habeant (cum præsumi nõ

¶ Dictio, litteris, deest in antiquis codicibus.

¶ Et ſ. de temp. or. eos qui. lib. 6. in Add.

¶ Cap. 4. eod. tit. de falsariis, in 3. compilatione.

¶ Vide 10. litera ... in præf. crim. seu §. fin. q. 56 ...

Casus. Quidam impetrauit litteras ℥ aduersarium suum de simplici iustitia, in quibus litteris falsitas fuit deprehensa: Imperator hoc intelligens, amplius noluit vti eis: propter quod dioecesanus eps ipsum ab officio & beneficio suspendit: Vnde accessit ad dominum Papam rem sibi exponens. mandat Papa episcopo, si litteræ Apostolicæ in quibus falsitas fuit deprehensa, formam habeant de simplici iustitia, officium & beneficium illi restituat, & ipsum super hoc vlterius non molestet: quia non est præsumendū ꝙ pro talibus litteris, quæ de facili habentur, quis cōmittat vitium falsitatis, & ille non fuit vsus illis, postquam eas falsas esse cognouit. Not. ꝙ in his quę de iure competunt alicui, & quæ de facili habentur, non est ꝓsumēdū falsum cōmitti. & no. ꝙ circa modica non præsumitur dolus committi. Item qui abiurat malum, quam cito scit malum. nō debet dici culpabilis.

debeat[a], quòd pro talibus litteris, quæ possunt facile obtineri, fraudem quis cōmiserit falsitatis) nec litteris vsus[b] est, postquam eas falsas esse cognouit, tu ei officium beneficiumque restituens, ipsum super hoc vlterius non molestes.

¶ Idem.

¶ Propter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto, rescriptum nō probatur falsum.

CAP. IX.

EX † conscientia ⁝ & infra. ¶ Verum litteras ipsas, quæ redargutæ fuerant falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis inuenimus, nisi paucarū litterarum rasuras[c], quæ nequaquam sapientis[d] animum in dubitationē vertere debuerunt: Vnde si vobis constiterit prædictum R. obligasse se sub periculo causæ[e], quòd litteras illas falsas esse probaret (cum quilibet ad renuntiandum[f] iuri suo liberam habeat facultatem) ipsi R. super dicta ecclesia silentium imponatis[g].

TITVLVS XXI.

De sortilegijs †.

¶ Ex pœnitentiali Theodori ⁑.

¶ Sortilegia pro furtis inueniendis vel diuinationibus faciendis prohibentur, & contrafacientibus pœna imponitur.

CAP. I.

IN talibus, vel codicibus, aut alijs, sorte[h] furta non sunt requirenda: nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obseruare præsumat: Qui autem contra fecerit, quadraginta dies[i] pœniteat.

¶ Alexander tertius Grandesi. ⁑ Patriarchæ.

¶ Presbyter, qui per inspectionem astrolabij furta requirit, ad tempus suspēditur ab altaris ministerio. Ita communiter summatur: sed in veritate hæc summatio non est indistinctè vera, quia acrius potest puniri.

CAP. II.

EX † tuarum tenore litterarum accepimus, quòd V. presbyter cum quodam infami, ad priuatum locum accessit, non ea intentione vt vocaret dæmoniū: sed vt inspectione astrolabii furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperari. Verum licet hoc ex bono zelo, &

¶ Glo. seq. not. quòd litteræ. & c. quærit & soluit. signat contrarium.

a ¶ *Præsum non debeat.*] Not. ꝙ non præsumuntur litteræ falsæ, quæ sunt de simplici iustitia, & quæ de facili possunt haberi. sicut non præsumitur ꝙ in re modica dolose agatur. ff. de dolo. si oleum. §. vlt. cum l. sequenti. vnde si quis suggessit falsum in litteris, quæ sūt de simplici iustitia, non statim præsumēdæ sunt falsæ, nisi probetur ꝙ ex certa scientia falsum suggessit: quia qui dicit ꝙ falsum ex certa sciētia suggessit, dolum allegat, sed dolus ex perspicuis indicijs probari debet. C. de dolo, dolum. si tamen alter vult probare ignorantiam, auditur. Sed qualiter eam probabit? Dico ꝙ per iuramentum ĵ. de sent. excom. si vero 2. & 34. q. 2. l lectū. Sed pone ꝙ falsum affirmet circa rem propriam, cuius notitiam habuit? præsumitur primo ℥ ipsum, quia non præsumitur quis ignorare factum propriæ rei. C. de rescin. vē. quisquis. quod verum est. sed illam præsumptionē elidit hæc præsumptio: quia non præsumitur dolum cōmisisse circa litteras, quæ de facili habentur, vt hic dī, & sic vna præsumptio elidit aliā circa idem factum. ff. de in inte. resti. diuus. supra de præsumptioni. litteras. argu. ℥. ī. de electionib. cum inter. R.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

b ¶ *Vsus est.*] Sim. ĵ. de exces. prała. inter. arg. ℥. ī. c. pri. vbi nō excusatur qui vsus est falsis litteris ignoranter. Sed illud intelligendū est de his quæ non sunt de simplici iustitia, quæ non possunt haberi de facili, vnde illa præsumptio eos condemnat, hic excusatur à ℥ria præsumptione, in litteris de simplici iustitia non est præsumptio ℥ impetrantem: vnde per ignorantiam excusatur, si statim desistat, quando scit eas falsas. Io.

EX *conscientia.*] Primo diffinit obiectum dubiū: Secundo obijcientem puniri mandat: ibi. *Verum.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam impetrauit litteras ℥ aduersarium suū super quadam ecclesia: aduersarius ille in iudicium euocatus postulauit sibi fieri copiam rescripti, quo viso cœpit illas litteras arguere de vitio falsitatis, obligando se sub periculo causæ suæ, ad probandū ꝙ litteræ falsę essent: iudex litteras illas misit ad dñm Papā, vt per eum sciret veritatem huius falsitatis: Papa litteras illas diligenter inspiciens nullum signum falsitatis vel suspicionis in eis inuenit, nisi rasuras paucarum litterarum, quæ sapientis animum in dubitationem inducere non debuerunt: vnde mandat Papa quatenus si constiterit prædictum R. se obligasse sub periculo causæ suæ, ꝙ litteras illas falsas esse probaret, sibi super dicta ecclesia silentium imponatur: quia quilibet liberam habet potestatem ad renunciandū iuri suo. No. ꝙ rasura paucarū litterarū nō reddit falsum rescriptū, nisi esset in loco suspecto, prout hic intelligitur. Et sic not. ꝙ modica suspicio non vitiat rescriptum. Item modica suspicio non debet animum sapientis immutare. Itē aliquis potest se obligare sub periculo beneficij sui. Itē licitum est vnicuique renunciare iuri suo.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

c ¶ *Rasuras.*] Non in narratione facti, quia ex hoc nulla suspicio esset. ī. de fide instru. ex litteris. nec per talem rasuram facta fuit ambiguitas in nomine. ī. de fide instru. inter dilectos. Contra habes ꝙ rasura inducit suspicionem. supra de relig. domib. cum venerabilis. & ĵ. de priui. cū olim. a. & ī. eo. licet. §. quinta. vbi de hac materia.

d ¶ *Sapientis.*] Modica suspicio non debet sapientis animum immutare. ī. de simo. & si q̄stiones. & 1. q. 1. iudices. Ioan.

e ¶ *Causæ.*] Quod fieri potest. ī. de elect. cū dilectu. vbi de hoc. in fine. & sub pœna ordinis & beneficii potest se aliquis obligare. 1. q. 8. quotiens. & de cō se. dist. 2. ego Berengarius. Ber.

f ¶ *Renuntiandum.*] Supra, de regu. ad Apostolicam. & ī. de foro cōpe. dilecti. & c. si diligenti. & C. de pact. si q̄s in conscribendo. & de episc. & cleri. si quis in conscribendo.

g ¶ *Imponatis.*] Sed nūquid propterea est ecclesia illa aduersario assignanda? Rñdeo, nō, nisi probet primo se habere ius in illa 1. ī. de rescript. olim, in fine.

¶ De sortilegijs. Quia sortilegia continent in se falsitatem, merito de his subijcitur.

De hac materia glossa est optima 26. q. 2. in summa. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 26. q. 1. & q. 2. & q. 3. & q. 4. & q. 5. & q. 6. non licet iniquas. vsque in fine q.

IN *tabulis.*] Primo ponit prohibitionem: Secundo ponit pœnā trāsgressoribus: ibi, *Qui autē.* Abb.

Casus. In cap. isto dī, ꝙ furta non sunt requirenda sorte in tabulis vel codicibus aut alijs: nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obseruare præsumat: & qui ℥ fecerit, xl. dies pœniteat. Nota hic pœnam illorum, qui sortem & diuinationes exercent.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

h ¶ *Sorte.*] Sic electio per sortem 2 non est faciēda. ĵ. eo. c. vlt. Arg. ℥. 26. q. 2. sors. & c. 2. qui. quia licet sors in sui natura non sit mala, tñ ꝓhibetur, ne ꝑ assiduitatē labātur in idololatriā. sicut est in iuramēto. 22. q. 1. ꝯsidera. & hoc cap. hi q. loquit̄ de cōparatiua permissione: ibi, potius permittunt̄ sortes, q̄ ad dæmonia consulēda concurrant: sic ꝑ diuinationes futuras sortes ꝓhibētur, vt hic patet, & 26. q. 5. illud. & q. 5. cap. sortes. & cap. peruenit. q̄nq; tñ permittitur per sortem aliquid fieri, vt dī ĵ. eo. cap. vltim.

¶ Glo. seq. signat contrarium.

i ¶ *Quadraginta dies.*] Si laicus fuerit, cōione ecclesiæ priuetur: si vero clericus, officio & beneficio potest priuari. 26. q. 5. non oportet. & duobus cap. seq. Et arg. contra. ĵ. cap. proxi. argum. ℥. ĵ. cod. cap. vlti. vbi non puniuntur.

EX *tuarum.*] Primo ponitur consultatio: secundo responsio: ibi, *Verum.* Abbas.

Casus

¶ Cap. 1. eo. tit. in 4. cōpilatione. Vide Matthæum de Afflictis de cisiōe 404. & lib. 3. Rubrica 19. tit. de falsarijs super constitut. Neapol. adde doctores in l. fin. C. de edicto diui Hadri. tollen.

¶ Vide Consilij i tract. de minimis, & Iason in l. si. ff. qui satisda. cogan tur.

¶ Aliās sortilegia, non male. & de materia huius tituli, tractatus extat Pauli Grillandi. adde Alfonsum Castrē lib. 1. c. 13. de iusta hæreti. puni. &c.

¶ Sic & Burchardus li. 11. decret. cap. 16. & Ivo par. 11. c. 32. iterū Burchard. lib. 19. c. 5. tit. de arte magica. & c. 1. eo. titu. in 1. cōpila.

¶ Aliās, Grandes.

¶ Cap. 3. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateran. sub Alexandro iij. par. 10. c. 6. De pœna sortilegorū facerdotū, vide concilium Lateran. sub Leone x. sess. 9. & Bernardinum Diaz in pract. crim. cano. c. 100.

2 Hæc Bernardi sententia non placet hic Hostiensi sed vide in. And. qui ambos verum dicere putat, diuersis tñ modis.

3 De materia huius glossæ vide B. Thomā. 2. 2. q. 95. art. 8. ex quo intelliges quando & quibus sortibus vti liceat.

Casvs. Quidam presbyter V. nomine accessit cū quodā infami ad locū priuatum, non illa intentione vt dæmonium inuocaret, sed vt posset inuenire furtū cuiusdam ecclesiæ per inspectionem astrolabii: Patriarcha Grāden. significauit hoc Dño Papæ: vñ ipse scribit eidē dicens, q̄ licet ex bono zelo & simplicitate presbyter ille hoc se fecisse pponat, tñ non modicam maculam peccati ɔ̄xit; quare mandat, quatenus per annum & amplius, si ei visum fuerit, eum ab altaris ministerio pcipiat abstinere: & extunc officium suum poterit exercere. Nota q̄ simplicitati parcēdū est. Itē pœnæ sunt arbitrariæ. Itē nota hic pœnam illorum, qui huiusmodi inspectiões vel diuinationes exercent.

simplicitate [a] se fecisse proponat: id tamē grauissimum fuit, & non modicam inde maculā peccati cōtraxit: & infra. Mādamus, quatenus talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam † imponas, quod per annū & amplius, si tibi visum [b] fuerit, eum ab altaris ministerio præcipias abstinere: & extunc liberum [c] sit ei exercere officium sacerdotis.

a Simplicitate.] quia bono zelo hoc fecit, aliquātulū excusatur. arg. s. d apost.a.c. 1. & q̄ a p simplicitatem hoc fecit, dignus fuit misericordia: nam simplicitati parcēdum est. supra de rer. permuta. cap. cum vniuersorum. vbi de hoc. Ber.

b Si tibi visum.] Et ita tempus pœnitentiæ arbitrariū est. 26. q. 7. tempora pœnitudinis. sed minorem pœnitentiam anno non posset imponere, ex quo Papa sibi annū præfixit, sed supra est ad arbitrium epi.

c Liberum.] Hoc intellige dictum ex dispensatione: nā de iure cōi debuit remanere priuatus, & eps de iure ɔ̄ illum processit. 26. q. 5. nō oportet. & c. si quis eps. & c. aliquātu. sed quia bono zelo per simplicitatem deliquit, Papa mandat ipsum restitui, & eps auctoritate sua cum isto potuit si voluisset, dispensare, cum in casu isto ei hoc non sit prohibitum, & dispenset etiam in maioribus. 50. dist. presbyteros. & s. de iudi. at si clerici. vbi de hoc. Ber.

¶ pœnam, habens vetustiores codices, & plerisq; manuscripti.

¶ Lucan.

¶ De materia huius decretalis vide Felinum in c. capitulum. supra de rescript. & D. Thomā 2. 2. q. 9. art. 5. & ibi Caietanū, ex quo intelliges cur fortes repellantur in electionibus spiritualibus.

¶ Concor. tex. in l. 2. ff. de dol. & in l. antep. eius vulg. ff. de excu. tuto.

¶ Honorius tertius capitulo Lucan †.

¶ *Non solum electio per sortes fieri nō debet, sed etiā electiones cōpromissariarum per sortes assumi non debent.*

CAP. III.

Ecclesia † vestra episcopo destituta, vos conuenientes in vnū, vt de futuri tractaretis electione pontificis, vnum elegistis ex vobis per sortem: qui tres auctoritate vestra elegit, per quos vice omnium Lucañ. prouideretur ecclesiæ de pastore: quorum duo tertium, magistrum R. scilicet elegerūt: quod expresse licebat eisdem, secundū traditam à vobis omnibus potestatem [d]. Procuratoribus igitur vestris super his, in nostra præsentia constitutis, Nos tali examinato [e] processu, licet nota non careat, quinimo multa reprehensione sit dignū, quòd sors in talibus interuenit: & infra. Electionem celebratā de ipso, ad gratiam [f] confirmationis admittimus: sortis vsum in electionibus [g] perpetua prohibitione damnantes.

Ecclesia.] In prima ponitur electio: In secunda electionis prosecutio, examinatio, & reprehensio: In tertia, gratiosa cōfirmatio, & sortis prohibitio. Secunda: ibi, *Procuratoribus.* Tertia: ibi, *Electionem.* Abbas.

Casvs. Vacante Locana ecclesia canonici conuenientes in vnū, de futuri pastoris electione tractaturi, vnum elegerunt ex se per sortem, qui vice capituli tres eligeret electores, per quos vice omniū prouideretur ecclesiæ de pastore: quibus ab ipso electis, duo ex illis tertium ex se magistrū R. elegerunt: quia sub hac forma eis data fuerat eligēdi potestas, vt vel ex se, vel aliis eligere possent. electionem istā per nuntios suos pśentauerunt dño Papę, petentes eā cōfirmari: dñs Papa examinato tali processu, dignū multa reprehēsione inuenit, p eo q̄ sors in talibus interuenit: electionē celebratā de pdicto magistro ad gratiā confirmationis admisit, sortis vsum in electionibus perpetua condemnans prohibitione. Nota, q̄ cū sub hac forma datur aliquibus eligēdi potestas, vt vel ex se, vel ex aliis eligere possint, tunc possunt eligere vnū de se, aliàs non, vt hic colligitur. Item ad quem pertinet confirmatio, ad ipsum pertinet examinatio processus & personæ. Itē sortes in electione prohibitæ sunt.

¶ *Glos. seq. alleg. ɔ̄tor. ponit opi. quam reprobat per locum à diuisione, & per simile, & per decret. Cumana. & respondet rationi contrariæ.*

d Potestatem.] Sim. habes supra de elect. cū in iure. dicunt tñ quidā, q̄ idem esset si aliqua forma nō fuisset expressa, q̄ possent vnū de se eligere, vt dr̄ in cap. cum in iure. quod nō credo, quia vbi simpliciter dat potestas eligendi tribus, nulla forma adiecta, ita habēt potestatem eligendi omnes, q̄ vnus vel duo sine tertia eligere non possunt: vñ si duo eligant tertium, non valet quod faciūt, q̄a hanc potestatē nō habent: si ille eligat se cū aliis, nō valet: q̄a nemo seipsum eligere pōt. supra de instit. cum ad nostrā. q̄a alius debet esse electus, & alij eligentes, vt ibi dr̄, sicut est inter baptizantem & baptizatū. supra d bapt. debitū. & supra d iure patro. p nostras. 24. q. 1. didicimus. & ff. de tu. & cur. da. ab his. l. pen. & ff. de test. iu. ex sententia. ff. ad Trebe. ille à quo. §. tempestiuum. quia duplici officio fungi non pōt. vt ibidem dr̄, sicut si tres iudices vel arbitrarij sint dati simpliciter sine illa clausula, q̄ si non omnes, &c. duo sine tertio procedere non possunt, quia potestas iudicandi ita data est omnibus, q̄ duo sine tertio, vel alter sine altero procedere non potest. supra de offi. dele. ca. vnico delegatorum. c. causam matrimonij. De hoc etiam dixi in c. cum in iure. sed cum datur aliquibus potestas eligendi de se vel aliis, si voluntaliquem eligere de se, tūc potestas eligendi remanet penes illos tantū, & eis solis data intelligit, sicut quando committit causa cum illa clausula, q̄ si nō omnes, &c. sed si simpliciter datur aliquibus potestas eligēdi, tunc non possunt aliquē eligere de se, sicut est in iudicibus, vt dictū est, & psona electa nullo modo debet computari inter eligentes, vt probat s. de elect. Cumana. & ideo dicit hic, q̄ eis licebat secūdum traditā, &c. Et hoc arg. non valet. Capitulū pōt eligere vnū d se: sed isti q̄bus data est simpliciter eligendi potestas, funguntur vice capituli. ergo possunt eligere vnum d se. Capitulum enim eligit iure cōi, siue ordinario, sed isti non eligunt iure cōmuni, sed potestate sibi concessa per capitulum. Ber.

e Examinato.] & merito: ad quem enim pertinet cōfirmatio, & examinatio processus & psonæ. s. de elect. nihil est. & c. cum nobis. & c. venerabilem. & supra de transla. c. vlt. & supra de hære. cap. cum ex iniuncto in fin.

f Ad gratiam.] Hoc ideo dicit, quia de iure debuit cassari, sed ipsum da gratia confirmauit.

¶ *Glos seq. no. à ɔ̄trio. & illud coadunat, secundo obiicit & soluit.*

g In electionibus.] Per hoc q̄d dicit, in electionib', vr, q̄ in aliis [a] vsum sortis non reprobet. arg. 25. dist. qualis. & ff. de iudic. cum pretor. ff. de test. ex eo. & 15. q. 3. de crimine. pterea in multis casibus vsum sortis admittimus. ff. de indic. sed cum ambo. ff. fa. ercisc. si q̄ sunt. C. cōia de le. si duobus. circa prin. Sed quare prohibet vsus talis in electionibus? nonne Matthias sorte electus fuit. 31. dist. cleros. in prin. & sors non est aliquid mali. 26. q. 2. sors? Dicas q̄ licet Matthias & Ioannes sorte electi fuissent. non tñ eorū exemplo eligendus est aliquis per sortem, vt 26. q. 2. non statim. & c. non exēplo: quia illud factū fuit diuina inspiratiōe. sic. 14. q. 5. dixit. Quod autem dr̄, sors non est aliquid mali, verum est considerata in se, sed ex causa prohibet, vt dixi s. eo. c. 1. & præterea hic non fuit seruata forma concilij. s. de elect. quia pp. vt vr. pp dissensiones vero & lites dirimendas sors admittitur circa iudicia, vt dicunt prædictæ leges, in quo casu potest intelligi capi. illud, sors. sed in electionibus licet ibi sit discordia, non licet per iura prædicta. Ber.

¶ De collusionibus nonnulla vetus Gregorianæ. & i. ce teris manuscriptis, De collusione, absq; voce, detegenda.

¶ Gregorius lib. 2. registri indict. 11. epistola 58. cap. 77. apud Ioannem Diaconum lib. 4. c. 92. de vita B. Gregorij. referunt post cōcilio Lateran. sub Alexan. in par. 48. c. 8 & c. 1. eo. tit. in 1. cōpilatione.

¶ a Vt plene intelligas hanc glossam, purget Henricum Boich, Ioā. Anani. & alios doctores hic, vide omnino D. Thomā, & Caietanum in citato cap. eiusm.

TITVLVS XXII.

De collusione detegēda †.

¶ Gregorius † vniuersis epis de Corin.

¶ *Accusatore desistente ab accusatione potest iudex ex officio suo inquirere super crimine illato.*

CAP. I.

Scripta fraternitatis vestræ relegentes, agnonim',

DE COLLVSIONE DETEGENDA.

¶ *Quia in collusione inest falsitas, ideo subiicitur hæc rubrica de collusione. De hac materia rubrica respectu quo colludens præuaricatur, habetur 2. q. 3. § si facti teni in c. 2. in §. de procu. lib. 6. & in clo. constitutionem, §. sane. de elect. Et collusio est inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio, vt voluit glo in c. 3. infra eod. in ver. collusione. & vide glos. 2. q. 3. cap. si quem. §. notandum. Et dicitur colludens falsum committere, quia aliud agit, & aliud simulat. 3.*

De hoc materia habetur 9. q. 3. c. 1. in rubri. de pœnis. versicu. quæ sit pœna collusionis. & supra in rubrica, de accusatio.

Scripta.] Si accusator ab accusatiōe desistat, debet iudex inquirere an per collusionem hoc fecit. ita summatur cōiter. Primo ponit factum. Scdo decidit qōnem circa factum: ibi, *Quia.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam accusauerunt Hadrianū epm; tñ accusatores cum H. in amicitiam conuenerūt, desistēdo ab accusatione, significatū fuit hoc dño Papæ, q̄ per collusionem desisteret ab accusatione: vnde scribit Papa epis d Corin. sup hoc dicēs, q̄ qualitas facinoris nūiati ipsum inducit

¶ Concor. ff. in l. post abstractum. & ibi dat. ff. de dum habes tum lern ii. aus C. eod.

inducit, vt talia dissimulare nõ debeat, cũ gratiã inter se fecisse dicant: vñ mãdat hoc diligẽter inquiri, ne forte huiusmodi cõcordia nõ ex charitata, sed ex pmio sit cõparata. Not. q qualitas facti cõsideranda est. Item non licet recedere ab accusatione ex præmio.
a ¶ *Quod hi.*] Arg. q plures accusatores possunt admitti ꝫ vnũ super eodem crimine. ṡ. de accu. licet. & 2. q. 1. imprimis. & plures procuratores admittuntur. ṡ. de testi. insuper. hic enim admissi fuerũt plures accusatores. & in c. in primis. quod fieri nõ debet: immo iudex debet eligere magis idoneum. ff. de accu. si plures.

quòd hi [a], qui cõtra Hadrianũ episcopũ aliqua dixerãt, modo cũ eodem in amicitiam conuenissent: & infra. ¶ Quia vero nũtiati facinoris qualitas [b] nos vehementer impellit, vt ea, quæ audiuimus, dissimulare [c] nullatenus debeamus: præsertim cum accusatores, & accusatum inter se fecisse gratiam [d] indicaueritis: hoc necesse est subtilius perscrutari: ne forte non ex charitate [e], sed ex præmio, eorum sit concordia comparata.

¶ Idem.

¶ *Desistente accusatore & accusato iudex prosequitur.*

CAP. II.

CRimina † semel audita, Gregorius [f] indiscussa nullo modo præteribat [g]: etiam si accusatus cum accusatore in gratiam rediisset.

¶ Alexander tertius Noruicen. epõ.

¶ *Colludens in causa beneficiali, priuari debet beneficio.*

CAP. III.

AVdiuimus † vsque adeo clericorum malitiam excreuisse, vt interdum inter se collusione [h] facta super benefi-

¶ *Glo. seq. not. modũ præponderandum facto.*
b ¶ *Qualitas.*] De amicitia lætatur, & non de modo illo, quo in amicitiam conuenerunt, & ideo præcipit inquiri de collusione: vnde dixit Io. quidam sapiens phantasma: Deus nõ est remunerator nominũ, sed aduerbiorum. hoc est dicere, non remunerat Deus bonum quod fit, sed qđ bene fit: vnde nõ remunerat Iudęos q crucifixerũt [ſ] Christũ, licet mors Christi bona fuerit: quia pp hoc de pœnis inferni nos redemit, & ideo non remunerauit eos, quia nõ bene fecerunt: Deus enim cor interrogat, & non manũ. xxiiij. q. 5. siquid inuenisti. nec considerat q fiunt. sed quo animo fiũt. 15. q. 7. c. 1. ĩ fi.
c ¶ *Dissimulare.*] j. ca. proxi. & c. pe. & vlt. per hoc enim consentire vr. arg. 44. dist. Ephesiis, in fin. & 83. dist. error. & ṡ. de hære. c. 2.
¶ *Glo. seq. distinguit & prosequitur dupliciter modum recedendi à lite in triplici genere causarum.*
d ¶ *Gratiam.*] Arg. q nõ liceat recedere à lite. vnde not. q tria sunt genera causarum, scilicet ciuilis, criminalis, & spiritualis. Dupliciter enim potest quis à lite recedere: per gratiam, & per transactionem. In causa ciuili qñq; potest quis à lite recedere per gratiam: & per transactionem sine aliqua pœna vel nota: nisi in actione famosa [2], in qua non licet transigere sine iudicis auctoritate, aliàs notatur infamia. ff. de his qui not. infa. l. furti. §. pactus. In causa vero criminali ante inchoatam litem licitum est desistere per gratiam. ff. ad Turpil. mulier. & l. quæsitum. post inchoatam litẽ non licet sine iudicis auctoritate, & sine consensu rei, si fuit suppositus tormento. C. de abo. l. 3. vel si ex hoc remaneret infamatus, vt argu. 5. q. 1. quidam. Et si destiterit, incidit in Turpillia. si publicum crimẽ intendit. C. ad Turpil. l. 1. & fideiussor punitur in quãtitate promissa, & accusator notatur infamia. & extraordinarie pro motu iudicis punitur. ff. eod. l. 2. ff. de custo. & exhi. reo. l. 4. & ff. de præua. l. 3. in fin. & l. si is. si vero priuatum [3], extraordinarie punitur. ff. ad Turpilla. si quis repetere. in fi. Pro motu iudicis ſm canones omne crimen quasi publicum censetur, vnde per transactionẽ seu gratiam à lite recedere non licet. arg. hic, & j. c. proxi. & c. vlti. Quòd si fecerint inter se gratiam vel aliquam collusionem, iterum inquiretur de crimine, vt hic patet, & j. c. proxi. & vlti. iudex tamen si in crimine illo posset dispensare, præstare potest auctoritatẽ, si voluerint inter se gratiam facere. arg. 5. q. 2. si primates. & 15. dist. c. 1. & c. studendũ. In causa spirituali bene licet à causa recedere per gratiam, per transactionem vero non, vt proprie intelligas transactionem. ṡ. de re. permu. c. vlti. ṡ. de transa. super eo. In causa vero criminali vel matrimoniali neque per transactionem, neque per gratiam seu compositionem licet discedere. ṡ. de transac. c. vlti. Ergo si aliqui gratiam faciant inter se indebito modo, iudicis est inquirere, vt hic patet per totũ. C. de generali abo. indulgẽtia. & l. s. vbi autem ex iusta causa vult discedere, iudex debet indulgere abolitionem. 2. q. 3. si quem pœnituerit. & §. præuaricator. C. de aboli. l. 1. & 2. In causa mixta, puta cum agitur ad tori separationem, potest

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compilat. verba autẽ huius cap. sunt Ioãnis Diaconi in vita B. Gregorij lib. 4. c. 32. quare illud, idẽ, non possit ad Gregorium referri, & hinc observatio glossæ 1. huius.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateranẽ. sub Alexan. iij. par. 28. ca. 22.

[1] Vide B. Thomam. par. 1 q. 47. art. 6. & ibi Caietanũ.

[2] Super hoc vide quod not. 5. q. 7. §. tria. ad fi. in glo. fa. mo. lo. An.

[3] De publicis & priuatis vide in Spec. de accu. §. 2. in princi. Ioã. And.

quasi vult, discedere. arg. ṡ. de diuor. ex litteris. quia nõ solum septies, sed etiam septuagesies, &c. [4] ṡ. de iureiur. quemadmodum, Ala.
e ¶ *Charitate.*] Si enim ex charitate hoc fecerunt accusatores, possent tolerari, sed ex præmio non, vt hic dicit. & j. c. proxi.
CRimina.] Casus de se patet. Not. q crimina semel audita, indiscussa remanere non debent: quia crimina vndecunq; claruerint, punienda sunt.
f ¶ *Gregorius.*] Gregorius iste secundus fuit, vel tertius forte: & loquitur de primo.
g ¶ *Præteribat.*] quia vndecunq; crimina claruerit, puniẽda sũt. 24. q. 3. ecce. & ṡ. c. pxi. & 86. dist. siqd. & 2. q. 3. cap. si quẽ. §. notandũ.
AVdiuimus.] Beneficio suo priuatur, q per collusionẽ illud cõstituit censuale. hoc dicit. Primo refert collusionẽ: Scđo illũ priuari mandat: ibi, *Vnde.* Ab.
CASVS. Quidã clerici super beneficiis, quę possident, se permittũt & sustinent ab aliis molestari, & postmodum, vt quæstioni cedant, & illi qete possideãt, quasi nomine transactionis soluunt illis, qui eos molestabant de ipsis beneficiis, annuã pensionem, vt post mortem illorum sibi succedant in beneficiis illis, sup quibus facta est collusio: peruenit hoc ad notitiã Dñi Papæ, vnde mãdat diœcesano epõ, quatenus si constiterit ei clericos suæ iurisdictionis per collusionẽ fraudẽ hmõi cõmisisse, eos beneficiis illis, sup quibus collusum est, nõ differat spoliare, cũ satis esset indignũ, si fraus & dolus, quæ in aliorũ præiudiciũ nitũtur cõmittere, in eorũ incõmodum non redundent. Not. q prælatus potest ecclesiã constituere pensionariam. Item fraus & dolus non debent alicui prodesse.
h ¶ *Collusione.*] Collusio est inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio. Colludium enim nõ debet remanere impunitum. 2. q. 3. si quem pœnituerit.
i ¶ *Pensionem.*] Hæc pẽsio constitui nõ potest sine auctoritate epi: vnde vitã eius qui soluit nõ excedat, etiã si p collusionẽ facta non fuerit. ṡ. de transa. decætero. & est simile ṡ. de pactis, cũ clerici. B.
¶ *Glo. seq. recitatur per q. rationes.*
k ¶ *Spoliare.*] Per talem collusionẽ præiudiciũ fit huic epõ, q a sic præcluditur via super ordinatione ecclesiæ suæ, vt hic dr: vnde non tenet eo absente facta: etiam si sententia lata fuisset. ff. de re iudi. de vnoquoque. & ff. de collu. cum non iusto. & l. vlti. vnde merito spoliandi sunt illis ecclesijs propter dolum & fraudẽ taliter perpetratam: dolus tñ talis impunitus remanere non debet, ne malitia sit illis lucrosa. ff. de do. l. 1. in prin. & l. ne ex dolo. nec est æquum quẽquam suum dolum releuare. ff. pro socio, verum. §. tempus. & ff. de reg. iur. nõ fraudantur. in fin. 16. q. 1. legi. & ex eo q deliquerũt non debent esse melioris conditionis. ff. de do. inter vi. & vxo. l. 3. §. 2. & ff. de furt. itaque fullo. §. sed nemo. ff. qđ vi aut clã. l. seruus.
IN tantum.] Iterum contra illum inquiritur de crimine, qui per collusionem fuit absolutus. hoc dicit. Diuiditur, nam primo ponit cõmissam inquisitionẽ, relatã collusionẽ, & ipsius exitũ: Scđo ponit bimembrem commissionẽ. Secunda: ibi, *Discretioni.* Abb.
CASVS. Archieps Archerontinus super simonia & aliis criminibus intantum fuerat diffamatus, q sine scandalo & periculo nõ poterat amplius dissimulari; vnde Papa multorũ clamoribꝰ excitatus, horum inquisitionẽ commisit, sed propter tergiuersationes ipsius & calliditates cũ ipsis inquisitoribus & examinatoribus (vt dicebatur) collusionem fecerat, & testes duxerat corrumpendos, ita q non solum prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti, verumetiam peiora prioribus committere non expauit: vnde mãdat Papa quibusdam, quatenus si de huiusmodi collusione & corruptione constiterit, ex integro super præmissis excessibus & alijs inqui-

cijs, quę possident, se sustineant ab aliis molestari: & postea, vt quæstioni cedatur; & iidem † clerici beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis soluunt aliis de beneficiis annuam pensionem [i], vt post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est collusio facta, ius sibi valeant vendicare. Vnde tibi mãdamus, quatenus si quos clericos tuæ iurisdictionis, per collusionem huiusmodi fraudem legitime tibi constiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, non differas perpetuo spoliare [k]: quia satis esset indignum, si fraus & dolus, quæ in præiudicium tui iuris, & aliorũ nitũtur cõmittere, in eorũ nõ redũdarent incommodũ & iacturã.

¶ Gregorius ix. Baren. † Archiepiscopo, & fratri Ioseph monacho Floren.

¶ *Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, non impedit facultatem iterum accusandi, & inquirendi de illis criminibus.*

CAP. IIII.

IN tantum clamor, qui ascẽ-

[4] De hoc per Io. 2. q. 5. §. vlti. in glossa. scias. vbi etiã notat in quibus liceat transigere, & in quibꝰ nõ, de quo vide p Innocentium infra. e. proximo. Ioã. And.

[5] Hic locus in vulgatis libris legitur ita: & iidem clerici, qui beneficia quiete possideãt, & sic in omnibus manuscriptis restitutũ est vt est impressum.

† Baren.

inquirat, quæ viderint inquirenda: alioquin super nouis tm̃ inquirant. Nota q̃ non licet alicui corrumpere iudices, vel inquisitores, vel testes: vnde puniri debet ex collusione, & iterum inquiri. Item crimina semel dimissa, iterum puniri non debent.

dit contra Acherontinum † archiepiscopum inualescit, quòd dissimulare a ipsum vlterius sine scandalo b nõ valemus, nec sine periculo c tolerare: & infra. Licet † autem sedes Apostolica frequentibus clamoribus excitata, inquisitionẽ quorũdam excessuum suorum duxerit committendam: propter tergiuersationes d tamen ipsius (vt dicitur) eodem cum inquisitoribus, & examinatoribus colludente e: necnon corruptis testibus, & inquisitoribus ac examinatoribus supra dictis; non solum prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti, verumetiam peiora prioribus committere non expauit: & infra. Discretioni uestræ mandamus, quatenus si de huiusmodi collusione ac corruptione constiterit, ex integro super præmissis & aliis, alioquin super nouis f dũtaxat inquiratis, quæ videritis inquirenda.

TITVLVS XXIII.

De delictis puerorum †.

Gregorius †.

Impuberes præter vitium carnis delinquere possunt, puniuntur tamen mitius quàm adulti.

CAP. I.

Pveris grãdiusculis g peccatum nolũt attribuere quidã, nisi ab annis xiiij. cum pubescere h cœperint: Quod merito crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare furta, mẽdacia, & periuria non esse i peccata? At his plena est puerilis ætas: quãuis in eis non ita k vt in maioribus punienda videantur.

Alexander tertius Hermoñ. episcopo.

Puer non debet ita seuere puniri sicut maior, nec pater ex delicto filij impuberis tenetur.

CAP. II.

Referente † nobis H. intelleximus, quòd cũ filius eius decennis, cum aliis pueris sagittaret, quidam nepos eiusdẽ H. sagitta percussus, interiit: quod idem filius eius cum inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregisse: propter quod abbas Sancti Remigii à præfato H. secundum consuetudinem illius terræ, centum solidos instantius requirebat l: & infra. Vnde † quoniã in pueris relinqui solet inultum m, quod in aliis

a Dissimulare.] sic supra, eodem capitulo primo.

b Scãdalo.] Tũc vere debet Prælatus ingrere de excessibus subditorum, cũ per famam, q̃ scandalum generat, ad ipsum peruenerit. ȝ. de accu. qualiter. & 86. dis. si quid.

c Periculo.] quaod si ad exemplum: quia q̃d agitur à Prælatis, facile trahitur à subditis in exemplum. ȝ. de voto, magnæ. & 11. q. 3. præcipue. vel quo ad dilapidationem, si in hoc laborat. Ber.

d Tergiuersationes.] Tergiuersari est in vniuersum ab accusatione desistere, vt 2. q. 3. c. si quem. §. notandum. vñ potest exponi tergiuersationes, id est, versutias siue calliditates, de quibus induxit inquisitores, vt desisterent ab inquisitione.

Glos. seq. tractat de pœna collu. dicens, quòd sicut calũniosi extra ordinẽ, etc.

e Colludente.] De colludio puniri debet pœna legibus constituta. 2. q. 3. si quem pœnituerit. & nihilominus inquiretur iterum de criminibus illis, vt hic dr̃, & ȝ. eod. c. 1. Omnes. n. calumniosi pro qualitate cõmissi criminis extra ordinem puniuntur. ff. ad Turp. l. & in priuatis. vt si priuatum sit crimen, officio iudicis culpa cius coercetur. ff. eo. si quis. §. vlt. ff. d̃ præua. l. 2. Si vero publicum, infamis efficitur. ff. eo. si is qui. §. vlt. ff. de præua. l. 2. Ad similitudinem istorũ vr̃ q̃ iste esset puniendus, licet non dicatur præuaricator seu calumniator proprie, quia non licet taliter corrumpere iudicem, aut etiam testes. ȝ. c. proxi. si de hoc constiterit, tñ ille q̃ examinatores, siue inquisitores & testes puniri possent officio iudicis extraordinaria pœna: tñ non dicit q̃ puniatur, sed iterum inquiratur de his & aliis, vt in fine puniatur. Ber.

f Nouis.] Bene dicit, super nouis, quia de delicto vnius hominis sæpius quæri nõ debet. ff. naut. cau. sta. licet. i fine. & supra, d̃ accu. de his. & c. licet. quia crimina semel dimissa, iterum in vltionem venire non patimur. 23. q. 4. si illic. & de pœn. distinctio. 4. diuina clementia. & 3. q. 1. §. prohibentur. & §. ab alio delatum.

DE DELICTIS PVERORVM.

Supra visum est de quibusdam delictis, verum quia dubitatur, an in talibus pueris ætas implicetur, merito annectitur hæc rubrica.

De hac materia habetur. 15. q. 1. per totum. & 4. q. 3. c. 1. & 22. q. 6. cap. paruuli. cum duobus capitulis sequentibus.

Pverie.] Primo ponit dictum, quod secundo reprobat: ibi, *Quod merito*. Abbas.

Casvs. Quidam nolebant pueris etiã grandiusculis peccatum attribuere, nisi post xiiii. annos, cum incipiunt pubescere: Dicit Gregorius, istud merito crederemus, si non essent alia peccata, nisi quæ membris genitalibus committũtur; sed furta, mendacia, periuria sunt peccata, & puerilis ætas plena est his, verumtamen non ita punienda sunt in his, vt in maioribus puniũtur. Not. q̃ pueri doli capaces peccare possunt in multis, & puniri debent: sed non intantum sicut maiores, & ita peierare possunt. Item omne delictum cadit in puerum, præter delictum carnis. Item ratione ætatis mitius agitur.

g Grandiusculis.] i. est, doli capacibus, videlicet vij. ann. tales. n. & mentiri & verum dicere, & confiteri & negare possunt, vt dicit Augu. in epistola ad Renatum episcopum; vt habetur in gl. Aug. super cap. de conse. dist. 4. paruuli.

Additio. Legitur in dialogo Gregorii de puero quinque annorum, qui iurans, & detestans, & blasphemans, à diabolo raptus fuit: secundũ Hostien. Io. And.

h Pubescere.] Ante. n. pubertatem, quæ in anno xiiii. solet euenire, nõ præsumitur de quoquam, nisi etiam malitia suppleat ætatem. ȝ. de despon. impub. de illis. & c. vlt.

i Non esse peccata.] Quasi diceret, nulla: cum iuramentum pupilli valeat. ff. de lib. caũ. l. vlt. ergo potest peierare. Item potest committere furtum cum est doli capax. ff. de fur. impuberem. Ar. ȝ. ff. de iureiur. qui iurasse. Sed ibi non fuit doli capax. Tenent ergo tales pueri ex delictis. C. si aduer. delict. l. 1. & C. de pœ. impunitas. Arg. ȝ. d̃ cõsec. dist. 4. eos. & C. de fal. mo. l. 1. & ff. de ædil. edi. cum autem. §. excipitur. Sed hoc intellige cum non sint doli capaces, vel quo ad minorem pœnam. Lau.

k Non ita.] Sic ergo ratiõe ætatis mitius agitur. ff. de minor. auxiliũ. §. etiam. & l. si ex causa. iudicati. Itẽ not. q̃ omne delictũ cadit in puerum, postquam est doli capax, præter delictum carnis. ff. ad Sill. l. 1. §. impubes. & l. excipiuntur. Arg. ȝ. j. cap. prox. sed ibi soluitur.

Referente.] impubes percutiens alium, non debet puniri pœna pecuniaria secundum consuetudinẽ terræ, nec ob hoc quid potest exigi à patre. hoc dicit. Vel sic, Pater ex delicto filij impuberis nõ tenetur. Primo ponitur appellantis querela. Secundo iudicis datio: ibi, *Vnde*. Abbas.

Casvs. Quidã puer x. anno. dũ cũ aliis pueris sagittaret, quẽdã alium puerum fortuito casu sagitta percussit, & mortuus fuit: propter quod abbas Sancti Remigii à patre ipsius pueri centum solidos requirebat s̃m consuetudinem terræ illius, vnde dictus H. pater pueri appellauit ad Papam: super hoc scribit Papa Hermoñ. epo dicens: quia pueri non ita puniuntur secundum leges, sicut illi qui sunt maioris ætatis; mandat, quatenus si constiterit filium prædicti H. infra xiiii. an. eundem excessum cõmisisse, prædictum abbatem moneat, & compellat, vt ab eodẽ H. prædictos centum solidos pp aliquam consuetudinem non exigat, nec requirat pro temporali pœna. Nota q̃ ætas excusat à tanto, sed non à toto. Item pro delicto filii minoris xiiii. anno. pœna pecuniaria pater puniri non debet.

l Requirebat.] Vnde dictus H. ad sedem Apostolicam appellauit.

Glos. seq. recit. per obiect. duplicem, scilicet ad tex. & ad casum. prima soluitur per expositionem litteræ. secunda dupliciter.

m Inultum.] 15. q. 1. illud. sed illud intellige de eo, qui non est doli capax. vnde, expone, inultum, id est, nõ perfecte vltum, vt ȝ. c. proxi. ff. de min. auxilium. §. 1. & l. si ex causa. §. 2. & C. de pœn. impunitas. C. si aduer. delict. l. 1. & 2. & ff. de dam. infec. l. damni. §. si pupillus. & 21. q. 5. si quis cuiuslibet. verumtamen non punitur. Sed vnde hoc, q̃ nõ punitur propter talem excessum? Non dicit q̃ non punitur secundum iura, maxime cum daret operam licitæ rei, & esset x. ann. sed dicit q̃ propter illam consuetudinem pecuniam illam pro tẽporali pœna non exigat, si erat infra xiiii. annos: cum ille puer nihil habeat, & pater pro filio non est conueniendus. C. ne fil. pro pa. l. 1. nec dominus pro seruo. ff. de pec. licet. §. ex furtiua.

Margin notes: Acheronph. — Acherontinum. — Pro intellectu huius decretalis vide Archidiaconum, Præpositũ, & Tortorem maiorem in c. si quem pœnituerit. 2. q. 1. — Vide dictatum in c. 1. supra eo. — In plerisque uulgatis ita. Gregorius nouus, in manuscriptis vt plurimũ ut est impossum in ueteri compilatione c. 1. eod. titu. Augustino tribuit, verum unde sit sumptũ, nondũ est inuentum. — Cap. 1. eod. tit. in 1. compilatione. De materia huius decretalis plene doctores hic unde plene per Andreã Tiraquellum tract. de pœnis temperan. aut remitten. causa 9. & Angeliũ tract. de malefic. verbo sciente. — Alibi. Verum quoniam, &c. — Alibi incipit, si ferunt, & ibi dicitur, q̃ ex iusto facto per seruum contra dominum agitur in quantum factum eã locupletior. Io. And.

tiua. maxime ratione ætatis. & quia delictũ extra venit, non ex animo. licet in culpa fuerit, & ideo noxam non commisit: vnde habes in integrũ restitutionem, si volueris. C. si adver. delict. l. 1. & pater eius nomine petere posset, si pecuniaris pœna esset sibi imposita ff. de mino. pater pro filio. 1. responso. Irregularis tñ fuit effectus. & pœna spiritusli debet puniri, siue canonica. & ex eo q̃ dicit, pro temporali pœna: mitius tñ agitur cum eo pp ætatem. ĩ. cap. proxi.

Glo. seq. duo arg. signat contrarium, & remittit.

a *Infra decimũquartũ annum.*] ex hoc vr. q̃ si fuisset ĩ xiiij. annũ, q̃ Abbas illi pœnã posset exigere, forte quia habebat ibi temporalem iurisdictionem. Et potest sumi arg. ex hoc, q̃ ab epõ habente regalia à principe, pro regalibus illis appellandum sit ad dominum Papã, & non ad principẽ, qđ verum est, nisi consuetudo aut priuilegium ɔtrariũ inducat. j. de app. Romana. §. debet [in 6.] Vel forte abbas hoc habuit ex consuetudine iã præscripta, vt pro homicidio pœnam pecuniariam exigat. Arg. ɔ. j. de pœnis licet. sed illud ibi etiam soluitur.

Aliàs ita: propter illam, &c.

prouectioris ætatis humanæ leges dicunt seuerius corrigẽdũ: Mandamus, quatenus si constiterit, filium prædicti H. infra decimũquartũ a ætatis suæ annum, eundem excessum commisisse, memoratum abbatem moneas & compellas, vt ab eodem H. prædictos centum solidos, propter †illam consuetudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali pœna requirat.

TITVLVS XXIIII.

De clerico venatore †.

Ex concilio Aurelianen. †

Clerico prohibetur venatio, & contra facienti pœna imponitur. hoc dicit cum sequenti.

CAP. I.

Episcopũ, presbyterũ, aut diaconum, canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad venãdum habere non licet b Quod siquis talium personarum in hac voluptate c sæpius detentus fuerit: si episcopus est, tribus mensibus à communione: si presbyter, duobus: si diaconus, ab omni officio d suspendatur.

Vide concilium Tridentinum sessio. 24. de reformat. c. 12. §. vestitu insuper. & Bernardinum Diaz in pract. crim. cano. c. 61.

Est in concilio Agatensi c. 55. & in concilio Epaunensi c. 4. refertur Burchard. lib. 2. decret. c. 213. & Iuo par. 6. cap. 128. vbi ceterum concilio Meldensi refert iterum Iuo par. 5. cap. 166. & par. 13. c. 30. & Gratianus siue palea dist. 34. c. 2. & cap. 1. eo. tit. in 1. compilatione.

DE CLERICO venatore.

Supra visum est de quibusdam delictis tam clericorum quàm laicorum, nunc submittit de quibusdam delictis clericorum tantum, scilicet de clerico venatore.

De hac materia habetur 86. dist. in c. quo venatoribus. cũ 5. cap. seq. & 34. dist. c. 1. in principio. Abbas.

Ex eodem †.

Summatum est supra cap. proximo.

Episcopum.] In prima ponitur prohibitio: In secunda pœna: ibi, *Quod si quis.* Abbas Siculus.

Scilicet concilio Aurelian. sed habetur in synodo Frãcica sub Zacharia, refert Burchardus li. 2. c. 214. Iuo par. 6. cap. 289. & par. 13. cap. 29. & cap. 2. eo. tit. in 1. compilatione.

CASVS. Dr̃ in capitulo isto, q̃ epũs, presbyter, & diaconus aues ad venandum, aut canes habere non debent: q̃ si aliquis eorum in hac voluptate sæpe inuentus fuerit, epũs tribus mensibus à cõione, presbyter duobus, diaconus ab omni officio suspendatur. Nota, q̃ clericis auium & canum venationes causa voluptatis prohibentur. Et sic est arg. q̃ hæc eadem causa necessitatis exercere possunt. Item nota hic pœnam clericorum qui venationes exercent.

b *Non licet.*] ĩ. ne cleri. vel mo. c. 1. 34. dist. quorundam. 86. dist. an putatis. & ĩ. de censi. cum Apostolus. & j. c. proxi.

Glos. seq. arg. à contrario, & illud concedit, si tria concurrant. demum distinguit quadruplicem venationem. & quartam scilicet quæ fit ad aues vel bestias, subdistinguit in clamosam & quietam.

c *Voluptate.*] Ergo vr̃ q̃ causa necessitatis vel recreationis licitũ sit: q̃ posset concedi aliis clericis, excepto epõ, cui omnino non licet. 34. dist. c. 1. dummodo clamosam venationem euitent. 86. dist. an putatis. & non sæpius, vt hic dicit, ne in consuetudinem perducatur. Quædam enim venatio dr̃ oppressiua hominum. & hæc omnino illicita est. 6. dist. cap. non est peccatum. §. his itaque. Et est adulatoria, quæ fit per verba, & hæc est illicita. 86. dist. qui venatoribus. & 46. dist. sunt nonnulli. & 6. q. 1. sunt plurimi. & est arenaria, quæ fit in arena. & mala. 3. q. 6. c. infamis. §. tria. saltuosa & clamosa licita est laicis, de qua dr̃ in c. an putatis. sed clericis omnino non licet talis venatio. sed quieta, vt dictum est, causa necessitatis vel recreationis. Episcopo, presbytero, diacono, & subdiacono, qui cum diacono eodem gaudet priuilegio, vt ĩ. de ser. non ord. miramur. ex toto prohibetur: quia de illis fit hic tantum prohibitio.

d

Glossa sequens obiicit, & soluit.

d *Officio.*] Plus punitur hic minor, q̃ maior, quod est ɔ illud. 40. dist. homo Christianus. & 19. dist. nulli. Solu. plus punitur hic epũs & pbyter, quàm diaconus: maior enim reputatur in epõ ista pœna vel presbytero, q̃ suspensio ab omni officio in diacono, pp maius scandalum, & magis imputatur illa pœna epõ vel presbytero, quàm suspensio à beneficio in diacono, vel subdiacono, ex persona enim cõsideratur iniuria. Instit. de iniur. §. atrox. sic & pœna ex persona iudicatur parua vel magna. Ber.

CAP. II.

Omnibus seruis e Dei venationes & syluaticas vagationes cũ canibus, & accipitres, aut falcones interdicimus.

TITVLVS XXV.

De clerico percussore.

Ex concilio Agathen. †.

Clericus sæpe alium percutiens, & monitus non desistens, deponendus est.

CAP. I.

Siquis in aliquo gradu sacro percussor extiterit f, corripiatur à crimine: & si non emẽdauerit g, deponatur.

Gregorius Tarentin. episcopo.

Duobus mensibus à Missarum administratione suspenditur episcopus, qui crudeliter aliquem fustigari facit.

CAP. II.

Præterea, quoniam mulierem propter delictum suum contra ordinem sacerdotij cædi crudeliter h fustibus deputasti: Quam licet exinde (cum post octo i menses decesserit) minime arbitramur fuisse defunctam: Tamen quia ad ordinem tuũ noluisti habere respe-

Omnibus seruis.] CASVS. In hoc cap. prohibentur omnibus clericis venationes & syluaticas vagationes cum canibus exercere, & accipitres, & falcones interdicuntur eisdem. Nota q̃ omnes venationes cũ canibus, & auibus clericis prohibentur.

Addi potest cap. 3. vt refert Burchardus lib. 2. decret. c. 190. & Iuo par. 6. cap. 235. sed an eo concilio nondum reperiã est.

e *Omnibus seruis.*] id est clericis, qui specialiter dicuntur serui Dei, qui in sortẽ domini ad eius obsequium specialiter sunt assumpti. s. de præben. cum secundũ Apostolum. & 21. dist. cleros. & clericos.

Gregorius lib. 2. registri epistola 44. & 83. indict. 11. refert Burchardus lib. 1. decret. ca. 195 & Iuo par. 5. cap. 310. & cap. 2. eod. tit. in 1. compilatione.

DE CLERICO percussore.

Cõtinuata est in prĩc. tĩ.

De hac materia habetur. 45. dist. & 2. q. vlt. siquis omnem. & 86. dist. in §. similiter. et in c. se. & §. pe. & c. nõ liceat. Abbas.

Siquis.] CASVS Si Aliquis in sacro gradu percussor extiterit, corripiatur, & si se non emendauerit, deponatur. Nota q̃ clerici percussores esse non debent.

f *Percussor extiterit.*] Tales enim percussores esse non debent. 45. dist. c. 1. & c. epũm. vbi isti in sacro ordine cõstituti percussores esse prohibentur. & quasi per totum. & 86. dist. non licet. & in Authent. de san. epi. §. sed neque. coll. 9. quam habes C. de epis. & cler. Authen. sed neque.

Glo. seq. arg. à ɔrio specialiter & generaliter. secundo declarat. textũ.

g *Si non emendauerit.*] ergo si se emendauerit, non deponitur. sic 35. dist. c. 1. & est arg. q̃ nõ quodlibet mortale semel commissum sufficit ad damnationem. arg. ea. dist. c. 1. & vlt. & intelligo de eo qui in vsu habuit percutere in ludo noxio, qui non caret culpa. ff. ad leg. Aquil. nam ludus. alioquin crimen percussionis semel commissum non sufficit ad depositionem, vt hic patet: ita tñ q̃ ex tali percussione non procedatur ad enormem læsionem, quia sic deponeretur. 55. dist. si Euangelica. & j. c. proxi. arg.

Præterea.] Summatur sic: Non potest episcopus grauem verberũ pœnam imponere. Et primo ponit episcopi sæuitiam: Secundo ibi, *Quam licet.*] excusat illũ à morte. Tertio illum punit: ibi, *Tamen quia.* Abb. Sicul.

CASVS. Epũs Tarentinus fecit cædi fustibus quandam mulierẽ, ɔ ordinẽ sacerdotij, quæ post viij. menses decessit, sed non propter illam percussionem: peruenit hoc ad notitiã Papæ, vnde ipse præcipit illum duobus mensibus ab administratione Missarum abstinere, quia ad ordinem suum noluit habere respectum. Not. q̃ epũs non debet esse percussor nec per se nec per alium indebito modo.

h *Crudeliter.*] quod facere non debuit, sed moderate. argu. ĩ. de rapt. in archiepatu. & 45. dist. cum beatus. & ff. ad l. Aquil. præceptoris. & j. de sen. excõ. cũ voluntate. & 23. q. 5. c. 1. versus fi. B.

i *Post octo menses.*] Ex tẽporis prolixitate præsumitur, q̃ nõ ex illa

 percussio-

percussione defuncta sit: & econuerso ex temporis breuitate contrarium præsumatur. 50. dist. si qua fœmina. si. n. occasionẽ mortis dedisset, in perpetuũ deberet abstinere. s. de homi. decætero. & 50. dist. studeat. Et hic est arg. contra Bar. qui dixit in c. studeat. illũ presbyterum nõ teneri de occiso, sed de vulnerato, si de casu intereat, & casus ex percussione processit. ff. ad legem Aquil. qui occidit. §. vlt. Ber.

ctum, duobus [a] te mensibus ab administratione Missarum statuimus abstinere.

Alexan. iii. Lucen. episcopo.

Non punitur clericus vt homicida, si fuit ipse in conflictu pro parte violentiam repellentium, licet ibi aliqui mortui sint, & ipse lapides proiecit, ex quo nullum ipse percussit.

CAP. III.

PRæsentium † lator in quodam conflictu asserit se fuisse, pro parte tamẽ illorum, qui violentiã repellebant [b]: in quo lapides ipse proiecit [c], sed aliquem nõ percussit: Quem nos (quia per alios illic aliqui dicuntur occisi) à celebratione Missarum per biennium præcipimus abstinere [d]. Mandamus itaque, vt si alia non impedierint, decurso huiusmodi temporis spatio, ad sui † eum officij executionem admittas.

Celestinus tertius.

Clericus qui fuit in conflictu vbi aliqui fuerunt occisi sine eius facto vel consilio, de iure communi promoueri potest. h. d. secundum intellectum qui plus placet Panor.

CAP. IIII.

COntinentia † litterarum: & infra. Cum P. acolythus cum quibusdam ad resistendum [e] prædonibus arma sumpsisset, in conflictu illo, tres fuerunt ab aliis vulnerati ad mortem: ita tamen, quòd illa homicidia neque facto [f] eius, neque consilio perpetrata fuerunt: & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cũ prædictum acolythum ad frugem melioris vitæ trãsiuisse dicatis, poterit ipse ad subdiaconatus [g] ordinem promoueri, & altaris ministerium exercere.

TITVLVS XXVI.

De maledicis †.

Clemens tertius.

Maledicẽs Papæ puniẽdus est, vt alij deinceps deterreãtur, & ipse arceatur.

CAP. I.

INnotuit † nobis: & infra. Quia nobis p litteras retulisti, quòd I. clericus multis coram astantibus, verba quædam in depressionem [h] officij & beneficij nostri protulit, ipsum à temeritate [i] sua compescas: Vt pœna illius, aliis terrorem [k] incutiat: ne decætero cõtra Romanã ecclesiã in talia verba prorumpant.

Gregorius nonus.

Hic ponitur pœna blasphemantis Deum, vel aliquem sanctum, & maxime Virginem gloriosissimam.

---

a Duobus.] s. tit. proxi. c. 1. si enim percuteret, vt p hoc timeri vellet, ab officio suo debet repelli. 45. dist. epm. Ber.

PRæsentium.] Duobus annis à Missarũ celebratione suspenditur presbyter, qui associat repellentes violentiam in conflictu, vbi aliqui mortui sunt, & lapides proiecit, licet nullum percusserit. hoc dicit iuxta litteram. Primo narrat factum: Secũdo: ibi, *Quem nos.* temporaliter punit: Tertio post tempus admittit: ibi, *Mandamus*, Abbas.

Cap. 1. eod. tit. in 3. compila. libe. & post concilium Lateran. par. 36. & 34.

CASVS. Quidam presbyter fuit in quodam conflictu pro parte illorum, qui violentiam repellebant, in quo conflictu lapides proiecit, sed aliquem non percussit: aliqui occisi fuerũt illic per alios: dubitauit sacerdos, an esset ei imputandum: accessit ad Papam: ipse intellecta eius confessione præcipit illum abstinere à celebratione Missarũ per biennium, ita q si aliud non impediat, extũc sui officiũ exequatur. No. q in dubiis tutior via eligenda est. Item clerici conflictibus interesse non debent: vnde punitur ad cautelam, & sic est arg. q aliquis punitur ex alterius culpa.

In codice Barbaris vt est impressum, in alio vetere ita: ad suam officij executionem admittas. Cũ alius & alij ita: ad suam officij executionem eum admittas.

Cap. 2. tit. de cleri. pugnante in duello in 2. compilatione.

b Repellebant.] ideo rei licitæ operam dedisse vr, quia licitum est se defendere. j. de sen. excom. ex tenore. & violentiam repellere. 23. q. 3. fortitudo. & c. si quis. & c. non inferenda. sed vlcisci non licet. 46. dist. seditionarios. De hoc dixi s. de homi. significasti [a].

Vide citatos in d. c. significasti. s. de homic. vnde hæc plenius intelligas.

Glossa sequens signat contrarium, & soluit.

c Proiecit.] Vnde dubium videri poterat, an fuisset in culpa vel nõ. Cõtra. arg. 23. q. vlt. c. vlt. 50. dist. si qs viduã. & s. de cler. pu. in duel. c. vlt. sed iste aliquem non percussit, vt supra dictu, & hoc constabat. Intellige aliàs si dubiũ esset, repelleretur, vt dicũt contraria prædicta. arg. ad hoc. ff. de testa. tu. duo sunt. & ff. de manu. testa. cũ ex pluribus. 24. dist. quando. & c. nullus. & 2. q. 5. omnibus. B.

d Abstinere.] ad cautelã saltẽ, & vt clerici tales conflictus euitent [a]. & est arg. q aliquis punitur ex alterius facto, vel culpa.

De hoc videtur latius hic Hostiensem, Ioannem And. & alios.

COntinentia.] Hoc c. legitur duobus modis sicut. c. præcedens: Vno modo, q dispensatiue iste possit promoueri: Alio modo, q de iure communi: & secũdum hunc intellectum, qui mihi plus placet, hoc dicit, vt in rubrica. Communis diuisio: Secunda: ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Quidam acolythus P. nomine arma sumpsit ad resistendum prædonibus, & in illo conflictu tres fuerunt vulnerati ad mortem, tñ homicidia illa neque facto, neque cõsilio eius perpetrata fuerunt: tandem acolythus ille ad religionem trãsiuit: volebat promoueri ad sacros ordines; quæsitum fuit à Papa an posset? Rñdet q cum ad frugem melioris vitæ transiuerit, poterit ad subdiaconatus ordinem promoueri, & altaris ministerium exercere. Nota q non debent clerici interesse talibus conflictionibus: vnde iste punitus fuit, licet culpabilis non fuerit, sed ad cautelam potius.

e Ad resistendũ.] qd licet. s. eo. c. px. vbi de hoc cũ suis cõcordãtiis.

f Neq; facto.] Sic 50. dist. si qs viduã. & s. de cle. pug. in duel. c. vlt.

Glossa sequens voce per quæst. rationis.

g Ad subdiaconatus.] & non vltra: licet ergo dispensetur cum isto in subdiaconatu, nõ tñ poterit promoueri ad superiores ordines: Iste enim fuit in culpa assumendo arma, qđ ei nõ licuit. 16. q. 3. porro. & 23. q. vlt. c. quicunq;. nam lachrymæ & orationes sunt arma clericorum. 23. q. 8. cõuenior. etiam contra hostes. s. de voto, ex multa. vnde punitur: quia sine dispensatione non promouetur, etiam fauore religionis cum eo facilius dispensatur. s. de aposta. c. 2.

DE MALEDICIS.

Quia alia percussio fit, puta manu, alia lingua, cũ maledici & detractores quodam modo percutiant, vt supra visum est de percutientibus manu, merito subdit de percutientibus lingua. Abbas.

De hac materia habetur. 46. dist. & 24. q. 3. per totum. 25. dist. §. alias ea demum, in fi. et infra. in rub. de pœ. versi. qualiter maledico.

In codice Barbarum, & in alter manuscripto Vaticano: De clericis maledicis.

INnotuit.] Primo ponit culpã: Secundo illũ puniri mandat: Tertio ponit causam: Secunda: ibi, *Ipsum.* Tertia: ibi, *Vt pœna.* Abbas Siculus.

Cap. vn. eo. tit. de clericis maledicis in 2. compilatione.

Et præter doctores hic, vide Baldum & alios in l. C. hæc pœna. maledictor. & Bernardinum Duo. in pract. crim. cap. 60.

CASVS. Quidam clericus in præsentia multorum quædam verba protulit in contemptũ, & depressionem officij & beneficij domini Papæ: hoc significatũ fuit ei: & mandat cuidam, vt illum clericum à sua temeritate compescat, sic q pœna illius sit aliis in terrorẽ, ne de cætero contra Romanam ecclesiam in verba talia prorumpant. Nota q principi suo seu prælato suo nemo maledicere debet. Item pœna vnius debet esse metus multorum.

h In depressionem.] & male: quia principi nemo maledicere debet. 23. q. 1. paratus. & nonsolum principi detrahi nõ debet. immo nec fratribus. 6. q. 1. summa. & detrahentem secreto proximo suo. hunc persequebar. 23. q. 4. minimũ. & c. qui peccat. & de pœ. dist. 1. homicidiorum. arg. j. de excess. præla. quàm sit graue.

Glos. seq. obuiat, & dupliciter sol. respondens ad contraria.

i A temeritate.] id est, pertinacia. 11. q. 1. si quis sacerdotum. Arg. contra. quod enim ex temeritate siue calore iracundiæ fit, veniam meretur. 2. q. 3. c. si quem. §. notandum. & §. si quis iratus. C. de iureiuran. l. 2. Et dicit Imperator; si quis putauerit nostra nomina lacessenda, si hoc ex leuitate, contemnendum est; si ab insania, miseratione dignum; si ab iniuria, remittendum. C. si quis impera. maledi. l. vnica. & 23. q. 4. inter querelas. & C. de epis. & cle. si qs in hoc. Quare ergo mandat Papa q cõpescat, contra iura prædicta? Sed Papa nõ mandat hic puniri propriam iniuriam ratione personæ, sed quatenus contingit Romanam ecclesiam, quam etiam iniuriã remittere non posset. 63. dist. Salonitanæ. in quo casu loquit 23. q. 4. Guilisarius. & c. si is q. Vel potest dici, q aliquis bene potest punire iniuriam sibi factam à subdito suo, maxime cum nullum habeat superiorẽ, vt hic, & arg. 45. dist. & qui emẽdat. & prædicta iura loquũtur de benignitate seu de mãsuetudine, quia nullus tenetur remittere iniuriam sine satisfactione, nisi velit, sed rancorem sic: de pœnit. dis. 5. c. vlt. & 23. q. 4. si illic. 90. dist. si quis contristatus.

k Terrorem.] Sic. n. pœna vnius debet esse metus alterius. 2. q. 7. qua ppter. & s. de Iudæ. ad liberãdã. vbi de hoc, & s. de calũ. c. 2.

Statuimus

Statuimus.] Primò ponit pœnam ecclesiastici iudicis: Secundo secularis: ibi, *Per temporalem.* Abbas.

CASVS. Statuitur in capitulo isto, qualiter puniri debeant, q publice blasphemiam dicere præsumpserint ꝫ Deum, & aliquem Sanctorum eius, & præcipue ꝫ beatam Virginem: & per epm suum pœna ista est imponenda, prout inferius adnotatur. Si vero aliqs pœnam istam recipere noluerit, ecclesiæ sibi interdicatur ingressus: & in obitu careat ecclesiastica sepultura. Itē si blasphemus diues fuerit, per temporalem Potestatem mulctetur pœna quadraginta solidorum, alioquin .xxx. siue .xx. & si ad hoc non sufficit, v. solidorum vsualis monetæ pœna mulctetur, nullam in hoc misericordiam habiturus: & si Potestas hoc non fecerit, per epm cōpellatur, & hoc statutum ponatur inter alia statuta cōmunium. Nota q ꝫ Deum & alios Sanctos, & præcipue beatā Virginem in blasphemiam nemo prorumpere debet, aliàs punitur prout hic dr. Item arg. q pœnæ possunt commutari. Item arguitur, q vna iurisdictio iuuatur p aliā. Item vbi iudex secularis negligit facere iustitiam, per epm debet ad hoc compelli.

De materia huius decretalis vide Aenar dicti Dus in prax. crim. cano. c. 105. Albertinum tract. de agnoscassert. q. 27. & Couarruuiam in c. quam uis pactum. de pactis. in 1. par. relectionis. §. 7.

Alias leg. septemque præcedentibus sex feriis vel subsequentibus, in pane, &c.

CAP. II.

STatuimus †, vt si quis contra Deum vel aliquem sanctorum suorum, & maxime beatā Virginem, linguam in blasphemiam ᵃ publice relaxare præsumpserit, per episcopum suū pœnæ subdatur inferius adnotatæ: videlicet, vt septē diebus Dominicis, præ foribus ecclesiæ in manifesto, dum aguntur Missarum solemnia, blasphemus existens, vltimo illorū die Dominico, palliis & calciamenta non habeat: ligatus corrigia circa collum: septemque præcedentibus sextis feriis in pane ieiunet & aqua, ecclesiam nullatenus ingressurus ᵇ: Quolibet quoque prædictorum dierum tres si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, siue vnum: Et si nec ad hoc eius suppetant facultates ᶜ, id in pœnam aliam commutetur ᵈ: cui etiam, si renuerit recipere, ac peragere pœnitentiam supradictam, ecclesiæ interdicatur ingressus: & in obitu ecclesiastica careat sepultura. ¶ Per temporalem prætérea Potestatem ᵉ, coactione (si necesse fuerit) episcopi diœcesani adhibita contra ᶠ eū: blasphemus si diues fuerit, quadraginta solidorum, alioquin triginta, siue viginti: & si ad id nō sufficiat, quinque solidorum vsualis monetæ ᵍ pœna mulctetur: nullam in hoc misericordiam habiturus: quód etiam inter alia communitatum statuta ponatur.

Glos. seq. aggrauat blasphemiam per text. cano. & per rationem, subdens pœnam legis & canonis.

h ¶ *In nos & ecclesiam Romanam.*] Vnde magis puniendus fuit qui deliquit in principem, & sine restitutione damnandus. 21. dist. in tantum. immo culpam & offensam, quam in Deum & Romanam ecclesiam commisit, remittere non posset. 23. q. 4. si is qui. & 63. dist. Salonitanæ.

j ¶ *Petri claues.*] de quibus habes 21. dist. in nouo. vnde habet potestatem ligandi & soluendi. 24. q. 1. quodcunque. Iste enim contempsit Petri claues violando sententiam interdicti tam per se, q̄ per alios,

[1] Hodie sit in Prædicatoribus & Minoribus, per decretalē Bonifa. super cathedram. innouatam per Clement. Vich. de sepult. dudū. Ioan. And.

[1] De cogendis synodis, & qui sint vocandi, vide sancita demum in concilio Trident. sessio. 24. de reformat. c. 2. & de materia vide Iacobatium tract. de cōcilio lib. 2. art. 2. adde quod super his cū ibi notatis supra de maior. & obedient.

[1] altissima

[1] Hodie quicunque regulares etiam monachi ad publicas processiōes vocati, accedere compelluntur: his tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt. ita concilium Triden. sessio 25. de regularibus, cap. 13.

[1] Ad hoc.

[1] honorabiliores in.

[1] receptatores

[1] Bracarensis & Colubriensis seu Colubriensis episcopatus siti sunt in Portugallia, de quibus videre Ioannem Vasæum in annalibus Hispaniæ. c. 20. 21 de materia textus & glossæ vide Couarru. in relect. ... de sent. excom. lib. 6. in 1. parte relectionis §. 1. & 2.

potestatem : cum nō solum interdicti sententiam, quam seruauerat ab initio, temere violauit, verumetiam induxit alios, immo compulit non seruare[a]: & quos inducere monitis, & flectere minis ac terroribus, ad violandam interdicti sententiam nulla potuit ratione, post atroces iniurias, amissionē bonorū, spoliationem parentum, dignitatibus, præbendis, & beneficiis spolians coegit miserabiliter exulare: ea suis in hac parte fautoribus, non absque præsumptione temeraria conferendo: quæ omnia idem episcopus in nostra, & fratrum nostrorum præsentia publice recognouit. ¶ Licet autem memoratus episcopus in manibus nostris sponte cesserit voluntate: nolentes tamen, vt hi, qui huiusmodi sententiam interdicti non sunt veriti temeritate propria violare, ac recipere dignitates, præbendas ac beneficia aliorum, qui absque culpa & sine causa rationabili eis fuerant spoliati, seueritatem effugiant canonicæ vltionis: ne facti peruersitas transeat præsumptoribus in exemplum[b]: auctoritate Dei omnipotentis, omnem institutionem, destitutionem, collationem præbendarum, beneficiorum ac dignitatum præsumptas per eundem episcopum, & excommunicationis seu interdicti sententias, in quoscunque hac occasione prolatas ab eo, post interdicti violationē eiusdem, decernimus irritas & inanes[c] ¶ Quia vero vbi magis exceditur, ibi est seuerius vindicandum[d]: Mandamus, quatenus omnibus, quos prædictus episcopus in supradicta beneficia, præbendas & dignitates intrusit†, non solum a beneficiis ipsis, præbendis & dignitatibus, verumetiam ab aliis beneficiis (si qua obtinent) & ecclesiis prorsus amotis[e], tam præsumptores eosdem, quàm omnes alios, qui præfatum interdictū damnabiliter violarunt†, suspendas [auctoritate† Apostolica] ab officio & beneficio. ¶ Illos quoque, quos in personas & res prædictorum canonicorum, Prælatorum, & clericorum manus temerarias constiterit extendisse, ad nostram venire compellas præsentiā, pro meritis sententiā† recepturos; Inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis[f].

TITVLVS XXXII.

De noui operis nunciatione.

¶ Lucius iij. Paduano episcopo.

¶ *Etiam ecclesia ædificata post nunciationē noui operis, destruenda est expensis construentis. hoc dicit cum sequenti.*

CAP. I.

INtelleximus† ex litteris tuis, quód cum causa, quæ vertitur inter Priorem sancti Cypriani, & clericos de Rodigio super capella, quæ in præiudicium baptismalis ecclesiæ de

per alios, quos ad hoc compulit, & tunc suspensus fuit violando interdictum: vt dicitur infra. Ber.

a ¶ *Compulit non seruare.*] Propter hoc non excusantur, cum pro nulla pœna temporali debuerant interdicti sententiā violare. 32. q. 5. ita ne. licet culpam eorum attenuet; . supra quod metus causa. factis. arg.

b ¶ *In exemplum.*] Vt per hoc etiam fiat cæteris interdictio delinquendi. 2. q. 7. quapropter. ſ. eo. c. 1. & ſ. de Iudæ. ad liberandā. in fi. qa facilitas veniæ incētiuū tribuit delinquendi. 23. q. 4. est iniusta. Ber.

¶ *Glos. seq. nota, volentē interdictum non posse beneficia conferre vel excommunicare: ponit op. Ioan. cui opponit, & pro illa alleg. contrarium decret. si celebrat, cui respon. Secundo ponit secundam causam nullitatis ex parte recipientis collationem, ponens etiam quorundam lecturam, cui resistit. Tertio ponit tertiam causam ex parte destitutorum. Quarto prosequitur primum dictum, interferens an interdicto loco, homines loci sint interdicti.*

c ¶ *Irritas & inanes* .] Nota, q̄ qui non seruat sententiam interdicti, beneficia vel dignitates conferre non potest tāquā suspensus. ſ. de conces. præben. quia diuersitatem. & hic patet manifeste. Itē nec talis pōt aliquem excōicare, cū quantum ad sacramenta ecclesiæ excōicatus reputetur: quia ex eo q̄ dicit, irritas, patet q̄ institutiones & excōicationes sententiæ nullæ fuerunt. 24. q. 1. audiuimus. tn̄ Ioan. dicit ibi, quòd suspensus tantum ab officio potest excōicare: sed hoc non vr̄, qa cū ipse sit officio priuatus, alium priuare non potest, vt hic vr̄; si sententia talis tenuisset, illos absoluisset, vt in sententiis excōicationis fieri consueuit: sed hic sententias illas decernit irritas. & inanes. Arg. ℨ. ſ. de cle. excom. mi. si celebrat. sed hic longe magis excessit, q̄ ibi: & est diuersus casus; ibi loquitur de suspensione canonis per participationem, hic de suspensione hominis. Item collatio prædictorum nulla fuit: quia illi, quibus collatio facta fuit, non seruauerunt interdictum. nec excōicatis conferri possunt multo fortius. ſ. de cle. excom. mini. postulastis. §. 2. & ſ. de. æta. & qua. cum bonæ. Quidam dicunt, q̄ hic plus fuit processum, scilicet, q̄ executores qui posuerunt interdictū, excōicauerūt violatores interdicti: & sic recte dicit, irritas & inanes: sed ex littera huius decre. non colligitur hoc, sic etiam excōicati fuerunt violatores Interdicti. ſ. de cle. excom. mi. postulastis. §. 2. de institutionibus & destitutionibus nulla dubitatio est, quia sine culpa & absque ordine iuris fuerunt destituti, & ita si nulla fuit destituno, nulla fuit institutio. 3. q. 6. hæc quippe. & ſ. de accusat. ad petitionē. & j. de pur. can. c. penul. & ita dubitatio tantū remanet circa snias excōicationis & interdicti, & de illis idē credo, vt dictū est. ex eo. n. q̄ tantū excessit, vt patet in prin. decre. suspensus fuit à iurisdictione: contemnendo enim claues ecclesiæ, amisit potestatē clauium, sicut qui non est ligatus, ex contemptu ligatur. 11. q. 3. c. si is qui. §. cum ergo. & 24. q. 3. notandum. in fi. locus enim a interdicitur propter homines, & ita homines sunt interdicti & suspensi, & non locus: quia cum locus sit res inanimata, nec suspendi nec interdici potest, & ita cum dr̄, interdico locum talem: hoc est dicere; interdico homines illius loci, & celebrantes ibidem: & ita celebrantes in loco interdicto, interdicti sunt & suspensi & irregulares: & ita nec eligere nec eligi, nec etiam postulari possunt. ſ. de postu. c. 1. & ſ. de elec. cum inter R. & ſ. de consue. cum dilectus. ſ. de cler. excō. mi. Apostolicæ. & sic iste eps qui violauit interdictū qd ab initio cœperat obseruare, suspēsus fuit & irregularis: vn̄ postea in alios snias excōicationis, seu interdicti, aut suspensionis ferre non potuit, & solus Papa cum talibus dispensare potest. ſ. de re iudi. cum æterni. & j. de sen. excom. cū medicinalis. [lib. 6.] arg. contra. scilicet quòd nō sit irregularis vel suspensus. ſ. de cle. excom. mi. postulastis. §. vlt. & hic vbi dicit; suspendas oēs, & c. sed istud ad factum refertur, cum etiam isti essent suspensi violando interdictum: sed qui cōmunicat aut etiam celebrat excommunicatus, non est suspensus proprie, nisi à perceptione sacramentorum, aut irregularis: licet aliàs sit puniendus, dūmodo nō in cōtemptum & cōtra prohibitiones superioris. ſ. de cle. excom. mi. si celebrat. cum hoc in iure nō inueniatur statutum; : & ideo non debet extendi hæc pœna. Ber.

d ¶ *Seuerius vindicandum.*] quia vbi maior est culpa, maior exerceri debet vindicta. j. de hęre. excōicamus. §. credentes. vbi inuenies cōcordātias plures. de hoc sim. ſ. de æta. & quali. cum bonæ.

e ¶ *Amotis.*] Hæc est pœna illorum, qui non seruant interdictum. ſ. de cle. excom. mini. postulastis. §. quæsiuistis.

f ¶ *Brachij secularis.*] vr̄ ſ. de offi. ord. c. 1. & c. quoniam in plerisque. in fi. & ſ. de iudi. cū non ab homine. vbi enim ecclesia amplius facere non potest, implorare debet auxilium seculare, & compellere, & econuerso. ſ. de maledi. c. 2. arg.

DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE.

¶ *Supra visum est de excessibus Prælatorum in genere, nunc restat videre in specie de excessu, qui fit in ædificando. Abbas.*

INtelleximus.] Ædificium post nunciationem noui operis demoliri debet expensis construentis. hoc dicit In prima consultatio: In secunda responsio: ibi, *Quia vero.* Abbas.

Casus. Clerici de Rodigio cœperunt ædificare quandam capellam in præiudicium ecclesiæ baptismalis de Costa pertinentis ad Priorem sancti Cypriani de Venetiis: ex parte ecclesiæ baptismalis denuntiatum fuit nouum opus clericis de Rodigio, ne in præiudicium ipsius ecclesiæ illam capellam ædificarent: Ipsi spreta denuntiatione processerunt in opere: vnde super hoc ad petitionem Prioris sancti Cypriani de Venetiis commissa fuit causa Paduano epo: Eps quia de noui operis nūtiatione in canonibus nō reperitur, quæsiuit à Papa qualiter sup hoc esset ꝓcedēdū: q̄s vero sicut leges nō dedignātur sacros canones imitari, ita & sacri canones principū cōstitutionib' adiuuant: mādat Papa eidē epo, quatenus diligēter cōside

† Dicebat Glos. q̄ compellens peccauit grauius quàm compulsus. 86. dist. non tn̄. 24. q. 1. qui aliorū. 11. q. 3. qui scribit. Ioā. And.

† Aliàs intrusit.

† Aliàs intruserit, & quia dicatur intrusus tradunt citatio in c. ad aures, supra eod. tit.

† violarunt

† Hæc duo verba: auctoritate Apostolica. desunt in aliquot manuscriptis, & in impressis paulo veteribus.

† Vox, sententiā, deest in antiquis exemplaribus.

† Aliàs prohibitum.

† Cap. 1. tit. de ecclesiis ædifican. in 2. compilatione. Sed doctores hic videntur sensum in summa contrahere, vbi plenissime adde repertentes in Rubrica & l. 1. ff. de noui oper. nunciat.

† Quod sequitur fuit additio à tēpore Innocentii ut hic obseruat Ioānes And. Iam hæc opinio glos. sit communiter reprobatur, vt docet Couarruuias in c. alma mater. de sent. excommunic. lib. 6. in 2. par. relectio. §. 1. nu. 8.

ret, q si post denũtiationẽ noui operis siue iure, siue iniuria aliqd cõstruatur, s̃m leges debet demoliri. & s̃m canones nulla ecclesia in præiudicium alterius est construenda: vnde negotium ipsum tã s̃m leges, quàm s̃m canones non differat terminare. Not. q leges non dedignantur canones imitari, & econuerso canones legibus adiuuantur. Item post denuntiationẽ noui operis nihil est faciendum, aliàs totũ debet destrui. Itẽ nulla ecclesia in p̃iudiciũ alterius est construenda. Item in causis ecclesiasticis s̃m leges potest iudicari.

a ¶ *Non dedignantur.*] In Auth. vt cleri. apud proprios epõs. ad fi. coll. 6. & in Auth. de ec. tit. in prin. coll. 9. & 2. q. 3. c. Enthemiũ. §. hinc colligitur.

b ¶ *Adiuuantur.*] Et ita in causa ecclesiastica leges possumus allegare, vt etiam si canones deficiant, possit iudicari s̃m leges. 10. dist. lege. &c. si in adiutorium. 23. q. 5. historia. 54. distin. ex antiquis. arg. ꝯ. 33. q. 2. inter hæc. 32. q. 4. nemo 1 ? Dicas quòd legibus vtẽdum est in ecclesiasticis causis, nisi canonibus ꝯdicant: q a tunc non. 10. dist. c. 1. & bic in fi. dr. & facit ad hoc. C. de no. co. compo. hæc q̃. ibi, præterquam si iuris diuisione aliqua adiuuẽtur. ĩ. de mal. c. 2. vbi de hoc.

¶ Alias ita: quia vero sicut leges non dedignantur, &c.

¶ constituenda.

1 Adde an ius canonicum vel ciuile præualeat, not. in Authẽ. cassa. per Cy. C. de sacrosanc. eccl. gl. no. insti tut. de nup. in gl. 1.

Costa, ab eisdem clericis est cõstructa, fraternitati tuæ delegata fuisset: & infra. ¶ Quia † vero sicut leges non dedignantur[a] sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum, principum constitutionibus adiuuantur[b]: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus diligẽter considerans, quòd post denuntiationem noui operis, siue iure, siue iniuria[c] aliquid construatur, legalibus debet cõstitutionibus demoliri: & quia nulla ecclesia in præiudicium[d] est alterius construenda †, negotium ipsum secundum legum & canonum statuta nõ differas terminare.

¶ Innocentius iij. Cantuarieñ. archiepõ.

¶ *Summatur vt supra, cap. proximo.*

CAP. II.

CVm † ex iniuncto: & infra.

c ¶ *Siue iure, siue iniuria.*] Hoc sumptũ est ff. de no. ope. nun. l. prætor. §. ait prætor. & l. 2. & est simile in excõicatione, quæ tenet semper, siue iusta siue iniusta. 11. q. 3. c. 1. tãta est. n. vis denuntiationis, vt si aliquid fiat post denuntiationem ante remissionem vel satisdationẽ de opere demoliendo, etiam si ius habeat ædificandi, in totũ debet demoliri. l. p̃dic. p̃tor. §. 1. & hic. & j. c. proxi. & hæc denũtiatio facienda est in re præsenti, & in ipso opere. & nõ tñ dño, sed illis qui ibi sunt. ff. eod. de pupillo. §. nuntiare. de hoc dr̃. j. c. proxi. & hoc ideo, quia nũtiatio ista in rẽ est. & nõ in personã. ff. eo. operis noui nũtiatio. vnde cuicunq; fiat, tenet. ff. eo. cuilibet. alibi facta q̃ in re, nõ tenet. ff. eo. de. pupillo. §. si qs forte. quod põt intelligi[g] q non tenebit quo ad hoc, vt non teneatur demoliri opus factũ, cum ius habeat ædificandi, quod fieret si esset factum in re, vt hic dicit. Et not. q tot debent esse denũtiationes & tot remissiones, quot sunt loca in quibus ædificat. ff. eo. tit. d̃ pupillo. & §. si in pluribus. Lau.

d ¶ *In præiudicium.*] Hæc est alia causa demoliendi ædificium. in præiudiciũ enim ecclesiæ parochialis alia fieri non debet. 16. q. 1. ecclesiæ. & c. quicũque. & ĩ. de eccl. ædi. ad audientiã 1. nisi iusta causa subsit, vt ibi dr̃. & tunc id fieri debet auctoritate episcopi.

¶ Cap. vnico. tit. de noui operis nuntiat. in 3. compilatione. Cõsule Hostiensem in præcedenti ca. citatum.

g Secundũ Hostien. de hoc plene in sum. eo. tit. §. cui fiat. & §. pen. & vlt. & vide in ape. eod. tit. l. 1. in fi.

CVm ex.] Primo mandat opus demoliri, & irritat quicquid ex illo secutum fuit: Secundo reprehendit archiepiscopum, qui non curauit scandalum subditorum: ibi, *Super eo.* Tertio orat eum, vt pareat: ibi, *Fratres.* Abbas. Et nota q cap. dilecti 2. ĩ. de appel. loquitur de eodem facto.

CASVS. Archieps Cantuarieñ. cœpit ædificare quãdam capellã de Lamech, in loco pertinente ad ecclesiam Cantuarieñ. monachi Cantuarieñ. ecclesiæ denuntiauerunt ei nouũ opus: ipse archieps spreta denũciatione ædificauit ecclesiam, & canonicos instituit in eadem, redditus assignando eisdem, recepit etiam iuramenta fidelitatis ab ipsis: vnde monachi Cantuarieñ. ecclesiæ dño Papæ grauiter sunt conquesti: Mandat Papa Cantuarieñ. archiepõ, quatenus quicquid ædificatum est in ecclesia de Lamech post noui operis nunciationẽ suis expensis faciat penitus demoliri, eo non obstante si absens fuerit, cum in lege sit cautum, vt si ille cui opus nouum fuerit nuntiatum, ædificauerit ante remissionẽ, & postmodũ agere cœperit ius sibi esse ita ædificatum habere, debet sibi actio denegari, & in irritũ reducat quicquid de instituendis canonicis ibidem, & alijs ad ipsam ecclesiam pertinẽtibus ordinatũ est ab ipso, vel ab eius antecessore; & canonicos ab obligatione præstiti iuramenti denuntiet absolutos auctoritate Papæ, quia ex quo principale non tenet, quicquid ex eo, vel ob id secutũ est, debet irritari. ¶ SVPER EO QVOQVE In §. isto dicit Papa, q multum miratur, q monachi Cantuarieñ. cum omnia dimiserint propter Deum, tot laboribus & periculis personas & res non dubitauerunt frequenter exponere: quod nullo modo fecissent nisi cognoscerent præmissa in præiudicium Cantuarieñ. ecclesiæ redundare: archiepiscopus pro vitando scandalo ipsorum ab huiusmodi iniurijs non cessauit, cum scriptura dicat, q illa quæ sine mortali peccato omitti non possunt, nõ sunt pro scandalo vitando dimittenda, nec illa debent pro scandalo vitando committi, quæ sine peccato mortali committi non possunt, tñ ab illis quæ sine mortali peccato cõmitti possunt & dimitti, pro vitando scandalo cessandum est, & eis etiam insistẽdũ est: vnde Apostolus: Si scandalizatur frater, non comedam carnes in æternum: & Dominus in Euangelio ꝯ eos, qui scandali præstant materiam: Væ, inquit, homini illi, per quem scandalum venit. & licet scandalum maiorum sit vitandum, vitandum est etiam & minorum. In fine dicit, q ꝯdictioni suæ taliter finem imponat, q ꝯdictio præterita per virtutem obedientiæ valeat expiari. Nota q quicquid factum est post denuntiationẽ noui operis, expensis eius cui denũtiatũ est, demoliri debet: nec debet q s audiri, si dicat ius sibi esse. Itẽ destructo principali, & accessoria destructa sunt. Item arg. pro religiosis, q semper præsumuntur iustam causam habere. Item arg. q pro vitando scandalo quandoque detrahendum est seueritati. Item propter scandalum peccatum mortale committi non debet. Item scandalum minorum vitandum est, sicut maiorum.

¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quicquid ædificatum est in ecclesia de Lamech, post noui operis nũtiationem, expensis[e] tuis facias penitus demoliri, eo non obstante, si etiã absens extiteris: cum cautum[f] sit legitima sanctione, vt si is, cui opus nouum fuerat † nuntiatum[g], ante remissionem[h] † ædificauerit, deinde agere cœperit ius sibi esse ita ædificatũ habere, sibi debeat actio denegari: reducens prorsus in irritũ, quicquid de instituendis ibi canonicis, & alijs ad ipsam ecclesiam pertinentibus, à te vel prædecessore tuo cognoscitur ordinatum, eorum redditibus ad statum pristinũ reuocatis: quos ab obligatione præstiti iuramẽti, pro eo quòd ibidem instituti fuerũt, auctoritate nostra, per te denuntiari præcipi-

¶ Fueris.

¶ De hac remissione, q & tacite. & expresse heri pot. dicit Hostiens. in summa tit. de noui oper. nunciatio. §. qualiter tollatur.

¶ *Glossa sequens obiicit & soluit, & de summatione ipsius, & duarum quæ sequuntur proxi. dixi supra c. 1.*

e ¶ *Expensis.*] Sed quare suis expensis debet destruere, cum nõ fuit ei denuntiatum nouum opus? quia absens fuit, vt hic sequitur in littera: immo sufficit q præstet patientiam, vt monachi destruãt. ar. ff. de alien. iu. mu. causa fa. l. 3. §. item si. & hæres in pœnã non succedit: vnde sufficit patientiã præstare. ff. eo. l. pen. ¶ Sed dic q denuntiatio fuit facta prædecessori, vñ tenetur iste sicut ille, cum ei succellerit in vitiũ. ĩ. d̃ iudi. q a V. & ĩ. d resti. spo. sæpe. & hoc edictũ datur heredi & in hæredẽ, cũ in vitium succedit. & etiam post annũ. ff. eo. l. p̃tor. in fi. ĩ. de testib. significauerũt. & sic suis expẽsis debet demoliri. ĩ. c. proxi. & C. eo. l. vnica. si vero ædificatũ sit dño inuito, tũc sufficit præstare patientiam: Vel si seruus sine iussu dñi hoc fecit. ff. quod vi aut clam. si alius. l. responso. & l. deniq; §. vlt.

f ¶ *Cautum sit.*] ff. eod. l. 1. §. in operis. denegatur huic actio: quia fecit contra denuntiationem ante remissionem.

g ¶ *Nuntiatum.*] Denũtiatio noui operis ad ea tantũ pertinet, q̃ solo cõiuncta sunt, vel in solo fiunt, nõ ad alia. ff. eo. l. 1. §. hoc autẽ edictum. opus autẽ nouum facit, qui ædificãdo vel detrahendo pristinã operis faciẽ immutat. ff. eo. l. 1. §. opus nouũ. nõ autẽ si q s reficit antiquũ. ff. eo. l. 1. §. si q s ædificiũ. & ĩ. de Iudæis, cõsuluit. Illud p̃terea scias, q qui denũtiat nouũ opus, primo iurare debet, q nõ calũniæ causa denũtiat. ff. eo. de pupillo. §. qui opus. & hoc iuramentũ auctore p̃tore exigit antequã iuret, vt ibi dicit. Et q simplici verbo nũtiat, hoc ipso cõstituit ipsum, q ædificat, possessorẽ. secus si p iactũ lapilli. ff. eo. l. 1. §. in operis. & l. d̃ pupillo. §. meminisse. Et ideo melius est hoc facere p lapillũ. & hæc denũtiatio locũ habet siue fiat ipsi dño. siue procuratori, seruo vel puero, vel ipsi fabro, q ædificat. ff. eo. d̃ pupillo. §. nuntiare. dummõ in præsenti re, vt ibi dr̃, vt dixi. ã. c. proxi. Cõpetit autẽ denuntiatio nõ tantum dño, sed etiam emphyteutæ & creditori. ff. eo. in prouinciali. §. vlt. & §. si ego. & l. creditori. Et si ædificet in publico, q libet ciuis admittit ad denũtiãdũ, vt l. prædicta, in prouinciali. §. vlt. Item competit vsufructuario, sed non ꝯ dominum, ita tñ q vsusfructus non sit deterior. ff. de remis. l. 1. §. 2. Item seruus nuntiare non põt. sed ei põt denuntiari. ff. eo. d̃ pupillo. §. 2. nisi nomine alterius nũtiet. ff. quod vi aut clã. l. 3. Itẽ si antequã ædificatum esset, aliq s ageret cũ vicino, ne altius tolleret ædes. nec res defendatur, hoc facere debet p̃tor, vt ille præstet cautionem non prius ædificare, q̃ vltro agat ius sibi esse. ff. eo. si prius.

h ¶ *Remissionem.*] Remissio q̃nque fit expresse[4]. ff. eo. non solum. §. sciendum. & tacite, scilicet morte, vt ea. l. §. morte. Si autẽ q denũtiauit, nõ vult remittere renũtiationẽ; cautione eiã sibi oblata, debet pera-

¶ Illud verũ nisi heres eorum habeat ædificium corpum. vel nisi ædificet. ff. eo. l. prætor. §. hoc interdictum. & l. fi. secundũ Hosti. Ioh. And.

Hanc glossulam apertius intelliges, si legas Hostiensem citatum supra textu.

bet peragere causam, si potest, vsq; ad tres menses, & alter tenetur expectare non obstante cautione oblata, si nõ compleuerit causam vsq; ad tres menses iusta causa impediente, caueat postea de opere demoliendo, & ædificet. C. eod. l. de operis. quidam non habẽt ibi hanc rubricam, sed est in tit. de ædi. pri. & sic intellige. j. eod. c. vlt. & c. proxi. qui enim ita tim vult docere de iure suo, nõ tenetur recipere cautionem, vt ibi, nisi post tres menses, vt ibi dictum est.

a ¶ *Non teneat principale.*] Destructa .n. re, destruuntur priuilegia. ar. j. de verbo. sig. abbate. in fi. & 16. q. 7. & hæc diximus. & s. d fi. instr. inter dilectos. §. cum igitur. C. de legi. non dubiũ. ff. de colle. illicitis. l. 3. & 18. q. 2. in nullo. ff. de re. iur. nihil dolo. in fi. ff. de fideius. fideiussor obligari.

b ¶ *Non fecissent.*] Nota arg. p monachis, q semper præsumuntur iustã litem mouere, cum ipsi sua dimiserint propter Deũ. s. tit. proxi. nimis iniqua. in princ. vñ non est præsumendum q appetant aliena. arg. 12. q. 1. expedit. in fi. & est simile. 9. q. 2. Lugdunẽsi.

c ¶ *Pro vitando scandalo dimittenda.*] Not. q p aliquo scandalo vitando non debet quis mortale peccatum committere: quia vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. j. de reg. iu. qui scãdalizauerit. & illud: Sinite illos, qa cæci sunt. 11. q. 3. inter verba. s. de his q vi metusve cau. c. sacris. & 32. q. 5. ita ne. & 1. q. 7. & si illa. Aliàs si aliqua possint fieri vel omitti sine mortali, detrahendum est iuri, vt hic dicit. & sic possunt intelligi illa iura 50. di. vt constitueretur. & omnia cõsimilia, prout hic sequitur in littera.

d ¶ *Pro scandalo tollendo.*] Propter quod detrahendum est qñq; seueritati. 50. dist. vt constitueretur. & ius relaxatur pp scandalum siue multitudinem. s. de tempo. ord. c. 2. vbi de hoc. & propter scandalum etiam matrimonium impeditur. s. de spon. cum in tua. & s. de cog. spi. super eo. s. de cle. con. cum olim.

e ¶ *Licet maiorum*] id est, diuitum & potentum, qui sociam habẽt multitudinem. 23. q. 4. non potest. Ber.

[Margin notes: dubitauerint. — debeat. — sint. — Vide B. Thomam 2.2.q.43.& totam quæstionem, ex quo intelligas plene hunc locũ. — Pro intellectu huius glossæ vide D. Thomã 2.2.q.43. art.7. — 1. Cor. 8. — Matt. 18. — Matt. 18.]

mus absolutos. cum enim amodo nõ teneat principale[a], quicquid ex eo, vel ob id secutum est, sub præmissa districtione decernimus irritandum: & infra. ¶ Super eo quoque non sufficimus admirari, quòd cum viri religiosi monachi Cantuarieñ. qui omnia dimiserũt pro Christo, tot laboribus & periculis personas & res non dubitauerũt † frequẽter exponere (quod non[b] fecissent, nisi cognoscerẽt præmissa respicere in graue Cantuarieñ. ecclesiæ detrimentum) tu saltem pro vitando tam graui scandalo proximorum, ab huiusmodi etiam tibi prohibitis non cessasti: cum sacræ scripturæ testimonio debueras † didicisse, quòd licet opera illa, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt † pro vitando scandalo † dimittenda[c]; nec ea debeant pro scandalo vitando cõmitti, quæ sine mortali peccato committi non possunt; ab his tamẽ, quæ sine mortali peccato committi possunt pariter & dimitti, sit pro scandalo tollendo[d] cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo insistendum: vnde Apostolus: Si scandalizatur frater, nõ comedam carnes in æternũ. Et Dominus in Euangelio contra eos, qui scandali præstant materiã: Væ (inquit) homini illi, per quem scãdalũ venit, & cætera ¶. Et licet maiorum[e] scandalum sit vitandum, vitandũ est etiã scandalũ pusillorum, iuxta testimoniũ veritatis: Qui scandalizauerit (inquit) vnum de pusillis istis, qui in me credunt, & cætera. Finis ergo his taliter à te imponatur, quòd prætetitæ cõtradictionis rebellio, per virtutẽ sequẽtis obediẽtiæ valeat expiari.

¶ Honorius tertius.

¶ *In optione est nuntiantis nouũ opus, an intra tres menses de præiudicio suo debeat ostendere, & interim cessetur ab opere: an vero recepta cautione de opere demoliendo, statim ædificari permittat. hoc dicit cum seq.*

CAP. III.

Significantibus † canonicis sanctæ Oportunæ, innotuit nobis, quòd cũ super eo, quod N. ciuis Parisieñ. in quadam platea ecclesiæ suæ, eis prohibentibus in suum ædificabat præiudicium & grauamen, deposuerunt coram officiali Parisieñ. archidiaconi quæstionẽ: eis offerentibus incontinenti[f] probare præiudicium & plateã ad suam ecclesiam pertinere: ac petentibus, vt non obstante quod dictus N. cautionem de demoliendo opere offerebat, ædificium prohiberi. Et quia idem officialis interloquendo decreuit[g] probationes eorum admittendas esse, ac ab opere interim quiescendum, idem N. ad Senoñ. ecclesiã † prouocauit[h]. Sed cum Senoñ. officialis eadem interlocutoria reuocata decreuerit, ad opus sub cautione de demoliendo ipso † nõ admissis eorum probationibus procedendum, prædicti canonici nostram audientiam appellarunt: & infra. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum quicquid post appellationẽ huiusmodi interueneritis attẽtatum, & cætera.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Summatum est supra cap. proximo.*

CAP. IIII.

Is, cui opus nouum te nũtiasse † proponis, non obstante[i] cautione, quæ offertur ab ipso de opere destruendo, si nõ iure

Significantibus.] In prima narrat factum appellationis remedio relatum: In secunda dat iudicem: ibi, *Ideoque.* Abbas.

¶ Casus. Quidã ciuis Parisieñ. N. nomine cœpit ædificare in platea sanctæ Oportunæ Parisieñ. in præiudicium ipsius ecclesiæ: canonici ipsi⁹ ecclesiæ denũtiauerũt ei nouũ opus, deponẽtes de ipso super hoc corã officiali Parisieñ. Archidiaconi qõnem, & offerentes se probaturos incõtinenti, plateam illã ad suã ecclesiã pertinere, & illũ in suum præiudiciũ ædificare: Vñ petebãt illũ prohiberi ne ædificaret, nõ obstante q dictus N. offerebat cautionẽ de opere demoliendo, si appareret ipsum N. ius ædificandi non habere: officialis interloquẽdo decreuit, probationes canonicorũ admittẽdas, & ab opere interim quiescẽdũ: à qua interlocutoria idẽ N. ad Senoneñ. curiã appellauit: officialis curiæ Senoneñ. interlocutoriã illã cassauit, decernens prædictum N. procedere in opere construẽdo, præstita prius cautione de ipso demoliendo, si ius nõ habuerit, nõ admissis pbationibus clericorũ: pdicti canonici ad sedẽ Apostolicam appellauerũt: Mandat Papa, quatenus si est ita, qcqd factũ est post huiusmodi appellationem, in statũ pristinũ reuocetur, & post, &c.

Nota q quicquid factũ est post denũtiationẽ noui operis, debet demoliri, non obstãte cautione oblata de opere demoliẽdo, si ius nõ haberet.

f ¶ *Incontinenti.*] maxime, quia idẽ est si vsq; ad tres menses. j. c. pxi. & C. eo. l. vnica. vt plene dictũ est in c. proxi. sed multo fortius[a] si hoc incontinenti pbare volebãt: quia restitutio etiam differtur si incontinenti offerant probationes. s. d restitu. spoli. litteras. & ff. vi in poss. le. si is à quo. in prin. & ff. ad exhib. l. 3. §. ibidẽ. sim. s. de ord. cog. cum dilectus.

g ¶ *Interloquendo decreuit.*] & bene, quia non obstante cautione illa oblata, tenebatur expectare vsque ad tres menses aduersarios volentes probare de iure suo. j. c. prox. & C. eod. l. vnica. prout dictum est in cap. proxi. quæ determinat p hãc decre. & seqnẽtẽ.

¶ *Glos. sequens signat contrarium, & remittit.*

h ¶ *Ad Senon. ecclesiam prouocauit.*] Hic omisso e̅po appellatum est ad metropolitanum. & ideo s. s. de appella. dilecti 2. vbi hæc materia plene expeditur.

I Is cui.] Casus. Quidã denũtiauit nouũ opus alicui, qui in suum præiudicium ædificare volebat: ille volebat præstare cautionem d opere destruendo, denuntians nolebat cautionẽ illam recipere, immo volebat probare præiudicium suum, vel saltẽ vsque ad tres menses: q̃ritur iste denuntians an deberet audiri? Rñdet ei Papa dicens, q ille, cui ipse nouũ opus denuntiauit, tenet ipsum expectare vsque ad tres menses volentem probare præiudicium sui iuris, non obstante cautione, quæ offertur ab ipso de opere destruendo, si non iure ædificatũ appareat. Nota hic & in præcedenti capitulo, q nõ prodest offerre cautionẽ de opere destruẽdo, si aduersarius eam recipere noluerit. Item nuntians nouum opus expectari debet ab aduersario p tres menses volente pbare pıudiciũ sui iuris, nõ obstãte cautiõe de opere demoliendo.

¶ *Glossa sequens obiicit & soluit, ponit opi. quam reprobat.*

i ¶ *Non obstante.*] Sed s vñ, quia si ille cui nouũ opus denuntiatur, satisdederit de opere demoliendo, si apparuerit eum iniuste ædificasse, vel per eum non steterit, quo minus satisdederit, licite potest ædificare. ff. eo. non solum. § si cum possem. & §. sciendũ. & l. prætor. §. 1. & §. hoc interdictum. & §. deinde. & l. stipulatio. aliàs incipit, de noui operis. §. 1. sed hæc intelligenda sunt secundum ea quæ hic, & in c. proxi. dicũtur. & C. de ædifi. priua. l. vlt.[4] & si statim vult probare præiudicium suum, vel vsq; ad tres menses, auditur, nõ obstãte cautiõe, q̃ sibi offert, vt hic dr: aliàs recepta cautiõe ædificat, vel statim, vel post tres mẽses. & sic intelligunt s. ita; & ita est

[Margin notes: a Præsumitur enim de iure illius qui nõ quærit diffugia. ff. de præsum. nullus. Ioã. And. — Vide plene p doctores in l. 1. ff. de noui operis nunciatio. ad de Hostiensem citatum in præcedentibus cap. — Appellatur enim de officiali archidiaconi, q de speciali mãdato cognoscebat hãc causã. Ioan. And. — Aliàs, curiam, atque in recentioribus, nam officialis curiæ ecclesiã habent. — Aliàs, opere. — denũtiasse. — 4 aliàs sub tit. de noui ope. nun.]

in optione denuntiantis, an velit statim docere de iure suo, vel vsq; ad tres menses, an statim recipere cautionem de opere demoliendo, & postea procedatur in opere. Alij[1] dicunt, quod est in potestate illius qui ædificat, dare statim cautionē, vel expectare, vt incōtinenti vel vsque ad tres mēses probet. Sed cōtrium verum est, vt hic patet.

1 Vt Ioa. & Hugolin.

a *Trium mensium.*] Hoc sumptum est de illa l. C. de ædi. pri. l. vlt. Ber.

ædificatū existat, tenetur te per trium[a] mensium spatium expectare, iuris tui præiudicium probare volentem.

DE PRIVILEGIJS, &c.

Supra visum est de excessibus Prælatorum, sed quia quandoq; delinquūt subditi excedendo terminos priuilegiorum suorū, & dubitari posset de intellectu priuilegiorum, ideo hic de priuilegijs & excessibus eorum posuit.

De hac materia tractatur. 25. q. 2. per totum. facit quod habetur 3. dist. priuilegia. 9. q. 3. c. episcopo. §. sola, vsque ad §. 55. q. 3. c. priuilegiū. 12. q. 2. c. qui & diuinis & humanis. & repetitur in Sexto & Clem. Abbas.

TITVLVS XXXIII.

De priuilegijs, & excessibus priuilegiatorum.

Leo Papa†.

Episcopalis dignitas non debet tribui, nisi locis insignibus, & populosis.

CAP. I.

† Leo Papa primus epistola 83. in cap. cum in ordinationibus. c. 2. refert Burchardus lib. 1. decret. c. 12. & Iuo. par. 5. cap. 143.

Episcopalia gubernacula, non nisi maioribus[b] populis, & frequentioribus ciuitatibus præsidere oportet: ne honor, cui debent excellentiora cōmitti, sui numerositate vilescat[c].

Episcopalia.] Maiores ciuitates duntaxat priuilegio epatus sunt honorandæ. Abbas Sicul.

Casvs. Epi non nisi maioribus populis & frequentioribus ciuitatibus præsidere debēt, ne honor epalis propterea vilescat. Nota, quod ne vilescat dignitas epi, nō in minoribus villis, sed in ciuitatibus residere debet.

† Gregorius primus lib. 2. epistola 5. c. 44. regi stri indict. 11. & cap. 2. eo. tit. in 1. compilatione.

Glossa sequens signat contrarium, & soluit.

b *Maioribus.*] 30. dist. epi. vbi idem dicit. arg. cōtra 93. dist. legimus. ibi, si auctoritas quæritur. col. 5. post medium cap. in Auth. de referendarijs. §. 1. & 5. coll. 5. Sed hoc intellige quantū ad vulgi opinionē: quia vbicunque est, nomen episcopi habet, vt in c. legimus. & sic referas ad factum quod hic dicit.

c *Vilescat.*] Simile est quod sponsa non est statim tradenda, ne sponsus habeat eam minus charam. 27. q. 2. institutum. Ber.

Gregorius† P. subdiacono.

Non obstante priuilegio fori, potest laicus ecclesiæ malefactor per ecclesiam puniri.

CAP. II.

Sicut in iudiciis laicorum priuilegia turbare nolumus, ita eis præiudicantibus[d] nobis moderata volumus auctoritate resistere. Violentos itaque laicos coercere[e], non contra legē est agere, sed legi facere† subsidiū.

† Forte subsidium, in regestro.

Sicut.] Casvs. Dicit Gregorius, quod sicut ipse nō vult in iudiciis turbare priuilegia laicorū, ita non vult quod ipsi laici debeant sibi præiudiciū aliquod inferre: quod si fecerint auctoritate Apostolica vult eis resistere: & ipsos laicos violentos coercere, non est contra legē agere, sed legi facere subsidium. Nota quod ecclesia non vult ius alterius sibi arrogare, quia distincta debet esse iurisdictio. Item violentos coercere non est contra legem agere, sed legi subsidium facere.

Glossa sequens arguit & remittit.

d *Præiudicantibus.*] id est, præiudicium facere volentibus ecclesiæ: quia etiam si peteretur auxilium eorum, non propter hoc præiudicaret ecclesiæ. infra de off. ord. c. 1. Et sic est arg. quod ecclesia nō vult ius alterius sibi arrogare[a], quia iurisdictio distincta esse debet. sic infra de iudi. nouit. vbi de hoc. & infra qui fil. sint legi. causam. q. 2. vbi de hoc.

a Sed quod ius suum vult, & debet defendere. supra de sup. negli. prælat. licet. infra de immu. eccle. quoniam. lib. 6. Io. And.

e *Coercere.*] Si aliquid de iure ecclesiæ sibi vsurpare præsumpserint. infra de immu. eccle. nō minus. & c. aduersus. supra de fo. cōpe. cū sit generale. & quod malos coercet, minister Dei est. 23. q. 5. qui malos. & ministeriū præbet legi, vt ea. causa & q. c. homicidas. & hic. Ad hoc enim facta sunt iura, vt mali puniantur. vt 4. dist. factæ sunt. per leges enim nemo bñ facere cogitur[3], sed male agere prohibet. 23. q. 5. ad idē. B.

3 Fallit in asta l. vulgarē. C. de iure. & l. hac lege. C. de pactis conuen.

Cvm.] Ioan. And. diuidit totam decretalem in tres partes: nam in prima ponit exordium, & querelam episcoporum decisam, in secunda parte prouidet, in tertia prorogat, & pœnam imponit. Secunda: ibi, *Ecclesias.* Tertia: ibi, *Quod autem.* Et secunda principalis subdiuiditur in quinque, quæ omnia patent ex summario & intellectu. Et ista diuisio est bona. Abbas Siculus.

Alexander iij. in concilio Lateran.

Religiosi etiam exempti ecclesias, & decimas non debent à laicis recipere sine consensu diœcesanorum. hoc dicit vsque ad §. excommunicatos.

CAP. III.

Cvm† & plantare sacrā religionem, & plantatam fouere modis omnibus debeamus, nusquā† hoc melius exequimur, quàm si nutrire ea, quæ recta sunt, & corrigere quæ profectum virtutis† impediūt, cōmissa nobis auctoritate curemus. Fratrum autē & coepiscoporum nostrorum conquestione comperimus, quód fratres Tēpli† & Hospitalis, & alij religiosi indulta sibi ab Apostolica sede priuilegia excedentes[f], contra episcopalem auctoritatem multa præsumunt, quæ & scandalum faciunt, & graue pariunt periculum animarum: & infra. Ecclesias igitur & decimas[g] de manu laicorum, sine consensu episcoporū, tam illos, quàm etiam quoscūque alios religiosos recipere prohibemus, dimissis quascunque contra tenorem istum aliquo tempore[h] receperunt.

Casvs. Fratres Templi & Hospitalis excedebant in pluribus contra epalem auctoritatē, qui etiam scandalum faciebant, & inducebāt periculum animarum: propter quæ epi in Lateran. concilio de ipsis grauiter sunt conquesti: Super his primo dicit Papa: cū & plantare sacrā religionē, & plātatā fouere modis omnibus debeamus, nusquam illud melius exequimur, quā si ea nutrire quæ recta sunt, & corrigere quæ profectum virtutis impediunt, cōmissa nobis auctoritate curemus: Demum descendit ad articulos, in quibus prædicti fratres excedebant: recipiebāt enim ecclesias & decimas de manibus laicorum, sine consensu eporum: prohibet Papa prædictis fratribus & aliis quibuscunque religiosis, ne de cætero prædicta recipiant sine consensu eporum, dimissis illis, quas contra tenorem istum aliquo tempore receperūt. Itē excōicatos & nominatim interdictos ab epis recipiebant ad diuina: præcipit concilium tā his, quàm aliis religiosis, prædictos euitandos iuxta sententias eporum. Item in ecclesijs suis, quæ ad eos pleno iure nō pertinēt, presbyteros instituēdos in eis cum vacauerint epis repræsentent, vt de cura plebis epis respondeant, & ipsis fratribus de rebus temporalibus rationem exhibeant, & institutos inconsultis epis non audeant remouere. Item si Templarij vel Hospitalarij ad ecclesiam venerint interdictam, semel in anno ad ecclesiasticum officium admittātur, exclusis ex cōicatis & interdictis: nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum. Item de confratribus prædictorum statuit concilium, vt si omnino se nō reddiderint fratribus ipsis, sed in proprietatibus suis remanserint, propter hoc ab eporum suorum sententia & iurisdictione nullatenus eximantur, sed potestatē suam in eos sicut in alios parochianos suos exerceāt cum delinquunt. Quod autē dictum est de prædictis fratribus, idē præcipit ab aliis omnibus obseruandum. Si enim contra hoc institutum venerint, ecclesiæ in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur. Nota quod ecclesiæ vel decimæ de manu laici sine consensu eporum recipi nō debent. Itē constitutio extenditur ad præterita. Item excōicati & interdicti obtentu alicuius priuilegij ad diuina recipi non debent. Item institutio & destitutio presbyterorum ad epm pertinet, nisi ecclesiæ vtroque iure, id est, quo ad spiritualia & tēporalia ad religiosos pertineant. Item Templarij & Hospitalarij semel in anno in ecclesiis interdictis celebrare possunt. Item qui in fraternitate priuilegiatorum recipiuntur, si in propriis possessionibus remanserint, propter hoc à subiectione diœcesani epi non eximuntur. Item quod de Templarijs & Hospitalariis hic dr, ad alios omnes religiosos extenditur. Item per abusum siue delictum perditur priuilegium. Et sic nota, quod priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

† In concilio Lateran. sub Alexandro iij. cap. 9. & cap. 3. eod. tit. in 1. compilatione.

† nunquā

† virtutē, in cōcilio.

† De Templarijs & Hospitalarijs vide Cassaneum in catalogo gloriæ mundi par. 4. consideratione. 64. & 65. & par. 9. consideratione. 4.

f *Excedentes.*] Vnde illa perdere debēt. 11. q. 3. priuilegiū. 74. dist. vbi.

g *Ecclesias igitur & decimas.*] Sic 16. q. 7. decimas 4. & infra de iurepa. quod autem. de cōsensu episcoporū possunt ecclesias recipere. infra de iurepa. cura[4], decimas quas habent laici in feudum, & non aliàs possunt recipere de consensu episcoporum. infra de his quæ fi. à prælat. cum Apostolica. in fi. decimas tamen de laboribus suis non soluunt. infra de deci. ex parte.

4 Et de dono pastorali. Io. An.

Glossa sequens recitetur per contrarium.

h *Aliquo tempore.*] nisi præscriptione muniti fuerint, vel postea consensum episcopi habuerint. infra de iurepa. cura.

a ¶ *Excommunicatos.*] quos vitare tenentur, non obstante aliquo priuilegio. ĩ. de senten. excom. nulli. & de iure communi quilibet tenetur. 11. q. 3. excommunicatos. quod ius per priuilegium nõ tollitur, vt in decre. prædicta, nulli.

¶ *Glossa sequens reci. per quæstionem.*

b ¶ *Nominatim interdictos.*] Nominatim aliqs dr̃ interdictus siue excommunicatus, quando proprio nomine expressio interdicitur, vel alijs circũstantijs. Institu. de exhæredat. liberorũ. §. nominatim. B.

¶ *Glossa sequens exponit, & arg. à contrario. Secundo quærit & soluit.*

c ¶ *Pleno iure.*] id est, vtroque iure quo ad spiritualia & temporalia. ĩ. eod. quoniam. sed à ꝯrio vi, ꝙ si vtroque iure pertineat ad illos, ꝙ eps nihil possit attentare in illos: quod verum est: & ita institutio & destitutio quo ad temporalia & spiritualia ad ipsos pertinet. 16. q. 2. c. 1. & ĩ. eod. quoniam. & sic ecclesiæ istæ eodẽ gaudent priuilegio, quo & isti priuilegiati: aliàs vero si pleno iure ad eos non pertineant, seruabitur quod hic dicit. Sed cum pleno iure istæ ecclesiæ pertinent ad illos religiosos ex priuilegio Papæ: quis deponet presbyteros? Potest dici ꝙ illi primo vocabunt epm diœcesanũ, & per eum adiunctis sibi alijs epis depositio fiat, sicut faciunt in alijs sacramentis. & hoc collige secundum tenorem priuilegiorũ, vt si primo debent recipere sacramenta ab epo diœcesano, secundum quod in priuilegio ponitur, vel etiam à quocunque, & secundũ hoc vocabunt isti priuilegiati quoscunque epos voluerint: aliàs possunt priuari officio & beneficio per abbates iusta causa interueniente, sed deponere non possunt, cum ad officiũ abbatũ hoc non pertineat. Ber.

d ¶ *Semel in anno.*] De hoc habes. ĩ. eod. vt priuilegia. §. illud.

Vt not. ĩ. de ele. excom. mini. propositi. Io. And.

¶ Vide Calixtum Papam 2. epistola. 2. ad episcopos Galliæ. refertur Burchardus li. 11. decret. c. 58. & Iuo par. 14. cap. 101.

a Ad idem de sta. excom. constitutione. in lib. 6. vide quod dixi ĩ. d præben. in Lateranen. in princ. Ioan. And.

¶ Præter Panormitanum & alios hic uide Marianum Sozinum & alios in c. 1. supra de foro compet. & glossam & Geminianum in c. quisquis. 7. q. 4.

¶ *Excommunicati & interdicti omnino non debẽt admitti ad diuina, etiam per religiosos exemptos. hoc dicit vsq; ad §. in ecclesiis. Abbas Siculus.*

¶ Excommunicatos [a] † quoque & nominatim [b] interdictos, tã ab illis, quàm ab aliis omnibus iuxta episcoporum sententiam statuimus euitandos.

¶ *Religiosi etiam exempti in ecclesiis non pertinentibus ad eos pleno iure, nõ instituunt, nec destituunt inconsultis episcopis: sed rationem non exigunt in temporalibus ab institutis. hoc dicit vsque ad §. quòd si.*

¶ In ecclesiis vero suis, quæ ad eos pleno iure [c] non pertinent, instituendos presbyteros episcopis repræsentent, vt eis de plebis cura respondeant. Ipsis vero pro rebus temporalibus rationẽ exhibeãt competentẽ. Institutos etiam inconsultis episcopis non audeant remouere.

¶ *Hospitalarij & Templarij semel in anno celebrant in ecclesia posita in loco interdicto; ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum. hoc dicit. vsque ad §. de confratribus. Abbas.*

¶ Quòd si Templarij vel Hospitalarij ad ecclesiã venerint interdictam, non nisi semel in anno [d] ad ecclesiasticum officium admittantur: nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorũ [e].

¶ *Confratres exemptorum seu ipsorum oblati, qui in totum non se transtulerũt, iudicari possunt ab ordinarijs locorum. hoc dicit, vsque ad fi. Abb. Sic.*

¶ De confratribus † hoc constituimus: vt si nõ se prædictis fratribus omnino reddiderint, sed in proprietatibus suis omnimodo duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum suorum sententia nullatenus [f] eximantur: sed potestatem suam in eos sicut in alios parochianos suos exerceãt, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi.

¶ Quod autem de prædictis fratribus dictum est, ab aliis quoq; religiosis †, qui præsumptione sua episcoporum percipiunt iura, & contra canonicas eorum sententias, & tenorem priuilegiorum [g] nostrorũ venire præsumunt, præcipimus obseruari. Si enim contra institutum hoc venerint, & ecclesiæ in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur.

ADDITIO. Hodie an & quando possit celebrari in ecclesia sua in loco interdicto, vide bonũ textum in c. si. de sen. excõ. in vj. in fi. & quod ibi not. Abb.

e ¶ *Defunctorum.*] Nisi [*] fuerint fratres eorum: quia tunc possunt illi sepeliri in ecclesia interdicta, dummodo illi fratres nõ sint excõicati, vel nominatim interdicti: vt ĩ. eod. vt priuilegia.

f ¶ *Nullatenus eximantur.*] Sic ĩ. eod. tuarum. & cap. pen. & hoc ideo quia per confraternitatem talem non sunt conuersi illorum, nec oblati, sed aliquam remissionem consequuntur. ĩ. eod. vt priuilegia. vnde dixit, omnino non reddiderint. & ita remanent de iurisdictione episcoporum: aliàs pro tribus vel quatuor denarijs posset quis eximi à iurisdictione sui episcopi, quod esset iniquum. ĩ. eod. vt priuilegia. §. hoc autem.

g ¶ *Tenorem priuilegiorum.*] Sic ĩ. eod. porro. in fine. & ideo nõ debent habere fructum illorum, ex quo ea non seruant. ĩ. eod. tuarũ. & cap. penultis. & c. vt priuilegia. 11. q. 3. priuilegium. & ita per abusum siue per delictum perditur priuilegium, quare subiacebũt propter hoc interdicto episcoporũ: vt in fine sequitur. sim. ĩ. de hære. ad abolendam. in fine, vbi de hoc.

DIlecti.] In prima ponit querelam: In secunda: ibi, *Pro certo.* prouidet. Abbas.

¶ Idem archiepiscopis [& † episcopis,] ad quos literæ istæ peruenerint.

¶ *Suis priuilegijs priuandus est, qui alienis derogat.*

CAP. IIII.

DIlecti † filij fratres Hospitalis Hierosolymitani transmissa nobis cõquestione monstrarunt, quòd vos eis de malefactoribus suis iustitiam facere non vultis [h], priuilegia ipsorũ recipere contẽnentes [i]: & infra. ¶ Pro certo sciatis, quòd nos cõcessa vobis priuilegia decurtabimus [k], cum ecclesiæ Romanæ scriptis authenticis obuiare minime timeatis.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ *Etiam priuilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam: & si admiserint, debẽt inde eos eiicere; & si non fecerint, episcopus supplebit.*

CAP. V.

AD † hæc: & infra. ¶ Mãdamus, quatenus Hospitalarijs præcipias, vt si quos in excõmunicatione defunctos in cœmiterijs ecclesiarũ sepelierint [l], eos extra cœmiteria eiiciãt [m]: quod si facere noluerint, tu hoc de his, quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, exequaris.

CASVS. Fratres Hospitalis Hierosolymitani conquesti fuerunt domino Papę, ꝙ archiepi & Epi eis de suis malefactoribus iustitiã facere nolũt, priuilegia ipsorum non recipientes: vnde Papa scribit Prælatis prædictis, ꝙ ipsi pro certo sciant, ꝙ ipse priuilegia ipsorum Prælatorum decurtabit, cum ipsi obuiare non timeãt scriptis authenticis Romanæ ecclesiæ. No. arg. ꝯ iudices, qui iustitiam querelantibus non exhibent, & partium probationes nõ attendunt. Item not. ꝙ ei iustitia non est seruanda, qui aliis iustitiam denegat exhibere.

h ¶ *Non vultis.*] Vnde possunt conueniri, quia iustitiam facere nolunt. 23. q. 2. Dominus. & in Authen. vt di. iu. §. pen. & vlt. coll. 8. & 23. q. 5. administratores. & sic iudex facit litem suam pp dolũ suũ. & etiã pp alias culpas, vt ff. de iu di. filiusfamilias.

i ¶ *Contemnentes.*] arg. ꝯ iudices, qui probationes diligenter non attendunt. arg. 30. q. 5. iudicantem.

k ¶ *Decurtabimus.*] Nõ enim sunt ei sua iura seruanda, qui ius alienum violare non metuit. 73. dist. vbi. & 25. q. 2. sic decet. & de mu. pe. c. 1. & 2. & arg. 95. dist. esto subiectus. & qđ quisq; iuris in alterum statuit, vti debet eo. ĩ. de cõsti. cũ omnes. & ecclesiastieus ordo confunditur, si cuilibet ius suum non seruatur. 11. q. 1. peruenit. Inspiciantur ergo priuilegia istorum, & secundum quod ibi cõtinetur, ita obseruetur. ĩ. eod. porro. & ita eiquã contemptores & negligentes puniuntur. B.

¶ Vide concilium Trident. sessio. 6. de refor. cap. 3. & sessio. 25. tit. de regularibus cap. 14. vbi habes, quando episcopi corrigant religiosos, & puniant.

¶ Hæ duæ voces, & episcopis, desunt in aliquot & uetustis & recentioribus codicibus.

¶ Cap. 4. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateran. par. 44. cap. 6.

¶ Cap. 6. eo. tit. in 1. compilatione & post concilium Lateran. sub Alexandro iij. par. 31. cap. 1.

AD *hæc.*] Etiã priuilegiati, qui sepeliunt mortuos excõicatos, eos exhumulare tenentur. hoc dicit. Abbas.

CASVS. Hospitalarij defunctos in excõicatione sepeliebant in cœmiterijs ecclesiarum: mandat Papa Cantuarieñ. archiepiscopo, quatenus pcipiat ipsis Hospitalarijs, vt corpora illorũ defunctorũ in excõicatione, extra cœmiteria eiiciant, & si nõ fecerint, archiepiscopus illud exequi non omittat. Nota, ꝙ corpora defunctorum in excommunicatione, non sunt in cœmiterijs sepelienda.

¶ *Glossa sequens reci. per quæstionem.*

l ¶ *Sepelierint.*] ita communicando eis in morte, inciderunt in excõicationem, quia cui non communicamus viuo, non communicemus & mortuo. 23. q. 2. c. 1. 2. & 3. & supra de sepul. sacris.

¶ *Glossa sequens excipit duos casus.*

m ¶ *Eiiciant.*] si potuerint discerni ossa eorũ ab ossibus fideliũ; aliàs nõ. ĩ. đ sepul. sacris. & nisi forte tales fuerint, q petierunt absolui, & p eos nõ steterit, quo minus fuerint absoluti: & quia post mortẽ

sunt absoluen. li. j. de senten. excom. à nobis 2. & factum suum isti emendare tenent. sim. 55. dist. pœnitẽtes. alioquin archiepiscopus hoc faciet in eorum opprobrium. Ala.

curetis firmiter inhibere: Quia licet beatissima virgo Maria dignior & excellẽtior fuerit Apostolis vniuersis, non tamen illi, sed istis Dominus claues regni cælorum commisit.

¶ Idem.

¶ *Tempore generalis interdicti conceditur pœnitentia & viaticum morientibus. hoc primo. Clerici, qui seruarunt interdictum, possunt cum silentio in cœmeterio sepeliri. hoc secundo. In conuentualibus ecclesiis clerici bini vel trini possunt horas submissa voce dicere. hoc tertio. Cruce signatis & peregrinis tempore interdicti pœnitentia concedi potest. hoc quarto.*

CAP. XI.

Quod† in te: & infra. ¶ In illo verbo per quod pœnitentiam morientibus non negamus, viaticum etiam, quod vere pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, vt nec ipsum decedentibus denegetur[g]. ¶ Licet autẽ p generale interdictũ denegetur omnibus, tã vnctio, quàm ecclesiastica sepultura: concedimus[h] tamẽ ex gratia[i], vt clerici decedentes, qui tamen seruauerint interdictum, in cœmeterio ecclesiæ, sine cãpanarũ pulsatione, cessantibus solemnitatibus omnibus, cũ silentio tumulentur. Et in cõuentualibus ecclesiis bini & bini, vel simul tres, horas canonicas

Quod in te.] Quatuor sunt partes, prout quatuor sunt dicta: Secunda: ibi, *Licet.* Tertia: ibi, *Et in conuentualibus.* Quarta: ibi, *Et pœnitentibus.* Abbas.

¶ Cap. 5. eod. tit. in 4. compilatione. Et de materia huius decretalis tene id q̃d statutum est in c. vlt. de sent. excom. lib. 6.

Casus. Contingit aliquando, q̃ terra supponitur interdicto, & prohibentur diuina officia celebrari, præter baptisma paruulorum, & pœnitentias morientiũ: q̃situm fuit à Papa, vtrum tunc viaticũ, id est, corpus Domini dandũ sit decedentibus? Rñdet Papa, q̃ in verbo illo p quod pœnitentia morientibus non negatur: scilicet, cũ dicitur, præter pœnitentias morientium, viaticum etiã, id est, Eucharistia intelligitur, quod decedentibus conceditur: Secundo dr̃, q̃ tempore generalis interdicti omnibus tam vnctio, quàm ecclesiastica sepultura denegatur: Tñ Papa ex gratia concedit, vt clerici decedentes, qui tñ interdictum seruauerunt, in cœmeterio ecclesiæ sepeliantur sine cãpanarũ pulsatione: cessantibus omnibus solemnitatibus: Tertio dr̃, q̃ tempore interdicti clerici in conuentualibus ecclesiis bini & bini, vel simul tres possunt dicere horas canonicas, ianuis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, vt potius videant̃ legere quàm cantare, ita q̃ exterius audiri non possint: quia & quibusdam regularibus simile priuilegium à sede Apostolica est concessum. In fine dicit, q̃ recipientibus signum crucis pœnitentia, si eam postulauerint, non est deneganda, quod alijs peregrinis pôt de gratia concedi. Nota, q̃ pœnitentibus viaticum denegari non debet. Item nomine pœnitentiæ viaticum intelligitur. Item clerici interdicti possunt sepeliri in cœmeterio. Item interdicti potius debent legere horas canonicas, quàm cantare. Item cruce signati & peregrini tempore interdicti, possunt accipere pœnitentias.

g ¶ *Denegetur.*] tempore interdicti. j. tit. proxi. permittimus.

h ¶ *Concedimus.*] Ista enim duo sacramenta siue tria semper excipiuntur in quolibet interdicto, scilicet baptisma paruulorũ, & pœnitentia morientium, in quo intelligitur viaticum prout hic patet: Et dr̃ viaticum quasi à via: quia sunt in via recedendi de hac vita. Nec q̃ est illud sacramentum necessitatis, tñ concedendum est decedentibus etiam tempore interdicti, vt patet hic.

¶ Vide B. Thomã 3. par. q. 61. ar. vlt.

¶ *Glo. seq. arg. quod si ex gratia, &c.*

i ¶ *Ex gratia*] si ex gratia conceditur clericis, q seruauerunt interdictum, ergo vr̃ q̃ ius non sit commune, ergo non competit nisi impetretur, cũ nemo sit exẽptus ab illa generalitate interdicti, nisi qui per priuilegiũ exemptus est. Vel pôt dici, q̃ p istud ius clerici

canonicis regularibus æq parētur. sim. ſ. de priui. q̄d nonnullis. Io.

a ¶ *Audiri.*] patet ergo, q̄ cum excōicato non licet stare extra ecclesiam, cum etiam interdicto prohibeatur audire exterius. Io.

¶ *Glos. seq. reddit rationem specialitatis, quam etiam ampliat. Secundo quærit & sol. Ponit op. contrariam, quam reprobat.*

b ¶ *Pœnitentia.*] hoc est speciale in istis personis, vt sine necessitate vel periculo mortis admittantur ad pœnitentiam. Sed hoc facit necessitas, quia hoc eis nō conceditur, nisi cū proficiscuntur, & ita quasi in via dicūtur, sicut illi quibus datur viaticum. Item potest dici: si aliq proficiscuntur ad iustū bellum, quia ibi est iusta causa timoris. Item idē esset si aliqui essent excōicati, vt in iusto bello, quia possunt absolui à quocūq; alio quàm ab excōicatore. ar. j. tit. p. xi. decætero. de conse. di. 4. sanctum est baptisma. & 33. q. 2. c. in adolescentia. Sed quid si in ciuitate interdicta aliq vellent satisfacere, nunquid tn eis relaxādū est interdictum? Non: quia aliqui sine culpa sua interdicuntur. ſ. de spō. nō est vobis. & q̄a sic rigor ecclīæ dissolueret. arg. ſ. d̄ priui. vt priuilegia. Io. T. dixit, q̄ si aliq vellent iurare stare mādato ecclesiæ, q̄ essent admittēdi. Sed finis iste vr ꝯtradicere: quia hic specialiter hoc concedit recipiētibus signū crucis & peregrinis, ergo aliis intelligitur prohibere, sicut q̄d d̄ vno negat, d̄ alio cōcedit. 1. 25. dis. qualis. q̄d verius puto. licet inuenias ꝯtrū dictū.

¶ In omnibus Vaticanis, & plerisque aliis ita: valeant legere potiusquam cantare.

¶ ad reuerentiam.

¶ Idem scilicet Innocentius iij. in concilio generali Lateranēs. c. 21. & cap. 3. eod. tit. in 4. compilatione.

¶ Vide omnino concilium Tridentinum, sessio. 14. c. 5. de cōfessione. & cano. 8. de sanctissimo pœnitentiæ sacramento.

¶ Video hic lacunam per Ioannē And. & doctorem notationem.

valeant † legere, non cantare, ianuis clausis, interdictis & excōmunicatis exclusis, & voce ita demissa, quòd exterius audiri[a] non possint: cum & regularibus secundum priuilegium sedis Apostolicæ sit indultum, vt cū generale interdictum terræ fuerit, liceat eis ianuis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce celebrare diuina. ¶ Recipientibus autem signum crucis nō negamus, quo minus eis ob † reuerentiā crucifixi pœnitentia[b] cum postulauerint, iniungatur: quod & aliis peregrinis potest misericorditer indulgeri.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Famosum est, & multum allegabile; & hoc dicit: Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel de eius licentia alteri, & Eucharistiæ sacramentum ad minus in Pascha recipere. Et sacerdos reuelans confessionem deponendus est, & in monasterio ad agendum perpetuam pœnitentiam detrudendus.*

CAP. XII.

OMnis † vtriusq; sexus fidelis, postquam ad annos discretionis[c] peruenerit, omnia[d] sua solus peccata saltem semel in anno fideliter cōfiteatur proprio[e] sacerdoti: & iniunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter ad minus[f] in Pascha Eucharistiæ sacramentum: nisi forte de proprij sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi † perceptione duxerit abstinendum: alioquin & viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura[g]. Vnde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicetur: ne quisquam † ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. ¶ Si quis autem alieno sacerdoti[h] voluerit iusta de causa, sua confiteri peccata, licentiā prius postulet & obtineat[i] a proprio sacerdote: cum aliter ipse illū non possit absoluere † vel ligare[k]. ¶ Sacerdos autem sit discretus † & cautus, vt more periti medici superfundat vinum & oleū[l] vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circunstantias[m], & peccati: quibus † prudenter intelligat, quale debeat ei præbere cōsilium, & cuiusmodi remediū adhibere, diuersis experimentis[n] vtendo ad saluandū † ægrotum. ¶ Caueat autem omnino, ne verbo, aut signo aut alio quouis modo aliquatenus prodat † peccatorem: sed si prudētiori consilio indiguerit, illud absque vlla expressione personæ, caute requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum à sacerdotali officio de-

O ¶ *Mnis.*] Tria sunt dicta principalia: Secundum: ibi, *Si quis.* Tertium: ibi, *Sacerdos.* Abb.

CASVS. Statuit concilium generale, q̄ quilibet fidelis vtriusq; sexus postquam discretionem habuerit, saltem semel in anno sua solus confiteatur peccata proprio sacerdoti, & ad minus in Pascha sacramentum Eucharistiæ suscipiat reuerenter, nisi de consilio sacerdotis duxerit abstinendum: Alioquin ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens careat ecclesiastica sepultura: Secundo dī, q̄ si aliquis alieno confiteri voluerit sacerdoti, licentiam prius obtineat à proprio sacerdote, cū aliter ipse illū ligare nō possit vel soluere. Sacerdos aūt sit discretus, vt diligēter inquirat circunstātias peccatoris & peccati: quibus prudenter intelligat, quale cōsiliū sibi debeat adhibere, p̄cauens diligenter, ne verbo vel signo p̄dat aliquatenus peccatorē, & si cōsilio prudentiori indiguerit, illud requirat sine alicuius expressione personæ: qui enim peccatum in pœnitentia sibi detectū manifestare præsumpserit, ab oī officio sacerdotali deponatur, & in arctum monasteriū ad agendam pœnitentiam detrudatur. Not. q̄ quilibet fidelis semel in anno pœnitentiam accipere debet, & cōionem. Itē fallit hic regula illa: Cui cōicamus viuo, & mortuo cōicare debemus. Item ab alieno sacerdote nemo pōt absolui vel ligari sine obtenta licentia proprij sacerdotis. Itē sacerdos tenetur inquirere circunstantias peccati & peccatoris. Itē signis loquimur. Item aliquid licet in genere, quod non licet in specie. Itē sacerdos qui peccatum in pœnitentia sibi detectum reuelauerit, debet deponi, & in monasterium detrudi ad pœnitentiam peragendam.

¶ *Glos. seq. exponit, & signat contrarium.*

c ¶ *Discretionis.*] id est, cum est doli capax: quia tunc potest peccare. ſ. de delict. pue. pueris. C. si aduer. delic. l. 1. & C. si minor se ma. dix. l. 3. arg. de conse. dist. 4. eos. & C. de fal. mo. l. 1.

¶ *Glossa sequens recitetur per duas quæstiones.*

d ¶ *Omnia sua peccata.*] aliàs non esset fructuosa pœnitentia: vt dictum est ſ. eo. quod quidam. vbi de hoc. Non tñ venialia, quia illa tolluntur per orationem Dñicam, vel per aquā benedictā. de pœ. dist. 3. de quotidianis. dist. 6. qui vult. tñ si recolit, confiteatur illa.

e ¶ *Proprio sacerdoti.*] nisi ille sit imperitus: tunc de ipsius licentia (vt hic dicit) quærat discretum. de pœ. dist. 6. placuit. Ber.

f ¶ *Ad minus in Pascha.*] de conse. dist. 2. & si non frequentius.

g ¶ *Sepultura.*] hoc est ꝯ regulam illam, cui cōicamus viuo, cōicare debem⁹ & mortuo. Fallit etiā in alio casu. 23. q. 5. placuit. & ſ. de sta. mona. monachi. & ſ. de tornea. c. 1. & ſ. de vsuris. quia in omnibus. & ſ. de rapt. super eo.

¶ *Glos. seq. exponit, quæris, & soluit.*

h ¶ *Alieno sacerdoti.*] executionem habenti. hoc dico pp illos sacerdotes siue seculares siue regulares, qui non habent ordinis executionē sacerdotalis, vt sunt illi qui non sunt à populo electi, vel qui ab epo populo non præficiuntur. 16. q. 1. c. adiicimus. §. ecce. in hoc. & c. generaliter. §. ecce sufficiētes. Sed ecce si Prædicatores & fratres Minores vel alij religiosi non habentes populum habēt priuilegiū, vt alienos parochianos possint recipere ad pœnitentiam, nunquid sufficit priuilegium, vt parochianū alterius possint recipere ad pœnitentiā sine licentia proprij sacerdotis? Dicas q̄ non sufficit priuilegiū sine licentia proprij sacerdotis: priuilegium. n. æquiparat eos illis, qui à populo sunt electi, vel illis, q ab epis populo præficiuntur, & dat eis solam executionem, & ita necessaria est adhuc licentia proprij sacerdotis, vt hic dī. Si enim de duabus seruitutibus vna tollitur, remanet altera: quod bene probatur. ſ. de vsu pal. ex tuarū. ſ. de priuileg. pastoralis. ff. de seruit. vrb. p̄d. si dom⁹ tua. & ideo dicit, alieno, & non alij. Nec Papa per talē indulgentiā intendit præiudicare proprio sacerdoti: vt e. prædi. ex tuarū. cū suis similibus. & j. tit. proxi. cū desideres. in fi. & hoc idē dixit Hug. 16. q. 1. & in p̄dictis §§. B.

¶ *Glossa sequens quærit, arg. & soluit.*

i ¶ *Obtineat.*] Quid si ille malitiose recusat? Arg. q̄ potest ire ad alium. ſ. d̄ regu. licet. Vel vadat ad eius superiorem si potest, vt illū compellat: vel ille dabit licentiam. arg. ſ. de iure patro. nullus. Arg. C. de temp. ap. l. vlt. §. vlt. arg. j. eod. c. vlt. ad fi. Ber.

¶ *Glossa sequens arg. & remittit.*

k ¶ *Vel ligare.*] ſ. eod. quod autē. 9. q. 2. c. 3. & 2. & ſ. de parochia. nullus. Et est arg. q̄ clericus sine licentia sui epi non potest in non suum iudicem consentire. ſ. eod. quod autem. & ſ. de fo. comp. si diligenti. & cap. significasti. vbi de hoc. & j. eod. c. vlt. Ber.

l ¶ *Vinum & oleum.*] id est, misericordiam & disciplinā. 45. dist. disciplina. & c. omnis q. & cap. sont nanq;. & ca. vera iustitia. B.

m ¶ *Circunstantias.*] Sic ſ. eod. Deus qui. & ſ. de homici. sicut. in princ. de pœ. dist. 5. consideret. Ber.

n ¶ *Diuersis experimentis.*] Non tñ sicut imperitus medicus. 29. dist. necesse. Sed diligenter experiatur vires ipsius, qualem pœnitentiam possit portare. arg. 26. q. vlt. alligant. sic vt potius reddat rationem de misericordia, quàm de crudelitate. vt ibi. 86. dist. non satis. vltra medium. & 11. q. 3. nemo peritorum. Ber.

¶ Aliàs ius ab eodem, &c.

¶ In nonnullis quibusdam libris ita: ne quisquā ex ignorantiæ cæcitate.

¶ Aliàs, soluere.

¶ Qualis debeat esse confessor, tradit Magister sent. lib. 4. dist. 19. §. quale.

¶ Aliàs iure ex quibus in concilio: p quas.

¶ Aliàs, sanandum.

¶ Vide B. Thomā in quæstionibus additis ad 3. par. q. 11. art. & Theologos lib. 4. sent.

¶ Vt sibi di... per vinum mordantur putrida, per oleum sananda fomentur, ... Ioan. And.

a ¶ Dro-

a ¶ *Deponendum.*] Olim etiam alia pœna imponebatur. de pœni. dist. 6. sacerdos. hodie hæc imponitur.

CVm infirmitas.] Diuiditur: Nam primo ponit vnam constitutionis causam: Secundo constitutionem: Tertio aliam causam: Quarto pœnam trangressionis: Quinto quandam prohibitionem. Secunda: ibi, *Præsenti.* Tertia: ibi, *Hoc quidem.* Quarta: ibi, *Si quis.* Quinta: ibi, *Cæterum.* Abbas Siculus.

CASVS. Dr hic, quod infirmitas corporis aliquando accidit ex peccato: ideo prohibetur in hoc capitulo, ne medici infirmos in suã curam recipiãt, nisi prius infirmi per medicũ animæ se curauerint emendare: quia remota causa remouetur effectus: Secundo dr, quod hoc dedit causam huius constitutionis, quia quãdo infirmatur aliquis, & dr ei à medico, vt de salute animæ disponat, cadit in desperationẽ, & facilius mortis periculum incurrit: Tertio dr, quod si medicus fecerit contra istam cõstitutionem, postquàm per Prælatos locorum fuerit publicata, excõicetur vsq; ad satisfactionem condignam: Quarto dr, quod cũ anima sit multo pretiosior corpore, nullus medicus suadeat ægroto quod in periculum animæ conuertatur. Not. quod infirmitas corporis aliquãdo prouenit ex peccato. Item cessante causa cessat effectus. Item transgressores constitutionũ dñi Papæ excõicari debent. Item anima multo pretiosior est corpore.

¶ Idem, scilicet Innocentius iij. in concilio generali Lateran. c. 22. & c. 4. eod. tit in 4. cõpilatione.

Ioan. 5.

b ¶ *Causa cessante.*]ff. de iureiur. & si Christus. ad fi. & ẽ. de renun. post trãslationẽ. vbi de hoc.

c ¶ *Arceatur.*] per sententiam, non ipso iure: quod male, vel nullo modo seruatur.

d ¶ *Multo pretiosior.*] 12. q. 1. præcipimus. 24. q. 3. si habes. C. de sac. sanct. ecc. l. sancimus. in fin. & ideo potius & prius est consulendum animæ quàm corpori: quia vbi maius est periculum, cautius est prouidendum. 42. dist. quiescamus. & 7. q. 7. c. vlt. vt ff. ad Carbo. l. 1. §. 2. Bernar.

¶ Idem, scilicet Innocentius iij. in eodem concilio generali Lateran. cap. 62. & cap. 1. eo. tit. in 4. compilatione.

CVm ex eo.] Quatuor sunt partes principales: Secunda: ibi, *Formam*: Tertia: ibi, *Qui autem*: Quarta ibi, *Ad hæc.* Abb. Sic.

CASVS. In hoc capitulo dr, quod quæstores eleemosynarum per prouincias admitti non debẽt, nisi litteris Apostolicis, vel loci epi muniantur

ponendum [a] decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

¶ Idem ‡ in eodem.

¶ *Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infirmum ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis tendens in animarũ periculum.*

CAP. XIII.

CVm infirmitas corporalis nonnumquam ex peccato proueniat, dicente Domino lãguido, quem sanauerat: Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: Præsenti decreto statuimus, & districte præcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducãt, vt medicos aduocent animarum: vt postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur: cum causa cessante [b], cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic causã dedit edicto, quòd quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis à medicis suadetur, vt de animarum salute disponãt, in desperationis articulum incidũt, vnde facilius mortis periculum incurrunt. ¶ Si quis autem medicorum huius nostræ cõstitutionis, postquàm per prælatos locorum fuerit publicata, trãsgressor extiterit, tãdiu ab ingressu ecclesiæ arceatur [c], donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit competenter. ¶ Cæterum cum anima sit multo pretiosior [d] corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute, aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ cõuertatur.

¶ Idem ‡ in eodem.

¶ *Eleemosynarum quæstores siue Apostolicis vel diœcesanorum litteris admitti non debent, nec tunc proponant vltra id, quod in ipsis litteris continetur. hoc primo. Et debent esse modesti: & à locis & expensis incongruis abstinere. hoc secundo. In dedicatione basilicæ vltra annum, & in anniuersario dedicationis, & in litteris indulgentiarum concessis ab alio quàm à Papa,*

nec aliud prædicare debent, quàm in forma continetur litterarũ: forma vero litterarum in hoc capitulo inferius continetur expresse. Secũdo dr, quod quæstores eleemosynarũ in tabernis vel aliis inhonestis locis hospitari nec debent, nec magnos sumptus facere, nec falsum religionis habitum simulare. Tertio dicit, quod cum basilica dedicatur, siue ab vno siue à pluribus episcopis, vltra annũ non extendatur indulgẽtia, nec in anniuersario dedicationis tẽpore, xl. dies excedat remissio, ea maxime ratione, quia Romanus Pontifex consueuit hoc moderamen in talibus obseruare. Not. quod creditur literis episcopi. Item iurisdictio nõ extenditur vltra illud, quod in litteris cõtinetur. Itẽ quæstores eleemosynarum in inhonestis locis morari non debent. Itẽ indulgentia non debet annum excedere. Item Papa obtinet plenitudinem potestatis. Item minores prælati exemplũ accipere debent à maioribus.

e ¶ *Litteras.*] Sic ergo credetur literis epi si vere sint. ẽ. de proba. post cessionem. & 11. q. 3. curæ.

f ¶ *Proponere.*] quia in talibus diligẽs inquisitio facienda est. 42. dist. quiescamus.

g ¶ *In tabernis.*] Si enim ibi publice deliquerit, possit à diœcesano puniri, licet sint exempti. ẽ. de priuil. tuarũ. vbi de hoc.

h ¶ *Claues ecclesiæ contemnuntur.*] quod esse nõ debet. ff. ẽ. tit. pro. c. vlt. de priuil. vt priuilegia.

¶ *Glo. seq. quærit arg. negatiue, soluit affirmatiue, solutionem signat contrariũ.*

i ¶ *A pluribus.*] quid si quilibet indulgeat annum: nonquid valet & huiusmodi indulgentia contra statutum istud? Vr quod

vltra quadraginta dies remissio excedere non debet. hoc dicit vsq; ad finem.

CAP. XIIII.

CVm ex eo: & infra †. ¶ Eleemosynarum quoque quæstores, quorum quidam se alios mentiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti (nisi Apostolicas vel diœcesani episcopi litteras [e] veras exhibeant) prohibemus: & tunc præter id, quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere [f] permittantur. ¶ Formam vero, quam cõmuniter talibus Apostolica sedes indulget, duximus exprimendam, vt secundum eã diœcesani episcopi suas litteras moderentur. Ea si quidem talis est: Quoniam (vt ait Apostolus) omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit, siue malũ: oportet nos diẽ messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis: firmam † spem, fiduciamq; rectã tenentes: quoniã qui parce seminãt, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitã æternam. Cum igitur ad sustentationem fratrum & egenorũ ad tale confluentium hospitale, propriæ non suppetant facultates, vniuersitatem vestrã monemus, & exhortamur in Domino, atque in remissionẽ vobis iniũgimus peccatorum, quatenus de bonis vobis à Deo collatis, pias eleemosynas, & grata eis charitatis subsidia erogetis: vt per subuentionem vestram ipsorum inopiæ consulatur: & † vos per hæc bona & alia, quæ Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire. ¶ Qui autem ad quærendas eleemosynas destinantur, modesti sint, & discreti, nec in tabernis [g] aut in aliis locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciãt aut sumptuosas expensas, cauentes omnino ne falsæ religionis habitum gestent. ¶ Ad hæc, quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam ecclesiarum Prælati facere non verentur, & claues [h] ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio eneruatur: Decernimus †, vt cum dedicatur basilica, non extẽdatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus [i] episcopis dedicetur: ac deinde in anniuersario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat: & infra †. ¶ Hunc quoque † dierum numerum non

† Quod latet sub hoc infra. habes in c. 2. supra dere liquiis & veneratione sanc. iam quæcumque attinet ad hos quæstores, eorũ nomen & visum, penitus sustulit concilium Trident. sessio 5. de reformat. c. 2. in fine. & sessio. 21. de reformat. c. 9.

Rom. c. 14. 2. Cor. c. 5.

† In codi. Barbaug & in concilio in: firmam spem fiduciamq; tenentes, &c. 2. Cor. 9.

† Aliàs habet & vos per hæc, & alia bona, &c.

† Vide alitãs in c. quod autẽ. supra eo. tit.

† Quod latet sub hoc, infra non apparet.

† In plerisque vaticanis iam: vide quoque dierum numerum indulgentiarum litteras, præcipimus, &c.

indulgentiarum litteris præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet casibus aliquotiens conceduntur: cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc † in talibus moderamen consueuerit obseruare.

¶ Honorius tertius.

¶ Archiepiscopus intra prouinciã suã potest concedere indulgentias secundũ formam concilij generalis. hoc dicit, & loquitur de cap. praece. in fi.

CAP. XV.

NOstro † postulasti certificari responso, vtrum per tuam prouinciam[a] possis concedere remissionis litteras generales. Nos igitur tuæ fraternitati breuiter respõdemus, quòd per prouinciam tuam libere potes huiusmodi concedere litteras: ita tamen, quòd statutum generalis. concilij[b] non excedas.

¶ Gregorius nonus.

¶ Episcopus & alij, de quibus in littera, possunt sine licentia superiorum sibi eligere prouidum confessorem.

CAP XVI.

NE † pro dilatione pœnitentiæ periculum[c] immineat animarum: Permittimus[d] episcopis & aliis superiorib⁹, necnon minoribus Prælatis exemptis, vt etiam præter sui superioris licentiam, prouidum[e] & discretum sibi possint eligere confessorem.

TITVLVS XXXIX.

De † sententia excommunicationis.

¶ Alexander iij. Senoñ. archiepõ.

¶ Impubes, qui clericum percussit, ab episcopo absolui potest: & qui ioco vel causa disciplinæ percutit clericum, etiã si sit maior, excommunicatus non est: qui vero ex odio, sic: & per Papam absoluitur.

CAP. I.

SVper † eo vero, quòd consilium postulasti: & infra. ¶ Respondemus, q̃ si clerici infra † puberes annos se adinuicem, aut vnus alterum percusserint[f], non sunt ad Apostolicam sedẽ mittẽdi, quia eos ætas excusat[g]. Nec clerici[h], si sunt plenæ ætatis, & nõ odio, vel inuidia, vel indignatione, sed leuitate iocosa se adinuicem percutere contingat: neque magister, si scholarem clericum intuitu disciplinæ[i], vel correctionis percusse-

non. ȝ. de excef. præla. cũ ad quorundam. & c. fane. & c. proxi. Credo q̃ teneat, licet ibi faciant ȝ mandatũ istud, quia non adiicit hic q̃ si secus fecerint, decernimus non valere: put dr̃ in illa decre. cũ ad quorundam. arg. ad hoc. ȝ. de præben. inter cætera. vbi enim huiusmodi clausula non apponitur in mandato, licet fiat ȝ mandatum, tñ tenet quod factum est. ȝ. de præben. dilectus. 2. Arg. ȝ. j. eo. c. proxi. in fin.

ADDITIO. Hodie per c. si. eo. tit. lib. 6. disponitur, q̃ indulgentia concessa à prælato vltra nomerum hic taxatũ, est ipso iure nulla, & vide ibi glossam, quæ disputat numquid excedendo hunc numerũ, corruat indulgentia in totum, an vero teneat vsq; ad facultatem concessam? & intelligit q̃ vsque ad concessum numerũ inclusiue tenet. arg. in regula vtile per inutile. lib. 6. & l. sancimus. C. de dona.

NOstro.] Diuiditur: primo ponitur cõsultatio: Secundo respõsio. secunda: ibi, Nos igitur. Abb. Siculus.

CASVS. Quæsiuit quidam prælatus, vtrum p suam prouinciam possit concedere remissionis litteras generales? Rñdet Papa, q̃ hoc libere potest facere, ita tñ q̃ statutũ generalis cõcilii non excedat, quod est ȝ. c. prox. Not. q̃ epi possunt concedere litteras remissiõis vel indulgẽtiæ in suis pũinciis.

¶ Glo. seq. rect. per obser. de decre. pastoralis.

a ¶ *Per suã prouinciã.*] No. q̃ archieps per totã pũinciã suam potest facere remissiones, prout hic colligitur, & eps in sua diœcesi, licet archieps non sit iudex ordinarius omnium de prouincia sua. ȝ. de officio ordi. pastoralis. & iurisdictionem contentiosam non habet in sua prouincia, nisi in certis casibus, vt dr̃ in decre. pastoralis. sed voluntariam: sicut proconsul cum vrbem egressus fuerit, iurisdictionem habet non contentiosam, sed voluntariam. ff. de offi. procon. l. 1. s. Et legatus potest in sua prouincia facere remissiones, quia & statuta perpetua facere potest. ȝ. de offi. leg. c. vlt. Et est hoc epõrum & archiepõrum, scilicet facere remissiones, nisi ex speciali cõcessione vel alia legitima causa competat aliis inferioribus prælatis. ȝ. de excef. prælat. accedentibus. Et priuilegia possunt concedere epi & archiepi. ȝ. de his quæ fi. à præla. sine consensu capituli, quanto. & arg. ȝ. de iure pat. nullus.

b ¶ *Concilii.*] ȝ. eo. cap. proxi.

NE pro dilatione.] CASVS. Cum nullus possit ligari vel solui nisi à suo pprio Prælato, & periculosum sit epis & aliis superioribus, & minoribus Prælatis exẽptis suos pp hoc Prælatos adire, vel licentiã petere ab eisdem: ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum, permittit Papa prædictis omnibus, vt etiam præter sui superioris licentiam prouidum & discretũ sibi eligant confessorem. Not. q̃ propter periculum animarũ multa licent, quæ aliàs non licerent. Itẽ epi & alii Prælati inferiores exẽpti possunt sibi eligere confessorem sine licentia superioris. Item discretus debet eligi confessor.

¶ Gl. se. dat duo similia de absolutiõe et baptismo: et subdit genus. vlt. no.

c ¶ *Periculum immineat.*] Sic pp periculum moræ datur absolutio statim, quæ aliàs non daretur. j. tit. proxi. nuper. in fi. & c. sacro. & ȝ. de off. ord. ad reprimendũ. & pp periculum animæ statim infans baptizatur. 5. dist. baptizari. & de consecra. dist. 4. ne qđ absit. & dilatio pp periculũ tollitur, ne interim aliquod contingat periculũ. de conse. dist. 4. Iudæi. Et est arg. q̃ vbicunque periculũ timetur, dilatio sine mora vitanda est. 28. dist. de Syracusanæ. Item arg. q̃ sacerdos statim debet currere ad infirmum, qñ vocatur: quia vitam adimit quisquis morienti pœnitentiam denegauit. 26. q. 6. si presbyter. & c. seq. & reus erit animarum, vt ibi dr̃.

d ¶ *Permittimus.*] Sic ergo vr̃. q̃ epi vel alii inferiores prælati exẽpti ante istã permissionem nõ poterant se subiicere alicui confessori sine licentia sui superioris. ȝ. eod. cap. omnis vtriusq;. quia nullus clericus sine licẽtia sui epĩ potest eligere iudicium non sui iudicis, personæ vel rerum. ȝ. de foro cõpe. si diligenti. & c. significasti. & 3. q. 6. non liceat. ergo multo minus iudicium animæ, quod maius est.

¶ Glo. seq. recitatur per quæstionem.

e ¶ *Prouidũ.*] qui sciat ligare ac soluere. de pœ. dist. 6. qui vult. & ȝ. eo. omnis §. sacerdos. & q̃ diligẽter inuestiget qualitatem criminis & personæ, de pœnitent. dist. 5. consideret.

DE SENTENTIA excõicationis.

¶ Supra visum est de pœnis, quæ imponuntur tam in foro contentioso quàm pœnali: Veruntamen quia excõicatio est pœna delicti, cum fertur a iudice: cũ vero ab homine, est pœna contumaciæ: merito post rubricam præcedentes subiicitur ista. Abbas.

De hac materia tractatur. 33. q. 1. & q. 2. et q. 3. & 9. q. 1. & 15. q. 3. per totum.

SVper.] Tres sũt partes: Secunda ibi, Nec clerici: Tertia ibi, Cæterũ. Abb. Sicul.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa si clerici infra minores annos cõstituti se adinuicem percusserint, vtrum sint ad Apost. sedẽ mittẽdi pro absolutione? Rñdet Papa, q̃ si infra dictam ætatẽ clerici se ad inuicem percusserint, siue vnus alterum, non sunt ad sedẽ Apostolicam mittendi: quia ætas excusat. Item nec clerici si sint plenæ ætatis, & adinuicem se percusserint, nõ ex odio, vel inuidia, sed ex leuitate iocosa, sunt excõicati. Itẽ nec magister, si clericum causa disciplinæ percusserit, vel correctionis: quia nõ potest in ipsis iniectio manuum violẽta notari. Secus vero si ex odio dicti clerici se percusserint: tunc enim ad Apost. sedẽ ire debent absoluendi. Not. q̃ clerici impuberes si se adinuicem percusserint, possunt à suis epis absolui. Item est arg. ætatẽ excusare nõ à ioco, sed à tanto. Itẽ q̃ ludendo clericũ percutit, vel magister, qui causa correctionis discipulum verberat, non est excommunicatus.

f ¶ *Percusserint.*] irato animo: aliàs non inciderent in canonem, prout sequentia verbã declarant. & 17. q. 4. si quis suadente.

¶ Glo seq exponit arg. alle. tria iura. & duo alle. in contrarium.

g ¶ *Excusat.*] non ab excõicatione[1], sed quo ad hoc q̃ non sunt mittendi ad curiam pro absolutione, vt j. eo. quamuis. c. vlti. Et ita est arg. q̃ ætas excusat. de cõse. dist. 4. eos. C. de fal. mo. l. 1. in fi. & 33. q. 2. in adolescentia. Arg. ȝ. q. a malorũ mores infirmitas animi nõ excusat. C. si aduer. deli. l. 2. & ff. de mino. auxiliũ. §. i delictis. B.

h ¶ *Nec clerici.*] supple, sunt excommunicati, quoniam sola temeritas in hoc casu reprehenditur sine violentia, prout sequitur, & o patet ex illo canone. 17. q. 4. si quis suadente.

i ¶ *Disciplinæ.*] Vel ratione prælationis, Idem est etiam de patre, q̃ filium in minoribus ordinibus potest corripere sine pœna ista: vel de propinquo. j. eo. ex tenore. & c. cum voluntate. vbi de hoc. argu. de pœni. dist. 1. §. aut facta. & 14. q. 5. circumcelliones. Ber.

a ¶ *Violenta*

† Alias in, & in tabb.

† Vide Speculat. tit. de pœnit. & remiss. vbi plene de hac materia. ad de S. Thom. in quarto [illegible] q. 36.

† Vide latius Paludanũ lib. 4. sent. & Syluestrũ verbo, confessor, 1. q. 8. adde Turrecrematam in c. quoniam per [illegible] dist. 1.

† In duobus manuscriptis sic: De sententia excommunicationis & absolutionis.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compilatione & post concilium Lateran. sub Alexandro iij. pat. 14. cap. 7.

† In recentioribus libris, intra, legitur: sed in [illegible] contrario [illegible] tamen, infra, rectius [illegible] est.

† Hoc innuit [illegible] capo [illegible] excommunicatio [illegible] Abd.

a ¶ *Violenta notari.*] Hæc est ratio, quare non incidunt in canonē.

M*Onachi.*] Casus. Monachi & regulares canonici si se adinuicem percusserint, non sunt ad Apostolicam sedem mittē di, sed per abbatem suū sunt absoluendi: & si abbas non sufficit, eps diœcesanus est adhibendus. Not. q regulares sese adinuicem percutientes, per abbatē suū possunt absolui.

b ¶ *Quocunque modo.*] dū tñ non enormiter: aut in epm, aut in abbatem, aut in clericum secularē, manus iniiciant violentas. j. eo. cū illorum.

Adde q dicitur infectio manuum violenta. per Bar. in l. licitatio. §. quod illicite, de publi.

c ¶ *Sui abbatis.*] Si vero monachum alterius Claustri percusserit, per abbatem vtriusque monasterii debet absolui. j. eo. cum illorum. & j. eo. canonica. sed si monialis monialē vel conuersam vel conuersum aut clericum percusserit, per epm absoluatur. j. eo. de monialibus.

Quod dic vt j. e. religioso. lib. 6. Ioan. And.

Cap. 3. eo tit. in 1. compilat. & post concilium Lateran. par. 14. c. 8.

S*I vero.*] Quatuor sūt partes: Secunda ibi, *Officialis*. Tertia ibi, *Nec ille*: Quarta ibi, *Ceterum*. Abbas.

¶ sufficiat

Casus. Primo dr q si ostiarius alicuius Potestatis prætextu officij sui malignatus vel maliciose clericū læserit, ab epo suo potest absolui, nisi grauiter eum vulnerauerit: Secundo dr, q si officialis clericum vulnerauerit, non potest sine mandato Romani Pontificis absolui: quia laico nō datur tanta potestas, nisi forte turbā arcendo casu fortuito clericū lędat: Tertio dr, q si clericus vel laicus vim vi repellendo, clericum percutiat, non est excōicandus, nec est excōicatus: quia vim vi (fm q iura permittunt) repellere licet: Vltimo dr, q si aliquis in clericum turpiter inuentum cum matre, filia, sorore, vel vxore manus iniecerit violentas, non est excōicatus: Si

Cap. 4. eo. tit. in 1. compilat. & post concilium Lateran. par. 14. cap. 9. Et de intellectu vide Couarr. tiam super 4. decretal. par. 2. c. 7. §. 7.

rit: quia non potest in ipsis iniectio manuum violenta † notari a: Cæterum si ex odio iidem scholares, vel seculares clerici sese percusserint, pro sua absolutione debent ad Apostolicā sedem venire.

¶ Idem.

¶ *Monachos se adinuicem percutiētes, absoluit abbas. idem in canonicis regularibus: & abbatis discretione deficiente, recurritur ad episcopum.*

CAP. II.

MOnachi † vero & canonici regulares, quocunque modo b se in claustro percusserint, non sunt ad Apostolicam sedem mittendi: sed secundum prouidentiam sui abbatis c, disciplinæ subdantur: & si discretio abbatis non sufficit † ad eorū correctionē est prouidentia diœcesani episcopi adhibēda.

¶ Idem.

¶ *Ostiarius, qui clericum percussit non grauiter, ab episcopo absolui potest. hoc primo. Officialis deliberate iniciens manum in clericum, per Papam absoluitur. hoc secundo. Qui repellendo vim vi clericum percutit, excommunicatus non est. hoc tertio. Qui percutit clericum turpiter inuentum cum propinqua, excommunicatus non est, secus cū remota: & dicitur propinqua, vt in littera.*

CAP. III.

SI † vero alicuius Potestatis ostiarius, sub prætextu sui officii malignatus clericum læserit, ab epo suo potest absolui d: nisi forte eūdē clericū grauiter e vulnerauerit. Officialis f vero pro iniectione manuum in clericū nō potest sine mādato Romani Pōtificis absolutionis beneficium promereri: quia nulli laico g super clericum tāta † datur auctoritas: nisi forte turbam arcendo, irruentem non ex deliberatione, sed fortuito h casu clericum lædat. ¶ Si vero clericum vim sibi inferentem vi quis repellat, vel lædat: non debet propter hoc ad sedem Apostolicam transmitti: si incontinenti vim i vi repellat. cū vim vi repellere k omnes leges l omniaq; iura permittāt. ¶ Nec ille compellēdus est ad sedem Apostolicam venire, qui in clericū cum vxore m, matre n, sorore, vel filia propria turpiter o inuentum, manus iniecerit violentas. Cæterum si in stupro vel adulterio, quod committit cū ea, quæ ipsum ita proxima consanguinitatis linea non contingit p, ceperit, aut in eum violentas manus iniecerit, nō erit à sententia illius excommunicationis immunis.

¶ Idem.

¶ *Qui percutit clericum ignorans probabiliter eum clericum, excommunicatus non est, ignorantiam tamen probare debet per iuramentum: & si hoc præstare recusat, pro excommunicato haberi debet.*

CAP. IIII.

SI † vero aliquis in clericū nutrientem comā manus iniecerit violētas, propter hoc non debet † Apostolico præsentari conspectui: nec etiam excōmunicatione notari †, dummodo ipsum esse clericū ignorauerit q: Vel si hoc dubiū fuerit

autem inuenias eum in stupro vel adulterio cum alia, quæ ipsū taliter non attingat, & in eum violentas manus iniecerit, est excōicatus. Not. q qui prætextu officii sui clericum percutit, ab epo potest absolui. Itē quod casu fortuito fit, nemini est imputandū. Item vim vi repellendo clericum percutiens, non est excōicatus. Item percutiens clericum turpiter coeuntem cum vxore, matre, sorore vel filia, non est excōicatus: in vlterioribus autē personis secus est.

d ¶ *Absolui.*] ergo est excommunicatus: quare intelligendum est de eo, q animo iniuriandi hoc fecit. & hoc nota q dicit, malignatus: alioquin non esset excōicatus, cum canon dolosos & violentos tantum teneat: vt s. eod. c. 1. & 17. q. 4. si quis suadente.

e ¶ *Grauiter vulnerauerit.*] Casus iste semper excipitur. j. eod. cum illorum.

f. ¶ *Officialis.*] idest iudex vel apparitor alicuius Potestatis vel principis.

g ¶ *Laico.*] supple, etiam qui de mandato sui prælati hoc faceret, nihilominus incidit in canonem. j. eod. vniuersitatis. nisi clerici deliquerint: nec aliter possint ad iudicium trahi. tunc enim de mādato Prælatorum capi possunt: vt traditur. j. eo. vt famæ.

h. ¶ *Fortuito.*] Tunc enim non imputantur, quia casus fortuiti præuideri non possunt. s. de homi. Ioannes. & c. vlti. & s. de commo. c. vnico. & ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. 2. §. si eo tempore a. & ff. de custo. & exhi. reo. non est. & l. milites. in fi. quia nulla temeritas

a Si tempore nominationis idoneum formi et facultatibus lapsum dānā reipublicæ dederit: procurator rei publicæ non tenetur: quia casus fortuitos, &c. Ioh. And.

vel violentia in eo notari potest, sed excusatur ratione officij: aliàs nō excusaretur: quia debuit præuidere, an ex facto suo posset iniuria irrogari. arg. s. de iniur. c. vlt.

i ¶ *Vim vi.*] Tunc enim excōicatus non est, cum licitum sit se defendere. j. eo. ex tenore. seruato moderamine inculpatæ tutelæ. s. de homi. significasti. 2.

k ¶ *Repellere.*] ff. de iusti. & iur. vt vim. & ff. ad leg. Aquil. scientiā. §. qui cum aliter. & s. d homi. significasti. vbi de hoc.

An autē aliquā omnino habeant laici in clericos potestatem, tradit Franciscus Victoria in priori relectione de potestate ecclesiæ q. vlt.

l ¶ *Omnes leges.*] De hac materia loquentes & ita vniuersalis restringitur. sic 1. dist. omnes leges. sic & indefinita. s. d priui. vt priuilegia.

m ¶ *Cum vxore.*] Idem est in sponsa de præsenti: quia & lex permittit illam accusare iure mariti 3. ff. de adult. si vxor. §. 1.

Quid si in veritate nō sit vxor, putatur tñ vxor, & loco vxoris habeatur? Idem credo vt ibi docetur secundum Vinc. & Gof. tacite quod not. de dona. in ter vir. & vxo. plerūq; in vltim. gl. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. quærit argum. pro. soluit contrarium.*

n ¶ *Matre.*] Nunquid nomine matris intelligimus omnes ascendentes fm legem? Vr q sic: ff de verb. sig. appellatione. & nomine filii omnes etiam descendētes: vt lex dicit. ff. eo. liberorū. per leges istas vr q sic. in casu isto non credo hoc extendēdum ad ascendētes, vel descendentes. cū minor fiat iniuria, vnde nō est extendenda licentia. s. de deci. c. tuæ. Ber.

Et hoc tenet Inn. dicens in ceteris talibus vel alibi non extendendum. Ioan. And.

o ¶ *Turpiter.*] Huic. n. parcit canon, quia tam iustum dolorem compescere non posset. C. ad l. Iul. de adul. Gracchus. & lex permittit illum occidere sic inuentum. ff. de adul. qd ait lex. §. quod ait. aliàs ex interuallo non liceret.

p ¶ *Nō contingit.*] quia tūc nihil interest eius, immo culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. ff. de regu. iur. culpa. Ber.

Cap. 5. eo. tit. in 1. compilatio. & post concilium Lateran. par. 14. c. 1. Et de intellectu vide citatos super glossā

S*I vero.*] Tres sunt partes: Secūda ibi, *Vel si*. Tertia: ibi, *Ab illo*. Abbas.

Aliàs itaq non debet se Apostolico præsentare conspectui.

Casus. Si aliquis manus violentas iniecerit in clericum nutriētem comam, ignorans, q clericus fuerit, non erit excōicatus: vel si hoc dubium fuerit, & propria manu iurauerit, q eū clericū ignorauerit. Si autem non iurauerit, sicut ab excōicato conuenit abstineri: quia constat eum violentas manus in clericum iniecisse. No. q ignorantia excusat ab excōicatione. Item per iuramentū purgatur conscientia alicuius. Et sic ignorantia per iuramentum probatur. Item qui ignorantiam allegat, eā probare debet. Item iuramēto alicuius statur in præiudicium alterius, sed hoc facit præsumptio habitus laicalis.

notari, in vetustioribus libris.

¶ *Glo. seq. exponit litterā, alleg. duo iura: quærit & soluit, secundo quærit & soluit, tertio quærit, ponit opi. Ala. quam dicit iuniorem, & contrariam Tan. quam approbat.*

De actionis huius glossæ præter doctores hic, vide Federicum cō si. 19. Syluestrum verbo, excommunicatio. 6. verb. sedū est quar. & Couarruuiam in c. alma mater, de sent. excom. lib. 6 par. 1. §. 10. n. 5.

q ¶ *Ignorauerit.*] Ita q ignorantia probabilis fuerit. aliàs non excusaretur. s. de cleri. excom. mi. Apostolicæ. & s. de eo qui renun. episcopa. c. 1. & 2. Quid r si tonsuram vidit, & eum clericum non credidit? Rñdeo, incidit in sententiam, dū tñ ille clericus sit. Quid si in veritate non erat clericus, licet tonsuram deferret, & illū percussisti credens illum clericum? Propter conscientiam teneris, nisi postea certus efficiaris. arg. 11. q. 3. quoniam multos. fm vnom catum. Quid si credidit percutere Titium laicū, & in persona errans percussit Martinum clericum? Ala. dixit, q in sententiam incidit, quia

quia iniuriari voluit. ff. de iniu. eum qui. §. si iniuria. & ỹ. de iniur. cap. vlti. Tan. dixit ꝙ non incidit in canonẽ, quod probat per hanc litteram, quia dicit hic, si percutiat clericum quẽ credebat laicũ, nõ est excõicatus, vt hic dicit: Sola enim temeritas & violentia in hoc cõsideratur. arg. ỹ. eo. c. 1. & ĩ. eo. veniẽs. & ff. de inio. illud. §. vlt. & l. seq. iniuriam tñ fecit, vt dicit Ala. & per eadẽ iura potius credo opi. Ala. tutiorem.

rit, propria [a] manu duntaxat præstiterit iuramentum, quòd eum esse clericum ignorasset. Ab illo autem (si præstare noluerit [b] iuramentum) quia violentas manus constat eum in clericum iniecisse, sicut ab excommunicato, donec de mandato summi Pontificis absoluatur, conuenit abstineri.

¶Idem.

¶Percutiens clericum vel religiosum, excommunicatus est, nec ab alio, quàm à Papa absoluitur, præterquam in mortis articulo.

CAP. V.

NOn [†] dubium est, quòd hi, qui violẽtas manus in clericos vel canonicos, aut cuiuslibet religionis conuersos [c] iniiciunt, ex constitutione [d] concilii sententiam excommunicationis incurrunt: nec nisi in articulo mortis [e] sine Romano Pontifice absolutionis possunt beneficium impetrare.

¶Idem.

¶Mulieres, quæ inciderunt in canonẽ, si quis suadente. absoluuntur ab episcopo. Idem in personis, quæ non sunt sui iuris, vel sunt delicatæ, de quibus dubitabatur, quòd non possent commode accedere ad curiam. & hoc dicit vsque ad §. illi.

a ¶*Propria manu.*] Soli sacramento credimr, qñ de conscientia alicuius dubitatur vel quæritur, vt hic patet. & 33. q. 2. in lectum. 31. q. 2. si verum. ff. de re mili. non omnes §. à barbaris. 16. q. 3. dilectio. & 35. q. 3. extraordinaria. & ỹ. de except. pastoralis. arg. ỹ. quod me. causa. c. vlt. cum suis concordantiis positis ibi.

¶*Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶*Noluerit.*] Hoc ipso ꝙ iurare non vult, præsumptio est contra eũ in tantum, ꝙ tamquam excõicatus vitabitur. ff. ỹ. de hære. excõicamus. §. qui vero. cum constet ꝙ violẽtas manus in illum iniecit. sic enim pro cõuicto habetur qui se nõ purgat. ỹ. de simo. de hoc. & ỹ. d purg. cano. c. cũ P. & c. inter. in fi. Itẽ hic habes, ꝙ licet clericus nõ seruet habitum suũ, adhuc retinet priuilegium suum. vnde ĩ. ĩ. eod. in audientia. hoc intellige ante trinã admonitionem, illud eum suis consimilibus post: quia tunc perdit priuilegium.

¶Cap. 6. eo. tit. in 1. cõpilatione, Iam qui di cantur conuersi, tradunt ciuati in c. vt priuilegia. supra de priuileg. & Pa. normitan. hoc.

NOn dubium est.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ quicunque violentas manus in clericos, aut cuiuslibet religionis cõuersos iniiciunt, sententiam excõicationis incurrunt, & à solo Papa possunt absolui, nisi in articulo mortis. Not. ꝙ percutiens clericum, aut alicuius religionis conuersum, à solo Papa potest absolui. Item propter periculum mortis multa fiunt, quę aliàs non fierent.

¶*Glo. seq. vers. per q. an conuersi secularium, & c. arg. quod non à contrario sensu litteræ: tenet contrarium dicens, quòd quidam tenent primum.*

c ¶*Religionis conuersos.*] ĩ. eo. ex tenore. ex eo ꝙ dicit religionis, vr ꝙ conuersi secularium ecclesiarum non habeant hoc priuilegiũ. arg. 27. q. 1. vt lex continentiæ. Sed dicendum est, ꝙ ex quo tradiderunt se & sua diuino obsequio, siue in seculari ecclesia siue in regulari, iam censentur ecclesiasticæ personæ, & ex toto trãslati sunt in forum ecclesiæ: vnde habent immunitatem ecclesiasticam. 17. q. 4. quisquis. Et dicit decretum, ꝙ tantum duo sunt genera Christianorum: Vnum quod dedicatum est diuino obsequio, vt clerici & conuersi: Aliud genus, vt laici. 12. q. 1. duo sunt. Quidã tñ volunt dicere ꝯ, sed benignius est dicere ꝙ sic, vt eorũ gaudeãt priuilegio, quorum vitam & religionem assumsit: vt ỹ. de sta. mo. recolentes.

d ¶*Ex constitutione concilii.*] 17. q. 4. si. quis suadente. in qua constitutione nulla fit mentio de conuersis, sed per hoc & ĩ. eod. ex tenore. extenditur ad conuersos; sic quod dr̃ de monachis, extenditur ad regulares. ỹ. de postu. ex parte. & ita per consequens ad omnes conuersos, vt dictum est. Ber.

e ¶*In articulo mortis.*] & in alijs casibus, qui habentur. ĩ. eo. quãuis. vbi de hoc.

MVlieres.] Tria sont dicta: Secundum ibi, *De his vero*: Tertium ibi, *Illi*. Abbas.

Casvs. Dicitur hic in primo resp., ꝙ si mulieres & serui, qui sui iuris non sunt, manus in clericum violentas iniecerint, ab epõ diœcesano possunt absolui. Secundo dicit: aliqui delicati & magnæ potentiæ violentas manus in clericos iniecerunt: sed dicunt, ꝙ laborem veniendi ad Apostolicam sedem sustinere nõ possunt: quæritur, quid iuris sit? R̃idet Papa, ꝙ status personæ & veritas negotii prius est intimanda Romano Pontifici, & secundũ eius consilium erit procedendum. Tertio dicit: Aliqui non iniiciunt violẽtas manus in clericum, sed alii de ipsorum mandato hoc faciunt; quæritur an isti, qui hoc mandãt sint excõicati? R̃idet Papa, ꝙ sũt excõicati, & sunt ad Apostolicam sedem mittẽdi: cum ille vere delinquat, cuius mandato delictum committitur. Not. ꝙ mulieres & serui ab episcopo diœcesano pro iniectione manuum in clericum possunt absolui: & sic not. ꝙ parcitur sexui & conditioni. Item status personæ & veritas facti vel negotii attendenda est: Item qui mandat, tenetur vt faciens hoc edicto. Item idem est mandare quod facere.

CAP. VI.

MVlieres [†] vel aliæ personæ, quæ sui iuris [f] nõ sũt, ab episcopo diœcesano absolui possunt, si manus in clericũ iniecerint violentas. De his vero qui magnæ sunt potentiæ, & ita delicati, quòd laborem [g] veniendi ad sedem Apostolicam nequeunt sustinere: Respondemus, quòd status personę prius, & veritas negotii est intimanda Romano Pontifici, & secundum consilium eius tales erunt de commisso scelere corrigẽdi.

¶Mandans clericum percuti, excõmunicatus est, sicut percutiẽs. hoc dicit.

¶Illi vero, qui non per seipsos, sed eorum auctoritate vel mandato, alij violẽter iniiciunt manus in clericos, ad sedem Apostolicam sunt mittendi: cum is committat vere, cuius auctoritate [h] vel mandato delictum committi probatur.

¶Idem.

¶Excommunicatus per iniectionẽ manuum in clericum, licet occultus, absoluitur per solum Papam.

Cap. 7 eo. tit. in 1. cõpilatione. & post concilium Lateran. par. 14. c. 12. Et de intel. lectu vide Decium consil. cap. volum. 2.

¶*Glo. seq. vertitur per quæstionem.*

f ¶*Sui iuris.*] Vt sunt serui, sed hoc intellige secundum distinctionẽ illius decre. ĩ. eo. relatũ. Nec intelligas hoc verbum de filiisfamilias, qui dum sunt in patria potestate, non dicuntur sui iuris, quia tales debent ad curiam mitti: nisi sint infra pubertatem. ĩ. eod. quamuis. & c. vlti. Ber.

g ¶*Laborem veniendi.*] Hoc referas ad arbitriũ episcopi. argum. ff. de verb. obli. continuus. §. cum ita. Et si videbitur epõ ꝙ laborem eundi nequeat sustinere, propter pericula morę, illũ absoluere potest, recepta sufficienti cautione, ꝙ parebit cõsilio siue mandato Papæ. argu. optimum. ỹ. tit. pxi. c. vlt. & ĩ. eo. de cætero. & c. sacro. Si vero periculũ nõ timetur, consulatur Papa antequam absoluatur: & hoc vr̃ dicere littera ista.

¶*Glo. seq. obiicit, sol. quarit. & sol. iterum quærit, & sol. vlti. quærit, ponit opi. contra quam alleg. unam l. & q. & soluit.*

dem, quia priuatus est vno mense ingressu ecclesiæ, quia punitur in cōtone aliorum superioris arbitrio. Itē tenetur excōicato ad interesse, vt hic infra dī. tenetur etiā actione iniuriarum. 11. q. 3. illud & c. temerarium. Item tenetur pœna sacrilegij. 24. q. 3. non in perpetuum. Io. Hodie vero qui excōicat, in scriptis excōicationem pferat, & causam excōicationis expresse conscribat: & qui ꝯ fecerit, per mensem vnum ab ingressu ecclesiæ & diuinis officiis se nouerit suspēsum, & si suspēsus diuina præsumpserit officia celebrare sicut prius, irregularis efficitur: super quo per Papā tantum poterit dispensari: & hæc omnia probātur per decre. Inn. iiij. eo. tit. cū medicinalis. [lib. 6.] & ita pœna augmentata est. Ber.

pore Christi, qđ est ecclesia. j. eo. c. penult. & 3. q. 4. Engeltrudam.

[Ex causa probabili.] quia forsan credidit citationem peruenisse ad ipsum, credens eum contumacem, cum non esset, vel credebat causam excommunicationis sufficienter probatam, errans in probationibus dubiis. arg. ī. de re iudic. cum Bertholdus.

interdictum[a], alia nihilominus pœna mulctandus, si visum fuerit expedire. Caueat etiam[b] diligēter, ne ad excōmunicationem cuiusquam absque manifesta, & rationabili[c] causa procedat: ad quam si taliter[d] forte processerit, & requisitus humiliter processum huiusmodi non curauerit absque[e] grauamine reuocare: grauatus, apud superiorem deponat de iniusta excōmunicatione querelā[f]: qui si absque periculo[g] moræ potest, ad excommunicatorem, illum cum suo mandato remittat, infra competentem terminum absoluendum: alioquin ipse per se vel per alium, prout viderit expedire, sufficienti cautione recepta, munus ei absolutionis impendat. Cumq; aduersus excōicatorem de iniusta excōicatione cōstiterit[h], excōicator condemnetur ad interesse[i] excōicato: aliàs nihilominus, si culpæ qualitas postulauerit, superioris arbitrio puniendus: cum nō leuis sit culpa, tantam infligere pœnam[k] insonti: nisi forsitā errauerit ex causa[l] probabili, maxime si laudabilis[m] opinionis existat. Verū si cōtra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit à conquerente probatum, idem † & super iniusta excommunicationis molestia per pœnā ad interesse, vel aliàs secundum superioris arbitrium condemnetur, nisi forsan & ipsum probabilis[n] error excuset: & super eo, pro quo fuerit iusta excommunicatione ligatus, per cautionem receptam satisfacere[o] compellatur, vel in pristinam reducatur sentētiam, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiter obseruandam. Si vero iudex suum recognoscens errorem, paratus sit talem reuocare sententiam; & is, pro quo lata fuerat, ne absq; satisfactione reuocet illam, appellet: appellationi nō deferat in hac parte[p]: nisi talis sit error, de quo

† In Constan. libro & alijs recentioribus itandem iu per iusto excommunicat. Bis molestia, p pœnam ad interesse, vel alias sec. sed. &c. sed in concilio & in Vaticano constanter legitur ita: & super iniusta.

[Glos. seq. quærit, arg. pro, & contra, ponit opi. & soluit.

a [Interdictum.] Sed pone q iniuste excōicatus statim ab ipso excōicatore suspenso ab ingressu ecclesiæ, petat absolui? Vī q ipsum nō possit absoluere: quia cum ipse careat ingressu ecclesiæ, ergo alium non potest reconciliare ecclesiæ. Sed vī q sic, quia dicit inferius; ad excōicatorē ipsum remittat. Quidam dixerūt q à superiore tempore suspensionis excōicatus non debet absolui[1]: quia cum ipse sit suspensus, alium reconciliare nō pōt. arg. de cōse. dist. 4. sanctū est. & sequēs littera caueat, &c. intelligitur, qñ admonitio præcessit, & excōicatio iniusta fuit: principium c. qñ admonitio non præcessit. Vel dic, q licet per mēsem sit priuatus ingressu ecclesiæ, nihilominus iurisdictionem suā retinet, quia nō est propterea priuatus iurisdictione, nec est excōicatus: vnde ipsum absoluere potest. ī. de rescript. ab excōicato. & de cleric. excom. mini. si celebrat. & j. eo. duobus.

[1] Ad hoc de sup. ord. eos qui. lib. 6. Io. An.

b [Caueat etiam.] Dixit q nullus excōicet sine admonitione præmissa: Et forte videretur q admonitione præmissa posset etiam excōicare sine iusta causa: sed hoc non est verum, & ideo dicit, caueat &c. & ita ordo & causa in hac sententia seruanda sunt.

c [Rationabili causa.] coram ipso probata 3. q. 1. nemo.

d [Taliter forte processerit.] i. sine manifesta & rationabili causa.

[Glossa sequens exponit litteram, & alleg. contrarium.

e [Absque grauamine.] quia nullas expensas debet pp hoc facere, nec iurare: si constat q est iniusta. nec aliud sibi præcipere, cū sñia fuerit iniusta. ī. de offi. ordi. ad reprimendā. arg. ꝯ. j. eo. venerabili.

f [Querelam.] de hoc dictum est ī. eod. per tuas.

g [Periculo moræ.] Mora enim quandoque ad se trahit periculum. 5. dist. baptizari. & propter periculum moræ quis subiicitur iudici non suo. ī. tit. proxi. c. vlt. vbi de hoc.

h [Constiterit.] excōicatore præsente, quia causarum merita partium assertione panduntur. C. si per vim, vel alio modo. l. vltim. & ī. de restit. in integ. tum ex literis. ad fin. aut etiam eo absente p contumaciam, & lite non contest. ī. de ap. interposita. §. vlt. si tñ pure ageretur ad reuocandam sñiam, non vt iudex puniretur, tunc non esset necesse ipsum reuocari[2]: vt 2. q. 6. hoc etiā placuit. Io.

[2] Sed illa pro quo lata fuit: qđ dic vt j. eo. venerabilibus §. 2. & 3. lib. 6. Io. And.

[Glo. seq. exponit, quærit, ponit opi. & soluit.

i [Ad interesse[3].] id est, ad damna quæ sustinuit siue circa sumptus litis, siue in aliis. & illa declarabit suo iuramento. 2. q. 1. in primis. C. vnde vi, si quando taxatione iudicis præmissa. ī. de his quæ vi metusve cau. fiunt. c. vlt. & ī. de procu. constituuns. Sed nunquid æstimabitur illud interesse, q eo electo cassata fuit electio pp illā excōicationem: & q beneficia adeptus esset? Dicit Io. q sic: quia illud interesse est circa rem. 12. q. 2. si quis de clericis. & 2. q. 5. super causa. & ff. de act. emp. & vend. Iulianus. in princ. secus si interesse est extra rem. ff. eo. si sterilis. §. cum per venditorem. Sed non credo q tale interesse debeat æstimari, nec venire in conditionē, q a ecclesia pp hoc puniri nō debet: si pprīū haberet, forte puniret.

[3] Vide Specul. tit. de fru. & interesse. & Dynum in c. mora. de regul. iur. lib. 6.

k [Tantam infligere pœnam.] quia nulla est maior in ecclesia. 24. q. 3. corripiantur. & q. 1. nō afferamus. in fin. quia illa separat à corpore Christi, qđ est ecclesia. j. eo. c. penult. & 3. q. 4. Engeltrudam.

m [Si laudabilis.] quasi diceret, non sufficit probabilis causa, nisi iudex sit laudabilis opinionis, vt præsumatur q hoc non fecisset nisi errauerit: aliàs ꝯ diligentem quandoq; præsumitur q non errauerit. ff. de probat. cum de indebito. C. qui & aduer. quos. l. 1. sed illud, maxime, tenetur comparatiue: vnde idem esset, & si non esset ita laudabilis opinionis, dum tñ errasset: sed tunc magis pŝumitur p errore.

[Glo. seq. quærit & sol.

n [Probabilis error.] Sed qualiter probabilis error potest excusare appellantem? quia forte credidit non sufficienter probatum illud pro quo excōicabatur, qđ tñ erat de quo aliquis bene poterat dubitare in ordine iuris, qui seruandus est in hac sententia. non posset ita errare reus: sed tantum in causa excōicationis. Et est hic arg. bonum, q si aliquis habet probabilem causam litigandi, non punitur in sumptibus litis[4]. ff. de leg. 2. qui solidum. §. etiam. De hoc traditur ī. de dolo. c. finem.

[4] Hoc verū facta... de errore: & sic tacit contra opi. Ber. secundū Hostien. Ioan. And.

[Glo seq. notat excommunicatorem post absolutionem cognoscere de iusta vel iniusta excommunicatione: ad id obiicit, & soluit; demum quærit obiiciendo. alleg. pro, & soluit.

o [Satisfacere compellatur.] sic patet, q si excōicatus petat absolutionem à suo excōicatore, & iurauit stare mandatis suis eo absoluto: q primo inquirere debet an excōicatio iusta fuerit, antequam aliquid ei præcipiat. ī. de restit. spol. litteras. in fin. ī. de of. ord. ad reprimendam. si fuerit excōicatio iniusta, nihil præcipiat et per iuramentū: quia in nullo tenet satisfacere, cū nō deliquerit: sed si fuerit iusta, tunc primo recipiet mandatum, vt hic. Contra hoc vī qđ legitur ī. de rescrip. ab excōicato. quia (vt ibi dī) excōicator de suo facto certus esse debet: sed hoc intellige cum dubitat an iuste vel iniuste excōicauerit præmissa admonitione, ibi quando non præmisit admonitionem, & sic ꝯ formam concilij tulit sñiam: & sic non ꝯdicit, cum de facto suo certus esse debeat. Idem est faciendum cum aliquis corā superiore deponit de iniusta excōicatione querelam, sm quod hic fit. ī. de of. ord. ad reprimendam. sed hoc debet inquiri, an excōicatio fuerit iusta vel iniusta coram arbitris ab excōicatore & excōicato electis, vel apud synodum potius. 11. q. 1. si clericus. vel coram superiore per querelam, vt ibi dī. ī. de of. ord. ad reprimendam. Sed nonne eoipso q excōicatus petit absolui, & iurat, intelligitur acquiescere sententiæ, vt eam postea impugnare non possit? Vī q postea nihil dicere possit ꝯ ipsam. ī. de offic. delega. gratum. & ī. de his quæ fi. à maio. par. cap. ex ore. & ī. de ap. sollicitudinem. & ff. de inoff. testa. l. vlt. Item si non appellat à sñia excōicationis vsque ad decem dies, intelligitur acquieuisse sententiæ: quod vī ī. de re iudic. quod ad consultationem. & C. eo. tit. ad solutionem. Dicas q non: non enim ex eo q petit absolui, acquieuit sententiæ, q sit iusta: similiter nec ex eo q non appellat infra decem dies, acquiescit sententiæ. Et ratio satis euidēs est, quare in sententia excōicationis non sit necessaria appellatio, q a appellatio suspendit pronuntiatū. ff. ad Turpil. l. 1. in fi. sed effectus excōicationis non potest suspendi per appellationē. ī. de appel. pastoralis. vnde nec pdest, nec est necessaria appellatio, q a p cursum decem dierū non transit in rem iudicatam, nā absolui pōt etiā post decē dies. vñ per lapsum tēporis nō sumit aliquā firmitatē: & ideo de iniusta excōicatione quādocunq; pōt quis cōqueri, cū voluerit.

p [Non deferas in hac parte.] quia cessante causa cessat effectus. sic ī. de ap. cum cessante. & ita iudex pōt suam interlocutoriam reuocare, vt ibi dī. & ff. đ re iud. quod iussit. vel errorē suū corrige-

re. ꝫ. de secuſ. qualiter & quando 1. & palliare perperam actum. ꝫ. de vſu psl. c. niſi.

a ¶ *Dubitari.*] Ergo admittitur hodie appellatio, non ſolũ ſi cauſa ſit probabilis: ſed etiã ſi eſt dubia. De hoc dr̃ ꝫ. ď app. vt debitus. in dubiis. n. potius deferendũ eſt appellationi, quia illud certius eſt, ideoq; tenendum. ꝫ. de ſpon. iuuenis. cũ ſuis ꝓcor. ſic ſeruanda eſt ſnĩa excõicationis, ď qua dubitatur merito. ꝫ. ď cle. excõ. mini. illud.

b ¶ *Abſoluat.*] Appellatio enĩ non tenet quãtum ad hoc quin poſſit abſolui excõicatus ꝓpter periculũ moræ, ſed quantũ ad hoc ꝙ transfertur iudicium ab ipſo, cautione recepta, ꝙ iuri parebit coram illo ad quem appellauit, vt hic dr̃ 1, & ꝫ. de appel. qua fronte. Io.

c ¶ *Mentiatur.*] Iudices enĩm ſæpe falſa ſcribũt. 2. q. 6. c. biduum. in fin. & C. de arbi. l. ne in arbitris. ff. de cuſto. & exhi. re. diuus 2. & ꝫ. de ꝓba. quoniã ꝯ. q̃ tñ ipſorũ malitias refrænat.

merito debeat dubitari [a]: & tunc ſufficienti cautione recepta, quòd coram eo ad quem appellatum extiterit, vel delegato ab ipſo, iuri parebit, excõmunicatum abſoluat [b]; ſicque pœnæ præſcriptæ minime ſubiacebit: Cauens omnino, ne voluntate peruerſa in alterius præiudicium mentiatur [c] errorem: ſi diſtrictionis canonicæ vult effugere vltionem.

¶ Honorius tertius epiſcopo Bonon.

¶ *Excõmunicat hæreticos, & quoſcũq; violatores eccleſiaſticæ libertatis.*

CAP. XLIX.

Nouerit † fraternitas tua: & infra. ¶ Excõmunicamus [d] omnes hæreticos vtriuſque ſexus, quocunque nomine cenſeantur: & fautores, & receptatores, & defenſores eorũ: Necnon & qui decætero ſeruari fecerint ſtatuta edita, & conſuetudines introductas contra eccleſiæ [e] libertatem: niſi ea de capitularibus [f] ſuis infra [g] duos menſes poſt huiuſmodi publicationem ſententiæ fecerint amoueri. ¶ Item excommunicamus ſtatutarios, & ſcriptores [h] ſtatutorum ipſorum: necnon Poteſtates, conſules, rectores, & conſiliarios locorum, vbi decætero huiuſmodi ſtatuta & cõſuetudines editæ fuerint vel ſeruatæ [i]: necnon & illos, qui ſecundum [k] ea præſumpſerint iudicare, vel in publicam formam ſcribere iudicata.

Nouerit.] Duas habet partes principales: Secunda: ibi, *Necnon*. Abbas.

Casvs. Honorius in iſto capitulo excõicat omnes hæreticos vtriuſque ſexus quocunq; nomine cenſeãtur: & fautores, & defenſores eorũ, & receptatores, & illos qui decætero ſeruari fecerint ſtatuta edita ꝯ eccleſiaſticam libertatem: niſi ea deleri fecerint infra duos menſes de libris ſuis poſt publicationẽ huius ſniæ. Itẽ excõicat ſtatutarios & ſcriptores ſtatutorũ ipſorum: necnon Poteſtates, conſules, rectores, conſiliarios locorũ, vbi decætero huiuſmodi ſtatuta & conſuetudines editæ fuerint vel ſeruatæ: & illos qui ſm ea præſumpſerint iudicare, vel ſcribere iudicata. Not. ꝙ omnes hæretici ipſo iure ſunt excõicati. Item fautores & defenſores hæreticorum, hæreticis æquiparantur. Item arg. ꝙ illa ſcripta ſunt reprobata, quorum damnantur auctores.

d ¶ *Excommunicamus.*] Omnes hæretici & fautores, receptatores & defenſores hæreticorum, ipſo iure excõicati ſunt, vt hic patet. & ꝫ. de hære. excõicamus 1. in prin. & §. credentes. & c. penulti.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

e ¶ *Eccleſiæ libertatem.*] ſic ĩ. eo. grauem 2, qui enim ꝯ eccleſiæ libertatem venire nitũtur, ſunt ipſo iure excõicati: vt hic dr̃. ſed qui iura eccleſię auferre conantur, vel onera ei imponere: niſi admoniti deſtiterint, ipſo iure ſunt excõicati. ꝫ. de immu. eccle. non minus. & c. aduerſus. arg. ꝯ. ĩ. eo. grauem. vbi dicit tales excõicandos, niſi ſtatuta deleri fecerint. ibi ſoluitur.

f ¶ *Capitularibus.*] id eſt, libris in quibus ſtatuta ſua conſcribunt. ſimile verbum habes. 11. q. 1. c. omnes. §. hæc ſi quis antiquata.

g ¶ *Infra duos menſes.*] Sic ꝫ. ne cleri. vel mona. nõ magno. & cap. ſuper ſpecula. à tempore enim publicationis currunt illi duo menſes, poſtea vero conſtitutio omnes ligat. in Auth. vt factæ not. conſtitu. circa princ. colla. 5.

h ¶ *Scriptores.*] ſic ꝫ. ne cle. vel mo. ſententiam. vbi prohibetur clericis ſniam ſanguinis ꝓferre, & ſcribere eo modo. omnes, n. qui cõſiliũ vel auxiliũ in his pſtiterint, ſunt excõicati, vt hic patet. & iſti ſtatutarij priuãdi ſunt feudo, qđ habẽt ab eccleſia. ĩ. eo. grauẽ.

i ¶ *Vel ſeruata.*] reſume, vt infra duos menſes, &c.

k ¶ *Qui ſecundum ea.*] arg. ꝙ illa ſcripta ſunt reprobata, quorum damnatur auctores. ꝫ. de hæret. fraternitatis. vbi de hoc. & c. excommunicamus. §. credentes.

¶ Idem magiſtro & fratribus hoſpitalis Hieroſolymitani.

¶ *Fratres hoſpitalis Hieroſolymitani excommunicati pro iniectione manuum in clericum ſeu confratrem, abſolui poſſunt per eorum Priorem: niſi exceſſus fuerit difficilis & enormis.*

CAP. L.

Canonica † conſtitutione [l] cauetur, quòd monachi & canonici regulares quocunq; modo ſe percuſſerint, non ſunt ad Apoſtolicam ſedem mittendi, ſed ſecundum diſcretionem & prouidentiam ſui Abbatis diſciplinæ ſubdantur: quòd ſi abbatis diſcretio ad eorum correctionem non ſufficiat, prouidentia eſt diœceſani epiſcopi adhibenda: niſi exceſſus difficilis fuerit & enormis [m], propter quem merito ad Eccleſiam Romanam ſit recurſus habendus. ¶ Nos ergo ad vos ſtatutum huiuſmodi duximus [n] extendendũ: auctoritate prædicta ſtatuẽtes, vt in tali caſu (niſi maioris [o] ſit prouidentia requirenda) per Priorem veſtrum, qui (ſicut audiuimus) presbyter [p] eſſe debet, fratribus veſtris [q] abſolutionis beneficium impendatur.

Canonica.] Statutum de regularibus excõicatis pro iniectione manuũ abſoluendis per ſuos Prælatos, ad Hoſpitalarios extenditur: vt ipſorum Prior eos abſoluat. hoc dicit. Diuiditur: nam primo ponit canonem antiquũ: Secundo illum prorogat: ibi, *Nos*. Abbas Siculus.

Casvs. Statuit Alexãder Papa, ꝙ monachi & canonici regulares quocunq; modo ſe percuſſerint, ꝓ abbatẽ ſuũ abſoluantur, cuius ſtatutũ ponit ꝫ. eo. c. 2. & c. cum illorum. conſtitutionem illam extendit Papa Honorius ad Hoſpitalarios Hieroſolymitanos, vt ꝓ Priorem ſuum, qui ſacerdos debet eſſe, in eodem caſu fratribus eiuſdem ordinis abſolutionis beneficium impendatur, niſi forſitan maioris eſſet prouidentia requirẽda. No. ꝙ monachi & canonici regulares & Hoſpitalarij Hieroſolymitani ſi ſe ꝑcuſſerint, ab abbatibus vel Prioribus ſuis poſſunt abſolui.

l ¶ *Conſtitutione.*] quã habes. ꝫ. eod. c. 2. & c. cum illorum.

m ¶ *Enormis.*] ꝫ. eod. cum illorum.

¶ *Gloſſa ſequens ad hanc extenſionem allo. quatuor ſimilia.*

n ¶ *Duximus extendendum.*] Quod enim conceſſum fuit monachis & canonicis regularibus, extenditur ad Hoſpitalarios fauore religionis: ſic quod dictum erat de monachis, extenditur ad regulares. ꝫ. de poſtu. ex parte. ſic quod conceſſum fuit religioſis, extenditur ad epiſcopos. ꝫ. de priuilegiis, quod nonnullis. & quod dictum fuit de epiſcopis intelligendum eſt de electis & confirmatis. ꝫ. de tranſla. inter. & quod dictũ eſt de vxore, intelligendum eſt de ſponſa. ff. de iure do. ſi ſponſa & ff. de ſponſalibus, oratio. & ff. de fun. do. l. Iulia.

o ¶ *Niſi maioris.*] propter enormitatem exceſſus, vel ꝑꝑ maiorẽ perſonã cui manus intuliſſent. ꝫ. eo. cum illorũ. & c. monachi. Ber.

p ¶ *Presbyter.*] Niſi eſſet presbyter, non concederetur ita de facili: vel ſaltem clericus: quia laicis hoc officium licet religioſis non committeretur. 96. diſt. bene quidem. ſic nec officium prædicandi. ꝫ. de hære. cum ex iniuncto. & Petro claues eccleſiæ commiſſæ ſunt, qui fuit ſacerdos, & non laico. 24. q. 1. quodcunq;. & 21. diſt. in nouo. & 96. diſt. bene quidem.

q ¶ *Fratribus veſtris.*] Ergo non aliis: quod eſt verum. & idem intellige de abbate, ꝙ non poſſet alterius abbatis monachum vel alium abſoluere. ex eo ꝙ dicit, veſtris, de aliis prohibitum intelligitur. ſimile 2. q. 1. vnus ex vobis. 45. diſt. diſciplina ibi, peccauerit populus tuus, & c. priuilegium hoc locale eſt, ita ꝙ ipſi extendere ad alios non poſſunt.

¶ Idem tit. ſanctæ Praxedis presbytero cardi. Apo. ſe. leg.

¶ *Excommunicatus vel ſuſpenſus abſolui non debet, niſi prius iuramento præſtito: ſi tamen ſine ſcandalo iuramentum haberi non poteſt, poterit fieri abſolutio per manualem promiſſionem.*

CAP. LI.

Super † eo quòd monachi Græci & eremitæ propter inobedientiam, ſententia ſu-

Super eo.] Communis diuiſio: Secunda: ibi, *Hoc tibi*. Abbas.

Casvs. Monachi Græci & eremitæ ꝑꝑ inobediẽtia ſuſpendũtur & excõicantur, tñ ad mandatum eccleſiæ redire nolunt, niſi ꝑ manualem promiſſionem: Conſultus Papa an eſſent recipiẽdi ſine iuramento: ridet ꝙ ſi non poſſunt induci ad præſtandum iuramẽtum

† Vide in hunc locũ, quę plenius hic ſcribit Ioan. And. poſt Innocentium.

† Vide 2. & 20 ohind tract. de hæret. c. 17 & 18 & Alfonſum Caſtrũ lib. 2. cap. 18. de iuſta hæret. puniũne.

† Adde omnino cõſili ... Federici ... peratoris, ... incipit, ... & irrita. C. de ſacroſan. eccleſ.

† Vide Henricũ Boich in c. 1. nobis 2. & in c. cũ illorum ſupra eod. tit.

† Vide Panormitanũ in c. cũ deſideres ſupra eod. tit. & Henricũ Boich diũ.

† Prindeg ... quod habet ... in dec. ... ſa quę ... non ... vel ... Ioan. And.

... de quod ... not. ... ſa. ... gl. ... non ... Ioan. And.

tum ſm formã eccleſiæ, recipiantur hac vice cũ manuali promiſſione: cũ interdũ ſeueritati conſideratis locorũ & temporũ qualitatibus ſit aliquid detrahendũ. Not. q iuramentũ nõ eſt de ſubſtantia abſolutionis de rigore, ſed potius ad cautelam præſtatur. Item detrahendũ eſt iuri quandoque ex tempore, ex loco, & alis cauſis.

ſpẽſionis & excommunicationis ligati, noluint ad mandatũ eccleſiæ niſi per manualẽ promiſſionem redire: Hoc tibi duximus reſpondendum, quòd ſi nullatenus poſſunt induci ad præſtandum iuxta formam[a] eccleſiæ iuramentum[b], ipſos hac vice cum promiſſione[c] poteris recipere manuali: cum interdum conſideratis locorum & temporum qualitatibus, ſeueritati ſit aliquid detrahendum[d].

a ¶ *Formam.*] quam habes ſ. eo. ex tenore. quæ obſeruãda eſt in abſolutione cuiuslibet, q incidit in canonẽ. ſ. eod. cũ deſideres. 1. reſp. in fi.

b ¶ *Iuramentum.*] tñ ad cautelam potius introductum fuit: vt ibi dr, vt decætero non cõmittat talia. ſimile 23. q. vlt. peſſimã. & j. eo. grauem. & ſ. eo. ex tenore.

¶ *Gloſſa ſequens arg. pro ops ſua, &c. & remittit.*

c ¶ *Cum promiſſione.*] Hic euidenter reprobatur opinio illorum, qui dicunt, q ſi iuramentũ non interueniat in tali abſolutione, non eſt abſolutus: iuramentum. n. non eſt de ſubſtantia abſolutionis, vt hic patet. De hoc dictũ eſt ſ. eo. cum deſideres. in fi.

d ¶ *Detrahendum.*] ratione loci & tẽporis detrahẽdum eſt ſeueritati: vt hic dicit. 50. di. vt cõſtitueret. 44. diſt. conſeſſationes. 9. q. 1. ordinationes. 23. q. 4. non põt. & ſ. de tranſa. c. vlt. vbi habes de hoc ſatis.

¶ Idem Bituricẽ. & Carnotẽ. Decanis, & ſubdiacono Arelateñ.

¶ *Cum de viribus ſententiæ dubitatur, poteſt quis abſolui ad cautelam iuramento præſtito.*

CAP. LII.

VEnerabili fratre noſtro Cenomanẽ. epiſcopo & procuratore Turonẽ. archiepiſcopi, in noſtra præſentia conſtitutis, pro quadam ſuſpenſionis ſententia, in præfatum epiſcopum ab eodem archiepiſcopo promulgata. Nos ſententiam ipſam relaxauimus ad cautelã[e], ipſo epiſcopo in præſentia dicti procuratoris præſtante corporaliter iuramentum, quòd parebit mandatis, quæ idem archiepiſcopus ſibi propter hoc fecerit, ſi conſtiterit[f] ipſum in eo pro quo fuit lata prædicta ſententia, culpabilem extitiſſe.

VEnerabili.] Caſus. Archieps Toroñ. tulit ſñiam ſuſpenſionis in epm Cenomanẽ. propter quam ſuſpenſionem eps & procurator archiepi acceſſerũt ad pœnitentiam domini Papæ: ipſe vero auditis allegationibus partium, ſententiam ipſam relaxauit ad cautelam, præſtito iuramento ab ipſo epo præſente procuratore archiepiſcopi, quòd parebit mandato archiepiſcopi, ſi conſtiterit ipſum culpabilem extitiſſe ſuper eo, pro quo fuit ſuſpenſus. Nota, quòd iuramentum præſtari debet, cum quis abſoluitur à ſuſpenſione, ſicut fit in excommunicatione.

¶ *Gloſſa ſequens cauſam reddit, obiicit, & ſoluit.*

e ¶ *Ad cautelam.*] quia lata erat poſt appellationem, vt dicebatur. ſic. ſ. eo. per tuas. & ſ. de appel. ad præſentiam. & ſ. de teſti. veniẽs. 2. in fi. & tñ licet ad cautelam abſoluatur, iuramentum præſtat: vt hic patet: ſed ex quo ad cautelam abſoluitur, non deberet iurare: hoc fit propter dubium: quia non conſtabat de ipſa ſuſpenſione an rite lata fuerit: & ideo præſtauit iuramentum, vt ſi conſtiterit ipſum culpabilẽ extitiſſe ſuper eo, p quo ſententia lata fuit, ſtabit mãdato archiepiſcopi. & eſt notabile, q pro ſuſpenſione iuratur, ſicut pro abſolutione excommunicationis. Ber.

¶ *Gloſſa ſequens quærit, & tripliciter ſoluit.*

f ¶ *Conſtiterit.*] Coram quo conſtare debet? Forte coram Papa, ſi voluerit, vel corã eius delegato, vel ſi arbitros eligere voluerint. ipſe enim archieps non debet cognoſcere, vt vr. arg. ſ. eo. per tuas. & 11. q. 1. ſi clericus. De hoc dr ſ. eo. ſacro. & eſt arg. ex hac decre. q ſemper iuramentum exigendum eſt in abſolutione, vbi non conſtat excõicationem vel ſuſpenſionem iniuſtam, ſed mandatum differtur in euentum cognitionis, vt dictum eſt ſ. eodem ſacro. Vel dic q iſti quibus ſcribitur, cognoſcent de hac ſuſpenſione.

GRauem.] Prima pars ponit querelam: Secunda dat iudices ibi, *Ideoque.* Abbas.

Casus. Quidam Piſani fecerunt duo ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem. & in derogationem Apoſtolicæ ſedis: primum videlicet, q ſi quis clericus vel laicus ꝯ quemcunque laicum Piſani diſtrictus ad iudicem eccleſiaſticum literas Apoſtolicas impetraret, in mille ſol. condemnaretur, niſi renuntiauerit literis: neq; redditus poſſeſſionum ſuarum reddatur eiſdem, nec agri colantur ipſorum, ſed banno ſubiaceant Poteſtatis. Item ſtatuerunt, vt clerici ſuis ſumptibus quoddã caſtrum Piſanorum facerent cuſtodiri: quod ſi non fecerint, Poteſtas ꝯ eos procedere teneatur. Super his cõqueſtus fuit archieps Piſanus dño Papæ: vnde mãdat epo Senẽ. quatenus in conſiliarios & officiales ciuitatis Piſanorum excõicationis ſententiam proferat, niſi ſtatuta ipſa de capitularibus ſuis fecerint amoueri; & caueri q decætero ſimilia non attentent. ſed cum iidem ſtatutarij multa de bonis eccleſiaſticis dicantur habere in feudum, denuntiet illos huiuſmodi feudis fore priuatos. Not. q laici ꝯ eccleſiã nihil ſtatuere poſſum, vel ꝯ eccleſiaſticã libertatem: & qui ꝯ faciunt, ſunt excõicati.

¶ Idem epiſcopo Senẽ.

¶ *Excommunicantur officiales locorũ, in quibus ſunt ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem, niſi ea deleri fecerint: & ſtatutarij feudis eccleſiæ ſunt priuati.*

CAP. LIII.

GRauem† venerabilis fratris noſtri Piſani archiepiſcopi recepimus queſtionem, quòd quidam ciues Piſani deputati à Poteſtate ac populo ad ſtatuta ciuitatis edenda: in derogationem Apoſtolicæ ſedis, & ſubuerſionem eccleſiaſticæ libertatis[g] edere præſumpſerunt, quòd ſi quis clericus vel laicus contra quemcunque laicum Piſani diſtrictus, ad iudicem eccleſiaſticũ litteras Apoſtolicas impetrauerit, in mille ſolidis, niſi renuntiauerit litteris, condemnetur: nec redditus poſſeſſionum ſuarum reddantur eidem, vel agri excolantur[h] illius, ſed banno potius ſubiaceãt† Poteſtatis: & infra. Statuerunt illi præterea, vt clerici ſuis ſumptibus[i] caſtrum Ripæ fractæ faciant cuſtodiri: quod ſi renuerint, contra eos Poteſtas procedere teneatur: & infra. ¶ Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus in cõſiliarios & officiales ciuitatis ipſius, niſi ſtatuta ipſa de capitularibus ſuis deleri fecerint, & idonee ſicut exigit res caueri, quòd ſimilia[k] decætero non debeant attentare, excommunicationis ſententiam promulgare[l] procures. ¶ Cæterum† cum iidem ſtatutarij multa de bonis eccleſiaſticis tenere dicantur in feudum, ipſos fore nihilominus priuatos[m] feudis,

Præter do ctores hic, & in e. nouerit. ſupra eod. tit. modo de legit. in conſtitution. Caſſa & irrita C. de ſacroſan. eccleſ.

† ſubiaceat

g ¶ *Libertatis.*] ſic. ſ. eo. nouerit.

h ¶ *Excolantur.*] Similem pœnam habes ſ. de priui. quanto. ſic excõicantur Iudæi. ſ. de vſu. poſt miſerabilem. & c. quanto. Ber.

i ¶ *Sumptibus.*] Volentes eccleſiam ſubiicere ſeruituti, & publicis functionibus, à quibus ſunt omnino immunes. ſ. de immu. eccle. non minus. & 16. q. 1. c. generaliter. §. nouarũ. C. de ſacroſan. eccle. placet.

k ¶ *Similia decætero.*] ſ. eod. ex tenore. 24. q. vlt. peſſimam. & 11. q. 3. de viro. 11. q. 3. cum aliquis. ſicut & de hæretico. 1. q. 7. quotiens. 1. & de conſe. diſt. 2. ego Berengarius.

† In codice Barbatiæ. Cæterum cum iidem ſtatutarij & poteſtas maleſ. &c.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & quadrupliciter ſoluit.*

l ¶ *Promulgare procures.*] arg. contra. ſ. eod. nouerit. vbi excommunicati videñt ipſo iure cõſiliarij. ſicut ipſi ſtatutarij. rectores & cõſules: ſed illud intelligi poteſt niſi infra duos menſes ea deleri fecerint. & hoc intelligitur ſecundum illud: vt niſi ea deleri fecerint, excommunicentur. & ſic videntur excommunicati ipſo iure, niſi ea deleri fecerint infra terminum dictum; & poſtea per ſententiam. ſed ſtatutarij & ſcriptores ipſo iure ſunt excommunicati, vt ſ. eo. nouerit. Vel dic q hic loquitur de alijs conſiliarijs & officialibus, qui poſtea ſucceſſerunt, & non de illis quorum conſilio vel auctoritate ſtatuta illa edita fuerunt, & niſi iſti ea deleri fecerint, excommunicentur, vt hic dicit: & ſi ea fecerint obſeruari: niſi infra duos menſes ea deleri fecerint, ipſo iure ſunt excommunicati. ſ. eod. nouerit. ſic ſ. de immu. eccle. aduerſus. antiqua decret.[t] concordat illi decreta. nouerit. & ideo videtur male deciſa. Vt non contradicat, ſic expone, promulgare procures, id eſt, promulgatã eſſe oſtendas, vel denunties, vel iterum excommunicantur à iudice: alias non videtur ceſſare contrarium. Ber.

m ¶ *Priuatos.*] Ex hoc vr. q ipſo iure ſunt excõicati ipſi ſtatutarij, ex eo q dicit, priuatos denunties, p decreta. ſ. eo. nouerit. & quia ꝯ fidelitatem veniunt, amittere debent feudum. 22. q. vlt. de forma. & eccleſia poteſt illos priuare: cũ in hoc ſint de foro illius. ſic dñs priuat vaſallum, qñ facit feloniam dño de ſuo feudo, in cõſtitutio. Frideri. de feu. hac edictali. §. præterea. quia dñs inter vaſallos de

[t] Antiquæ decretalis verba, quorum hic meminit gloſſa ad tollendam contrarietatem decretalis nouerit. ita habent: & tam ſtatutarios, q conſiliarios eorundem nõ ſit dubium, ipſo iure excommunicationis ſententiam pro..., ...

feudo cognosci.ĩ.de fo.compet.verũ. & c.ex trãsmissa.simile ĩ.de hære.cap.vlt.arg.15.q.6.cap.penulti.& vlt. sic & clericus qui ꝯ ecclesiam suã aduocat, perdere debet beneficiũ.ĩ.de postu.c.vlt.

& ĩ.de testi.cap.tam litteris.Immo & si non habeat officium.
g ❡ *Alij.*] Iicilicet seniores de ecclesia possunt inferiores in minoribus ordinibus constitutos coercere, etiam turbantes diuinum officium, vt hic dicitur.
❡ *Glossa sequens arg. à contrario, & causam reddit.*

huiusmodi nuntiare procures.

❡ Gregorius nonus.

❡ *Alloquens excommunicatum in tendentibus ad salutem animæ, etiam si alia verba interponat, excommunicatus non est.*

CAP. LIIII.

CVm † voluntate ac proposito ᵃmaleficia distinguantur: excommunicationis sententiam non incurrit, qui excõmunicato, in his quæ ad absolutionem, vel aliàs ad salutem ᵇ animæ pertinent, in locutione participat: licet etiam alia verba incidenter (vt apud eum magis proficiat) interponat.

❡ *Prædicatores præsertim, qui aliàs sustentari non possunt, ab excommunicatis & detinentibus bona aliena eleemosynam recipere possunt. hoc dicit.*

❡ Prædicatores quoque, qui penes excõmunicatos, vel ᶜ alios alienarum rerum detentores, in prædicationibus & confessionibus quasi gerunt causam ᵈ [vel † curam] eorum, ad quos res ipsæ spectare noscuntur, eleemosynas licite possunt ab illis recipere †: præsertim ᵉ si aliàs non valeant in illo loco sustentationem habere.

❡ *Ponit quosdam casus, in quibus percutiens clericum excommunicatus nõ est.*

❡ Si qui vero ratione ᶠ officij, quod in ecclesia obtinent, aut etiam alij ᵍ clerici seniores zelo deuotionis, pueros vel adolescentes in minoribus ʰ ordinibus constitutos turbantes ⁱ diuinum officium, & hi qui obtentu prælationis ᵏ vel magisterij ˡ, subditos & scholares correctionis causa leuiter forte percusserint, excommunicationis sententiam non incurrunt. Quod & de his dicendum est, qui aliquos de familia ᵐ sua, vel propinquos inferiorum ⁿ graduum simili modo, vt cohibeantur à suis insolentiis, & scientia bonisq; moribus informentur, duxerint corrigendos.

❡ Idem Astoricen. episcopo.

❡ *Communicans excõmunicato in crimine damnabili, incidit in excommunicationem maiorem.*

CAP. LV.

SI † concubinæ publicæ clericorum ecclesiasticæ cen-

CVm.] Tres sunt partes: Secunda: ibi, *Prædicatores.* Tertia: ibi, *Si qui vero.* Abbas.

Casus. In primo responso dr̃, q̃ si aliquis participat excõicatus in his quæ ad salutem vel correctionem eorũ pertinent, in locutione: licet alia verba eis incidenter interponat, vt apud eos magis proficiat, nõ est excõicatus. Scd̃o dr̃, q̃ prædicatores dũ prædicant excõicatis & aliis detentoribus alienarũ rerũ: & audiunt confessiones eorum, licite possunt recipere ab eis eleemosynas: cũ ipsi quasi gerant causam eorum ad quos res ipsę ptinere noscuntur: pcipue si aliàs in loco illo nõ possint sustẽtationẽ habere. Tertio dr̃, q̃ clericus ratiõe officij qd̃ in ecclesia obtinet: & alij clerici seniores zelo deuotionis possunt percutere pueros, vel adolescentes constitutos in minoribᵘ ordinibus, turbantes diuinũ officiũ, nec incurrũt excõicationẽ. Itẽ Prælati & magistri subditos & scholares suos causa correctionis leuiter possunt percutere sine pœna excõicationis: & idẽ dicendum est de his q̃ aliquos de familia sua vel propinquos suos inferiorũ graduum similis modo corrigũt, vt eos cohibeãt à vitiis, bonisq; moribus informent. In omnibus præmissis casibus excõicatiõis sñiam non incurrunt, cũ huiusmodi participatio & correctio bono animo, & nõ diabolo suggerente fiat. Not. q̃ voluntas & propositũ alicuius inspicienda est ad hoc vt de facto suo iudicetur. Item necessitas facit licitum quod aliàs est illicitum. Item ratione officij licet quod aliàs non liceret. Item nota hic plures casus, in quibus licet corrigere & percutere clericum sine pœna excommunicationis.

a ❡ *Voluntate ac proposito maleficia.*] Hæc verba sumpta sunt ex illa lege. ff. de furt. qui iniuriæ. in princip. ad cor enim & spontaneas voluntates respicit Deus, & nõ ad actus. 15.q.6.c.1.& 14.q.5.siquid. sola enim temeritas hic attenditur. ĩ. eod. c.1. & 17. q. 4. si quis suadente. & quia animus punitur, non opus. 50. dist. contra animum. & duobus cap. seq.

b ❡ *Ad salutem.*] ĩ.eo.1.rñio. & 11.q.3.cũ excõicato. vbi permittit participare in his quę ad salutem pertinent, vt hic dicit, & quæcunque verba ad hoc pficere possunt, excõicato dici possunt. aliàs nõ.

c ❡ *Vel alios.*] id est, vsurarios, quorum eleemosyna ¹ recipi non debet. ĩ.eod. de vsur. quia in omnibus.

d ❡ *Quasi gerunt causam eorum.*] quasi negotiorũ gestores; & ideo possunt eorum eleemosynas recipere, vt hic dr̃: quia ipsi quorum res aguntur, ab illis sua recipere possunt: & sic isti prædicatores licite ea recipiũt p eleemosynis: & licet res nõ habeat effectũ, sufficit q̃ ab initio negotium sit vtiliter cœptum. ff. de nego. gest. sed an vltro. §. is autem qui. & negotiorũ gestor præterea potest agere ad sumptus quos fecerit, vt ibi dr̃. & est arg. q̃ ille qui gerit vicem alterius, honorandus est sicut ille cuius vicem gerit. 93. dist. c. vlt. & 94. dist. c. 1. & ĩ. de offic. delega. cum olim 2.

e ❡ *Præsertim.*] potest exponi p maxime ²: quia aliàs tẽpore necessitatis ab excõicatis possunt recipi necessaria, & etiã. 11. q. 3. qm̃ multos. aliàs vero prædicatores non debent recipere eleemosynas ab excommunicatis, vel vsurarijs, vel consimilibus. 90. dist. oblationes. & c. eorum. & 17. q. 4. miror.

f ❡ *Ratione offi.ij.*] Nota, q̃ ratione officij licet quod aliàs non liceret ³: & hoc ideo, quia ex quo commissum est ei officiũ, & talia sine quibus officium commode expediri non potest: sicut iudex potest compescere omnes impedientes iurisdictionem suam. ĩ. de offic. delega. c. 1. & cap. præterea. & c. prudentiã. & c. suspicionis,

h ❡ *In minoribus ordinibus.*] Ergo non possunt sic compescere cõstitutos in sacris ordinibus, licet turbent officium: quia ex eo q̃ permittit specialiter de istis, de alijs prohibet: sicut quod de vno negatur, de alio cõceditur. 25. dist. qualis. & ĩ. de præsum. nõne. & quia honorabilia membra exceptis grauioribus culpis verberibus subijci nõ debent. 45. dist. cum beatus. puniantur ergo aliàs admonitionibus: & si se nõ correxerint, possunt suspendi. ĩ. de cele. miss. dolentes. arg.

i ❡ *Turbantes.*] ĩ. eod. veniens. & ĩ. de appel. dilectis filijs. arg.

k ❡ *Prælationis.*] Sic ergo Prælati possunt corrigere subditos, & pcutere leuiter sine metu excõicatiõis, causa correctionis, & nõ ex odio. ĩ. eod. ex tenore. leuiter enim hoc facere debẽt q̃ a leuiter castigatus reuerentiã exhibet castigãti. 45. dist. cũ beatus.

l ❡ *Magisterij.*] Sic ĩ. eo. c. 1. modica, enim & leuis castigatio pmissa est doctori. ff. ad l. Aql. l. 5. in fi. & l. seq. & humilis debet esse doctrina magistra. ĩ. de ma. & obe. humilis. vbi plures concor. inuenies. ad hoc nimia seuitia culpæ annumeratur. ff. ad l. Aquil. præceptoris.

❡ *Glos. seq. prosequitur quod dicitur de correctione familiæ, notans in texto. 6. casus, & quatuor addit.*

m ❡ *De familia.*] Not. q̃ quis familiã suam corrigere debet, cum ei cõpetat iure patriæ potestatis. 23. q. 4. duo ista. & 45. dist. c. cũ beatus §. Salomon. & c. disciplina. & q̃ domesticorũ suorũ cura nõ habet, fidẽ negauit. 47. dist. c. sicut. §. necesse. ad fi. ver. hinc etiã Paulus. & C. de pa. po. si filius. & nõ solũ pater, sed etiã ppinqui domesticos suos corrigere debent. C. de emen. propin. l. vnica. & hic idẽ dicit, omnes prædictæ personæ clericos inferiorũ graduũ corrigere poterũt sine pœna excõicatiõis, vt hic patet ᵈ magistris & Prælatis ⁴, & nõ distinguit in gradu. Hic habes sex casus in quibus licet corrigere & percutere clericum sine excõicatione, q̃ habẽt officiũ in ecclesia, seniores, & prælatus, magister, dñs domus, & consanguinei. sunt & alij casus vbi quis nõ incidit in canonẽ, si iocosa leuitate clericũ percutit. ĩ. eo. c. 1. Itẽ si inueniat eũ cũ matre, filia, vxore, vel sorore. Itẽ si vim vi repellat incontinenti. ĩ. eo. si vero aliquis 1. §. 2. & 3. Item si clericus post trinã admonitionẽ nõ se corrigat, perdit hoc beneficiũ. ĩ. eo. contingit 2. & c. in audientia.

❡ *Glos. seq. no. à contrario aliud in sacris, secundo quærit & soluit.*

n ❡ *Inferiorum graduum.*] Secus si sint in superioribus, puta subdiaconatu, vel aliis superioribus: quia per sacros ordines liberati sunt à patria potestate: vnde nullum ius habẽt in eis: sacer enim ordo liberat à patria potestate, q̃ a liberat à seruitute quod plus est. 54. dist. ex antiquis. & cap. frequens. & c. si seruus sciente. & subdiaconus eodem gaudet priuilegio cũ diacono. ĩ. de seru. non ordi. miramur. Et ita habes hic q̃ clericus quandiu est in minoribus ordinibus, est in patria potestate, nisi expresse emãcipetur. & ita nota dignitatem sacrorum ordinum ⁵. Quid si personæ superius in littera nominatæ excedant modũ, nũquid incidũt in canonẽ? Rñdeo, nisi irato animo hæc faciãt, & ex proposito, nõ credo q̃ incidant in canonẽ, qui solũmodo dolũ psequitur, qd̃ colligitur ex verbis canonis. 17. q. 4. si quis suadente ibi, manus violentas iniecerit. & ĩ. eo. c. 1. violentia nõ cõmittitur sine dolo: sed huiusmodi manus prædictarũ personarũ nõ sunt dolosæ sed charitatiuæ, licet fortuito casu excedant modũ disciplinæ, quod probatur ex princ. huius c.

SI concubinæ.] Casus. Publicæ concubinæ clericorum: quia nolue-

❡ Vide B. Thomã in quodlibet. in additis ad 3. par. q. 21. art. 1. & citatos in c. à nobis. 2. de excom.

❡ Hæc duo verba: vel curam, desunt in antiquioribus codicibus & in omnibus Vaticanis.

❡ Adde in contrario an debeat eis dari. no. Albe. d. Rosate, & Bar. in l. 1. C. de men. vali. lib. 11.

❡ Sano modo hoc accipias: quia vtrũque respicit Deus, magis th cor, vt in c. 3. 16 q. 6.

❡ Melius dicerent oblatio & tunc, demum cũ sunt manifesti. est enim differentia inter hæc duo, vt dixi in tex. Io. And.

❡ In. expo. nit pro tantum: quod est verius, secũdũ Host. alib. in ar. ĩ. eod. inter alia. in fi. Io. And.

❡ Concor. sus in l. 1. §. sed est quædam, cum gl. in ver. obed. ĩ. de postu.

❡ Conmo[…] clericos con[…] cubinarios vide Concilium in concilio Tridẽt. sessio. 25. de reformat. c. 14. & de modo […] cap. […] eod. […] de fons. excom. lib. 6. par. 1. §. 30.

❡ Adde not. 33. q. 4. c. […] ad h. in gl. magistri.

❡ De hoc vide in c. in decorum. supra […] qualiter & quando […]

noluerunt ab eis recedere, excõicatæ fuerunt: clerici isti concubinarij post latam sententiã carnaliter ad eas habuerunt accessum: quæritur vtrum illi sint eadem sententia ligati? Rñdet Papa, q eadem sententia inuoluuntur: quia participant in eodem crimine criminosis. No. q participans in crimine, eadem sententia notatur eũ nominatim excõicato-

suræ districtione notentur, eosdem concubinarios non est dubium sententia maioris excommunicationis inuolui, qui post latam sententiam cõmunicant in eodem crimine [a] criminosis.

Idem.

Excommunicatus minori, potest ab excommunicatione aliquem absoluere.

CAP. LVI.

DVobus † collata potestas, vt à minori excommunicatiõe, si in ipsam inciderint †, inuicem se absoluant, vtroque ligato vinculo excommunicationis huiusmodi nõ expirat [b].

Idem.

Permittitur ministris ecclesiarum semel in hebdomada celebrare tempore interdicti, concurrentibus his, quæ exprimuntur in textu.

CAP. LVII.

PErmittimus † ecclesiarum ministris semel in hebdomada tempore interdicti, non pulsatis campanis, voce submissa, ianuis clausis, excommunicatis [c] & interdictis exclusis, Missarum solemnia celebrare causa cõficiendi corpus Domini, quod decedentibus [d] in pœnitentia non negatur.

Idem.

Satisfaciens clerico, quem verberauit, non põt propter hoc ab episcopo absolui, nisi in certis casibus hic expressis.

a *In eodem crimine.*] Secus si aliàs participarent in locutione, vel aliàs quàm in crimine: quia tunc nõ essent excõicati maiori, sed minori. s. s. eo. nuper. vbi satis de hac materia: & ea quæ ibi dicta sunt, hic posses repetere. & sic sententia per participationem criminis extenditur ad personas ꝯ quas lata non fuit. simile s. de immu. ec. aduersus. in fin. & s. eod. nouerit. Ber.

† Vide Henricũ Boich in c. si vere. supra eod. dist. vlt.

† Inciderint.

DVobus.] Casus. Duobus fuit collata potestas, vt ab excõicatione minori, si eam incurrãt, se vicissim absoluant: vterque incidit in huiusmodi sententiam: quæritur vtrũ ista potestas eis collata expiret: Rñdet Papa, q propterea non expirat quo minus vnus alium absoluat: tñ ꝯdicunt quidam, q alter alium absoluere non potest: nisi ab alio non suspenso primo fuerit absolutus.

† Vide quæ postea dixit Bonifacius octauus in c. vlt. de sent. excom lib. 6. §. adiicimus. & § seq.

Glossa sequens obiicit, & dupliciter soluit.

b *Non expirat.*] Si potestas ista absoluendi non expirat: ergo vnus potest absoluere aliũ [1]. Sed ꝯ vẽ, q cum vnus sit priuatus à sacramentis, alium restituere nõ potest. de conse. dist. 4. sanctum. quod enim nõ habet, dare non potest. 1. q. 1. c. 1. & q. 7. Daibertum. & argumen. s. de cle. excommuni. mi. cap. vltim. Quid ergo dicit q talis potestas non expirat? Rñdeo [2] bene dicit, q i veritate potestas collata non expirat propter hoc cum effectu, sed dormit. i. potestas illa, cum vterque sit excõicatus, non põt habere effectum: quia alter alterum non potest absoluere, nisi primo alter eorũ ab alio q̃ à socio fuerit absolutus, tunc demũ habet effectũ. s. s. de offic. deleg. prudentiã. §. sexta. & s. de cõces. præben. & ec. nõ va. q a diuersitaté. 15. q. 6. c. pe. & vlt. s. C. de cura. fu. l. pe. Vel dic q bene põt alter alterũ absoluere, licet sit ligatus minori excõicatione: & ita nullo modo expirat potestas, sed durat cũ effectu. arg. decre. prędi. s. celebrat. quia minor excõicatio priuat solummodo à perceptione sacramentorum, sed non à collatione, vt ibi dr. arg. ad hoc. s. eod. sacro. & s. de rescript. ab excommunicato.

1 Adde de hac q. Car. Flo. in cle. 1. de relig. do. vers. prædicta. in 7. q.

2 Primam istã responsionem reprehẽdebat Hostien. dicens, q secundum eã nihil esset speciale in minori, qd tamen vult ponderare tex. tenebat ergo secundam: postea dicens se audiuisse, q B. illam tenebat in additioni. dicit se additiones eius nõ vidisse. Ioan. And.

PErmittimus.] Hodie hoc c. seruit de nihilo: quia hodie permittitur singulis clericis celebrare ianuis clausis, excommunicatis vel interdictis exclusis: vt habetur in c. si. §. adiicimus. & §. seq. eod. tit. lib. 6. Abbas.

Casus. Permittit Papa rectoribus ecclesiarum, q tempore interdicti semel in septimana causa conficiendi corpus Dñi ad opus infirmorum (quod decedentibus in pœnitentia tempore interdicti non negatur) possunt Missarum solemnia celebrare, exclusis excommunicatis & interdictis. Nota q tempore interdicti conceditur corpus Chři decedentibus in pœnitentia.

Glossa sequens duplicem causam ponit, quare tempore interdicti celebrare permittitur quandoque fauore celebrantium, quandoque aliorum. ver. sed quando. vers. per contrarium.

c *Excommunicatis & interdictis.*] & hoc idem facere debent religiosi & alij qui priuilegium habent celebrandi tempore interdicti. s. de priui. quod nonnullis. & j. tit. proxi. cum in partibus. illud priuilegium per hoc c. extenditur ad omnes alios Prælatos ecclesiarum, qui prius illud non habebant, q semel tantum in hebdomada celebrent causa conficiendi corpus Christi: & hic non attenditur fauor personarum. sed sanctitas ipsius corporis. & principaliter necessitas decendentiũ, siue infirmorũ. Presbyter enim semper debet habere Eucharistiam paratam: sed qñ consecratur pro populo, nihil in crastino seruandum est. de conse. distin. 2. tribus. Itẽ aliis conceditur fauore religionis siue personarũ, vt patet in c. quod nonnullis. s. de priuileg.

d *Quod decedentibus.*] sic. s. tit. pxi. qđ in te. B.

CAP. LVIII.

QVamuis incidens in canonem latæ sententiæ propter violentam manuum iniectionem, iuxta proprias facultates eis satisfaciat [e], quibus iniurias irrogauit, non tamen aliter, quàm per sedem Apostolicam vel eius legatum absolutionis potest beneficium obtinere: Nisi imminente mortis [f] articulo, infirmitate, inimicitia [g], aut inopia [h], puerili [i] vel senili ætate, fragilitate sexus [k], seu alia corporis impotentia [l], siue quolibet impedimento canonico [m] retrahatur, quo minus Romanũ Pontificẽ possit adire: vel nisi iuris beneficio [n] à labore huiusmodi excusetur. Cæterum quibusdam [o] prædictorum, videlicet qui temporali impedimento laborant, exceptis pueris, sub debito iuramenti (quod secundum ecclesiæ formam præstare tenentur) consueuit iniungi, vt impedimento cessante, ad Apostolicam sedẽ accedant, mandatum ipsius humiliter suscepturi.

Idem.

Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori. hoc dicit. Et est textus notabilis, & quotidie allegatur.

CAP. LIX.

SI QVEM sub hac forma

QVamuis.] Diuidit in duas partes: Secunda: ibi, Nisi. Abbas.

Casus. Si aliquis incidens in excõicationẽ propter violentã manuum iniectionẽ satisfecerit iniuriam passo, non tñ potest aliter q̃ per sedem Apostolicam vel eius legatũ beneficium absolutionis obtinere, nisi in quibusdam casibus, qui in ipsa littera continentur: Sed quibusdam de pdictis, qui videlicet temporali laborant impedimẽto, exceptis pueris, præcipiendum est sub debito iuramenti, vt impedimento cessante ad Apostolicam sedẽ accedant mandatum Apostolicũ suscepturi. Not. q licet quis satisfecerit iniuriã passo, non tñ est absolutus. Item nota hic plures casus, in quibus excõicati propter violentam manuum iniectionem, Romanum Pontificem adire nõ debent. Item cessante causa, cessare debet effectus.

e *Satisfaciat.*] licet quis satisfecerit iniuriã passo: nondum tñ haberi debet absolutus, nec est ei cõicandũ nisi primo absoluatur. s. eo. cum desideres. 1. respõ. & vlt. omnis enim res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. j. de reg. iur. c. 1. sic enim excõicatio quandoque solo verbo contrahitur, & solo verbo tollitur: sed in hoc casu ipso facto inducitur, sed solo verbo tollitur: & sic satisfactio vel iuramentum non sunt de substantia absolutionis. De hoc dictum est s. eod. cum desideres. in fi.

f *Mortis.*] s. eod. non dubium. & 17. q. 4. si quis suadente. & s. eod. quod de his.

g *Inimicitia.*] s. eo. de cætero. de infirmitate, inopia, senili ætate, habes s. eod. quod de his.

Glossa sequens signat contrarium, & ibi remittit.

h *Inopia.*] s. s. de testi. si qui testium. ꝯ. s. eo. ea noscitur. sol. ibi.

i *Puerili.*] pueri infra pubertatem non mittuntur ad curiam: quia ætas eos excusat ab itinere. s. eo. c. 1. & §. proxi. & j. eo. c. vlt.

k *Fragilitate sexus.*] s. eo. mulieres. & e. de monialibus.

l *Corporis impotentia.*] quia scilicet sit mutilatus in pede, q ire non possit. vel contractus.

m *Impedimento canonico.*] s. eod. quod de his. Ber.

n *Iuris beneficio.*] Vt serui. s. eo. mulieres. & hoc intellige secundum distinctionem huius cap. s. eo relatum.

o *Quibusdam prædictorum.*] scilicet qui timore mortis, infirmitate, inimicitia, senili ætate confracti, vel impotẽtia perpetua, inopia, omnes isti possibilitate recepta sedem Apostolicam visitabunt pro mandato recipiẽdo: vt j. sequitur, & s. eo. de cætero. & e. de his.

SI quem.] Non diuiditur.

Casus. Si aliquis sub hac forma verborum dixerit, excõico illum, vel similia verba protulerit, dicendum est eum non solum minori excõicatione (quæ à perceptione sacramentorum separat) ligatum esse: verumetiam maiori, quæ à fidelium excludit communione.

nione. Nota q idem est dicere, excommunico & anathematizo.
n ¶ *Simile.*] puta nisi hoc feceris, noueris te excommunicatum. ĩ. de ap. c. præterea 2. & ĩ. de test. cogen. c. 2. & ĩ. de rap. c. 3.
b ¶ *A iudice suo.*] sententia iudicis sui siue iusta siue iniusta tenet. 11. q. 3. c. 1. & 2. sed à non suo iudice lata est nulla. arg. ĩ. de priui. cum olim essemus. & ĩ. de consuetu. ad audientiam. & ĩ. de iudi. at si clerici. & ĩ. de offi. ordi. c. penulti.

¶ Dictio, suo, deest in plerisq; recentioribus: ea ex antiquis codicibus & omnibus Vaticanis est restituta: quã etiam agnouit glossa hic, & Hostiensis.

¶ *Glo. seq. tractat de maiori et minori excõicatione.*
c ¶ *Non tantum minori.*] sic ergo patet, cum dico, excõico illũ, de maiori intelligi, minor enim excõicatio remouet à cõione sacramentorum, vt hic dr: maior excõicatio à corpore Christi, quod est ecclesia, scilicet cõione fidelium. 3. q. 4. Engeltrudã. Est ergo maior excõicatio à qualibet licita cõione & legitimo actu separatio: vñ Adam excõicatus fuit ex eiu ligni. 11. q. 4. c. ad mẽsam. §. euidenter. Excõicatio quæ dr anathema, infligit tã ab homine q̃ à iure, & pro cõtumacia & p crimine. ĩ. tit. pxi. ex parte. & 17. q. 4. si quis suadente. & 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. & ĩ titulo isto p violẽtã manuũ iniectionẽ. Minor autẽ excõicatio infligitur quandoq; poenitenti & impoenitenti. Poenitenti quandoque à seipso, quandoque à sacerdote de poe. dist. 1. facilius. Sed melius facit si auctoritate sacerdotis hoc faciat, de poe. di. 1. ĩ actione.

¶ Præterea nonnulla hic, vide Theologos lib. 4. sent. dist. 22. & Couarruuiam in c. alma mater. de sent. excom. lib. 6. par. 1. in initio.

verborum, illum excommunico, vel simili [a], à iudice suo [b] † excõmunicari contingat: dicendum est eum non tantum [c] minori, quæ à perceptione sacramentorum, sed etiam maiori excommunicatione (quæ à cõmunione fidelium separat) esse ligatum.

¶ Idem.

¶ *Beneficium indultum ratione minoris ætatis postquam cœpit habere locum, non extinguitur, licet minor peruenerit ad maiorem ætatem.*

CAP. LX.

PVeris [d], qui in canonem inciderunt sententiæ promulgatæ, siue ante siue post pubertatem postulent se absolui, potest diœcesanus episcopus absolutionis beneficium impertiri: Cum propter defectũ ætatis [e], in qua fuit commissus excessus, rigor [f] sit mansuetudine temperandus.

TITVLVS XL.

De verborum significatione.

¶ Hieronymus super Osee. †

¶ *Nouale est terra nouiter ad culturam redacta.*

¶ Osee. cap. 10. sunt verba glossæ interlinearis. Vide l. ad per nouale. ff. l. sylua. §. nouale. ff. de verb. signif.

Impoenitenti quandoque à Deo imponitur excõicatio minor, cum propter mortale peccatum Deus tradit aliquem satanæ, & discedit à mente eius. 11. q. 3. audi deniq;. Quandoq; ipsemet se suspẽdit à sacramentis cum non vult poenitere, & putat sibi sufficere: & male hoc fit. de poenit. dist. 1. sunt qui arbitrantur. sed si reputat se indignum, & abstinet, bene facit. de conse. dist. 2. qui scelerate. Quandoque imponitur à sacerdote loco poenæ: quia non vult poenitere. 17. q. 4. miror. quandoque per sñiam canonis. 11. q. 3. cũ excõicato. & 81. dist. si qui sunt. Cum inflicta est excõicatio à se vel à Deo, agat poenitentiam, & sequitur recõciliatio: Si vero à sacerdote inflicta fuerit, per eum recõcilietur: Cum vero à canone infligitur minor excõicatio, per simplicem sacerdotem potest absolui, & sine iuramẽto vel aliquo mandato, nisi participet in crimine. ĩ. eo. nuper. & c. si concubinæ. Qui maiori excõicatione est notatus: si ab homine, semper ab eodem vel eius superiore debet absolui. ĩ. eod. per tuas. nisi incendiarij post publicationem. ĩ. eod. tua. Si à canone est notatus, à suo epo potest absolui, nisi conditor canonum sibi absolutionem retinuerit. ĩ. eo. nuper. sicut in his qui violentas manus mittunt in clericum. 17. q. 4. si quis suadente. & ĩ. eo. c. proxi.

PVeris.] Pueri excõicati pro iniectione manuum, ab epo absolui possunt: etiam si ante absolutionem effecti sunt puberes. hoc dicit. Et duæ sunt partes. secũda: ibi, *Cum propter*. Abbas.

Casus. Aliqui pueri infra xiiij. annos constituti violentas manus miserunt in clericum: facti sunt maiores ante absolutionem: quæritur à quo debeant absolui? Rñdet Papa, q siue ante siue post pubertatem postulent se absolui, diœcesanus eps illos absoluere potest: cum propter defectum ætatis, in qua commissus fuit excessus, rigor ecclesiæ sit mansuetudine temperandus. Nota q ratione ætatis rigor iuris aliquando temperatur: & sic nota q ætati parcitur.
d ¶ *Pueris.*] Intellige doli capacibus. ĩ. de delic. pue. pueris. aliàs iniuriam facere non possunt, pati vero sic. 15. q. 1. illud.
e ¶ *Aetatis.*] sic ergo parcitur ætati, licet non in totum, sed quo ad minorem poenã, vt in delictis. ff. de mino. auxilium. §. in delictis 2. In delictis enim nõ parcitur nisi quo ad minorem poenam, vt ibi.

¶ Vide de delic. pue. c. 1. super vlt. gl. Io. And.

¶ *Glossa sequens ponit quatuor casus, quibus temperatur rigor.*

f ¶ *Rigor.*] Iuris rigor temperatur quandoq; ratione ætatis, vt hic. & 86. dist. tanta. & de consecr. dist. 3. eos qui. 35. q. 9. sententiam. quandoque ratione locorum & temporum. ĩ. eo. super eo. & quandoque ratione personæ & causæ, & loci, & temporis. ĩ. de transac. c. vlt. & 23. q. 8. occidit. & 29. dist. sciendum. quandoque ratione multitudinis & scandali. 50. dist. vt constitueretur. cum suis cõcordantiis.

CAP. I.

INnouate [g] nouale. ¶ Nouale [h] est ager nunc primum præcisus [i].

¶ Idem super Danielem †.

¶ *Appellatione patris, veniunt in lata significatione omnes ascendentes.*

CAP. II.

NAm [k] & rex Nabuchodonosor pater tuus. ¶ Id est, proauus [l], more scripturæ, quæ auos & deinceps patres [m] appellat.

¶ Idem in parabolis †.

¶ *Nõ dicitur natus, qui statim decessit.*

CAP. III.

NAm [n] & ego vnigenitus fui coram matre mea. ¶ Quare vnigenitũ [o] se nominat, quem fratrem vterinum [p] præcessisse scriptura testatur? nisi quia ille mox natus sine nomine quasi numquam [q] esset, de vita decessit.

¶ Idem super Matthæum †.

¶ *Dictio, antequã, non semper implicat.*

DE VERBORVM significatione.

¶ *Supra visum est de diuersis constitutionibus circa iudices, iudicia, clericos, matrimonia, & crimina: Veruntamen quia in eis & alijs dispositionibus dubitari potest de significatione verborum: ideo in fine operis annectit hanc Rubricam. Abbas.*

¶ Daniel. ca. 5. & cap. 2. in. ... in ...

INnouate.] Exponit hic Hieronym. verbũ nouale quod scribitur Osee. 10. c. Abbas.

Casus. In Osee propheta verba ista. Innouate nouale, reperiunt: Hieronymus exponit hic quid sit nouale. & melius exponitur. j. eo. quid per no. ale.
g ¶ *Innouate.*] verba sunt Osee prophetæ.
h ¶ *Nouale.*] Verba aũt Hieronymi exponentis verba prophetæ.
i ¶ *Præcisus.*] dr in lege terra. s. præcisa, quæ anno cessat. ff. de ver. signifi. sylua. §. 2. Dr nouale terra de nouo ad culturam redacta: cuius non extat memoria q culta fuisset [s]. j. eod. quid per nouale. & quod semel fuit nouale semper erit nouale quo ad decimarum retentionem, vel solutionem. ĩ. de priuileg. c. vlt.

¶ Prouerb. cap. 4. & cap. ... in ...

¶ Math. cap. 1. & cap. ... in ...

NAm & rex.] In prima parte ponuntur verba Danielis: In secũda verba Hieronymi exponentis illa: Secũda: ibi, *Id est proauus*. & vide historiã de cõse. dist. 1. in c. vestimẽta. aliàs incipit, vasa. Abb.

Casus. In Daniele Nabuchodonosor appellatur pater cuiusdã. qui pater illi non fuit: exponit hic Hieronymus quare dicatur pater: hic enim pater appellatur proauus, more scripturæ, quæ auos & omnes superiores patres appellat.
k ¶ *Nam & rex.*] verba sunt Danielis.
l ¶ *Proauus.*] Verba sunt Hieronymi exponentis verba prophetæ.
m ¶ *Patres.*] oẽs ascẽdẽtes parẽtis nomine cõtinent. ff. de ver. sig. appellatiõe. & appellatiõe filij oẽs descẽdẽtes. ff. e. liberorũ. & ff. de gradi. cog. l. iurisconsultus. §. parẽtes. Vsq; ad tritauũ patres dicunt, vltra vero maiores appellant. liberi vsq; ad trinepotẽ: vlterius inferiores vocantur, vt ibi dr: vnde Christus dici põt filius Dauid. Ala.

¶ Sic est simile quod de loco ... j. eod. c. ... Host. Io. And.

NAm & ego.] In prima parte ponuntur verba Salomonis: In secunda verba Hieronymi exponentis illa: ibi, *Quare*. Abbas.

Casus. Salomõ protulit hæc verba: Nã & ego vnigenitus fui corã matre mea: & tñ aliũ habuit fratrẽ, q pcessit ipsum: Exponit hic Hieronymus quare vocat se vnigenitũ, scilicet quia ille mox natus sine nomine quasi nõ fuisset, vita decessit: & ita dr nõ fuisse: ideo primogenitum se vocauit. Nota, non vr factũ quod nõ durat factũ.
n ¶ *Nam & ego.*] verba sunt Salomonis.
o ¶ *Vnigenitũ.*] Verba sunt Hieronymi exponẽtis verba Salomonis.
p ¶ *Fratrem vterinum.*] Fratres vterini dicuntur, qui ex eodem vtero nati sunt: viuente enim Vria concepit Bersabee ex Dauid: & peperit filium qui mortuus est: postea concepit ex eodem Salomonem: vnde ipse dicit, nam & ego vnigenitus, &c.
q ¶ *Quasi numquam esset.*] & ita non vr fuisse qui non durauit. arg. ĩ. de reg. ad nostrã. dist. 63. quanto. ff. de 10 rẽ. ver. si pro patre. §. in rem autem versum. sic non dr esse qui minus idoneus est. 3. de transla. inter. & ff. qd cuiusque vniuer. l. 1. ad fi. & C. de epi. audien. de creationibus. & 19. dist. propter totius. & 23. q. 2. paratus.

¶ Secundũ Ala. ad ... in ... non habet ... qui ... Io. And.

Quod

Quod dicitur.] Casus. In euangelio Matthæi sunt hæc verba: antequam conuenirent: ex hoc verbo volebant arguere quasi à contrario, quod postea conuenissent Maria & Ioseph: dicit Hieronymus, non tamen sequitur, quod postea conuenissent: sed scriptura ostendit quod nunquam conuenerunt. Nota quod licet frequentissimum sit genus argumentandi à contrario sensu, fallit tamen hic: non enim sequitur, antequam conuenirent, ergo postea conuenerunt: scriptura enim non innuit quod conuenerunt.

a ¶ Antequam conuenirent.] verba sunt Euangelij Matthæi, quæ Hieronymus hic exponit. 27. q. 2. priusquam. nec valet hic arg. à contrario sensu: & est quidam modus loquendi, sicut ibi: sede à dextris meis donec ponam, &c. non tamen sequitur quod postea posuerit. R. & illud: Coruus non fuit reuersus ad arcam donec aquæ siccarentur. sic. j. c. proxi. immo ostenditur quod non conuenerunt. contrarium innuitur eius quod verba sonare videntur, vt hic dicit in fine, &c.

CAP. IIII.

Quod dicitur, antequam [a] conuenirent, non sequitur, vt postea conuenirent: sed scriptura quod factum non sit ostendit.

¶ Idem in eodem †.

¶ *Primogenitus dicitur, qui primo nascitur, etiam si nullus sequatur eum.*

CAP. V.

Ioseph non cognouit Mariam †, donec [b] † peperit filium suum primogenitum. ¶ Ex hoc loco quidam peruersissime suspicantur & alios filios Mariam habuisse: cum mos [c] diuinarum scripturarum sit, vt primogenitum non vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primo natus fuit.

¶ Hilarius †.

¶ *Verba sunt intelligenda, non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis.*

CAP. VI.

Intelligentia [d] dictorum [e] ex causis [f] est assumenda dicendi: quia non sermoni res [g], sed rei est [h] sermo subiectus.

¶ Augustinus † super Matthæum.

¶ *Non vitiatur factum vario modo narratum, vbi idem in substantia concluditur.*

Ioseph.] Primo ponuntur verba Euangelij: Secundo verba Hieronymi exponentis illa: ibi, Ex hoc loco. Abbas. Casus. In eodem Matthæo dicitur: Ioseph non cognouit Mariam, donec peperit filium suum primogenitum: ex hac auctoritate quidam pessime suspicabantur Mariam alios filios habuisse: dicit Hieronymus: mos est diuinarum scripturarum, vt primogenitus vocetur, qui primo natus est, non ille quem fratres sequuntur. Nota in loquendo vsus intelligendi verba attendi debet. Item primogenitus appellatur, qui primo natus est, quamuis nullus sequatur.

b ¶ Donec.] simile. s. eo. c. proxi.

c ¶ Mos.] idem dicit lex quod proximus est, quem nemo antecedit: ergo & primogenitus est ante quem nemo nascitur, quicquid sequatur. ff. eo. tit. proximus. & l. proximi.

Additio. Primus enim non solum is intelligitur, qui ante aliquem est, sed etiam is, ante quem nemo fit: vt ff. de vulga. & pupil. sub. l. ex duobus. in principio.

Intelligentia.] Casus. Cum aliquis audit aliqua verba, considerare debet causam dicendi: & non ipsam significationem verborum tantum: quia verba deseruiunt intentioni: & non intentio verbis: verba enim inuenta sunt, vt per ea intentionem suam quis exprimat. Nota, quod causa dictorum considerari debet.

d ¶ Intelligentia.] sic. ff. de reg. iu. in ambiguis. & 22. q. 5. humanæ.

e ¶ Dictorum.] id est, verborum quæ prolata sunt.

f ¶ Ex causis.] non statim debemus intelligere, vt verba prima facie sonare videntur: maxime vbi ambigua sunt, sed debemus recurrere ad intentionem loquentis, vt hic dicit. arg. bo. s. de præben. c. vlt. & c. cum causam. & ff. eo. tit. nepos Proculo [1]. & ff. de reg. iur. semper in stipulationibus. ad causam dicti recurrendum est. s. de accu. cum dilectus. sicut ad causam facti. 23. q. vlt. occidit. ff. de furt. verum.

g ¶ Res.] id est, intellectus. ff. de supel. legat. l. Labeo. 31. q. 1. quomodo virginibus. vbi dicitur sex maritos habuisse, quæ (domino testante) quinque tantum habuit: ibi enim Hieronymus respexit intentionem, & non verba Samaritanæ. Lau.

h ¶ Res est sermo subiectus.] id est, intentioni seu intellectui sermo seruire debet: quia non in foliis, sed in radice rationis & in sensu consistit Euangelium. 1. q. 1. Marcion. & j. eo. c. 2. & c. in his. verba enim instituta sunt vt per ea quis in alterius notitiam cogitationes suas proferat. 22. q. 2. is autem. quia sicut animus præfertur corpori, ita sententia verbis. 38. dist. sedulo. & 22. q. 5. humanæ. & ff. de leg. scire. Item arg. est quod verba ad extraneum sensum sunt trahenda vbi res aliter salua esse non potest. arg. C. de ver. sig. cum quidam. & C. de lega. cum quæstio.

Nihil.] Diuersitas verborum non vitiat, si idem in substantia concludatur. hoc dicit. Abbas Siculus.

Casus. Euangelistæ diuerso modo narrauerunt passionem Domini: dicit Augustinus, quod nihil nocet narrandi diuersitas vbi eadem dicuntur: quia quilibet euangelistarum narrauit eo ordine quo Deus voluit. Not. pro testibus qui diuerso modo ferunt testimonium: quia non nocet dummodo eadem dicant: secus si contraria dicerent. ¶ *Glossa sequens arg. ad leg. contrarium, & solut.*

i ¶ Diuersitas.] quoniam nomina & verba transposita idem significant, vt dicit Aristoteles in Perihermeniis. & est arg. ad hoc. C. de testa. quoniam indignum. & hic vbi eadem dicunt, prout sequitur in littera, & hoc certum sit. & est arg. bonum pro testibus diuerso modo narrantibus. arg. s. de testi. c. cum tu. & 8. q. 1. in scripturis. de conse. dist. 2. quotidie. & de pœni. dist. 1. periculose [3]. Ar. 35. q. 6. de parentela [s]. sed illud intelligitur de varietate sententiæ. T.

CAP. VII.

Nihil obstat narrandi diuersitas [i], vbi eadem dicuntur: maxime cum quisque Euangelistarum eo ordine credat se dicere, quo Deus voluit.

¶ Gregorius †.

¶ *Sensum, non verba considerare debemus.*

CAP. VIII.

Propterea [k] si prolixam epistolam meam ad interpretandum [l] accipere te fortasse contigerit: rogo non verbum ex verbo, sed sensum [m] ex sensu transferri: quia plerunque dum proprietas [n] verborum attenditur, sensus veritatis amittitur.

¶ Isidorus †.

¶ *Dicit, quis proprie sit præpositus.*

CAP. IX.

Quamuis omnes qui præsunt, præpositi rite [o] vocentur, vsus tamen obtinuit eos vocari præpositos, qui quandam prioratus [p] curam super alios gerunt.

¶ Idem † in libro Etymologiarum.

¶ *Non recipit congruam summationem.*

CAP. X.

Forus est exercendarum litium locus à fando dictus,

Propterea.] Casus. Gregorius scribebat cuidam amico suo aliquid, quod forte male interpretabatur dicta sua: Greg. scribit ei dicens: Si epistolam meam prolixam ad interpretandum te recipere contigerit, rogo non verbum ex verbo transferri, sed sensum ex sensu: quia aliquando dum proprietas verborum attenditur, veritas amittitur. Not. quod non debemus considerare verba, sed intentionem.

k ¶ Propterea.] Alias, præterea.

l ¶ Ad interpretandum.] id est, ad exponendum.

m ¶ Sensum.] s. eod. intelligentia.

n ¶ Proprietas.] Non. n. semper ad proprietatem verborum recurrendum est, sed videndum est quid testator senserit: in qua præsumptione sunt qui morantur in eo loco. ff. de fun. instru. & instru. leg. cum de lanionis. §. asinam: quia potior est mens dicentis quam vox. ff. de supel. leg. l. Labeo. nec plus verbum quam voluntas inspici debet. C. quæ res pig. ob. pol. l. vlt. 22. q. 5. humanæ aures. 1. q. 1. Marcion. Item arg. quod verba à sua significatione cadunt, cum res aliter salua esse non potest de qua agitur. Insti. de inuti. stip. §. quotiens. & 2. q. 2. omnes. C. an seruus pro facto suo. l. vlt. ff. si quis cau. si cum. §. qui iniuriarum. 55. dist. quod parte. & 50. dist. Domino sancto [4]. à proprietate verborum non est recedendum, nisi quando constat voluntatem loquentis aliter voluisse. ff. de leg. 3. non aliter. & improprietates non sunt trahendæ ad consequentiam: sed sunt excusandæ. Ala.

Quamuis.] Casus. Hoc nomen, præpositus, generale nomen est ad omnes qui præsunt: vsus tamen obtinuit eos præpositos vocari, qui quandam curam prioratus gerunt super alios. Not. quod vsus loquendi considerari debet.

o ¶ Rite.] id est, secundum originariam verbi significationem.

p ¶ Prioratus curam.] Sic ponitur. 1. q. 3. Saluator [5]. & est dignitas per se sic dicta.

Forus.] Casus. Primo ostendit Isidorus quid sit forus, & vnde dicatur. Secundo ostendit ex quibus constet: constat enim ex causa, lege, & iudicio: ostendit etiam quare dicatur causa: dicitur enim causa à casu quo venit: quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur, iudicium: dum finitur, dicitur iustitia: ostendit etiam vnde dicatur iudicium & iustitia. Tertio dicit, quid sit negotium, ex eo quod supra dixit, materia & origo negotij, &c. ostendit etiam quid sit iurgium: & vnde dicatur lis: dicit insuper: Causa aut argumento, aut probationibus constat: & ostendit qualiter: Postquam ostendit quid sit negotium, dicit Isidorus, quòd in omni

negotio quatuor personæ sunt requirendæ, iudex, accusator, reus, & tres testes: ostendendo vnde dicatur iudex, & vnde dicatur accusator, & reus, & testis. Vltimo dicit, ꝙ in teste tria sunt requirenda, conditio, natura, & vita: Conditio, vtrum sit seruus vel liber: natura, si sit vir vel mulier: vita, si innocens sit & integer actu. ostendit etiam causam quare ista tria consideremus in teste. Not. arg. ꝙ possumus inducere pro nobis libros gentilium. Itẽ testes & instrumenta æquiparantur. Item in omni negotio quatuor personæ requiruntur, iudex, accusator, reus, & testis. Item tria considerantur in teste, natura, vita, & cõditio. Itẽ nota ꝙ mulieres, ꝙ variũ & mutabile semp pducũt.

r ¶ Negotio.] non notorio, quod exercetur in forma iudicij.

¶ Glossa sequens signat contrarium, & dupliciter soluit.

s ¶ Tres testes.] Arg. ꝫ 4. q. 3. ca. si testes. §. vbi numerus. & 2. q. 4. c. 1. & ĩ. de testi. licet vniuersis. vbi dr̃, in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. sed potest dici, ꝙ hic dicit tres testes propter triplicẽ modum probandi, scilicet per testes, instrumenta, & argumẽta: de quibus præmisit 3. vel potius dicas confessionem, quia quodlibet istorum triũ legitimam facit probationem, siue per testes, instrumenta, & confessionem. ĩ. de testi. spo. cum ad sedem. in fi.

siue à Foroneo rege, qui primus Græcis legem dedit. Constat autem forus causa, lege, & iudicio. Causa à casu quo venit, dicitur. est enim materia & origo negotij, nec dũ discussionis examine patefacta: quæ dum proponitur, causa est: dũ discutitur, iudicium: dũ finitur, iustitia. Vocatur autem iudicium quasi iurisdictio, & iustitia quasi iuris status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur: vnde & auctores iudiciorum, præpositos, quæstores, vel quæsitores vocamus. ¶ Negotium multa significat, modo actum alicuius rei, cuius contrarium est otium: modo actionem causæ, quod est iurgium litis: & dictum est negotium, id est, sine otio. Negotiũ autem in causis, negotiatio in cõmerciis dicitur, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur. ¶ Iurgiũ dicitur quasi iuris garrium: eo quòd hi qui causam dicũt, iure disceptant. Lis autem à cõtẽtione limitis prius nomen sumpsit, de qua Vergilius: Limes erat positus, litẽ vt discerneret agris. Causa, aut argumento, aut probatione cõstat. Argumentum numquam testibus, numquam tabulis dat probationem, sed sola inuestigatione inuenit veritatem: vnde dictum est argumẽtũ quasi argute inuentum. Probatio aũt testibus, & fide tabularum cõstat. ¶ In omni quoq; negotio hæ personæ quæruntur, iudex, accusator, reus, & tres testes. Iudex dictus quasi ius dicens populo, siue ꝙ iure disceptet. Iure autẽ disceptare, est iuste iudicare: Nõ est ergo iudex, si non est in eo iustitia. Accusator vocatus est, quasi causator, quia ad causam vocat eũ, quẽ appellat. Reus à re, quæ petitur, nuncupatur: quia quamuis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in iudiciũ pro re aliqua petitur. ¶ Testes antiquitus superstites dicebantur, eo quòd super causæ statu proferebantur: nunc parte ablata nominis, testes vocãtur. Testes autẽ considerantur conditione, natura, & vita. Conditione, si liber, non seruus: nam sæpe seruus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non fœmina: nam varium & mutabile testimonium semper fœmina producit. Vita, si innocens & integer actu: nam si vita bona defuerit, fide carebit.

a ¶ Primus.] 7. dist. Moyses. Ber.

b ¶ Constat.] ex tribus, vt hic dicit: non tamquã ex suis partibus cõpetentibus, sed ornantibus pot': & improprie dr̃ locus cõstare ex his: sicut dicũtur vestes partes hominis adornatiue. vñ illud.

Culta gemmisque teguntur

Omnia: pars quoq; minima est ipsa puella sui. La.

c ¶ Causa à casu.] Et ita est causa antequam respondeat pars altera. est ergo causa res in dicendo posita cum interpositione certarum personarum, scilicet actoris & rei, iudicis & testis. Et ideo dr̃ à casu: quia frequenter casualiter occurrunt præter voluntatem hominis.

d ¶ Dum discutitur, iudiciũ.] & sic vr̃ processu tẽporis mutare nomẽ. & exẽplificat de iudicio de tertia parte fori.

e ¶ Dum finitur iustitia.] Hic exemplificat secundam partem fori. & ita ex istis tribus partibus constat forus, vt dictum est, & idem esse videntur ista tria in substantia, sed aliam denominationem assumunt diuerso tempore.

f ¶ Iudicium.] Iudicium est legitimus actus duarũ personarũ actoris & rei super eadem quæstione sub eodem iudice contracta. Lau.

g ¶ Iustitia.] Iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Insti. de iusti. & iur. in prin. & supra in principio libri, in constitu. Gregorij.

h ¶ Iuris status.] Lex. n. dr̃ stat' iuris, & vere, quia p sñiam ius nõ cõstituit, sed status iuris declarat. ff. si ser. ven. sicut. §. sed si quærit.

i ¶ Negotium.] Quia supra mentionem fecit de negotio ibi, origo negotij, &c. ostendit quid sit negotium: quasi negans otium.

k ¶ Actionem causæ.] In hac significatione sumitur ĩ. vbi dicit, origo negotij.

l ¶ Iurgium.] Hic exponit quod dixit supra quod est iurgium litis.

m ¶ Iure disceptant.] Arg. ꝙ iurgia non pertinent ad presbyteros, quia non tenentur esse iurisperiti. 38. dist. quæ ipsis. nec aduocare possunt nisi in certis casibus. ĩ. de postu. c. vlt. secus de archidiacono. 25. dist. c. 1. R.

n ¶ Lis autem.] Quia fecit mentionem litis ĩ. vbi dixit, iurgium litis, exponit modo quid sit lis. lis enim ciuilem causam ostendit tantum, & non criminalem. ff. eo. tit. litis.

o ¶ De qua Vergilius.] Ar. habes hic ꝙ possumus inducere pro nobis libros gentilium siue paganorum. 37. dist. siquid veri. & 1. q. 1. Dominus declarauit. ibi: Si ergo, &c.

p ¶ Argumento.] Argumentum vocat naturalem probationem, quæ fit p localẽ argumẽtationẽ. & ita arg. ꝙ in iudicio valet naturalis probatio. arg. ꝫ. 1. dist. consuetudo. & ĩ. de elect. bonæ 1. ibi; negãtis factũ per rerum naturã, &c. à ꝯtro. & non per testes vel instrumenta, vt littera sequens dicit: vnde dic tabulis, id est, instrumẽtis.

q ¶ Testibus & fide tabularum.] Hic æquiparãtur testes & instrumẽta, quia parẽ vim habẽt in liub' exercẽdis. C. d̃ fi. instr. in exercẽdis.

t ¶ Non est ergo iudex.] Sic 23. q. 2. c. 1. & supple hic, bonus, quia quãque malus est iudex. 3. q. 7. c. iudices. §. vlt. quia & pro meritis subditorũ disponitur à Deo vita rectorum. 2. q. 7. c. 1. & 6. q. 1. ex merito. & 8. q. 1. audacter. Ber.

u ¶ Reus à re.] & non à reatu. 15. q. 3. c. vlt. 3. q. 11. non est. Ber.

x ¶ Parte ablata.] Est hic figura quæ dr̃ Aphæresis, cum principium dictionis aufertur: sm quod patet hic. Est & figura alia, quæ dr̃ Prosopopeia. i. confirmatio nouæ personæ. de conse. dist. 4. quæris à me. versi. si. Item Antonomasia, cum per excellentiam aliquid alicui attribuit, quod cõmune est plurium: vt cũ dico Apostolus, intelligitur Paulus. 32. q. 7. c. Apostolus. & cũ dico, vrbs, intelligitur Roma. ĩ. de poen. & remiss. significauit. Synecdoche, cum pars ponitur pro toto. 32. q. 4. meretrices. 14. q. 5. pœnale. Antiptosis, cum ponitur casus pro casu. 75. dist. ordinationes. 18. q. 2. quidam. Liptote, cum plus dr̃, & minus significatur. 32. q. 7. quid in omnibus. Pleonasmos, cum superabundat dictio: vt iste videt oculo monachum regularem. 20. q. 3. præsens. Tmesis, cum eadem dictio intercidĩtur. ff. de mino. l. quod si de specialis. ff. de rei ven. si post acceptum. Syncopa, cũ q̃d aufertur de medio dictionis. 7. q. 1. audacter. pro audaciter. Ironia, cum quid per derisionem, id est, per contrarium dr̃. O quanta integritas. 11. q. 3. ad mensam. in fin. Ephexegesis, id est, expositio præcedentis sermonis. 47. dist. quoniam. Item Anthropopathos, cum aliquid attribuitur Deo q̃d conuenit homini. 24. q. 1. odi & proieci. & ĩ. de re. eccle. ali. vel non. si quia presbyterorum. Ala.

y ¶ Si liber.] quia seruus testis esse non potest. 4. q. 3. ca. si testes. §. vbi. §. item serui. sed liberi, vbi dicitur. versic. item liberi. & C. de testi. Authen. si dicatur.

z ¶ Dominantis.] 4. q. 3. c. si testes. §. itẽ idonei. & 11. q. 3. quatuor.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

a ¶ Non fœmina.] Hoc intellige in criminali: in quo casu mulier testis esse non potest sm canones. 33. q. 5. mulierem. sed in ciuilibus & matrimonialibus bene ferunt testimoniũ. ĩ. de testi. tã litteris. & c. super eo. arg. ꝫ. ꝙ possunt in criminali. 15. q. 3. ex eo. sed aliud sm leges, nã in crimine excepto admittitur mulier etiam malæ famæ ad accusationem. ĩ. de simo. tanta. & in inquisitione admittitur ad testimoniũ siue denuntiationem. ĩ. de testi. tam litteris. &c. quoniã. licẽ i testamẽtis mulier nõ admittitur. Insti. d̃ testa. §. testes. Bernar.

b ¶ Varium.] C. de inoffic. testa. filia. & arg. C. de instit. & substitu. reprehendenda.

ADDITIO. Vnde versus. *Quid leuius fumo? flamẽ. quid flamine? vẽtus. Quid vento? mulier. quid muliere? nihil.*

c ¶ Integer.] quia debet esse testis bonæ famæ, & sine omni suspicione. 2. q. 7. testes. infamis repellitur. ĩ. de testi. cogen. præterea.

d ¶ Fide carebit.] idest, non credetur iuramento suo. arg. 2. q. 7. non potest. Bernar.

a ¶ Iusti.

Vide l. vlt. clericis C. de episc. & cler.

Vergilius lib. 12.

¶ De hoc 4. q. 4. c. 2. vel quod dicit um, supple vel duo, et in cõtrarijs secundum Hostiẽsem. Ioan And.

¶ Alibi ius vnde dictũ est argumẽtum, arguti inuentum.

¶ Vide epistolam 1. Fabiani Papæ & Ioannis pat. 4. c. 3.

¶ Alibi, Reus autẽ à re, quæ petitus, nuncupatur.

¶ Alibi, conformatio, sed videtur legendum conglobatio.

¶ Vide L. testium. & ibi glossam C. de testib.

¶ In antiquibus Varium est & mutabile semper fœmina producit, absque dictione testimonium.

non enim potest iustitia [a] cum scelerato homine habere commercium.

¶ Idem †.

¶ *Dicit quid sit pactũ, et vnde dicatur.*

CAP. XI.

PActum [b] dicitur inter partes, ex pace conueniens scriptura [c] legibus [d] ac moribus cõprobata: dictum pactum [e], quasi ex pace factum.

¶ Idem † in eodem.

¶ *Hic Isidorus ponit etymologiam iuris, prout habetur in re, non prout est generale nomen.*

CAP. XII.

IVs dictum [f] est à iure possidẽdo. hoc enim iure [g] possidetur, quod iuste [h]: hoc iuste, qđ bene: quod autem male possidetur, alienum [i] est. male [k] autem possidet, qui vel suis male vtitur, vel aliena præsumit [l].

¶ Paschalis canonicis sancti Martini.

¶ *Quicquid fidelis offert ecclesiæ, oblationis nomine continetur, & à secularibus possideri non debet.*

CAP. XIII.

CAnsa † Carpensis plebis: & infra. ¶ Cæterũ primitiæ [m], decimæ, & oblationes, in solis [n] ecclesiarũ bonis præcipue numerantur. Oblationes vero dicimus quæcunque de propriis & licitis [o] rebus ecclesiæ à fidelibus offeruntur. Quicunque igitur eas per Potestatem [p] secularem obtinet, proculdubio contra Deum & sanctorum patrum nititur sanctiones: quinimo & qui accipit & qui tradit, raptor & sacrilegus [q] iudicatur.

¶ Alexander tertius.

¶ *Solus sacerdos potest sacramentum extremæ vnctionis infirmo conferre. hoc dicit.*

CAP. XIIII.

QVæsiuit † fraternitas tua: & infra. ¶ Nos itaque tibi taliter duximus respondendum, quòd sacerdos vno præsente clerico, & etiam solus [r] potest infirmũ vngere.

¶ *In anno bissextili seruari debet loci consuetudo circa diem sancti Mathiæ festandum, dum tamen vigilia continuetur festo. hoc dicit.*

¶ Festũ vero beati Mathiæ iuxta consuetudinem ecclesiasticã vigilia eatenus præcedat, vt nec pro bissexto, nec pro quolibet alio modo inter se & solemnitatem, aliam diem admittat: in qua vtique vigilia (nisi venerit in Dominica. [a]) ieiunium celebretur. ipsum autem festũ siue fiat in præcedenti die [s], siue in sequenti (qui duo quasi [v] pro vno reputantur) nullus error est: sed consuetudo ecclesiæ seruetur.

a ¶ *Iustitia enim scelerato.*] cum sit virtus. 32.q.1. cum renuntiare. & est summũ bonũ in vita colere iustitiã. 12.q.2. cũ deuotissimã.

PActum.] CASVS. Pactum dicitur, quæ fit inter partes scriptura conueniens legibus, & moribus approbata: & dicitur pactũ quasi pro pace factum.

b ¶ *Pactum.*] ius ciuile aliter diffinit in l.1. ff. de pac. Abbas.

c ¶ *Scriptura.*] & etiã sine scriptura pactum fit. sed hoc ideo dicit, quia sæpe interueniens scriptura, & ad probationẽ pacti interponitur.

d ¶ *Legibus.*] Aliter nõ valeret nisi secundũ leges fieret. ff. de pac. iurisgentiũ. §. prætor ait. & C. eo. tit. pacta. Ber.

e ¶ *Pactum.*] Dr pactũ duorum vel plurium consensus in idẽ. ff. de pac. l.1.§.1.

IVs dictum.] CASVS. Ostendit hic Isidorus vnde dicatur ius: scilicet à iure possidendo. hoc enim iure possidetur, quod iuste: & hoc iuste, quod bene. male autem possidet qui suis male vtitur, vel vsurpat aliena.

f ¶ *Ius dictum.*] Diffinitur [a] hic ius non prout est generale nomẽ, sed prout applicatur ad certam rem, qñ dr: habeo ius in tali re. tunc enim dr ius à iure possidendo, & ita intelligẽdũ text. Sed capiendo ius gñaliter, dr à iustitia, & est ars boni & æqui: vt l.1. ff. de iusti. & iur. vide glo. fi. super rubrica de reg. iur. lib. 6. & istud generale nomen habet multas species sub se, naturale, ciuile, & gentium. 1. dist. ius. & §. seq. Abbas.

g ¶ *Hoc enim iure.*] Hæc verba habes 14. q. 4. quid dicam. in fi.

h ¶ *Quod iuste.*] Non tñ econuerso secundum leges: quia iure possidet qui mala fide præscripsit, non tñ iuste. ĩ. de præscrip. vigilanti. secus secundum canones: quia qui malam fidẽ habet, non præscribit. eo. tit. quoniam omne.

i ¶ *Alienum.*] id est, alius debitum.

k ¶ *Male autem.*] vt auari [2]. 47. dist. sicut hi. & 14. q. 4. quid dicã.

ADDITIO. Vnde versus: *Qui sunt qui rebus nunquã potiũtur? auari.*
Qui sunt qui manus sua non patiuntur? auari.

l ¶ *Præsumit.*] id est, inuadit. Ber.

CAnsa.] Primo decise narrat factum: Secundò diffinit ibi, *Cæterum.* Abb.

CASVS. Quærebatur đ decimis, primitiis, & oblationibus in quorum bonis dicerentur esse, & quid appellentur oblationes? Rñdet Papa q decimæ, & primitiæ, & oblationes connumerantur in solis bonis ecclesiarũ. oblationes vero dicuntur, quæcunque de propriis & licitis rebus offerũtur ecclesiæ à fidelibus: & quicunq; per secularem eas obtinet potestatẽ, proculdubio ꝯ Deum facit: & qui accipit & qui tradit, raptor & sacrilegus iudicatur. Not. q oblationes de propriis & licitis rebus fieri debent. Item qui bona ecclesiarum rapiunt & inuadunt, sacrilegi iudicantur.

m ¶ *Primitiæ.*] Quid sint primitiæ, dr ĩ. de deci. c. 1.

¶ *Glo. seq. quarit, & tres opiniones ponit.*

n ¶ *Solis ecclesiarum.*] Sed quid appellatur hic ecclesia? dñs Albericus dixit, q bona ipsa sunt loci conclusi muro ad instar vacantis hæreditatis, quæ vicem personæ obtinet. ff. de acquir. re. do. hæreditas. Alii dicunt q sunt vniuersitatis illius loci. arg. 12. q. 2. nulli. Hug. dixit q res istæ sunt Dei: & cũ oĩa eius sint, ista tñ specialius. arg. 1. q. 3. saluator. 16. q. 1. in canonibus. 23. q. 8. cõuenior. 16. q. 7. omnes decimæ. ĩ. đ deci. tua [3]. vbi dr, q Deus in signũ vniuersalis dñij decimas sibi retinuit, quarũ rerũ vsus dñs clericis concessit. B.

o ¶ *Licitis.*] & etiam de illicitis [3] potest fieri eleemosyna, dummodo transferatur dñiũ, & non competat repetitio. 14. q. 5. non sane. & c. qui habetis. & §. seq. Et de hoc plene tractatur ĩ. de deci. ex transmissa. Ber.

p ¶ *Potestatem.*] 12. q. 2. nulli. & c. quicunq. 16. q. 7. decimas oẽs. B.

q ¶ *Sacrilegus.*] Qui bona ecclesiarũ rapiunt & inuadunt, sacrilegi iudicantur, & ab ecclesia sunt puniendi. 12. q. 2. nulli liceat. ĩ. de foro compet. conquestus. & non solũ sacrilegis, sed etiam iudæ furi comparantur. 23. q. 4. quid ergo. Ber.

QVæsiuit.] Duo sunt dicta: Secundum ibi, *Festum.* Abb.

CASVS: Quæsitũ fuit à Papa, vtrum sacerdos vno tantum clerico pñsentem infirmum vngere possit: Secundo fuit quæsitum, qñ festũ beati Mathiæ Apostoli in anno bissextili debeat obseruari. cum quidam inter vigiliam & festũ velint interponere diẽ. Rñdet Papa, q sacerdos vno clerico præsente, & etiam solus si necesse fuerit, potest vngere infirmum: De festo beati Mathiæ Apostoli dicit Papa, q vigilia secũdũ cõsuetudinem ecclesiasticam præcedat ipsum festum, ita videlicet, q nec pro bissexto nec alio modo inter vigiliam & solemnitatẽ alia dies interueniat: in qua vtique vigilia ieiunium celebretur, nisi venerit die Dominico: & ipsum festũ siue fiat in die bissextili siue in sequenti, quia duo dies pro vno reputantur, nullus error est: sed consuetudo ecclesiæ seruetur. Not. q solus sacerdos infirmum vngere potest. Item die Dñica non est ieiunandum. Item consuetudo ecclesiæ seruari debet.

¶ *Gla. seq. signat contrarium, & soluit.*

r ¶ *Etiam solus.*] Arg. ꝯ in Apostolo vbi dr: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, qui orent super eũ. ĩ. de sac. vnc. c. vnico. & sic vr q debeant esse plures: quia pluralis locutio duorum numero ad minus contenta est. 4. q. 3. c. si testes. ver. vbi numerus. hoc intellige in necessitate, quæ legem non habet. de consecr. dist. 1. sicut. & ĩ. de consue. quanto.

a ¶ *Dominica.*] Quoniam in Dominica propter reuerentiam nõ est ieiunium celebrandum. 30. dist. c. vlti. sed in sabbato præcedenti ieiunandum est. ĩ. de obser. ieiu. c. 1.

s ¶ *Die.*] scilicet bissextili.

¶ *Glo. seq. signat contrarium; instruit negatiue in cognitionem bissexti, quarit arg. negatiue ponit contrariam opin. Lau. quam approbat.*

v ¶ *Qui duo quasi pro vno reputantur.*] Et ideo quia pro vno reputantur, non computantur in tempore restitutionis, licet de momento ad momentum fiat computatio. ff. de minori. denique. §. minorem. & ff. de verb. sig. cum bissextus. & propter hoc facit ad iit. [4] Et arg. ꝯ hoc ff. de sta. li. l. 4. §. Stichus. Not. q annus solaris habet 365. dies & sex horas: sic quatuor anni habent vltra præfatũ numerum dierum 24. horas, quę coadunatę faciunt vnum diem, qui superabundat oĩ quarto anno: & dr bissextus, q͂a bis sedetur & statur in vna littera calendarii: & hi duo dies pro vno computantur, & interseritur quinto die exeunte Februario, hoc est sexto calendas Martii [5]: & sequenti die debent [6] vigiliæ beati Mathiæ celebrari: Vnde versus: *Bissextum sexta Martis tenuere Calendæ;*
Posteriori die celebrantur festa Mathiæ;

Sed pone

¶ Idem sic legit Isidorus lib. 5. c. 24.

¶ Lib. 5. etymolog. cap. 3. & c. 12. eo. tit. in 2. compilat.

[a] Hæc glossula ex Panormitani lectura huc transfusa fuit.

¶ Cap. 13. eo. tit. in 2. compilat. Vide citatum in c. ex transmissa. ĩ. de decimis.

[2] Vel prodigi: & de vtrisq; not. ĩ. de cõsue. c. pen. col. 3. And.

[3] De hoc vide etiam in c. ex trãsmissa. ĩ. de decimis.

¶ Cap. 9. eo. tit. in 1. compila. & post concilium Lateranense sub Alexandro iij. par. 30. cap. 22. Vide concilium Tridenti. sessio. 14. de sacramento extremæ vnctionis. c. 3.

[4] Vide glossam in l. 2. ff. de diuer. & temp. præscrip. & in l. 1. §. minorem. ff. de min. & ibi doctores.

[5] De his plene notatur in fi. li. 6. super datis. 10. And.

[6] In antiquioribus codicibus erat: debet festum beati Mathiæ celebrari.

Sed pone aliquem suspensum per annum, & est ille annus bissextilis, nunquid in vltima die posset celebrare? Videtur quòd non: quia hi duo dies quasi pro vno reputantur. arg. hic, & ff. eo. cũ bissextus. & ff. de mino. denique. §. minorem. l. su. diau 5. arg. l. dicentis quod si libertas tibi relicta est, si anno serueris, dies illa nõ computatur in annum, sed tñ ccclxv. dies. ff. de sta. libe. cum hæres. §. Stichus. & satis vtr: quia cum sit poena, non debet ampliari, sed potius restringi. de poe. dist. 1. poenæ. Tan.

a ¶ *Consuetudo.*] 3. de obser. ieiu. consilium. 76. dist. vtinam. 11. dist. catholica. Ber.

IN *his.*] Duæ sunt partes. Secunda: ibi, *Attendentes.* Abb. Siculus.

CASVS. Inter magistrum & conuersos sancti Simpliciani coram archiepiscopo Mediolañ. super eodẽ hospitali quæstio vertebatur: archiepiscopus tulit sententiã sub hac forma verborum: statuo & præcipio quod ita fiat: quia non fuit vsus his verbis; talem partem condemno, vel absoluo: dicebatur quod talis sententia non tenebat: quæstio super hoc delata est ad dñm Papam: vnde ipse considerans quod hoc verbum, statuo, rem perfectam significat. Item secundũ Greg. quod præcipitur, imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri: & aliquãdo si non fiat, poenam habet; & non debet quis considerare verba, sed voluntatem. procuratorib' vtriusq; partis præsentibus interpretatur & diffinit, quod sententia prædicta perpetuam obtineat firmitatem. Not. quod intentio loquentis consideranda est, & non verba. Item nõ refert per quæ verba fiat condemnatio vel absolutio, dũ tñ de intentione iudicis constet per illa verba.

ror, sed consuetudo [a] ecclesiæ teneatur.

¶ Celestinus tertius.

¶ *Per verbum, statuo & præcipio, diffinitiua sententia ferri potest.*

CAP. XV.

IN † his, quæ ambiguitatem cõtinent: & infra. ¶ Innotuit Apostolatui nostro, quòd cum inter magistrum M. & Conuersos hospitalis sancti Simpliciani super eodem hospitali in præsentia Mediolañ. archiepiscopi quæstio verteretur, ipse archiepiscopus post cognitionem causæ in prolatione sententiæ his verbis non fuit vsus: talẽ partem [b] condemno, vel talẽ absoluo: sed pronuntiauit ita: statuo & præcipio: & infra. ¶ Attendẽtes igitur, quòd hoc verbum, statuo, rem perfectã [c] significat, & cum effectu non verbotenus accipitur. Item secundum Gregorium quod præcipitur [d] imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri: & aliquando si non fiat, poenam habet. Considerantes nihilominus, quòd non debet aliquis cõsiderare verba, sed volũtatem; cum non intentio verbis, sed verba intẽtioni [e] debeant deseruire: Interpretamur [f] procuratoribus vtriusque partis præsentibus, & diffinimus, quòd præfati archiepiscopi verba tali forma prolata, perpetuo valituræ sententiæ obtineant firmitatem.

¶ *Glo. seq. rect. per obiect. & notat, et remittit.*

b ¶ *Partem condemno.*] Huiusmodi verbis non fuit vsus, vel æquipollentibus, quia illud sufficeret. ff. de arbi. quid tñ. §. 1. 3. de app. ad audientiam. Ala. Vnde videbatur non valere sententia: quia nõ continebat absolutionem vel condemnationẽ. 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. C. de sen. & interlo. om. iud. præses. Item nota, quod pars si præsens est, condemnanda est. Quis debeat cõdemnari, dominus, an procurator? De hoc plene dictum est 3. de elec. querelam. Ber.

c ¶ *Rem perfectam.*] Sic ff. quod quisque iur. l. 1. §. vlti. de poeni. dist. 1. c. hæc autem verba. ff. de vsur. videamus. §. infamia [1]. C. de sen. pas. l. vlti. & 1. q. 3. c. si quem. §. notandum. in fi.

[1] Verbum, condemno, plenam habet significationem, etiã quoad fructus. Io. And.

d ¶ *Quod præcipitur.*] 14. q. 2. quod præcipitur. Ber.

e ¶ *Verba intentioni.*] Sic 3. eo. intelligentia. & c. propterea. vbi de hoc. & 1. q. 1. Marcion. Ber.

f ¶ *Interpretamur.*] quæ interpretatio generalis est, & ius facit, & ab omnibus obseruãda est. 3. tit. proxi. inter alia. & C. de leg. l. 1. [2] & interpretari debuit potius vt res valeret quàm periret, ex quo in dubium reuocabatur. ff. de re. du. quotiens 2. ff. de verb. oblig. quotiens. & j. eo. abbate. Ber.

[2] Ibi de hoc. & 11. q. 1. sententia. §. ex his. & de pastul. c. 1. adde hic amplius per Ioan. And.

OLim *tibi.*] Verba priuilegiorum sunt interpretanda latissime. hoc dicit. Et primo ponit mandatum: Secundo ipsius interpretationem, & eius causam: ibi, *Quia vero.* Abbas.

CASVS. Dñs Papa mandauit capitulo Paduano, quatenus magistro G. canonico Paduano præbendam, quæ tantũ residentibus de cõi confertur, sicut vni ex aliis residentibus, & beneficia manualia conferrent: quod si canonici hoc non facerent, patriarcha Grãdeñ. super hoc executor eos ad id appellatione cessante compelleret: canonici mandatum Apostolicũ malitiose aliter quàm debeat interpretantes, dicebant quod non tenebantur ad hoc, cũ ipse non resideret, ex eo quod dr, sicut vni ex residẽtib' et sed ipse non residebat, vnde non tenebantur: vnde patriarcha petiit à dño Papa qualiter mandatum suum esset intelligendum? Rñdet Papa, quòd cum beneficia principis latissime sint interpretanda, iniunxit capitulo Paduano præbendam, quæ tantũ residentibus in victu & vestitu confertur, de cõi dicto magistro G. plene conferendam sicut vni ex aliis residẽtibus, malitiosa interpretatione reiecta. Not. quod beneficium principis largissime est interpretandũ.

¶ *Glo. seq. rect. per q. quia re concessum fuerat, & 6. & respondet triplicitur.*

g ¶ *Canonico Paduano.*] absens. aliàs non esset op' interpretatiõe, nec haberent causam subtrahendi beneficiũ suũ, vel male interpretandi mandatum Papæ: forte erat in seruitio episcopi. & sic seruire intelligebatur ecclesiæ: vnde debebat beneficiũ suũ percipere integre præter victualia. 3. de cler. non resi. de cætero. & cap. ad audientiam [3]. Vel forte in seruitio domini Papæ in curia stabat, qui plus quàm præsentes seruire intelliguntur: ideo voluit Papa, quod omnia haberet sicut præsentes. supra de cleri. non resi. cum dilectus. Vel non refert vbi esset: quia Papa sic voluit, ergo sic seruandũ est, licet durum. 19. dist. in memoriam. Ber.

[3] Vide ad hoc in Nouellis Hostiensis cap. eo.

¶ Innocentius tertius patriarchæ Grandeñ.

¶ *Beneficium principis latissime interpretari debet.*

CAP. XVI.

OLim † tibi scripsisse recolimus, vt si canonici Paduani, magistro G. canonico [g] Paduano, præbendam, quæ tantum residentibus de communi confertur, sicut vni ex aliis de communibus prouentibus, & manualia [h] beneficia non conferrent, tu eos ad id appellatione cessante compellere procurares. Quia vero quidam mandatum nostrum interpretari aliter [i], quàm deceat moliũtur, (cum beneficia principũ sint interpretanda largissime [k]) nostrum aperiendum duximus intellectum, videlicet, quòd præbendam, quæ tantum residentibus in victu & vestitu de communi confertur, ipsi magistro G. plene sicut vni ex aliis residẽtibus iniunximus conferendã.

¶ Idem Colubrieñ. † & aliis epis in regno Portugalliæ constitutis.

¶ *Generale dicitur interdictum, quod fertur nedum in prouinciã, sed in villã vel castrum.*

CAP. XVII.

CVm † in partibus vestris sæpe contingat diuersa loca interdicto supponi, quando generale vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium reuocari: cum illi, qui ab ecclesia Romana decorari priuilegio meruerunt, videlicet, vt cum generale

h ¶ *Manualia.*] forte quæ dantur singulis diebus illis tantum, qui intersunt diuinis: sicut fit in pluribus locis. Ber.

i ¶ *Aliter quàm deceat.*] Not. quod qui rescriptũ principis malitiose vel astute interpretat, infamis est. C. de legi. l. 5. solus princeps ipsum debet interpretari. 3. ti. pxi. inter alia. vbi de hoc. & ff. de pto. stipu. in prætermis. tñ legatus quoq; ipsum interpretat. 3. de postu. c. 1. versus fi. & consuetudo legẽ interpretatur. 3. de cõsue. cũ dilectus. Io.

¶ *Glo. seq. alleg. 5. concor. & 6. contraria, quærit & soluit. Io.*

k ¶ *Largissime.*] ff. de cõsti. prin. l. vlti. & 2. q. 3. c. si quẽ. §. præuaricator. in fi. & 16. q. 1. frater noster. & 3. de vsu pal. c. 1. fi. 3. de dona. cũ dilectus. argu. 5. C. de inoffic. testa. si qñ. C. de preci. impe. nisi. quotiens. ff. ne quid in lo. publi. l. 1. §. merito. & 35. q. 3. quod scripsi. 3. de consan. qđ dilectio. & 3. de præben. c. vlti. Sed nunquid in rescriptis facienda est larga interpretatio, cũ secundum intellectũ illius qui concessit, sint intelligenda? arg. quod sic. ff. de verb. obligatio. inter stipulantẽ. Dicas quod non: quia lites potius restringendæ sunt quàm ampliandæ. 3. de rescrip. nonnulli. & c. vlti. arg. immo nec illud quod indulget beneficiũ est ita interpretandum, vt multum lędat aliũ [4]. 3. de præben. relatum. & 85. dist. archidiaconum Florentinum. Io.

[4] Concor. l. nec auus. C. de emã. libe. & l. 2. §. si quis à princ. impe. ff. ne quis in lo. pub.

CVm *in partibus.*] Cõis diuisio: Secunda pars: ibi, *Cũ autem.* Abb.

CASVS. In regno Portugalliæ diuersa loca supponuntur aliquando interdicto: quidam habentes priuilegia, vt liceat eis celebrare diuina ianuis clausis, & exclusis excõicatis & interdictis, cũ gñale interdictũ terræ fuerit, asserebant se nõ teneri particulari interdicto, dicentes interdictũ gñale solũmodo, cũ regnũ vel prouincia

tota subiicitur interdicto: eps Colubrieñ. consuluit Papã qñ generale vel particulare dici debeat interdictũ: rñdet Papa, Cum in priuilegiis illorũ de regno vel prouincia nil dicatur per hoc verbũ, terræ, non solum regnum vel prouincia intelligitur, sed etiam villa vel castrum, vt in his locum habeat qđ de generali dr̃ interdicto. Not. q nomine terræ cõtinetur regnũ, prouincia, castrũ & villa.

a ¶ *Ianuis clausis.*] si. ĩ. tit. proxi. permittimus. & ĩ. de priuileg. quod nonnullis.

b ¶ *In priuilegiis.*] quibus permittitur, vt possint celebrare diuina suppressa voce, ianuis clausis, &c.

c ¶ *Nil expresse dicatur.*] ergo nec aliquis debet interdictũ, ad regnũ vel prouinciã restringere: q si Papa de hoc cogitasset, illud in priuilegiis expressisset ĩ. đ deci. ad audientiã. & ĩ. de transla. inter. Ber.

d ¶ *Nomine terræ.*] Vide qualiter verbũ simpliciter positum intelligitur generaliter đ quacunq; terra parua vel magna. si. 19. dist. si Romanorum. & ĩ. đ priui. quia circa. & sic generale dr̃ interdictum ex quo tota terra subiicitur interdicto, siue sit ciuitas, prouincia vel villa, quia generale dr̃ quantũ ad locũ illũ, cũ nullus excipiatur. Ber.

¶ *Glo. seq. arguit, signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *In his locũ habeat.*] Not. hic appellationem nominis ampliari p interpretationẽ. si. 28. q. 1. idololatria. & est arg. odiũ ampliari, & fauorẽ restringi. ff. de his q not. infa. l. 2. §. exercitũ 2. Arg. ӡ. ff. de libe. & posth. cum quidam. sed in veritate nulla est ampliatio: vt dixi in proxi. not.

¶ Contra. ver. in c. in præsenti. de sen. excom. lib. 6. & ibi not.

¶ Cap. 2. eo. tit. in 1. cõpilatione. para huius supra de in stan. c. cũ tibi.

¶ Erit autẽ particulare cum inter dicerentur certæ ecclesiæ vel oratoria secundum Lau. & Vinc. Ioan. And.

interdictum terræ fuerit, liceat eis ianuis [a] clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis & interdictis, suppressa voce diuina officia celebrare: interdicto particulari se asserant non arctari, dicentes interdictum generale duntaxat, cũ regnum, vel saltem prouincia tota subiicitur interdicto: & infra. ¶ Cũ autem in priuilegiis [b] de regno vel prouincia nil expresse [c] dicatur, nomine [d] terræ non solũ regnum vel prouinciã intelligi volumus, verum etiã villam & castrũ †, vt & in his [e] locum habeat, quod de generali dicitur interdicto.

¶ Idem Altissiodoreñ. episcopo.

¶ *Priuilegium contra consuetudinem iuri communi obuiantem large est interpretandum. hoc dicit secundum intellectum abbatis antiqui. Et est casus not. secundum hunc intellectum.*

CAP. XVIII.

CVm † tibi de benignitate sedis Apostolicæ sit indultum, quòd ordinatio [f] rerum clericorum ab intestato decedentium, in tua dispositione permaneat: Nos consulere voluisti, an appellatio [g] vocabuli clericorum tam ad canonicos, quàm ad non canonicos extendatur: & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd appellatio clericorum non solum alios, sed etiam canonicos comprehendit.

¶ Idem Præposito & capitulo Placentino.

¶ *Iurans obedire prælato & ecclesiæ, non clero diœcesano, sed capitulo ecclesiæ cathedralis obedire tenetur.*

CAP. XIX.

CVm † clerici Placentini iuramentum præstant † sub hac forma verborum: Ego talis ab hac hora in antea fidelis [h] ero & obediens Placentinæ ecclesiæ, & domino meo episcopo Placentino: Nos consulere voluistis, vtrũ intelligi debeat clerus totius diœcesis, an capitulum tantum ecclesiæ cathedralis? Nos igitur taliter respondemus, quòd per ecclesiæ Placeñ. vocabulum [i] in forma iuramenti præscripti non debeat † intelligi totius diœcesis clerus: & si capitulum [k] intelligatur ecclesiæ cathedralis: is tamen, qui præstat huiusmodi iuramẽtum, episcopo tamquam capiti principaliter [l] obligatur.

¶ Idem Priori sancti Fridiani Lucañ.

¶ *Appellatione ecclesiastica censuræ comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum.*

CAP. XX.

QVærenti †, quid per censuram ecclesiasticã debeat intelligi, cum huiusmodi clausulam in nostris litteris ap

CVm tibi.] Verbũ, clericorum, etiam canonicos comprehendit. hoc dicit. Communis diuisio: secunda ibi, *Consultationi.*

¶ Pone sic casum fm intellectũ abbatis antiqui: In quibusdã partibus Franciæ erat consuetudo, q propinqui succederent clericis intestatis, etiã in bonis acquisitis intuitu ecclesiæ: ӡ hanc cõsuetudinẽ Papa concessit priuilegium cuidam epo, q ordinatio rerum clericorum ab intestato decedentiũ esset in sua dispositione: dubitabatur, an appellatione clericorũ venirent canonici? Rñdetur q sic, vt in littera. Vel sic, fm B. Altissiodoreñ. eps obtinuit indulgentiam à dño Papa, vt ordinatio rerũ clericorũ decedentiũ ab intestato, in epi dispositione consisteret: orta est cõtentio inter epm & canonicos super verbo illo, rerũ clericorũ: dicebãt canonici q appellatione clericorũ non intelligebantur canonici: Cõsultus Papa sup hoc, rñdet q appellatione clericorũ & canonici & alii oẽs, cõprehenduntur. Not. q appellatione clericorũ canonici cõprehendunt.

¶ *Glo. seq. ponit duas lectu. & primam approbat.*

f ¶ *Ordinatio rerum.*] Non intelligas de rebus clericorũ patrimonialibus, vel quas intuitu psonæ acquisierint: in illis enim proximiores succedunt clericis intestatis: si non habẽt consanguineos, ecclesia succedit eis. 12. q. vlt. c. vlt. in quo casu potest intelligi qđ hic dr̃ de rebus ecclesiarũ, de quibus aliqua in vita sua in ęgritudine poterant elargiri. ĩ. de testa. sed hæc, & c. relatum. & fm q ipsi poterant concessum fuit huic epo per hanc indulgentiam, aliàs iniqua fuisset hæc indulgentia, quæ in totum tolleret ius alterius. C. de preci. impe. offe. quotiẽs. arg. ĩ. de nf. ord. licet. cum suis cõcor. Vel põt intelligi vbi clericus bona ppria in pias causas erogari præcepit, nõ designãdo personã p quã hoc fieret: vel si designauit personam, negligẽs erat: in his casibus pertinet hoc ad epm diœcesanum. C. de epis. & cle. nulli. & in Auth. de eccl. tit. §. siquis autẽ p redẽptione. coll. 9. & ĩ. de test. tua. & c. Ioannes. prior expositio melior est [z], cũ littera dicat, ab intestato decedentiũ: q a nõ dr̃ decedere intestatus q alii cõmisit dispositionẽ rerũ suarũ. ĩ. đ testa. cũ tibi.

¶ *Glo. seq. dat simile, & signat contrarium.*

a *Veritas.*] quæ triplex est, scilicet bonæ vitæ: hæc nunquam omittenda est propter scandalum,& ad quemlibet pertinet. Alia iustitiæ: hæc ad iudicẽ pertinet. Alia disciplinæ: hæc ptinet ad Prælatum. in his duabus quandoq; aliqua omittuntur propter scandalum. 50. dist. vt constitueretur. Et intellige qđ hic dr, de his quæ indispensabilia sunt: & tale ius commune, quod indispensabile est, veritas appellatur. de hoc dictum fuit ĩ.de temp. ordi.sane.& quod dicitur ibi,veritas iustitiæ, intellige secundum q hic dicitur. Ius commune quandoque indispẽsabile est. 1.q. vlti. & si illa.& de tali hic loquitur: tale ius pro nullo scandalo relaxandũ est. sed quando ius commune dispensabile est propter scandalum receditur à iure cõmuni. 50. dist. vt constitueretur. & 1.q.vlti.dispensationes.& cap.exigunt.

ADDITIO. Not. q ista triplex veritas habetur in his versibus.

Est verum vita, doctrina, iustitiaque:
Primũ semper habe: duo propter scandala linque.

& cætera. Vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur.

Idem.

Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

CAP. IIII.

QVod non est licitum in lege, necessitas [b] facit licitũ. Nam & sabbatum [c] custodiri præceptum est. Machabæi tamen sine culpa sua [d] in sabbato pugnabant. sic & hodie si quis ieiuniũ fregerit ægrotus [e] reus voti non habetur.

Gregorius septimus.

Illicite factum, obligationem non inducit.

CAP. V.

QVod latenter [f], aut per vim [g], vel aliàs illicite introductum est, nulla debet stabilitate subsistere.

Idem Varien. episcopo.

Tormenta iudiciis non præcedentibus inferenda non sunt.

CAP. VI.

CVm in contemplatione: & infra. In ipso causæ initio nõ est à quæstionibus [h] inchoãdum.

QVod non.] Primo ponit dictum: Secundo exempla: ibi, Nam, Abbas.

CASVS. Dicit Beda super Marcum: Quod non est licitum in lege, necessitas licitum facit: quia necessitas non subiacet legi. quod probat auctoritate veteris legis, secundum quam præceptum est sabbatum custodiri: & tamen Machabæi sine culpa pugnabant in sabbato, propter necessitatem: & si quis ægrotus ieiunium fregerit, reus voti non habetur. Not. quòd necessitas legem seruare non potest.

b *Necessitas.*] Hoc ideo dicit, quia necessitas legi non subiacet. ĩ.de obser.ieiu.c.2.in fi.& ĩ.de consue.quanto.& de conse.dist.1. sicut.& dist. 3.peruenit. vnde tempore necessitatis omnia sunt cõmunia.12.q.1.dilectissimis.& ff.ad leg.Rho.de iactu.l.2.§.cum in eadem naui.in fi.quod intelligitur in hoc casu. Et sic est argu. necessitatem excusare.de cõse.dist. 5.discipulos.arg.12.dist.quisquis. & c.deliciæ.& 81.dist cum omnibus.& ĩ.de fur.si quis per necessitatem.& propter necessitatem famis Dauid comedit panes propositionis. 25.q.1.c.ideo.§.his ita.& propter hoc pater potest vendere filium.C.de pa.qui fi.dist.l.2.

c *Sabbatum.*] præceptum fuit veteris legis sabbatum custodiri: vnde si qui colunt sabbatum, exteriorem ritum legis reuocant. de conse.dist. 2.peruenit.

d *In sabbato.*] Hoc est propter necessitatem. 23.q.vlti.si nulla.

e *Ægrotus.*] etiam si in quadragesima carnes comedat. non dicitur frangere votum. ĩ.de obser.ieiu.c.2.in fi.Ber.

QVod latenter.] CASVS. Illa quæ fiunt latenter, siue clam, aut per vim, vel aliàs, illicite introducta sunt, firmitatem habere non debent, quia contra ius & æquitatem fiunt. Not. q ea quæ fiunt ꝯ ius & æquitatem, firmitatem habere non debent.

f *Quod latenter.*] potest poni casus per l.1.quod vi aut clam.circa prin.& in seruitio ꝓstito Prælato per vim à subdito: hoc enim in futurum nõ parit præiudicium. 21.q.3.quia cognouimus.

g *Per vim.*] quæ per vim siue per metum fiunt, qui cadere posset in constantem virum, cum de hoc constiterit, reuocantur. ĩ. de his quæ vi metusve causa fiunt, ad audientiam. De hoc plenedĩ in c.abas.eo.tit.& ff.qđ metus cau.l.2.& l.metũ.§.sed qđ prior.

CVm in contemplatione.] CASVS. Iudices à principio causæ nõ debent incipere à tormentis: nisi primo aliquæ præsumptiones præcedant. Not. q à tormentis iudices incipere non debent.

Glo.seq.signat contrarium, & ibi remittit.

h *Quæstionibus.*] ff.de quæst.l.1.& C.eo.tit.milites 2.qđ si fiat, appellari potest. 2.q.6.non solent.ver.ante sententiam.hoc intellige nulla præsumptione præcedente. Aug. ꝯ. 5.q.5.illi qui.vbi de hoc.

Stephanus Papa.

Sacrilegus est offendens rẽ, vel personam ecclesiasticam.

CAP. VII.

QVæ multotiens [i]: & infra. Quicquid in sacratis [k] Deo rebus & episcopis [l] iniuste agitur, pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt, & à quoquam violari non debent.

Augustinus.

Qui facit aliter quàm debet, facere non dicitur.

CAP. VIII.

QVi ex timore [m] facit præceptum, aliter quàm debeat facit, & ideo iam [o] non facit.

Idem in libro de pœnitentia.

Committens vnum peccatum, reus est omnium, quo ad vitam æternam.

CAP. IX.

DEfleat peccator, quia offendẽs in vno [o], factus est omnium reus.

Gregorius in registro.

Ignorantia non excusat Prelatum in peccatis subditorum. hoc dicit quo ad mysticum & moralem intellectum.

QVæ multotiens.] CASVS. Quicquid committitur seu delinquitur in sacratis Deo rebus, & episcopis, vel ecclesiis, iniuste & inique agitur, & pro sacrilegio reputatur: quia sacra ab aliquo violari non debẽt. Not. q qui res ecclesiæ inuadit, sacrilegium cõmittit.

i *Quæ multotiens.*] ĩ. de pœnis.c.2.& 6.q.1. imitare.& 1.q.1. reperiuntur. Aug.ĩ.de Iudæ. ita quorundam.

k *In sacratis.*] Siue sit homo, siue ager: q illa aufert & inuadit, sacrilegium committit. 12.q.2. nulli liceat. & tamquam sacrilegus iudicari debet: vt eadem causa & q.eadem.prædia. & per ecclesiam debet iudicari. ĩ. de foro compe.conquestus.

l *Episcopis.*] Isti ius publicum offendũt, qđ consistit in sacris, & sacerdotibus. 1. dist. ius publicum.

QVi ex timore.] CASVS. Dicit Augustinus: Qui ex timore facit illud quod sibi præcipitur, aliter facit, quam debeat, quia libenti animo illud facere deberet. & ideo iš non dicitur facere: & ideo ex tali obedientia non meretur. Nota argum. quòd non dicitur factũ, quod legitime non fit. Item argum. quòd qui inuitus seruit, & rem perdit & meritum. Item argum. à contrario, quòd qui inuitus offendit, non est ei imputandum.

m *Qui ex timore.*] scilicet seruili, quoniam filialis timor bonus est, & potest introducere charitatem. de pœ.dist. 2.sicut seta introducit filum: vnde qui timore pœnæ seruit, non amore iustitię, nõ ducitur spiritu Dei: vnde dicitur: Timor non est in charitate, scilicet seruilis. 23.q.6.iam vero.§.ex his.

ADDITIO. Quia perfecta charitas foras mittit timorem, vt in eo.§.dicitur.

o *Iam non facit.*] Argum. quòd non dicitur factum, quod legitime non fit. 23.quæst.1.pudenda.& 22.q.2.faciat homo. argum. ĩ.de iure pat.quod autem.& ĩ.de regula.ad nostram. Item habes hic argum. quòd qui inuitus seruit, rem & meritum perdit. & ideo indignus præmio fit. 23.q.6.c.iam vero.§.ex his.versus prin. & talis obedientia vel nulla vel minima est. 8.q.1.sciendũ.ergo per cõtrarium qui inuitus offendit, non est ei imputandum. argum. ff. de bon.lib.qui cum maior.§.si libertus.& ff.famil.ercis.qui erat hæres. idem est & si clericus inuitus ferat testimonium contra ecclesiam suam, quòd ei non sit imputandum [a], secus si sponte aduocet contra ipsam. ĩ.de postu.c.vlti.

DEfleat.] CASVS. Peccator cum peccat, merito flere debet: quia offendens in vno, factus est omnium reus: quia propter illud damnabitur. Not. q pro vno solo mortali peccato damnabitur quis, quamuis multa bona opera fecerit.

Glo.seq.quadrupliciter legit capitulum: & dat votum finale.

o *In vno.*] scilicet præcepto legis, vnde scriptum est: Qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, omniũ factus est reus. de pœni.dist.5.fratres, vel in vno, s. mortali peccato, factus est oium reus quo ad vitam æternam, quia propter illud solũ dãnabitur: q̃a omnis virtus detrimentũ patitur ab vno vitio, de pœn. dist. 5.dolẽdum. dum enim in vno peccato perseuerat, omnia bona perdit, vt ibi.

Vide D. Thomã 2.2. q.43.art.7. ad 4. argumentum.

Aliàs super idem super Marcum adde cap.2. verba ad de paulo aliter habẽs, sed eadem est sententia.

Dictio, sua, deest vt plurimum in antiquis codicibus.

Hæc scribit Gregorius lib. 2. epistola 54. cap. 91. indict. 11. registri ad Ioannem episcopum Rauennatem.

Aliàs legitur Narnien. episcopo, sed hæc scribit D. Gregorius Narniensi [illegible]

Etiam in [illegible] non ea[illegible] debet incipere à tormentis: sed [illegible] procedendum [illegible] Ioan. And.

Stephanus Papa 2. epistola 2. causæ [illegible] gaudemus [illegible] in 1. tomo conciliorum.

Ecclesiasticus, vt dicitur, vel secularis, vt [illegible] 12.q.2. ecclesiarũ. C. de epis. & cle. l. 2. Ioan. And.

Cap. 10. eo. tit. in 2. compilatione. De materia sacrilegii & glo. vide D. Thomam. 2.2.q.99.

Augustinus in libro de [illegible]

Epistola Iacobi. c. 2.

Gregorius lib. [illegible]

Dicit Hostien. quòd licet excusetur à toto, non tamen à tanto: [illegible] quòd metus causa [illegible] Ioan. And.

ibi. Vel in vno, id est, in vna virtute: cū virtus eiicitur, tunc vitium nascitur. 32. q. 1. cum renuntiatur. vel in vno, id est, in charitate, sine qua nemo saluatur. vnde Apostolus: Et si tradidero corpus meū ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. de pœni. dist. 3. si quis. ad fi. distinctionis. sic etiam in teste, qui aliquid adiicit de suo, totū testimonium partis mēdacio decolorat. 3. q. 9. pura. simile de conse. dist. 3. non liceat. & c. non oportet. & 9. dist. si ad scripturas sacras.

CAP. X.

Qvamuis causæ: & infra. ¶ Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit [a].

¶ Lucius tertius.

¶ *Pro spiritualibus homagium non præstatur.*

Q *Vamuis.*] Ignorantia pastoris nō excusat eum, si lupus oues rapit. hoc dicit quo ad litteram. Abbas.

Casvs. Pastor siue Prælatus debet habere curā de ouibus suis: & ideo si lupus comedit oues, & ipse nesciat, nullā habebit apud Deum excusationem propter negligentiam suam. Not. q ignorantia non excusat.

a ¶ *Pastor nescit.*] Quia pastor seu Prælatus inquirere & corrigere debet subditorum excessus, aliàs sanguis eorum de Prælatorum manibus requiretur. ē. de offi. ordi. irrefragabili. 1. respon. cū suis concor. ibi positis. & sic non habebit excusationē. pastor enim qui tacet, consentire vī. 43. dist. sit rector. ibi, pastorem enim, & c. 83. dist. error. quare nō potest vti pro defensione suā verbo Apostoli: Mudæ sunt manus meæ à sanguine, &c. 43. dist. Ephesijs. vnde & tales deponi debent propter negligentiam. 71. dist. dictum. & 1. q. 1. cap. si qui episcopi. §. ecce cum honoris. Itē pastor tenetur de custodia. ff. loca. qui mercedem. 23. q. 4. tres personas. & si dicatur q dolo eius periit, & ipse neget, ipsi incumbit probatio, cum ipse ratione officii sui debeat custodiam habere [f]. ē. de off. archid. ea quæ. & si dicit amissam ouem, probet ille dolum abfuisse: sicut argentarius probare debet se amisisse rationem casu, ruina, vel incēdio. ff. de eden. si quis ex argentariis. §. vlti. Idem in custode carceris. ff. de custo. & exhiben. re. l. vlti. Et idem in deposito. ē. de deposi. bona fides. cum suis concordantiis.

[f] Aliàs generale est, q qui dolum allegat, & c. ff. de pro. quotiens. secundum. Vin. Ioan. And.

CAP. XI.

INdignum † est, & à Romanæ Ecclesiæ cōsuetudine alienum [b], vt pro spiritualibus facere quis homagium [c] compellatur.

FINIS.

I *Ndignum.*] Casvs. Dicitur hic, quòd pro spiritualibus obtinendis, nullus compelli debet homagium siue fidelitatem facere, cum hoc indignum sit, & à consuetudine Romanæ Ecclesiæ alienū: & ideo ab aliis ecclesiis est prohibendum. No. q nulla pactio illicita in spiritualibus debet interuenire. Item not. regulas huius tituli notabiliter notandas.

† Cap. 15. eo. tit. in 1. compilatio. sed videndū omnino cap. 2. tit. de excessibus prælatorū, in 2. compilatione, vbi extat integra clausula.

b ¶ *Alienum.*] Ergo & à consuetudine aliarum ecclesiarum debet esse alienum: quia quod Romana Ecclesia probat vel reprobat, & aliæ ecclesiæ hoc idem facere debent, cum ab ipsa suam habeant institutionem & auctoritatem. 11. dist. consequens. & c. nolite.


Additio. Exceptis priuilegiis suis. quod dic vt not. de tempo. ordi. c. 1. & de re iudi. in causis. secundum Host. Ioan. And.

c ¶ *Homagiū.*] Id est, sacramentū fidelitatis, qd pro aliquo spirituali facere quis non debet: cū illud sit simoniacū. ē. de simo. ex diligenti. alioquin clericus non tenetur facere Prælato suo obedientiā. Et in casibus debet iuramentū facere de obedientia, siue etiā de fidelitate post receptam administrationē. ē. de iureiur. nullus. 23. dist. quāquam. & ī. de maio. & obe. dilecti filii. & ē. de iureiur. ego N. & ī. de priuileg. antiqua. Aliàs enim nullū iuramentum, nulla pactio vel obligatio illicita in spiritualibus debet interuenire: & si interueniret, nullam obligationem de iure vel de facto inducit. ē. de pactis. pactiones. Ber.

F I N I S.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra.
Laeua dat vxores, dat tibi dextra mares.

Figura presens arbores licet ad septimum doceat gradū protendi, cum vsque ad eū locum in decretis sit prohibitio coniugalis. 35.q.5.cap. de consanguinitate. & extra de consang. & affin. c. non debet. tamē quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est limitata ad quartum gradum tantū, vt dicto c. non debet de consang. & affin. c. non debet. idcirco vsque ad quartum gradum duntaxat signatam hanc duximus ostendendā. Nec septimum graduum cognationem quoque prosequi impedit. Qui enim duntaxat tres cōputationē agnouerit, illam etiā vsque in gradū centesimū, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.
Quàm aptissime hęc imprimat, tum solam genitorum affinitatis arbores, indicent qui huiusce consanguinitatis quinque canones & leges, & intelligat.



Consanguinitas est attinentia personarū ab eo procedentium, quia vna descēdit ab altera, vel ambę ab eodē. Vel est vinculum personarū ab eodem stipite descēdentiū carnali ꝓpagatione contractū. Et dicitur à con. quod est simul, vel vinctū, & sanguine, quasi sanguinis vnitas.
Linea est collectio ꝑsonarū ab eodem stipite descēdentiū gradus continens, & numeros distinguens, & est triplex, scilicet graduū descendentiū, ascendentium, & collateralium.
Gradus est habitudo distantiū ꝑsonarū, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duę ꝑsonę inter se differūt. Et dicuntur gradus ad similitudinē graduū scalarum, vel locorū proclinorū, quia gradimur de ꝓximo in ꝓximum.

CONSANGVINITAS PER TRES REGVLAS DECLARATVR.

PRIMA *regula magistralis pro linea recta.*] Ascendentium & descendentium quot sunt personae de quibus quaeritur, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantū distet abauus à Petrucio (Petruciū esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato & intermedijs, quinque sunt personae: deme vnam, quattuor sunt gradus: & sic de alijs.

Pro linea collaterali duae sunt regulae.

Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat à cōmuni stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone: Cum facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea aequali) quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

Collateralium in linea inaequali quoto gradu remotior distat à cōmuni stipite, toto distant inter se. Exemplū pone faciēdo abauū stipitem P. & filius propatrui sunt in linea inaequali. Cōputemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu, ergo à filio ꝓpatrui quarto. Semper intellige secundū canones.

Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulae.

PRIMA. In linea recta ascendentium & descendentiū quot sunt personae de quibus quaeritur, computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

Pro linea collaterali.

Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat à cōmuni stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Nam secundū leges quaelibet persona gradū facit in collateralibus. Computatio enim Legistarū ob aliud fit quàm cōputatio Decretistarū.

Collateralium in linea inaequali quot sunt personae stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreae declarationem.

CIRCA

CIRCA lecturam arboris diuersis olim diuersum modũ tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturæ ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notũ ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioa. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionẽ arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiam consanguinitatis & affinitatis ignotam, nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

Oculis mul ta subijciuntur.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria. Secundo, an sit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. probatio enim ad oculum alias vincit. Inst. de gradi. §. agnationis. 27. q. 1. nec aliqua. Ex ostensione enim facti quędam melius percipiuntur quàm elocutione. extra de dona. Apostolicæ. ver. fi. Hinc est quòd agrorum mensio subijcitur oculis. 16. q. 3. inter. de præscrip. quia indicante. C. fin. reg. l. 3. Ventris inspectio, an mulier sit prægnans. ff. de ven. inspi. l. 1. in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de prob. proposuisti. an arcta. de frig. & mal. fraternitatis. vel aliter impedita. eod. tit. ex litteris. Iniuriæ an sit atrox æstimatio. ff. de ter. l. 2. Et litteræ Papales an sint veræ vel falsæ. de crim. fal. licet.

¶ Ad secundum dic quòd arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isidori & Alexandri. 35. q. 5. c. 1. 2. & vlt.

¶ Ad tertium dic quòd quia in decretis de consanguinitate & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere. & quia in decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum satisq; famosum, quod repetita lectio probat. C. de emen. iu. co. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multũ fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

DEINDE ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit consanguinitas, & vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo quæritur quomodo arbor formetur: & quare sic formetur, & quare sic punctetur. & interseremus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quasdam quæstiones.

Cõsanguinitatis diffinitio.

¶ Ad primum dico, quòd consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quia vna descendit ab altera: vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractũ: quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis vnitas: à con & sanguine: quia de communi sanguine descendunt. Et quo ad probationem coniugij nõ distinguo an tales cõsanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicatio, quod est expressum. extra de proba. per tuas.

Lineæ diffinitio: & eius multiplicitas.

¶ Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex linea, scilicet graduum descendentium, ascendentium & collateralium, vt infra patebit. & ff. de gradi. l. 1. & l. iurisconsultus.

Gradus descriptio.

¶ Gradus est habitudo distantiũ personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduũ scalarũ, vel locorũ procliuiũ: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. gradus.

Arboris cõsanguinitatis formatio.

¶ Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendentium: secundo descendentium: demum collateraliũ. Ascende super cellulam vacuam: quæ remansit ideo vacua quia non potuit nomen proprium habere, cum aliæ cellulæ (exceptis his, quæ per genitiuum nominantur) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, fratrem fratris, patrem filij, & sic de singulis? & eam alij vocant Ioachim: alij Protheum: alij truncum. Nos autem à nomine bidelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, quòd competenter illæ cellulæ mediæ ascendentium & descendentium diuiderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus, proauus, &c. à latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi à latere dextro descendunt à maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hæc continens pater mater, & vnum punctum supra, & vnum infra. Supra illam est cellula auus auia, continens duo puncta supra, & duo infra. Supra illam est cellula proauus proauia, continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illam est cellula abauus abauia, habens quattuor supra, & quattuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum supra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta supra, & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes quòd punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum: puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc casum quo instruimur in matrimonijs, quæ licite contrahi possint necne, & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est canone extra de secun. nup. c. vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quòd in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrumque ius: quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Ius canonicum est excellentius Ciuili.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secundum vtrunque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur computatis intermedijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus à Petrucio: vtroq; computato & intermedijs, quinque sunt personæ: deme vnam, quattuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotẽ: quia eo modo erit reperire quinque personas: & sic quattuor sunt gradus. Si velis scire quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erunt gradus. Scias autem quòd iste P. non habet totã suam computationem in arbore. Scias enim quòd quilibet habet duos parentes, quattuor auos, octo proauos, sedecim abauos, & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Regula lineæ rectæ.

¶ Quæro an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartũ gradum? Et dicit Goffre. in sum. de consangu. & affini. §. item quantum, quòd non, per decre. non debet. eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij cõmuniter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 5. progeniem. & duobus capitulis seqq. in quibus dicitur, quòd olim non solum vsque ad secundum gradum, sed etiã inquantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem, & alterum ascendentem, perdurat prohibitio. ad idem instit. de nupt. §. 1. ff. de ritu nupt. l. nuptiæ. & hoc verum puto.

Cõiugalis prohibitio in recta linea est perpetua.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrem & sororẽ. & causa breuitatis prosequendo solum partem mediam arboris ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: quod per se patet. dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones: in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones: in tertio secundũ leges. Nepos in tertio secundum canones: in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones: in quinto secundum leges: & sic debet esse vtraq; punctatio, & illi sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris secundus stipitem. Fac consequenter stipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum ne-

Regula collateralũ.

rum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiam secundo gradu: filius in tertio; nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque punctatio. Postea fac proauũ stipitem, & habet filios patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & matertetam magnam. illos nõ prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ea illa horum filius filia, ex illa eorumdem nepos neptis. Et quia P. distat à proauo, quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori sobrino tertio: & à filio tertio, & à nepote, qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones. Secundum leges vero distat P. à patruo magno quarto, à propiori sobrino quinto, & à filio sexto, à nepote septimo, & sic debet esse vtraq; punctatio. Modo fac abauũ stipitem cũ tribus filijs, scilicet propatruo, proauo & proauunculo. de proauunculo nõ prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horũ filius filia, ex horũ illa nepos neptis, ex illa eorumdẽ pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse vtraque punctatio.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali

¶ Nunc videndum est quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam secundum canones.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite: toto distant inter se, vel sibi attinent: hoc secundum canones. Exemplum pone: quando facis abauũ stipitem inter P. & pronepotẽ propatrui. nam quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.

¶ Secundum leges vero aliter est, & sic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à cõmuni stipite: toto duplicato distant inter se: vel sibi attinẽt. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, quòd prædicti P. & pronepos propatrui distant viij. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones vero duæ personæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges: sed computatio eorum ob aliud fit quàm nostra. 35. q. 5. cap. 2. Bene ergo dicitur secundũ leges, quòd in æquali linea collateralium siue linea sit paris numeri, siue disparis: non est reperire disparem gradum. vide in linea paris numeri secunda, vel iiij. disparis numeri j. vel iij. In prima ij. gradus, in secunda iiij. in tertia vj. in quarta viij. quod non est secundum canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

Regula canonica in linea inæquali.

¶ Nunc restat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secundum canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite: toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idẽ in descendentibus vsque ad lineam æqualitatis: & hoc est quod dicimus, quòd persona addita personæ vsque ad lineã æqualitatis non crescit gradus: quia propatruus, filius eius, nepos & pronepos omnes distant iiij. gradu à P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dempto) tot sunt gradus. vnde P. à stipite distat iiij. à propatruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradum. Vides ex supradictis quòd P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim à summo, scilicet abauo: ab imo, scilicet à nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: à medijs citeriori: per quod satis patet, quòd cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas. prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli. sed naturalia sunt immutabilia. 5. dist. in princ.

¶ Scire debes, quòd communiter dicunt doctores, quòd abauus & proauus & auus sunt bigami, dicentes, quòd si non essent bigami, non possent filij eorum coniungi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo: quia eadem ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus, quòd personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meã. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc nõ procedit affirmando vel negando: quia si vnus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & nõ econuerso. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

Quæstio notabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorũ vnus est in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Hosti. quòd non. & hoc not. extra eod. quod dilectio. & cap. tua. & in summa huius tit. de consan. §. numquid. in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna persona censentur. C. de impub. & alijs sub. l. vlt. sicut ergo non contrahitur cum stipite; sic nec cum filijs stipitis. benefacit prædicta decret. tua. vbi fratres videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex glos. quam ponit supra eod. tit. cap. vlt. & Ra. & Ioan. de Deo: & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positæ supra eod. cap. vlt. dum dicit ibi; descendentiũ ab eodem. sed certũ est quòd propatruus descendit à stipite. Præterea aut dicis quod est inter eos prohibitio ascendentium & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quòd certum est filium P. non descendisse à propatruo. Est ergo prohibitio collateralium. sed certum est, quòd isti distant quinto. quid igitur impediat istos collaterales contrahere, nõ video. Ioa. And.

Arbor Affinitatis.

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam: quæ modo clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

Affinitas secundum canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo quòd duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundũ canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi.cogna.l.non facile.§.affines.

¶ Scias autem ꝙ affinitas est perpetuũ impedimentũ, quod durat etiá mortua persona, qua mediáte contrahit. 35.q.10.fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus; & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia secundũ canones etiá per coitũ fornicariũ & incestuosum contrahitur affinitas. patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. discretionẽ. & c.pen. Inter cõsanguineos mulieris & virũ & consanguineos viri & mulierẽ, ideo dicitur: quia inter virũ & mulierem nõ contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duo fratres cõtrahunt cũ duabus sororibus, pater & filius cũ matre & filia. sed est affinitas inter cõsanguineos mulieris & ipsum virũ. & cõsanguineos viri & ipsam mulierẽ. de cõsan. & affi. qđ super his.

REGVLA. Quotiescumque inter vnam personarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius non est vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio, vt inter me & coniugem nepotis mei non potest esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritũ, ea mortua maritus eius aliá accepit, quo defuncto potero contrahere cũ eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla est nec fuit consanguinitas.

AD ARBO-

Declaratio arboris Affinitatis.

AD arborem affinitatis & eius materiam tranſeamus. Et primo videndū eſt, quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgāt, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus poſtea quędam notabilia, & quaſdā quæſtiones.

Affinitatis definitio.

¶ Eſt autem affinitas perſonarū proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. hoc ſecundum canones: ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniens ex nuptijs; & requiritur ſecundum leges, quòd legitimę ſint nuptię, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. nō facile. §. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duę cognationes diuerſę per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines.

Affinitas per coitū fornicarium contrahitur.

¶ Sed quòd per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. conſan. vxo. ſuę. c. diſcretionem. & eod. tit. c. penul. Sed conſideratio legis fuit circa hęreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere. ff de gradi. l. iuriſconſultus. in prin. & ff. de teſti. l. 3. & 4. q. 3. §. item in criminali. verſi. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda cōſiderauit vnionem carnis, quę inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc, quòd concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis: vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentū, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quę fit extra clauſtra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶ Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honeſtate, interdum ſine: & publica honeſtas interdum ſine affinitate, vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentum eſt publicę honeſtatis & affinitatis: ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt. ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione ecclesię cū conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quòd poſſis contrahere cum illa, nō obſtante quòd ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, non tamen ſublatum eſt impedimentū publicę honeſtatis. Debes ergo facere exprimi, quòd poſſis cum tali contrahere non obſtante impedimento publicę honeſtatis pro eo, quòd deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu; & non obſtante quòd eſt tibi affinis in quarto pro eo quòd dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulam cognoſcitur.

¶ Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita perſonę per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem, illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis, & primo genere: ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecundo gradu: ſi ille aliam mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra de conſang. & affin. c. non debet, hic circa hoc non inſiſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliam perſonā carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat, illa attinet mihi ſecundo genere. ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodē gradu. Eſt igitur videre de gradibus. Certum eſt, quòd affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & in illo vſque ad quartum gradum: licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum: ſed computantur gradus affinitatis ſecundum gradus conſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier; vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus ſecundū regulas quas tradidi in proxima arbore; & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere.

¶ Nunc formemus arborem, & in medio arboris ſunt quattuor cellulę, & in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecunda ſecundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quęritur, quare ponantur in medio fratris & ſororis. Secundo, quare non exprimant attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis, & ſic de ſingulis. Ad primum dic, hoc fuiſſe vt detur intelligi, quòd affinitas oritur ex conſanguinitate, & quod ab vtroq; ſexu virili & femineo affinitas contrahatur. Ad ſecundum dic, attinentiam non fuiſſe expreſſam: vt illa computatio graduum ad conſanguinitatem & affinitatem referatur. vnde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis, & frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis, & ſic de alijs. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quattuor cellulas continens: in prima ſcribitur frater, in ſecunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea continens alias quattuor cellulas: in quarum prima ſcribitur vxor fratris olim relicta, in ſecunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt aliæ quattuor cellulæ: quarum prima ſoror, ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harum ſunt aliæ quattuor: prima vir ſororis olim relictus, ſecunda vir filiæ ſororis, tertia vir neptis ſororis, quarta vir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: à ſiniſtris, relicta relicti ſororis; quæ ſecundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonſtrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem nō habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri ſororis: in qua ſcribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellulla ſororis, & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem ſcribitur.

Quæſtio.

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula vxor fratris ſcribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiuſdem lineæ? Et dic hoc factum fuiſſe propter cellulam, quæ ponitur ad dorſum illius: quaſi dicat, frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demū mortua iſte relictus à relicta fratris vult contrahere cum ſorore, numquid poteſt? olim non poterat, quia erat ſibi in ſecundo genere, & primo gradu: hodie

du: hodie vero potest. Idem sit repetitum quo ad cellulam viri sororis.

Regula magistralis in gradus affinitatis, & genus manifestans.

¶ Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, quàm ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem. Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virũ, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & eiusdem gradus cuius est consanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & non viri & vxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri & consanguineos mulieris nulla est affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cũ matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virũ, & consanguineos viri & ipsam mulierem. extra de consang. & affinita. quod super his. Primi generis quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, & eiusdem gradus cuius est consanguinitas vide hoc in arbore. nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secundo gradu affinitatis, & econuerso, & sic in reliquis. Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & omnibus descendentibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis. & hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & sic attinet quinto gradu secundum regulas traditas in proxima arbore.

Affinitas permutabilis declarat.

¶ Post hoc notandum est, illud præcise non sequitur, ego & tu sumus affines: ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus. interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum, si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis. sed si ego maritus consanguineę tuæ ex alia muliere filiũ procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si vero tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis. sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo: tunc ipse filius mutat gradũ, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota quòd istud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego nõ possum accipere filiam tuam; ergo nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu bene potes cõtrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris: sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de consang & affinit. quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, vt quia esset in quinto. & est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

Affinitas prohibetur inter ascendentes & descendentes est perpetua.

¶ Nunc quæritur, an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum vsque ad quartum gradum? Et si teneremus opin. Goffre. de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus quòd vsque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo cõtrariam opinionem dicemus, quòd prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quòd ita abstinere debemus à consanguineis vxoris, vt à proprijs. extra de consang. & affin. c. 1. 35. q. 3. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines. ad idem instit. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quòd tales affines ascendentes & descendentes, habentur loco parentum & liberorum. ff. de gradi. l. non facile. §. & retro. in fi. Eodẽ modo posset formari quæstio de affinibus, quorum vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxima. in fi. An autem liceat diuersis temporibus habere in vxores duas cognatas, scilicet vxores duorum fratrum. & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc vide not. extra de consang & affinit. cap. non debet.

Consanguinei & affines qui iure prohibentur coniungi.

¶ Vltimo quæritur ad vtramque arborem, an prohibitio consanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quòd olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cum sorore, & consanguinei cũ consanguineis. vnde tunc in collateralibus nõ erat prohibitio hoc fuit à principio generis humani in filijs & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit post diluuiũ in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitę fuerunt fere duodecim personæ, quas vide nota. extra de resti spol. litteras. & de diuor. c. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori: quæ prohibitio postea vsque ad quartum gradum est restricta. extra eod. non debet reuocatis etiam quibusdam alijs prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & extra de testi. cap. licet ex quadam. per quod patet, quòd prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales cõtrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur 35. q. 1. §. 1. cap. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cũ sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet: in qua vniuersi fideles & pręcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

TABVLA LVDOVICI BOLOGNINI DE BONONIA, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS,

Totum ferme Decretorum volumen amplissimum continens, quæ secundum rubricas Decretalium procedendo, vtiles & aptas quæstiones cum iuribus & quottis necessarijs decidit, & in multorum scitu dignorum cognitionem breui manu & exiguo tempore (quo nihil in hoc sæculo carius est) vnumquemque trahit.

De summa trinitate & fide catholica. Rubrica.

VTRVM eo ipso quis errat in fide, sit hæreticus, si est paratus corrigi, vide glo. in c. nec licuit. in verb. ad recipiendam. dist. xvij.

Vtrũ vbi agitur de fide, solus Papa possit disponere sine consilio reuerẽdiss. notum dominorum Cardinalium, vide glo. in c. anastasius. in verb. concilio. ao dist. xix.

Ad quem spectat determinatio quæstionum circa fidem: an ad sanctissimũ D. Papam solum, vel etiam ad alios. vide glo. in c. quoties. in verb. nisi ad Petrum. 24. q. 1.

Vtrum peccatum infidelitatis sit maius quàm occidere infinita corpora martyrum, vide glo. innocens. in cap. si habes. 24. q. 3.

Vtrũ Papa possit dispẽsare circa articulos fidei, vide glo. in c. sunt quidã. in verb. apostoli. 25. q. 1.

Vtrum debeamus credere solum ea quæ pertinent ad religionem, vide glo. si quominus. in c. in domo. de pœni. dist. iiij.

Cætera in hac materia fidei videbis inferius sub rubrica, De hæreticis: quia hæc omnia ad fidem tendunt.

De constitutionibus, statutis, & legibus. Rubrica.

QVot iuribus regatur genus humanũ, & quid sit ius naturale, & ciuile, & gentium, & militare, & publicum, & quiritum, habes in dist. j.

Quot sunt species legum secularium, & vnde aliquæ earum nomen acceperunt, vide in dist. ij.

Quid sit lex, & plebiscitum, & senatusconsultum. & constitutio, & responsa prudentum, & etiã vnde sumpserunt nomẽ aliquæ leges, vide in dist. ij.

Quale sit officium legum secularium, vide latissime in dist. iij.

Quid sit canon & regula, & quot sint concilia, habes in dist. iij.

Quare repertæ sunt leges, & quot debeant in se continere, & an tollantur per contrariam consuetudinem, vide in dist. iiij.

Vtrum & quando leges tollantur per contrariã consuetudinem, vide in dist. iiij.

Vtrum ius naturale possit mutari, vide in dist. v. in glo.

Quis fuerit auctor primus sacrarum legum, & etiam secularium, vide in dist. vij.

Vtrum leges principum cedant iuri naturali, vide in dist. ix.

Vtrum leges seculares cedant legibus ecclesiasticis, vide in dist. x.

Quæ sint leges approbatæ, & quæ improbatæ, vide in dist. xvj.

Quomodo mutentur leges & regulæ canonum & legũ ex loco, & causa & ex tempore, vide in dist. xix.

Ex præbenda vna possunt duæ fieri. ita de præben. c. vacante. 1047

Si præbenda debetur alicui ratione rescripti, & alteri cõferatur, debet ille in canonicũ recipi & sustentari quousq; & c. eod. tit. c. dilec. 2. 1048

Præbenda non vacat vbi non est distinctus numerus canonicorum. vnde non tenet institutio. de præb. vacante. eo. tit. c. dilecto filio. 1044

Præbendarum collatio ad quem pertinet cum ad episcopum pertinet collatio & ad capitulum, & non conferẽt tempore debito. de conces. præb. c. postulasti. 1086

Præbendæ integræ dari debẽt vbi integrari possunt. de præb. vacante. 1047

Præbendarum collatio ad capitulum sede vacante non spectat. ne se. va. c. illa deuotionis. 1089

Precariæ de quinquennio in quinquenniũ renouẽtur. de prec. c. 1. 1116

Precarium quandiu vtendum est, & quando soluitur. eod. ti. c. precarium. 1117

Precariæ in damnũ ecclesiæ factæ possunt à successoribus reuocari. ibidem. c. precariæ. 1116

Prædicans excommunicatus potest eleemosynas ab eis recipere & victum. de sen. excom. c. cum voluntate. 1927

Prædicatorum fratrum priuilegium & Minorũ. de exces. præl. c. oimis. 793

Prędicatores vesci possunt his quæ eis apponuntur. de Iudæis. cap. quàm sit laudabile. 1661.

Prædicationem debet facere episcopus vel per se vel per alium. de offi. ord. c. inter cætera. 414

Prædicare non licet laico cuiuscunque ordinis. de hæ. c. sicut in vno. 1685

Prædicare non debent eleemosynarum quæstores, nisi &c. de pæni. & remis. c. cum ex eo. 1874

Prælatus esse non debet regulam nõ professus vel secularis. de elect. cap. cum causam. 150

Prælati non committant vices suas vel ecclesias sub annuo censu. ne præl. vi. suas. c. 1. 1647

Prælati factum non præiudicat ecclesiæ. de concess. præb. c. cum nostris. 1174

Prælati non onerent subditos exactionibus, nec pluribus equorum euictionibus in visitatione. de summu. eccl. c. quia plerique. 1407. & de censib. c. cũ Apostolus. 1340

Ad prælaturam quantũcunque nullus seipsum præsentare debet. de iurepa. c. per nostras. 1132

Prælatus commutationem, venditionem vel donationem facere non potest sine consensu capituli sui. de ijs quæ fi. à præla. c. 2. 1092

Prælatus negotia etiam sua de cõsilio fratrum debet facere. eod. tit. c. noorit. 1095

Prælatus de consensu capituli præsentari debet in ecclesia collegiata, nisi de consuetudine vel priuilegio sibi soli competat. eo. ti. c. ex noscitur. 1094

Prælati sententia subditi sui ligantur. de sen. excom. c. à nobis. 1890

Prælatus de ignorantia sua se excusare non potest, vel de ignorantia culpæ subditorum. de regu. iur. c. quamuis. 1965

Prælatus plus iuris habet in concessione ecclesiæ quàm patronus in præsentatione. de off. le. c. dilectus. 392

Prælatus est procurator rerum ecclesiasticarũ, non dominus. de dona. c. fraternitatem. 1136

Prælatus potest conditionem ecclesiæ suæ meliorare non autem peierare. ibidem

Prælatus debet seruare sententiam subditorum suorum. de offi. iud. ord. c. ad reprimendam. 403

Prælati inferiorum priuilegia possunt infringere. de acc. c. ad petit. 1593

Prælatus cauebit ne cura animarum sub censu annuo committatur, ne præla. vi. su. cap. quoniam enormit. 164

Prælatis maxime episcopis competentia de iure communi abbates, nec dare nec indulgentias, aut publicas pęnitentiãs concedere possunt. de excess. præla. cap. accedentibus. 1790

Prælati iudicium ferri candentis facere non debent, nec interesse, nec auctoritatem præstare. eo. tit. c. ex litteris. 1716

Prælatis repellitur ludus & vsura. eo. tit. c. inter dilectos. 1718

Prelatum suum negans clericus, & vadens ad iudicem sæcularem, priuetur beneficio. eod. tit. c. grauem. 1793

Prælatus tenetur subditum licentiare ad austeriorem religionem. de reg. c. licet quidam. 1149

Prælati non debent interesse corporali punitioni alicuius. de excess. præla. c. ex litteris. 1786

Prælato restituatur subditus inobediens. de ien. & re iud. c. 1. 175

Prælaturam amittat qui ad ordines promoueri non potest. de æta. & quali. ord. c. vt abbates. 164

Præpo-

Præposteratio in rescriptis iuris cõmunis varietatem non inducit. de rescript. c. causam. 49

Presbyter non celebret vase ligneo, nec de fermentam, nec sine aqua & igne, & plus apponat de vino quàm de aqua. de celebra. missa. cap. litteras. 1380. & cap. perniciosus. ibidem

Presbyter aliquid emens de bonis ecclesiæ eidem relinquat, nec in fraudem nomine suo siue alieno de bonis ecclesiæ emere potest. de pecul. cler. cap. presbyter. 1167

Et cap. inquirendum. ibidem

Presbyteris debet competens beneficium dari. de præb. c. extirpandę. 1052

Presbyter clericum secum habeat, sine quo celebrare non potest. de vita & honest. cleri. cap. vt quisque. 992

Presbyteri officium est prædicare. de statu mona. c. quod Dei timorem. 1194

Presbyteri occisi pænitentia qualiter percipienda. de pœnis. c. presbyteri interfecti. 1856

Presbyter duobus digitis amissis non celebret. de cler. ægro. c. presbyter enim. 1060

Presbyter res ecclesiæ non impignoret, nisi iusta de causa. de pig. c. 1. 1141

Presbyterum interficientis pœna. de pænit. & & remis. cap. 2. 1864

Presbyter non ieiunus celebrans priuetur beneficio. de accu. c. si constiterit. 1578

Præscriptio non valet absque bona fide, & conscientia, & iusto titulo, & maxime rerum ecclesiasticarum. de præscr. c. quoniam omne. 874. & c. vigilanti. 856. & c. si diligenti. 868. & c. veniens. 872

Præscriptio quæ sine peccato seruari non potest, non valet. ibidem

Præscriptionem non inducit longa vsurpatio. eod. tit. c. causam. 857

Præscriptio nisi quadraginta annorum non currit contra ecclesiam, sed contra Romanam ecclesiam nisi centum annorum. eod. tit. cap. illud. 858 & cap. ad audientiam. 861. nec currit sede vacante. eod. tit. c. de quarta. 855

Præscriptionem elidit interruptio. eod. tit. cap. de quarta. ibidem

Præscriptio non currit contra obedientiam. eo. tit. c. cum non liceat. 860

Præscriptio non currit contra constitutionem episcoporum, & contra visitationem & procurationem eis debitam. eod. tit. c. accedentes. 860. & cap. cum ex officij. 867

Præscriptio non currit tempore schismatis. eod. tit. c. cum nobis. 864

Præscribens in nullo habeat conscientiam rei alienæ. eod. tit. c. vlt. 874

Præscriptio potest esse de vno articulo & non de alio. eo. tit. c. auditis. 864. & c. cum olim. 871

Super præscriptione possunt testes produci. eo. tit. c. illud. 858

Præscribere non potest laicus decimas, nec detinere. eod. tit. c. causam. 857

Præscriptio currit post priuilegium & arbitriũ in casu. eod. tit. c. cum olim 871

Prę̨scriptio omnem actionem excludit. eod. tit. cap. ad aures. 857

Præscribere potest abbas ius episcopale. eod. ti. cap. auditis. 684

Præscriptionem interrumpit synodalis proclamatio. eod. tit. c. sanctorum. 855

Præscriptio annorum secundum iura antiqua, modo quadraginta. ibidem

Præscriptio canonica titulis probetur. de decimis c. dudum. 1233

Præscriptio non currit tempore hostilitatis. eo. tit. c. ex transmissa. 125

Præsentare non potest abbas sine capitulo. de ijs quæ fi. à præla. c. ea noscitur. 2094

Cætera require supra vbi patronus.

Præsumitur quilibet bonus nisi probetur contrarium, & quòd nemo sit immemor suæ salutis. de præsump. c. dudum. 796. & c. cum in iuuentute. ibidem

Præsumptio quandoque inducit purgationem, & qualis. de purg. cano. si quis de gradu. 1737

Ex præsumptione violenta potest ferri sententia quandoque, quia quandoque pro certitudine habetur. de præsu. c. litteris. 791. & c. nullus dubitat. 791. & c. illud quoq. 786. & c. tertio loco. 791

Ex præsumptionibus multis inducitur sufficiẽs probatio. ibidem. tamen ex vehemẽti præsumptione hæresis non debet quis condemnari. eod. tit. c. quia verisimile. 789

Contra præsumptionem verisimilem inducuntur testes. ibidem

Princeps non solus per se, sed per alium potest iura statuere. in procemio

Princeps contra aliũ causam habens potest deponere coram Papa. de iud. c. noui ille. 531

Priuilegium de dictis quandoque extenditur ad futura. de priuil. c. quia circa. 1824

Priuilegiati tandiu gaudent priuilegijs quamdiu seruant ea quæ sunt suæ professionis. de ver. sig. c. abbate. 1948

Priuilegium allegans iuri præscriptionis renũtiasse videtur, de præscrip. c. veniens. 872

Priuilegium obscurum non probat. eo. tit. cap. auditis. 864

Priuilegio renunciari potest. & est differentia priuilegiorum. de priui. c. quidam. 1834. & cap. ex parte. 1812

Priuilegia extenduntur tantũ ad ea quæ in eis continentur. ibidem

De priuilegijs concesso quod plus est, conceditur quod minus. de decimis. c. ex parte. 1218

Per priuilegium generale iuri episcopali nõ derogatur. de priui. c. vlt. 1834

Priuilegium non potest concedi monasterio antequam fuerit ibi canonica facta institutio. de eccl. ædifi. c. ad audientiam. 1399

In priuilegijs ratione alicuius dignitatis potest ferri sententia ratione alterius beneficij. de priuileg. c. cum capella. 1819

Priuilegiorum generalium explanatio. de priu. c. vt priuilegia. 1827

Priuilegium potest radi, & valebit postea. de fide instru. c. ex litteris. 768

Priuilegia possunt etiam laici conferre ecclesijs. de rebus eccle. non alie. c. cum laicis. 1125

Priuilegium personale ad ius commune trahi non debet. de concess. præben. c. constitutus. 1082

Priuilegio suo potest quis renunciare. de priuil. c. si de terra. 1807

Priuilegia stricti iuris sunt. eo. tit. c. porro. ibid.

Priuilegium per surreptionem obtentum nõ valet. de ten. cum olim. 882

Priuilegium non reuocatur per rescriptum vbi non sit mentio de ipso. de præscrip. cap. veniens. 872

Priuilegij innouatio fieri non debet si contradictio sequatur. de confir. vti. c. cum dilecta. 984

Priuilegij amissionem per testes probanti credi debet. de priuileg. capit. cum olim. 1812

Contra priuilegium facientes sibi præiudicant. de præben. c. pro illorum. 2041

Priuilegia concedat episcopus de consilio fratrum. de ijs quæ fiunt à præla. c. quanto. 2039

Priuilegio spirituali gaudet ecclesia Romana. de præscri. c. cum à nobis. 864

Priuilegium dantis intentio seruanda est in dubijs. de deci. c. suggestum. 1217. & cap. ex multiplici. 1214

Priuilegij abutitur potestate clericus post admonitionem episcopi clericalia non exercens. de sen. excom. c. contingit. 2. 1917. item qui potestatem in iniuriã diœcesani plus debito extendit. de priui. c. tuarum. 1810

Item qui extendunt vltra intentionẽ dantis priuilegia. eod. tit. c. vt priuilegia. 1827

Priuilegiũ debet intelligi vt aliquid indulgeat. eo. tit. c. quoniam. 1824

Priuilegiũ libertatis nõ põt reuocari. de fo. cõp. c. si diligẽti. 505. de se. & re iu. c. suborta. 897

Priuilegium amittitur ratione delicti. de hęr. c. ad abolendam. 1672

Priuilegium vim habet statim postquam ad notitiam illorum quibus datur peruenerit. Inno. in nouel.

Priuilegium lite pendente impetratum nisi mẽtio de hoc fiat, non valet. de testi. c. causam. 2. 714

Priuilegium & consuetudo derogant iuri communi etiam in criminibus. de fo. com. c. cum contingat. 551

Priuilegium capitis membrum non eximit. de priuil. c. ex ore. 1820

Priuilegium non datur nisi vrgente ratione inspecta. de priui. c. sane. 1803

Priuilegium sine exceptione concessum extenditur ad præterita & futura. eo. tit. c. quia. 1832

Priuilegium semper concedendum est sine alterius iniuria, vel ꝑiudicio. eo. ti. c. pastoralis. 1822

Priuilegium religiosorum extenditur tantum ad seipsos, & non ad familiares. c. quòd nonnullis 1827. & c. quidam. 1834

Contra priuilegium Papæ sententia lata non tenet. eo. tit. c. dudum. 1834

Priuilegij veritas perpenditur in bulla, charta, & littera. eod. tit. c. cum olim. 1812

Per priuilegij innouationem tantum vetus ius renouatur. eod. tit. c. ex parte. 3. 1831

Priuilegium non datur in præiudicium ecclesiæ. de eccl. ædifi. c. 2. 1199

Priuilegium non tenetur quis mittere ad iudicem si timetur de ipsius amissione. de fi. inst. c. accepimus. 768

Priuilegium clericorum non à laicis iudicari debet. de fo. comp. c. 2. 542

Sed laiens coram iudicibus ecclesiasticis clerici possunt conuenire. eo. tit. c. si clericus. 543. & c. cum sit. 545

Priuilegio clericali renunciari nõ potest. de sen. & re iu. c. suborta. 893

Priuilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate. de priu. c. tuarum. 1810

Priuilegium non excusat vbi periculose delinquitur. ibidem.

Priuilegium non amittitur si intra quinquaginta annos quis eo non vtatur. de pręscri. c. ad audientiam. 862

In priuilegium fraternitatis recepti si proprietatibus non renuntiauerint, à subiectione diœcesani non absoluuntur. de pri. c. cũ & plantare. 1804. & c. quidam. 1834

Priuilegio centum annorum gaudet ecclesia Romana in præscriptionibus. de præscrip. cap. ad audientiam. 861

Contra priuilegium semel faciens perdit illud. de constit. cum accessissent. 20

Priuilegium Cister. de deci. non soluendis qualiter se extendit. de deci. c. ex parte. 1. 1218

De priuilegio Papæ solus ipse habet iudicare. de iud. cum venissent. 530

Priuilegium personale non excedit personam. de præsum. c. mandata. 787

Priuilegium contra concilium non valet nisi de eo faciat mentionẽ. de capel. mon. c. ex parte. 1314

Priuilegium conseruare tenentur episcopi sub pœna. de priui. dilecti filij. 1806

Priuilegium amittit suo tempore non vtens. eo. tit. si de terra. 1807. & c accedentibus. 1818

Priuilegia specialia non potest quis propria auctoritate sibi assumere. eod. tit. c. sane. 1809

Priuilegium sequens non præiudicat primo, nisi de eo faciat mentionem. eo. tit. c. dudum. 1814

Propter crimẽ enorme clericus cadit à priuilegio in his casibus. de iud. c. cũ nõ ab homine. 528

Item temerarie occupans ecclesiam Romanam. de elect. c. licet. 113

Itẽ cadẽs in hæresim. de hær. c. ad abolẽdã. 1672

Item contrahens cũ vidua vel corrupta. de cler. coniug. c. Ioannes. 1012

Item suspectus de furto. de deposito. c. 1. 1119

Item si statum repercutit. de sen. excomm. c. si vero alicuius. 1877

Item si admonitus non deponat arma. eo. tit. in audientia. 1892. & c. perpendimus. ibidem

e Item

Purgate

Sen-

Simonia est pactio circa spiritualia vel eis annexa. de rerum perma. c. quæsitum. 1135

Simoniacus est recipiens pecuniam pro officio ad quod tenetur. de simo. c. dilectus filius. 1615

Simonia est dare temporalia causa sacrandi spiritualia. eo. tit. c. tua nos. 1636

Simonia non est dare sua ecclesiæ, & post petere recipi. nisi intentio sit corrupta petentis & recipientis. Ibidem

Simoniam ex sola intentione committens non tenetur renuntiare vel restituere. eod. tit. cap. mandato. 1646

Synodo interesse compellantur qui subsunt. de maio. & super his. 428

Syndicum viri religiosi habeant. de syndico. cap. 1. 422

Societas iuramēto vallata de cōmuni consensu absolui potest. de sponsal. cap. 2. 1420

Soluere non tenetur ecclesia debita pro ea nō contracta. de solu. c. 2. 1152

Ad solutionē antecessoris tenetur successor pro debitis ecclesiæ. eod. tit. c. 1. 1152

Solutionem debiti neganti incumbit probatio. eod. tit. cap. vlt. 1155

Ad solutionem expensarum tenetur qui diem non seruat. de dolo & contu. c. cum dilecti. 655

Sorte electio fieri non debet. de sortileg. c. ecclesia. 1755. & sortilegorum pœna. cap. 1. ibidem

Sorores duæ duobus fratribus possunt copulari. de consang. & affin. c. quòd super his. 1518

Speciale præceptum plus tenet, quàm generale. de hæret. cap. si aduersus nos. 1676

Spiritualia pro temporalibus commutari non possunt. de rerū permut. cap. exhibita. 1138

Spiritualia possunt compromitti in arbitros. de præben. c. nisi. 1040

In spiritualibus causis non legum districtione, sed canonum æquitate proceditur. de iura. calum. cap. litteras. 585

In spiritualibus causis non recipitur iuramentum calumniæ. ibidem

Spoliantes naufragos incidunt in canonem. de rapto. cap. excommunicationi. 1727

Spoliato ob crimen à suo episcopo prius beneficium restituatur, quàm de crimine cognoscatur. de resti. spol. c. conquerente. 626

Spoliantes testes non admittuntur ad testificandum, sed spoliati ad oppositum probandum. eod. titu. cap. 2. 622

Spoliato si proponatur in modum actionis, nō datur restitutio nisi in modum siue in formam exceptionis. de ordi. cog. c. cum dilectus. 603

Spolians tenetur ad restitutionem secundū suā possibilitatem. de resti. spol. c. olim 2. 643

Super spoliatione conuentus non potest reconueniri ante restitutionem. de ord. cogn. cap. super spoliatione. 605

Spoliato fiat restitutio ante litis ingressum si agitur petitorio, nō possessorio. de rest. spo. c. 1. 621

Tamen debet fieri cognitio causæ à iudice ante restitutionem. de accus. c. si constiterit. 1578

Spoliantes Christianos piratæ sunt excommunicati. de rapt. c. excommunicationi. 1727

Sponsalia de futuro soluuntur per sponsalia sequentia de præsenti. de sponf. duorum. c. 1. 1460

Sponsalia carnali copula sequente intelligitur matrimonium confirmatum. de sponsa. cap. veniens. 1428

Sponsalia de futuro soluit lepra superueniens, vel alia deturbatio consimilis. de iureiurā. cap. quemadmodum. 817

Sponsalia de facto quādo inducunt publicæ honestatis iustitiā. de despon. impub. c. litteras. 1447

Sponsalia de præsenti solui non possunt, quòd si sic compellantur redire ad prima vota. de spon. duorū. c. 1. & 2. quia simul stare nō possunt. 1462

Sponsalia ante septennium contrahi non possunt. de despon. impub. c. ad dissoluendum. 1456

Sponsalibus contractis intra annos nubiles nō cedant. eod. tit. c. de illis. 1452. & c. à nobis. ibid. & si vnus sit magis adultus, alium expectet. ibid.

Sponsalia per vnum facta impediunt contractū cum omni consanguineo licet matrimonium non consummauerit. eod. tit. c. continebatur. 1449

Sponsalia per vim contracta, et si sit sponsa traducta, non tenent. eod. tit. ex litteris. 1453

Sponsam fratris nemo habere potest propter publicæ honestatis iustitiam. de sponf. cap. ad audientiam. 1428

Sponsa non tenetur sequi sponsum vagabundum, nec tenetur cum diu expectare. eod. tit. cap. de illis. 1412

Sponsa de præsenti viuente illo alium non potest ducere nisi intret alter religionem. de sponsa. duorum. cap. 2. 1463

Sponsa duorum est quando contrahit cum vno de futuro, cum alio per verba de præsenti. eod. tit. cap. 1. 2432

Sponsa duorum in lite nec cum vno nec cum alio contrahere debet quousque quæstio decidatur. eod. tit. c. tua fraternitas. 1464

Sponsalibus contractis inter puberem & impuberem, pubes si per verba de præsenti consenserit, non potest dissentire, sed impubes potest cum venerit ad ætatē. de despon. impub. c. de illis. 1450

Sponsalia sunt & non matrimonium quæ fiunt ante annos legitimos. eod. tit. c. tuæ nobis. 1452

Sponsalia contrahens de præsenti inducendus est consummare. eod. tit. cap. ex litteris. 1453

Sponsalia de futuro contrahentes possunt separari si volunt. de sponf. c. præterea. tamen religionem alter intrare potest ante copulam. c. verum. de conuer. coniug. 1258

Sponsalia conditione honesta apposita non tenent nisi extante conditione. de condi. appo. cap. de illis. 1466

Sponsalia possunt contrahi inter absentes per personam interpositam. qui cler. vel vo. cap. veniens. 1475

Sponsalis contrahens, & terram relinquens potest alteri nubere. de sponf. c. veniens. 1428

Sponsalia iurans vel promittens, & religionem intrare volens prius soluat promissum. eod. tit. c. commissum. 143

Post sponsalia contracta cum puella in cunabulis potest quis ducere matrem non obstante publicæ honestatis iustitiam. c. litteras. de despons. impube. 1447

Sponsalibus intra annos nubiles contractis postea non consentiens, potest alteri nubere. eod. tit. cap. ex litteris. 1447

Sponsalia circa quam ætatem soluuntur vel cōsummantur. eod. tit. c. attestationes. 1452

Sponsalium probatio incumbit viro. de cland. despons. c. 1. 1458

Sponsalia conditione inhonesta contracta sunt tenenda, & conditio fugiēda. sed apposita conditio contra substantiam matrimonij, soluit matrimonium. de condi. appo. c. 1. 1465. & c. vlt. 1470

In sponsalibus recurrendum est ad communem intelligentiam verborum. cum alter ignorat linguam. de sponf. c. ex litteris 1. 1423

Ad sponsalia consummanda tutius quis mouetur, quàm compellatur. eod. tit. c. requisiuit. 1431

Statuta ecclesiæ variari possunt pro tempore. de consang. & affin. cap. nō debet. 1514

Statuta laicorum super re ecclesiastica non valent nisi ab ecclesia confirmentur. 25

Statuentes contra ecclesiam excōmunicentur, nisi reuocent. de sent. excom. c. nouerit. 2923

Subdelegatus à principe solus valet alteri causam delegare. de appel. c. cum causam. 968

A subdelegato si fuerit appellatum, delegatus potest procedere si aliquid iurisdictionis sibi retinuit. de offi. deleg. c. super quæstionum. 355

Subdiaconus & diaconus simili gaudent priuilegio. de seru. non ordi. c. miramur. 296

Subdiaconus à Papa ordinatus priuilegium habet. de temp. ord. c. cum in distrib. 256

Subdiaconus petitus in seruum, vicarium dare potest. de ser. non ord. c. miramur. 296

Subdiaconus potest eligi in episcopum, & qui habet curam animarū. de æta. ord. c. à multis. 269 & c. præterea. 266

Successor non obligatur ex contractu in damnum ecclesiæ ab antecessore facto. de preca. c. 1. 1116. & de transact. cap. veniens. 450

Successor potest reuocare donationem antecessoris. de dona. c. propter ingratitudinem. 1165

Successor punitur pro culpa antecessoris, & etiam excommunicatur nisi satisfaciat intra certū tempus pro culpa pro qua fuit antecessor excommunicatus. de sequest. poss. & fruct. c. 1. 674. & de immun. eccle. c. aduersus consules. 1406

Successionis vitium tollit media persona. de fil. presby. ex transmissa. 286

Suffraganeus delegationem archiepiscopi non tenetur recipere inuitus. de offi. ord. c. pastoralis. 406

Suspensus est quo ad alios cuius peccatum notorium est. de cohabi. cler. c. quæsitum. 1007

Suspensus nec eligi nec eligere potest. de consue. c. cum dilectus. 91

Item non debet conferre beneficium. de cler. excom. c. si celebrat. 1774

Item non auferat beneficia, sed superior faciat. de concef. præb. c. quia diuersitatem. 1072

Item si celebret, priuetur officio & beneficio rigore iuris. de cler. excom. c. clerici. 1767

Item suspensus est quilibet obligans ecclesiam pro debitis alienis. de solu. c. si quorundam. 1153

Suspensus est quilibet existens in mortali peccato. de cohab. cler. c. quæsitum. 1007

Suspensus à Papa propter contumaciam recipiens beneficiū in suspensione priuetur etiā prius habito. de æta. & qual. c. cū bonæ memoriæ. 269

Suspensus est episcopus ordinarius accepto iuramento de non inquietando super prouisione, & ordinatus vtrerque per triennium donec Papa dispenset. de simo. c. si quis ordinauerit. 1645

Item in formam electionis vel in personam electam obijciens, & non probans, per triennium à beneficijs ecclesiasticis est suspensus. Innocen. de elect. cap. 1. 68

Suspensus est iudex ecclesiasticus per vnū mensem ab ingresso ecclesiæ, qui sine scriptis profert sententiam excommunicationis, & non seruans irregularis efficitur de qua nisi per Papam dispensatur. de sent. excom. c. cum medicinalis. Inno. in nouel. 704

Item de proferente sententiam ex fauore vel gratia in detrimentum alterius partis, idem dicitur quod de prædictis. Innoc. de senten. & re iudic. cap. 1. lib. 6. 375

Suspendi debet per triennium clericus clandestinas coniunctiones faciens matrimoniales, vel si eis interest. de clandest. despons. cap. cum inhibitio. 1460

Suspendi debet ab officio & beneficio falsans litteras capituli. de testib. c. tam litteris. 728

Suspensionis sententia non ligantur episcopi & superiores, nisi de eis mentio expressa fiat. Innoc. in nouel. de sen. excom. c. quia periculosum. 715

Suspensus est sacerdos concubinarius quo ad alios, cum in iudicio per sententiam vel propriam confessionem est condemnatus. de cohabi. cleri. cap. 6. 10. 4

Suspensio, quæ est contra negligentes tantum sic statuta de sex mensibus non currit. nec talibus computatur, nec à suspensis, nec de suspenso valet electio. de elect. c. cum inter R. 124

Et de concef. præb. c. quia diuersitatem. 1072

In suspensionis absolutione requiritur iuramentum sicut in excommunicatione de stando mandato ecclesiæ. de sent. excom. c. venerabili. 1915

Suspensus celebrans est deponendus. de dolo & contum. c. veritatis. 659

Suspensus

Supensus est episcopus per annum ipso iure clericum alterius dioecesis ordinans sine litteria dimissorijs. Greg. in nouel. de tem. ord. c. nullus. 214

Et clerici episcoporum sic suspensorum possunt sine licentia eorum à vicinis episcopis, canonice tamen ordinari. Greg. ibidem

Suspensi sunt prælati per trienium, qui ecclesias vel bona immobilia ecclesiarum supponunt dominio laicorum, vel eos instituendo aduocatos, vel patronos. laici vero qui ad hæc prelatos vel alias personas per vim vel metum compulerint, cuiuscunque conditionis sint, sunt excõmunicati. & nihilominus factum est irritum. Greg. de reb. eccle. nõ alie. c. hoc consultissimo. lib. 6. 521

Suspecto non debet causa committi, nec Papa committit ex certa scientia. de of. deleg. c. causam. 740. & de excep. c. cum inter priorem. 838

Propter suspicionem iniustam potest dominus reuocare mandatum. de rescrip. c. ex parte. 40

Ex suspicione potest vxor accusari de adulterio, de adul. c. maritus. 1721

Suspicionis causa non coram suspecto iudice, sed coram arbitris est probanda. de appel. c. secundo requiris. 932

Suspicionis causa de iudice coram quo probanda. de of. dele. suspicionis. 381

Suspicionis causa non probata iudex procedat. de appel. c. cum speciali. 964

Suspicio sola licet vehemens, non condemnat. de præsump. c. litteras. 792

T

TAbellionatus officio non debent vti clerici in sacris ordinibus constituti. ne cleri. vel mona. c. sicut. 1414

Tabellio, qui morte præuentus non perfecerit instrumentum auctoritate ordinarij per alium tabellionem potest nota prioris in formam publicã redigi. de fide instru. c. cum P. 783

Tabellionatus officium. de prob. c. quoniam cõtra falsam. 694

Tempore prior, est in iure prior. de cõcess. præb. c. quia diuersitatem. 107

Temporis transcursus crimen probat, nec currit tempus nisi à tempore notitiæ. de hæretic. excommunicamus. c. 5. 166

Terram vnius ecclesiæ non licet applicare alteri episcopo vel abbati, licet sit dominus ambarum. de rebus eccl. non alie. cap. 1. 1108

Terræ nomine continetur regnum, castrum, & villa. de verb. sig. c. cum in partibus. 1940

Tergiuersatio est deceptio, & sine tergiuersatione notorium dicitur quod nulla arte celari potest. de cohab. cle. cap. vlt. 1007

Testes de fama ecclesiarum sunt cogendi. de testi. cogen. c. dilectorum. & ibi glos. 764

Testes cogi possunt ad testimonium ferendum: sed producti super exceptione dilatoria non debent iterum produci super principali. de testib. & attesta. c. de testibus. 723

Testes etiam multi possunt adduci, & admitti. eod. tit. c. sicut nobis. 708

De teste falso & corrupto potest opponi exceptio ante sententiam & post. de prob. c. licet. 689

Testimonium deponens debet in scripta redigi. vt lit. non contesta. c. accedens. 523

A testibus sunt circunstantiæ subtiliter inquirendæ. de proba. c. licet. 689

Testes ab vtraque parte producuntur in iudicijs duplicibus. ibidem

Testis sibi contradicens non valet. ibidem

Testes corruptione probata, ob hoc non probatur falsitas. ibidem

Testes quibus de causis reprobantur. de testi. c. si qui testium. 707. & c. ex parte. 704

Testes omissi in principali, induci possunt corã iudice appellationis. de fi. instr. c. cũ Ioannes. 778

Testis receptus in vno iudicio non facit fidem in alio, nisi inter easdem personas. de test. & c. constitutus. 724

Testes in probatione singulares reprobantur. de elect. c. cum dilectus. 160

Testes non requiruntur in notorijs. de testi. cogen. c. super eo. 759

Testis ex interuallo potest mutare dictum suũ: aliàs primo dicto standum est. de prob. cap. per tuas. 693

Testes super positionibus & alijs sunt diligenter examinandi. Inn. in nouel. de testi. c. 1. 347

Testes quando recipiuntur lite contestata. de iureiur. c. ad nostram. 800

Testes cogendi non sunt, sed monendi nisi, & c. de testi. cog. c. super eo. 759

Testes familiares in matrimonio dirimendo repelluntur. de testi. & attest. c. in litteris. 718

Testes nũ nisi idonei in matrimonio recipiuntur. de despon. impu. c. attestationes. 1452

Post testes receptos in causa matrimoniali non recipiuntur alij ad probandum contractum. de testi. c. series. 720

Pro teste habetur principalis persona in causa denunciationis vel correctionis. eo. tit. c. in omni negotio. 703

Post testium renunciationem & publicationem peremptoria exceptio potest probari & opponi. eo. tit. c. series. 720

Testes sunt compellendi cum veritas aliter sciri nequit. de testi. cog. c. peruenit. 760

Et maxime in causa matrimoniali super consanguinitate. eo. tit. c. cæterum. 762

Testes debent esse absque infamia, suspicione & macula. de exce. c. 1. 833

Testes consanguinei requiruntur ad probandũ consanguinitatem, & antiqui, & illi præferuntur alijs. de testi. c. quoties. 7.3

Testium probatio iuramento duplici fieri debet. ibidem

Item testium iurandi forma. ibidem

Testis non potest esse actor procurator in eadẽ causa. de testi. c. insuper. 704

Testis dicto non creditur pro me, cuius pro alio reprobo. eod. tit. c. præsentium. 726

Testium non multitudo, sed qualitas considerãda est. eo. tit. c. in nostra. 727

Testium auctoritas præfertur multitudini. ibi.

Testes idonei iterum in casu possunt admitti. eo. tit. c. præsentata. 751

Testes super alijs capitulis produci possunt attestationibus publicatis, si articulus nouus emerserit. eo. tit. c. fraternitatis. 712

Testes si remoti sunt, debet testimonium eorũ recipi, & mitti iudicibus. de fideiuss. cap. constitutus. 1158

Testibus matrimonium probantibus, licet sententia in scriptis non fuerit redacta, tenet. de testi. & attesta. c. Albericus. 743

Testium numerus vbi non exigitur, sufficiunt duo vel tres testes. eo. tit. c. licet vniuersis. 717

Testes cum sint eiusdem honestatis, standũ est numero testium. ibidem

Testium multitudo effrænata prohibetur. eo. ti. c. cum causam. 735

Testium iuratorum tantum valet testimonium. de testi. c. præterea. 721

Testis errans si statim se correxerit, non reprobatur: secus si post interuallum. de testi. cogẽ. cap. præterea. 762

Testes cogi possunt dicere quid nouerint de alterius infamia. de purga. cano. c. 2. 1836

Testis semel in causa iurare debet. de testi. cogend. c. præterea. 762

Testes qui dicuntur peierare, non debent admitti. de testi. c. in litteris. 718

Testis vnus ad condemnationem alicuius non sufficit, sed duo ad minus. eo. tit. c. veniens. 737

Testes obtentu criminis à testimonio repelluntur. eo. tit. c. super eo. 716

Testes idonei iterum recipi possunt. eo. tit. cap. præsentata. 751

Testi non credatur nisi iurato. eo. tit. cap. nuper nobis. 753

Testes miraculorum qualiter examinandi. eod. tit. cap. venerabili. 753

Cum testi in modum exceptionis opponitur crimen, non debet aliqua pœna puniri, sed tantum à testimonio repelli. de exce. c. 1. 832

Testibus renuntiatis non sunt vlterius audiendi. de testi. c. intimauit. 713

Testes ieiuni deponant. eo. tit. c. 1. 701

Testes sumuntur in absentia iudicis. de of. iud. ord. c. significauit. 401

Testis varians & vacillans repellitur. de causa poss. & prop. c. cum ecclesia. 609

Testium receptio ante litem contestatam vel post ea valet in causa matrimoniali, vt lit. nõ contest. c. accedens. 2. 573

Testes qui idonei. de ver. sig. c. forus. 1934

Testes producens post appellationẽ, vel qui stat iuri, tacite renuntiat appellationi. de testib. c. cum venisset. 718

Contra testes aliquid proponens post publicationem, iurabit quod non faciat malitiose. eo. tit. cap. præsentium. 726

Testium productio trina danda est, sed quarta datur cum solennitate iuris. eo. tit. c. in causis. 721

Testes post publicationẽ à testimonio possunt repelli. de priuile. c. cum olim. 1812

Testis publicus infamiam contrahens post receptionem iure remouetur. de testi. c. præterea. 721

Testis contra crimen illud esse non potest quo est infectus. eo. tit. c. veniens. 709

Testis potest esse clericus in causa ecclesiastica, & religiosus in causa ecclesiæ suæ. eo. tit. cap. cum nuntius. 710

Testimonium de auditu in causa matrimonij nõ valet. eo. tit. c. licet ex quadam. 767

Testes plures quàm mater & filia requiruntur in matrimonio probando. eod. ti. c. super eo 2. 716

Testis non sit Iudæus Christiani, sed econtra sic. eod. tit. c. Iudæi. 716

Testes admitti possunt contra iudicem vnũ. eo. tit. cum à nobis. 727

Testes non possunt esse monachi, nisi iurati. eo. tit. cap. tuis. 719

Testem impediens, à testimonio excommunicetur. eo. ti. c. constitutus. 724

Testes producendi non sunt qui testificanda didicerunt, nisi in causa matrimoniali. eod. titu. cap. constitutis 2. 749

Et cap. cum in tua. 744

Testis potest esse iudex delegatus in causa sibi commissa, dummodo officium iudicandi non assumat. eo. tit. c. dilecto filio. 740

Testes idonei produci possunt in accessorio qui in principali. eo. tit. c. cum causa. 743

Testes in vno iudicio recepti si non sunt publicati, possunt in alio iudicio & etiam alij recipi. eo. tit. c. constitutus. 724

Per testes potest reprobari scriptum iudicis. eo. tit. c. cum à nobis. 722

Testes super criminibus probandis non compelluntur. de testi. cogen. c. dilectorum. 764

Testes producuntur extra iudicium vt habeatur memoria. de test. c. Albericus. 743

Testis minus legitimus in odiosa exceptione admittitur. eo. tit. c. tam litteris. 728

Testes recipi possunt in alia prouincia quàm vbi litigatur. & per alios quàm per iudices ipsos. eod. tit. c. cum olim. 730

Testium reprobatio mutua tertiam vicem non excedat. eod. tit. c. licet 3. 750

Testis nõ sit laicus contra clericum, nisi & c. eo. tit. c. de cætero. 712

Testes admitti possunt attestationibus publicatis in causa matrimoniali super vno articulo. eod. tit. c. ex tenore. 732

Testes quatuor sufficiunt ad vitandam multitudinem. eod. tit. cap. cum causam. 735

Testium productio quarta potest peti, & debet dari, & qualiter vltra tertiam. eod. titu. cap. penult. 756

Circa testes circunstantiæ inquirendæ. eod. tit. c. cum causam. 735

Testium iuramentum remitti potest à partibus eod. tit. c. tuis quæstionibus. 739

Testis talis esse debet cui criminalis exceptio

non

non possit opponi.eod.tit.c.2. 701

Testis non potest esse socius criminis ad probationem, sed ad præsumptionem.eod.tit.cap. sicut nobis. 708

Testes periuri non admittuntur. ibidem

Contra testes si crimen opponitur, & iudex nihilominus fert sententiam, reuocanda est.eod.tit. cap.ex parte A. 704

Testium dicta debet iudex concordare si discordant.eod.tit.cap.cum tu. 712

Testium dicta in partem benigniorem interpretanda sunt. ibidem

Testis esse non debet in casu consimili, qui causam habet consimilem.eod.tit.c.personas. 715

Testes iterato examinare potest iudex, quando ex officio suo requirit.eod.tit.c.cum clamor. 714

Testes nomine instrumentorum continentur. de fide instrum.c.cum Ioannes. 778

Secundum testium dicta iudicandum est, nisi pars aduersa aliud probet.de prob.c.tertio loco.683

Testis potest esse religiosus in causa ecclesiæ, dummodo nõ sit [illegible]anus eiusdem in eadem causa. de testib.c.in[illegible]. 704

Testes partibus præsentibus recipiantur, nisi pars altera nolit venire.eod.tit.c.in nomine. 701

Testis sufficiens est principalis persona vno sibi addito.eod.tit.c.in omni negotio. 703

Testis non fit accusatus de crimine lite pendente, nisi, &c.eod.tit.c.si. 737

Ad testimonium non recipiantur conspiratores. de sen.c.cum I. & A.899. & c.suborta. 897. de simo.c.per tuas 2. 1637

Testimonio vnius plus valet fama. de consang. & affini.c.super eo. 2508

In testimonium non recipiuntur inimici capitales.de simo.c.licet Hely. 1617

Testatoris priuata dispositio generalẽ constitutionem canonis non potest mutare.de testa.c.requisisti. 1178

Testamentum non potest abbatissa facere. de reb.eccle.eod.tit.c.2. 1108

Testamentum multis modis dicitur.de celebra. miss.c.cum Marthæ. 1367

Testamentum in morte confirmatur. ibidem

In testamento relictum episcopo præsumitur datum intuitu ecclesiæ, nisi à propinquo, aut intuitu personæ datum fuerit. de testamen. cap. requisisti. 1178

Testamentum condere nõ potest alienatus mẽte. de su.ab intest.c.vlt. 1196

In testamenti dispositione vel executione consuetudo terrarum vel ciuitatum quandoque præualet iuri.de testa.c.Raynotius. 1181

Testator potest imponere pœnam in solutione testamenti hæredibus. ibidem

Testamentum legatis ab hærede præstandum est, si non sit alius executor. ibidem

In testamentis Falcidia etiam lege prohibetur. ibidem

Testari non potest clericus de bonis immobilibus ecclesiæ, sed eleemosynas mediocres potest dare.eod.tit.c.relatum. 1174

Testamentum duorum vel trium testimonio probatur. ibidem

Testamentum contra ius ecclesiæ reuocandũ. eod.tit.c.quia ingredientibus. 1169

De testamento non secundum leges, sed secundum canones agendum.eo.tit.c.relatum. 1174

Testamentum probatum impediens est excommunicandus.eod.tit.c.si hæredes. 2172

Et cap.penult. 1193

Testatoris vota obseruanda vbi nec fraus nec dolus interuenit.eod.tit.c.requisisti. 2178

Vbi testatur quis indistincte debet episcopus habere canonicam portionem. ibidem

Testatur qui voluntatem suam in aliena dispositione relinquit.eod.tit.c.cum tibi. 2176

Testatoris cõpellendi sunt per episcopos exequi voluntatem executores testamenti.eod.tit.tua nobis.2186. & c.Ioannes. 1193.

Et si neglexerint, episcopus exequatur. ibidem.

Testamentum in fraudem ecclesiæ non tenet. eod.tit.c.de his. 2194

De testatis quam partem episcopus debet haberre: & quæ excipiuntur. de verbo. signifi. cap. ex parte 3. 1958

Titulus probari debet in præscriptione canonica.de rescri.c.si diligẽti. 868

Tonsuram primam potest abbas dare monacho suo.de æta. & quali.c.cum contingat. 271

Tonsuram non tenetur clericus portare vxoratus.de cleri.coniug.c.Ioannes. 1012

Tonsura non priuilegiat vxoratos.eod.tit. c. cũ decorem. 1013

Torneamenta sunt interdicta sub pœna.de torneamentis. c. felicis. 1717

Transactio super subiectione spirituali nisi in beneficijs ecclesiasticis non tenet.de transact.c. præterea. 451. & cap. super eo. 449

Transactio ponitur pro amicabili compositione.eod.tit.c.ex litteris.448. & c.sequenti.

Transactio locum non habet in matrimonio eo. tit.c.ex parte. 452

Transactio in spiritualibus mediante pecunia non valet, sed per compositionem secundum ius fieri debet.eod.tit.cap. constitutus. 447. &c. de cætero.ibidem. & c.præterea. 451

Transactio non habet locum in decimis. eo.tit. cap.veniens. 450

Transactionem, si non est iuri contraria, ratam habeat episcopus.eod.tit.c.de cætero. 448

Transactione facta omnia instrumenta cassantur, & præualet instrumentum cassationis. eod. titu.cap.1. 444

Transactionis census solutus sine consensu episcopi vitam soluentis non cedat. eod. titu. cap. de cætero. 448

Transactio fieri non debet vbi lis est pro ecclesia, quia simonia esset. eod. tit.c.constitutus. 447. & cap.super eo. 449

Transactio super decimis inter personas ecclesiasticas fiat auctoritate diœcesani.eod. titu. cap. statuimus. 445

Transactio inter personas est personalis, nisi per Papam confirmetur, etiam minus valida per Papam confirmatur.eod.tit.c.1.& c.veniens. 450

Per transactionem non potest noua pensio imponi ecclesiæ per partium pactionem sine vitio simoniæ.eod.tit.c.præterea.& c.1. 451

Transigere non potest prælatus sine litteris capituli.eod.tit.c.contingit. 446

Translatio episcoporum ad solũ Papã pertinet.cap.inter corporalia. 212

Transcriptum non debet plura continere, quàm in authentico.de dila.c.præterea. 591

Transcripto sufficienter instructo induciæ vlterius non dentur. ibidem

Treuga quando seruandæ, & circa quas personas semper, & pœna frangentium ipsas.de treuga.c.1. 438

Turpitudinem Propriam allegans nõ est audiendus. de donatio.c.1.& c.inter dilectos. 1161

V

Vacante sede capitulum non fungitur vice episcopi in collatione præbendarum. ne sede vacan.cap.1. 1087

Non vacans beneficium nulli detur, nisi personis religiosis.de concess.præben.cap. nulla ecclesiastica. 1069

Vacante imperio ecclesia supplet vicem eius, & potest ad eam appellari.de foro competen. cap. licet. 559

Vacantium ecclesiarum custodia pertinet ad archidiaconum. de offic.archidia.cap. vt archidiaconus. 318

Vacare non debet ecclesia regularis vel cathedralis vltra tres menses.de electio.cap.ne pro defectu. 177

Non vacans non debet promitti præbenda. de concess.præb.c.relatum. 1029

Et si promissa alteri detur, valet non obstante appellatione. ibidem

Vacante sede nulla præscriptio currit. ne sede vac.c.illa. 1089

Vacante sede attestationes contra statum sedis receptæ non valent.eod.tit.c.si. 1050

Vacante beneficio vltra tempus quo potestas deuoluitur ad episcopum, debet Papa ipsum cõferre, vel legatus de rigore iuris. de conces. præben.cap.2. 1025

Vacantem episcopatum non potest conferre archiepiscopus, sed beneficia minora.eod.titu.cap. dilectus filius. 1084

Vacante sede capitulum supplere potest vices episcopi in quibus non præiudicatur episcopo. de maiorita. & obedien. cap. his quæ. 430. & cap. cum olim. 433

Vacante sede metropolitana capitulum potest suffraganeum confirmare. ibidem

Vasallus vasalli conueniendus est coram vasallo, & non coram domino principali.de foro comp.c.ex transmissa. 544

Vasallus feudum sine consensu domini alienare non potest.de consti.c.quæ in ecclesiarum. 19

Velum de manu sacerdotis dari potest.qui cleri. vel vo. contr. poss. cap. consuluit. 1474

Venatio interdicitur in sacris ordinibus constitutis, & pœna talium. de clerico vena.c.1. 1761

Venditio celebrata intelligitur si pretium recipitur, licet traditio rei differatur.de simo.c.in tantum. 1638

Vendendum nihil carius transeuntibus, quàm in mercato.de empt.& vendi.c.2. 1122

Vendita re minus dimidio pretio, in optione emptoris est venditionem rescindere, vel pretium supplere.eod.tit.c.cum dilecti. 1123

Sed si fit citra dimidium iusti pretij: aut restituatur, aut iustum pretium suppleatur. eod. titu. c.cum causa. 1126

Vendita res ecclesiæ laico debet reuocari. de rebus eccle.non alie.c.ad nostram. 1114

Item vendita re à laico talis non tenet. eod. tit. cap.cum laicis. 1115

Venditor in tribus casibus non tenetur defendere rẽ emptori.de emp.& ven.c.si vẽditori. 1127

Vendi vel venales exponi non debent reliquiæ sanctorum.de reliquijs c.1. 1394

Verba secundum intentionem proferentis sunt intelligenda.de appel. cap.secundo requiris. 932

Verba accipienda sunt cum effectu. de cler. nõ resid. c.relatum. 1016

Vicary officium patet.c.ad audientiam. de offi.vica. 324

Vicarius à pastore succedente non remouetur.eod.tit.c.ad hæc si persona. 324

Vicarius non potest ponere per se alium vicarium.eod.tit.c.clericos. 325

Vicarij tenentur residere, & esse sacerdotes.eo. tit.c.ex parte. 326

Vicarius Papæ non habet potestatem extra vrbem.eod.tit.c.tua. 324

Vicarius Papæ obediat vel priuetur beneficio. de exces.præl.c.illud. 1783

Vicarius episcopi quam potestatem habet. de procur.c.petitio. 467

Vicarius recipiens curam animarum in aliqua ecclesia vicariæ renuntiasse videtur.de officio vicarij.cap.1 323

Vicarium non remoueat successor, nec ipsius reditus potest diminuere qui scitu episcopi est perpetuus.eod.tit.c.ad hæc. 324

Vicarius Papæ non plus iuris habeat quàm sibi committitur.eod.tit.c.sua nobis. 325

Vicarius prælati excõmunicati non est propter hoc excommunicatus. de senten. excommu. cap. inter. 1900

Vicarias plures nullus habeat. de offi.vica.cap. prouideas. 324

Vitiatus enormiter non potest promoueri ad ordinem: & si non valet

fieri

LAVS DEO, BEATAE QVE SEMPER VIRGINI EIVS MATRI MARIAE.

REPERTORIVM VERBORVM QVAE IN MARGARITA CONTINENTVR.

Primus numerus paginam, secundus columnam demonstrat.

Renun-

FINIS.

LAVS DEO, BEATAEQVE SEMPER VIRGINI EIVS MATRI MARIAE.